7 di. ¶ Adde † etiam Pet. de Anc. cõsi. clxxxiij. inci. Apud me ista q. ubi consuluit, q statutum cogens fratres ad compromissum, comprehendit fratres naturales tantùm, propter communem usum loquendi. Et ideo dixit signanter Bald. in c. licet. j. de offi. dele. Et sequitur ibi dom. Abb. q si sit legatum fratri talis abbatis, & habeat fratrem Cardinalem, intelligetur de illo, & non de alio quo monachorum, propter communem usum loquẽdi. Et ideo Pe. de Anc. & Imo. in c. qđ à te. j. de cle. coniu. mordent Bart. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. dicentem, q uidua non definit castè uiuere, si secundò nubat, per c. Nicena. xxxj. dist. Ideo non perdit legatum: quia, secundum eos, repugnat cõmunis usus loquendi, per quem non uidetur castè uiuere. Et adde, quod no. Bald. in l. non sine. C. de bo. quę lib. ubi dicit,

8 q † in statutis illa dicitur dotata, quam cõmunis usus appellat dotaram, putà cui dos est relicta danda tempore quo nubet. Et ideo dixit Bal. i l. j. ad. fi. C. unde uir & uxor. q statutum Mutinæ disponens, q mulier transiens ad secunda uota dimittat dotem æqualiter filijs utriusq; matrimonij, habet locum etiam in illa, quæ tẽpore mortis est uidua: quia licet propriè nõ dicatur dotata, quia non subest matrimoniũ, tamen secus est de

11 cõmuni usu loquendi. Et adduci potest, quod no. Lud. consi. xxiij. inci. Nescio, quid dubitationis. ubi dicit, q quamuis appellatione instrumenti ueniat etiã scriptura priuata, ut per Spe. in tit. de dila. §. nũc dicamus. uer. item not. per l. j. ff. de fi. instru. tamen secus in statutis, propter cõmunem usum loquendi. Alleg. Bar. & bene, in l. j. C. de iura. cal. Similiter dixit Bart. in l. sciendũ. §. illud. ff. de ædi. edi. q qui ueniant appellatione artificum, in statutis attenditur cõmunis usus loquendi. ¶ Adde etiam domi. Cardi. in cle. ne Romani. §. sanè. in vj. q. de

9 elec. ubi dixit, q † in cognoscendo, quis dicatur de districtu, comitatu, uel ciuitate, attenditur cõmunis usus loquendi: qui, secundum eum, attenditur in statutis & alijs dispositionibus habentibus uerba ambigua. Bene facit, quod no. Inno. in rub. j. de fi. instr. dicens, quòd appellatione instrumentorũ in materia stricta non ue-

12 niunt testes, propter communem usum loquendi, licet secus de iure, per l. in exercendis. C. de fi. instru. Et pulchrè consuluit Pau. de Cas. consi. xlv. incip. Viso puncto. Et q licet appellatione domus possit comprehendi apotheca, per quam ex domo fit ingressus, tamen in statutis loquentibus de capto, uel insultato in domo, illa propriè dicetur domus, in qua cõtinuè habitatur, non ipsa apotheca, propter communem usum loquendi. Similiter dixit do. Abb. in c. fi. inter. infrà, de spon. quòd statuta odiosa loquentia de uxore, non comprehendunt sponsam de præsenti, propter cõmunẽ usum

10 loquendi, licet uerè sit uxor. ¶ Similiter dixit Bald. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. quòd † statutum excludens bannitum ab omni exceptione, non intelligitur de exceptione, quę dicitur facti, seu intentionis excluſiua: quia potiùs est allegatio, quàm exceptio, nisi communis usus loquendi appellaret illam exceptionem. Ad idem notab. consi. Car. cxij. incip. Factum sic se habet. ubi plenè dixit, q licet dicatur decedere intestatus propriè ille, qui potest testari, & non testatus est, ut plenè per Bar. in l. j. ff. de suis & legi. cum concor. tamen etiam in statutis uenit intestabilis, ut furiosus, & similes, propter communem usum loquendi. Et dixit not. Bal. in c. fi. uer. & not. j. de cau. pos. & proprie. q nomine census, uel ficti non uenit ille contractus, qui est de natura horum uerborum, sed qui sic nominatur in ea regiõe. Et ita saluatis testibus dirimuntur multæ quæstiones, secundum eum. Et ideo dixit Imo. in c. inter corporalia. §. sed necq. j. de transla. præla. q si à contrahentibus proferũtur uerba, quæ unus eorum intelligit uno modo, & alius alio modo, prævalet intellectus habens

pro se cõem usum loquendi etiam contra propriã uerborum naturam. Et dicit Ioan. de Ana. in c. cùm dilecti. post Pe. de Anc. j. de accus. q licet uerba aptà importare delictum, & etiam non delictum, in dubio interpretentur in non delictum, ut solenniter per Bart. & alios in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de ope. no. nun. tamen fallit, nisi ex cõmuni usu loquendi sonarẽt in delictum, per text. ibi: & adduci potest, quod not. Bal. in l. j. C. de ser. fu. ubi refert, cassatam fuisse inquisitionem dicentẽ, q famulus mandauerat domino, quia sermones debent uerificari, secundũ cõmunem opi. ¶ Adde etiam, quod plenè prosequitur Pet. de Anc. consi. ccxxxij. inci. quia in primo quæsito. uersus fi. dum probat, q illa uerba testatoris, Relinquo uxorem dominam, etc. exponũ tur, id est gubernatricem, ut erat testatore uiuente, non ueram dominam, prout sonant uerba, propter cõmunẽ usum loquẽdi. Similiter dicũt Raph. Fulg. & Lu. Ro. in l. qui ante calendas. de uer. ob. q si promitto soluere ante mensem Februarij, exponitur scilicet inceptum, propter cõmunem usum loquendi: & not. Bal. in d. uer. Opizoni. quãuis de iure intelligatur ante mensem, scilicet finitum: & per Bald. & alios in l. ij. §. creditum. ff. si cer. pe. ¶ Et adde dom. Ant. & Abb. in c. nam & rex. j. de

uer. sig. ubi dicunt per illum tex. q † in interpretatione legis & cuiuscunq; etiam odiosæ dispositionis cõmunis usus loquendi prævalet propriæ significationi. Et ideo dixit Bal. in l. ij. uer. item no. C. de rerum permu. q statutum, q de qualibet compra soluatur gabella, non extenditur ad permutationem: quia uulgus intelligit de emptione, licet propriè in permutatione dicatur inesse emptio. ¶ Ad idem elegans consi. Bal. incip. In nomine Domini: an dicatur maledicere. Vbi dicit, q licet uideatur maledicere & blasphemare, dicens, maledictus sit Deus, uel al dispecto de Dio, per c. j. de maledi. tamen ex cõmuni usu loquendi ista potiùs dicitur iniuriosa, quàm maledictio, per l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæredi. instit. secundum intellectum glo. Et ita in statutis non omnis contumelia est blasphemia, uel maledictio. ¶ Adde etiam, quod no. do. Card. in cle. ij.

13 in v. q. de uita & honest. cler. ubi dicitur, quòd † licet appellatione uestium ueniant omnia tegentia corpus, l. uestis. §. j. ff. de auro & argen. leg. tamen in materia pœnali secus, propter communem usum loquendi. Vnde infert ad caligas, per illum text. Adde etiam Bald. in l. si cùm ante. uel l. si constante. C. de dona. ubi refert se consuluisse, cùm quidam imperitus tabellio scripsisset, Talis relinquit filiæ suæ centum iure restitutionis, q illa uerba debent intelligi, id est, iure institutionis: quia simplicitas contrahentium abutens uocabulis non inficit ueritatem, secundum eum. Et dixit Bald. in l. omnes dies. C. de fer. quòd statutum loquens de ferijs, intelligitur sm communẽ usum loquendi. Et cum istis ad duci potest text. in l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiuss. ubi licet minus propriè, per abusionem tamen intelligi possunt. Et glo. in c. statutum. §. cùm autem. in uersi. unam dietam. de rescri. in vj. & in c. nonnulli. in princ.

13 infrà, de rescri. cum simi. ¶ Modò † istis decursis amplia primò omnia prædicta, ut habeant locum in legibus peritorũ & alijs dispositionibus conditis etiam à iure doctis, secundum dom. Ant. hîc: cui adde tex. & ibi eundem do. Ant. in c. quamuis. in uer. usus obtinuit. j. de uerb. signi. & Dy. & Ray. & Bal. in l. q si nepotes. ff. de test. tut. & Bar. in l. stipulatio. §. hoc quoq. in fi. ff. de uer. obl. Et istud uideturin dubitatũ per dicta iura, & quia, si sic interpretantur dicta iurisconsultorum, & etiam diuinam scripturam, secundum dom. Abb. in c. maiores. ad fi. de bap. fortiùs dicta statutorum. Et ratione ostenditur Lud. Ro. non rectè aliter tenuisse in rub. ff. de oper. no. nun. Mouebatur ex legibus aliquando reprobantibus communem usum loquendi: quibus respondetur, quòd sunt casus speciales, in quibus erat com-

munis usus nimium insensatus. Ita text. in l. ita uulnerat⁹. ff. ad l. Aqui. & in l. si dictum. ff. de euic. & in l. item prætor. ff. de iuris & legi. cum si. Nec est uerisimile, Bart. aliter ita sensisse in l. quòd si nepotes. ff. de test. tu. Sed loquitur in uerbis non habentibus uulgarem suum distinctum, prout habent Latinum, ut uerbum Liberi, & uerbum Filij: quia tunc interpretantur à peritis, & non à uulgo. Potest etiam exemplificari ex subtiliter examinatis in l. qui se patris. C. unde lib. in differentia illorum uerborum, nolo adire, & non uolo adire, quæ non habent proprium uulgare. Quinimò ipsemet Ludo. Ro. in l. in testamento. C. de test. mil. tenu. hãc amplia tionem, ꝙ ista procedant etiã in dispositionibus peritorum, reprobando Bald. in l. j. de suc. feu. in illa q. amplissima, an intestabilis dicatur intestatus decessisse? in qua omnes tenentes, quòd sic, ponderant principaliter communem usum loquendi, ut per Bart. in d. l. j. de suis & leg. & Ro. consi. iiij. & consi. xxxvj. & Ange. consi. cxxxij. & Paul. de Cas. consi. xxvij. & Imo. in c. cùm tibi. de testa. cum multis alijs. Et tenentes cõtrariũ in ista q. fatentur primã opi. esse uerã de cõmuni usu loquendi. Et ita transeo, licet aliàs aliter notet Bal. in l. lege duode cim tab. quasi ad fi. C. de legi. hære. & Imo. in d. c. cũ tibi.

14 ¶ Secundò amplia prædicta, etiamsi † statuto caueret, ꝙ uerba statutorũ intelligantur, prout iacent: quia adhuc recipiunt dictã interpretationẽ, ſm la. But. in proœ. fforũ, quẽ sequit̃ do. Ant. & do. Ab. hîc: quib. adde Bal. in l. oẽs populi. in pen. q. ff. de iusti. & iur. ubi idẽ dicit, etiãsi statuta deberẽt intelligi ad literã. Et idẽ dicit Bal. in l. de quibus. ff. de legib. & in l. data opera. C. qui. accu. licet alijs uerbis ipse utatur in l. ij. C. de patri. qui fil. distr. ad quod uide Bar. in l. omnes populi. in fi. vij. q. ff. de iust. & iur. & Imo. in l. Cæsar. ff. de publica. Et de dicto uerbo, prout iacet, uide Pe. de Anch. cõ. ccccxiij. inci. Viso puncto. ¶ Nihilo minùs super illis sunt tria notabilia. Primũ, si statutũ diceret, ꝙ uerba debeant intelligi ſm propriã significationẽ, nõ haberet locum cõis usus loquendi, ſm Bar.[a] in l. Labeo. ff. de supel. leg. quia cõis usus loquẽdi nõ est propria significatio, ut ipse latè, ꝓbat: & hoc multũ not. Lu, Ro. in sing. 427. incip. Cõis doctrina. ꝓ quo uide qđ no. Sal. in l. cũ antiquiorib. C. de iure deli. ubi dixit, ꝙ opi. Bar. in d. l. j. de suis & leg. nõ seruaret Bononię, ubi uiget tale statutũ. Et idẽ dicas, si statuto caueretur, ꝙ statuta intelligantur nullo extrinsecus addito, ſm But. in d. pœmio fforum, quem sequitur do. Ant. & dom. Abb. hîc, & Ro. in dicto singu. & sentit Bar. in d. l. Labeo. & Bal. in l. oẽs populi. ¶ Secũdò no. ꝙ † ad ꝓbandũ cõem usum loquendi nõ sufficit, ꝙ testes dicant, ꝙ cõiter sic dicitur, sed bene debent dicere se ita audiuisse dici, aliàs nihil cõcluderẽt tanc̃ de proprio sensu nõ deponẽtes, ſm Bar. in d. l. Labeo. Ad quod uide tñ Bal. in l. de quib. circa fi. ff. de legi. & omninò dom. Anto. in repe. c. fi. de consue. Et ꝛ hoc nõ. patrũ faciẽt, quæ statim dicentur in alia materia de teste deponẽte nõ per sensum, sed per causam sensuí propinquã. ¶ Et adde, ꝙ † ad cognoscendũ cõem usum loquendi attenditur maior pars ciuitatis, uel loci, ſm do. Abb. in c. ex parte. j. de censi. propter glo. ibi in uer. primo casu, quã facit notabilem.

17 ¶ Et adde, ꝙ † qui allegat cõem usum loquendi, habet ipsum probare: & difficile est hoc, ſm Io. de Ana. in c. j. de sagitta. & Paul. de Cas. consi. cclxxxiiij. inci. præsup-

a *Secundũ Bar.*] *Quẽ adde etiã ad hoc in l. cùm de lationis. §. asinã. et uide eũ in d. l. in prin. alle. in text. circa medium, de suis & le. Sed cõtrà tamẽ tenet ipse in l. si qd earũ. de leg. iij. et in rubr. de ope. no. nun. in uerſic. sed circa unum. ad fi. uer. et in l. j. §. portestatis. ad fin. in uer. in statuto uerò licet debeam⁹. ff. de pœ. Et adde, ꝙ locum habet in statutis, quãdo legabat tẽpore statuti cõditi, Bar. et Doc. in rub. de oper. no. nun. et Alex. in l. v. in prin. de uerbo. oblig.*

posito quodã statuto. ¶ Tertiò cogitabam, an dici posset, ꝙ ubi esset aliquis cõis usus loquendi apud personas uiles & omnino idiotas, nõ receptus ab alijs magis intelligentibus, fortè ille non prævaleret. Sic credo uoluisse Bald. in l. ij. uer. nec puto. C. de succes. edic. & in c. j. de succes. feu. & ita procedere l. ita uulneratus. cũ si. ad l. Aqui. licet multi ex præallegatis fortè hoc nõ senserint, nec istud repugnaret primę ampliationi: quia aliud est dicere, ꝙ uerba peritorũ recipiunt aliã interpretationẽ, & aliud, cùm dicitur, ꝙ ipse cõis usus loquendi nõ debet causari ab insensata uulgi assertione. Hoc tamẽ nõ pono pro cõstanti, maximè quando maior pars uulgi etiã uilis introduxit[b] inter se certum usum loquendi, ꝓpter prædicta. Quæ omnia bene no. quia sunt satis quotidiana, & hactenus indiscussa. ¶ In ea. glo. ibi, ut his lectis & intellectis. Not. do. Ab. ꝙ † intelligere nõ sequitur à legere: nam multiplex est legere, ut hîc per eum inferentem, nunquid testis concludat, si dicit se scire, quia legit: &, uidetur ꝙ nõ: quia nõ est sufficiens causa scientię: quia potuit legisse, non tñ intellexisse. Sed contrariũ ipse determinat: quia sufficit causa ꝓpinqua sensui, putà: uidi, ꝙa præsens fui: & audiui, quia præsens erã: nã dictum testis intelligitur multũ pingue, & ex hoc dicto declaratur causa. Nam si primò dicit se scire, & postea reddit causam, quia legit, uel pñs erat, dicitur intelligere, quod ipse legẽdo intellexit, & adhibendo pñtiam audiuit. Alleg. Io. An. in c. ij. de testi. lib. vj. Bar. in l. j. ff. de author. tu. tex. in l. diem proferre. §. corã. ff. de arb. & xj. q. iij. eorum. Propriè tñ legere importat lectionem uisualẽ & intellectiuã, c. perlectis. xxv. dist. Et ideo, quod uenit ex mente, nõ dicitur legi, ut no. Inn. in c. P. & G. j. de off. dele. circa fi. dicens, nõ dici errorẽ in sententia expressum, qui colligitur uirtualiter ex uerbis sententiæ. Faciũt etiã ista ad statuta puniẽtia legentẽ aliquid, utrũm includãt lectionẽ uisualem, aut etiã mentalẽ, in quo attendit causa statuti, ſm do. Abb. hîc. ¶ Adde primò gl. no in c. cùm personæ. in uer. integraliter. de priui. in vj. quæ dicit, ꝙ † sola lectio priuilegij nõ dat materiã litigandi, sed copia lucubrata. Ex qua infert ibi Domi. circa fin. princ. ꝙ ex simplici transcursu seu lectione instrumenti nõ præsumitur quis informatus de cõtentis in eo. Vnde qui taliter uidisset dicta testiũ, nõ repelleretur à productione, quasi ipsa didicisset. Et ideo dicunt Bal. & Imo. in l. ij. §. inspectio. ff. quemad. test. ape. ꝙ oportet, ut dicta testiũ sint intellectualiter & maturè uisa, aliàs non dicuntur dicta, per illũ text. Vnde dixit Domi. in c. sciendũ. in fi. xxvij. dist. ꝙ discurrens testis non põt dici eorũ dicta per cunctatus, prout requirit c. ultra tertiam. j. de testi. per text. optimũ in illo c. sciendũ. Et dixit singulariter Bal. in c. constitutus. el ij. j. de testi. ꝙ qui casu fortuito, non ad finẽ sciendi, legit attestationes, non dicitur didicisse[c]. Idẽ dixit Bal. in l. inciuile. ff. de leg. de eo, qui cœperat legere attestationes, & nota-

b *Introduxit*] *Et adde, ꝙ cõis usus loquendi cursu lõgi temporis inducitur, ut per Bar. in l. Labeo. fœpius etiã alleg. in uerſ. quæro ergo, dum dico cõem. ff. de supelle. l. g. et in l. j. in uerſi. ex his ergo apparet. C. de digni. lib. xij.*

c *Didicisse*] *Sed quid si sciuit à testibus, quid deposuerint, uel de ponere uelint? Dicidẽ, ꝙ non dicitur didicisse, ut ꝓ Bal. in d. l. inciuile. alle in tex. uer. & not. argu. Sed quid si per saltum, licet non seriatim uidisset, legisset, uel audiuisset originale legi? D. eidem, ꝙ nõ dicitur didicisse. Ita Bar. & Doc. in authẽ. qui semel. uer. uenio ad quartã. & ibi Bald. uerſi. sed pone, ꝙ quis. Et ad materiã istam adde Sal. in d. authen. qui semel. in vij. et viij. q. et Io. An. in c. ultra tertiã. j. de test. Sed quid si quis legit copiã sumptã ex originali attestationũ, non tamen manu eiusdẽ notarij? Dicidẽ, ꝙ nõ dicitur didicisse: secus autẽ, si manu eiusdẽ notarij, ut sing. per Io. de Imo. in l. ij. ff. quẽ ad. testa aper.*

notarius abstulit eas sibi de manib. Idem repetit Bal. 20 in authẽ. qui semel. C. de proba. ¶ Sed cõsidera: quia † fortè duobus casibus paria sunt legere superficialiter discurrẽdo, & legere maturè. ¶ Primus, quãdo materia esset talis, cuius substantialis effectus posset quodã modo ictu oculi ꝓcipi: putà, qñ quis scit in genere, de qua materia tractat scriptura, licet ignoret ſm quid in individuo, & statim uidẽdo cognoscit, an sit sermo affirmatiuus, uel negatiuus: & hoc facile esset cognoscere indistinctè testes. Ad hoc adduco uerba Bald. in c. ultra tertiã. j. de testi. dum inter alia dicit, ꝙ l. in ciuile. ff. de legi. 23 non procedit, quando uisa est substantia & intellecta, licet omnia lecta nõ sint, per l. j. §. j. ff. de his, quæ in test. delen. ¶ Secundus casus est, quãdo quis legeret succinctè, & ultra lectionẽ faceret actum denotantem consensum super materiã, quæ est scripta, quã antea non ignorasset. Ita colligi potest ex not. per Bar. in l. cũ tabernã. §. idem quæsijt. ff. de pig. & in l. quo enim. ff. de consti. pec. & in l. si absentis. C. si cert. pe. & Bal. in rub. C. de fi. instr. uer. quæro, quid de literis. & in l. literas. C. man. cũ concor. quas dicam in c. non iustè. j. de procu. Post do. Ab. ibi. In quib. dicitur, ꝙ legens literas debiti, & eas simpliciter retinens, uidetur confiteri debitũ: quod intellige, dum modò testes, quib. uidẽtib. legit, habuerint priùs carũ copiam, ut docet Matthęs. no. xxvij. in fi. ¶ Adde etiam tex. no. in c. legimus. xxxvij. dist. per quem apertè 21 decidit ur, quod dicit do. Ab. de † pœna legentis rẽ prohibitam legi, ut attendatur causa prohibitionis. Item in quantum dicit do. Abb. sufficere, ꝙ testis dicat, scio, quia legi: adde do. Car. in c. cũ causam. j. de testi. & Bal. in l. testiũ. C. de testi. ubi dicunt sufficere, ꝙ testis dicat, scio, quia præsens fui: quia ex quo hoc allegat pro causa scientiæ, per debitum modum subintelligitur, Et intellexi. Et si dicatur, potest esse præsens & non audiuisse, respondit Bal. ꝙ hoc non potest esse: quia testis contrarium asseuerat, ex quo uerbũ Præsens, includit sensum & intellectum, per d. l. testium. ubi idem tenet Bart. & idem Bar. in l. hæredes palàm. ff. de testi. & Bald. in l. j. C. de erro. aduo. propter glos. ibi in uer. præsentibus. & Bal. in l. si non speciali. post prin. C. de testa. & do. Anto. & Imo. in c. super eo. j. de testi. cog. per illum text. in uer. qui interfuerunt. & ibi do. Car. dicit esse text. expressum pro dicto suo in d. c. cùm causam. Sed ad idem facit tex. in c. j. in uer. præsentibus multis. j. de postu. præla. Idem no. do. Abb. & Imol. in c. peruenit. el ij. j. de testib. cog. re-

b spondendo ad tex. ibi in uer. astantibus & uidentibus. ꝙ non negat, quin satis fuisset dicere Astantibus: proqua resp̃one facit, quod statim dicetur. Et adde Domi. in c. ut circa. §. j. de elect. in vj. ubi soluat testem dicentem, scio, quia coram me gestũ fuit: nam intelligitur, & intelligente, propter glo. ibi, in uer. coram. Similiter Lu. Ro. in l. j. in prin. ff. de uer. oblí. cõcordat cum prædictis per d. l. testium. & reprehendit Bart. ibi motum per illũ tex. cui statim respondebitur. ¶ Adde etiam Dom. in c. in patris. super glo. in uer. præsente. ij. q. j. per quã colli-

22 git, ꝙ † non dicitur factum præsente aliquo, nisi intellexerit. Pro quo etiã addit glo. fi. in c. testes. iij. q. ix. Et hoc ipse no. ad statuta requirentia præsentiã alicuius: quia non sufficit præsentia, si probetur eum non intellexisse: quod not. ¶ Et adde, ꝙ ubi ponitur præsentia alicuius in actu, intelligitur de præsentia ex proposito, secundũ glos. ualde notabilẽ in cle. j. in uer. præsentiã. de bapti. 22 & ita intelligit iura in ea allegata. Et istis adde Imo. post do. Ant. in c. auditis. in prin. j. de procu. & in c. auditis. in princ. j. de elec. ubi dicunt, quòd in teste sufficit dicere, 24 Scio: quia audiui: alleg. l. j. ff. de autho. tu. Et in dictis iuribus ponit̃ uerbum, Et intellectis, ad cautelã: pro qua resp̃one facit c. audiuimus. j. de si. & c. audire. xxxiij. dist. & l. sæpe audiui. ff. de offi. præto. cum si. ubi uerbũ Audire, includit intelligentiã præsumptiuè, & sufficit probationẽ concludere præsumptionẽ iuris, ut dixi

a *Non sufficeret*] *Adde Bart. in l. j. §. fi. ff. de autho. tuto. Sed uide Card. contrà tenentem in clemẽ. causam. §. intima tio. de ele. q. v. uide Imo. in c. cùm in iure. de off. dele. & per Alex. consi. clxxix. iiij. parte, consi. xlij. & lxxij. j. parte.*

in c. in præsentia. j. de proba. Et istis adde Pau. de Cas. consi. ccij. inci. Ad primum quæstum. ubi sustentat instrumentũ, dicens, actum præsentibus testibus, ut probet eos intellexisse ex usu uerborũ prædicta. ¶ Si tamen aliquis deponeret de intelligentia non propria, sed alterius, nõ sufficeret[a] dicere, Scit, quia præsens fuit, secundum Bar. in d. l. j. & in trac. de teste. & dom. Flo. de san. Pe. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. & Pau. in l. j. §. fi. ff. de bo. pos. secundum tabul. ¶ Vnde † dixit Dom. in d. c. in patris. quòd si statutum requirit præsentiam, oportet probare, quòd præsens intellexerit. Et ideo dixit Bal. in l. ij. §. uoluntate. ff. sol. mat. & in l. si fine. in ij. q. C. ad Vellẽ. & in l. fi. §. sancimus. uer. necessitatem. C. de bo. quæ lib. quòd ubi quis uult probare aliquem consensisse actui, non sufficit, quòd probet eum interfuisse: tamen in instrumento procedere posset dictum consilium Pau. de Cast.

¶ Item in quantum dicit dom. Abb. quòd ueniens ex mente alicuius scripturę, non dicitur in ea expressum: adde dom. Ant. & Imol. in c. translato. in tit. ij. & quæ ibi dicentur. Et dum gloss. hîc enumerat sensus corporeos, uide simile in l. quod meo. §. si ueneritorem. ff. de acqui. pos. Et de dictis dom. Ant. & dom. Abb. hîc in q. An carens aliquo ex prædictis sensibus possit testis esse, fiet mentio in c. sciscitatus. j. de rescript. Et circa alias partes huius gloss. transeo cum dictis Doct. hîc, qui licet multa dicant, tamen non sunt magnæ importantiæ, nec aliquid ad rem.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Dispositio non uitiatur, in qua Papa appellat illos filios, inter quos possibile est, quòd sint episcopi. Et iunge nu. 2. ubi plenius declarat.*
3 *Doctores an ueniant appellatione scholarium: & ibi infert Abbas. num. 4.*
5 *In diffinitione unius correlatiui semper debet poni reliquum.*
6 *Statutum si permitteret aliquem emere sine solutione gabellæ, intelligitur, quòd posset etiam uendere. nu. 7.*
8 *Quod statuitur in actore, locum habet etiam in reo. Et uide ibidem limitationem super hoc: item nu. 9. & 10.*
11 *Pœna adulterij non intelligitur de cognita per uim.*
12 *Maritus & uxor quãuis sint correlatiuè, tamen iniuria facta uiro, non extenditur ad uxorem.*
13 *Doctor licet non ueniat appellatione scholaris, tamen uenit rector, etiam in odiosis. Vide fallentias tres, nu. 14. 15. 16. Adde nu. 17.*
18 *Doctorum appellatione an ueniant licentiati.*
19 *Remissio iniuriæ an probetur per salutationem.*
20 *Papa quando scribit carentibus gratia sedis Apostolicæ, ut schismaticis, & similibus, loco salutationis dicit, Spiritum consilij sanioris.*
21 *Papa si scribit uniuersitati ut uniuersitati, nisi quid aliud protestetur, uidetur approbare.*
22 *Quæ personæ possint alteri acquirere sine cessione.*
23 *Et, an regula iuris ciuilis, de qua in §. alteri, Instit. de inutil. stip. procedat de iure Canonico.*
24 *Et, an iuramentum in ipsa stipulatione facta alteri, ualidet eandem stipulationem.*
25 *Promittens alicui decem danda puellæ maritandæ, licet absenti, obligatur.*
26 *Promittens cogitur implere promissa per uiam denunciationis Euangelicæ.*

27 *Quando per ſtipulationem abſenti quid acquiritur, quo pacto id intelligi debeat.*
29 *Argumentatio an procedat à nomine proprio.*
De hoc ponit primã concluſionẽ cũ ſuis appẽdicijs: nu. 28.30.31.
32 *Argumentari an liceat à nomine appellatiuo & ab etymologia.*
De hoc ponit ſecũdã cõcluſionẽ cũ ſuis limitationib. nu. 33.34.35.
36 *Mutatio nominis proprij ex cauſa permittitur.*
Ponit tertiam concluſionem cum ſuis limitationibus. nu. 37.
38 *Clericum ſe mentiens, aut faciens actus clericales, qualiter punitur.*
39 *Nomen appellatiuum, ſeu datum ab euentu, durat ſtante habitu, etiamſi ceſſet exercitium.*
Hanc concluſionem limita, ut nu. 41.42.44.45.
40 *Ignarus, uel non aptus ad docendum, an gaudeat priuilegio?*
43 *Deſcriptus in matricula alicuius artis, ſi artem ipſam non exercet, non habet priuilegia ipſius artis.*
46 *Nomen Papæ, uel Antipapæ an ſit apponendum inſtrumento.*

Regorius epiſcopus.

1 ¶ Omiſsis aliis, quæ additione non indigent: not. text. ibi, dilectis filijs. quòd † non uitiatur diſpoſitio, in qua Papa appellat filios illos, inter quos poſsibile eſt, quòd ſint aliqui epiſcopi: quibus ſi ſeparatim ſcriberetur, appellarentur fratres, cap. quàm graui. infrà, de cri. fal. ſecundum dom. Abb. hîc. ¶ **Sed** contra hoc uidetur facere gl. in c. j. in uer. fratrib. de renun. in vj. in c. j. in eo. uer. de off. dele. eo. lib. ubi dicitur, ꝙ Papa loquẽs permixtim de Cardinalibus, appellat eos fratres: quia inter eos ſunt aliq epiſcopi. Secus, dum in particulari loquitur de eis: quia non epiſcopos appellat filios, c. dilecto. in prin. j. de præben. & c. cùm dilectus. j. de teſti. & ſic denominatio ſit à digniori mixto inter plura minus digna, c. aqua. de conſe. eccl. uel alt. cum ſi. quæ dicã in c. ex literis. j. de conſtit. ¶ Sed pro ſol. uide do. Car. in proœmio Cle. ubi refert Zenze. dicere, ꝙ cùm in ſtudio ſint pauci epiſcopi, magis inſpiciatur multitudo aliorũ, propter quã ſæpe utimur uocabulo, quod nõ cõuenit alijs, ſecundũ ipſum: quæ ſol. non ſatisfacit contrario. Cùm etiã in collegio Cardinalitũ poſsint eſſe pauciores epiſcopi, quàm nõ epiſcopi. Et fortè ob hoc aliter ſoluit, ſ. ꝙ c. quàm graui. loquitur, cùm ſpecificè ſcribit epiſcopis, ut epiſcopis. Sed cũ ſcribit ut ſcholaribus, ſunt ibi epiſcopi, ut diſcipuli, & meritò non attenditur dignitas epiſcopalis. Pro qua ſol. facit, quod no. do. Ab. in c. auditis. de elec. dũ dicit, ꝙ quãdo epiſcopus eſt i ſtudio, ut ſcholaris, nõ præcedit rectorem: & facit c. collatis. cũ ibi alleg. de app. in vj. ¶ Sed †
2 pro ueritate iſtius ſol. eſſet uidendũ, an Papa loquens ad cardinales conſideret epiſcopos, qui ſunt inter eos, tanquã epiſcopos, an tanquam cardinales. Ideo aliter ſoluit Domi. in proœ. vj. ꝙ ſi loquimur in materia, in qua de neceſsitate ex iuris diſpoſitiõe ſunt epiſcopi, & tũc Papa ad illos loquẽs appellat fratres, c. fundamẽta. de ele. in vj. & c. in nomine Dñi. xxiiij. diſt. aliàs nõ. Et ita hîc: quia rarò præſumuntur epiſcopi eſſe in ſtudio cùm fiant promotiones epiſcopatuũ de his, qui ſunt eminẽtis ſcientiæ, c. cũ in cunctis. j. de elec. Et hãc ſol. ſenſit etiã Domi. in c. in noie Dñi. in no. xxiij. diſ. colligens, ꝙ ubi Papa loquit̃ ad uniuerſitatẽ, in qua cõiter ſunt epiſcopi, appellat eos fratres: ſecus, ſi non cõiter, ſed per acci-
3 dens, ut in ſtudio. ¶ In † tex. ibi, doctoribus. & ſcholaribus. Per iſtam copulã Et, quę ponitur inter diuerſa, iuxta gl. in rub. ff. de iur. & fa. ign. inferunt hîc Io. de Lig. do Car. & do. Abb. ꝙ appellatione doctorũ non ueniunt ſcholares. Et hoc ampliãt etiã in materia fauorabili, per iſtũ tex. licet aliter dicat hîc Io. An. Item ampliat do. Ab. etiã ſi ſcribatur ſub noie uniuerſitatis, per iſtũ tex. ibi, uniuerſis. licet aliter dixerit Io. de Lig. Et ad dictũ principale mouentur, tum propter cõem uſum loquendi, tum, quia habent ſe doctores & ſcholares ut correlatiua. Vnde ſignificatũ unius excludit alterum, per c. j. j. de inſti. & in c. poſtulaſti. de conceſ. præb. Et hoc etiã per Bal. & Imo. in l. j. ad fi. ff. ſo. ma. Hoc tamẽ limita, niſi fieret mentio de ſcholaribus circa actum indiuiduũ: quia ex iure correlatiui cõprehenduntur etiã Doctores: putà, ſi ſcholaribus prohibetur, ne audiant: quia ex hoc cenſentur prohibiti doctores, ut non legant, ſecundum Io. de Lig. hîc per c. ij. ne cle. uel mo. lib. vj. ¶ Ex quo dicit hîc do.
4 Ab. inferri, ꝙ † etiam reſpectu pœnæ[a] diſpoſitum circa unum ex correlatiuis extẽditur ad
6 reliquũ, quando correlatiua uniformiter ſe habent: aliàs ſecus. Et dicit facere, quod nó, Bart. in authen. qui ſemel. C. qũo & quando iu. & Bald. in l. nemo. C. de ſac. ſan. ecc. Et ideo ſi inſtitutio, ſeu ſtatutũ imponit pœnã uendendi certam rem, illa pœna intelligitur repetita reſpectu ementis, ut hîc per eum dicentẽ, iſta eſſent ualde notanda. ¶ Adde primò dictũ Philoſophi in vj. Topicorũ, ubi dicit, In † diffi
5 hitione unius correlatiui ſemper debet poni reliquũ. Et paulo pòſt: Impoſsibile enim, inquit, unũ correlatiuum cognoſci ſine reliquo. Et adde Pe. de Anc. in repe. c. j. j. de conſti. ubi dicit, ꝙ licet in materia correcta tantum cenſeatur correctum, quantum exprimitur, l. præcipimus in fi. C. de app. tamen correctio in uno correlatiuo extenditur ad reliquum. Allegat Bart. in l. fi. C. de indi. uid. & ſubdit, quòd etiam reſpectu pœnæ lex extenditur ad correlatiua. Alle. Bart. in d. l. nemo. quia in his uerbis eſt connexitas, ſecundum eum. Facit, quod no. Bar. in l. fi. C. de acceptil. quòd ſtante ſtatuto, ꝙ nullus poſsit emere ſine licentia alicuius officialis, includi
6 tur etiã uenditor: et dicit eſſe expreſſum in l. ij. C. de cuprej. lib. xj. Et ibi etiã hoc no. Bar. dicens, ꝙ eo ipſo, ꝙ imponitur pœna ementi, imponitur uendenti: & dicit notari in l. ij. ad l. Viſcelli. & idem in ſimili no. Bar. in l. ſi cõuenerit. ff. de pac. & in l. ſi ab eo. C. de le. hære. Similiter
6 dixit Domi. poſt Imo. in c. eos. §. j. de temp. or. in vj. ꝙ ſi † ſtatutũ permittit aliquid emere ſine ſolutione gabellę, intelligitur etiã permittere uendere. Et idẽ Domi. c. cupientes. §. deniq;. de elec. in vj. dixit ibi eſſe gl. in uerſi. de cæterò. ꝙ lex diſponens de correlatiuo extenditur ad aliud, etiamſi de eo nihil dicat: & ideo dixit Ioan. An. in rub. j. de ſponſ. duo. ꝙ fruſtra dicebatur in antiquis, Et de ſponſo duarũ: quia iſtud ſubintelligitur iure correlatiui. Facit quod no. do. Abb. in c. dilectus. el j. de ſi. ꝙ ubi lex declarat, ꝙ ſine aliquo uitio poſsit dari pecunia in beneficialibus, putà in caſu, de quo ibi, cenſetur etiam declarare, quòd liceat recipere. Et idem do. Abb. in c. quia clerici. de iure pa. dicit, ꝙ lex pœnalis loquens de emptore, extendit̃ ad uenditorẽ. Et hanc dicit eſſe cõmunem theoricam Legiſtarũ in l. fi. ff. de accep. Simile dixit Bar. & gl. in l. inuitus. §. j. ff. de reg. iu. ꝙ ſtatutũ prohibens notarium recipere aliquid ultra ſalarium, prohibet etiã uolentem dare: de quo per glo. in c. j. j. de ſi. & ibi aliàs dixi: & adduci põt elegans conſi. Pau. de Caſt.
7 xxj. quod inci. Cõmunitas alicuius terræ. Vbi † examinans, an liceat emere annuos reditus ſine uſura, dicit inter alia ſe feciſſe uni theologo tale motiuum pro parte affirmatiua, in qua reſidet, uidelicet licitum eſſe habenti talem reditum pecuniarium cuicunq; uendere, l. dudum. C. de contrahen. emp. Ergo licet emere propter naturam correlatiuorum: ſicut econtrario non licitè emitur, quod non licitè uenditur. Alleg. Auguſt. ſuper Euangel. Eiecit ementens & uendentes, ut ibi latius per eum. Sic etiam Bald. in c. ij. j. de proba. alle. d. l. unicam, C. de cupreſ. dicens, quòd natura correlatiuorum eſt communis utriq; extremo, & uno contrahentium prohibito, uel permiſso, alter cenſetur prohibitus,

a *Pœnæ] Adde text. in l. j. & ibi Bar. C. de cuprej. lib. xj. Et adde etiam idem in correctorijs, l. fin. in prin. & ibi Bart. C. de indi. uid. tol. & uide Gemi. in c. j. de temp. ord. lib. vj.*

bitus, uel permiſſus, per c. ij. de mut. peti. cum ſi. Sic etiam dicitur, quòd diſpoſitum de actore, extẽditur ad
8 reum iure correlatiui. Vnde dixit Domin. latè in c. j. de dol. & cõtum. in vj. quòd † ſi actor obtinuit ſpecialem commiſsionem, quòd in cauſa ciuili reus debeat comparêre perſonaliter in iudicio, teneẽ etiã ipſe actor comparêre perſonaliter. Facit gl. in cle. ſæpe. in uer. uoluerit. de uerb. ſig. dicẽs, ꝙ ſi actor impetrauit, ut cauſa plenaria tractetur. ſummariè, ita etiam cauſa reconuentionis debet tractari ſummariè: & pulchrè no. Bald. in c. à nobis. de excep. ¶ Sed iſta & ſimilia limitantur dupliciter.
9 Primò, ut † non procedant reſpectu pœnæ, ſecundum do. Abb. in c. j. de loca. ubi dicit, ꝙ licet diſpoſitio odioſa extendatur ad correlatiua reſpectu peccati, per prædicta, non tamen reſpectu pœnæ: tum, qa pœna nõ extendit proprium caſum c. pœnæ. de pœn. diſt. j. tum, qa conſtitutio, quæ extenditur ex identitate rationis, nun quã extendit reſpectu pœnæ, ut fuit doctrina Ioã. And. c. diſpendia. de reſcri. in vj. quã refert & ſequitur ibi Domin. & Imo. poſt do. Ant. in c. fi. j. de reſcrip. & do. Abb. hîc in alia q. Et idem no. Ioan. And. in c. ſi fortè. de elec. in vj. & ibi Dominic. & do. Ant. in c. fin. j. de conſue. Facit ſing. dictum Ioan. And. in c. tibi, qui. de reſcri. in vj. ubi dicit, quòd licet decretum Papæ afficiat ignorantes, c. j. de conceſ. præben. in vj. nõ tamẽ reſpectu pœnæ. Facit glo. in clem. nolentes. in uer. ex nunc. de hæreti. & quod dicetur poſt Imol. & alios in c. fin. j. de conſti. ubi conſtitutio, quæ aliàs extenditur ad præterita, non extenditur reſpectu pœnæ. Et iſta limitatio, quæ uidetur æquiſsima, euertit dicta do. Abb. hîc, & quorundam aliorum: de quibus j. ¶ Sed tamen uerius eſſe puto id, quod no. do. Abb. hîc, & alij præfati, ꝙ pœna impoſita uni ex correlatiuis, procedit in alio, conſiderando, ꝙ quando non ſubeſt per omnia eadem ratio, tunc prædicta non procedunt, ut in ſeq. limitatio. Vbi autem eſt eadem ratio, tunc ipſum correlatiuum non expreſſum comprehenditur tacitè ui uerborum: & nõ dicitur fieri extenſio, imò habetur pro expreſſo, iuxta gl. ordinariã in c. j. in uer. Italiæ. de temp. ord. in vj. quæ loquitur etiam reſpectu pœnæ. Et concor. Pet. de Anch. in repe. c. j. j. de conſti. & Ioan. de Ana. latè in c. cùm ſit Romana. j. de ſi. & Pet. de Anch. conſi. xcij. incip. ſuper dicto dubio. no. Bal. in l. illud. C. de ſacroſan. eccle. per eundem in l. j. C. de interdi. Eſt tex. quem ſæpe Bal. alleg. in l. his ſolis. ibi, tacitè cautum putamus. C. de reuo. do. ubi illud habetur pro expreſſo, & ineſt eadẽ ratio. Et facile eſſet adducere plurimas glo. contra dictũ Ioan. And. in d. c. diſpendia. qꝫ imò reſpectu pœnę lex extendatur ab identitate rationis: de quibus do. Ant. in repet. c. fi. j. de conſue. & Imol. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut. matr. & contra Ioan. And. in ſuis terminis, c. diſpendia. tenet do. Abb. in c. fin. j. de reſcrip. & propriè in proposito de correlatiuis firmat etiam Dom. in d. c. j. de temp. ord. in vj. uer.
13 fallit ſecundò. dicens, ꝙ quando lex imponit cuilibet correlatiuo ſuam pœnam, prout facit in c. ij. §. j. eod. tit. fit extenſio ad caſum habentem ſe correlatiuè ad caſum expreſſum etiam reſpectu pœnæ. Alleg. Bar. in l. liberorum. per illum tex. ff. de inſa. ubi ex identitate rationis ſtatutum pœnale de uxore extenditur ad maritum. Et dicit optimè facere gl. in c. ij. in uerſ. reus. de confeſ. in vj. Ad idem alleg. gloſſ. in c. cupientes. §. penult. in uer. de cętero. de elec. in vj. & hanc ponit pro una fallentia ad regulam, ꝙ conſtitutio pœnalis non extenditur reſpectu pœnæ, ut non procedat in correlatiuis: & ſic etiam tranſire poſſet cum regula dictũ Ioan. And. in d. c. diſpendia. & uide Dom. in d. c. ij. de confeſ. in vj. ubi ex dicta glo. colligit cõſtitutionem pœnalem extendi ad correlatiuũ: & idem latè notat Bald. de emente & uendente in rub. de re. cred. ad ſi. ubi uide. ¶ Secundo mo-
10 do limitantur prædicta, ut † non procedant, quando non eſt eadem ratio in utroq; correlatiuo, ut per Salic. in l. properandum. §. j. C. de iudi. ſuper glo. in uerſ. euacuabitur. In qua concludunt Cyn. & Angel. pœnam illius tex. loquentis in actore non procedere in reo propter diuerſitatẽ rationis. Idem latè probat Pet. de Ancha. in d. c. canonum. loquens in terminis d. l. properandum. & authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & quod ibi Bart. iungendo ſimul dicta iura. Idem latè Ioan. de Ana. in d. c. ſuper eo. de uſur. próbans, ꝙ licèt dare & recipere ſint correlatiua, tamẽ aliquando recipiens ad uſuram non peccat: & ſic non procedunt à parti. Quod exemplũ declarat etiã Imol. idem tenens in c. debitores. de iureiur. ſic limitãs prædicta. Et Pet. de Ancha. in cle. j. in prin. in iij. q. de uſur. Idem latè no. do. Ab. in d. c. j. de loca. propter glo. ſing. ibi uolentem, ꝙ pœna impoſita locatori non extendatur ad conductorem, in quo non eſt eadem ratio: & alleg. tex. in clem. j. de conſang. & affin. ubi tex. punit contrahentẽ cum moniali, & eadem pœna afficit monialem, quaſi aliàs non comprehenderetur. Et ad hæc uide Inno. in d. c. j. Et ideo dixit Ioã. And. in c. non debet. j. de teſti. ꝙ iſte tex. loquens de accuſato, non procedit in accuſatore propter diuerſitatem rationis. Item Ioã. de Ana. in c. fi. de Iudæis. dicẽs, ꝙ pœna uenditoris nõ ligat emptorẽ, quãdo ipſe non deliquit, per c. qa clerici. de iure pa. ¶ Simile dicitur de
11 pœna † adulterij, ut non procedat in adultera cognita per uim, licet ſint correlatiua, ut p gl. in c. debitores. de iureiur. & ibi per Imo. Bene facit, quod no. Bal. in l. j. C. de ſer. cõmuni manumiſſo. ubi dicit per illum tex. cum gl. ꝙ ſtatutũ compellẽs emere, non cõpellit quem uendere. Et ad l. unicam, C. de cuprej. reſpondet, ꝙ ibi prohibitio fiebat ratione rei, & ideo cõprehendit uendentem: Secus, ubi uerba diriguntur ad aliũ contrahentem ex ſpeciali ratione. Ad idem, quod not. Lud. Ro. de mente Bar. in l. multum. ff. de uerb. obl. ubi dicit, ꝙ prohibitus in alterius territorio emere, poteſt tamen ibi uendere: reſpondit ad prædicta, ꝙ non procedit, ubi eſt diuerſa ratio. Facit l. iij. in princ. ff. de iniur. Vbi quam-
12 uis † uxor & maritus ſint correlatiua, tamen iniuria facta uiro non cenſetur facta uxori: ſed bene econtrà: quia ſubeſt ratio diuerſitatis, cùm uxores debeant defendi à uiris, non econtrà. Bene facit, quod not. do. Ant. in c. uniuerſitatis. j. de ſen. excom. ubi dicit, eſſe bene notandum ex dictis Ioã. And. ibi, ꝙ ubi unum correlatiuum non proportionatur alteri, prædicta non procedunt. Vnde lex diſponens de poteſtate uiri erga filios, non extenditur ad uxorem: quia hæc materia ei non proportionatur. Alleg. §. iuxta. Inſtit. de exhær. lib. & de materia aliquid per Pet. de Anch. in clem. j. de hære. & Bald. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. Et no. quòd ubi lex imponit diuerſas pœnas cuilibet correlatiuo, illis ſtatur, ut per Dominic. in c. j. de temp. ord. in vj. per c. ij. eod. tit. & lib. Et de his ſatis pro
13 nunc. ¶ Cæterùm in proposito, quid † contineatur appellatione ſcholarium: ſubdit hîc Ioan. And. quòd licet nõ ueniat doctor, quia deſinit eſſe ſcholaris, tamen uenit rector, etiam in odioſis, quia non deſinit eſſe ſcholaris: ſicut appellatione monachorum uenit abbas, qa non deſinit eſſe monachus: c. fi. de ſi. Et dominus familiæ appellatione familiæ: & patricij appellatione plebis, in §. plebis. Inſt. de iure natu. gen. & ciui. ¶ Nec obſt.
4 ꝙ appellatiõe capituli nõ comprehendat̃ prælatus, ut per gl. in cle. ij[a]. in uer. eiſdẽ. de æta. & qua. quia ille deſinit eſſe canonicus, & efficitur caput, ſecundum Innocen. in c. irrefragabili. de off. ord. Sed rector non deſinit eſſe ſcholaris, ut dixi. Tamen iſtud dictum Ioan. And. eſt ualde arduum, & menti tenẽdum ad ſtatuta de ſcholaribus loquentia, ſecundum do. Abb. hîc. Sed conſidera: quia fortè non differt iſta quæſtio ab

a *In cle. ij.] Vide de Card. in j. col. & plenius ibi, in §. j. x. q. & in cle. j. opp. iiij. de reg. & in q. fi. in fi. & adde tex. in c. poſt electionẽ. de conſuet. præb.*

illa,an appellatione collegij ueniat caput collegij? & licet episcopus desinat esse canonicus, non tamen omnis prælatus desinit esse de collegio. ¶ In qua q. uide do. Ant.in c. post electionem. j. de concess. præben. ubi dixit per illum tex.in parte decisa cum glo.iij.q; imò appellatione capituli uenit caput capituli. Idem glo. in c. eam te.in uersi, fecisse.j.de rescri.& Archi. in §. sed illud, xlv. dist. Contrarium tenent do.Abb.& Imol.in d.cle.ij. & Abb.in d.c.eam te.in notabilibus& Dom.in d. §.sed illud,allegando gl.in cle.j.de reg. ¶ Sed ueritas est,q; in materia stricta nō comprehenditur: quia prælatura alterat ipsum simplex:unde non cōprehenditur sub simplici,ut probat in simili tex. optimus in c. statutum. de elec.in vj. per quem tex.dicit do.Abb.in c. bonæ. el j. de postu.præla.q; in materia stricta appellatione clericorum non ueniunt Canonici, propter qualitatem, quæ alterat ipsum simplex,de quo in specie dicetur ibi. Et ideo per illum tex.dicunt in proposito do. Abb.& Ioan. de Ana.in d.c.fi.de fi.q; si statutum punit scholares portantes arma,non comprehendit rectorem. Et hanc cōclusionem de prælato respectu collegij tenet Imol.in d. c.post electionem.& procedit regulariter. ¶ Fallit primò, nisi † fiat sermo in materia cōmuni collegio & capiti,per tex.in c.ea noscitur.j.de his, quæ fiunt à prælato.& ibi Host.do.Ant.& Imo.¶ Secūdò fallit,nisi † propter carentiam prælati scriberetur capitulo: quia tunc creato prælato incumbit ei expeditio mandati, ut patet ex glo.in d.c.eam.te. ¶ Tertiò † fallit in prælato,cuius prælatura non est distincta à iure capitulari, ut est archipresbyter, & similes. Sed prædicta procedunt in prælato habente iurisdictionem in collegio, sine quo collegium facit unum corpus. Tales enim nō dant nomen collegio, cùm possit esse sine capite,secundum Innoc.in c. cùm non ignores. j. de præben. cum concor. quas dixi in c.ex literis.in tertio notabili,j.eod. Ita notat do.Abb.in d.c.post electionem.Facit,quod no.Bart.in l.quod constitutum.per illum tex.cum glos. ff.de testa. milit. ubi dicit,q; priuilegium concessum hospitali non comprehendit eius rectorem, quando non est de corpore hospitalis:secus,si est de corpore. ¶ Hæc fallentia procedit ubi de consuetudine,uel alio iure speciali dicti prælati inferiores ab episcopo,habent uocem in capitulo:sed iure communi ipsi non ueniunt appellatione capituli. Imò Papa scribendo capitulo non uidetur in materia odiosa scribere archipresbytero , uel similibus,sed solis canonicis,quos uidetur considerare,prout de iure est,non prout de iure speciali.c.j.de constit. in vj.ut concludit Dom.in c.fin.de præben.in vj. maximè per c.eam te.in uersi.decano & capitulo.j.de rescri. facit c.ex parte decani.ibi,decanus & capitulum. j. de rescri. & ibi do.Ant. do.Abb.& Imol. & in c. bonæ. el j. in uer. præposito. & c. j. de postul. præla. & in c. cùm inter. in uer.decanus & capitulum , j. de elec. cum si. In quibus de stylo curiæ est,tales exprimere seperatim. Et hinc est, q; non habent uocem in capitulo de iure: quia illa est propriè ex iure canoniæ, secundum Imol. in c. ij. j. de constit.nec sunt de corpore,quod cōstituitur ex episcopo & capitulo,secundum do.Abb.in c.cùm olim. de re iudica.&in c.auditis,de elec. ¶ Non obst. regulæ prædictæ c.fi.de symo.cum aliis præalleg. quia loquuntur in materia fauorabili, in qua bene uenit caput collegij, secundum prædictos:& ita no.Dom.in d.§. sed illud. & do.Ant. in d. c.ea noscitur.& Docto.in d.c. fi. de sica. attenta doctrina Ioan.And.ibi,& Bar.& aliorum in l.ij.in prin.ff.de uerb.obl.dum dicunt,quòd potestas dispensandi est fauorabilis, licet dispensatio sit odiosa, in c.j. in fin. de fil.presby. in vj. ¶ Et istis adde do.Card. in d. cle.ut hi, qui.uer. quartò quæro de ætate & qualit.ubi traditur pro regula generali,quòd † respectu uocabulorū dispositio non extendibilis facta de collegio non concernit caput collegij. Ad c. post electionem. dicit, quòd ibi dispositio non est restringibilis: & de hoc latiùs per eum ibi, & in clem. j. in princ. in x. quæst. de reg. ubi dicit,se dicere non tacta alibi. Et istis adde,quòd appellatione prælati non comprehenditur capitulum, secundum do. Ant. in c. graue. in iij. not.de præben. ¶ Vtrùm † autem appellatione Doctorum ueniant licentiati? Vide Bald.in l.athletæ.ff.de exc. tut. qui dicit,q; non: & infert ad prætorē,q; ex forma statuti tenetur habere secum doctorem,ut nō sufficiat habere licentiatum. Similiter dixit Bal. in l.j.ff.sol.mat. quòd excommunicatis doctoribus nō includuntur licentiati:& idem Bald.in simili in l. penul. ff.de mili.testa.& in l.qui indignus. ff. de sena. De quo tamen uide notanter per Dom. post Pet.de Anch. & Imo.in procemio vj.ubi dicunt, quòd sic, materia larga & fauorabili: secus autem in odiosa, per d. l.penult.& idem not. Bald. ibi, & in l. sed & reprobari. in fin. ff.de excus. tut.& in authen. habita. C. ne fil. pro pa.& Rapha.in l.mulier.§.j.ff.ad Treb.& Lud.consilio cccxxxiij.incip.Quo ad primum articulum.& ibi sentit, quòd licentiatus factus doctor non præcedit alium, qui post eius licētiam acceperat gradum ante eum.Et allegatur ad idem Pet.de Anch.in cj.de paroch.& Ioan. de Lig. in c.capitulum. de rescrip. Et quod in simili not. Ioan.And. in c. si prope.de rescr.in vj. Sed bene facit c. quamuis. eod.tit.& lib.& optimè l.j.in fi. de consul. lib. xij. De qua meminit Bart.in l. j.ff.de obseq. & pridie fuit in facto Ferrariæ,de quo etiam per Angel.de Are. in §.quædam.uersi.quæro de quæstione.Insti.de act. ubi aliter uidetur inducere d.l.j.de consul.& uariare à prædictis,de quibus tamē mentionem non facit, ¶ In tex.ibi, salute. Effectum huius salutationis ponit glos.in procemio vj. in uer. benedictionem. quam declara, ut hîc per dom.Abb. & adde Bal.in l.filio.in princ.ff.de lib.& posthu. ubi dixit,quòd † probatur remissio iniuriæ per salutationem [a]. Alleg. c.omnes, qui. xxiij.q.j. quod intellige,nisi lis iam esset contestata super iniuria,uel pars citata: quia tunc uidetur remississe rancorem, sed non iniuriam [b], secundum do.Ant.in c.olim.in fin.j.de iniur. Et quòd ista differant,est gl.ordinaria.in c.si quis constitutus. xc. dist. Et adde, quòd econuersò non salutans præsumitur inimicus,secundum glo.fi. in c.cùm Adrianus.lxiij.dist.dum modò priùs fuerit solitus salutare,secundum do. Abbas in c.ad hæc. j.de app. & in c. cùm super.super glo.j.de offic.dele. & in c.repellantur.de accusa. ¶ Et adde, quòd † cum Papa scribit carentibus gratia sedis Apostolicæ, ut schismaticis & similibus, loco salutationis dicit Spiritum consilij sanioris, secundum Ioan.And.hîc, per c. admonere.in prin. xxxiij.q.ij.nisi salutaret ad captādam

a *Per salutationem] An & quādo iniuria remittatur per salutationem,uide Archi. in d. c. olim. alle.in tex.de iniur.& dam.da.*

b *Non iniuriā] Sed quid si iniuria remissa fit in foro pœnitētiali, an poterit fuscitari in foro iudiciali? Dic, q; non, si est facta plena remissio, secundum Bald. in c.j. §. iniuria. uersic.quæro,utrum iniuria. de pac.iura. fir.& glo. Insti. de iniu.§.fin. Secus autem, si solus rancor remissus sit, uel si dubitatur, secundum Bald. ubi suprà. Vide Bart. & Doctores,& do. Alex. in l.si tibi.§.quidam.in ult. quæstione, ubi Bald. Paul. de Cast. & omnino Alexan. uersi.extra glossf. quærit.ff.de pac. & omnino per Ioan.And.in addi. ad Specul. de loc.§. nunc uerò aliqua. uersi. itē pone, cū quidā. & per Alex.in l. non solum. §.iniuriarū. ff.de iniur. ubi ponit eā remitti etiam in foro pœnitentiæ per cōfessionem facerdoti factam cum iuramento, cū sacerdos possit alteri acquirere, secūdum Bal. ibi sing. de quo etiam per Ioan. And. in addi. ad Spec.in tit. de instr.edi.§.nūc aliqua. & Bart. & Imo. in c. de his, de accus. & Bal. in l.j.C. de lib. et eo. liber.*

bene-

beneuolentiā,prout fecit Gregorius XII. scribens fautoribus Benedicti,quos,p schismaticis habebat,secundum do. Ant. hîc, dicentem se fuisse oratorem eius ad regem Francię:cui addit Dom.q; do.Ant. uita functus illo anno nō uidit optatū finem eius schismatis, ut hîc
21 per eum. ¶ Et subdit do. Ant.hîc, q; si † Papa ex certa scientia scribit collegio, uel uniuersitati, ut uniuersitati, nisi aliud protestetur, uidetur eam approbare. Alleg. c.indemnitatib.§.fi.de ele.in vj.& cle.attendētes. de statu.regu. ubi fit talis protestatio:& sic datur intelligi, q; ea omissa uidebatur status illarum approbari. Et ita tenet Innoc.in c.cùm ab ecclesiārum.j.de offic. ord.nisi ultra consensum requireretur dispensatio. Et ubi sic esset,remittit do. Ant.ad Inn.in c.uenientes.j.de fil. presby. & in c.diuersis fallacijs.de cle.coniu.& gl.in c.ij.de schisma.& Bar.in l.quidam consulebant. ff.de re.iudi. Et sequitur hoc simpliciter Dom. Sed in hoc ultimo, quando actus tacitus sapiat dispensationem, dic, ut per Ab. in c.prætērea.de testi.cog.cum conclusionibus, quas aliàs ibi dedi. ¶ Et ad dictū principale do. Ant.adde Pet. de Anch.idem tenentem in c.statutum.in prin. uer. sed quid dices de castris. de rescri.in vj. & Bart. in extraua. de pa.Constan.in uersi. Lombardiæ.& in l.fi. post prin. ff de colle.illi.& do.Card.in cle.si tumus.in ij.responso, in iij.opp.de sent.excō.ubi respondet ad illum tex. prima facie probantem cōtrarium. ¶ Et adde do.Card.in c.solitæ.de ma.& obe.ubi ex suprà scriptis colligit,q; ex sola denominatione nō acquiritur alicui dignitas. De quibus uide per Lud.Ro.in l.ex hac scriptura.ff. de do-
vj. de offic. uic. de qua fiet mentio in c. cùm omnes. super glos. fi. ĩ. de constit. Item non procedit dicta conclusio, quando legeret per substitutum de consensu eorum, quorum interest, secundum do. Card. in c. fin. ĩ. de offic. delega. Item, si subesset infirmitas, uel necessitas, secundum Bald. in d. l. fi. ff. de excu. tu. arg. l. si potuerit. ff. de manumiss. test. ¶ Et aduerte: quia illis casibus, quibus quis potest legere per aliũ, uidetur necessarium, quòd alia concurrãt: putà, quòd legat per doctorem, nõ per scholarem, propter notabilem doctrinam Bald. in l. parabolam. C. de episc. & cleric. ubi ex illo text. aureo latè colligit, quòd qui non est ad electionem idoneus à principio, non potest per alium surrogari: & reprobat iudices electos ad officia nõ competentia ciuibus, qui in absentia substituunt ciues, ut ibi per eum. Vnde si forensis ex statuto non posset regere cathedram matutinam, prout Bononiæ seruatur, non poterit doctor illam regens substituere forensem, per hanc doctrinam. Item requiritur, quòd necessitas, quæ facit doctorem legere per alium, sit talis, quæ causet impossibilitatem: & non sufficeret, si causaret solam difficultatem, ut decidit Spec. in d. uersic. quid si doctor. quia in obligationibus uoluntarijs, quib. quis nemine se cogente subijcit, sola difficultas non immutat obligationem. Alleg. l. continuus. §. cùm ita. ff. de uerb. oblig. Et ideo consuluit Spec. in tit. de stat. mo. §. j. uer. xxix. quòd doctor legens si proponat ingredi religionem, priùs finiat conductam suam, allegando Hostien. de oblig. ad ratiocĩ. §. quis obligatus. uer. quid de illo. Itẽ requiritur, quòd substituat æquè peritum, secundum Bartol. in d. l. j. §. ne autem. C. de cad. tollen. & in d. l. nemo. & do. Abba. hîc. Ex quo sequitur, quòd difficile foret inuenire substitutum doctori singulari. Et idem de solenni scriptore dixit Bald. in l. si hi. C. loca. Et pro eo, quod suprà dicitur, neminem posse per alium addiscere, facit, quod dicitur de actibus concernentibus in diuiduam complexionem: quia per alium expediri non possunt, ut de adulterio dixit glos. in l. sciant. in uer. alio. de elect. in vj. & l. j. §. sed & si cùm quis. in uersic. per hanc. ff. de ui & & ui ar. & do. Ab. in c. mulieres. de senten. excommu. & Ioan. And. in regula, rati. in Merc. & Arch. in c. omnes. xvj. q. vij. cum si. Committitur tamen mandato, quo ad effectus ciuiles, ut per Domi. in d. c. sciant. & Bartol. in l. non ideo. in xj. q. de accus. & Bart. in d. §. sed & si. cum
5 concor. ¶ Tertiò not. in uer. una uerò. quòd † unica est ecclesia uniuersalis. Et de ista dicitur, quòd errare non potest, c. loquitur. & c. arrepta. xxiij. q. j. secũdum Doc. hîc. Quibus adde Domin. in c. decretum. xix. dist. ubi dicit, quòd hoc non intelligitur de Papa, quia errare potest, ut ibi. Idem dicit post Hugo. quòd Papa cũ Cardinalibus adhuc in tantum errare non potest, licet aliqui errẽt. Et adde, quòd ipsud, Errare non potest intelligi, scilicet in fide, seu articulis fidei: nã, p hoc orauit Christus ad patrem ibi, Ego pro te orani, Petre, ut non deficiat fides tua. In alijs autem ecclesia uniuersalis bene potest errare: quia eadem ratio est in ecclesia uniuersaliter repræsentata à totò concilio, quæ est in ecclesia particulari. Posset enim ecclesia uniuersalis errare excommunicando fortè illum, qui non erat excommunicandus ex aliqua causa latenti, iuxta c. inquisitioni. de senten. excom. Et declarat do. Abb. in c. à nobis. el j. in princ. eod. tit. Exponens etiam illud, quod dicitur, iudicium ecclesiæ debere se conformare iudicio Dei, c. ut nostrum. ut eccles. benefic. quia intelligitur, in quantum possibile est, aliàs non. Vnde in occultis errare potest, & sic non conformare se Deo, qui solus nouit secreta, c. erubescant. xxxij. dist. in. & d. c. ut nostrum. secundum eum. Et ista faciunt ad q.

utrùm ecclesia possit errare in cano- b *Sanctorum]*
nizatione sanctorum[b]; quàm tetigit *Quæ autem requirantur in ca-*
in c. uenerabili. ĩ. de testib. referendo *Cardi-*

nonizatione sanctorũ: dic, secundum Innocen. in c. audiuimus. ℸ. de reliq. & ue. san. quòd regulariter requiritur probationes de fide & excellentia uitæ, & miraculis eius: de testi. uenerabili fratri nostro. Et adde, q canonizatio sanctorum, secundũ Innoc. ubi ℸ. est canonicè & regulariter statuere, quòd aliquis honoretur p sancto: puta, quòd fiat officium pro eo solenne, sicut pro alijs sanctis, qui sunt eiusdem conditionis: ut si confessor fiat, officium confessorum: si martyr, martyrũ. Sed qd si quis non dicit sanctum, qui est: uel dicẽs esse, qui non est, an peccat? Dic, q. sic: quia abominabilis est Deo, & Christum uiolat, ut per Spec. in ti. de fer. §. j. uer. solennes. Sed nunquid fundẽda sit oratio ad nõ sanctum? Dic, quòd sic, secundum Innoc. loco alle. sicut ad aliquem uirum, qui creditur bonus, ut p se intercedat ad Deũ: quia Deus fidem illorum attendens, etiamsi ille nõ est bonus, preces eorũ acceptaret: argumen. xxxij. distinct. §. uerum. xv. q. ult. c. fi. Non tamen licet de eo facere officium solenne, uel preces solennes. Sed nunquid possit ali⁹, quàm Papa, canonizare? Dic, quòd nõ, prout per Innoc. loco allegato.

Cardinalẽ sancti Sixti in tractatu de potestate Papæ, q. xlj. ¶ Vltimò nota ibi, secundum claues ecclesiæ. quòd duę sunt claues ecclesię. Et dicũt Doc. quòd una est potestatis, altera uerò scientiæ: quia habens exercitium clauis debet esse discretus. Alij dicunt, quòd unica est clauis, scilicet potestatis: sed requiritur alia clauis ad exercitium. Pro hoc c. tãta. ℸ. de excess. prælа. ubi de claue fit mentio in singulari. Alij dicunt, quòd una est clauis in foro contentioso, alia in pœnitentiali: de quo per glos. xx. distinct. in prin. & xxj. dist. §. j. secundũ do. Abb. ¶ Adde Domi. xx. distinct. in summa, & Pe. de Anc. in regula, peccatum. in v. de reg. iur. in vj. per Cald. in repet. c. nostra. de pœn. & remiss. per Bald. in l. fi. in fi. C. si à nõ compe. iud. per Host. in sum. de pœn. & remiss. §. j. per do. Abb. post glos. j. in d. c. tanta. & in d. c. licet. de elect. latissimè per omnes in iiij. sententiarum, distinct. xix. maximè per Richar. ponẽtem xxx. q. Et aliquid dixi aliàs in quodam tractatu meo De indulgentia plenaria.

De constitutionibus,

TITVLVS II.

SVMMARIVM.

1 ¶ Constitutio quid sit, & unde dicitur.
2 Gesta ardua per Papam sine cardinalibus non obligant successorem, quia debet eorum cõsensum requirere.
3 Scriptura an sit de essentia legis. & nu. 4.
5 Scriptura an sit de essentia gratiæ Apostolicæ.
6 Fiat, quod ponitur à Papa in supplicatiõibus, intelligitur scilicet pro tunc, & non in futurum.
7 Constitutio an debeat scribi secundum idioma legislatoris, an secũdum idioma locorum, ad quos dirigitur, si non est idem idioma. Adde nu. 8.
9 Ius unde ortum habuit.

¶ Præsuppositis alijs, quæ circa præludia istius Rubricæ tãgunt hîc Doc. præsertim do. Anto. & Imol. considerandum est, inquantum per expositores dicitur, quòd ℸ cõstitutio dicta est, quasi simul statuitio: qa Papa solus non potest condere legem: maximè in arduis, in quibus tenetur requirere dominos Cardinales, per c. per uenerabilem. §. rationibus. qui filij sint legi. no. Ioan. Mona. in c. super eo. de hære. in vj. & Bald. in l. cùm multa. C. de bo. quæ lib. & Ioã. de Lig. in tractatu De bello, & do. Card. in repet. c. perpendimus. de senten. excom. Et ideo dum glos. iij. distinct. in summa appellat epistolam decretalem, quam Papa facit sine Cardinalibus, intelligitur in materia non ardua, secundum Mod. hîc. ¶ Addẽ elegans consilium do. Car. cxxxvij. incipiens, Ad quendã in carcere. Vbi dicit, quòd ℸ ardua gesta per Papam sine cardinalibus, non obligant successorem: quia debet eorum consensum requirere. Vnde reuocatæ fuerunt collationes Celestini: factæ ab eo solo. Allegat Ioan. Mon. in d. c. super eo. Idem tenet domi. Card. & Imol. in c. ex gestis. de cle. non resi. & domi. Abb. in c. quæsiuit. de his, quæ fiunt à maior. par. c. & in disputatione incip. episcopus & quidam rector Parmensis. & in c. j. in fi. de offic. leg. & in c. literas. de restitut. spo. & in d. c. per uenerabilem. & Pet. de Monte in sua monarchia, & do. Ant. post Hostien. in c. requisiti. de testa. & Ioan. And. in c. antiqua. de priui. & ibi domi. Anto. in j. q. domi. Card. in c. petitio. de homi. & ibi Ana. & Archi. in c. sunt quidam. xxv. q. j. & in c. cùm redemptor. xij. q. ij. & in c. Adrianus. Io secundo, lxiij. distinct. & Domi. in c. j. in notabilibus, de renun. in vj. & Bald. in l. fi. in uer. & ideo Vrbanus. C. de diuer. rescript. & do. Card. consil. cl. incip. Quæsitum fuit sæpe à me. Et faciunt iura, in quibus Papa dicit De fratrũ nostrorum consilio & assensu, ut in c. ad Apostolicæ. de re iudicata, in vj. & in c. j. de schisma. eodem lib. cum alijs, quorum adunantia nihil importaret. Et multa accumulauit Ioan. And. in alio proposito, in regula, nullus ex consilio. de regu. iu. in vj. in Mercuria. ¶ Sed quòd imò Papa possit ardua expedire solus, & actus teneat, & per consequens constitutio meliùs dicatur communis statuitio, non autem simul statuitio, probatur ratione: quia illa nõ dicitur potestas libera, ad cuius exercitium alius requiritur, ut probat glos. uulgata in cle. dudum. in uer. liberè. de sepul. No. Ioan. And. in c. licet. de præben. in vj. Sed Papa habet potestatem liberã. Ergo non tenetur alium requirere. Et quòd sit libera, patet per clemen. ij. ut lit. pen. & c. ij. de præben. in vj. c. significasti. ad fi. de elect. & tex. optimus in c. cũcta. in uer. sine ulla synodo. ix. q. iij. Et ideo dicitur, quòd soli Petro datæ sunt claues, per illa uerba, quodcunque, &c. xxiij. q. j. c. quodcunq. Ad idem, quod scribit Augustin. de Ancho. ordinis Eremitarum, in tract. De potestate ecclesiastica. Et refert Archiepiscopus Florentinus in ij. parte tertiæ partis suæ summæ sub rubrica De potestate Papæ, ubi probat, quòd Papa in canonizatione sanctorum non tenetur de necessitate requirere cõsilium Cardinalium: quia cardinales non assistunt Papæ per modum determinationis, seu limitationis, sed magis ministerij & consilij, secũdum eum. Pro quo facit: quia cùm ecclesia militans sit exemplata ad instar triũphantis, secundum glos. in uer. ecclesiæ. in clemen. j. de hæret. rationabile est, quòd sicut in ista est unicus Deus, cui omnia obediunt, ita in ista sit unicus uicarius, qui omnia concessa solus possit. Ad idẽ quod no. Ioan. An. in c. sanè. de cõuer. coniu. ubi dicit, quòd solus Papa creat cardinales: & sequitur ibi domi. Ant. sentientes, quòd non tenetur eos requirere de necessitate in creatione cardinalium. Ad idem tex. optimus in c. fundamenta. §. decet. de elect. in vj. & ibi glos. in uer. contingeret. quæ dicit, quòd non compellitur consulere fratres. Et idem gl. j. in c. ad Apostolicæ. de re iudi. in vj. & ibi Dom. & gl. noua in extrauaganti Benedicti. XII. uas electionis. super uer. consi. & plenior in extrauaganti Clementis VI. unigenitus. super uersic. consi. dicentes, Ioan. Mo. ideo aliter dixisse in d. c. super eo. quia cum esset Cardinalis, promptè sustentabat partes collegij Cardinaliũ: ideo suspectus: & ipsemet in sua glos. Extrauagãtis Bonifacij VIII. excommunicamus. super uer. clericos. retractat certam suam opinionem, quam in prærogatiuam Cardinaliũ aliàs tenuerat in simili, in c. j. de schisma. in vj. dicens, forsan mihi nõ credendum, quia pro me dixi: & sic uidetur ista opinio communis, quam tenet Ioan. de Ana. in c. firmissimè. de hære. & dom. Abb. in d. c. ex gestis. & Domi. in d. c. super eo, dicens idem de imperatore,

imperatore, quo ad suos barones: & allegat Hug. in c. in istis. §. leges. iiij. distin. Bene facit glos. j. in c. in istis. iiij. distinct. & glos. ij. in c. Anastasius. xix. dist. & glos. in uer. Cornelia. in c. quodcunque. xxiiij. q. j. & in c. legimus. in uer. maior. xciij. distinct. & glos. fin. in c. nemo. ix. q. iij. In quibus habetur, quòd dictum Papæ prælatet dicto concilij: quod ampliare uidetur dom. Abb. in c. maiores. de baptis. per illum text. etiam ubi agitur de fide & sacramentis contra quasdam glos. de quibus per eum ibidẽ. ¶ Et ista pars uidetur sustentabilior, & adducta in oppositum loquuntur de honestate. Et sic loquitur d. §. rationibus. prout apertè colligitur ex text. & glos. in d. §. decet. Imo si esset consuetudo in contrarium, non ualeret: quia est cõtra supremam potestatem principis. Ergo nulla, ut per Innocen. in c. bonæ, el ij. de postul. præla. secundum do. Abb. in d. c. ex gestis. Et idem, si de hoc esset lex expresè: quia par in parẽ, &c. & c. innotuit. de elect. & per tacitã consentionẽ eam tolleret, iuxta l. quidam consulebant. cum materia ff. de re iudi. maximè in facto proprio, iuxta clemen. j. de probat. Et cum istis cõcor. Paul. de Cast. consil. cclxxx. quod incipit, In Christi, &c. In facto præsenti. allegando glos. Gul. in extraua. Execrabilis. quæ incipit, scilicet Cardinalium. & Arch. in c. quamuis. de offic. ord. in vj. Bene facit, quod no. beatus Thomas in iiij. distinct. xiiij. in fi. ubi dicit, quòd Papa non utitur baculo, sicut episcopi: & assignat inter alias rationes unam, quia scilicet non habet coarctatam potestatem, quod curuatio baculi designat. Et sic uult, q habeat liberam potestatem. Et dixit Bald. in c. j. qui feud. da. pos. quòd habens plenam & integram administrationem, non tenetur alterius consilium requirere. ¶ Tangunt etiam hîc Scribentes dubium disputabile, uidelicet utrùm de essentia legis sit scriptura: & dicunt communiter, quòd non: & sic potest probari per testes, secundum domi. Anto. & domi. Abb. & Imol. hîc, imitantes Ioan. And. qui de hoc ad saturitatem scripsit in regula, nemo potest. de reg. iur. in vj. Idem tenet Ioan. And. & Domi. in c. j. per illum text. de renunc. in vj. & Io. And. in Spec. in rub. de constit. & in c. fin. ℸ. de consuet. & ibi do. Anto. & Bartol. & Rapha. in l. humanum. C. de leg. & Ang. in §. ex non scripto. Inst. de iur. natu. & Bald. in §. omnẽ. Instit. eodem ti. & adducitur tex. in l. j. in uer. uel de plano interlocuta est. ff. de constit. princ. & in c. consuetudo. in uer. Romæ. j. distinct. in c. j. in uer. non scripta. de iureiu. in vj. & in c. si quis. in uer. uel non scriptam. j. q. v. & in c. institutus. xxv. q. j. in uer. in nostra præsentia. in cle. dudum. in uer. uerbo, uel scripto. de sepul. quæ iura allegat Ioan. And. in d. regula. Et ideo dicunt Ioan. And. & Bald. in add. Spec. in tit. de lega. §. finitur. uer. sed pone, legatus. quòd de esse constitutionis non est scriptura, etiamsi contineat excommunicationem: quod no. ad c. j. de senten. excom. in vj. Idem dicas de statuto episcopi excommunicante sine scriptis, secundum Domi. ibi, in princ. & in c. Romana. §. caueant. de senten. excõ. in vj. Hanc partem tenet Ioã. And. in c. j. de postul. prælа. in vj. & do. Abb. in d. cle. dudum. ad fi. & in c. j. de postul. prælа. & Archi. in c. in primis. ij. q. j. & Petr. de Anch. in repet. c. seq. Et ideo dicit Bal. in l. j. §. fin. C. de cad. tol. quòd perdito uolumine statutorum potest eorum tenor probari per testes, quæ probatio est quoddam notorium, secundum eum. Facit l. j. in fi. C. de emen. Iusti. C. dum præcipit imperator, ut constitutio ponatur in scriptis, ut sciatur: & sic præsupponit, quòd non minus est text. & idem dicitur in plurimis constitutionib. Authenticorum. Facit c. duo sunt. in uer. scriptis confirmata. xix. q. j. ¶ Sed quòd de essentia legis sit scriptura, tenet Alber. in prima parte statutorum, quæst. xiiij. & in l. de quibus. post glos. ff. de legi. & in l. humanum. C. de legibus. Idem tenet ibi Sal. post Cy. dicens hanc esse cõmunem opinionem, per text. ibi, & in l. lege. C. eodem tit. & in d. §. ex non scripto. Idem Bald. in d. l. de quibus. in x. oppositione. Et ideo dicit Bald. in c. in causis. de re iudic. quòd de esse constitutionis est, ut ponatur inter alias constitutiones: aliàs dicitur extrauagans, per authen. habita. C. ne fi. pro pa. & per no. in l. cùm prolatis. ff. de re iud. Et hanc partem tenet Domi. post Archi. in c. lex est. per illum text. j. distin. & in c. consuetudinis. per illum tex. xj. dist. Et faciunt multa iura adducta per Ioan. And. in dicta regula, nemo. Facit glos. in uer. interpretatus. in prin. in c. j. de postul. prælа. dicens, quòd interpretatio principis redigenda est in scriptis. Et concordant glos. in §. ex his omnibus. xj. q. j. & in l. si de interpretatione. ff. de leg. & in l. j. C. de legi. Idem etiam tenet Bal. in rub. qui feud. da. pos. & facit tex. in §. singulorum. in uer. tunc. & in uer. scribi. Instit. de rer. diuis. & in §. cùm ita. j. distinct. Et utraq; opi. sine periculo sustinetur. ¶ Nihilo minùs prima pars fundatur fortioribus iuribus: sed eam declara ex uerbis Bald. in d. l. humanum. ad fi. cum quo transit Pet. de Anch. in d. regula, nemo. dicendo, quòd aut quæritur, an scriptura sit de forma substantiali legis, uel statuti: & dicendum est, quòd non. Aut quæritur, an sit de forma accidentali, id est ad inducendam obligationem ex lege: & tunc requiritur scriptura, quia ante scripturam lex non ligat: Sicut dicitur in contractu, qui priùs habet esse, quàm obliget, ut in contractu cõditionali. Et per hanc distinctionem facilè concordantur rationes & iura utriusq; partis, & facit text. in d. c. duæ sunt. in uer. confirmata. & in c. lex. & in c. ex uerbis. j. distinc. & in l. sed & ea. & in l. imò magnæ. ff. de legi. bonus text. in c. j. de postul. prælа. ibi, solenniter editam ac publicè promulgatam. Et ideo dicit Bal. in c. j. §. decedenti. qui feud. da. pos. quòd æquitates humanæ non habent in se põdus statuti, nisi sint roboratæ scriptura. ¶ Quid autem de consuetudine? Dic, ut per domi. Anto. plenè in c. fin. de consue. & Ang. in d. §. ex non scripto. & Bar. in d. l. de quibus. cum concor. ¶ Et possunt ista meritò induci ad utilem q. utrùm scriptura sit de substantia gratiæ Apostolicæ, quam ponit Ioan. And. post Archid. in procœmio vj. & ibi Domi. in §. uniuersitati. & Bald. in d. l. humanum. in fi. & in l. fi. in fi. C. de ser. cõ. manu. & in l. si qua per calumniã. uer. deinde uos uidetis. C. de epis. & cle. & in l. fin. C. senten. rescin. non poss. & in l. falsus. C. de fur. in uer. nunc uidendum econtrà. & Innoc. in c. constitutus. in glos. sed in omni. de rescript. & Bart. in l. fi. ff. de constit. princ. & in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. & glos. & Archid. in c. institutionis. xxv. q. j. & Domini de Ro. conclusione cccclxxxj. incip. Signata supplicatione. in antiquis, & in cõclusione cccclxxxj. incip. licet Romanæ. in impressis, & solennius decis. cccclvj. incip. circa secundũ dubiũ. in eisdem. ¶ Et conclusio est, quòd statim etiã prolato simpliciter uerbo dicitur gratia facta ante literarũ confectionem: sed non potest probari, nisi per literas. Non ergo requiritur scriptura ad effectum gratiæ, sed ad eius probationem. Et ideo si Papa moreretur ante confectas literas, gratia non expirat. Et literæ successoris debent mentionẽ facere de dispositione prædecessoris: quod est ualde notabile & menti tenendũ, secundum Bald. ad literam in d. l. humanum. Pro quo uide, quod no. Domi. de Ro. deci. lxij. quæ incipit, Item no. q

ubi gratia. Vbi ex istis inferunt, quòd si quis moritur signata sibi supplicatione, illud beneficium uacat per eius mortẽ: per hoc non tamẽ probaretur reseruationẽ Papę ex tali signatura expirasse: qa oportet eã probare per trãsumptũ regist. i Apostolici, ut ibi plenius. Et adde do. Ab. in c. in nostra. ad fi. de rescrip. ubi dicit, quòd malè facit capitulum recipiendo, ut prælatũ, illum quẽ Papa pronunciauit episcopum, si nõ ostendit literas, licet de pronunciatione constet, & illa sola fecerit eũ episcopum. ut s. post Bald. in d. l. humanũ. Vnde prouidet quædam extrauagans Bonifacij VIII. quæ incipit, Iniunctæ. quòd obedientes talibus promotis in curia nõ ostendentibus literas incurrent graues censuras. Et de ipsa memínit Pau. de Leaza. in commento c. nullus. de elec. & super rub. Instí. & in cõmẽto c. ij. ĩ. de concel. prẽben. Et tales pronunciati appellantur electi, secundũ do. Abb. in c. tua. ĩ. de his, quæ fi. à præla. sine consensu

6 cap. ¶ Et † ista uerificant unam solennem decisionem Card. in c. quísquis. ĩ. de elec. ubi refert se obtinuisse in quadam ardua causa, quòd illud fiat, quod Papa ponit in supplicationibus, intelligitur pro tunc, id est, de præsenti, & non de futuro: & miratur de gl. ibi. Adducit etiam stylum curiæ, secundũ quem ad illam diem semper conficiuntur literę. Et facit illud Genesis j. Fiat lux, & facta est lux, sm ipsum, quẽ sequitur ibi Dom. ante fi. Et hoc placet, licet de uerbo Fiat, aliter dicat Bal. in d. l. fi. C. de seruo cõmuni manumiss. Et rõnẽ, quare gratiæ non possint probari per testes, assignat do. Card. concordans cum prædictis in proœmio Clementinarum, §. sanè in v. q. quia difficillimum & quasi impossibile esset sciri à testibus omnem continentiam gratiæ & omnem formalitatem. Non tamen est omnino impossibile: aliàs in nullo priuilegio permitteretur probatio tenoris per testes: quod tamen permittitur, ut in casu c. cùm olim. el ij. & ibi per Innoc. de priuile. Et dicunt Domi. de Rota in dicta decis. incip. Circa secundum. quòd licet supplicatio signata habeat fundamentum necessarium, tamen ante confectas literas est quædã res informis, quæ postea eis cõfectis reducitur ad suũ usum perfectum per adiectionem clausularum. Et hinc est, qp ante confectas literas nulla dispensatio prodest, ut in regula cancellariæ Romanæ, quæ incipit, Item cùm cõcessiones. quia multa petuntur, quæ postea ex stylo limitantur, quando reducitur signatura ad formam, ut ibi dicitur. ¶ Tribus tamen casibus admittitur probatio per testes in hac materia. Primus est, quando agitur de probanda aliqua qualitate ipsius gratiæ, ut probat text. notabilis in c. auditis. ĩ. de resti. in inte. Et ibi uide notauit do. Anto. & do. Abb. pro quibus optimè facit glos. in c. duobus. in uer. appareat. de rescript. in vj. & in c. si à sede. in eodem uerbo, de præben. in vj. quæ dicũt, quòd prioritas gratiæ potest probari per testes. ¶ Secundus casus est, quando sumus in foro conscientiæ: quia in eo potest quis uti gratia concessa per Papam, licet, non habeat literas, secũdum do. Abb. in cle. dudũ. ad fi. de sepul. per illum text. in uer. uerbo. quem sic intelligit. ¶ Tertius casus est, quando agitur de probando tenorem gratiæ, cuius literæ sunt perditæ: quia probata amissione probatur tenor per testes, per d. c. cùm olim. & ibi latè per omnes, & per Bartol. in l. sicut iniquum. C. de fid. instr. cum concor. ¶ Vlteriùs ultra omnes quæri potest in hac Rubrica non ab re, nec impertinenter, utrùm † constitutio sit proferenda secundum

7 idioma legislatoris, an uerò locorum, quibus dirigitur, si in eis non est idem idioma. Et respondit Ludo. Ro. in l. j. §. fin. ff. de uerb. oblig. quòd dictanda est secundum idioma usitatum inter eos, quibus dirigitur, per text. in authen. de non alienan. §. alienationis. uersicul. penult. & in l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. ibi, literis Græcis, an Latinis? putà secũdum loci cõditionem, &c. Facit, quod not. ibi Pau. de Cast. & domi. Anto. in c. fi. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. facit text. in c. lxxxvj. distinct. ibi, à Græcis Græca, & Latinis Latina lingua edita sunt. Facit l. j. circa fi. uer. ne autem per scripturam. C. de uete. iur. enuc. facit c. oportet. vij. q. j. ubi oportet uerbi ordinem pro audientis capacitate dirigere, & c. sit rector. xlij. distinct. & §. fin. ea. distinct. & c. quoniam in pleriſque. de offic. ordin. bonus text. in clemen. ne in agro. §. sanè in singulis. de stat. mo. ibi, propter iuniores & rudes uulgariter exponantur. Ex quo inferunt ibi Doct. ut refert domi. Cardi. in §. regula. quòd testibus idiotis uulgarizari debent capitula, super quibus examinantur. Allegant Spec. in titul. de teste. §. tractandũ, & sequitur Domi. in d. c. septuaginta. Facit, quod ipse no. in c. locutio. in fi. xxxvij. dis. ubi dicit, quòd si Græcus producitur in testem in Italia, uerba capitulorum debent sibi uulgarizari uerbis Græcis, adhibito interprete. Et ideo docet Baldus in l. j. C. de erro. aduoc. quòd ubi aduocatus confitetur præsente clientulo ignorante linguam Latinam, non scribat notarius actum præsente parte, ex quo non intellexit. Ad quod etiam uide Bartol. in l. si quis filiabus. in fi. ff. de testa. tut. & pro istis uide gloss. in l. decreta. ff. de re iudic. & gloss. Bartol. & Bald. in l. iudices. C. de sententen. & interloc. om. iudic. ubi sententia, quæ fertur inter Græcos à iudice Latino, ferenda est uerbis Græcis. Et ista confirmant decisionem Rotæ, quæ in se est rationabilis, maximè ne subditi inducantur in laqueum, contra c. de uidu. xxxvij. quæst. j. & talis debet esse legis natura, iiij. distinct. erit autem. ibi, non captiosa. facit text. in authen. ut factæ nouæ constitutiones. circa medium. ¶ Sed quatuor casibus uidetur aliter dicen-

8 dum. Primus est, quando † ab illis, ad quos constitutio dirigitur, intelligitur idioma conditoris: quia potest ex illo lex dictari, ut probatur in l. j. in princip. ff. de exc. tuto. & ibi per Bartolum. ¶ Secundus casus est, quando constitutio indifferenter concernit omnes nationes: quia sufficit editio in lingua Latina, tanquam cõmuniori. Ita probatur ex uerbis Ludo. in d. c. fi. & in c. cùm secundum. & in c. quo ad translationem. de tempor. ordin. ¶ Tertius est, quãdo constitutio concernit certum genus hominum diuersis idiomatis, qui tamẽ habitant inter Latinos: quia sufficit eadem Lingua: & tales sunt Iudæi. Ad hoc induci potest, c. post miserabilẽ. de usur. c. & si Iudæos. & c. in nõnullis. ĩ. de Iudę. iunctis dictis Bald. in l. iuris ignorantia. C. qui admitt. ¶ Quartus casus est, quando constitutio concernens certum genus certi idiomatis promulgatur in loco, in quo sit copia hominum utriusque linguæ, putà in concilio generali. Ita potest allegari in c. fin. ĩ. de baptis. Si autem ex curia mitteretur Græcis epistola decretalis, uidetur reddenda literis Græcis, iuxta c. in nomine patris. lxxiij. distinct. ibi, hanc operam Græcis literis minutam decernimus. maximè, ubi sunt in curia docti in utraque lingua, ut communiter est per c. ij. de priuileg. in vj. & c. Adrianus. el j. lxiij. distinct. ibi, Anastasius utriusque linguæ peritus. Vbi autem apud legislatorem non est talium uirorum copia, excusaretur & incumberet onus his, quorum interest adire translatores, ut satis probat tex. in l. ij. §. pen. ibi, in Græcam uocem transformare. C. de uete. iur. enu. Et isto casu crederẽ, quòd duo menses, de quibus in c. ij. ĩ. eo. non currerent, nisi à die, quo interpres aditi potuisset. ¶ An aũt põt lex promulgari partim literis Græcis, partim Latinis? Videtur, qp sic. arg. l. j. ff. de cõtrah. empt. & §. itẽ pretiũ. Insti. de emp. & uẽdi. & facit, quod de sentẽtia scribit Bal. in l. iudices. C. de senten. & interlo. om. iud. Et quòd de testamento scribitur per eundem in c. ad audientiam. el ij. ĩ. de rescrip. Quæ omnia no. tanquam priùs non tractata. ¶ Vltimò sciendum, quòd do. Anto. & Imol. hîc ple-

9 nè tractant de multiplici specie iuris, & † unde unumquodq; ius ortum habuerit. De quo dic, ut per eos. Et dicit

dicit hîc Domi. quòd de hoc satis posuit Gratianus à 44 Bona amissa an quis possit licitè retinere.
§. distinct. usq; ad vij. latè etiam per Arch. in prin. Decre- 45 Declaratio qualiter requiritur in pœnis incursis.
torum, & do. Anto. in c. firmiter. §. hæc sancta. s. tit. ĩ. per 46 Reus condemnatus ex delicto, an teneatur in conscientia soluere cõ-
beatum Tho. ij. ij. q. lxvij. artic. ij. cum sequen. & per Ar- demnationem.
chiepis. Florẽ. in quodam tractatu de Legibus. Et dixit 47 Lex ciuilis & Canonica, an sint seruandæ in conscientia.
glos. in c. principium. in uer. superbiæ. de pœni. distinct. 48 Iudices possunt ex magna causa transgredi leges & canones.
ij. quòd ius cœpit à ruina angelorum. Et in quantum 49 Episcopus quando potest statuere contra ius Canonicum.
Doct. instant in diffinitionibus constitutionis: adde, 50 Fauore Reipublicæ potest obuiari statutis.
quæ dicentur in c. prox. Et tene menti, quod dicit hîc 51 Verba, Liberam facultatem, quid importent.
do. Abb. de statuto in præiudicium certæ personæ, de Et ibidem de clausulis insertis in rescriptis, uidelicet, Committimus
quo latiùs dicetur in c. cùm omnes. ĩ. eod. tit. iudicio tuo, Pronuncies secundum sensum tuũ, & de multis aliis,
per ordinem usq; ad uers. primum est.
52 Iudex an possit tollere exceptionem sub forma uerborum posita in
SVMMARIVM. rescripto.
53 Habens procedere ut uir bonus, debet procedere, ut in propria
causa faceret, ut non faciat alteri, quod sibi fieri non uellet.
1 ¶ Iuris Canonici constitutiones omnes ligant. 54 Quando casus nõ est decisus per leges, aut canones, tunc est sequen-
2 Statutum episcopi an dicatur statutum canonum. da sententia Doctorum.
3 Ius municipale an ueniat appellatione iuris. Ponit pro regula, quam limitat quinq; modis per ordinem usq; ibi,
4 Sanctio uerbum, & uerbum Dogma, quid significent. Secundò nota.
5 Constitutio canonis ligat omnem creaturã, quia conditori canonis 55 Opiniones quando sunt hincinde probabiles, laudatur iudex, qui
& uicario creatoris omnis creatura subdita est. nu. 6. 7. 9. diuidit materiam diuisibilem.
8 Sponsus ecclesiæ est ipse dominus Iesus Christus. 56 Iudex, qui imitatur opinionem magistri sui, excusatur in syndicatu.
10 De necessitate salutis est subesse Romano Pontifici. 57 Arbiter potest iudicare secundum sensum suum.
11 Canones omnes ligant. Et hoc habetur pro regula. Fallit in certis casibus, usq; ad finem capituli.
12 Dicens, uel credens, canones non ligare, tanquam conditi sint à non
habente potestatem, debet ut hæreticus reputari.
Vide limitationes ibidem. CAPITVLVM I.
13 Canones transgredientis pœna qualis sit.
14 Veniens contra canones, incurrit pœnam Canonicam.
15 Constitutio generalis qualiter cognoscitur, & quibus signis.
16 Quicquid statuitur in fauorem ecclesiæ, intelligitur ius generale, nisi
contrarium inueniatur expressum.
17 Papa quando respondet ad consultationem alicuius, an uideatur cõ- Anonũ statuta.
dere ius commune.
18 Verba iurisconsulti narrantis factum, uel allegationes, an ponint al- 1 ¶ Iuris † Canonici statuta omnes ligant: & corũ ritu, tã in pro-
legari. nunciando, quàm in decidẽdo, iudicia sunt regulãda. Hoc dicit.
19 Lex abrogata in quibus casibus potest allegari. nu. 20. Primò statuit, secũdò cõfirman-
21 Lex concilij in quibus casibus obligat. do declarat: ibi, & nemo. ¶ Et
22 Veniens contra legem concilij ex contemptu, peccat mortaliter. imitando semper domi. Abb. clarum & usitatum au-
Vide alium casum, nu. 23. rigam nostrum, primò not. quòd appellatione cano-
24 Papa solus an potest tollere constitutiones concilij. Et nu. 25. 2 nis uenit omnis constitutio ecclesiastica[a]. Vnde lar-
26 Scripta Papæ, quæ sunt contra ius, præsumuntur in dubio obtenta go modo sumpto uocabulo canon
per importunitatem. idem est, quod constitutio ecclesiasti-
27 Papa nunquam præsumitur uti plenitudine potestatis, nisi illud ex- ca, uel Canonica. Et dicitur canõ idẽ,
primat. quod regula: quia hominem ducit
28 Potestas, quam Papa habet supra ius, difficilius extenditur ad consti- ad regulatam uitam: Strictè autem
tutiones concilij. sumitur pro constitutione edita in cõ
29 Papa non potest tollere legem ciuilem, quo ad forum seculare, licet cilio generali, ut not. glos. iij. distinct.
non subijciatur legi ciuili. Adde nu. 30. in summa, ponẽs etiam, quòd sit de-
31 Princeps licet sit solutus legibus, non tamen est solutus dictamine cretalis epistola, dogma, sanctio, in-
rationis. nu. 32. terdictum, & mandatum. Et de prag-
33 Papa subijcitur uinculo iuramenti. matica sanctione uide glossam in c. j.
34 Papa licet non ligetur lege positiua, astringitur tamen menti legis, de rerum permut. Et scias, quòd om-
& æquitati naturali determinanti aliquid circa peccatum. nu- nis canon, seu constitutio ecclesiasti-
mer. 35. ca potest appellari lex, per c. lex. j. di-
36 Papa non potest dispensare, ut aliquis saluetur sine confessione. stinct. secundum dominum Abb. hîc.
37 Pagani & Iudei non sunt subiecti canonibus. 2 ¶ Addit Bal. hîc, quòd † statutum epi-
38 Lex Canonica punit Iudæos delinquentes contra legem ueteris Te- scopi nõ dicitur statutũ canonũ: quia
stamenti. sequeretur, qp ius municipale esset ius
39 Regula huius capituli an procedat in foro conscientiæ. cõmune. Sed in contrarium adduco
40 Hæres obtinens hæreditatem ex testamẽto facto sine solennitatibus, Cal. in tit. de regula. cõs. xix. incip. Ab-
an teneatur in conscientia. bas habet priuilegium. ubi cõsuluit,
41 Gabella, quæ non est licitè imposita, potest licitè fraudari. quòd habens potestatem dispensan-
42 Testimonium falsum ferens, qualiter puniatur. di super irregularitate impositа à ca-
43 Contra præscriptionem statuti super pœna non potest quis uexari none potest dispensare cum mona-
in conscientia. cho irregulari ex celebratione facta
post incursam excommunicationem
ex constitutione ordinis. ¶ Et ad-
de Calderinum in titulo isto, consi-
lio decimosexto, incipiente, An ca-

[a] Ecclesiastica ¶ Adde dist. iiij. canõ. Et adde, quòd in una significatione est id, quod in concilio generali, uel prouinciali statuitur: & sic capitur hic. Sed propriè dicitur canõ promulgatus à Papa, licet quãdoq; dicãtur etiam statuta prouincialia, in d. §. porrò, secundum Card. post glos. in clemen. j. xxvj. quæstio. de priuileg. In alia autem significatione uidetur poni, quãdo ab emphyteuta soluitur: & sic uidetur sumi ab Azo. in summa, C. de

iur. emphyt. uer. ex hoc autē contradic. Et adde, q. etiam dicitur illud, quod sumitur pro pedagio, uel uectigali, ff. de pub. et uectig. Et adde, q. quādo Papa uult conde re canones, possunt episcopi contradicere, quòd non conueniunt consuetudini regionis eorū, dist. uij. erit autē lex. et no. in c. fe. uersi. iudicē. ubi quæritur, an sententia Papæ præualeat sententiæ episcoporum? & dicitur, quòd non: quia orbis maior est urbe: xviij. dist. legimus. post medium, & ibi glos. Quòd statutū cōcilij præiudicat statuto Papæ: argum. cōtra. ibidē.

nonis appellatione. ubi idem consuluit de statutis capituli, ut possint dici canones. ¶ Sed saluando Bald. dicendum est ista procedere in materia larga, putà si datur facultas dispēsandi, quæ est fauorabilis, ut no. Ioā. An. in c. fi. de symo. & ibi dixi. Sed in materia odiosa appellatiōe canonis intelligitur per excellētiam solùm de promulgato à Papa, ut uoluit Pau. in cle. j. de priuil. per illum text. in princ. ubi in materia odiosa ponūtur, ut diuersa, canones & statuta inferiorum. Et hoc reputat singulare do. Card. ibi, in

3 princ. in xxvj. q. ¶ An† autem appellatione iuris ueniat ius municipale, ponit do. Abb. in rub. j. de consuet. & ibi dicetur. ¶ Et istis adde Imol. s. in rub. in j. col. & dom. Abb. s. in procœmio, & eundem in procœmio Clementinatū, ubi facit singula. gl. ibi, in uerbo, sanctio. & uide Inno. in c. j. de concess. præben. in vj. ubi concordat cum glos. iij. distinct. in summa, quam etiā sequitur do. Abb. in c. quia. de iudic. & uide Domi. post alios super dicta glos. ubi dicit, quòd licet illa sint propria nomina constitutionum, tamen quandoq; permiscentur. Et dicit Archid. in c. si Romanorum. xix. dist. quòd decreta dicuntur Conciliorum, Decretales Romanorum pontificum, aliorum uerò patrū scripta opuscula nun

4 cupantur. ¶ Et† de uerbo, Sanctio, uide etiam do. Car. in clemen. ij. ult. col. de ui. & hon. cle. ubi refert Matthæū dicentem, quòd obligat ad mortale. Et de hoc etiā per Domi. in c. si omnes. xix. dist. & glos. in cle. fœpe. in uer. constitutione. de uerb. signifi. Et de uerbo Dogma, uide glos. penult. in clemen. j. de usu. Et de uerbo Statutū uide Alber. in prima parte statutorū, q. j. ubi inter alia dicit, quòd licet iura antiqua appellarunt statuta ius municipale, l. semper. §. j. ff. de iure immu. c. nouerint. cū si. de senten. excom. tamen iura noua appellant statuta etiam leges communes, ut in lib. feudo. in c. j. de statu-

5 tis contra lib. eccles. ¶ Not. secundò, quòd† constitutio canonis ligat omnem creaturam. Vnde dicit Inno. qui quotidie allegatur, quòd conditori canonis & uicario creatoris omnis creatura subiecta est. Pro quo do. Ab. allegat illud Io. x. Fiet unum ouile & unus pastor, c. fin. j. de baptis. & nihil excipit à subiectiōe pastoris. Et ideo Innoc. in c. quod super his. de uoto. exponit illa uerba, Quodcunq; ligaueris, scilicet præcepto, uel statuto. Et optimè facit illa authoritas ad propositum: quia nihil excepit dicendo, Quodcunq;, secundum do. Abb. hîc.

6 ¶ Pro† dicto Innoc. faciunt notata per episcopum Florentinum in secūda parte tertiæ partis suæ summæ sub rubrica de statu summi Pōtificis, ubi post Aug. de Anc. in tractatu de potestate ecclesiastica assumpto Psalmista pro themate, dum dicit, Minuisti eum paulo minùs ab Angelis, &c. latè probat, quòd nedū circa terrestria, cælestia & infernalia gerit Papa uicariatum Christi: sed etiā super Angelos bonos & malos, quibus est maior iurisdictione, sacramentorum administratione, cognitione, & præmio. Et referūt Chrysostomū dicere, quòd huiusmodi mortali omnium, quæ in cœlo & quę in terra sunt, potestatem cōmisit Deus, & ualidiorem cœlo ecclesiam esse monstrauit. Et omnia probant rationib. efficacissimis, quas referre omitto: non, quia inutiles nobis sint, sed quia per ipsos uideri possunt. Per quam rationem omittam etiam rationes sequentium dictorum. ¶ Et adde Inno. latè in c. quòd super his. de uoto.

& in c. ij. de translatione prælat. & Bal. in c. j. in j. col. qui feu. da. pos. & ibi dicit, quòd Papa est pater patrum, & cum omni prelato concurrit in potestate & iurisdictione. Allegat Io. Mo. in c. si eo tempore. de elec. in vj. & adduci potest, quòd disputat beatus Tho. in tractatu Cōtra errores Græcorum, q. lxvj. ubi probat, quòd Papa est primus & maximus omnium prælatorum, allegando inter cætera Chrysostomū super Matthæū in expositione huius uerbi, Accesserunt discipuli ad Dominū, dicētes, Quis est maior? ubi dicit, quoddam humanū scandalum concepèrunt, quòd in se iam occultare nō poterant, & tumorem cordis non sustinebant in eo, q. uiderant Petrum sibi præferri & prælonorari: & uide beatū Tho. in dicto tractatu, q. lxxj. ubi probat, quòd Papa in totam ecclesiam Christi uniuersalem prelationem habet: & inter alia allegat Chrysostomū super homilia, lxxxv. dist. dicentem, Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis magistrū & doctorem: & allegat eundem super actibus Apostolorum dicentem, Petrus à filio super omnes, qui filij sunt, accepit potestatem, nō ut Moyses in gente, sed in uniuerso orbe. Allegat etiam Io. x. Fiat unū ouile, &c. Et dicit glo. in c. serpens. in uersic. quod Deo. de pœni. dist. j. quòd Papa obtinet uicem Dei in terris[a]. Et

4 per illum text. dicentem, quòd Cain cōmisit sacrilegium, dicendo mendacium Deo, infert, quòd dicens mendacium Papæ potest accusari de priuilegio sacrilegus. Subdit beatus Tho. in d. tractatu, q. lxvj. quòd dicere, Papā non habere uniuersalis ecclesiæ primatum, est error similis errori dicentium, Spiritum sanctū à filio nō procedere. ¶ Nam † ipse Christus Dei filius ecclesiam consecrat, & sibi consignat spiritu sancto, quasi ex suo cha-

7 ractēre & sigillo. Et similiter Christi uicarius suo primatu & prouidentia uniuersalem ecclesiam tāquam fidelis minister Christo subiectam seruat. Et ad text. in c. nullus. cū seq. xcix. distin. ubi Papa prohibet se appellare uniuersalē Papā: respondet beatus Tho. in tractatu Contra impugnantes religionem: quòd hoc non est, quia ipse non habeat authoritatē immediatè & plenā in qualibet ecclesia, sed quia nō præficitur cuilibet particulari ecclesiæ, ut proprius & specialis illius ecclesiæ rector. Sic enim cessarēt omniū aliorum Pontificum dignitates, secūdum eum. Et adde beatum Tho. in ij. parte, q. viij. art. j. & iiij. sen. dist. xv. ubi dicit, q. Papa est caput uniuersalis ecclesiæ, & probat rationibus. Et dicit Bal. in c. j. in j. col. quis dicatur dux, marchio, comes. quòd Papa, tanquā pater patrum cum omni prælato cōcurrit in iurisdictione & potestate. Allegat Io. Mo. in d. c. si

b eo tempore. & dicit, q. Papa est summus sacerdos[b]. Et scias, q. Ioan. Scotus in quodam suo tractatu De professione statuum disputando concludit in ix. q. q. Papa est uicarius Christi non solùm, in quantū Christus fuit ecclesię prelatus, sed in quātū fuit totius Iudææ & mūdi dñs: & quòd iustè de statu & bonis fideliū potest or-

8 dinare. ¶ Addet† etiā beatum Tho. in tractatu suo Cōtra impugnantes religionem: ubi probat, quòd sponsus ecclesiæ propriè loquendo est Christus. Alij autem dicuntur sponsi, sicut ministri sponsi exteriùs cooperātes ad generationē spiritualiū filiorū, quos quidē non sibi, sed Christo generant: qui quidem ministri in tan-

tum

a *In terris] Imò et uicarius Petri, nō Dei, lxiij. dist. ego Ludouicus. uide tex. cum gl. & Card. in cle. j. i prin. de iureiur. xcvj. dist. Constātinus. quod imò Dei, non puri hominis uices gerit, de transla. per totum: & eius legatione fungitur, xix. dist. omnes.*

b *Sacerdos] Adde do. Soci. cons. clxiiij. incip. Visa bulla Bonifacij, & laudo. uer. tertio loco dico. in j. parte, chart. xxiiij. quòd Papa unicus est fons iusticiæ, fugās tenebras: nā ei præsumūtur illa tria concurrere, quæ considerantur in actibus hominis: bona uoluntas, modi cōgruitas, cōcessa potestas.*

c. canonū statuta.

tum sponsi dicuntur, in quātum uicem ueri sponsi obtinent: & ideo Papa, qui obtinet uicem ueri sponsi in tota ecclesiā, uniuersalis ecclesiæ sponsus dicitur. Et 12 quamuis episcopus suæ diœcesis sponsus sit, & presbyter suæ ecclesiæ, non propter hoc sequitur, quòd sint plures sponsi unius ecclesiæ, secundum ipsum. Et ratio est, quia sacerdos suo ministerio cooperatur episcopo, tanquam principali. Et similiter episcopi Papæ, & Papa Christo. Vnde Christus, Papa, episcopus & sacerdos non computantur, nisi ut unus sponsus ecclesiæ:

9 & de hoc per eundem in iiij. distinct. xxxviij. ¶ Et† istis etiam adde beatum Thomam in suo tractatu De rege & regno, ad regē Cypri, ubi latè probat, quòd omnes reges & principes Christiani, & per cōsequens, omnes fideles tenentur esse subditi Romano pontifici: & dicit Innocen. in c. j. in fi. de offic. ordi. quòd Papa est uicarius summi regis, & præest regibus & imperatori: & si quis eorum est rixosus etiam notoriè: & existente infamia, uel accusatore, potest contra eū procedere. Et hoc dictum sequitur Domi. in c. certum. x. distinct. & uide Innocen. in c. cùm oporteat. post princip. glos. magne. de accus. ubi dicit, quòd uniuersi subsunt Papæ: & dicit Innocen. in c. cùm dilecti. de foro competenti, quòd Pa-

10 pa est ordinarius omnium. ¶ Et† uide beatum Thomam De erroribus Græcorum, consilio lxxij. ubi probat, quòd de necessitate salutis est, subesse Romano Pontifici: & allegat Cyrillum in libro Thesaurorum, & Maximianum in epistola directa Orientalibus. Et uide eundem in dicto tractatu c. lxviij. ubi probat, quomodo Papa habet plenitudinem potestatis. Et uide eundem in iiij. xix. distinct. ubi probat, quòd habet ipsam, sicut rex in regno: sed Episcopi assumūtur in partem solicitudinis, quasi iudices singulis ciuitatib. præpositi, propter quòd eos solos uocat fratres. Facit c. ad honorem. de author. & usu pal. & c. decreto. ij. q. vj. Et dicit domi. Card. in c. ad hoc. de offic. Archid. quòd Papa dicitur cardo omnium ecclesiarum: & idem Hostiē. in summa in uer. iij. eodem titul. facit textus in §. j. in authen. de eccle. tit. Et pro istis facit, quia procedit prescriptio, per quam quis eximitur penitus ab imperatore, & non est acephalus: quia subest Papæ, & ad ipsum recurritur pro iustitia contra illos, qui in terris superiorem non habent, ut per dom. Card. in clemen. pastoralis. §. rursus. de re iudic. & domi. Abb. in c. j. de proba. & ibi dixi in ij. nota. Et ista sint adducta solùm ad probandum superioritatem Papæ in omnes. Generaliter autem de eius potestate aliqua dicentur in c. quæ in ecclesiarum. j. eodem. Et per quæ uerba fuerit Petro data potestas, dicetur j. eodem translato. ¶ Capio modò glos. primam, secundam, & quartā, cum dictis omnium Doctorum pluribus additis. Ex quibus, prius præmissa regula, ordinaui decem fallentias ad istum

11 text. in quo stat regula, quòd † canones ligant omnes, & ista regula ante omnia confirmanda est, ut sit adeò uera, quòd qui contrauenerit canoni, maximè ex contemptu, peccat mortaliter, ut plenè habetur in c. nam concupiscentiam. j. eodem. distinguendo inter legem præcepti & cōsilij, & super modo cognoscēdi, quando obliget ad mortale. Et in tantum procedit ista regula, quòd dixerit glos. reputata sing. in c. sacerdos. ij. q. vij. quòd à prælato non seruante canones possunt subditi seruare obedientiam ante latam super hoc sententiā. Et sequitur Ludo. Ro. in singul. ccccx. incip. Curialis. Sed intellige ipsam, ut per domi. Abba. in c. cùm non liceat. in j. col. de rescript. & in c. scisciatus. in tit. proxi. & in c. ego N. de iureiur. in ij. colum. dum modò nō negligat seruare ex contemptu. Imò si ista glos. intelligeretur de non seruante ex simplicitate, uel malicia, esset falsa, secundum Domi. in d. c. sacerdotes. & no. domi. Cardi. in clemen. j. in ix. q. de æta. & quali. Quomodo autem cognoscatur cō temptus, scripsi opportunè in c. cùm quidam. in v. declaratione, de iureiurā. & aliquid

12 dicetur j. in iij. fallentia. ¶ Et † in tantum procedit ista regula, ut dixerit glos. singula. in c. generali. in uerb. nihilo minùs. de elect. in sexto, quòd credens canones non ligare, tanquam sint facti à non habente potestatem legis condendæ, potest, ut hæreticus, condemnari: & ipsam approbat do. Cardi. in d. clemen. j. & ibi latè Imol. & Domi. c. si Papa. in penult. col. xl. distinct. & in c. huic sedi. xvij. dist. & in c. j. de libel. xx. distinct. in fin. & Pet. de Anchar. in repet. huius c. in j. char. uer. sed quæro ultra pœnam. & Imol. in c. j. in princ. de uita & honest. cleri. & hîc, & Ioan. de Ana. in c. j. in j. colum. de maledic. & in c. per tuas. el ij. ad fin. post alios ibi de symon. & domi. Abb. in c. ij. de foro competenti, ubi per ipsam dicit, quòd inducentes nouam religionē irrequisito Papa peccant mortaliter, quia transgrediuntur legem, de qua in c. fi. de relig. domi. ¶ Quinimò plus uoluit glos. in d. uerb. inhibemus. quòd transgressor canonis est deponendus: quod intelligunt hîc Ioan. de Ligna. & Imol. duobus concurrentibus. Primò, dum modò transgrediantur ex contemptu, aliàs non, per id, quod not. Archid. post beatum Thomam in c. quicunque. lxxxj. distinct. & ibi etiam uide Domi. ubi dicunt, quòd transgrediens canonem ex concupiscentia, uel ira, uel alia causa, non dicitur principaliter motus causa transgrediendi. Ideo non punitur de contemptu. Secus, si ex nulla causa, ut dixit glos. in c. Metropolitanum. ij. quæst. vij. & dixi in d. c. cùm quidam. ¶ Secundò intelligunt, dum modò transgressor fuerit monitus, per c. cùm non ab homine. & c. at si clerici. j. de iudic. quæ iura licet non probent, tamen æqua est limitatio. Nec obst. quòd uerba huius capituli sint affirmatiua, & per consequens nō requiratur monitio, iuxta doctrinam auream Imol. & Ioan. And. in c. extirpandæ. de præbend. quam plenè examinaui in c. ij. de magistr. quia procedit, ubi agitur de pœna mitiori imponenda. Secus, ubi agitur de pœna graui, ut est depositio, secundum Imol. hîc, sub dubio tamen. Et sequi uidetur Ioan. de Ana. in c. præterea. de aposta. Et reuera est magna limitatio ad not. in d. c. extirpandæ, sed fortè non procedit: tum, quia est contra intentionem multorum, quos in d. c. ij. adduxi: tum, quia ubi agitur de depositione, non requiritur monitio, secundum glos. in d. c. indignæ. xvj. q. ij. ¶ Adde aliud requisitum ad dictam depositionem, uidelicet dum modò pluries contrauenerit: secus, si semel, secundum Paul. & Imol. in cle. j. de æta. & qua. & Dom. in c. generali. prælleg. per c. honoratus. lxiiij. dist. ¶ Et adde aliud requisitū, dum modò lex, quam transgreditur: non imponat specialem pœnam transgressori: quia tūc illa sufficeret, secūdum Ioan. And. & Domi. in d. c. generali. ubi uide. ¶ Generaliter† autem de pœna transgredientis legem, uel statutum, ubi non est certa pœna, uide Bald. in l. nemo mar-

13 tyres. C. de sac. san. eccle. & in l. legis uirtus est. ff. de leg. & in l. non dubium. in princ. C. de legi. & Bart. in l. prætor. in princ. ff. de ope. no. nū. cum concor. ¶ Et istis adde, quòd † ueniēs contra canones incurrit infamiā Canonicam, secundum do. Abb. in c. illud. in iij. nota. per illum text. de mat. & obed. Et ex istis confirmatur satis reg. prædicta. ¶ Modò dubia in ea occurrētia expedias per fallentias. ¶ Fallit igitur primò in cōstitutionibus particularibus respectu certarum personarum, uel locorum: quia istas non tenentur alij seruare, secundum glos. j. & omnes hîc, & facit text. in §. ex his. lxj. dist. & in

14 c. non autem. vij. q. j. ¶ Cognoscitur† autem constitutio generalis multis modis, de quibus per glos. ordi. in c. ut circa. in uer. perpetuò. de elect. in vj. Et latè Bald. in l. iij. per illū tex. C. de leg. Et ibi dicit, q. ex uerbis cognoscitur constitutio particularis: putà, si est interlocutoria

ria principis non redacta in corpore iuris, uel si est ibi uerbum Concedimus, uel uerbum Donamus, uel uerbum Dispensamus, seu aliud sonans in relaxationem
16 iuris communis. ¶ Et adde, quòd † quicquid statuitur in fauorem ecclesiæ, intelligitur esse eius generale, nisi contrarium inueniatur expressum, secundum Bald. in authen. nisi rogati. C. ad Treb. per text. in §. hoc ergò. in authen. de non alie. ¶ Et sub hac fallentia includi potest notabile dictum Arch. in c. priscus. lv. distinct. ubi dicit, quòd quando Papa ex certa causa facit legem dispensantem contra regulas, illa lex nõ est seruanda in iudicando, si cessat eius causa, sed standum est regulis: & ita intelligit illum text. Nec obst. quòd aliquando Papa reuocat illud, quod fuit statutum dispensatiuè, quasi per hoc uideatur, quòd staret, nisi reuocaret. Patet in c. cùm ex literis. in uer. nos igitur. de restit. in integ. & in c. licet ex quadam. de testi. ĩ. quia respondetur, ut latè per Domi. in c. priscus. quod fit ad tollendam dubitationem, non quòd sit necessarium, & facit. c. j. in fi. de pœnis. ¶ Hanc fallentiam intellige sanè, nisi lex concernens certum genus personarum, uel certum locum, redacta esset in corpore iuris, put sunt plurima in hoc uol. quia tunc efficitur lex generalis, & ab omnibus est seruanda, nisi appareret de contraria uoluntate principis, prout apparet in d. c. non autem. cum si. & in c. & qualitas. cum seq. xvj. q. j. & in c. sciendum. xxix. dist. Ita dixit Hostiẽ. in c. cùm super. ĩ. de sepul. alleg. §. sed quod principi. Insti. de iur. natu. gen. & ci. & glos. no. in c. constitutis. de concess. præben. Nec mirum, secundum eum: quia sententia principis lata inter certas substantias facit ius generale, c. in causis. de re iudic. & sequitur solus Domi. & idem tenent Ioan. And. & do. Ant. in d. c. cùm super. & uide bonam glos. xix. distin. in sum. & omnino do. Abb. & Imol. post allos in c. j. ĩ. de loca. ¶ Et pro ista
17 declaratione facit optimè: quia † quoties Papa respondet ad consultationem alicuius, quamuis dirigat uerba ad casum consulentis, tamen censetur condere ius commune, secundum glos. fi. in c. consultationi. de tempo. ordi. & glos. in c. ex tua. de fi. presby. quas glos. approbat do. Card. in clemen. fi. ĩ. in ij. oppo. de præben. & do. Abb. in c. uenerabilis. de iudic. & in c. fi. de iur. cal. & in c. j. de dolo. & contu. & in c. pastoralis. in princip. de except. & in c. si diligenti. de foro compet. & in c. cùm simus. de regula. & Imol. post Card. in c. in nostra. in tit. proxi. Et Ana. post Card. in c. ij. de adult. & Ana. in c. j. de usu. & in c. fi. de deli. pue. & Imol. in c. j. de uita & honesta. cleri. & Domi. in c. de libellis. circa med. xx distinct. & est text. non solitus allegari in c. ex multa. in princip.
18 de uoto. ¶ Ant † autem uerba iurisconsulti narrantis factum, uel allegationes, possint allegari pro leger Dixit Ludo. Ro. consil. cxc. quod incipit, Spectabilis domine. dicens fore glos. sing. in l. j. in glos. magna, ibi, uel dic tertiò. C. quando non peten. partes. & alleg. Ioan. And. in c. dilectus. el iij. de præben. & idem dicit do. Abb. in c. per uenerabilem. in notabilibus, qui fil. sint le. & glos. in uer. facto. in fin. in c. auditis. de elect. in clemen. ij. in uer. usurę. prope fi. de iudic. & facit glos. in uersic. non teneris. post princ. in c. ij. de dol. & contu. in vj. per quã dicit ibi Domi. quòd non licet arguere à uerbis legis narrantibus factum. Ad quod etiam alleg. glos. in c. j. in uer. collationem. de re. permu. in vj. ibi, satis potest dici. Et ideo dixit Fede. in consil. cccix. incipien. Viso pũcto prædicto & motiuis. quòd uerba narratiua legis non constituunt ius. Idem Sali. in l. qui se patris. C. unde lib. & in l. accusationem. C. qui accus. & ideo dicunt Ioan. And. & do. Anto. in c. publicato. de elect. & domi. Anto. in c. cùm Apostolica. de his, quæ fiunt à præla. quod non licet sumere argum. à contrario sensu ex uerbis narratiuis legis, per c. si Papa. de priuile. in vj. quod intelligit Imol. in d. c. cùm Apostolica. nisi intentio legis fundaretur in illis uerbis narratiuis, argu. clemen. j. de proba. ¶ Et hinc solet dici, quòd si ex decisione iurisconsulti non remanet allegatio partis impugnata, illa etiam potest allegari, ex quo in l. refertur, secũdum Imol. ĩ. c. proxi. & ita uidemus plerunq; allegari per Doctor. authenticos decretales in ea parte, in qua referuntur allegationes partium. ¶ Fallit † secundò regula huius text. in constitutionib. abrogatis, secundum glo. & Doc. hîc, & gl. in c. nouit. in uer. uidelicet. ĩ. de iud. Imò
19 utens eis incurrit pœnam falsi, fm glos. & Bartol. in l. fi. ff. de fal. Et Pet. de Anch. consil. cccclxxxiij. incipien. Prima facie. Et idem de producente scienter statutum contra rectum, secundum Bald. in l. j. post princip. C. de Iusti. C. confirm. Et de differentia inter arrogare & derogare, uide glos. §. leges. c. in istis iij. distinct. ¶ Excipiuntur tamen certi casus per do. Anto. Domi. & Imol. hîc, quibus de lege subrogata fieri potest mentio. ¶ Primus, quando non adducitur ad decisionem, sed in argum. secundum glos. & Bartol. in d. l. fin. & in l. j. in fi. princip. ff. de coniug. cum eman. lib. & Domin. in c. frequens. uer. illum. in fi. de restit. spo. in vj. & in c. authoritate. de concess. præben. in vj. ad fin. Et ita limitatur text. in authen. de nau. usu. in princip. ibi, constitutionem præcedentem in totum esse inutilem. secundum Nic. de Nea. in d. l. j. quòd correcta lege non dicitur correcta eius ratio, nisi expressè dicatur, l. eos. ff. de cap. dimi. facit glos. in c. fuerunt. & ibi Domi. vij. distinct. Si tamen esset lex abrogata, quia erat iuri nouo contraria, nullo modo posset allegari, ut sentit Ioan. And. post Innocen. in c. j. ĩ. de purg. Cano. per text. ĩ. in procœmio, in fin. secundũ do. Anto. Imol. & Domi. hîc: & idem, si posita fuisset extra iuris uolumina, secundum Bald. post Odof. in authen. dos. data C. de dona. ante nupt. & in c. translato. ĩ. cod. & Bar. in d. l. fin. & in d. l. j. & Imol. hîc contra do. Anto. nisi allegetur à cõditore legis, prout fit. in c. Raynutius. ĩ. de testa. secundum Domi. in c. si Romanorum. xix. distinct. ¶ Secundus casus est, quando lex non est in totum abrogata, quia in parte non abrogata potest allegari, secundum Bald. in l. j. C. de Lati. li. tol. Ad idem uide Paul. de Cast. in l. j. C. de Iusti. C. confir. ubi dicit, quòd si in statutis nouis non sunt annullata antiqua, & occurrat casus non decisus à nouis, sed à ueteribus, aliter tamen, quàm disponat ius commune, debebit causa decidi per statuta uetera, postquam non sunt à nouis reprobata. Et sic dicit se consuluisse in ciuitate Senarum, per illum text. à contrario sensu. Et idem fortè sentit Bartol. in l. omnes populi. in fi. ff. de iusti. & iure. ¶ Alius casus est, quando lex abrogans reprobaretur, per c. cùm omnes. ĩ. eodem. ibi, secundum priorem consuetudinem. Idem esset, quando lex abrogata transiuisset in priuilegium non subditi, secundum Innocẽ. in c. nouit. super uer. Theodosius. de iudi. & Ioan. And. in Spec. in tit. de censi. §. nunc dicendum. cum concor. quas aliàs dedi in c. j. in j. notabili, de proba. Idem, si lex abrogata est canonizata, secũdum glos. in c. in primis. in uer. lex Cornelia. ij. q. j. quam sequitur domi. Abb. in c. j. de præsum. & Imol. in c. ij. ĩ. tit. j. & hæc limitans, dum modò sit canonizata per papam. Et est glos. licet ipse non dicat, in c. j. in uer. tractatus. Et ibi Domi. de reb. eccles. non alie. in vj. ¶ Idem, si esset decidendus casus præteritus ante legem abrogatam, secundum Bartol. in d. l. fi. de fals. & Bald. in d. l. j. C. de Iusti. C. confirm. nisi lex noua disponeret expressè de præteritis, ut ibi. Idem etiam, si allegaretur ad corroborationem legis nouæ, per c. super eo. ĩ. de cogna. spiri. ¶ Idem, quando lex abrogata concordaret cum lege noua, secundum Archi. in c. fi. de offic. leg. in vj. ¶ Et licet Imol. hîc dicat, se hoc non intelligere, tñ exẽplificari põt, si fortè nouus legislator annullaris omnes ueteres leges conderet nouas in aliquibus illis concordes. Idem, quando lex non est correcta

correcta in substantia, sed solùm in cortice exempli, secundum do. Anto. in c. quòd dilectio. de consan. & affi. per illum text. iuncto c. non debet. eod. tit. Idem, si allegaretur pars legis decisa, seu resecata solùm ratione superfluitatis, secundum Domi. in c. si Romanorum. xix. dist. Allegat Archi. post gl. in c. fi. de offi. leg. in vj. Idem, si allegaretur, ut ostendatur de eius errore, fortè ne conditor nouæ legis incidat in errorem, per quem lex fuit abrogata. Probat in c. legimus. xxxvij. dist. Idẽ, si allegetur ad cognoscendum mentem latoris legis abrogatę, iuxta glos. in uersic. uidelicet. in d. c. nouit. & glos. j. in fi. in c. quicunq; xj. q. j. Idem, quando lex allegatur per nõ recognoscentem in superiorem abrogantem legem, secundum do. Anto. & Domi. hîc per text. cum glos. fi. & ibi Archi. in c. cùm deuotissimam. xij. q. ij. Idem, si allegatur, non ut obseruetur, uel probet, sed ut sciat quis eam cõsutare, secundũ Domi. in c. legimus. el ij. xxxvij. dist. Vel ut plura sciamus, secundum Ioan. de Ana. in rub. de sortileg. Idem, ut tactum fuit, si allegaretur ratio legis abrogatæ: quia illa stat etiam abrogata lege, secũdum do. Anto. Imol. & Domi. hîc, nisi etiam ratio esset sublata, secundum eos: & Domi. in d. c. si Romanorum. Ex quo no. quòd correcta lege, nõ semper dicitur correcta eius ratio, iuxta d. l. eos. Non sic econtrario, ut tradit in d. c. nouit. super uer. uidelicet. Et latè per Im. in c. post translationẽ de renũ. & Sali. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & est glo. in l. j. uersic. prouidentia. ff. de autho. tut. & text. optimus in c. miramur. iuncto c. à multis. de æta. & qual. Et ita ad hãc fallentiam habes circiter xxiiij. restrictiones. ¶ Fallit tertiò regula huius
20 text. quando † canon non imperat, sed consulit. secundum glos. hîc, quam intelligunt omnes de cõsilio perfectionis, ut homines perfectiores reddantur, iuxta illud euangelij: Si quis te percusserit in una maxilla, &c. & talibus consiliis non ligantur etiam religiosi, ut in cle. exiui. de uerb. signifi. Idem dicit do. Abb. hîc. ubi cõstitutio loquitur de honestate: quia tunc non obligat etiam ad ueniale, & remittit ad Innoc. in c. j. de ui. & honest. cle. & tex. in §. huius & si legibus. iiij. dist. ¶ Hæc regulariter procedunt, tamen in tribus casibus lex con-
21 silij obligat. Primus † est, ubi quis astrinxit se consiliis, ut faciunt professi paupertatem, castitatem, & obedientiam: quæ licet professionis sint, tamen ex quo per professionem quis subijcit se eis, omnino ligant, nõ ex ui canonis consulentis, sed ex ui uoci, uel obligationis, secundum do. Ant. Imol. & Domi. hîc per c. cùm ad monasterium. in fi. ĩ. de stat. mo. cum fi. Et hinc colligitur ratio, quare religiosus in talibus magis meretur, quàm alius, qui ad hoc se non astrinxit: quia subijcit se Deo, ut aliter facere non possit, secundum Archi. in c. si quis. j. q. ij. referentem beatũ Tho. ij. ij. q. lxxxvj. art. vj. quem ad literam sequitur gl. solennis eo non allegato in clemunica, in uer. seipsum. de reli. & uene. sanct. Et pulchrè per Ric. de Mediauil. in iiij. senten. dist. xxxviij. q. vj. art.
22 ij. Et hinc est, quòd † religiosus delinquens mitiùs punitur, secundum do. Abb. in c. cùm quidam. de iureiur. & ibi dixi in prima declaratione. ¶ Alius casus est, quãdo quis uenit contra legem consilij ex cõtemptu: quia tunc peccat mortaliter, secũdum glos. in c. quis autem. x. dist. quam ualde no. Domi. ibi, & do. Abb. hîc, & in c. j. de ui. & ho. cle. Modus autem cognoscendi contemptum ponit Domi. in c. nullus. lv. dist. quem retuli in d. c. cùm quidam. Sed istis dictis adde not. per Ioan. And. in c. dilecto. super uer. contemptis. de senten. excom. in vj. & ibi Domi. & omnino Calde. in tit. de senten. excom. consil. iiij. incip. sacerdos. & do. Card. in clem. j. in princ. xxxix. q. de priuil. Et ista uerificant, quod no. Io. And. & ibi do. Anto. & Imol. in c. sacris. quod met. causa, ubi dicunt, quòd regulariter communicans excommunicato incurrit solùm peccatum ueniale, nisi faciat ex contemptu. Et hoc etiam sensit glos. in c. sicut Apostoli. in uersic. aduertendo. xj. q. iij. Et ideo dicit beatus Tho. ij. ij. q. clxxxvj. art. ult. circa me, quòd ratione contemptus aliquid efficitur delictũ, quod nõ erat. ¶ Not. glos. mag. in fi. in l. j. §. fi. ff. quis ius di. non obtem. & Domi. in §. criminis. xxv. dist. dicens, quòd pactum ueniale ex usu, & contemptu efficitur mortale[a]. Et subdit, quòd licet non confidens de uenialibus leuibus non peccet, tamen si ex contemptu omittit, peccat mortaliter. Bene facit etiam gl. pen. in c. duo sunt. xcvj. distin. dicens, quòd tanto maior est contumacia, quanto ex minori resurgit: quia dicitur maior contemptus. Et simile sensit glos. fi. in c. ulti. xiiij. q. ulti. & uide Domi. in c. de libellis. in fi. xx. dist. ubi dixit, quòd non omnis inobediens dicitur contemnere. Et dicit gl. no. in c. qualis. xxv. dist. quòd peccans ex contemptu, di-
b citur peccare, in spiritum sanctũ[b]. Et illum text. ualde not. ibi Domi. quòd ille dicitur peccare ex cõtemptu, qui obstinatè perseuerat in malo & contumaciter uilipendit: quod no. secundum eum. Similiter dicit Domi. in c. cõsuetudo. circa me. ix. dist. quòd qui certificatus de excommunicatione celebrat, uidetur tanquam obstinatus contemnere. Et dicit Domi. in c. sed illud. xlv. dist. per illũ tex. quòd monitus non desistens, dicitur contemnere. Et cum istis iunge, quod dixi in d.
23 c. cùm quidam. ¶ Tertius † casus est, quando lex continet consilium reuerentiæ: quia obligat, secundum omnes hîc, per c. ad aures cũ glos. in uer. consilio. de æta. & quali. & per text. in glos. in uer. hortamur. in clemen. j. de testi. Et dicitur consilium reuerentiæ, quando materia est necessitatiua: sed propter reuerentiam eius, cui loquitur, utitur lex uerbo consultiuo, non præceptiuo, secundum Doc. hîc. Quibus adde, quæ dicentur in c. nam cõcupiscentiam. ĩ. eod. ubi dicetur, quomodo cognoscatur, quando lex consulat, uel præcipiat. Et dicit ibi Domi. quod dicitur consilium perfectionis, quando aliàs permissum est alicui resistere actui, sed lex cõsulit, ut assistat, ut magis Deo placeat, ut not. glos. in uersic. propter Deum. in c. solitæ. de maio. & obed. ut illud, Si quis te percusserit, &c. Consilium uerò reuerentiæ est, quãdo cõsulitur alicui, ut nõ faciat actum ob aliquam reuerentiam superioris: tamen super hoc omnino non prohibet exercitiũ actus firmiter & fixè. Et istud probat gl. fi. iũcto text. in d. c. ad aures. & glo. in uer. humiliter. in c. testamentum. vj. dist. ¶ Et ad istũ casum uide etiam gl. in c. Matthæus. in uer. consulis. de fi. & Domi. post Arch. in §. hoc & si legibus. iiij. dist. & in c. testamentum. uersus fi. vj. dist. & in c. sponsus. xxiij. dist. & in
c c. generali. de elec. in vj. & do. Abb. in c. ad Apostolicam. de regula. & Imol. in c. cùm contingat. de iureiu. in repe. & quod no. do Anto. & Imo. in c. dilectus. el ij. de præb. & Bart. in l. cùm pater. §. Iulian[a]. ff. de leg. ij. ¶ Fallit quatò prædicta regula in Papa, qui non
d subijcit canonibus[c], fm gl. hîc in uer. ab omnibus. quam sequuntur Doct. per iura in ea allegata, & per c. nõ dubium. de sentẽ. excom. & c. proposuit.

a. *Mortale*] *Ad de Abb. in c. testimonium. de testi. & glos. iiij. dist. deniq.*

b *In spiritũ sanctum*] *Et adde, quòd tũc dicitur irremissibile: quia non de facili remittitur. Bart. in l. qui ea mente. ff. de fur. & glos. in c. qualiter. xxv. dist. alleg. in tex. Item adde, quòd peccatum in patrẽ, dicitur, quod fit per impotentiam: sed peccatum in filiũ, quod fit per ignorantiam: & ista remittuntur, ut ibi in glos. & est gl. ordinaria. de cõsec. dist. j. potest. ubi loquitur de peccato in Spiritum sanctũ, quòd nõ remittitur. Et uide do. Ioã. And. hic in tracta. De episcopo, iiij. li. ij. parte j. q.*

c *Canonibus*] *Adde glos. in c. nulli. de sentẽ. excõ. & ibi Vincẽ. Taner. Goffre. & Phil. & glos. in c. si aliquẽ. eo. tit. & glos. in c. si inimicus. xciij. dist. & in c. statuimus. de sen. excom. in vj.*

c. canonũ statuta.

de

de concel. præben. & per rationem c. innotuit. in fi. de elect. Et hinc est, quòd Papa habet potestatem dispensandi in omnibus statutis ecclesiæ, fm beatum Tho. in Quodlibetis, quodlibe. iiij. art. xiij. & Domi. late in c. lector. xxxiij. dist. & Io. And. in c. per uenerabilem. super glos. ij. qui fil. sint legi. Et hinc est, quòd Papa potest cõmittere non episcopo, ut conferat chrisma, secundum Bonauentur. in iiij. dis. vij. super literam. & dicetur in c. quanto. de consue. Et hinc est, quòd Papa potest unico uerbo quem pronunciare sacerdotem, secundũ Ang. in l. ij. C. de cri. sacri. Facit, qđ no. Inno. in c. j. de sac. unc. Vbi dicit, quòd si non esset constitutio ecclesiæ, sufficeret dicere, Sis presbyter absq; alia solẽnitate. Et hinc est etiam, quòd Papa solo uerbo potest facere episcopum, secundum Ang. in l. j. per illum text. C. de senten. pas. Et hinc est, quòd sine causa omnem dilationem iuris abbreuiare potest, secundum Pet. de Anch. & Imo. in c. exore. per illum text. de his, quæ fi. à ma. par. c. Et hinc est, quòd Bar. Brix. in suo magno Repertorio in uer. Papa. non fuit ausus affirmare, quòd Papa nõ possit sibi eligere successorem, licet gl. affirmet, & omnes sequantur in c. Apostolica. viij. q. j. quia hoc est prohibitum solùm iure positiuo. Potest tamen hoc alia ratione probari, quam subtiliter ponit do. Abb. in rub. j. de testa. Et amplia primò ista & similia, etiamsi Papa ex sola uoluntate moueretur secũdum Inn. in c. cùm ad monasterium. circa me. de statu mona. quem sequitur do. Abb. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. & in c. cùm ex literis. de resti. in integ. & in c. fraternitati. de schisma. & Imo. hic: & probat tex. & glo. & Bar. in l relegati. ff. de pœ. nisi lex positiua haberet in se quãdam rationem diuinam, uel naturalem, ut est lex prohibens pluralitatẽ beneficiorum, ut elegantissimè per do. Abb. in repe. c. per tuas. de arbi. & in c. per uenerabilem. in princ. qui fi. sint legi. & in c. de mulcta. post Io. And. & alios pulchrè, de prœb. in d. c. cùm ad monasterium. & per do. Car. in rep. c. perpendimus. de sen. excom. & Bal. in l. rescripta. in fi. C. de preci. impe. offe. & do. Abb. in c. quæ in ecclesiarũ. prope fi. j. eod. quos uide. ¶ Amplia secundò, etiamsi Papa uelle, quòd cõstitutio antea obseruata haberetur, pro infecta: & per consequens, gesta eius uirtute, secũdum gl. in uer. pro infectis. in cle. j. de immu. ec. quã do. Card. dicit ibi esse sing. & se nescire alibi: & eam sequitur etiã Imo. in c. cęterùm. j. de rescr. & ibi cã limitabo. Et sic etiã Papa potest facere non factũ haberi pro facto, c. is, qui fidẽ. j. de sponsa. & non scitum haberi pro scito, cle. j. de consti. præben. & ad d. gl. uide, quæ dixi in c. fi. j. eo. in j.

24 fallen. ¶ Amplia † tertiò etiam in constitutionibus concilij: quia solus Papa potest eas tollere sine concilio, secundum glos. in uer. concilium. in c. ubi periculum. de elec. in vj. quã facit sing. ibi Domi. & do. Abb. in c. significasti. de elec. & in c. ex parte. de capel. mo. & facit c. cuncta. in uer. sine ulla synodo. ix. q. iij. Et quòd Papa sit supra concilium, probat subtiliter beatus Tho. ij. ij. q. cv. art. j. & amplissimè Pet. de Monte in sua monarchia, in ij. parte. Et hinc est, quòd concilium nihil potest statuere sine authoritate Papæ, secundum beatũ Tho. in trac. Contra impugnantes religionem: & ipse congregat cõ

a cilium[a], xvij. dist. per totum. Ad hæc bonus text. in d. c. significasti. in fi. Et hinc est, quòd concilium non confirmat constitutiones Papæ: quia cõfirmatio est superioris, sed approbat, Papa autẽ confirmat constitutiones cõcilij, secũdum Host. in c. qualiter. el ij. de elec. & sequit. do. Car. in d. c. significasti. in x. contrario. Pro quo faciunt uerba. Bal. in l. si imperialis. C. de legi. ubi dicit, quòd confirmatio est manifestum signum superioritatis, & dixit gl. in c. nec licuit. in uer. particularem. xvij. dist. quòd Papa interpretatur statuta conciliorum. Et allegatur glo. in c. domino sancto. in uer. conciliorũ. l. dist. quòd decreta concilij sumunt robur à Papa: quod declara ex dictis do. Abb. in c. consensus. de reb. ecc. non alie. & in c. j. de sponsi. in c. j. de pac. dum ostendit differentiam inter decreta, in quibus est scriptum in cõcilio, & in quibus est scriptum ex concilio. ¶ Si tamen de fide agitur, aliter in hoc loquendum est, secundum Host. in summa, de dispensa. §. j. uer. alicuius etiam. ubi dicit, quòd Papa non potest disponere contra concilia loquentia de fide. No. beatus Tho. in Quodlibetis, quodlibe. xiiij. & gl. in c. sicut. uer. præsumit. xv. dist. & in c. ex multis. in uer. ex principali. j. q. iij. & facit optimè glos. in c. in istis. iiij. dist. & gl. ij. in c. Anastasius. xix. dist. per gl. in uer. cõcilia. in c. quod cunq; xxiiij. q. j. & in c. legimus. in uer. maior. xciiij. dist. no. do. Abb. in c. quo ad translationẽ. de offi. dele. in c. maiores. de bapti. Et huic ampliationi adde, quod dicetur proximè in uersi. secunda declaratio. ¶ Amplia quarrò ex notatis per Bald. in l. digna uox. C. de legi. & Ang. in l. princeps legibus. ff. de legi. per Bal. in c. j. §. ad hoc. uersi. pone, episcopus statuit. de pa. iur. fir. & in l. j. §. similiq; modo. & ibi Ang. C. de Lati. li. tollen. per Bal. in l. si cùm ipse. C. de contrahen. empt. & in authen. quibuscunq; in fin. C. de sacrosanct. eccles. in l. si consul. ff. de adopti. per Bar. in l. j. in prin. ff. quod quisq; iur. per Domi. post Ioan. An. in c. ij. de constitu. in vj. per Pet. de Ancha. in repet. huius c. in xij. q. per Card. in repet. c. de illis. in vij. q. de raptor. per Bar. in l. Lucius. per illum tex. ff. de fideicom. libe. per Ioan. And. in reg. cui licet. de reg. iur. in vj. ubi cõcludit, quòd episcopus non ligatur proprio statuto, cum quo cõmuniter transeunt prædicti. ¶ Recipit autem hæc iiij. fallentia vij. declarationes. ¶ Prima colligitur ex dictis beati Tho. in

25 j. ij. q. xcvj. art. vj. ubi † quærens, utrùm omnes subiaceãt legi: Subdit, quòd lex de sui ratione habet duo. Primò est regula humanorum actuum. Secundò habet uim coactiuam. Dupliciter autem potest quis esse subditus legi. Vno modo, sicut relatum regulæ. Et hoc modo omnes, qui subduntur potestati, subijciuntur legi, quã fecit potestas. Alio modo sicut coactum cogenti, & hoc modo homines uirtuosi non subijciuntur legi, sed soli mali. Postea ad l. princeps legibus. dicit, qp princeps dicitur solutus legibus, quo ad uim coactiuã legis. Nullus enim propriè cogitur à seipso. Lex autem nõ habet uirtutẽ coactiuam, nisi ex principis potestate. Ita ergo princeps dicitur lege solutus, quia in ipsum nullus potest iudicium cõdemnationis facere. Vnde super illud, Tibi soli peccaui Domine, dicit, quòd rex nõ habet hominem, qui facta eius iudicet. Sed quantum ad uim directiuã, princeps subiacet legi propria uoluntate, per c. cùm omnes. ibi, patere, &c. j. eo. secundum ipsum. Bene facit text. cum ibi alleg. in glos. j. in l. digna uox. C. de legi. & in c. ecclesia. j. de elect. & in c. in causis, de re iudi. Et de hoc sunt multi text. xxv. q. j. c. cùm fidei com. cum capitulis seq. & eleganter ibi Gratianus in c. ideo. §. is

26 ita. per totum, ubi semper uide. Et hîc est, quòd † rescripta Papæ, quæ sunt contra ius, præsumuntur in dubio obtenta per importunitatem, secundum glos. in c. j. in uer. noscatur. de constit. in vj. & Hostien. & do. Anto. in c. nulli. de senten. excom. & do. Abb. in c. ex parte. de offic. deleg. est glos. xix. distin. in summa, & plenior in c. pastoralis. in uer. consona. de fi. instru. Et hinc est, quòd cõfirmatio Papæ, quæ potest referri ad actum iuridicè factum, & etiam potest referri ad actum non iuridicè factum, in dubio refertur solùm ad iuridicè factum, secũdum Innoc. in c. dudum. ad fi. de deci. Quod dictum de facili non inuenitur alibi, secundum do. Anto. ibi: & de ipso meminit Bald. in l. bonorum. C. qui admit. dicens, quòd ubi factum superioris potest referri ad ius commune, nunquam præsumitur dispensatio, nec confirmatio actus nullius. Et hinc est, quòd rex faciens actũ

a *Conciliũ] Adde Bal. in tracta. De schisma. Item adde, quòd per collegium Cardinalium, non tamen per unũ Cardinalem, Bald. in c. olim. j. de rescript.*

c. canonũ statuta.

authoritate regia, debet exprimere se facere authoritate regia, secundum Bald. in c. j. §. idem sacramẽta. de pa.

27 iu. fir. ¶ Et hinc est, quòd † nunquam præsumitur uti plenitudine potestatis, nisi hoc exprimat, secundum Innoc. in c. innotuit. ante fi. de elect. & sequitur Bald. in l. si testamẽtum. C. de testa. & in prœmio feudorum, & do. Abb. in c. ad hæc. j. de rescrip. & Lu. Rom. in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. no. nun. & Bald. in d. l. bonorũ. & Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscript. & Bald. in l. ij. circa medium, C. de cõmu. re. alie. Et uidetur text. non solitus allegari in c. proposuit. de cõcel. præben. Vbi autem actus principis nõ potest subsistere de potestate ordinaria, nec potest referri ad aliquid iuridicè factum, tunc, ut ualeat, quod facit ex certa scientia, bene præsumitur uti plenitudine potestatis, secundũ Pau. de Cast. in l. ex imperfecto. C. de testa. & in suo eleganti consilio cclxxx. incip. In Christi, &c. in facto præsenti non intendo, ubi uide, & perpetuò notabis. ¶ Secunda declaratio est, quòd † plenitudo potestatis, quam habet Papa supra ius, difficilius extenditur ad cõstitutiones concilij, quàm ad alias, per text. in c. post translationem. j. de renun. ibi, durum nimis extiterit contra tam solenne concilium, &c. Vnde dixit Bald. in l. humanum. in iij. not. C. de legi. quòd etiamsi Papa diceret, Non obstante quacunq; lege, non tollit legem cõcilij, sed de ipsa requiritur specialis mentio, & alleg. Arch. in c. j. de constit. in vj. & hoc sequitur Lu. Roma. in l. si uerò. §. de uiro. in xxiij. fallen. ff. so. ma. & Ioan. de Ana. in c. cùm in diœcesi. de usu. & est optimus text. in c. eam te. de æta. & quali. in c. ex parte. de ca. mo. licet aliud dicat ibi Innoc. & forte dicetur in c. nõnulli. de rescript. ubi tex. facit pro opi. Lu. per locum à speciali iuncta suprascriptione. ¶ Tertia declaratio est, quòd † quamuis Papa non subijcia-

a tur legibus ciuilibus[a], c. filiꝰ. de testa. & in c. inter hæc. xxxiij. q. ij. tamen non potest ipsas tollere, quo ad forum seculare, secundum glos. ordina. in regula, possessor. de reg. iur. in vj. Et ibi Pet. de Anch. & Imol. hîc, & est alia gl. in c. ij. in uer. ciuili. & ibi Domi. de arbi. in vj. not. Bald. in c. fin. de re iud. & do. Abb. late in c. ecclesia. j. eod. & Imol. in c. ij. de rescript. & do. Abb. in c. relatum. el j. in fi. de testi. Et ideo dicit do. Anton. in c. ij. de adulter. se credere, quòd Papa ibi potuerit mitigare ius ciuile in foro suo, sed nõ in foro seculari: & ibi dicit do. Card. se respondisse in facto, quòd illi decretali non stat

28 inter laicos subiectos imperio, per c. si duobus. ubi optimus tex. in fin. j. de appel. Bene facit glos. j. in c. fin. j. eod. & glos. solennis in cle. dispendiosam. in uersi. usuris. ante fin. de iudi. dicẽs, quòd Papa non intendit, nec potest tollere ordinem iudiciarium in terris imperij: & sequitur Bald. in l. eos. ad fi. & in l. si pro te. C. de usu. no. Lu. Roma. in rep. authent. similiter. uer. xxiij. quòd licet. C. ad l. Falc. Et ideo dicit Innoc. in c. inquisitioni. de sent. excom. quòd laicus non subiectus Papę temporaliter non tenetur ei obedire, si quid graue præcipit in non pertinentibus ad spiritualia: de quo dicetur in c. si quando. j. de rescript. Si tamen ageretur de materia cõ-

34 cernente animam, posset Papa disponere contra ius ciuile, etiam in terris imperij, ut in dictis locis, & in specie de hoc per Ioan. de Ana. in c. interfecisti. de homicid. & Specul. in tit. de dispu. & alle. §. porro. uer. sed nunquid

35 causa. ubi semper uide, & Innoc. in c. cùm contingat. de iureiur. & do. Abb. in c. licet ex suscepto. j. de fo. compe. uer. xiij. casus. & per omnes in c. pen. & fin. j. de secun. nup. cum ibi alle. ¶ Idem, ubi essemus in terris ecclesiæ: quia in utroq; foro prævalet canon legi ciuili, ut in locis prædictis, & in specie de hoc per Imol. hîc in repe. c. Quintauallis. uer. & not. diligenter. de iureiur. & Lud. Roma. in l. ij. C. de succe. edict. & Pet. de Anch. in rep. huius c. uer. occurrunt aliæ quæstiones, & Imol. in c. quę in

ecclesiarum. j. eod. dum sic ampliat c. j. de pact. & est tex. in d. c. si duobus. & ibi pulchrè do. Abb. & Dominic. in c. abbate. §. præfatus. de re iud. in vj. & Bald. in l. j. C. quibo. ce. pos. & Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & Bart. & Bald. in l. priuilegia. C. de sacr. sanc. ec. Et huic declarationi seruiunt, quæ dicentur in c. ecclesia. j. eod. tractando, quando leges ciuiles operentur inter ecclesiasticos in j. q. illius materiæ. ¶ Quarta declaratio est, quòd † prædicta regula non procedat etiã respectu imperatoris, secundum glos. hîc: quod intelligi

30 potest dupliciter. Primò respectu legum suarum: & clarum est per l. princeps. ff. de legi. Secundò respectu canonum: & in hoc distingue ex prædictis, an cationi concernat spiritualia, uel non, secundum Domi. hîc post alios. Quibus adde do. Card. consil. ij. incip. Circa statutum. ubi dicit, quòd licet de honestate princeps subijciatur legibus suis, l. digna uox. C. de legi. nõ tamen statutis populi Romani. Et ideo consuluit, quòd do. Nicolaus Marchio Asten. genitor illustrissimi ducis nostri Ferrariæ, non ligaretur etiam de honestate statutis po-

31 puli Ferrariensis. ¶ Quinta declaratio est, quòd † licet princeps sit solutus legibus, non tamen est solutus dictamine rationis, nec ulla authoritas principis, uel senatus potest facere, quòd princeps non sit animal rationale, uel solutus legibus naturæ, secundum Bald. in l. ij. C. de ser. & aqua. Et ideo dicit Bald. in c. filij. si de feu. contr. inter do. & agna. quòd si imperator legitimat spurium stante legitimo, est unũ pecus, nec habet præ oculis iustitiam publicæ honestatis. ¶ Et ideo dicit

32 Bal. in l. & in legatis. C. ad l. Fal. quòd † Deus, princeps, & ecclesia utuntur iure communi in casibus à iure expressis. Et pro hac declaratione uide, quæ scripsi plenè in c. j. in j. not. de proba. dum propter illum text. deduxi, quòd princeps ligatur ex contractu, allegando potissimè solenne consilium do. Card. cxlvij. incip. dominus noster Papa. ubi semper uidendum. ¶ Sexta de-

33 claratio est, quòd † Papa subijcitur uinculo iuramenti: quia hoc descẽdit à lege diuina, cui, secundum do. Ant. hîc, uelit nolit Papa subijcitur, xxv. q. j. c. sunt quidam. Et idem de uoto, secundum ipsum, & do. Abb. Imol. & Domi. hîc allegantes Innoc. in c. cùm inter P. de renun. & glos. in c. quanto. in uer. absolui. de iureiur. Et uoluit hîc singulariter do. Ant. quòd seipsum absoluere non potest, sicut nec seipsum absoluit à peccato, per not. in c. omnis. de pœn. & remis. Et grauiter inuehit cõtra Gregorium xii. qui non poterat se absoluere à iuramento, quod præstiterat de renunciando Papatui, ut hîc per eum & alios. Quibus adde Per. de Anch. in c. uenerabilem. ad fin. de elect. ubi dixit, quòd si ille, qui iurauit in materia dispensabili, nõ habet superiorem, potest ipse met secum dispensare. Et hoc crederem uerius, quando fieret cum causa, ut dicit hîc do. Abb. nec obstaret regula c. fin. de institt. & c. per nostras. de iure patro. quia responderi potest dupliciter. Primò, quòd alteri absolutio committi potest, iuxta glos. in c. sanè. el j. de offic. dele. Secundò, quòd illa est regula iuris positiui, cui Papa non subiacet, ut s. dictum est. ¶ Septima & ultima declaratio satis connexa præcedenti est, quòd † licet Papa non astringatur lege positiua, astringitur tamẽ mente legis, & æquitate naturali determinante aliquid citra peccatum. Ita uidetur sentire Ioan. And. in c. significasti. de fo. compe. super uer. iurisdictioni. dicens, quòd † mens d. c. omnis utriusq; sexus. fortè astringit Papam, quo ad Deum. Et sequitur do. Anton. Domi. hîc, & do. Abb. in d. c. significasti. colligens, quòd constitutio Papæ fundata super iure diuino, astringit Papam, quo ad mentem: licet non, quo ad uerba & pœnas, quæ adduntur ultra ius diuinum. Et in eo, quod tangit de c. omnis. dic, quòd licet malè faciat in sua persona non seruare illum canonem, tamen non habet locum in eo pœna ibi inserta, secundum Imol. hîc: pro quo uide Astesa-

num in sua summa,lib.v.tit.x.art.v.ubi dicit, quòd Papa tenetur confiteri [a], sed non tenetur seruare constitutionem c.omnis. Dixit tamen Domi.in c.iniustum.x. dist. quòd non seruando illum canonem peccat Papa ex quadam ratione naturali, qua ita astringit Papam, sicut alium, per illum text. ¶ Et adde, quòd † Papa non potest dispensare, quòd quis saluetur sine confessione: sed bene dispẽsare potest,quòd unus differat tempus statutum, in d.c.omnes.secundum beatum Tho.in iiij.distinct. xvij.[b] quem allegat Card. sancti Sixti,q.xlvj. sui tractatus De potestate Papæ.Ex quo dicto dubitari potest, an procedat dictum Domi. in d.c. in uisum. dum sentit, quòd peccet non seruando circunstantias dicti canonis. Et secundum prædicta intellige, quod not. do. Abb. in c. sanè.el ij. in fin.de offic.dele.& in c.omnes principes.& in c.cùm inferior. in princ. de maio.& obe.in rep.c.ecclesia. ĵ. eod. & do.Anton.in d.c.omnis.in j.q.ubi dicit,quòd Papa obligatur illo canone ex decentia æquitatis,non ex necessitate. ¶ Fallit quintò † regula huius tex.in Iudeis & paganis,per c.gaudemus.ĵ.de diuor.& c.de infidelibus. de consan. & af. & capit. fin. qui filij sint legi.& c.fin.cum glos.de diuor.Ratio est,quia de his,qui foris sunt,nihil ad nos,c.multi.ij.q.j.Et hinc est,quòd in successionibus utimur lege ueteris Testamenti,ut per Cald.de testa. consilio xxx.& do.Flor.in l.maximum uitium.C.de lib.præte.ubi sic refert fuisse cõsultum in hæreditate Iudæi xxx. milium ducatorum.Ad hoc etiam uide Cald.in isto titul. consilio decimo, incip.lex Mosaica.in titul.de consuet. consilio ij.incip.consuetudo,quæ habet.& quod not. Paul. de Cast. consil. cliij. incip. Visa quadam scriptura. & Lu.Roma.consilio cliij.incip.In Christi,&c.præmissum laudum. in fin. Et idem de catechumeno sentit Domin.in c. audite.in ij.not. in xxxiiij. distinct. ¶ Excipiuntur † certi casus.Et primò tres positi per Domi.in d.c. multi. cuius dictis adde glos. fin.in c. constituit.xvij.quæst.iiij.Alius casus est,quando delinquunt contra legem suam ueteris Testamenti: quia lex Canonica punit eos,ut per Ioan. And.in c. quod super his,ĵ. de uoto. dum inter alia refert de mandato Papæ crematum fuisse librum Iudæorum Thalmot,quia malè interpretabatur legem Mosaicam. Et hoc reassumit Pet.de Anch.in rep.regulæ,ea,quæ. uersicul. sextò quæro.de regul.iur. in sexto. Idem, quando delinquunt in opprobriũ Christianæ religionis,ut in cle. sæpe. xxvij. q.j.& Pet.de Anch.in d.uersic.sextò quæro.& in suo consilio xij.incip.Iudex spiritualis, Item quo ad leges ciuiles:quia illis subijciuntur,ut per glos.ij.in c. ius Quiritum.j.distinct.& habetur in l.nemo. & in l.Iudæi. C. de Iudæ.quod fortè limitatur,nisi lex eorum repugnet legi ciuili,per prædicta. Et de alijs casibus uide Domi. in c.nulli.iiij.distinct.& aliquid in c.præsenti.ead.distinct. & Arch.in c.si quis suadente.xvij.q.iiij. De Græcis uide gloss.fi.in c.de libellis.xx.distinct. ¶ Fallit † sextò,seu potiùs declaratur prædicta regula, ut non procedat in foro conscientiæ,ubi agitur solùm de salute animæ, ut uidetur probare uerba Innocent.in c, quia propter. de elect. ubi dicit, quòd quamuis in electione non fuerit seruata forma data à canonibus, dum modò interuenerit purus consensus eligentium, tenet tamen in foro conscientiæ,De quo dicto facit festum do.Abb. in c.j.in fin.de restitu.in integ.dicens,quòd ualet in omni actu, in quo est prætermissa solennitas iuris positiui, ut in foro animę non teneatur quis sibi de hoc facere conscientiam, ex quo non interuenit aliqua deceptio, & affuit consensus habentium actum explicare de iure naturali.Et idem de electo repetit Innocent. in c. si celebrat. de cle.excom.& sequitur Domi.in c.j.in princ. de sponsi. in sexto, per illum text. probantem, quòd † actus potest esse nullus de iure positiuo,sed non de iure naturali. Et idem eleganter de elect.not.Pet.de Anch.in regula, beneficium in vij.q.de reg.iur.in sexto. Bene faciunt examinata per ipsum in regula,possessor.in j.q.eod.tit.& libro de hærede ex testamento carente solennitatibus iuris,& habente consensum purum testatoris,an licitè teneat in conscientia? & cõcludit,quòd sic, cessante fraude.De quo per Card.pulchrè in disputatione incip. Bononiensi statuto.Et ideo dixit do. Abb.in c.relatum. el j.de testa.quòd contractus mulieris factus sine fraude ualet in foro conscientiæ,etiam non seruata forma statuti loquentis de consensu propinquorum. Et idem do.Abb.in c.porrectum.de regul. dixit propter glos.ij. ibi,quòd professio facta omissa forma,quæ traditur in regula,ligat quo ad Deum. ¶ Hanc fallentiam intellige procedere non generaliter, sed solùm in certis casibus, quos specialiter enumero. Primus est, quòd canon,uel lex fundatur super præsumptis: quia si in foro animæ certum sit præsumptionem illam non esse ueram,prætualet ibi ueritas, etiam quando lex induceret præsumptionem iuris & de iure,secundum loan. And. in proposito, in c. is, qui fidem. de sponsi.ex cuius uerbis hanc doctrinam firmat do.Abb.ibi,& Pet.de Anch. in d.regula, possessor. uersicul. adducit simile. & Bald. eleganter in l. cùm quis. uer. quæritur,an lex positiua. C.de iur.& fac.ign.& Cald.in disputatione,quæ incipit, usurarius emit. & Rich. in iiij. sententiarum, distinct. xxviij.q.j.art.iij.& solenniter art.seq. & Ioan. de Ana. in capit.ex literis. de raptor.& in c.in ciuitate.de usu.& do. Abb.hîc:& est text.optimus in c.inquisitioni: ĵ.de sent. excom.& ibi do.Anton.& text.in c.tua nos. ĵ. de sponsi. quos text. declara semper, ut per Rich. in d. art. iiij. Et hinc est,quòd licet condemnatio iniusta non suspensa per appellationem liget in foro contentioso,in quo lex præsumit pro sententia,c.in præsentia. ĵ. de renun. & l. Herennius.§.Caia.ff.de eui. non tamen semper in foro conscientię,ut not.do.Anton.in c.quod sicut.in uer.dic quartò.de elect.&Bald.in disput.incip.statuto cauetur. & do.Anton.in c.quia plerique.uer. ex his patet.de immun. eccles. ¶ Secundus casus, in quo procedit hæc fallentia,est,quando lex est iniusta :quia non tendit in utilitatem communem, sed princeps edidit eam propter suam utilitatem, contra c. ierit autem. iiij. distinct. Item potest esse iniusta:quia excedit authoritatem concedentis.Facit c.ut animarum. de constitut. in sexto. Vel ex forma : quia non distribuit æquè onera subditis,sicut debet facere bonus paterfam.Hæc sunt uerba beati Tho.ij.ij.q.xcvj. art.vj. ¶ Ex quibus uerbis infert hîc do.Abb.quòd † licitè fraudari potest gabella,quæ non est licitè imposita [c]. Et allegat Bartol.in l. uectigalia. ff. de publica.ubi dicit per illum tex. quòd talis fraudator non tenetur neque Deo, neq; mundo : quia quando sint sine permissu principis,sunt extorsiones,nisi ipsimet ciues eas sibi imponerent, ut ibi per eum. Et sic habes incidenter unũ casum, in quo licitè fraudatur gabella:pro quo uide Hostien.

a *Confiteri]* Adde,q hoc ideo,qa præceptum confessionis est de iure diuino, secundum Scotũ in iiij. dist.xvij.q.unica, & Theologos cõtra gloss. in sum. de pœni. distinct. v. & Abb. in d.c. omnis . alleg. in text. ubi uide. Et quòd confessio sit de iure diuino, probatur p arg. à contrario super illud Io.xx. Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis.Ergo quorum non remiseritis, non remittuntur.Sed sacerdos non remittit, nisi confiteatur. Ergo tenetur ex præcepto Christi. Hãc rationem facit Pet. Aureolus in iiij.distin.xvij. q. j. & probatur etiã per id, quod not.loan. And.in c. significasti.ĵ.de fo.comp.ubi tenet, quòd Papa de necessitate tenetur confiteri.

b *xvij.]* Vide ad hoc ibi Richa.

c *Imposita]* Pro quo articulo uide Angel. de Perus. gloss. & Alexan. in d. l. uectigalia. alleg. in textu, post Bartol. & Bald. in c. j. quæ sint regalia. & adde

adde Angel. in d. l.ij.C.de iure aur. annul.alle.in tex. & per Bald. in l. j. C. de cadu.tol. & in l. iij. C. de naut.fœno.et adde Alexan. in l. si publicanus. §. in uectigalib.de publica.

& alios in c.innouamus. ĵ. de censi. & declara ex notatis c.super quibusdã. ubi tex.opti.ĵ.de uer.signif. ¶ Alius casus est,quando gabella, uel solutio pedagij est nimis barbarica, secundũ Bald. in l. ij. C. de iure annu.au.putà, quando soluitur ultra tertiam octauæ partis, secundum Bald. in rub. ff. de rer.diuis.per l.fin. C. de uectig. ¶ Alius est, quando cessat causa, per quam ab initio licitè fuit imposita: putà, refectio pontis nunc submersi; secundum Hostien.in sum.de censi.§. ex quibus.uer.sed quid si mercatores. ut etiam per Bal. in l.ueluti.ff.de iusti.& iure.& in l. cùm proponas. C. de nau.fœno.& in rub.ĵ.de consue.ad fin.& in tub.C.de fi. instrum.& do.Abb.ŝ.in procœmio,rex pacificus: & eleganter per Pet.de Anch.in d.regula, possessor. in xxvij. col.uer.tertiò quæritur. ¶ Tertius casus,in quo,proce dit hæc fallentia,est, ubi à lege imponitur pœna : quia respectu pœnæ non procedit in foro conscientiæ, sed satis est,quòd sacerdos imponat pœnitentiam pro delicto,secundum glos.ulgatam in c. fraternitatis. xij. q. ij.quam dicit hîc do.Abb. se nescire alibi . Et confirmat duplici ratione:primò,quia pœna imponitur per iudicem in foro contentioso,in §.in hoc quoq;. c.xxxiij.q.ij. secundò,quia pœna imponitur,ut cæteris metus incutiatur,l.aut facta.in fin.ff.de pœn.quæ ratio cessat in foro animæ.Hinc singulariter dicit Innocent. in c.licet dignum.de homi.ante fin.q; si quis infert damnum proximo non ex proposito,nec lata culpa,non tenetur resarcire damnum in foro pœnitentiæ,sed satis est reddere pœnitentiam:secus est in foro contentioso,l.qui occidit.ff.ad l.Aqui.& c.si egressus. & c. fin. de iniur. quod dictum sequitur do. Abb. hîc, & in c. cùm causam. ĵ. de testi.& in c.quoniam contra.de proba.& in c.dilecti. de arbitr.& Lud.Roma.in singulari cvij.incip. pridie.Et aliàs dixi in d.c.sicut dignum.Potest etiam esse alia ratio gloss.in c.fraternitas.quia peccatum nõ uidetur dimittendum, non dato eo, quod ablatum non est, regula, peccatum.à contrario sensu,de regul.iur.in vj. Sed impositum loco pœnæ nõ est super eo,quod est ablatum, sed ultrà.Ergo eo non soluto peccatum dimitti potest. ¶ Quibus rationibus ostenditur, non esse mirum, si sit differentia inter forum contentiosum,ecclesiasticum & cõscientiæ.Et ita facit Arch.in d.c.fraternitas. super uer. recipiat.ubi pro foro contentioso allegat c.pen.ea.causa,q.ult. & quia ecclesiastica persona potest petere fructus perceptos & percipiendos,c.grauis.de restitut.spo. & pœnam conuentionalem,c.dilecti.ĵ.de arbitr.& omne interesse,c.peruenit. & c. constitutus. ĵ. de fideiusso. Item facit c. quoniam. in fin. ibi, soluat quadruplum. xvij.distinct.& c.cùm deuotissimam.xij.q.ij. & c.procurationes.in fin. ibi, tantundem. de censi. & adde uerba Tho.de quibus ĵ.in ij.limita.& Bald.ibi rep.l.data opera.uer.sed quid de bannito.C.qui accus. ubi expressè dicit d.gl.,pcedere,quo ad forũ pœnitentiale,non quo ad forum contentiosum. ¶ Præterea per d. gloss.facit dictum Vinc.in c.j.de cust.eucha.quod refert ibi do. Abb. ubi dicit, quòd † ferens falsum testimonium punitur de falso,& de omni damno inde sequuto : tamen in foro animæ punitur de solo testimonio, non de damno. Sed tamen hoc dictum non admitterem : quia cùm in isto casu non committatur falsum sine dolo, l. querela. C.de fal.Latè Pet.de Anch.consilio xx. uidetur iste ratione doli,uel saltem latæ culpæ teneri ad damnum,cui dedit causam,per id,quod not.do. Anton. in c. ad aures.circa princip.de æta.& quali.& Hostien. Ioan. And. & do.Anton.in c.calumniam.ĵ.de pœn.& do. Abb. in c.j. de iur. cal. & do. Anton. in c. tua nos. de homicid. cum concor.quas ibi dedi,dum dicunt,quòd aduocatus tenetur in foro conscientiæ de eo damno,quod parti iniustè illatum est ex patrocinio suo. Et ita in proposito, maximè quia, ut dicit Bald.in l.presbyteri.la j.in fin. C. de episcopis & cle.Error in teste est lata culpa.Et fatetur Innocen.in d.c.sicut dignum. quòd ad emendationem damni sequuti ex lata culpa tenetur quis in cõscientia. Vbi autem testis per obliuionem, uel negligentiam in non præmeditando, adeo inepte testificaretur [d], quòd pars ex ipso patitur damnum, procederet dictum Vincent.cùm oblitio in teste sit lata culpa,secundum Bald.in d.l. presbyteri. Et per prædicta confirmatur opi. glo. in d. c. fraternitatis. Et de illa gloss. sit etiam mentio per do. Abb.in c.suam. de pœnis.p Imol.& Lu.in l. stipulatio ista.§. alteri. ff. de uerb. oblig. per do. Abb.in d.c.cùm causam.& per do. Anton.in c.fin.ĵ. de præscript. & per Bald. in d. l. data opera. C. qui accus. non pos.& do.Abb.in c.si egressus.ĵ. de iniur.& in procœmio huius libri,uer.rex pacificus.& in c.dilecti.ĵ.de arbit.& in c.fin.ĵ.de arbitr.& in c.fin. ĵ. de sepul. in c.audiuimus.ĵ.de symo. per Domi. in c.quoniam quidem. xxiij. distinct. per Lu.in repetit.rubricæ.ff. de arbitr. in c.fin.per do.Matth.suo nor.xxiiij. ¶ Per illam gloss. dicit Bald. in l. post decisionem. C. de fur. quòd in foro animæ attenditur sola satisfactio. Per illam gloss. dicit Roma. in rubr. ff. de acquir.hæred. quòd hæres non conficiens inuentarium,non tenetur ultra uires hæreditatis in foro conscientiæ: de quo abundè per Ioan.de Ana.in c.in literis.ĵ. de rap. Per illam gloss. dicit Bald.in authent.ad hæc. C.de usur. quòd † contra præscriptionem statuti super pœna nõ potest quis uexari in foro conscientiæ. Per illam gloss. dicit Bald.in l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan.eccles.quòd malæ fidei emptor teneatur soluere in foro conscientiæ rem & precium,non pœnam.Et Bald.in l.id, quod patuit peribus. in ix. q. C. de episcop. & cleric. Et in l. quibus diebus.§.dominus.ff.de condi.& demonst. dicit, quòd executor habens satisfacere de debitis testatoris ad exonerandum eius animam,non tenetur soluere pœnas.Per illam gloss.dicit Bald.in l.j.in fin.C.de uectigal. quòd conscientia non ligat, quos natura non obligat. Per illam gloss. dicit Pet. de Anch. in c.si propter.post princip.de rescript.in sexto in c.j.de constitut. eod.lib.quòd iura inducta ad utilitatem, cessant in foro conscientiæ.Per illam gloss.dicit do.Anton. in c.j. de dolo & contu.quòd pœna l.si quis in tantam. C. unde ui. cessat in foro conscientiæ.Per illam gloss.dicit Pet.de Anch.consilio xlij.incip.pro clariori. quòd religiosi nõ debent capere bona sibi debita in pœnam hæredis administrantis ante executa legata, quando executio ex hæredis administratione non fuit impedita. Per illam gloss. consuluit do. Anton. consilio xlix. incip. Casus: Emphyteutam.quòd non decet prælatum priuare emphyteutam alienantem eo irrequisito, quando statim reuocauit alienata. ¶ Recipit tamen gloss. d.c.fraternitatis.quinque limitationes. ¶ Et primò limitatur, secundum do.Abb.hîc,nisi lex imponeret pœnam ipso facto : quia tunc non putat ipse, quòd possint retineri bona publicata cum bona conscientia,quia ius est statim quæsitum fisco, ut not. in c.ij.de præscript.in vj.secundum ipsum, qui etiam idem tenet latius.in c.dilecti.ĵ.de arbitr. per not. in simili in l.commissa.ff.de publi.ubi pœna ipso facto commissa exigitur ab hærede, licet aliàs hæres non teneatur ex delicto defuncti, C.ne

a *Testificaretur]* Sed quid si obscurè loquatur ex dolo? Dic idẽ, quòd tenetur ad interesse, & falsarius testis dicitur,xxij q. ij. ne quis. & Bart.in l.ea,quæ. ff.de cõtrah.emp. & in d.l.presbyteri.alle.in textu, C.de episc.& cle. & Bald.in l.nullum.C. de testi.& in c.j. si inter do. & uasal. lis oria. & Angel. in authent. de testibus. in prin. & Bald. in Margarit. testes, & in l. præscriptione. in fin. & ibi Bartol.C.si contra ius.

44 ex delict.defun.per totum. ¶ Nec † obst.huic limitationi,licet ipse non dicat,quòd quis in conscientia licitè retinet bona ipso iure amissa, utendo præscriptione, c.ij. de præscript. in sexto, quia ibi erat ignorantia pœnæ, Patet ex text. in uer. bona fide. ¶ Nec etiam obst. quòd pœna non conficientis inuentarium sit imposita ipso iure,l.fin.§.si uerò.C.de iur.delict.& tamen non incurrit in foro conscientiæ,ut dictum est: quia lex imponit illam pœnam ,pter præsumptionem fraudis. Ideo si ueritas est in contrarium, non ligat lex in foro conscientiæsecus,si uerè interuenisset fraus.Ex quibus habes duas nouas restrictiones ad hãc limitationem do.

45 Abb. ¶ Non obst.etiam huic limitationi, quòd † in pœnis impositis ipso iure requiratur declaratio c.cùm secundum.de hæred. in sexto, quia non requiritur declaratio,ad hoc ut pœna incurratur:est enim iam incursa:sed ad hoc,ut bona possint apprehendi per fiscum; cui non constat de delicto incurso, secundum Bart.in l. eius,qui delatorem.ff. de iur. fisc. Nec in declaratis imponitur pœna, nec de ea fit mentio, sed dicitur delictũ commissum esse:quo declarato statim pœna iam incursa exigitur,secundum do.Abb.in c.peruenit. el j.de appell. Et priùs non debuit apprehendi: quia fortè non constabat,secundum do.Abb.in c.uerum.de fo. comp. Et hinc est,quòd si delictum est notorium,non est necessaria alia declaratio,secundum do.Abb.in cle. præsenti.de censi.& c. cùm non ab homine. de iudic. Et Domi. in d.c.cùm secundũ.in princ.Si ergo pœna est debita ipso iure,licet non possit exigi, non restat, quin, quantum ad Deum, reus non teneatur rem uerè alteri debi-

An. in d. c. dispendia. Sentit Barto. in l. sanctio. ff. de pœ. Pro quo concor. uide Bald. in l. non dubium. C. de legi. Cum quo transit Pe. de Anch. ſ. c. proxi. in repe. in uersi. iuxta prædicta quæro. & domi. Abb. hîc aliter etiam distinguit. Imol. in c. fi. infrà, de pac. & Roma. in l. prætor. in prin. ff. de ope. no. nun. Sed transeo cum Inn. quẽ ad hoc nemo allegat, in c. si uerè. circa medium, infrà, de sen. excom. ubi dicit, quòd irritatio contractus non est naturalis pœna contrahentium contra legem, uel mandatum superioris. Naturalis autem pœna est, ubi ponitur pœna corporalis, uel pecuniaria, uel prout iudici uidebitur, ubi pœna non est statuta, secundum eum: de quo etiam per Domi. in d. c. nemo de inceps. de elec. in vj. & Bald. in c. ſ. de resc. & do. Car. in cle. j. ij. q. de reg. & Pau. in prœmio Cle. in uersi. de cætero. & glos. ante pe. iuncto tex. in c. ſ. de postu. præla. in vj. ¶ In glos. fi. Pertranseunt hîc Doct. glos. per quatuor quæstiones. Prima est, utrùm lex, uel statutum afficiat uerè ignorantes. Secunda, utrùm lex incipiat ligare post duos menses à tempore publicationis ipsius. Tertia, utrùm scientia legis præsumatur post lapsum duorum mensium. Quarta, utrùm post dictũ tempus admittatur probatio in contrarium. Et expedio dicta Doctorum per conclusiones cum additionibus. ¶ Circa primam faciam tres conclusiones. Prima est, quòd

4 † ignorantia iuris procedẽs ex lata culpa non excusat delinquentem, & æquiparatur dolo, per l. magna negligentia. ff. de uerb. sig. & l. qd̃ Nerua. ff. depos. & plenè per Bartol. ibi, & in l. j. ff. si quis test. liber esse iuss. fue. Et dicitur lata culpa: putà, quia homines loci communiter sciebant, l. latè. ff. de uer. sig.

¶ Fallit primò, ubi lex requirit dolum expressè, uel tacitè: quia tunc solùm pro modo culpæ est puniendus, non ut dolus, secundum Bartol. in d. l. quod Nerua. & domi. Ab. hîc, per c. si quis suadente. xvij. quæst. iiij. iuncto c. si uerò. el ij. de sen. excom. ubi percutiens clericum ignoranter, non incurrit pœnam dicti canonis. Et dicitur requirere dolum expressè, quãdo uerba statuti hoc important: tacitè uerò, quando punit actum, qui fit in personam alterius: ut, si statutum dicit, quòd qui percusserit, aliquem puniatur tali pœna: nam iniuria non potest esse sine dolo, xv. quæst. j. c. j. Et uide Angel. in l. si quis id, quod. §. doli. ff. de iurisd. om. iu. ubi dicit per illum tex. quòd ubi dolus requiritur, ignorãtia iuris excusat à dolo. ¶ Fallit secundò in calibus, in quibus lata culpa non æquiparatur dolo, de quibus per Bart. in dictis locis, & domi. Abb. in d. c. ij. de depos. & Lud. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & Bald. in l. data opera. C. qui accus. & in l. quicunque. C. de ser. fug. & in l. cunctos. C. de sum. tri. & Angel. solenniter in l. j. si quis test. lib. & Pau. de Cast. consil. xciij. & Bald. in l. pignus. C. de pig. actio. & Bald. & Pau. de Cast. in proposito, in l. j. ff. de legi. & Bal. in l. ij. ff. ne quis eum. cum concor. In quibus dicitur, quòd ubi requiritur expressè dolus, non sufficit probare latam culpam. Idem, ubi agitur de pœna corporali. Contra quod ultimum Angel. exclamat in d. l. j. & in d. §. in actionibus. per text. in l. milites. C. de cust. reo. & in l. quid ergo. §. abortionis. ff. de pœ. Sed ex uerbis Old. consil. xcij. inci. rex habebat castrum. uidetur, quòd dicta iura ponant casum specialem. ¶ Et

5 adde, quòd † nõ oportet, quòd libell⁹ in maleficijs exprimat dolum, ubi actus de sui natura semper malus est, secundum Ang. in l. si uacantia. C. de bo. ua. li. x. per l. j. C. de sica. & Bald. in l. nec exemplum. C. de fal. & facit, quod ipse no. in authen. habita. C. ne fil. pro pa. & de his dixi aliàs plenius in c. lator. infrà de homi. ¶ Secunda conclusio. Ignorantia iuris procedens ex culpa leui, uel leuissima, excusat à pœna criminali, & obligat solùm ad resartionem damni, secundum Cy. in l. data. C. qui accus. per l. qui ædes. ff. de incen. rui. nau. Nisi esset factus excessus, qui non posset puniri per resartionem damni: quia tunc etiam criminaliter puniri potest, ne sit impunitus, secundum domi. Abb. hîc ita intelligentem text. glos. & Bart. in l. respicientium. ff. de pœnis, ut hîc per eum: cui adde no. in l. locis suprà. allegg. & Angel. in l. is, qui cum telo. C. de sica. & Inn. in c. sicut dignum. de homi. & Barto. in l. ij. ff. de offic. præfec. urb. & Pe. de Anch. consil. cccclij. inci. pro decisione quæsiti. & Sali. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. & in l. data opera. C. de accus. & Pet. de Ancha. in cle. j. & Bal. in l. ex morte. C. ad l. Aquil. ¶ Tertia conclusio. Statutum † prohibens factum damnatum à iure, & addens pœnam, non ligat probabiliter ignorantem respectu pœnæ, secundum Domi. post Ioan. And. plenè in c. ij. de consti. in vj. quia habens animum delinquendi non debet puniri ultra mensuras intentatas, per c. si uerò. el ij. de sen. excom. Non obst. quòd dans operam rei illicitæ punitur de casu subsecuto, & sic ultra intentionem: quia uerum est, ubi sufficit culpa, putà pro irregularitate. c. lator. de homi. secus, ubi requiritur dolus, secundum ipsum: uel secus, ubi agitur de alia pœna, quàm irregularitatis. Patet ex text. in l. si quis in genuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & in l. uerum. la ij. & in l. qui iniuriæ. in prin. ff. de furt. Item, quia ratione pœnæ est contemptus superioris, in quo iste non est, & uoluntas & propositum distinguit maleficia, c. cùm uoluntate. de sen. excom. Item uideretur casus in d. c. ij. ubi non ponitur speciale in excommunicatione, secundum ipsum post dom. Anton. ibi. Idem Ioan. And. in Spec. de consti. uersic. quid si extraneus. & uersi. seq. Et facit quæstio disputata per Io. An. in regula, cùm quis. in Mercu. de committente adulterium ignoranter. ¶ Contrarium tenet Cy. & Bart. in l. j. C. de sum. tri. per l. uulgare. §. si quis æs. ff. de fur. & per l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad l. Aqui. Idem tenet Pet. de Anch. in c. j. in xij. quæst. suprà eo. & glos. mag. & domi. Ant. & domi. Marianus in c. à nobis. el j. de sen. excom. & Pet. de Anch. in d. c. ij. de consti. in vj. respondens ad illum text. quòd loquitur in materia speciali, in qua requiritur contemptus: & ignorans non contemnit, l. si ignorãs. ff. loca. Et idẽ Bart. in l. j ff. de sica. Imol. hîc post lo. de Ligna. respondens ad iura proximè allegata, dicit, quòd prima opinio procedit, ubi pœna imponit ipso iure: quia non ligatur probabiliter ignorans [2].

a Ignorãs] Adde Spec. in tit. de consti. uersi. remuerò econtrà. & Bald. in Margar. in uerb. constitutio. uersi. j. & Alex. in l. omnes populi. de iusti. & iur. quòd constitutio non ligat ignorantes, qui ignorantiam prodant dilucidè: sed ignorantes supinè, ligat, sicut scientes, ut quia sit generalis ubique. Paul. de Cas. consi. cxlv. quia generalis constitutio non iustè ignoratur, ut ibi.

Secus, ubi est imponenda per iudicem: quia tũc iustè potest illam imponere contra attentantem factum damnatũ. Et de hoc dicto meminit etiam Imo. in c. fi. ī. eod. Sed do. Ant. hîc dicit, quòd non punitur pœna statuti, sed aliter ratione culpę, per no. per gloss. & Bartol. in d. l. j. ff. de leg. Sed domi. Abb. in d. c. à nobis. dicit, quòd secunda opinio est uerior de iuris rigore, cùm in facto damnato non sit probabilis ignorãtia, sed de æquitate prima opinio procederet, secundum eum. ¶ Pro prima opi. adduci potest primò tex. in c. si quis cũ matre. & in c. si quis cum duabus. & in c. quidam fornicatus. xxxiij. quæst. ult. ubi dans operam facto damnato, & ignorans qualitatem, per quam deberet magis puniri, excusatur à pœna illius qualitatis. ¶ Secundò facit tex. in c. nullus. l. distinc. & in c. quoniam. xlvij. distin. cum concor. quas dicam in c. fi. infrà eod. ubi constitutio, quæ aliàs extẽditur ad præterita, putà declaratoria, non extenditur respectu pœnæ: quod nõ est ex alia ratione, nisi ut ignorãs non subijciatur pœnæ. ¶ Tertiò ℣ hoc facit, qa dũ reus incurrit in pœnã, uidet̃ cõcurrere quædã ratio naturalis ad pœnam, ut probat tex. in l. imperatores. ff. de iu. fis. ibi, te huic pœnæ subdidisti.

c. cognoscentes.

dísti. No. Inn. in c. in nostra, quasi in fi. de iniur. & Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & do. Car. in cle. pastoralis. in prin. in vij. q. de re iud. cum concor. Ignoras autem non consentit, c. cùm olim. de re iud. Et in obligatis requiritur consensus, saltem interpretatiuè, l. j. ff. de pac. cum si. Ergo hîc non potest cadere presumptio alicuius consensus. Et per cõsequens, nec pœna. ¶ Quartò facit, quia constitutio noua non ligat ignorantes, ut hîc: sed ista respectu pœnę est noua. Ergo, &c. Et quòd sit noua, probatur ex uerbis Domi. in c. in istis. §. leges. & Bar. in l. fi. C. de proxi. sacro scr. lib. xij. & facit l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pac. & l. edita. C. de eden. ¶ Quintò facit l. eum, qui. §. pen. ff. de iniur. Ex quibus hanc partem aliàs arguendo sustinui. ¶ Circa secundum, utrùm † lex incipiat ligare[a] post duos menses à tempore publicationis ipsius, ex dictis omnium pone conclusionem cum fallentijs, concludendo, quòd sic: per tex. in authen. ut factæ nouæ constitutiones. all. in glo. Et erit istud tempus à die publicationis factæ in prouincia, secundum do. Abb. hîc, licet Io. An. in data Sexti distinguat inter iura Papæ & imperatoris: & nõ bene, secundum ipsum: tum, quia ius ciuile de hoc loquens nõ reperitur immutatum à iure Canonico. Ergo illi stãdum est, per c. j. de open. nun. tum etiã per text. in c. j. de postu. præla. & in c. quod dicitis. xvj. dist. ubi dicitur de prouincia. Et idẽ Imol. hîc, nisi cõsuetudo esset, quòd solùm publicarentur in curia: quia illi starentur, per c. cùm dilectus. de consue. secundum eum: & uidẽ, quod no. do. Car. in cle. dudum. §. nos etenim. in v. q. de sepul. ¶ Limita primò ut non procedat conclusio in statutis particularibus: quia statim post publicationem ligant præsentes. Sed de absentibus est arbitrium, quando præsumãtur sciuisse de publicatione. Nec certa doctrina dari potest, secũdum Host. in procemio Summæ, §. constitutio. in uer. quid de cõstitutionibus, & tangit Io. An. super gloss. fi. lib. vj. in Nouel. & Bar. in l. omnes populi. in vj. q. ff. de iusti. & iur. & Bald. in l. leges sacratissimæ. C. de legi. & Fed. consi. ccxlj. & Pet. de Anc. in repe. c. prece. uer. quæro etiam, an sicut in legibus. & Oldr. in consi. ccxix. & Domi. in c. quod dicitis. xvj. dist. De constitutionibus autem concilij prouincialis dic, ut hîc per do. Ab. ¶ Secundò limita, nisi quis sciret cõstitutionem ante lapsum duorum mensiũ, secundũ gl. in c. j. in uer. hactenus. de re. ecc. non alie. in vj. & Bar. in l. omnes populi. in vij. q. de iust. & iur. & Host. in summa huius tit. in §. quoniam. & Io. de Lig. do. Car. Imo. & do. Abb. hîc, & Domi. in d. c. quod dicitis. & in c. proposuisti. lxxxij. dist. & sentit Bal. hîc, licet do. Anto. non firmet. Et pro ipso facit, quia dicta authen. utitur uerbis sonãtibus, quòd lex non liget priùs: sed istud non tollit dupliciter. Primò per regulam, cùm quid. de re. iur. in vj. & per c. cùm contingat. de off. dele. ubi frustra expectat euentus, cuius nullus expectatur effectus, & per text. qui fortiter facit, & m Imo. hîc in c. j. uer. nec si fortè. de concess. præben. in vj. Et licet sit allegatio partis, tñ ex quo non reprobatur, uidetur per cõsequẽs à Papa approbari. Et pro hac limitatione facit, qd' no. Bar. in l. contra. ff. de legi. & in l. quæro. ff. de acti. emp. & Bal. in l. ij. C. de peri. & commo. rei uen. & Lud. in sing. ubi dicũt, q; qui sciebat ordinatum esse in cõsilio de minori pretio tritici, & ante publicationẽ talis statuti uendidit pro pretio solito, tenet emptori ad interesse. ¶ Tertiò limita, nisi sit cõstitutio priuilegiatiua: quia non operatur effectum ante quàm innotescat priuilegiato, secundum Bar. in d. l. omnes populi. & do. Abb. & Imo. hîc, per d. c. j. uer. quia

a *Ligare] A' quo tempore autẽ liget cõstitutio, uide omnino do. A. lex. de Imo. in l. omnes populi. viij. q. de iustit. & iur. & adde Specu. in tit. de const. & ibi, et an forenses, & an delinquentes, uel contrahentes. ibidẽ in uersi. & no. quòd constitutio. & adde Pau. de Cast. cons. cxlv.*

7 a

in priuilegijs. de concess. præben. lib. vj. Et optimè facit tex. in l. qui absenti. ff. de acqui. pos. & quod no. glo. in c. quãto. ij. q. j. Idem no. do. Car. post multa in procemio Cle. §. uniuersitati. in v. q. & Bar. in l. fi. ff. de const. prin. & Domi. in c. ignorantia. xxxviij. dist. Et per hoc, quòd priuilegium non dicatur acquisitũ ante notitiam eius, uide, quod dixit Bal. in rub. C. qui admit. uer. uel dic, q; istud decretum. & Pet. de Anc. consi. cccxcj. inci. præmitto. & Domi. in d. c. j. & Lu. Ro. in l. qui absenti. præallegata, & Bal. in l. fi. ff. de cõstit. prin. & in l. falsus. C. de fur. ubi dixit, quòd operantur hoc, quòd reuocari nõ potest, per l. qui fundos. C. de omni agro deser. lib. x. quàm allegat Bal. in l. qui se patris. C. unde liber. & bene facit c. si tibi. de præben. in vj. & uide Bald. in l. leges generales. uer. tertium, si iubetur. C. de legi. ubi dicit, quòd statutũ priuilegiatiuum non indiget publicatione: quia cessat causa, propter quam est necessaria publicatio, scilicet generalis obseruantiæ: ex quo uiderẽtur prædicta procedere solùm respectu notificationis ipsius priuilegiati. Sed tamen putarem considerandum, utrùm natura statuti sit talis, quòd indigeat obseruantia aliorum, ut si fieret statutũ, quòd quilibet de tali domo habeat certum reditum à pluribus exigendum: quia saltem, quo ad illos, obseruãtia est generalis. ¶ Pro ista limitatione adduci potest elegãs decisio Io. Mo. in c. generali. de elec. in vj. in additionibus, ubi dicit, quòd si Papa transtulit episcopum absentem, & absoluit eum à uinculo prioris, ut est moris, c. ij. §. sicut ergo. de trãsla. episc. c. bonæ. ij. in fi. de transla. præla. tamen nõ uacat prior cathedralis ecclesia: quia absolutio non est pura, sed conditionalis, l. si consenserit. & ibi per multa iura, & sic dicit in curia declaratũ, nisi constet Papam aliud uoluisse: & hoc dictum refert & sequitur Io. An. latè in regula, quod ob gratiã. in Merc. & plenè Lud. Ro. consi. cccxlv. Ad idem, quod no. Pau. de Cast. in consi. xj. incip. In causa præsenti. ubi tenens indistinctè, q; priuilegium non quæratur absenti, consuluit, q; mulier potest repudiare donationem sibi factam nondum acceptatam, omissa solennitate statuti loquentis de alienationibus mulierum: quia loquitur, ubi ius est quæsitum iure, quod nõ est hîc, per d. c. si tibi. in uer. ut tuum. Non obst. l. magis puto. §. fundum. ff. de reb. eo. quia loquitur in legato, quod acquiritur ignoranti, licet reuocabiliter, cùm dependeat à uoluntate iuris tantùm. Ad idem, quod no. Bar. in l. Labeo. propter gl. paruam, ff. de iureiu. ubi dicit, quòd dilatio statuti absenti nõ currit, nisi fuerit sibi notificata. Bo. tex. & ibi Bal. in l. ij. ibi, ad notitiam eius perducendo. C. ubi in rem. act. no. gl. pe. in cle. appellanti. de app. & Bal. in l. j. in fi. C. de temp. app. & in l. fi ea. C. qui accus. & in l. eos. §. Apostolos. C. de app. & in l. j. C. de sen. ex breuic. reci. & in l. j. ff. si quis cau. Ad idem solennis disputatio lac. de Bel. in disputatione, Perusini elegerunt. quam posuit in authen. de col. §. & hac lege prohibemus. & quod no. Cal. in tit. de offi. delega. consil. v. ubi dicit, quòd ualent gesta per legatũ, ante quàm sciat reuocationem. Facit, quod no. Domi. in c. ignorantia. xxxviij. dist. & Bar. in l. ex ea. ff. de mili. test. Et ideo disputãt plenè Domini de Ro. decis. cccclvij. in nouis, utrum tenent gesta per executorem Apostolicum, qui & nõdum sciebat se reuocatum, & erat de quo per Innoc. in c. fi. de præsump. & Io. An. in regula, eum qui. de regu. iuris. in Mercu. & do. Card. in cle. ij. in pen. q. ut lit. pen. & Bar. in l. multum. ff. de condi. & demon. & Bal. & Roma. in l. sed & si de sua. ff. de acqui. pos. Et ista inducuntur cõtra Bar. in l. fi. C. de sen. pas. ubi dicit, quòd restitutio deportati acquiritur absenti & ignoranti, sicut de libertate ex testamento relicto dicitur in l. eius, qui in prouincia. ff. si cer. pe. Cui respondeti potest, quòd sit speciale in ultimis uoluntatibus. Sentit Bar. in d. l. fi. ff. de consti. prin. & expressè Pau. de Cast. in d. consi. & facit l. cùm pater. §. surdo. ff. de leg. ij. Vel fit speciale fauore liberationis

nis deportati, sicut est speciale in libertate serui.
¶ Hanc limitationem intellige, ut requiratur certitudo in personam priuilegiatam. Sed respectu eius, cuius damnum tangit priuilegium, non requiritur notitia, ut probatur in d. c. j. uer. nam si alicui. & uer. similiter. de concess. præben. in vj. Est uerum, q; gloss. in procemio Cle. in uer. de cętero. intellexit illud, ꝑcedere in priuilegio non inserto in corpore iuris per uiam constitutionis: nam quando hoc esset imitaretur naturam constitutionis, & non priùs operaretur, quàm de seipso sciretur. Sed tamẽ etiam in inserto idem est respectu eius, quem lædit, secundum Lud. Rom. consi. cccxxx. inci. Omnipotentis, &c. circa primũ. per l. pe. ubi hoc no. Bart. in terminis, C. de decu. lib. x. quem tex. dicit Lud. esse singularem, & se nescire alibi, & mirari, quòd à nullo Canonistarum allegetur contra gloss. in d. procę. Cle.
¶ Quartò limita, nisi sit constitutio habens clausulas decreti, si secus actum fuerit, &c. quia statim ligat, secundum do. Ant. & latiùs Imo. hîc: quia prædicta clausula ligat ignorantes, c. j. de concess. præben. in vj. & c. si postquam. & c. si beneficia. de præben. eo. lib. vj. & in c. pe. in uer. licet ab ignorantibus. eo. ti. & lib. & no. gl. in uer. attentari. in cle. j. de concess. præben. & in c. eo tempore. in uerbo, ignoranter. per illum tex. de elec. in vj. No. domi. Abb. post alios in c. cæterùm. j. de rescrip. Et hanc limitationem no. etiam Pau. in procemio Cle. & Lap. in cle. j. de elect. adducens no. per Arch. xix. dist. §. j. super gloss. j. cuius uerba potiùs faciunt in oppositum. Nec obst. q; clausula decreti uideatur adijci per modum accessorij: quia, secundum ipsum, trahit ad se principale, & immutat eius naturam, sicut in simili dicitur in c. debitores. j. de iureiu. Et pro hoc facit: quia decretum principis facit ignorantem haberi pro sciente, quoad retractionem actus, ut in dictis iuribus. Modò ubicunq; præsupponitur scientia constitutionis, non est opus publicatione, ut dixi in secunda limi. præcedentis art. Ergo dicta limitatio uidetur uera. ¶ Contrarium firmat do. Car. in cle. j. in xviij. q. quia decretum appositũ sub conditione suspendit in euentum conditionis, cle. j. de concess. præben. Sed cùm constitutio promulgatur, est sub conditione, quo ad uim ligandi, scilicet si publicatur, & si lapsi fuerint duo mẽses. Et ista ratio multùm urget, secundum eum, respondentem ad iura, quæ dicũt decretum ligare ignorantes, quòd ibi dispositio semper tenuit, & nullam tacitam conditionem habuit: & ideo alias rationes firmat Ro. consil. cxxx. uer. quo ad tertiũ, in quo quæritur. Et posito, quòd prima opi. esset uera, quam tamen non affirmo, limita, nisi constitutio esset pœnalis: quia decretum respectu pœnæ nunquam afficit ignorantes, secundum gl. iij. in cle. nolentes debere. & Ioan. And. in c. tibi quid. de rescri. in vj. & sentit Archi. xix. distinct. §. j. allegando bo. tex. in l. fi. ff. de decre. ab or. fa. Et sic habes duos casus, in quibus decretum non ligat ignorantes. ¶ Quintò limita, nisi constitutio ponat tempus, post cuius lapsum uult ligare: quia standũ est tẽpori determinato. Sic intellige c. cùm singula. de præben. in vj. adeo quòd si constitutio dicant, quòd ex nũc uult ligare, immediatè ligat: intellige respectu nullitatis actus, non potest pœnæ respectu: quia absurdũ esset ad pœnã ligare ignorantes, ut hîc: & no. glo. in d. cle. ij. in uer. ex nunc. Nam uerba generalia debent restringi ad hoc, ut absurdum non includant, secundũ do. Abb. & Imol. hîc, qui ita dicunt intelligendam esse l. non dubium. C. de legi. & c. uides. x. dist. cum concor. in quibus dicitur gesta contra legem esse nulla. ¶ Et hîc adde, quòd ubi constitutio emanat super materia, quæ non est semper in usu, sed contingit per interualla, non sufficit talem legem esse semel statutam & publicatã, ut populus non excusetur ab ignorantia, sed debet occurrere casu ad hominum memoriã reduci. Ita declarat Pet. de Anch. in c. ubi periculum. in fi. de ele. in vj. per illum tex. in fi. uer. & ne tam salubre. facit etiam glos. fi. in c. j. j. de loca. & ibi uide Imo. ¶ Sextò & ultimò limita, nisi sit constitutio, quæ posit ex aliqua causa extendi ad præterita: putà, si esset declaratoria, uel alterius naturæ comprehendentis præterita, ut in casibus dicendis in c. fi. j. eo. quia si extenditur ad præterita, frustra expectabuntur duo menses, secundum omnes hîc. Et idem dicas de cõstitutione extrauaganti redacta in corpore iuris: quia statim ligat, cùm semel habuerit tempus duorum mensium à tempore publicationis suæ, secundum do. Ant. & Imo. hîc. Nunquid autem regulæ cancellariæ habeant uim legis generalis post publicationem, & qd de decisionibus Rotæ, tetigi post domi. Card. in c. pastoralis. de fi. in str. ¶ Circa tertium, utrùm præsumatur † scientia constitutionis post lapsum duorum mensium, decide, ut colligitur ex prædictis. Nam in constitutione inferioris tempus præsumptæ scientiæ est arbitrarium secundum loci qualitatem: quia uiciniores citiùs præsumuntur scire, c. quosdam. & c. quanto. infrà. de præsumption. In constitutione imperatoris præsumitur scientia post duos menses à publicatione facta in prouincia, d. authen. ut factæ nouæ cõstitutiones. Idem dicas in constitutione Papæ respectu prouinciæ, in qua publicatur. Si autem publicatur Romæ, dicit hîc domi. Abb. tempus fore arbitrarium, cùm durum sit extendere illam authen. ad constitutionem Papæ Romæ publicatam, cùm habeat astringere prouincias uniuersi. Et sic limitatur dictum domi. Ioan. An. præalle. secundum eum, cuius uerba inducas ad extrauagantes & regulas cancellariæ, quæ publicatur solùm Romæ. ¶ Et possent ista non immeritò adduci ad materiã citationum, quæ fiunt per edicta publicata: de quibus dicit domi. Card. consil. cliiij. inci. redemptoris, &c. in q. quæ uertitur inter And. quòd ista citatio nunquam est ualida regulariter, per cle. j. de iudi. etiamsi essent multi, quorum interest: quia si tangit eos oẽs singulariter, nõ dico uniuersaliter, oportet eos nominatim citare. Sed ubi uniuersaliter tangit, bene ualet, per l. ij. C. de decur. Et ideo consuluit ipse, quòd edictum, per quod iubentur uasalli uenire ad inuestituram accipiendam, intra tempus sub pœna priuationis, arctat eos, ex quo sunt certi. Et idem consuluit Card. in consil. xxvj. incip. Abbas sancti Benedicti. in secũdo dubio: de quo nunquam sis oblitus, quia poteris infringere mille similia edicta. Et sic cõcluditur, quòd ubi est aduersarius certus, nunquam sufficit citatio per edicta. Ad quod uide diligenter Bald. in authen. si omnes. §. si se ab hære. abst. & Bart. in extraua. ad reprimendam. in uer. per edicta. Imo fortiùs dixit Domi. in c. fi. de elec. in vj. quòd ibi contradictor est incertus, si tamen de facili potuisset sciri, non ualuit citatio generalis, ut ibi per ipsum. Pro quo optimè facit, quod no. Bald. in l. curatoris. C. de iure delib. ubi dicit, quòd non sufficit proclama generale, quòd qui uult esse hæres, compareat: sed debent citari illi, quos proxima causa successionis tangit, per l. j. §. denunciari. ff. de uen. in spic. Simile no. idem Bald. in l. nam diuus. ff. de adopt. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de off. pro consul.
9 Et ideo dicit eleganter Angel. in d. l. si curatoris. quòd † singulariter est notanda forma, qua utuntur practici aduocati. Non enim dirigunt libellum in genere contra uolentem esse hæredem defuncti, sed sigillatim nominant proximos, ut est dictum: quos faciunt interrogari, an uelint esse hæredes. Idem no. Angel. in l. si quis instituatur. ff. de hære. instit. Vbi autem aduersarius non est certus, ualẽt tales citationes, per tex. in c. fi. j. qui mandat. accus. pos. & ibi per Inno. & omnes per Bart. in l. fi. de iure do. per Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & in l. quinquaginta. ff. de excus. tut. & in l. postquã. C. si contra ius, uel uti. pub. per Imol. post Inn. in c. fi. de maio. & obe. & per do. Abb. post do. Card. in c. uenerabilis. de iudi. per Innoc. in c. Albericus. de testib. & in c. præterea. de app.

c. cognoscentes.

per Bal.in l.ij.C.de testa.per Lud.consi. cccxx.incip. Omnipotētis,&c.ut clarior reddatur.per Ange.in l.ij diu. ff.ex quibus cau.in pos.ea.& in suo tractatu,De inuentario,posito hodie post eius lec.Authenticorum impressam. ¶ Et ubi est facta talis citatio in certo termino, auditor comparens post terminum,donec iudex impo fuerit silentium illis, qui non comparuerūt in termino, secundum Inn.in d.c.fi.Et sequitur Bald. in l.diffamari. C. de ingenu.& ma.& Ang.facit festum in l.j.C.ut nemo priua. inferens, quòd audiretur talis uolens probare. Hoc intellige,dum modò res sit integra, d.c. fi. qui ma. ac.pos. ¶ Item intellige,nisi esset terminus legis:quia eo elapso non auditur,secundum Innoc.in d.c. fi. per l. si ob commissa.C.de adul.Et sequitur Bal. in l. si pro ea. C.qui accus.& in d.l.diffamari.& in c.j.in prin. quo tempore miles.de quo etiam per Ang. in l. si insulam. ff. de uerb.ob.& gl.in cle.sæpe.in uer. non obstante. de uerb. sig.& Pau.de Cas.consi.xxxj. Et intellige prædicta,dum modò edicta ponantur in tali loco,q̄

a *Possent] Ade Bald in l.mandatum. C. mand. iiij quæ l.pertex. sing. in l.iubem⁹. C.de ēn. ci. & uide eum in l.etiam. C. de ē ecu rei iudi.*

per quemlibet legi possent[a], secundū Pau. de Cas.in l. si pupillus.§. præscribere. ff.de instit.per illum tex. ¶ Et ad materiam pondera dicta Archi. in §. fi.quasi in fi.xxij. q.ij. in fi. ubi disputat, an Saul rex debuerit punire filiū, qui comederat stante publico edicto patris,ne quis ederet,quod ipse dicebat se non audiuisse. ¶ Circa quar-

10 tum & ultimum, utrùm † post duos menses admittatur probatio ignorantiæ constitutionis,non est dubium,quòd admittitur, per c. fi. qui mandaccu.pos.& l.fi.ff.de decre.ab ordi.faci.Sed stat difficultas,utrùm sufficiat iuramētū in quo sunt multæ uarietates,de quibus hîc per Scribentes.Sed omittendo co-

11 rum ordinem, est uidendum generaliter, utrùm ignorantia probetur per iuramentum? Et

b *Quòd sic] Ad de gl.in l.si cui.§. his de crimin⁹. de accus.& adde, q̄ est uerū, cùm agitur de his, quæ sunt intrinseca, secundum Lau.in cle.j.de consan.et affi.& secundum Car.ibi q.viij.*

in hoc generaliter uidetur,quòd sic[b], ut per glos.ord.in regula, præsumitur. de regu.iur.in vj.& tex.cum ibi allegatis in d.c.fi.& gloss.in c.innotuit. de elec. gloss. in c. proposuisti. lxxxij.dist. in uer.approbatur.& in c.statutum.in uer.primum. de rescrip. in vj. & in c. j. in uer.scienter.de temp.ordi. eo.lib. & in c.qui humanis.xij.q.ij.Et per tex.in c.si uerò.el ij.j.de senten. excommu. & in c.pastoralis. de excep. & in c. nulli. de elec.in vj. & in l. si tutor. C. de periculo.& in d.§.proscribere.& in l.non omnis.§. à barbaris.ff.de re mili.& per Archidi.in c.in primis.ij.q.j & per

12 alios,de quibus j. ¶ Fallit primò ista regula, nisi † ignorantia,quæ allegatur,posset alio modo probari, q̄ per iuramentum:quia tunc iuramentum non sufficiet, secundum domi.Card.in cle.j.in viij.q. de consangui.& affi.per no.in c.præsentium.de testi.in vj. & subdit post Laudinum, quòd ubi iuratur, præsumitur ignorātiam non fuisse affectatam:quia non præsumitur deierare,c. literas. j. de præsump. Et hoc eo casu, quo sufficit iuramentum, secundum eum. ¶ Fallit secundò, nisi lex

13 præsumat scientiam, & determinet super tali scientia: quia † ad tollendam hanc præsumptionem non sufficit iuramentum,secundum Pau.& Domi.in c.eo. in uerbo,scienter. de temp. or. in vj. per tex.opti.in c.uidua.j. de regula.& ibi habes exemplū. An autem aliquo modo admitteretur alia probatio contra hanc præsumptionem iuris & de iure,dixi aliàs in c.quanto.j. de præsump. ¶ Fallit tertiò,ubi agitur de præiudicio alteri-

14 us:quia † tunc ignorantia non probatur per iuramentum,secundum Domi.post Pau.in d.c.eos. per tex. in c. ex insinuatio.de procur. Quod intellige primò uerum, quando iuramentum non iuuatur aliquibus præsumptionibus,secundū eum. Alle.Pau.no.per se in cle.constitutionem.in gloss.magna,de elec. Secundò intellige, quando agitur de graui præiudicio: secus,si de leui,secundum dom.Abb.in c.quosdam.ad fi.j.de præsumpt.

15 per d.c.proposuisti.lxxxij.dist. ¶ Fallit † quartò, nisi statutum prohibeat allegare ignorā-

c *Ignorantiam] Sed quid si statutum dicat,quòd ignorantia nō possit probari per iuramentum? Dic, quòd omnino afficit ignorantes. Bald.in d.l.j.alle. in tex. in fi. ff. de leg.& do. Alex. in l. de pupillo. §. nunciationem. de ope.no.nun.*

tiam [c]:quia ualet,secundum Bar. in l. diuus.in prin.ff.de fal.& Bald.in l.j.ff. de ll.& domi.Ab.in c.ad falsariorum. in prin. de cri. fal. facit text. in d.c. uidua.& in §.pen.in authen. in medio litis sacras iussiones non fieri.ibi,nec ignorantiam in ea proponat.& in l.fi. cut.in fi.C.de præscr.xxx.an.ibi, etiāsi legis ignorantiam excusare tentauerit.Est uerum,quòd Bald.in l.j. uer.itē dicta cōstitutio. C.de cadu.tol. & Sal. in l.ita nobis pudor.C.de adul. & in l. senatus.C.de his,qui sibi ascribunt.& Ludo.in l.j. in §. nunciatio. ff. de ope. no.nun.& in l.j.§.occisorum.ff.ad Silla.& Ana.in d.c ad falsariorum.uidentur intelligere tale statutum de ignorantia supina: secus de iusta. Sed ista esset nimia restrictio ad statutum, quia nihil operaretur. Et sicut lex aliquando firmat pedem præsumendo scientiam,d.c.uidua.cum simil. prælle. idem uidetur posse dici statutum ex causa iusta, l. omnes populi. ff. de iust. & iu. nisi probaretur ignorantia illis modis, quibus aliquando admittitur ꝓbatio contra præsumptionem iuris & de iure, quos dixi in d. c. quanto.

16 ¶ Quinto † fallit,nisi agatur nedū de probanda ignorantia,sed de probanda iustitia ignorātiæ: quia ad hoc probandum non sufficit iuramentum ,secundum Bal. in l.j.uer.item apparet.C.ad Macedo. per no. ibi,& in c.

17 pastoralis. j. de excep. ¶ Sextò fallit, quando † allegatur ignorantia eius, quod publicè notum fuit, & cuius non est uerisimilis ignorantia,ut notant Do.de Rota decis.cccxlij.inci. extra Rotam petebatur consilium. ubi sequuntur opi.Bal. consulentis contra Petrum fratrem suum, quòd clericus,qui non fuit absens à diœcesi,non potest per iuramentum probare ignorantiam edicti episcopalis publicè promulgati:quia allegatur prudinem suam,id est, dolum præsumptum, id est, latam culpam. Vnde non debet audiri ad excusationem delicti, cùm debuerit scire, esto quòd re uera fuisset ignorans, arg. l quod te. ff. si cer. pet. Item iuramentum non ualet,nisi deferatur sibi à iudice, c. sicut. de proba. c.fi. de iureur. Sed iudex non debet deferre iuramentū in supplementum probationis ei, contra quem est uehemens præsumptio ex facti qualitate sine notorietate,ut no.in l.j.C.qui,& aduers.quos. Iura autem,quæ allegantur in regula, loquuntur, quando ignorantia est uerisimilis, secundum ipsos post Bald. ¶ Pro hac o-

18 pi. adduco , quòd † in consistentibus in animo alicuius, non statur eius iuramēto, quando est præsumptio contra eum,ut dicit Barto.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur.& Bal.in authen.cui relictum.C.de indi. uiduī. cum concor. quas aliàs dedi in c. significasti.el j. j. de homi. Sed contra istum præsumitur per iura prædicta,& probat ignorantiam solo dicto. Ergo illi non statur. Facit dictū notabile Bart in l.omnes.la ij.C.de agric. & censi. lib.xj. ubi dicit, quòd receptans ignoranter illum, qui notoriè est bannitus , non excusatur ratione suæ ignorantię.Et sic tollitur una ratio dicti Petri contrarium tenentis,ut in dicta decisione,dum dicit, quòd licet præsumatur,non est præsumptio iuris & de iure : quia licet admittatur probatio , non tamen per iuramentum, ut dictum est. ¶ Hanc opi.tenet etiam domi.Car.in cle. cōstitutionem.§.cæterùm.in viij.quæst. de elec. & Innoc. domi.Anton.& Imo.hîc, dicentes, quòd ignorantia legis debet probari dilucidè,& sic non per iuramentum: quia

quia non est probatio dilucida, secundum gloss.in l. fi. in princ.ff.quod met.cau.& Archi.& Domi.in c.pia. su- 22 per uer.apertissimis.de excep.in vj.& do.Abb.in c.cùm dilectus.de ord.cog.& gloss. in l. cùm de indebito.ff. de proba.& in c.cupientes.§.quòd si per uigintiin uersi.facta fide.de elect.in vj. cum concor. & adducit etiam domi.Ant.hîc c.j.uer.non facilè. j. de postul. præla.attento,quòd nihil sit facilius, quàm probare per iuramentum. Et cum istis transeo, licet domi.Abb.dicat etiam ar-

19 bitrarium. ¶ Aduertendum,quòd † ubi quis nedum iuraret se ignorasse, sed ultrà probaret plenè causam ignorantiæ:quia scilicet absens, uel infans, uel carceratus,uel simile iustum impedimentum,posset tunc ignorantia probari iuramento probata plenè eius iustitia: & sic fatetur Bald. in rationibus, quas adducit in dicto consil.dicens, quòd iūra loquentia de probanda ignorantia per iuramentum loquuntur, ubi ignorantia est uerisimilis,sed nō explicat,an illud,quod facit eam uerisimilem,possit probari iuramento? & uidetur, quòd non, per id, quod est dictum in præcedenti fallentia. Et quia tales actus iustificantes ignorantiam,non sunt de consistentibus in animo . Et cum istis uidetur concor. Cal.consil.iiij.in ti.de sen.excom.& latè domi.Car.consil.xxxvj.inci. Lite in Ro. curia pendente. & Domini de Rom.decis. cclxiij. inci. si propter negligentiam patroni.in formis. Et idem dicas, si constitutio non fuit promulgata: quia licet fuerit solenniter edita, non ligat, & probatur iuris ignorantia iuramento,secundum dom. Abb.latè consil.xxxv.incip.Facti contingentia talis est: in ciuitate Senarum.per c.j. de postu.præla.& c. erit autem. iiij. dist. ubi de esse legis est promulgatio & edictio. Et hoc no.Et istis adde beatum Tho. in Quodlibetis, Quodlibeto xxix.ubi post multa uidetur dicere, quòd agens contra constitutionem Papæ, quam nescit propter negligentiam, non excusatur . Si uerò habet sufficiens impedimentum,putà quia est in carcere,uel ultra

20 mare,excusatur. ¶ Fallit septimò & ultimò, nisi † aduersarius probaret cōtrarium per legitimas probationes:quia tunc eliditur probatio ignorātiæ facta per iuramentum,secundum Bart.in l.si cui.§.ijsdem. ff. de accus.& ibi habes exemplum.& no.gloss. in uer.affectata. in c.eos.de temp.ordinat.in vj.quam alle.Ioan.de Imo. in l.qui bona.§.qui damni. ff. de dam. infec. Bene facit, quod no.Angel.in l.qui restituere.ff.de rei uendi.& in l. qui uas.ff.de fur. & in authen.de exhiben.reis.in princ. cum concor.quas aliàs dedi in c.proposuisti. j. de proba. ubi dicit, quòd stante statuto, quòd de certa re stetur iuramento alicuius,tamen admittitur probans cōtrarium per legitimas probationes. ¶ Vlteriùs, in quantum domi.Anton.hîc refert Arch.in c. quod dici-

21 tis.xvj.distinct.dicere,quòd † ad hoc,ut bannum liget, oportet, quòd uadat per totam ciuitatem : adde Bald. qui ipsum sequitur in c. j. in tit.de mili.uasa.qui contu. est.& Domi.in d.c.quod dicitis.Sed intellige uerum,ni-

a *Sufficit] Adde Ang.in l.j. §. hæc stipulatio.ff.si cui plus quàm per l. Falc. facit c. cùm in tuæ.de his, qui ma.accus.pos. & ad de Rof. in l. j. in rub. si quis iudi.non obtemp.et Ioan. And. in cle. grauis. uer. præconio. de sen. excom . Vnde adde, quòd bannum publicè factum quis*

si bannum esset publicatum in locis eminentioribus ciuitatis:qa tunc suf- á ficit[a], secundum domi. Abb. & Imol. hîc,per c.j.in uer. solenniter. de postu. præla.& per d.c.quod dicitis.ubi non est necesse singulorum auribus inculcare, secundum eos. Pro quibus facit gloss.in uer.publicè. in cle. j. de sepul. & inc.exceptionem.in uer publicè.de excep. & tex. in l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de inst.ibi,non in loco remoto,sed euidenti.Et bona gloss.in c.si capitulum.in uer.factam.ibi. suffi cit,quòd in loco congruo. de concess. præben. lib.vj. Et in terminis de banno no.Fede.consi.ccxij.inc. Super themate præmisso.ante fi, ¶ Vltimò,in

c.cognoscentes.

scire præsumitur. Inn. in c.j. de postul.præla.et Bal. in Margarit. decretum.uersi: teriò arguitur contra.in authen.qui semel. C. quomodo & quando iudex.& ibi Domi. quod uerum est, nisi quis sit absens ex necessitate : qa bannitus, uel ex uoluntate, secundum Bar.in l. plane.in princ.in lec. Nic. de Neap. ff. de excus.tu. Vnde non ligat bannitos,secundū Bart. ibi. Item omnes ligat, secundū Bal. in d. c. j. alleg. in text.uers. deprædari domino . de mili.uas.qui contu.est.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Abolito titulo regis,an sit abolita lex eius.*
2 *Statuta facta à carente iurisdictione, qualiter cognoscitur, an ualeant,uel non.*
3 *Connexum,quod comprehenditur intellectualiter, non dicitur comprehendi expressè.*
4 *Instrumentum quando non potest reprobari, nisi per aliud instrumentum.*
5 *An illud,quod resultat,habeatur pro expresso.*
6 *Connexa ea dicuntur,quæ eandem originem habent.*
7 *Beneficium unitum an possit peti per impetrantem.*
Qualiter cognoscitur , quòd beneficium sit principale . ibi,& numero 8.
8 *Officia duo si uniuntur, an præfectus in illis habeat duplex salarium.*
9 *Claues principaliter fuerunt traditæ Petro apostolo.*
10 *Iudicium idem est de similibus ad similia.*
11 *Similia quæ dicantur.*
12 *De similibus ad similia non procedi tur in certis casibus. Vsq; ibi,ultimò tangit hic.*
13 *Lex,uel statutum,an possit semper extendi ad similem casum.*
14 *In fauorem reipublicæ factam legem extendendam, quæ non extenditur aliàs.*

CAPITVLVM III.

Translato. ¶ Quod de uno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. Vel sic: Potestas legis condendæ & mutandæ est penes uicarium Dei: & quod de uno connexorum dicitur, de alio dictum intelligitur. H. D. ¶ Primò, in quantum
1 per istum text. dicit hîc Bal. quòd † abolito titulo regis est abolita lex sua, intellige de tyranno, nõ de alio, propter gloss. in l. decernimus. C. de sac. san. eccles. Et adde tex. in c. fraternitatis. j. de hæreti. Et quòd possint allegari leges principis aboliti, si sunt iustæ, uide tex. in c. ut inquisitionis. de hære. in vj. ibi, per Fede. tuncin deuotione Rom. eccle. existentem. Bo. tex. in c. turbat. & c. qui de mensa. xxxvj. dist. & in c. ij. in uer. gentilium. j. de concess. præben. & per domi. Card. in cle. j. in vj. no. de magis. & domi. Abb. in c. j. ſ. de ſum. trí. ubi bonus tex. ad fi.
2 ¶ Et ad cognoscẽdum, quando † statuta facta à carente iurisdictione ualeant, uide Bald. in d. l. decernimus. & quod de l. Lombarda no. Bal. in l. si inuita. C. de nup. & in authen. dos data. C. de do. ante nup. Et quomodo intelligatur Bald. hîc, dum sentit, legem Mosaicam esse abolitam, uide gloss. ordina. & ibi Scribentes, in c. non peccatum. §. his ita. vj. dis. & Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. ob. & beatum Tho. ij. ij. q. lxxxvj. arti. j. & domi. Abb. & Imo. in c. j. j. de consue. & ibi dicetur. ¶ Secundò est addendum: quia dicunt do. Ant.
3 & Imo. hîc, quòd † illud connexum, quod comprehendit intellectualiter, non dicitur comprehendi expressè. Et inferunt alia duo pulchra. Primò, quòd beneficium datum instrumento guarentigiato, ut cõtenta in eo habeant executionem paratã, non intelligitur in his, quæ intellectualiter ex eo eliciuntur. Vnde si in eo continetur factum, non tamen poterit peti ex eo interesse cum illo priuilegio statuti: quia interesse uenit uirtualiter, l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de uer. ob. Vnde non est expressum. ¶ Secundò inferunt, quòd si in sententia exprimitur aliquid, propter quod datur in alio tacitè conclusio contra ius, non est sententia nulla, ex quo in ipsius uerbis nõ est aliquid contra ius expressè, sed uirtualiter. Et allegant Inn. qui hoc dicit in c. P. & G. ante fi. gloss. magnæ, j. de offi. dele. ¶ Adde pro istis notabilibus dicta domi. Ant. s. in proœ. & ibi dom. Abb. ubi dicunt, quòd non dicuntur legi ex tenore illa, quæ eliciuntur uirtualiter. Et confirmat dictum Inn. in d. c. P. & G. quod etiã ualde no. Bal. in c. quo ad translationem. j. de offic. leg. & Domi. in c. quisquis. iiij. q. v. & domi. Ant. in c. ij. de test. cog. & domi. Abb. in c. excommunicato. j. de rescript. & domi. Ant. & Imo. in c. j. j. de reiud. & Domi. in c. in tantum. xxj. distinct. domi. Ant. in c. cùm contingat. j. de rescript. & in c. sicut. prope fi. infrà, de re iud. ¶ Adde etiam gloss. no. in l. iurisgentium. §.
4 quod fere. in uer. approbet. ff. de pac. quæ dicit, quòd † ubi non potest reprobari instrumentum, nisi per aliud instrumentum, tamen id, quod tacitè, uel intellectualiter resultat ex instrumento, potest reprobari per testes, quasi non sit expressum. Et idem Bar. in l. j. C. de apoch. publ. lib. x. ¶ Adde etiam domi. Ant. consil. suo xxiij. incip. quia hîc agitur. ubi dicit, quòd in casu c. abbates de priuil. in vj. non dicitur expressè concedi solennis beneficio, nisi de ea specialiter & nominatim dicatur. Allegat c. pastoralis. §. j. infrà, de rescri. & in c. ut circa. in uer. omnia & singula. de elec. in vj. Ad idem, quod no. Bald. in l. legem. in prin. C. loc. ubi dicit, quòd tacita recondu ctio, de qua ibi, non erat sub forma scripturæ, sicut prima: quia scriptura debet uideri & legi, & non sufficit intellectus separatus â carne, id est, intelligentia pura. Ad idem, quod no. Bald. in l. generali. ad fi. C. de sac. san. eccles. ubi dicit, quòd scriptum & non scriptum non differt, nisi quo ad executionem paratam. Ad quod uide Bart. in l. fi. uer. procedo ulteriùs. C. de edi. diui Adri. tol. Ad idem uide Bart. in l. j. in fi. prin. ff. de his, quæ in test. delen. ubi dicit, quòd instrumentum non meretur executionem in his, quæ ueniũt ex tacita stipulatione, sed ex expressa. & idem Bald. in d. §. quod fere. Ad idem, qd no. gloss. in cle. ij. in uer. specialis. de offi. ordi. & in c. inquisitores. in uer. expressè. de hære. in vj. & in cle. j. in uer. expressè. de præbend. probantes, quòd talia uerba requirunt expressam mentionem, non autem, quæ comprehendatur ex uerbis quantumcunque generalibus. Ad idem, quod no. Bal. in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. test. & ibi Sali. ubi dicunt, quòd si filius accepit certam quantitatem patrimonij, dicens, quòd non uult plus accipere in bonis paternis, tamen potest petere supplementum legitimæ: quia ad illam requiritur expressa renunciatio. Ideo non sufficit, quòd uirtualiter eliciatur ex dictis uerbis. Ad idem, quod no. Bald. in l. ij. C. de patri. qui fi. distr. ubi dicit, quòd stante statuto, quòd statuta seruentur ad literam, non fiet extensio: ꝗa litera est, quæ oculo uidetur, non quæ intelligitur. Ad idem, quod not. Domi. in c. humanum genus. j. distinct. ubi infertur ex gloss. in uer. prohibetur. quòd illud non dicitur expressum, quod continetur ex mente, uel quadam consequentia uerborum. Et ideo infert, quòd ubicunque in rescriptis beneficialibus ex iuris dispositione requiritur expressa mentio, non sufficiat mentio descendens ex consequentia uerborum, sed requiritur expressa. Et idem domi. Ab. in c. ad aures. de rescri. cum concor. Similiter inferunt domi. Anton. & Domi. hîc, quòd stante statuto, quòd positioni respondeatur uerbis expresis, si in respõsione ponatur unum uerbum, per quod aliud sequitur, non uidetur expressè, sed intellectualiter responsum. ¶ Sed contra prædicta, & domi. Anton. & Imol. hîc est decisio formalis Bald. in l. ad probationem. la j. C. de proba. ubi dicitur, quòd stipulatio præsumpta dicitur de tenore instrumenti: esto, quòd in instrumento non sit scripta. Allegat gloss. in d. §. quod fere. & alia, dicens, primum consilium, quod ipse edidit, fuisse super hoc. Et idem ipse tenet in l. unica, §. & ut pleniùs. C. de rei uxo. act. per illum tex. & in l. ubi adhuc. C. de iure domi. Facit, quod ipse not. in l. j. C. de fideicom. & Imol. in l. j. ff. sol. mat. maximè per l. si duo patroni. §. pe. ff. de iureiur. Ad idem, quod notat Pe. de Anch. consil. clxxxvj. incip. Visa diligenter. ubi ad intellectum clausulæ bullæ Bonifacij concessæ populo Ferrariensi, in qua priuantur non expresi in inuestitura, si eam non petierint: dicit, quòd illi dicuntur expresi, qui cõprehenduntur tacitè ex uerbis inuestituræ, sumpta interpretatione à iure communi. Et subdit generaliter, quòd ubicunque requiritur expresioin personis, uel rebus, sufficit, quòd includantur sub natura uerbi expresi. Ad idem, quod no. Bartol. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cleri. ubi dicit, quòd licet episcopus non sit expressè descriptus in testamento, tamen habet beneficiũ l. edicto. C. de edic. diui Adri. tol. quia repræsentat pauperes expressè scriptos in testamento.
¶ Ad idẽ, quod not. Ange. l. stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uer. ob. ubi dicit, quòd statutum loquens de scriptura priuata manu debitoris, ut habeat executionem paratam, habet locum in scriptura ab eo subscripta: quia uidetur uirtualiter totam scripsisse. Ad idem text. in c. cùm olim. in fin. ibi, patebat expressè. de censi. per quem dicunt domi. Anton. & domi. Abb. ibi, quòd instrumentum dicitur clarè & expressè probare, non solùm, quod continetur in eo directè, sed etiam indirectè: & quòd instrumentum mandabitur executioni etiam in his, quæ ex instrumento indirectè probantur: & sic domi. Anton. est sibi contrarius. Ad idem, quod not. domi. Abb. in c. super quæstionum. in prin. de offi. delega. notans ualde illum text. in uer. liquidò. quod si intentio scribentis elicitur ex coniecturis, dicitur liquidò com-

dò comprehendi. Ad idem, quod no. Ang. in l. ait prætor. in princ. ff. de ope. no. nun. ubi no. illum text. cum gloss. quòd illud dicitur expressum, quòd tacitè inest, & ex mente colligitur. Et per hoc dicit, uirtualiter appellantem ab interlocutoria satis dici sigillatim causam grauaminis exprimere, si comprehenditur necessariò ex uerbis, licet in individuo non exprimat. Quod est notabile ad intellectum cle. appellanti. de appel. Et idem ipse posuit consil. cxiij. incip. quædam domina Nanna. & in l. ubi autem. §. qui illud. ff. de uer. ob. & in l. j. C. de libe. & posth. de quo per Inno. in c. ij. de ope. no. nun. cum concor. Et de gloss. in d. l. ait prætor. meminit Lud. Rom. concordans cum prædictis, consil. cclxxxj. incí. In Christi, &c. uis tota presentis dubitationis. Et quia per hoc redditur dubium dictum domi. Anton. & sequacium hîc, nec reperio aliquem ponentem hæc omnia ad conflictam: ideo pro nunc credò dictum suum malè sustentabile per proximè adducta. ¶ Sed generaliter, utrum illud, quod resultat, habeatur pro expreſ-
5 so, dicerem, quòd sic, maximè per d. c. cùm olim. præter quàm in duobus casibus. ¶ Primus, ubi † illud, quòd uenit uirtualiter, non deducitur taliter, quòd de necessitate inferat, sed persuasiuè, uel argumentatiuè.
¶ Secundus casus fit, quando lex, uel statutum facit mentionem de tenore: quia quod uirtualiter elicitur, non dicitur de tenore, ut per gloss. quæ sic loquitur in d. §. quod fere. Idem, quando requiritur, quòd aliquid exprimatur expressè sigillatim & formaliter, uel similibus modis: quia oportet, quòd exprimatur propter gloss. in d. c. inquisitores. & Domi. in d. c. humanum. Et non sequitur illud, quod elicitur, habetur pro expreſso. Ergo ubi requiritur expressa mentio, sufficit, quòd eliciatur: quia dico, quòd licet fingatur expressum, quo ad hoc, ut æquiparetur expresis, d. c. cùm olim. tamen ubi pro forma requiritur expressa expresio, non sufficit æquipollens per uiam intellectus, licet fortè sufficeret æquipollens per uerba omnino similia, & idem per omnia importantia, ut j. dicam. Nec procedit indistinctè dictum Angel. in d. l. ait prætor. ut patet ex notatis in d. cle. appellanti. & in d. c. ij. Et pro hoc facit, quod no. Bald. in l. legitimos. in prin. ff. de legi. tut. & Cy. Bart. & Angel. in l. fi. §. omnem. C. ad Tertul. & Bartol. Pau. de Cast. & Lud. Rom. in d. l. prætor. in prin. & Angel. in authen. ut hi, qui obligatas. §. fina. ubi dicunt, quòd in instrumento tutelæ, uel curæ, tutor, uel curator promisit utilia facere & inutilia prætermittere, non sufficit, nisi addatur, & puppillum defendere: quia sic requirit tex. in d. §. omnem. quamuis Bald. ibi, & in d. l. legitimos. dicat, quòd si non dicitur hoc uerbum Defendere, sed æquipollens, sufficeret ultra illa uerba Vtilia facere, &c. quæ non important specialem defensionem. Quod bene no. ad declarationem prædictorum: quia per hoc uidetur, quòd sufficerent uerba omnino æquipollentia, licet non essent ista formalia, quæ requiruntur à lege, uel statuto. Facit optimè, l. ij. iuncta l. j. ff. de lib. & posthum. Et ista omnia, tanquam priùs non reducta, submitto iudicio peritorum. ¶ In tex. ibi, sub eadem spõ-
6 sione. Nota, secundum Bald. hîc quòd † propter simultaneam originem in unam naturã species diuersæ annectuntur, quando est eadem origo in causa efficienti. Ad hoc ergo, ut aliqua sint connexa, non sufficit, quòd eodem tempore sint facta, nisi simul fiant. ¶ Non obstat, quòd casus omissus remanet in dispositione iuris communis: quia non dicitur omissum, quod est connexum, secundum eum dicentem, quòd uendita uacca uenit uitulus, qui est in corpore, & etiam qui nondum pascitur herbis. Facit text. in l. quid ergo. §. sufficit. ff. de contrario iudicio tutelæ. Per quem colligit ibi Bald. quòd connexorum idem est iudicium. Et pulchrè per eundem de connexis, in c. j. de capi. qui cur. uend. Facit gloss. in c. quia in tantum. infrà, de præben. ubi dispensatio extenditur ad connexa. ¶ Adde notabile consilium Pau. de Cast. xxx. ubi, dicit, quòd procurator apponens manus ad connexa mandato, non dicitur excedere fines mandati. Et idem in delegato dixit gloss. j. in c. licet ergo. vij. quæst. j. Et idem in arbitro dixit Inno. in c. cùm dilectus. de arbi. Et idem in teste dixit Bald. in l. peremptorias. circa fi. uer. quæro, ff. de. C. sen. rescin. non pos. Et hîc adde Imol. in c. cùm M. infrà, eo. ubi dicit, quòd per collationem præbendæ consuetæ conferri Canonico, confertur canonicatus: non, quia sit accessorium: est enim dignius, sed ratione connexitatis, argum: c. si quis obiecerit. j. quæst. iij. Et sic respondetur motiuo Pet. de Ancha. contrarium tenentis in regula, accessorium. in viij. opp. de reg. iur. in vj. & uide Bald. in c. cùm omnes. infrà eod. ubi dicit, quòd licet aliquid sit connexum, non tamen est idem. Vnde comiterium est annexum ecclesiæ, non tamen est ecclesia: & claustrum est annexum domui, non tamen est domus. ¶ Et adde Bald. in l. j. prope fi. C. qui bo. ced. pos. ubi dicit, quòd licet milites nostri temporis non habeant insignia obseruantiæ ueteris, habent tamen insignia obseruantiæ nouæ, quæ iure cuiusdam translationis successerunt loco ueteris, per illum text.
¶ Subdit Bald. hîc post multa, quòd si uilla annexa alteri habet statuta, quæ non sunt compasibilia cum statutis alterius, seruantur statuta uillæ dominantis: secus, si sunt compasibilia. In quo uide Ioan. Andr. in Spec. in rubrica, de treu. & pa. & Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. trí. & Bart. in l. j. §. cohæredem. ff. ad legem Fal. & in l. j. C. de metropoli Beryto. lib. xj. & Inn. in c. pastoralis. infrà, de priuileg. & gloss. in c. j. ne se. ua. & in c. recolentes. de sta. mona. & in c. & temporis. xvj. quæst. j. & Bald. in l. etiam. C. de iure domi. & in l. quicquid. C. de aduo. diuer. iud. Et Bart. in suo tractatu De tyberiade in rub. de insula. uer. sed quæro, illæ gentes. & in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. ac. Et eius dicta communiter tenentur in hoc. ¶ Sed adde notata per Angel. consil. ccxliij. incip. punctus præpa. & ibi pulchrè, quòd si Papa uniuit monasterium sancti Pontiani prope Lucam, monasterio de Monte Oliueti diœcesis Lucanæ, beneficium subiectum sancto Pontiano consuetum conferri clerico seculari mutat naturam, & efficitur monasticum, sicut alia beneficia Montis Oliueti, dum modò unio fiat per incorporationem: secus, si uniretur, quo ad unionem, uel protectionem, ut ibi per eum: & fuit doctrina Bartol. in d. §. si nuda. quam etiam approbat domi. Anton. in repe. c. fin. infrà, de consue. & domi. Floria. in l. repetundarum. §. Hermaphroditus. ff. de testa. & d. Abb. in c. j. de relig. dom. ¶ Limita etiam, dum modò unio fiat perpetuò: secus, si ad tempus, secundum Bald. post Cy. in d. l. etiam. C. de iure domi. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. in uersic. iuxta. suprà, eod. dicentis, quòd si banniti non possunt morari in districtu, poterunt tamen morari in castro unito districtui ad tempus. Vide Bartol. in l. si quando. in fi. C. de appell. ubi dicit, quòd quando unum officium unitur alteri, illud, quod unitur, extinguitur, adeo quòd si appellatur ab eo, qui retinet illa duo, debet indistinctè appellari ad superiorem officij, cui facta est unio, non habita consideratione uniti: & est bona gloss. secundum eum, cum c. j. ne se. uac. ¶ Limita ista, secundum Inno. in d. c. pastoralis. ubi dicit, quòd si ecclesia, cui facta est unio, est grauata debitis, non possunt alienari res ecclesiæ unitæ, ut satisfiat. Et idem de bonis castri uniti decidit Bart. in l. j. de metropo. & in d. §. si cohæredem. Pro quo facit, quod no. Arch. xxxj. quæst. j. in summa, circa fin. ubi dicit, quòd si ecclesia matrix non soluit iura episcopalia, non possunt ecclesiæ ab ea dependentes

dentes propter hoc interdici, nec eorum bona pignorari: & allegat in arg. c. dudum. ij. de elec. & c. sanè. de offic. deleg. licet aliud uelit domi. Anton. in c. eam te. de reg. & qual. Et fortè opinio eius procederet in ecclesia pleno iure alteri incorporata. ¶ Et istis adde Pet. de Anch. consil. cix. incip: Pro impetrante. ubi pulchrè
7 declarat, quando † impetrans beneficium uacaturum, quod spectet ad collationem talis, possit petere beneficium unitum beneficio illius: & cõcludit, quòd si sunt æquè principaliter unita, quòd non habebit illud, quod est unitum: secus, si accessoriè. Et in dubio, quomodo præsumatur unio, recurritur ad coniecturas, uidelicet præeminentiam; denominationis obsequia, & similia. ut ibi per eum utiliter, & per Oldrad. quasi in eisdem terminis, consil. ccxxiij. incip. factum tale est: dominus Clemens. & consil. cclx. incip. Quòd unio. cum tribus seq. ¶ Et istis adde, quòd ex denominatione cognosci potest, quod beneficiũ sit principale ex duobus unitis, secundum gloss. in uer. ecclesijs. in cle. per literas. de præben. Quo non apparente, attenditur, quod est dignius, secundum domi. Anton. & Imo. ibi. Et an subiecta principali parti alicuius castri, domino intelligantur subiectæ alię partes, uide Ludo. Ro. quòd non, consil. cccciij. incip. Omnipotentis, & c. an dictum castrum. allegando Bald. in c. j. §. ad hæc. de pa. iura. fir. Et de ista materia, quando duæ diuersæ naturæ uniuntur, uide etiam, quod not. Angel. in §. illud. in au-
8 then. ut iud. sine quo quo suff. ubi ponit, si † duo officia uniuntur, an illis præfectus habeat duplex salarium, & duplicata onera: & uide etiam Angel. in authen. ut deter. sit nu. in fi. per Bald. Angel. & Imol. in l. ex pupillari. & in l. sed si plures. §. filio. ff. de uul. & pup. per Angel. in l. de quibus. ff. de leg. per gloss. in c. cùm capella. insta, de priui. per Bartol. in l. inficiando. §. infans. in fi. de fur. ¶ In gloss. ij. ibi, in Perrum. Dic, secundum domi. Anton. & alios post Phi. quòd primò sacerdotium fuit translatum in Christum, qui fuit de tribu Iuda de Aaron, qui fuit de tribu. Leui. Nam primò sacerdotium erat apud illam tribum, scilicet Leuiticam. Ratio: quia de illa tribu solùm, & non de alia poterant promoueri. Sed Christus postea transtulit in Petrum & eius successores. Et sic not. secundum domi. Anton. domi. Abb. & Imol. & Domi. hîc, quòd testes concordantur per multiplicationem actus, ut si aliqui testes dicunt, quòd possessio fuit tradita: & aliqui dicunt, quòd fuit tradita, alteri scilicet, debemus intelligere, quòd utrisque fuit tradita successiuè, ut hîc per eos: pro quibus facit cap. j. de constit. in sexto, ubi dictio Post, denotat actum mediatum & immediatum: & ibi Domi. in ij. not. infert ad saluationem testium, ad- b
dendo gloss. in uer. sed tertia. in c. cùm Vintonienſis. infrà, de elec. & text. in c. fi. infrà de excess. præla. facit gloss. in l. in operibus. ff. loca. quæ dicit, quòd dicitur fieri simul, quod fit cum priorita- 11
a te & posterioritate temporis [a]. Et ita ad testes not. Bartol. ibi, & in l. si plures. ff. de iniur. & gloss. in cle. ij. de appell. in uer. decernimus. & ibi domi. Anton. refert de hoc fuisse miratum quendam Florent. & facit gloss. in c. bonæ. de elec. Et in hac gloss. dubitant Doc. per quæ uerba fuit translata potestas in Petrum c de quo dic, ut per domi. Abb. hîc, qui optimè loquitur. Sed adde domi. Card. sancti Sixti, in tractatu De potestate Papæ, quæst. xxiij. ūbi dicit, prophetam prædixisse, quando dixit, eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis, & statuit supra petram pedes meos. ¶ Et adde, quod ha-
9 betur † in Summa Pisana in uer. Papa. ubi ad illud, quòd Petro principaliter fuerint traditæ claues, no. Euangelium Luc. v. c. quia cùm Dominus dixisset Apostolis, ut laxarent retia: soli Petro dictum fuit, Duc in altum. Idem probat Raymundus in tertio lib. xxvij. rubrica, dum soli Petro dictum fuit, ut piscaretur hamo, ut præeminentior iurisdictio significaretur, & denotaretur maximus Christi successor, secundum eum: & uide text. in c. in illis. lxxx. distinct. dum dicit, nec inter Apostolos fuit par institutio, sed unus præfuit omnibus. Facit, quod habetur in euangelio Ioan. j. dum dicit Christus Petro, & uocabere Cephas, c. nulla. xciij. distinct. & Ecclesiastici xliij. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & Deuter. xviij. Suscitabo prophetam de fratribus uestris: quicunque illum non audierit, illius ego ultor existam. Et uide Arch. in c. scripturæ. viij. quæst. j. ubi declarat illa uerba Euangelij, Diligis me plus alijs, &c. Item quòd per illa uerba, Pasce oues meas, fuerit data potestas Petro, uide Innocent. in c. licet ex suscepto. in gloss. magna, de foro compe. & domi. Abb. ibi, & in disputatione sua incipiente, Episcopus & quidam rector. not. gloss. in uer. pasce. in c. significasti. de elect. & in c. in nouo. in uerb. commendare. & ibi Archid. & Domi. xxj. distinct. & gloss. ij. in uer. considerandum. l. distinct. & gloss. ij. in cle. pastoralis. de reiud.

¶ In gloss. fi. in fin. Not. gloss. iuncto text. qui quoti- 10
die allegatur, quòd † de libellis idem debet esse iudicium: & subdit hîc domi. Abb. quòd allegans simile habet hoc probare, saltem coloratè: quia non est credendum, nec standum simplici uerbo arguentis. Ad hoc c. cùm dilecta. de confir. util. uel inuti. & l. ei. ff. de probationib. & c. actor, quæst. j. Negans uerisimile coloratè inductum habet probare dissimili- b
tudinem. Ad hoc cap. ij. de transla. præla. ¶ Nec sufficit allegare aliquam dissimilitudinem in genere, sed debet esse dissimilitudo in eo, ad quod fit comparatio. Vnde non expedit, ut tota res sit alteri rei similis: sed satis est, quòd sit similis in eo, ad quod fit comparatio, ut probatur in d. c. dilecta. Nam similitudo non est aliud, nisi rerum inter se differentium comparatio. De quo per Ioan. And. in c. non potest. de præben. in vj. Et sic limita dicta Doc. secundum domi. Abb. ¶ Adde Cy. in l. non possunt. ff. de legi. ubi quærens, quod dicatur simile [b], allegat Philosophu in vj. Metaphisicæ, dicentem: Quorum qualitas est una, dicuntur similia: & illa, quorum substantia est eadem, dicuntur eadem. ¶ Et † 11
quæ dicantur similia, habet in dubio declarari per iudicem [c], secundum eum. Ad quod ultimum uide c
Innocent. in c. causam. ij. in gloss. ij. infrà, de iudi. Et quòd procedatur de similibus ad similia, est regulare, & probatur in §. item si adhuc. uers. & huic simile. Insti. manda. & in c. in causis. de re iudi. cum si. & per Bald. ponentem diuersa genera similitudinis in l. data opera. C. qui accusa. non pos. ¶ Et ampliantur ista etiam in pœnis maleficiorum, in quibus procedi potest per similia, secundum gloss. in l. si quis id, quod. ff. de iurisd. om. iu. & idem no. Innoc. in c. qualiter. ij. de accus. & est tex. in c. j. §. porro. cũ seq. quæ fuit prima causa bene. amit. quẽ tex.

a *Temporis*] *Adde tex. in l. si fundus. §. si duo. & ibi Bartol. in ij. not. ff. de pig. & uide Bartol. in d. l. in operibus. alleg. in text. ff. loca. in j. oppo.*

b *Simile*] *Vide de domi. Alex. in l. quod Neruā. ff. depositi. Et adde, quòd secundum Physicum et Philosophum simile non est idem. l. non possunt. C. de legi. & l. ad similitudinem. C. de episc. & cle. & adde Bartol. in l. Neruа. in fi. uer. oppo. nullum simile. & Bald. in l. meminimus. in uersicul. no. in §. cùm igitur. C. de leg. hæred.*

c *Per iudicem*] *Adde Bald. in addi. ad Specul. in tit. de disput. & alle. uer. si statutum dicat.*

text. dicit ibi Bal. esse meliorem de corpore iuris. ¶ Ad hoc pulchrè Bald. in l. j. C. de interdi. dicens, quòd stante statuto, quòd percutiens aliquem in platea puniatur capite, habet locum in eo, qui percutit in palatio dominorum. ¶ Et si statutum punit percutientem in gula, habet locum in percutiente in maxillis: quia quo ad periculum, est locus similis. Et uide do. Abb. in c. constitutus. in ij. notabili, j. de appel. ubi dicit per illum text. quòd procedit argum. à simili, li-
a cet illud nõ sit omnino simile [a]: quod dicit not. Et adde, quòd ubi duo sunt similia, magis simile est eligendum, secundum Bald. in d. l. data. ¶ Et adde, quòd ubi in statuto diceretur, & idem de similibus, tunc statutum potest latè interpretari, secundum Bald. in l. de quibus. ff. de legi. & ibi Ioan. de Lig. in c. fin. de consuet. & ibi do. Ant. & Imol. in l. si uerò. §. de uiro. ff. solut. matri. Et procedit argum. à simili, dato quòd sit aliqua dissimilitudo, ut ſ. per do. Abb. & per eundẽ in c. quem admodum. per illum text. j. de iureiur. & do. Anton. in c. non debet. de consanguí. & affini. ¶ Sunt † tamen cer- 12
ti casus, in quibus non proceditur de similibus ad similia, putà in casibus expressis de per se in iure: quia casus prouisus & expressus non indiget alia interpretatione, nec iuris similitudine, secundum Bald. in c. inter cæteras. j. de rescript. per l. fin. C. de pact. conuen. & facit l. continuus. §. cùm ita. de uerb. oblig. Et idem dicit Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. Idem dicas, ubi tractatur de legum correctione, secundum Bald. in d. c. inter cæteras. per no. in authent. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccles. Et hac ratione dicit hoc argumentum non habere locum in priuilegijs concessis contra ius commune. Et idem in hoc ipse dicit in d. §. porro. dicens, fore gloss. singul. in §. item mixta. Institut. de act. & allegatur simile in l. fin. in uer. aureos. ff. de in ius uoc. ¶ Item non arguitur à simili, quando est aliquis casus, in quo constitutio extenditur ad præterita, secundum Ioan. And. in c. deteſtanda. de concess. præben. in vj. & Bald. in j. c. circa fin. in tit. an maritus succedat uxori in feudum. ¶ Idem, si diceret statutum, quòd statuta intelligantur ad literam, prout iacent: quia non fiet extensio ad similia, secundũ Bald. in l. ij. C. de pa. qui fi. distra. ¶ Idem, si statutum læderet in aliqua parte ius naturale, secundum Bald. in c. j. in titul. an agna. uel cog. fuc. in feud. ¶ Idem, quando statuens fuit motus sola uoluntate, & non habet de ratione, secundum Bald. in l. iij. C. de iur. do. ¶ Idem, ubi statutum odiosum loquitur per dictionem taxatiuam, secundum Bald. in l. fin. C. de interdict. matri. ¶ Idem, ubi imponit pœna priuationis: quia illa nunquam imponitur, nisi lex expressè hoc dicat, secundum Bald. in authent. ex testamento. C. de colla. per text. in §. fin autem. in authent. de non eligen. secundò nuben. facit gloss. in c. fin. in fin. de iure patro. cum concor. Et de ista materia, quæ ualde dilatabilis est, dic, ut etiam tradit per Dominic. in c. relatum. xxxvij. distinct. & xliij. distinct. in sum. per Bald. in Specul. in titul. de disput. & al. in l. si quis, non dicam, rapere. C. de episc. & cle. & in l. iij. C. de insti. & subst. & in l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. per Bartol. in l. gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth. per gloss. in c. de quibus. xx. distinct. & in c. consuetudo. j. distinct. per Bald. in l. si te. C. de infam. & c. translato. in l. transigere. C. de transact. & in l. ij. in princip. C. quæ sit lon. consue. & do. Abb. in c. de multa. j. de præben. & in c. ad audientiam. de cleri. non resi. Et ibi dicit, quòd sicut casus exceptus à iure extẽditur ad similem casum per identitatem rationis, ut optimè probat c. cùm dilecta. de confir. uti. uel inuti. ita casus exceptus à statuto extenditur ad similem, ubi statutum disponeret non contra ius, sed præter ius. Sed ubi disponeret contra ius commune, sed præter, dicit, quòd fortè diceremus oppositum: quia casus à statuto non prouisus debet remanere in dispositione iuris communis, l. commodissimè. ff. de libe. & posth. ¶ Et istud multum declarat prædicta, quòd si aliqua dispositio non legalis disponit in uno casu, ille nõ trahitur ad similes, in quibus ius commune aliter disposuit: quia casus omissus, &c. ¶ Sed prædicta procedunt, ubi casus omissus non est decisus à iure communi, ut etiam per do. Abb. hîc. Et ad hoc fuit elegans consilium Pet. Anch. cccij. quod incipit, Ex serie testamenti. ubi consuluit, quòd substitutus filio nascituro non est uocatus, si filius nunquam nascitur, licet tunc uideatur prima facie fortiùs uocatus: quia iste est omissus. Ergo, &c. Et dat doctrinam, quòd casus contingens præter ordinationem disponentis nunquã includitur, etiamsi sit in eo maior ratio disponendi. Et mouetur præcipuè per text. optimum in c. cui de non facerdotali. de præben. in vj. ¶ Quod fortè locum l'a- 13
bet in dispositione hominis, sed in statuto fit extensio ad casum omissum etiam odiosum ex maioritate, uel identitate rationis, ut fortiter probat Sali. in quodam consi. quod est in consilijs Pet. de Anch. consilio cccxlv. incip. In quæstione prædicta arguitur ad partes. ¶ Et intelligerem, ubi per talem extensionem non ueniretur contra ius, ut ſ. dixi. Et pro istis facit elegans consilium do. Abb. xvij. quod incipit, Stante statuto. ubi dicit, quòd si statutum prohibet mulierem testari irrequisitis filijs, uel nepotibus, ultra certam summam, nisi in casu necessitatis, quòd quando ipsa alienat in isto casu necessitatis, non tenetur eos requirere, quòd iste casus ut omissus remanet in dispositione iuris communis, ut ibi per eum. Cætera dic, ut in locis præallegatis. ¶ Vltimò tangit hîc do. Abb. utrùm † lex, 14
uel statutum posit semper extendi ad similem casum? Et pro nunc transeo cum dictis suis, quia ad. attingendum perfectè materiam opus esset longo tractatu. Sed remitto ad solennem tractatum domini Matthæi de Mathe. de extensione, & ad notata per Imol. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. mat. & do. Anton. in repetit. c. fin. j. de consue. & per Dominicum in c. j. de temp. ordin. in vj. & Innocent. in clement. j. de elect. Et quamuis pelagus sit amplissimum, tamen rememoro quatuor dicta quotidiana. ¶ Primò, quòd licet in materia correctoria procedatur strictè, & non fiat extensio, ut per gloss. in cle. in gloss. ut hi, qui. in uersic. eisdem. de æta. & qua. tamen ubi agitur de salute animæ, & cuitando peccato, dispositio correctoria & odiosa de tali materia loquens, extenditur ab identitate rationis. Fuit theorica Ioan. An. in c. ex tenore. j. qui fil. sint leg. & sequuntur ibi do. Anton. & do. Abb. Idem not. Bartol. in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. uendit. uersic. quæro, utrùm ista authent. habeat locum in casibus. & do. Abb. in c. quæsiuit. j. de diuor. & Domi. in c. pro humani. §. fin. de homi. in vj. & do. Ant. in c. ad eminentiam. in fin. j. de sentent. excom. & Lud. in l. sequitur. §. si uiã. ff. de usucap. & Imol. in repet. c. cùm contingat. j. de iureiurand. Et istud seruiet ad multa.

¶ Aliud est notandum, quòd † lex, quæ aliàs non extenditur, si est facta in fauorem reipublicæ, potest extendi ab identitate rationis. Fuit doctrina Bart. in l. si cõstãte. in ix. q. ff. sol. ma. & in l. ij. §. exercitus. per illum text. ff. de his, qui no. infa. & in l. quẽadmodũ. C. de agr. & cens. li. xj. & exclamat Lu. Ro. de hoc cõsi. cv. incipit. In Christo, &c.

Viso themate. Et hoc consuluit Paul. de Cast. consilio xxiij. incip. Viso puncto. quòd statutum Brixiæ, per quod potestas posset committere appel. à diffinitiua extendi, potest etiam ad appellationem ab interlocutoria: quia in hoc uersatur utilitas publica, ne cogantur ire Venetias pro impetratione commissionis. Sed potius fuit dictum de diffinitiua, quàm de interlocutoria: quia de illa poterat esse maius dubium, cùm sit maioris importantiæ. Et hoc not. ¶ Tertiò no. quòd ubi constitutio esset elusoria, si nõ extenderet, tunc etiamsi sit exorbitans & correctoria, extenditur. Probatur ex gl. in clement. j. de sepult. in uer. sepelitur. in fin. in qua habes exemplum. Et est optima gloss. in c. quanquam. in gloss. fin. de usu. in sexto. extendens illam constitutionem odiosam de testamento ad codicillos & omnem ultimam uoluntatem, ne sit elusoria. Et hãc doctrinam multùm not. Ioan. de Ana. in rub. de apostatis. & dicit do. Matthæus in dicto tractatu, se habuisse hanc doctrinam do. Anton. de But. dum sub eo disputando sustinuisset: & facit c. si ciuitas. ibi, ne uilipendi ualeat. de sent. excom. in sexto, & in l. non dubium. ibi, nec pœnas insertas. C. de leg. & c. commissa. §. j. de elect. in sexto.

¶ Quartò not. quòd licet Bartol. in l. j. ff. de uerb. signif. dixerit, quòd lex non potest extendi, quando in ea nõ est expressa ratio, tamen Bal. in l. maximum uitium. C. de liberis præte. in pulchra q. limitat hoc non procedere, quando cognoscimus, quòd solùm una ratio potest reddi: quia ex illa coniecturata possumus legem perinde extendere, ac si esset in l. expressa: & hoc per not. reasumit Paul. de Cast. consilio suo cccxxxiij. & do. Abb. in c. fin. de rescrip. & do. Philippus in c. suggestum. in prin. de appell. inducens ad hoc illum text. & Paul. de Cast. consilio cccxlvij. & pulchrè Imol. in l. fin. uersic. & nota diligenter. ff. de hæred. instit. & facit gloss. fin. dum dicit, nam ob quam aliam. in l. quamuis. C. de fideicom. & quod not. Sali. in l. si serui uestri. C. de noxa. & sequitur etiam do. Abb. in c. cùm inter uniuersas. j. de elect. Et ista sufficiant tanquam magis quotidiana. Reliqua dic, ut in locis præallegatis.

SVMMARIVM.

1 Veniens contra legem, an semper peccet mortaliter.
2 Lex præcepti qualiter cognoscitur.
3 Quando materia subiecta est præcepti, qualiacunq; sint uerba legis, uel canonis, impropriantur, & important præceptum.
4 Si non est dubium, quòd materia sit cõsilij, tunc qualiacunq; sint uerba, impropriantur, ut important consilium.
5 Vbi non constat, an uerba sint præcepti, uel consilij, attendantur eius uerba, an sint consilij, uel præcepti.
6 Et quæ sint illa uerba, uide in sequentibus, num. 7. & 8. Et uide ibidem pulchras limitationes.
9 Religiosi si ueniunt contra regulam suam, an semper peccent mortaliter. num. 10. excipit tres casus, ut num. 11. & 12.
13 Veniens contra statutum laicorum, an peccet.
14 An ratione partis falsæ posit licitè negari tota dispositio.

CAPITVLVM IIII.

NAm concupiscentiã.

¶ Omne prohibitum à lege peccatum est, & quod sequitur ex eo. H. D. ¶ Tangunt

1 hîc Doct. utrùm † ueniens contra legem, semper incidat in peccatum mortale. Et dic regulariter, quòd sic, per c. ij. de maio. & obed. & c. quod præcipitur. xiiij. q. j. notat Bartol. in l. si quis pro eo. in v. membro. ff. de fideiuss. & do. Card. post Matthæum in cle. ij. de ui. & honest. cle. & in cle. dudum. §. fin. de sepult. & Dominic. post Archi. & Ioan. An. in cap. detestanda. de concess. præben. in sexto, etiamsi sit lex principis secularis, ut not. gloss. in capit. quis autem. x. distinct. etiamsi sit statutum municipale, ut sentit gloss. iij. in c. ij. de constitut. in sexto, quam ibi notat Dominic. & idem in legibus ciuilibus, ut dixi in capit. j. in sexta fallentia, ad fin. §. eod. Amplia, etiamsi in l. præceptiua sit alia pœna imposita, secundum Dominic. in capit. perpetuæ. in notabilibus, per illum text. de elect. in sexta & dicit ad idem esse optimum text. in capit. commissa. in fin. eod. tit. & lib. & ibi hoc etiam repetit Dominic. Et dicit idem Dominicus in capit. in nomine domini. xxiij. distinct. quòd licet electio facta de Papa, non seruata ista forma, teneat, tamen Cardinales eam omittentes peccant mortaliter. ¶ Hæc intellige, quando lex est præcepti, d. c. quod præcipitur. Si autem est consilij, regu-

a lariter non obligat[a], nisi in certis casibus, quos declarauí in c. j. in iij. fallen. §. eod. Et aliquid etiam per do. Abba. in clemen. j. de cele. miss. Et Archi. in c.

2 in malis. xxj. q. iiij. ¶ Cognoscitur † autem lex præcepti tam ex materia subiecta, quàm etiam ex uerbis, ut hîc latè per omnes, & Dominic. in c. denique. §. hæc & si legibus. iiij. distinct. & Imol. in c. cùm contingat. de iureiur. & do. Abb. in c. j. de ui. & ho. cle. & in c. clerici. Io grandi, tit. eod. & in cle. j. de testi. De quorum dictis feci tres conclusiones, insertis aliorum dictis. ¶ Prima conclusio.

3 Si † non est dubium, quòd materia subiecta est præcepti, tunc qualiacunque sint uerba legis, uel canonis, impropriantur, ut important præceptum. Probatur in c. rogo. & ibi gloss. & Arch. xj. q. iij. & in c. reuertimini. xvj. q. j. iuncto dicto Archi. ibi, dum exponit Hortor, id est, præcipio. Facit c. j. in uersic. hortamur. j. de testa. & gloss. in cle. j. in eod. uer. de testi. & in cap. sicut inquit. in eo. uersi. ij. q. vij. bonus text. in cle. exiui. uer. item quia præs. de uerb. signific. & not. Archi. in c. ignorantia. xxxvij. distinct. & gloss. in c. notum. ij. q. j. etiamsi essent uerba denotantia consilium reuerentiæ, ut per gloss. in c. ad aures. de æta. & quali. in uer. consulis. cum concor. quas dedi in d. c. j. in iij. fallentia, §. eod. ¶ Secunda conclu-

4 sio. Econuerso † si non est dubium, quòd materia est consilij, tunc qualiacunque sint uerba, impropriantur, ut important consilium. Probatur in d. c. dilectissimus. cum gloss. in uer. præcipimus. xij. q. j. & in c. si quis ingenuus. coniuncta gloss. j. in fin. xxix. q. ij. & in c. hac ratione. xxxj. q. ij. Et bene facit, quod not. gloss. fin. in c. non solùm. xxvij. q. ij. & gloss. in l. cùm pater. §. interdum. ff. de leg. ij. & gloss. ij. in capit. qui partem. lx. distinct. & in c. domino sancto. in uer. necesse. l. distinct. & in c. manda stis. ij. q. v. & in c. Gnilisarius. in uer. mandauit. xxiij. q. iiij. probatur in c. magnæ. de uoto. in uer. uouete. iuncto capit. j. in uersicul. liberum. eod. titul. & in l. age. C. de transactio. & in l. ij. ff. manda. & Institut. eod. titul. §. j. no. Bartol. in l. j. C. de pact. & Dominic. in capit. sponsus. ad fin. xxiij. distinct. & pulchrè Archi. in cap. ignorantia. xxxvij. distinct. Ex cuius uerbis dicit ibi Dominic. not. quòd uerbum Monitionum, stat præceptiuè, quando profertur in materia præcepti: & econtrario uerbum præcepti stat monitiuè, quando materia non

5 est præcepti. ¶ Tertia conclusio. Vbi † non constat, an materia legis sit præcepti, uel consilij, & potest habere se ad utrunque, tunc attenduntur eius uerba, an sint consilij, uel præcepti: & secundum illorum naturam denominatur lex. Datur exemplum, si lex diceret, Inhibemus: nam æquipollet inhibitio præcepto, secundum Arch. lvj. distin. in summa, in fin. ubi dicit, quòd in

expressa prohibitione semper continetur præceptum. Idem de uerbo Interdixit, c. interdixit. xxxij. distinct. Et allegat hîc do. Arch. in c. si non licet. xxiij. q. v. ubi hoc non dicit. Idem de uerbo Iniungimus, secundum gloss. in cle. quia contingit. in uer. iniungimus. de relig. do. Et de uerbo Iubemus, not. gloss. in cle. pastoralis. in uer. de more. de re iudic. & in cle. præsenti. in uer. iubemus. de censi. & ibi do. Abb. Idem, si dicitur Mandamus, secundum do. Ant. & Imol. hîc, & Arch. in §. hæc & si legibus. iiij. distinct. ubi concludit, quòd constitutio in dubio dicitur præcepti, nisi ratio subiectæ materiæ, uel uerborum aliud inducant. Et adde, quòd si lex loquitur per uerba exhortatiua, uel consultiua, non ligat contrauenientem ad peccatum, d. §. hæc. & fin. & d. c. quod præcipitur. Et de uerbo Oportet, quòd sit necessitatis, allegat hîc do. Anton. gloss. in c. domino sancto. l. distinct. & est gloss. in l. j. in uerb. oportet. ff. de iustit. & iure. Et aliquando est honestatis, secundum subiectam materiã, ut not. gloss. in c. v. in uer. oportere. xxv. q. ij. de qua meminit gloss. in c. j. in uer. oportet. de præscript. in sexto, &

6 ibi do. Abb. in c. fin. ibi, quod met. causa. ¶ De † uerbo autem Debet, quòd sit necessitatis, uide gloss. in cle. attendentes. in uer. debet. de statu mo. & Bartol. in l. iij. C. de pig. quem sequitur Ioan. de Ana. in c. iij. j. de adul. Et limita, nisi iungatur cum uer. sapiente consilium. ut si dicat humiliter, Debet, secundum gloss. in c. testamentum. in uer. debet. vj. distinct. & Dominicus hîc. Et de hoc etiam per do. Abb. in c. cùm locum. j. de sponsa. & in c. intelleximus. j. de iudic. & in c. j. de do. & contu. & in c. cùm super. de causa pos. & propri. & in c. j. de desponsa. impub. Et ibi dicit per illum text. quòd ratione subiectæ materiæ potest uerbum Debet, importare honestatem, etiam ubi additur uerbum Omnino, per illum text. quem etiam pro casu speciali allegat. gloss. in d. cle. attendentes. ¶ Adde istis gloss. in l. sæpe. ff. de offic. præsi. quæ dicit, quòd uerbum Mando, importat necessitatem, non tamen adeo præcisam, quin posset per auxilium expedire.

a *Præcipio*] *Quòd uerbũ Præcipio, differat à uerbo Mando, ui de gloss & Alex. in l. & quia. de iurisdict. & glo. & Alexand. in l. sæpe. de offi. præsi. alleg. in tex. & Arch. xiiij. q. j. qd' præcipitur.*

a Sed uerbũ Præcipio[a], operatur, quòd non per alium: & sequitur Imo. in cle. sæpe. de uer. signific. & Bald. in l. legis uirtus. ff. de legi. Et quòd præceptum magis arctet, quàm mandatum, uide Card. in cle. fin. in j. q. ad fin. de procu. & in c. quoniam abbas. de offic. dele. & in cle. j. in octauo notab. de iudic.

¶ Et est utilis dicta differentia in alio,

7 quia † si committitur causa per uerbum Præcipio, in materia, in qua poterit iudex procedere ut ordinarius, efficitur delegatus: quia commissio fit alio modo, quàm inesset, cùm ex hoc non possit delegare, ut aliàs posset. Et ad hoc ultimum uide gloss. & Doct. in c. cum aliquibus. in uer. facultatem. de rescript. in sexto. Et gloss. fin. in c. hi, qui. de præben. in sexto. Et gloss. pen. in c. licet. ubi bonus text. de offic. ordin. & text. in c. graue. eod. titul. cum concor. Et quòd uerbum Mando, non importat regulariter necessitatem, uide Arch. in c. quisquis. xiiij. q. j. Et quomodo mandatum est ultra consilium & citra præceptum, uide Archi. omnino in c. quod præcipitur. post princip. ea. causa, & quæstione. ¶ Et istis adde Imol. in c. eam te. per illum text. j. de rescript. & Rof. in rubr. de ac. manda. in libellis iuris Canonici, ubi non admittit differentiam inter mandatum & præceptum: quia non est de iure scripto. ¶ Sed tamen prædicta tenentur communiter, ut etiam per Specul. in titul. de legato. §. restat. uer. sed licet tunc mandatum. & in §. finitur. uer. sed pone de facto. & per Imol. in cle. fin. uer. secundò quæro. de procur. & in l. qui in aliena. §. is putà. ff. de acqui. hæred. & Bartol. in l. ij. C. communia de leg. & Bald. in l. pen. C. quomodo & quando iudex. & Roma. in l. j. §. j. ff. si quis

3 ius dí. non obtemp. ¶ De † aliquibus autem uerbis fit dubium: putà de uerbis imperatiuis: & concluditur, secundum do. Ant. do. Abb. & Imol. hîc, quòd aut consuetudo est introducta super hoc, & illi statur, c. cùm dilectus. de consue. & bene probatur in cle. exiui. §. nos itaq; de uerb. signific. Si uero non extat consuetudo, & materia sit in se grauis & ponderosa: & tunc, si causa fuit cogitata & ponderata per superiorem, inducit præceptum: aliàs secus. Exemplum in dicto Euãgelij, Si quis te percusserit in una maxilla, &c. nam illud Exhibe, non importat præceptum, xxiij. q. j. c. paratus. ubi text. op. secundum prædicta. ¶ Prædicta tamẽ recipiunt sex notabiles limitationes. Prima limitatio colligitur ex notatis per Ioan. And. in c. fin. super gloss. de cognit. spi. in sexto, & ibi per Dominic. ubi dicunt, quòd si consuetudo resistit, ut quia communiter fit contrarium, tunc attenuatur lex loquens per uerba præceptiua, adeo ut eius contrauentio reputetur leuis culpa. Ad quod uide Archi. in c. uiolatores. xxv. q. j. ubi etiam latè probat prædictam conclusionem, quòd ueniens contra canonem peccat mortaliter: & maximè, quando ex hoc potest excommunicari, per c. si quis omnem. j. q. vij. & c. generali. & c. si quis dogmata. xxv. q. j. Ergo peccatũ mortale, xj. q. iij. nemo. Refert autem Ioan. de Deo dicentem, hoc uerum, quando ex contemptu hoc fit, scilicet contra canones, per c. nulli. xix. distinct. aliàs fallum est. Quotidie enim facimus contra honestatem & moderamen canonum, & est ueniale in quibusdam, xxv. distinct. c. unum orarium. §. nunc autem. in fin. Sed hoc dicit Arch. se intelligere secundum id, quod habetur in c. quia per ambitiones. ibi, non respicientes. lxiiij. distinct. & ita residet uolens, ut puto, quòd hoc non procedat, ubi obstinatè quis perseuerat, per illum text. Quomodo autem cognoscatur contemptus, dixi in c. j. in iij. fallentia, §. eod. ¶ Secundò limita, nisi id, quod lex præcipit, fundaretur principaliter super utilitatem eius, cui mandatur: nam tunc materia non potest dici præcepti, ut dicit text. & ibi gloss. in l. cùm pater. ff. de lega. ij. & plenè Ioan. de Imol. in c. cùm cõtingat. uers. do. Anton. hîc. j. de iureiur. ¶ Tertiò limita ex eo, quod singulariter dicit beatus Thomas, in hac materia, secunda secundæ, quæst. clxxxvj. artic. ix. in responsione ad secundum articulum, dum dicit, quòd ubi lex loquitur per uerba communia, putà Statuo, uel Decerno, uel quid simile, tunc non obligat contrauenientem, saltem ad mortale: quod reputat hîc do. Abb. multùm notabiles & assignatur ratio: quia sicut non omnis contrauentio legis inducit mortem temporalem, ita non debet inducere mortem æternam. Nam quodlibet mortale est morte dignum, xxv. distinct. §. cernimus. Et ex quo lex aliquando loquitur per uerba strictissima, aliquando per uerba non ita stricta, debet esse differentia in quantitate peccati. Quod facit ad constitutionem religionum, in quibus dicitur, Statuimus, Ordinamus, &c.

¶ Sed considera: quia in dubio uerba important præceptum, ubicunque ratio subiectæ materiæ, uel uerba ipsa aliud non demonstrant, secundum Archi. in d. §. hæc & si legibus. & domi. Anton. & Imol. hîc. Et dicta uerba Statuimus, Ordinamus, & similia, sunt apta importare præceptum. Ergo, &c. ¶ Item, quia stat regula c. si quis. de maiorit. & obedientia. in uer. non obedient. & capit. qui resistit. xj. quæst. iij. dicens, peccare mortaliter non obedientem ordinationi superioris prælati. Quòd uerbum Decerno, importet necessitatem, probat text. in d. §. hæc & si legibus. ibi, decretam necessitatem importat. & expressè not. Archi. in capit. j. lxxvj. distinct. super uersic. decernimus. dicens, quòd importet necessitatem: & sequitur do. Ant. hîc, dicens, se ita respondisse uni magistro. ¶ Ad illud, q̃ non omnis contrauentio debeat

c. nam cõ cupiscentiam.

inducere mortale, dici potest, quòd quanto lex strictiùs loquitur, tanto grauior est contrauentio: quia etiam in peccato mortali est dare gradus, iuxta notata in c. cùm quidam. §. de iureiur. Et hoc erit peccatum mortale, licet non in tanto gradu, sicut quando uerba sunt strictiora. Poteris tamen cogitare. ¶ Quartò limita ex eo, quòd not. do. Abb. in c. licet ex quadam. ī. de testib. ubi dicit, quòd ius diuinum est de necessitate salutis, non sic ius humanum: & allegat Archi. in c. utinam. lxxvj. distinct. ubi dicit, quòd licet ueniens contra ius diuinum semper

a *Mortaliter*] *Adde Bart. in authen. sacramenta. C. si aduer. uend.*

a peccet mortaliter, non tamen sic ligatur ueniens contra ius humanum. Nam potest euitare mortale, si habet aliquam causam rationabilem contraueniendi: & remittit se ad dicta sua hîc, ubi tamen hoc attingit: & uide latiùs Archi. in d. loco, ubi expressè ponit hanc differentiam inter ius diuinum & humanum. Et sic not. quòd ubi lex humana est inducta certo respectu, contraueniens legi, & non illi respectui, non peccat. Ad quod uide omnino do. Abb. in c. quoniam contra. de proba. in ult. notabili, & quod dixi ibi, & in c. j. in sexta fallentia, §. eod. ¶ Quintò limita ex dicto Bald. in l. ab eod. uer. sed quid si propter. C. quomodo & quando iudex. ubi dicit, quòd si quis errat in subtilitatibus legum, non peccat mortaliter: & ideò ueniens contra istam, quia nō intellexit eius uerum sensum pro-

b *Excusatur*] *Sed quid si peccatum inest legi, statuto, uel consuetudini? Dic, quòd non ualet lex, statutum, uel consuetudo. Ergo, &c. ut per Specul. in titul. de disput. & alleg. §. v. et c. sed nunquid in causa. Vnde adde, q, illud statutum, qd' sine peccato seruari non potest etiam ueniali, debet cassari, c. fin. & ibi, sicut uersi. not. abolendā. & Doctor. de præscript.*

b pter obscuritatem, excusatur: & allegat Innocent. in c. per tuas. de symo. Bene facit, quod not. do. Card. in cle. fin. in iiij. q. de reg. & in cle. j. in xxv. q. de reb. eccles. non alie. & in cle. j. in §. sanè. in iij. opp. de usur. & Bald. in l. j. C. de error. calcu. & in l. j. C. de no. C. compo. & per omnes in l. cum prolatis. per illum text. ff. de re iud. cum concor. In quibus error iuris obscuri, uel quo ad ignorantiam, uel quo ad inualiditatem actus, non consideratur.

9 ¶ Sextò declara prædicta, ut † non procedant in religiosis contrauenientibus constitutionibus regulę. Sed in ipsis dic, ut per beatum Tho. secunda secundæ, q. clxxxvj. artic. ix. quem refert & sequitur Arch. in c. j. xxvij. q. j. & do. Abb. & Imol. hîc concludentes, q, non omnis contrauentio regulæ obligat ad mortale, per d. cle. exiui. sed cōsiderantur uerba cuiuslibet capituli regulæ, aliàs uita religiosorum esset periculosior, contra c. nos nouimus.

10 xvij. q. ij. Nec obst. quòd † ueniant cōtra uotum, quo solenniter promiserant seruare regulam: quia professio non refertur ad omnia contenta in regula, sed solùm ad tria substantialia regulæ: & ueniendo contra ista, obligantur ad mor-

11 tale: in † aliis solùm ad ueniale, nisi in tribus casibus.

¶ Primò, ubi ex contemptu contrauenit, secundū prædictos: quibus adde, quod dixi in terminis in c. cùm quidam. ī. de iureiur. ¶ Secundò, nisi assumeret in consuetudinem: quia ueniale per consuetudinem efficitur mortale, ut in d. c. unum. §. criminis. xxv. distinct.

12 secundum do. Abb. hîc. ¶ Tertiò, ubi † quis ueniret contra præceptum, siue oretenus à prælato factum, siue in regula expressum: quia hoc esset facere contra obedientiæ uotum, secundum beatum Tho. ubi s. Ista reassumit eleganter do. Abb. in c. relatum. ī. ne cle. uel mona. sentiens, quòd inter Prædicatores & Minores non sit illa differentia, quam ibi not. Hostien. Et adde, quòd consuetudo longissimi temporis tolerata per superiorem monasterij, excusat contrauenientes regulæ etiam in uerbis præceptiuis: & probatur rationibus, de quibus per eum. Pro quo bene facit, quod not. do. Card. in c. cùm ad monasterium. ī. de sta. mo. ubi dicit, quòd si in certo monasterio nō est memoria, quòd esus carnium fit prohibitus, assumens de nouo habitum, nō peccat sequendo mores aliorum, maximè Papa sciente & tolerante. Et idem dicit de alijs rebus cōcernentibus solennitatem. Et sequitur ipsum do. Abb. in c. Deus, qui. de uita & ho. cle. cōfirmans ex dictis beati Tho. de quibus s. Et per rationem: quia si uotum pariter concerneret omnia contenta in regula, frustra specificè notarentur illa tria, paupertas, &c. ut fit in c. cùm ad monasterium. in fin. Per quod apparet, quòd contenta in regula non ligant ex uoto, ut ibi per eum, qui fortè ut iudex in causa propria fæpe ista reassumpsit. Et adde Bald. in l. fin. in ult. q. C. si ser. extero. ubi dicit, quòd religiosi tenentur ad tria substantialia regulæ ex uoto: sed ex accidenti ad orationes, & ieiunia, & obseruantiam suarum constitutionum: & super his posset dispensari, licet contra substantialia nō. Allegat Archi. qui hoc dicit in c. j. de relig. do. in vj. & ibi aliquid per Domi. & per eundem in c. ij. de constitut. in vj. Pro quibus uide Archid. in c. de monachis. xvj. q. j. ubi idem repetit.

13 ¶ Quid † autem de contraueniente statuto laicorum non habenti concursum legis diuinę, uel Canonicę, an incurrat peccatum? Vide Innocent. in c. cùm contingat. uersic. & sic per prædicta. de iureiur. ubi probat, quòd non: quia laici nequeunt obligare ad peccatum: & reputat hoc nouum, & ab alijs nō tactum, per quod dicit aperuisse uiam ueritatis in artic. difficili, de quo ibi per eum. Sed an istud dictum sit uerum, recurrere oportet ad ea, quæ dixi in c. j. in vj. fallentia, §. eod. & notata in locis ibi allegatis, ut etiam dico in repetit. c. ecclesia. in j. q. prope princip. ī. eod. Et de istis sæpe interrogaberis. ¶ In glos. ij. in fi. Not. quòd licitè negatur cognitio totius subiecti ratione partis incognitæ. Ex quo inferūt do. Anton. Imol.

14 & Domi. hîc, utrùm † ratione partis falsæ possit negari tota positio. Et quia ipsi non instant, dic, ut per glos. in c. ij. de confess. in vj. in glos. magna, & in c. præsentium. in uer. sigillatim. de testi. in vj. per do. Anton. in c. cùm Apostolus. ī. de censi. per eundem & do. Abb. in c. unico, de plus peti. per do. Ant. & Innoc. in c. dilecto. de maio. & obe. per Bal. in c. j. §. eod. per Spec. in tit. de lit. contest. §. nunc dicendū. circa. princ. & in tit. de posi. §. vij. uers. xj. & ibi Io. An. p Domi. in d. c. ij. & in c. non loca. xl. dist. per Pe. de Anch. in d. c. ij. per Paulū de Leaza. in Commento c. ex parte. ī. de confes. per Bal. in l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. cal. per Ang. in l. si quis cùm totū. ff. de except. rei iud. per Bal. in l. j. C. de lit. contest. & in l. ea, quæ. C. de condi. inde. per Bart. & omnes alios in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. oblig. per do. Card. cons. xxxviij. incip. quidam habens unum filium. ¶ Et breuis conclusio est, quòd non debet negari

c *Tota positio*] *Adde do. Alexan. in l. j. §. si stipulanti. de uerb. oblig. ubi etiā per Bartol. qui tenet idem per text. in d. l. si quis, cùm totum. de except. rei iud. s. in text. alleg. cuius opin. est communis, secundum Alexand. ibi, qui dicit uerum, si sit falsa in parte, in quantitate non: si in qualitate, tunc potest tota negari. Et sic, dicit ipse, debere intelligi d. gloss. in c. ij. de confess. in vj. s. in text. alleg. & in c. præsentium. de testi. eod. libro. quicquid dixerit Bald. in d. l. ij. §. quod obseruari. s. alleg. in textu, C. de iuramen. cal.*

c tota positio ᶜ, sed admitti pars uera: quia petens totum, nō uidetur excludere partē. ¶ Limitatur hoc primò, nisi faciens positionē protestet, q nō uult habere partē: qa tūc pōt totū negari, fm gl. in d. c. ij. facit c. cùm apostolus. de censi. & c. cū ad quorundā. ī. de excess. prela. ¶ Secūdò limitat, nisi materia sit indiuidua: qa poterit tota negari, ex quo cōfitendo partē cōfiteret totum, secundum Bar. in d. §. si quis simpliciter. ¶ Tertiò limitatur, nisi petens petat id, quod est debitum, sed qualificatè: putà in diem, uel sub conditione: quia negari potest, & tunc nō censetur esse debitum, ex quo est sub conditione contractum. Qualitas enim facit rem censeri omnino diuersam, d. l. j. §. si quis simpliciter. & latiùs in dictis locis. Et hodie inoleuit practica, quòd faciens positionem, dicit, petatur de tanto: & si non credit de tanto, dicat de quanto, secundum Angel. in d. l. si quis cùm totum. ff. de except. rei iudic.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Constitutiones Decretorum sunt præferendæ singularibus opinionibus.*

2 *Verbum Prudentiæ tuæ, positum in rescriptis, qualiter accipitur.*

3 *Dicta sanctorum Patrum sunt imitanda.*

Vide fallentias tres super hac sententia, num. 4. 5. & 6.

7 *Casus, in quibus dicta sanctorum Patrum prævalent dictis Papæ.*

8 *Sancti patres quando habent inter se diuersas opiniones, quæ præualeant.*

CAPITVLVM V.

1 NE innitaris. ¶ Constitutiones † Decretorum singulatibus opinionibus præferēdæ sunt. H. D. Et uide bo. glos. in c. j. in glos. ij. lxxiiij. dist.

¶ In text. ibi, prudentiæ tuæ. Not. secundum do. Ant. &

2 Domi. quòd † hoc uerbum Facias secundum prudentiam tuam, intelligitur etiam de prudentia à iure non informata, etiam si dirigatur ad personam aliàs in iure instructam. Quod not. pro arbitris, quibus datur potestas, ut faciant secundum prudentiam suam. Sed Imol. & latiùs do. Abb. hîc tenent contrarium: quia licet hîc ponantur impropriè pro malo sensu, ut denotant alia uerba, tamē aliàs intelligitur prudentia uoluntas submissa rationi: nam ubi deficit ratio, est fatuitas, non prudentia. Pro hoc: quia uerbū Placet, & multa similia huic uerbo prudentia, important arbitrium boni uiri, ut latè dixi in c. j. §. eod. Et adde, quòd intelligendo de prudentia mala, non est superflua ista decretalis, attento c. ī. §. eo. quia hîc additur de dictis patrum ultra id, quod ibi dicit de canonibus: nec est de indubitabili iste text. intelligēdo de mala prudentia: quia plerunq; uitia op posita uirtuti mentiuntur se uirtutes, ut in c. sæpe. xlj. distinct. Opponitur autem prudētiæ astutia, dolus, fraus & similia, ut latè per beatum Tho. ij. ij. q. lv. per totum. Et ideo ne quis opinetur talia uitia, tanquam prudentia, prædominari dictis sanctorum, inducta est hæc authoritas. Et de hac uirtute prudentiæ, & quotuplex sit, & de multis alijs, uide beatum Tho. ij. ij. q. xlvij. cum seq. ¶ In text. ibi, sanctorum patrum. Collige regulam ex text.

3 quòd † dicta sanctorū patrum sunt imitanda. Ad idem text. xx. distinct. c. j. & fin. & c. cùm Apostolica. & ibi do. Abb. de his, quæ fiunt à præla. No. Innoc. in c. cùm uenerabilis. de except. Bo. text. in c. sunt nonnulli. in uer. tantorum patrum. xvj. q. j. & in c. sancta Romana. xv. dist. ubi dicitur, quòd debent seruari usq; ad unum iota: & est glos. in c. noli meis. ix. dist. & illud est regulare. ¶ Fallit primò, ubi † sunt dicta retractata, prout fecit Augu-

4 stinus, qui multa de suis dictis retractauit, ut in lib. suo Retractationum, secundum oēs. Ad hoc facit c. quodā loco. xxvj. q. iij. Et faciunt, quæ de statutis & legibus correctis dixi in c. j. in ij. fallentia, §. eod. ¶ Fallit secundò,

5 quando † inter eos est uarietas: quia licet eligere opinionem quam quis uult, secundum Ioan. An. hîc, quem omnes sequuntur. Dat exemplum de Salomone damnato, in quo sunt opi. & de corpore beatæ Virginis, an fuerit assumptum in cælum, ut hîc per eos. Quibus adde Bald. idem tenentem in l. captatorias. uer. & ideo consulo. C. de test. mili. & Ang. in l. cùm prolatis. ff. de re iudi. & in l. fin. C. de pœna iudic. qui malè iudic. & Bal. in l. rescript. C. de præci. impera. offeren. & Ang. & Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. oblig. & beatum Tho. in iiij. sententiarum, distinct. xiij. q. ij. arti. j. ¶ Et quamuis Io. de Fan. in c. hæresis. xxiiij. q. iij. dicat, quòd eligens sibi unam opi. errat: quia est in peccato spontaneo: & sequitur Ioan. de Ana. in c. j. ī. de hæret. tamen pro communi opi. uidetur multùm facere tex. in c. in quibus. xxij. q. ij. & ita tolerat ecclesia in multis articulis extra fidem, ubi est uarietas inter Scotistas & Thomistas, ut in materia conceptionis Virginis, & similibus. Et dum dicūt Doc. de Salomone, uide gloss. in c. Salomon. xxxij. q. iiij. quæ dicit, quòd fecit pœnitentiam, & fuit saluus: sed hoc nō reperitur in aliquo loco authentico, secundum Archi. ibi. Audio tamen, quòd Hieron. in sua apologia appellat eum sanctum, ita dicens quibusdam à Domino re-

6 uelatum. ¶ Fallit tertiò, ubi † dicta sanctorum patrū essent contraria decisioni summi Pontificis: quia illa prævalet, cùm sibi data fuerit potestas legis condendæ, suprà eod. translato. non illis, ut est gloss. xx. distinct. in sum. & not. domi. Abb. hîc: pro quo optimè facit cle. j. §. fin. de sum. tri. Et hinc est, quòd in decisionibus causarum prævalent canones, ut est glos. in d. sum. nō. Arch. & Domi. in §. Augustinus. xxvj. distinct. & facit c. de libellis. xx. distinct. ¶ Sed † sunt tres

7 casus, in quibus dicta sanctorum prævalent scriptis Papæ, si meliori ratione fundantur. Primus, ubi Papa scribit interpretando, non autem legem faciendo, prout fecit Innocent. iiij. Et ita ipse not. in c. per tuas. ī. de symo. & Archi. & clarius Domi. xx. distinct. in sum. & meminit do. Abb. in c. capellanus. ī. de fer. Et dicit Hostien. in c. fo

8 let. de sentent. excom. in vj. quod sæpe audiuit Innocen. uiua uoce dicentem, quòd non intendebat, ut glos. suæ facerent ius: & refert ibi Ioan. And. ¶ Secundus casus est, ubi agitur de interpretatiõe diuinæ Scripturæ: quia prævalent dicta sanctorum, secundum gloss. xx. distin. in sum. & Archi. & Domi. in §. Augustinus. xxvj. distinct. & facit c. de libellis. xx. distinc. saluo, nisi ageretur de materia necessaria ad salutem, ut de fide, uel sacramentis, secundum do. Abb. hîc: quia in istis, si Papa errat, corrigitur à solo concilio, c. nulli fas. xix. distinct. c. si Papa. xl. distinct. Et pro hoc facit d. cle. j. §. fin. ¶ Tertius casus est, ubi dictum sanctorum patrum est fundatum authoritate noui, uel ueteris Testamenti, ut est gloss. in uer. illorum. in d. c. de libellis. & text. & gloss. in §. fin. xxxvj. q. ij. & not. do. Abb. in c. qualiter, & quando. el ij. in princ. ī. de accus. & hîc, Lud. Roma. in singulari, dclxxix. incip. Dicas, quæ authoritas. quia ex quo est contra nouum, uel uetus Testamentum, constat de eius errore, xxv. q. j. sunt quidam. ¶ Sed considera, quòd cessante hac ratione inferri posset, quòd hoc non procederet, ubi Papa faceret legem expressè limitātem ius diuinum: quia cùm hoc possit ex causa, ut dicetur ī. eod. quæ in ecclesiarum. non prævalebit authoritas sancti. Vbi autem authoritas sancti habet pro se canonem, utrùm prævaleat alteri canoni, considerabitur, quis canon sit posterior, ut patet ex c. tria. & c. placuit. xxxvj. q. ij. iuncto c. si

8 ī. de rap. ¶ Quando † autem sancti patres habent inter se diuersas sententias, quæ prævalent? Vide gloss. ordinariam, in c. ut ueterum. ix. distinct. quam approbat Ludo. de Rosa. in l. si uerò. §. de uiro. in xv. fallentia, ff. sol. mat. & in l. j. §. fin. ff. de uerb. obl. & in l. j. ff. si cer. pet. & do. Abb. hîc. Et ex ipsa trahit ibi Domi. notabile argumentum, quòd sicut glos. uult stari magis uni, quàm alteri, attenta professione cuiusque, ut Hieronymo in trãslatione Scripturarum, Gregorio in Moralibus, &c.

quia

c. ne inniteris.

Flor. de sanc. Pe. in l. minimè. ff. de relig. & sump. fu. ¶ Expedita hac ampliatione ad conclusionē §. positam de potestate principis circa ius diuinum, limita eam primò secundum omnes hîc, dum † modò princeps statuat in materia, quæ per ipsum ius diuinū reperit aliquando limitata: sicut in isto, Non occides, quasi semel limitata, semper sit ex causa limitabilis. Secus dicunt, si nunquam fuit limitata: putà, si uellet statuere, ꝙ liceret contrahere matrimonium cum matre. Et pro hoc facit dictum Bald. in l. fi. C. si contra ius, uel uti. pub. ubi dicit, ꝙ uirtute statuti permittentis occidere bannitum, non est licitum mulierem bannitam adulterare, cùm adulterium nunquam sit de iure diuino permissum. 17 ¶ Secundo limita, dum † modò princeps interpretetur ius diuinum statuendo in his, in quibus habet iurisdictionem, scilicet in rebus profanis, sed in spiritualibus interpretatio pertinet ad Papam, secundū do. Ab. hîc. per c. per uenerabilem. in fi. qui fil. sint legi. & per id, quod no. Fede. de Se. consi. xcvj. incip. Apparet quædā lex. ubi dicit, non ualere statutum laicorum conuincēs usurarium ex certis coniecturis: quia cū in talibus non habeant laici iurisdictionem, non possunt statuere etiam interpretando. Facit c. tuam. ī. de ord. cog. & quod no. Bart. in l. Titia. ff. sol. mat. secundum eum. Et istud multipliciter confirmari posset, præsertim ex notatis per do. Ant. & do. Abb. in c. j. ī. de sponsa. per Bald. in l. & si contra. ad fi. C. de nup. per. Fed. cōsi. xxxv. per do. Ab. consi. lxxxiij. incip. Stante quadam constitutione. per gloss. in c. j. xxx. q. iij. per Archi. & Domi. in §. hinc colligitur. ij. q. iij. & per omnes in c. fin. C. de secun. nupt. In 18 quibus locis dicitur, quòd † non potuit imperator disponere super matrimonio etiam ex causa rationabili, faciendo, ꝙ non sit matrimonium, ubi est de iure diuino, & nō procedit titulus C. de interdi. matri. inter pup. & ui. & C. si. rec. prouin. & C. de sec. nupt. cum si. quia nō pertinet ad imperatorem de talibus disponere. Similiter dicitur de iuramento, de quo per Imo. in repe. c. cùm contingat. uer. nunc restat uidere. ff. de iureiur. ubi semper uide: & tangitur in pluribus locis, de quibus memini in quadam rep. mea cap. ij. ī. de sponsa. & plenè per do. Abb. in disputatione inci. Stante statuto. consi. suo lxxj. inci. In hac causa. nec possunt ordinationes alicuius potestatis secularis ualere in talibus, etiam si summa ratione iustificentur, ut patet ex no. per Io. An. in c. statutum. de hære. in vj. & Pet. de Anc. consi. xvij. & omnes in c. j. ī. de sponsa. propter defectum potestatis, ut ibi aliàs plenè dixi. ¶ *Limita tertiò, ꝙ in casibus, in quibus princeps potest statuere contra ius diuinum, debet exprimi causa rationabilis: quāuis enim aliàs præsumatur causa, ut infrà in iiij. conclusione, tamen hoc casu non præsumitur: quia non debet inferior uiolare statutum superioris sine aperta causa, secundū do. Ab. hîc, per id, quod no. Inn. in c. quanto. ī. de consue. ubi idem dicit de Papa, nedū qñ statueret cōtra ius diuinū, sed etiā, quando statueret cōtra uniuersalem statū ecclesiæ: & sequūtur multū, ut ibi dicetur.* ¶ Et ista limitatio confirmatur ex sequentibus, & eam ponit etiā Bal. quē uide in l. ij. uer. sed dubitatur. C. de iur. au. anul. Et hæc sunt, quo ad primā conclusionē: in qua actū est de principe seculari. ¶ Secūda cōclusio. Papa † ex causa pōt in 19 terpretari & limitare ius diuinū cōstitutione, uel rescripto, licet in totū tollere nō possit: ꝙa inferior, etc. cle. ne Romani. in prin. de elec. & *quia ius diuinū est immutabile, v. & vj. dist.* per totū: no. glo. in c. à nobis. ī. de decis. & ita cōcludunt hîc omnes Doc. & Inn. in c. super eo. in fi. ī. de biga. & in c. post translationē. in fi. ī. de renun. & latè Pet. de Anc. in repe. c. j. §. eo. & i regula, possessor. & seq. de reg. iu. in vj. ubi ad hoc dat plurima exēpla, subdens, hoc potiùs laboriosum, quàm subtile esse. Bene facit c. licet. ī. de fer. & ibi not. Abb. in ij. notab. & text. in cle. præsenti. de censi. in uer. negotiādi. & in c. nō minùs. ibi episcopus & clerus. ī. de immu. ec. iuncta glo. in uer. diuino. in c. quāquā. de censi. in vj. & uide multa exempla per Cal. in dispu. inci. Bononiensi statuto cauetur. & latè per Albe. de Rosa in j. parte statutorum: ante medium illius partis, q. xlvj. & Hos. latè in sum. de rescrip. §. quas uires. sub §. potest autem. & Ioan. And. in c. cùm ad monasterium. de stat. mo. & in regula, semel Deo. de reg. iu. in vj. ubi elegātissimè loquitur: aliquid per Domi. in c. cognoscamus. xlij. dist. & in c. ut constitueretur. l. dist. per Bald. *in §. ius autem ciuile. uer. deinde* principaliter. Insti. de iu. na. gen. & ciui. per beatum Thomā in x. dis. xxvij. q. iij. arti. j. circa fin. per do. Abb. in c. significatum. in j. notab. de regula. ¶ Et hinc est, quòd † in matrimonio etiam de præsenti contracto dispensat ex 20 causa [a], ut per gl. & omnes Doc. in c. ex publico. de conuer. coniu. cum concor. & etiā in consummato, ut per Io. An. *soleniter in regula, actus. de reg. iu. in vj.* ubi semper uide. Et de ipso meminit Bal. in l. si filius. ff. de adopt. Et ad hoc propositū multa inuenies per Pe. de Anch. consi. cclxvj. inci. Reuocatur in dubium. in quantum pro filio regis Angliæ laboriosè cōsuluit, ꝙ Papa ex causa possit dispensare, ut uxorē patrui defuncti possit nepos, id est, filius fratris, accipere in uxorē. Et de hac potestate in matrimonialibus uide omnino ꝙ Host. in sum. qui cle. uel uo. §. quis nocens. uer. uidetur igitur, ꝙ summus Pontifex. & latissimè Modernos, scilicet do. Ia. de Ferraria in c. ad dissoluendum. ī. de despō. impub. & Pet. de Anch. in c. j. de sponsa. in vj. & in consilio, quod allegabitur in sequenti ampliatione. ¶ Et idē uidemus in uoto, ut per gloss. & Doc. in c. nō est uoti. ī. de uoto. Idem in iuramento, ut per omnes in c. quanto. ī. de iureiur. Idem in irregularitate proueniente ex homicidio, ut per Ioan. de Ana. in c. ad audientiā. ī. de homicum concor. Idem in dispensando cum obligatis ad officium, ut per do. Ab. in c. j. ī. de celeb. missa. Et in istis adde beatū Tho. in suis Quodlibetis, quodlibeto iiij. artic. xiiij. ubi dicit, ꝙ licet Papa non dispensat contra ius diuinū, tamē ex magna & euidenti causa dispensat, ut bigamus promoueatur: itē potest tamē dispensare, ꝙ sacerdos nō indutus uestibus sacris cōsecret corpus Christi. Et *idem in alijs, quæ processerunt ex cōstitutione humana*, ut ibi latius per eum, quē refert Car. sancti Sixti *in tract. De potestate Papę, q. lxiij.* & uide Inno. in c. j. ī. de bap. ubi dicit, ꝙ Papa potest ex causa mutare uerborū formā in baptismo, putà facere ꝙ dicatur, Ego te baptizo in nomine Trinitatis. Ex quo inferri potest, ꝙ ubi à lege diuina datur certa forma, pōt eam mutare in æquipollentē: quod nō est in alijs, quib. est data certa forma, ut dicetur in c. cum dilecta. ī. de resci. Nec licet inferiori mutare dicta uerba baptizando, aliàs actus esset nullus, secundū eundē in prin. eiusdem capi. 21 ¶ An † autē possit Papa statuere cōtra epistolas Pauli? Dic remissiuè, quia aliį nō tangunt, ut per Pet. de Anc. consi. cxviij. incip. circa bigamos non promouendos. per gloss. & Domi. plene in cap. lector. xxxiiij. dist. per Inno. & omnes, & maximè Domi. in c. super eo, de biga. per Archi. in cap. sunt quidam. xxv. q. j. per Card. sancti Sixti in dicto trac. q. lxiij. per gl. in c. proposuit. de cōces. præb. & ibi per do. Abb. & ibi per Imol. & per Imol. in c. quanto. infrà, de consuetu. per Io. de Ana. in c. si uir. ī. de adult. per Spe. in tit. de legato. §. nunc breuiter. uers. primò, nec contra Apostolum, & per Ioan. An. post glo. in uersi.

[a] *Ex causa*] *Ad de, ꝙ Papa ex cōsensu cuiuscunq; sponsi ex potestate absoluta potest matrimoniū dissoluere, nulla legitima causa subsistente: ex potestate uerò ordinaria potest aliqua rationabili causa subsistēte, ut no. ꝑ do. Soc. consi. 28. inci. circa primū quæsitū. uersi. nec obstat, si diceretur. in j. parte, & in d. consi. in uers. circa secundā q. cum uer. seq. usq; ad fi. ubi habes, an & quando Papa super matrimonio dispensare possit.*

uersi. durum. in c. post translationē. ī. de renun. Et transeo cum dictis do. Abb. in c. proposuit. cum quo concordat Dom. *in c. fi. in fin. xxvj. dist.* ¶ Et ista conclusio ampliatur primò ex dictis beati Tho. in trac. Cōtra impugnantes religionem, quem refert do. Card. q. lxiij. ubi dicit, ꝙ Papa potest facere leges cōtra statuta sanctorum: & respondet ad c. *sunt quidam. xxv. q. j.* quod loquitur, ubi dicta eorum concernunt fidem. Idem tenet Archiepiscopus Florentinus *in iij.* parte suæ Summæ sub tit. De potestate Papæ, q. xxiiij. allegās gl. in c. sicut. xv. dist. & addit quosdam dicere, ꝙ posset tollere singula, sed nō omnia: quia istud esset destruere uniuersalem statum ecclesiæ. Et ita resider. ¶ Secūdò amplia, ut procedat conclusio etiam ad effectus concernentes laicos in temporalibus: & in hoc plus potest, ꝙ imperator, secundum do. Ab. hîc. Allegat c. j. de homic. in vj. ubi etiā ex causa graui concernente statum totius Christianitatis statuit Papa contra laicos in concernentib. ius diuinum. ¶ Adde Pet. de Anch. consi. cccj. quod incip. Viso & diligēter inspecto. ubi uult, ꝙ Papa dispensando potest approbare matrimoniū ex defectu inducto à canone etiā mortuo altero coniuge, etiā nullum in præiudicium eorum, quib. exclusa prole priùs illegitima bona obueniebant etiā in terris imperij, & ualidat matrimoniū ex nunc, pro ut ex tunc. Sed ubi fuisset impedimentum legis diuinę, potest ex causa ualidare matrimoniū ex nunc, non aūt ut ex tunc, quasi plus possit cōtra sua constitutionē legis Canonicæ, ꝙ legis diuinæ. Et ista sapienter colligit ex dictis Io. And. in c. ꝙ uenerabilem. super ij. ī. qui fil. sint leg. Et hoc bene no. ¶ Adde etiā no. ꝙ do. Ant. in c. cùm esses. ī. de testa. & ibi latè ꝙ do. Abb. in repe. dum uoluit, ꝙ dispositio huius capituli procedit etiam in testamentis laicorū, adeò ꝙ etiam in terris imperij nō requirantur septē testes: qa ex quo Papa fundat se ibi in iure diuino, uisus est corrigere leges: de quo ꝙ alios Scribentes, maximè Imol. in d. c. cùm esses. & Lud. Ro. plenè in repe. authē. similiter. C. ad leg. Fal. *in xxiiij. priuilegio ultimarū uoluntatū*, & aliquid per Imo. in c. ij. ī. de prob. cum cōcor. ¶ Cæterùm limitatur ista conclusio uno modo, uidelicet nisi Papa uellet dispōnere circa ius diuinū, quod in l. ueteri, uel noua nō reperitur limitatū. fm oēs hîc, dicentes tamē, ꝙ ubi ex causa uellet limitare istud nunquā limitatū, posset: in quo considerabā, ꝙ hoc modo nulla erit differētia inter limitatū & non limitatū: qa semper requirit causa. Sed crederē, ꝙ in præceptis decalogi, & ubi agit de peccato, quod semper fuit peccatū, nullo modo possit dispōnere. Et moueor ꝑ doctrinā Richar. de Mediauilla *in quarto sententiarū, dist. xxxiij. q. art. ij. in uer.* uidetur ergo *mihi. ubi* cōcludit, ꝙ Papa ꝑ suam dispensationē non posset ex quacunq; causa dispensare super cōcubitu cōcubinario. Et dicit magistraliter, ꝙ † ubi actus nullo modo potest fieri bene, nec ꝑ abscq; corruptione debiti ordinis ad Deum, *talis actus* ꝑ quācunq; dispensationem nō potest esse sine peccato. Dat exemplū in concubinatu, ubi cōcubitus semper est cum muliere, quæ nō est sua, quantū ad talē usum, nec simpliciter, nec ad tempus: & quicūq; utitur re non sua, quantū ad usum, nec simpliciter, nec quātum ad tēpus, corrūpit debitū ordinem ad dñm rei: & quia multipliciter non est suis ipsius, sed Dei, uir copulans se carnaliter cū muliere non sua, quantū ad talem usum, debitū ordinē ad Deū corrumpit. Et ideo hoc licitū esse nō potest, nisi ꝑ authoritatem diuinā. Respondet ad illud Gen. xxj. de Abrahā, qui ex dispensatione copulauit se Sarræ, cui Sarra fm rei ueritatem fuit uxor. Sed qa nō habuit authoritatē matrisfamiliās, nec ꝓles ei succedere poterat, quo ad hoc, erat ancilla, ut ibi ꝑ eum ponentē aliam doctrinā, ꝙ omnis actus tollens debitū ordinem, ꝓximi ad proximū, non potest fieri sine peccato mortali per quācunq; dispēsationē. Et ꝓ istis uide, quod no. Bal. in c. lator. ī. de reiud.

23 ubi dicit, ꝙ si † rex habet uxorē sterilem, non possit Papa dispensare, ut possit ducere aliā uxorem, uel cōcubinā: qa Scriptura dicit, Duo *in carne una*. Et cōcubinatus fornicatio est, cōtra quā ordinatur matrimonium, secundum eum. Et, ꝓ prædictis adduci possent, quæ latè habentur in summa Astesana, lib. j. tit. iij. art. ij. ubi re*latis multis* Theologis cōcluditur, ꝙ Papa non potest dispensare super præceptis decalogi: & tangitur in eadem Summa, lib. iij. tit. iiij. in fi. Et idē tenet Io. de Ana. post Ioan. And. in c. cùm Christus. ī. de hær. allegando Spec. *in tit. de delegato. §. nunc breuiter dicendum. uer.* ij. qa licet præcepta decalogi nō sint articuli fidei, sunt tamen articularia fidei, i. adeò annexa eis, ꝙ sine ipsis salus haberi nō potest, secūdum eos. ¶ Et per hanc *limitationē infero ad id, quod no. beatus Thom. in iiij. dist.* xvij. q. xlij. ubi dicit, ꝙ Papa nō potest nouos articulos fidei facere, aut editos remouere. Et adducit rationes, 24 ex quibus infert, quòd † sicut non potest dispensare, ꝙ *quis* sine baptismo saluetur, ita nec ꝙ saluetur sine cōfessione, licet possit dispensare in confessione, secundū quod obligat de præcepto ecclesiæ. Et hæc dicta extensè sequitur do. Card. in d. tractatu, q. xlvj. Bene facit, qđ no. do. Abb. in c. proposuit. ī. de concess. præben. ubi dicit, ꝙ Papa nunquā dispensare potest contra Apostolum, in quantū de fide scripsit, ꝑ tex. in c. si is, qui præest. xj. q. iij. ubi habentur uerba Apostoli ad Galatas j. dicentis, Etiamsi nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit uobis, præter ꝙ quod uobis euangelizati sumus, anathema sit: & idem glo. in c. sunt quidam. xxv. q. j. & Spec. in tit. de lega. §. nunc breuiter. uer. hic. c. j. nec est contra Apostolum. Et quod dictū est de articulis fidei, declara, ut per Ioan. And. in d. c. cùm Christus. nisi statueret interpretando articulos, ut aliter credatur, quàm priùs crederetur, *ut ibi per eum*. Et *cum istis* concord. Ang. in l. bene à Zenone. C. de quad. præscr. dicens, ꝙ Papa non dispensat *in pertinentibus ad articulos fidei*, sed bene in his, quæ pertinent ad *uniuersalem statum ecclesiæ: quia in his est maior Apostolo*. Allegat Inno. in c. super eo. ī. de biga. Et istis adde Ioan. And. in c. per uenerabilem. super gl. ij. ī. qui fil. sint leg. ubi dicit, quòd Papa non potest dispensare, ut 4 ualeat matrimonium, in quo non affuit consensus. Et adde pulchra uerba Franc. de Marone in iiij. dist. xix. q. j. artic. ij. ubi quærens, utrùm Papa ex plenitudine potestatis omnia pos-4 sit [a]? & dicit, ꝙ à Christo nō est data potestas Petro *in his, quæ sunt iuris diuini*, uel naturalis, licet possit ea interpretari: nec pōt destruere leges, quas ipse Deꝰ instituit: nec obligare ad culpam, ut ꝙ mendaciū iocosum sit peccatum, qa talia sunt de iure diuino: licet possit per obedientiā præcipere, ne fiat, seu dicatur mendacium iocosum: quod præceptū si quis transgrederetur, incurreret peccatū inobediētiæ: quia præceptum trāsgreditur, nō quia ueniale efficiatur mortale. Item non potest soluere illud præceptum, Non furtū facies, nec ꝙ matrimoniū consummatur, & alia huiusmodi, nec etiam noua facere, seu addere, secundum ipsum formaliter. Ex quibus omnibus uidetur, quòd dictum Doct. hîc, dum dicunt, ꝙ cum causa potest Papa limitare præceptū Dei, nūquā limitatū, malè pōt exēplificari, & malè practicari: qa nulla causa pōt esse legitima ad faciendū, ꝙ faciat de peccato non peccatū: & iō debet sibi reputare

[a] *Omnia possit*] *Adde do. Soc. consil. xiij. incip. Præsens cōsultatio est satis. uers. xiij. cū uers. seq. in ij. parte, ꝙ Papa omnia ferè potest, dummodo contra fidem nō ueniat: & in omnibus, & ꝙ omnia potest dicere & facere, quic quid sibi placet, auferendo etiam ius suum, cui uult: quia non est, qui ei dicat, Cur ita facis? & eius uoluntati non insistendum, cùm de facto ipsius debitare, sacrilegium esse uideatur, ut per eundem Socin. in consil. clxiij. inci. Visa bulla Bonifacij. uers. quinimo in casu nostro. in fi. in j. parte.*

c. quæ in ecclesiarum.

hoc impoſsibile, ſicut pulchrè dicit do. Card. in c. licet. ī. de elecīn repe. c. perpendimus. de ſent. excō. & conſil. cxlj. q. ſecundum Theologos omne in decēs eſt impoſsibile Deo. Facit c. ſi Paulus. xxxij. q. v. Non tamē nego, quin opin. Doct. ſit ſuſtentabilis caſu, quo poſsit dari cauſa legitima: quod non erit facile attentis his, quæ de concubinatu dixerunt ſ. Richar. & Bal. Et iſta nota: qa per alios non declarantur. ¶ Demum in hac concluſione illud omittendum nō eſt, quod multos tangit, uide-
25 licet † q ubi Papa diſpenſat ſine cauſa uera in his, quæ ſunt de iure diuino, diſpenſatus non eſt tutus, quo ad Deum, ut eſt gl. ordinaria, & ibi per omnes in c. non eſt uoti. in gl. ij. ī. de uoto. quam ſequitur etiā Imo. in c. cùm olim. ī. de cle. coniu. & in c. j. ſ. eod. & do. Abb. in c. cùm uenìſſent. ī. de iudi. & in c. ſignificaſti. de elec. & Ioan. de Ana. in c. j. ī. de ſimo. & idem no. Inno. in c. ij. ī. de renun. loquens in diſpenſatione ſuper iuramento. Et idem ſequitur ibi do. Ant. & Imo. extendentes ad omnē diſpenſationem iuris diuini. Et idem tenet Richar. in iiij. diſt. xxxviij. q. ix. artic. j. in fi. fol. dicens, q ubi non eſt cauſa diſpenſandi rationabilis, non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio: & alleg. Bernar. in lib. De conſideratione, ad Eugenium Papam, in xxiiij. c. Idem generaliter tenet beatus Tho. ij. ij. q. lxxxviij. art. ult. & latè per Ioan. Andr. in c. de multa. de præbē. quē ſequītur ibi omnes pulchrè. Idem tenet Inno. in c. cùm ſamdudum. in fi. ī. de præbē. & do. Ant. poſt Ioan. And. in c. dudum. el ij. ī. de elect. & do. Abb. in c. cùm adeò. ī. tit. proxi. & in c. conquerente. circa princ. de cle. non reſi. & in c. conſtitutus. ī. de relig. dom. & Pet. de Anch. in c. j. uer. ex his decidítur. ſ. eod. & do. Abb. in c. cùm eccleſiaſticæ. ī. de excep. & in §. qui uerò. in repet. uer. ſextum examinandum. ī. de præben. ubi latiſsimè, & Spe. in tit. de lega. §. nunc oſtendendum. uerſi. xxiij. & Ioan. And. in regula, ſemel Deo. de reg. iur. in vj. & in regula, actus legitimi. de reg. iur. in vj. & Pet. de Anch. in repe. c. ſi propter. in ij. & iij. oppoſ. de reſcr. in vj. & in regula, poſſeſſor. uer. quintò quæro. de reg. iur. in vj. & do. Abb. in diſpu. epiſcopus, & quidam rector Parmenſis. Et inuenies in iſtis locis, q ſi probatur diſpenſationē fuiſſe ſine cauſa in his, quæ ſunt iuris diuini, diſpenſatio non tenet etiā in foro contentioſo: qa in talibus non præſumitur cauſa, ſecundum do. Abb. hîc, & pulchrè Pet. conſi. cccviij. incip. Niſi legibus & canonibus. & ī. dicetur. Si uerò exprimitur cauſa, quæ re uera non docetur falſa, & tamen eſt falſa, ille non eſt tutus, quo ad Deum. Bon. tex. in c. manet. xxiij. q. j. & in c. ſententiam. xxxv. q. ix. & in §. fi. xxv. q. j. uerſus fi. ibi, ualet ergo. Et adde, q tunc diſpenſans peccat, ut in dictis locis, & expreſſè no. Arch. in c. ſunt quædam. xxv. q. j. & do. Abb. in c. per uenerabilem. in princ. qui fil. ſint leg. Vbi aūt diſpenſat contra ius poſitiuū, ſufficit ſola uoluntas, ſecundum Inno. in c. cùm ad monaſterium. ī. de ſta. mo. & Spec. in tit. de leg. §. nunc breuiter. circa fin. & alios, quos allegaui in c. j. in iiij. fallen. ſ. eo. & tunc præſumitur cauſa, quo ad diſpenſatum, per ī. dicenda. Et hæc ſunt, quo ad ſecundam concluſionē: atq ſic diffi-
26 nitum eſt de iure diuino. ¶ Tertia concluſio. Ex † cauſa rationabili, & non aliter, poteſt princeps ſtatuere contra ea, quæ ſunt de iure naturali, uel gentiū, ſecundum omnes hîc, & in d. l. fi. C. ſi contra ius, uel util. publ. dum modò interpretādo, non in totū tollendo: qa ius naturale immutabile eſt, v. diſt. per totū: & ppter concluſionē. C. de bo. dam. per totū, C. ex q. cau. ſer. liber. acc. per totum, & C. de quadrien. præſc. l. bene à Zenone. & l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & c. ita quorundā. ī. de iud. ubi Papa inducit ſeruitutem certo caſu contra libertatem, quæ eſt de iure naturali. Facit c. uergentis. ī. de hær. Et hinc eſt, q ſi imperator, uel alius princeps ſtatueret ſine cauſa, q certo caſu dominiū de uno in aliū transferatur, nec in foro animæ, nec in foro ciuili ſeruanda eſt talis conſtitutio, ſecundum Arch. & Dom. in c. ius ci-

uile. j. diſt. & quāuis non dicant, ſunt uerba Innoc. in c. quia plerīq. paulo ante fi. ī. de immu. eccl. de quibus facit feſtum do. Card. conſi. cxlvij. incip. Dominus noſter Papa. ad finem: & ſequitur etiam Dom. in c. j. de ſum. trinit. in vj. Et dicit hîc do. Abb. hanc eſſe rationem opinionis Legiſtarum & Canoniſtarum, q ubi certum eſt cauſam non ſubeſſe, non poteſt princeps ſtatuere in damnum priuati in his, quæ ſunt de iure naturali, per
27 cle. paſtoralis. de re iudic. Vbi † etiam imperator non poteſt tollere ea, quæ ſunt de iure naturali: & ſic nō poteſt alicui auferre rem ſuam ſine cauſa: quia licet habeat iuriſdictionem in uniuerſo, l. de precario. ff. ad legem Rhod. de iac. non tamen habet dominium rerum priuatarum, quæ olim fuerunt conceſſæ occupātibus, Inſti. de rer. diui. quaſi per totum. Et procedit concluſio etiam reſpectu bonorum infidelium: nam ſine cauſa nec Papa, nec imperator poteſt eis auferre bona. De quo remittunt ad Innoc. & alios plenè in c. quod ſuper his. ī. de uoto. ¶ Cauſa autem legitima eſt fauor publicus, per tex. principalem in hac materia, in l. item ſi uerberatum. ff. de rei uen. ubi fundus tertij datur ad uſum militibus fauore reipublicæ. Hanc concluſionem tenet etiam Bar. in proœ. Digeſtorum. per text. quem dicit meliorem de mundo in l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædio. per quod dicit, q nec princeps, nec ciuitas poteſt aliquem priuare dominio rei ſuæ ſine cauſa [a]. Ad hoc etiam uide Bar. in l. j. in fi. ff. de conſtit. princi. & glo. Bart. & alios in l. uenia. C. de in ius uocan. & Dom. in c. authoritate. de priuil. in vj. & Bal. in l. ſi teſtamentum. C. de teſtamē. & Ang. Are. in l. ſi conſtat. ff. de appella. & Bar. in l. iubemus nullam. in prin. C. de ſacroſanc. eccl. & præterea in locis allegandis per totam hanc cōcluſionem, & ex dictis Bal. in l. reſcripta, uer. no. ergo hîc aliqua de principis poteſtate. C. de preci. impe. of. & do. Abb. in diſput. epiſcopus, & quidam rector Parmenſis. ¶ Peri-
4 ſtam concluſionem infert Bald. in l. reſcripta. ad fi. C. de preci. impe. of. quòd ſi aliquis habet ab imperatore poteſtatem legitimādi ſpurios etiam poſt mortem parentum, & mortuo patre contingat, quòd uenientes ab intestato adeant hæreditatē ante legitimationem, non poteſt legitimatio ſequens eis obeſſe: quia dominium acquiſitum de iure gentium, non poteſt ſine cauſa eis auferri. ¶ Per iſtam cōcluſionem, infert Bar. in l. quæcūque. C. de fi. inſtr. & iure haſtæ fiſc. lib. x. q pro publica utilitate illi, qui emerunt à fiſco bona exbannitorum, poſſunt cogi reſtituere ipſa reuertentib. bannitis, ſi hoc eſt in capitulis pacis. ¶ Per iſtam concluſionem concludit Pet. de Anch. in d. repe. c. ſi propter. in ij. & iij. oppoſ. quòd ſi princeps per reſcriptum cōcedit rem meam ſine cauſa alteri, non teneor in foro conſcientiæ obedire. ¶ Per iſtam concluſionem infert do. Card. c. quia diligentia. inſtrà, de elec. quòd ſi bānito conceditur reſtitutio pleniſsima, recuperat bona alienata per fiſcum, non obſtante confiſcatione, licet dicat, hoc non debere fieri. Ad quod uide Pet. de Anch. in conſilio cccc. q. incip. Probata tanta ui. ubi reſpondet ad c. quamuis. de reſcript. in vj. & plenè ponit Bart. poſt eum, & alii in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. cum concord. Et cum iſtis adde gloſſ. penult. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. quæ dicit, quòd princeps poteſt alicui auferre rem ſuam cum cauſa, ſed non ſine cauſa. Et licet omnia dicantur eſſe principis, intelligitur, quo ad protectionem, ſecūdum ipſam. Ad quod ultimum uide etiam gl. iij. in l. fi. C. de quad. præſcri. & glo. ſi. in c. ius mili. j. diſtinc. ¶ Pro iſta concluſione eſt text. in c. in noſtra. ī. de iniur. quem pro multùm ſolenni ad hoc ppoſitū inducit do. Card. conſ. lxxxvj. incip. do. Nicolaº Mar-

[a] *Sine cauſa] Ad de do. Alexand. in j. conſtit. ff. & in rub. ff. ſi cer. pet. & in conſil. xciij. iiij. parte, & conſil. cxxxvj. in j. parte, & Paul. de Caſt. conſil. cv. & per Oldra. conſil. ccxxiij.*

Marchio Aſtenſis. qa ſecundum unū intellectum, ſtante diſcordia inter nobiles & populares Brixiæ, cōmune Brixiæ facta pace fecit ſtatutū, q una pars ab alia non repetet damna perpeſſa propter diſcordiā, & ſic cōmune abſtulit ſingulis de uniuerſitate actiones ſuas. Et ſecundum alium intellectū eſt ſenſus, q cōmune fecit ſtatutum, q neutra pars poſsit à cōmuni petere reſtitutionem damnorū: & hoc derogando alteri ſtatuto, p qđ cōmune ſe obligauerat. Et ſecundū hanc lect. fortius & ſingulariùs, pbat hoc c. ſecundū eum. q etiā ſe liberando poteſt uniuerſitas tollere actionē: quod ideo eſt mirabile: qa ex quo præſupponim⁹, q cōmune ſe obligauerat p aliud ſtatutū ad dictam reſtitutionē, illud ſtatutum tranſiuerat ad naturā contractus, uel priuilegij, & ſuccedit poſtea doctri. Inno. in c. nouit. de iudic. cū concor. quas dicā in c. cùm M. Ferra. ī. eo. Sed illa procedit, ſm eum, quādo uniuerſitas obligaſſet ſe nō ſubditis: ſecus, ubi ſubditis: qa ex cauſa, prout fuit ibi, cauſa pacis poteſt tollere actionē ſingulorū etiam ueniendo cōtra proprium contractū: quod ipſe multùm no. in facto arduo, de quo aliquid dicet ī. prox. uer. tertia declaratio. & eſt bene notandū ad ampliationē. Et iſtis adde, quæ dicentur in fi. huius cōcluſionis. ¶ Modò aduertēdum eſt, quoniā iſta concluſio Doc. cōtinet duo mēbra, quorum quodlibet ſeparatim multipliciter declarandū eſt ex dictis Doc. alibi. Eſt em primū membrum, q cū cauſa poteſt princeps tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis: & ad iſtud dabuntur quatuor declarationes. Secundum membrū eſt à contrario, q ſine cauſa nō poteſt: & circa iſtud dabuntur ſeptē declarationes, & demū tria notāda. Ex quib. multa ante ſparſa & intricata erūt ordina-
28 ta. ¶ Prima declaratio primi mēbri eſt, q † licet ex cauſa princeps poſsit uni auferre rem ſuā, & dare alteri, tamen illud eſt uerū, dūm modò ſoluat pretiū rei illi, cui eam aufert, ſecundū Arch. formaliter in c. p principalē. poſt prin. ix. q. iij. Allegat l. ult. C. p quē. cau. fer. liber. acci. ſed ult allegare l. ſeruī. ubi bonus tex. ibi, pretium à fiſco percipiāt. & gl. in l. fi. eo. tit. Et addit, q illud, quod dicitur Omnia ſunt principis, intelligit ſcilicet fiſcalia. Alleg. Odof. in l. bene à Zenone. C. de quad. præſcri. Et ita intelligit d. l. ita ſi uerberatū. & l. Lucius. ff. de euī. Et hoc ultimū tenet etiā Archi. in c. quamuis. xxiij. q. vij. cōtra Hoſt. in Summa, de præſcr. §. quæ exigant. uer. & licet. ubi dicit, q omnia ſunt principis, quo ad pprietatem & maius dominiū: qa imò ſolum, quantū ad iuriſdictionē generalem, ut ibi p eum allegantē etiā Spec. in tit. de ferijs. §. quoniā. uer. uigeſimotertiò quæritur. ubi
30 idem tenet. ¶ Hanc declarationē tenet etiā Ang. Are. licet nō alleget Arch. in l. ſi ff. de ap. reci. dicens, q illi priuato debet reſici æſtimatio rei ſuæ, per tex. in d. l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. cōmu. prædi. ubi ſatisfaciat dño. Sed tu uide Bal. in d. l. ſeruī. ubi dicit elegāter p illum tex. q ſi ciuitas uult facere aliquā foſſatā per agrū alienū, debet ei ſoluere pretiū. Et ſimiliter dicit, q ſi reſpublica, ppter delictū unius conſortis deſtruit domū cōmunem, tenetur ſocio inſonti ſoluere pretiū partis ſuæ. Alleg. etiam l. mulier in opus ſalinariū. ff. de capt. & quod no. in l. j. in prin. ff. de iuſ. & iur. & in l. j. C. de omni agr. deſer. lib. xj. Et ſubdit, q licet princeps priuet aliquē domi nio ſuo, nō tamē gratis, per illum tex. quē multùm no. Et cū iſtis p illum tex. cōcor. gl. licet dicat nō ſeruari, in l. ſi locus. §. fi. ff. quēad. ſer. amit. & Bar. in l. fi. §. Titius. ff. de pig. acti. & in l. hactenus. §. j. ff. de aqua plu. ar. Et hāc declarationē ponunt etiā Bal. & Ang. in l. itē ſi uerberatum. §. j. ff. de rei uen. & Ang. clarè conſi. cxxxvij. inci. Viſis omnib. ſtatutis & reformationib. & do. Abb. in c. omnes leges. j. diſt. allegando gl. in d. l. ſi locus. & Bar. in d. §. Titius. Facit gl. in c. j. §. ad hæc. in uer. nō poteſt. de pa. iur. fir. quæ dicit, q ſi uaſallus ꝓdit feudū ſine culpa ex facto domini, tenetur dñs de alio feudo ei prouidere. Per quā infert ibi Bal. q ſi Papa aufert beneficiū uni ſine cauſa, tenetur ei prouidere de alio ſimili. Quod dicit eſſe notatu dignū. Similiter dicit Inno. in c. niſi cùm pridem. ī. de renū. q ſi cogit epiſcopū inuitum ſine culpa ſua renūciare, debet ei ꝓuidere de bono cābio: & dicetur in ſeq. membro in prima declaratione. Et iſta limita, niſi inter laīcos diſponeret Papa diſponendo principaliter in materia ſpirituali, & conſequenter in tēporali, per id, quod dicetur in tertia declaratione ſequen-
29 tis membri. ¶ Secunda declaratio eſt, q † licet ex cauſa poſsit princeps auferre rem ſuā uni, tamē ſi cauſa illa ceſſat, debet res ipſa ſibi reſtitui [a], ſi poteſt, ſecundū Inn. in terminis in c. qa plerīq. ī. de immu. eccle. & do. Ant. Imo. hîc: aliàs in foro cō tentioſo & cōſcientiæ actus principis non tenet ceſſante illa cauſa: & facit tex. in c. priſcis. Et ibi Arch. & Dom. lv. diſt. ubi dicitur, q lex diſpēſatiua ceſſat ceſſante cauſa diſpēſationis. Ad-de idem in terminis elegans conſi. Lud. Ro. ccccliij. qđ incipit, In Chriſti, etc. & in caſū propoſitæ, etc. ubi cōſuluit, q licet ſtatutū Peruſinū irritaret ex cauſa cōtra ius naturale omnia pacta creditorū facta cum debitoribus, ceſſantibus, uel fugitiuis, ne intuitu inopiæ induceren tur ad pacta nimis larga & liberatoria, tamen p hoc nō irritantur pacta facta cum eis, poſtquā ad pinguiorem fortunā illi puenerunt: qa tunc ceſſat illa cauſa ſtatutis: ergo & ſtatutū. Et pro hoc allegat inter cætera tex. cum gl. in uer. donec. in c. cùm tu. ī. de uſu. ubi odioſa cōſtitutio edita cōtra uſurarios odio uſuræ ceſſat ceſſante uſura, ſecundū eum: q etiā p hoc allegat tex. in l. fin. C. qui nō poſ. ad libe. perue. Per quē dicit Bal. ibi, q ſi mulier priuatur patria ex forma ſtatuti, ppter maritū banni-tum, eo mortuo reuerti poteſt. Allegat etiā l. j. C. de nau. fœno. p quā dicit ibi Bal. q conſtitutio aliquid promittens, ppter periculum, ceſſat eo ceſſante. Et adduci poſſunt generalia iura, allegata ab eis in c. cùm ceſſante. ī. de ap. & in c. poſt translationē. de renū. per gl. & Doc. Sed ſufficiat remittere ad Lud. Ro. cōſi. ccccxvij. inci. Omnipotentis, etc. in propoſito. ubi plurima allegat cōſulendo, q ſi aliquis populus cogitur ſoluere cenſum ſuperiori ptegenti terrā eius, & illa terra demoliatur, nō cogitur amplius ſoluere. Similiter Lud. Ro. cōſi. cccclix. inci. Omnipotētis, etc. in ppoſito. ubi cōſuluit, q beneficium ciuilitatis conceſſum à Senenſib. Piſanis, ppter concordiam inter eos exiſtentē, ceſſat rupta inter eos guerra: & allegat multa iura, de quib. per eum ibidem. ¶ Tertia declaratio eſt, q † quando princeps, uel habēs iura principis, non pōt etiā cū cauſa auferre rem ſuā nō ſibi ſubiecto [b], ut determinat ſolēniter do. Pau. de Caſt. in ſuo conſil. cclxxxj. incip. In Chriſti, etc. primū dubium ꝓcedit. dicēs, q Papa nō poteſt alicui laico ſibi nō ſubiecto tēporaliter aliquo modo etiā cum cauſa p ſuū reſcriptum auferre dominiū rei ſuæ: qa cùm iſte ſit actº iuriſdictionalis, ut no. in d. l. fi. C. ſi cōtra ius, uel utili. iuriſdictio non poteſt exerceri in nō ſubditos, arg. c. p uenerabilē. ī. de fi. ſint leg. Imò uult fortius, q hoc procedat etiā in clerico, q nō eſſet ſubditus, niſi ratione clericatus: quia nō eſſet ſuppoſitus temporali iuriſdictioni Papæ: nam dominiū rei, quā nō haberet, ut clericus, ſed ut laicus, quilibet, putà ex ſucceſsione, uel ſuo contractu aliunde, cū de bonis eccleſiæ, nō poſſet ſibi Papa auferre, ſicut nec laico, cùm habeat ut laicus, arg. l. ſi pater. §. j. ff. de adopt. Ad hoc l. de eo. §. fin. cum ſimi. ff. ad exhib. ſecundum eum. Quod bene not. Bene facit, quod nouiſsimè dicit idē do. Pau. cōſ. ccxvj. incip. Præſuppoſito ſine præiudicio. probans, quòd Papa non poteſt tollere laico ius quæſitum per l. Cahoni-

[a] *Reſtitui] Adde do. Soc. conſil. clxiiij. incip. Viſa bulla Bonifacij. uerſ. uidemus etiā in ſimili. in j. parte.*

[b] *Subiecto] Ad quod adde Paul. de Caſt. conſ. clvj. & conſ. ccxvj. & Abb. in c. ſuggeſtum. de deci. et in c. nouit. de iudi. ubi etiā uide Inno. & do. Soci. conſil. clxiiij. incip. Viſa bulla Bonifacij: uerſ. quinimo etiam in ij. parte.*

c. quæ in eccleſiarum.

nonicam, sicut imperator nō potest tollere clericis ius
à l. quæsitum. Et cum istis uide Imo. in clem. j. ut lit. pen.
ubi dicit, q̄ Papa non potuit proprio motu declarare
Florentiæ, q̄ hospitale priuatum esset publicum: & uide etiā Paul. de Cast. cons. clvj. incip. In Christō, etc. uiso
& examinato uersus finem. & ibi idem dicit de impera-
tore respectu laici sibi non subditi: & alleg. Inno. in c. in
nostra. j. de iniur. & in c. nouit. j. de iudi. super uer. Theo-
dosius. ubi licet imperator possit reuocare in præiudi-
cium sibi subditi legem suam, tamen secus in l. cōcessa
non subdito. Et ibi Paul. tenet idem, quod dictū est de
31 clerico, licet ibi non exprimat, q̄ † etiā cum causa non
possit, ut exprimit in alio consilio. Similiter do. Ant. in
c. cōstitutus. j. de relig. dom. dixit, q̄ plenitudo potestā-
tis Papæ in clericos respectu ecclesiarū non procedit re
spectu bonorū suorum patrimonialiū, de quibus Pa-
pa non potest ad libitum disponere, sicut nec princeps
secularis de bonis subiectorum. Et dicit do. Abb. in d. c.
constitutus. q̄ hoc dictum est singulare, & q̄ non secus
datur se alibi legisse ad ampliationem eius, quod dicit
Inno. in c. inquisitionis. j. de sent. excō. de quo fit mentio
in c. fi. quando. j. de rescri. q̄ Papa non potest disponere
de temporalibus laicorū, ut idem sit de temporalibus
clericorū. Sed pro dicto do. Ant. est tex. not. in d. c. cum
dilectus. j. de iure patro. Per quem dicit ibi do. Abb. in
iij. not. q̄ in patrimonalib. clericus censetur laicus. Vn-
de non potest à Papa priuari patrimonio suo, sicut nec
laicus ab imperatore, per no. hīc. Sed in istis locis non
exprimitur id, quod est maioris importantiæ, uidelicet
q̄ etiam cum causa nō possit Papa præiudicare clerico
in patrimonialibus: de quo ſ. & optimè do. Innoc. in d.
c. inquisitioni. de quo in tertia limitatione sequentis
membri. Et puto istud uerissimū *in terris nō subiectis*
Papæ. ¶ Vbi autem Papa disponeret *in terris suis* non
solùm circa clericos, sed etiā circa laicos, potest ex cau-
sa eis tollere ius quæsitū, ut sentit do. Paul. in d. consi. &
est in terminis consilium do. Card. lxxxvj. quod incip.
Do. Nico. etc. ubi consuluit, q̄ Papa potuit ex causa irri
tare contractum solenniter initum inter Bononienses &
Marchionem Ferrariæ, q̄ promiserat eis dare nouātu-
lam & bazanū: q̄ cū omnes essent subditi Romanæ ec-
clesiæ, potuit Papa ex causa inter eos hoc: maximè, q̄a
cùm illæ sint terræ ecclesiæ, non potuerunt taliter obli-
gari. Et istis adde, quod no. do. Abb. consi. xlj. inci. Salu-
atoris. Et q̄ Papa *in terris subiectis* temporaliter ec-
clesiæ, habeat illam potestatē, quam habet imperator
in terris imperij: tenet do. Ant. c. per uenerabilem. j. qui
fil. sint legit. post Ioan. And. ibi per c. licet. cum ibi no.
de for. compet. & c. si duobus. in fi. j. de app. Et facit gl. ij.
& ibi latè Doct. in c. nouit. j. de iudi. dum traditur, q̄ po
testas gladij temporalis fuit originaliter apud Papam.
Vnde dicit Iac. But. in prooemio C. de dona. Constan. q̄
fuit quædam resignatio potiùs, q̄m donatio. Et bene fa-
cit à fortiori una decisio Paul. de Cast. in fin. sequen. de-
32 clara. ¶ Quarta declaratio est, q̄ † inferior à principe
non potest etiam cum causa alicui auferre rem suam, se
cundum Bal. in l. ij. uers. no. q̄ plenitudo. C. de serui. &
aqua. ubi dicit, q̄ solius principis priuilegiū est auferre
& alteri dare de plenitudine potestatis. Et ideo concessa comiti potestate
a *Legitimis*] *Add de do. Soc. consil. cxcij. inci. Prima consultatio: dicen dum. uer. quibus præmissis. circa prin. in ij. parte, q̄ Comes Palatinus non potest legitimare i præiudiciū filiorum, nisi sup hoc ſpecialem ha-* di legitimis a, uel iuri quæsito, uel radi
cato alteri, secundum ipsum ibi: & in
c. domino guerram. uer. est aūt scien-
dum. in tit. hīc finitur lex. & in l. rescri-
pta. ad fi. uer. ex prædictis apparet. C.
de preci. impe. of. & latè per Paul. de
Cast. l. gallus. ſ. & quid si tantùm. ff. de
lib. & posth. & Bal. in l. cùm filius. ff. de
test. mi. & do. Ant. in c. p̄ uenerabilem.

Et ideo dixit Bar. in proposito in l. to-
ties. ff. de pollicita. q̄ si ciuitas dedit
alicui potestatē statuendi in pertinen
tibus ad bonum publicū, non censē-
tur dare potestatē priuandi quem iu-
re suo, etiam ex causa boni publici: ut
dicit in c. cùm omnes. circa prin. ſ. eo.
Et hinc est, q̄ princeps cōcedendo in-
feriori aliquid de sibi reseruatis, intel-
ligit semper concedere, ut ea exerceat
cum debita causæ cognitione, & non
cum illa plenitudine potestatis, quā
habet concedens, secundū Inno. in c.
cùm ad monasterium. in gl. nisi ex cau-
sa. in fi. de stat. mo. & in c. dudū. ij. uer.
item & si Papa. j. de elec. & in c. uenies.
in gl. j. ad fi. j. de fi. presby. & do. Abb.
in c. at si clerici. ſ. de adulteriis. j. de iu-
di. & in c. præterea. j. de testi. cog. & Bal.
in l. si testamentum. post prin. C. de te-
sta. & Imo. in c. j. ſ. eo. & in c. de multa.
j. de præb. & in l. quidā consulebant.
ff. de re iud. Et dicit Bal. in c. j. ſi de in-
uesti. inter do. & uasa. lis oria. q̄ solus
princeps in suo rescripto potest man-
dare, Facias sic: sed inferior à principe
debet mandare, Facias iustitiam. Al-
leg. Inno. in c. significantibus. de offic.
deleg. Et ideo dixit Fed. de Senis con-
sil. cc. q̄ legatus non potest sine causa
auferre uni ecclesiæ, & dare alteri, licet
secus sit in Papa, ut in sequenti mem-
bro dicetur. Et idem sentit Bal. in c. j. uer. quæritur de le-
ga. qui feu. dare pos. Et clarè de legato consuluit Ro.
consi. xxxvij. incip. In Christi. uiso puncto, etc. do. Card.
consi. lxvij. incip. Tenor talis est: plebs S. Mariæ de Cen-
to. Possent tamen ista per principem specialiter conce-
di inferiori, secundum Bal. in d. l. ij. de ser. & aqua. Et p
ista declaratione optimè facit gl. ordinaria in c. fi. in gl.
mag. ad fi. de hære. in vj. de qua p̄ do. Abb. in c. j. in prin.
j. de rescr. & ibi opportunè dicetur, quæ uoluit, q̄ infe-
rior à principe non cōmittit causam ap. re. ¶ Sed hanc
declarationem & omnes decisiones dicētes, q̄ in gene-
rali cōcessione non cōprehenduntur ea, quæ sunt prin
cipi reseruata specialiter, intellige in concessione facta
magistratui temporali, q̄ non cōstituūt dñs & princeps
prouinciæ: secus in eo, q̄ perpetuò cōstituitur princeps
& dñs, ut sunt reges, duces, comites, & similes, q̄ ex pri-
uilegio inuestituræ cōcesso eis ab imperatore, uel Papa
super gubernatione plenaria & perpetua consequunt
omnes prærogatiuas reseruatas cōcedenti in materia
cōcessa. Et ideo tales possunt legitimare & rem alterius
auferre cū causa. Ità latè & multū solēniter determinat
Paul. de Cast. loquens de Duce Mediola. cōsi. suo ccxv.
incip. In Christi. ad primū. prope fi. p̄ rationes, de quib.
p̄ eum. Quod perpetuò no. q̄a est aurea limitatio. Sed
tamen non est sine dubio: q̄a non ꝓbat eam efficaciter,
& repugnant allegata p̄ ipsum in eodē consilio, scilicet
q̄ in generali inuestitura non ueniunt illa reseruata: &
cōtra ipsum uidet decisio Pet. de Anch. cōsi. cccxxvij. in
cip. Visis diligēter actis & actitatis. ubi dicit, q̄ licet dñs
Veronæ esset generalis uicarius imperatoris, nō tamen
potuit restituere ad famā: q̄a in generali cōmissione ta
les casus nō ueniunt. Allegat c. fi. de offi. uic. in vj. & l. j. ff.
de offi. eius, cui mā. est iurisdi. Ad idē, quod no. do. Ab.
cōsi. lxj. incip. Saluatoris, eiusq̄ Genitricis. ubi dicit, q̄
dñs Ariminj & terratū Marchiæ Anchonitanæ & alij, q̄
tecognoscunt Papā in superiorem, nō dicuntur princi-
pes, nec possunt cōmittere causas, nec tollere appellatiōnē, ut ibi per eum. ¶ Sed cogitabā, q̄ stantibus istis
saluari potest dictum Paul. de Cast. in tribus casibus.

Primus

brat potestatem à principe. Generalis enim concessio potestatis ad ea nō extenditur, quæ supremæ inerant principis potestati, secundum eum. Vnde dicit ipse, q̄ licet legitima sit sibi concessa potestas, ut possit legitimare, quo ad successiones, ac si esset de legitimo matrimonio natꝰ, tamē per hanc generalem potestatem non censetur habere potestatē legitimandi existētibus filijs legitimis, nisi subderetur illa clausula, dum modò, etc. ut not. per eū in suo consi. ccxlvj. inci. eleganter & subtiliter. uer. sed restat nunc. in d. parte.

c. quæ in ecclesiarū.

33 Primus est, quando † in priuilegio perpetuæ inuestitu-
ræ essent illa uerba, quæ refert fuisse in priuilegio ducis
Mediolani, uidelicet, q̄ possit ea facere in ducatu Me-
diolani, quæ nos & Romani reges & imperatores gere-
re possemus de plenitudine potestatis: nā isto casu uir-
tute horum uerborum, uel similium, fortè procedit dic-
tum suū: & ideo nil mirū, si ipse respondendo ad illud
q̄ talia nō transeunt: respondet secūdo loco, q̄ illud est
uerū, nisi sint talia uerba in priuilegio, quasi non satis
fretus de prima respōsione. Et hoc modo intelligo cōsi.
Ang. ccxiij. quod incipit, In causa accusationis. dum
dicit, q̄ dux Mediolani habet in suo ducatu plenitudi-
nem potestatis, & quicquid sibi placet, est lex. ¶ Secun-
dus casus, quādo Papa, uel imperator cōstituens uica-
rium perpetuū certi loci in cōcessione solet exprimere
alia grauiora: q̄a tunc in simplici concessione illa sub-
intelligūtur, quæ consueta sunt exprimi. Ita in terminis
decidit Lud. Ro. loquens de dño Fani, consi. lix. incip.
In Christi nomine, etc. ad discutiendū. dicens, esse text.
singularē in c. quo ad translationē. uer. & si quædam. j.
de offi. dele. & bene faciūt, quæ dicentur in c. cùm M. F.
in iij. no. j. eo. ¶ Tertius casus est, in *principibus*, qui in
suis terris de facto uicē imperatoris obtinent: & fortiùs
in his, q̄ non recognoscūt imperium. Ita dicit Ioā. And.
in addi. Spec. in tit. de instr. edi. ſ. porro. in addi. quę in-
cipit, hæc subscriptio. in fi. remittēs ad dicta sua in c. su-
per quibusdā. ubi bonus tex. j. de uerb. sign. & in c. cùm
te. C. de re iud. Facit, quod de rege Franciæ dicitur in c.
per uenerabilē. j. q̄ fil. sint legi. Et quod no. Bart. in l. ho-
stes. ff. de capti. & in alijs locis allegatis s. in j. conclusio-
ne. Quod procedit in his, q̄ non recognouerunt impe-
rium à tāto tēpore, cuius initij memoria nō existat. An
aūt hoc possit procedere in subiectis Papę, non aggre-
dior nunc: sed uide do. Card. in cle. pastoralis. uer. ut il-
lud in ij. oppos. de re iudi. in cle. præsenti. in vij. q. de cē-
si. & Old. cōsi. cclviij & omnes in c. nouit. j. de iudi. & ibi
aliquando dicetur. Et ista sunt quotidiana. ¶ Secundū
uerò membrū huius cōclusionis erat, q̄ princeps sine 37
causa non potest iuri alicuius præiudicare, auferendo
uni, & dando alteri, uel quid simile fa
ciendo. In quo ante declarationes nō
omitto, quod Ang. in d. l. item a si uer-
beratū. dixit, q̄ imperator de plenitu-
dine potestatis potest auferre domi-
niū rei alicui nulla subsistēte causa: &
dicens contrariū mentitur, secūdum
eum, p̄ l. bene à Zenone. C. de quadri.
præscri. Et infert ad certas concessio-
nes factas à Papa de bonis quorūn-
dam Perusinorū, ut ibi p̄ eū. Et idē uo
luit Ang. in l. iij. ſ. fi is, q̄ quo. ff. quod 39
quisq̄ iur. & in l. oēs. C. de quadri. l. præscr. p̄ d. l. bene à
Zenone. ¶ Sed nihilo minùs tenenda est opinio cōtra-
ria, q̄ sine causa nō potest: & est cōmunior & rationabi
lior, secundū Raph. Fulgo. in d. l. fi. C. si cōtra ius, uel u-
til. pub. dicentē se ita consuluisse: q̄a ubi princeps ius
unicuiq̄ nō tribuit, non est in eo iustitia, ut ibi p̄ eum.
34 ¶ Sed pro intellectu d. l. bene à Zenone. ubi † donatio
principis de re alterius cōualidatur quadriennio ela-
pso, adeò q̄ dñs rei amplius non auditur, est aduerten-
dum: q̄a illa lex nō intelligit ita simpliciter, prout eam
inducit Ang. sed recipit quinq̄ limitationes. ¶ Primò 40
35 enim limitatur, ut † habeat locū, quando fiscus bona
fide possidebat, credens, q̄ res esset sua: q̄a tunc dona-
tio eius cōfirmatur dicto spatio temporis, aliàs nō. Ita
illam l. intelligit Bar. in l. fin. post prin. ibi, fallit ratione
possessionis. C. si cōtra ius, uel utili. pub. Et fuit intelle-
ctus Iac. de Are. in l. ij. C. de com. rer. alie. & sequūtur ibi
Bal. & Ang. Et ideo dicit Bal. in l. j. C. de hære. uel act. uē.
q̄ ad hoc, ut acquirens à fisco non possit euictionē pa-
ti, & ut derogeť iuri tertij, oportet, q̄ fiscus possederit, &

a *Quod Ang. in d. l. item*] *Adde, q̄ cōtra Ang. ad hoc consuluit do. Soc. & eum referendo contra eum tenet in suo cōs. clxiiij. incip. Visa bulla Bonifacij. uers. secundum fund. amē tū est. in ij. parte.*

cum solennitate alienauerit rem ut propriā: & dicit, q̄
sic antiqui intellexerunt d. l. bene à Zenone. & idem sen
tit Bal. in l. fi. si aduer. fisc. ponens etiā, quid, si alienetur
res, ut aliena, uel creditū fisci? Et subdit Bal. in d. l. ij. q̄
si emptor possidet, præsumitur etiā fiscum possedisse in
dubio. Sed si emptor nō possidet, sed agit, præsumitur
contrariū, nisi probet fiscum bona fide possedisse. ¶ Et
pro istis dictis uide omnino do. Abb. in c. pen. uer. ego
incipiā. j. de re iudi. ubi dicit, q̄ d. l. bene à Zenone. de-
bet *intelligi*, q̄ princeps tradit rem suā ratione posses-
sionis, quā habebat. Tunc enim cōtractus tener. Sed is,
cuius est res, debet agere ad prētium contra fiscum. Et
hoc dicit esse notandū: quia multi errāt *in intellectu il-
lius l.* secundum eum. Et hunc intellectū probat oppo.
& tex. in l. ij. C. de cōmu. re. alien. ubi speciale est in fisco,
q̄ rem, quam habet cōmunem cum priuato, potest to-
tam uendere, licet socius possit partē à fisco petere. Et
ideo per locum à speciali ibi probatur, q̄ ubi fiscus nō
habet cōmunionem in re priuati, nō potest illam uen-
dere. Vnde *intelligitur* d. l. bene. ut dictū est. Et pro hac
limitatione ad illam legē, est gl. notab. ultra prædictos
in l. j. in uer. distrahatur. C. de uen. re. fisc. lib. x. uolens il-
lam l. non procedere, ubi princeps scit rem esse alienā: q̄d
etiam apertè decidit do. Ab. in c. ij. prope fi. de reb. eccl.
non alie. q̄a tunc priuaret imperator aliquē sine causa:
quod nō potest, ut tradit hīc, secundum eum. Et p̄ hanc
primā limitationem respondet ad l. bene à Zenone. ex
qua respōsione nascitur una limitatio ad hoc secundū
membrū. ¶ Sed ulteriùs, nec extra ꝓpositum, limita, &
secundò, illā † l. bene à Zenone. nō habere locum in ec- 36
clesia donataria principis: q̄a rem alienā nō præscribit
quadriennio, secundū gl. in uer. consensu. in c. quicūq;
militū. xij. q. ij. Et sequitur Lud. Ro. in sing. dcxxv. quod
incipit, regula est. dicens, quasi oēs Doc. Italiæ idem cō-
suluisse, nisi de illa gl. mentione nō facta: & allegat illa
gl. bonū tex. in c. placuit. ſ. & ibi gl. xvj. q. iij. & est gl. in ſ.
quas actiones. in uers. quadriēnij. in d. c. placuit. eadem
causa, & quæstione. ¶ Tertiò limita, ut † non procedat
in rebus ecclesiæ donatis alteri à principe: q̄a ille non
præscribit, nisi spatio, quo alius bona ecclesiæ præscri-
beret: non aūt quadriennio, ut est tex. in d. c. quicunq;
militū. in uer. seculari. de principe. ¶ Quartò limita, ut
indistinctè † nō teneat de iure Canonico, ut est gl. sing. 38
in c. j. in uer. irrita. de reb. eccl. nō alie. quod intelligunt
ibi Doc. scilicet in præiudiciū ecclesiarum. Sed inter lai-
cos sentiunt maximè do. Abb. q̄ procedat, *intelligēdo*
eam, ut dictū est: & pro hoc facit, q̄a alter intelligendo
non procederet in terris ecclesię, per tex. in c. si duobus.
j. de app. & ibi per do. Abb. cum cōcor. quas *dixi in c. j.*
in iiij. fallen. ſ. eo. Quod si esset uerū, multum enerueret
d. l. ¶ Quintò limita illā legem, dum † modò princeps
donet rem alienā, dicendo se facere de plenitudine po-
testatis, secundū Bal. *in* proœ. *huius libri*: & ibi dicit, q̄
omnis modicus error rumpit illam l. Tamē hæc limita
tio repugnat illi legi indistinctè loquēti, nec uidetur ne
cessaria intelligendo eam secūdum primam limitatio-
nem, ad quā fortè Bal. non cōsideraūit in d. proœ. nec
etiā in d. l. bene à Zenone. in prin. dum dicit, in aliquib.
lec. q̄ illa l. habet plus de bono, q̄m de æquo bono. ¶ Re-
cipit modò hoc secundū membrū se-
quentes declarationes. ¶ Prima est, q̄ † licet 40
Papa non possit priuare quē iure suo
sine causa, tñ in beneficialib. pōt quē
b priuare b, p̄ libito suæ uoluntatis, ut lā-
tè p̄ Arch. in suo tract. De hæresi, incip.
Sācti simo in Christo patri. uer. & qa
tanta est præeminentia. ubi dicit, q̄ in
talibus Papa est dominus, quantum
ad usum: quia eis uti potest, sicut pla-
cet, & decet suam potentiam, siue sta-
tum. Allegat. xij. quæst. ij. bonæ rei,

b *Priuare*] *Adde q. idē tenet & cō suluit do. Soc. cōs. clvj. inci. p̄ fundamento decisionis. uer. qb. præmissis. in fi. in ij. parte. et in cōs. clxiiij. inci. Visa bulla Bonifacij. uers. secundum casus. in d. parte.*

rendo alicui rem suam, uel quid simile faciendo. ¶In quo corollario sæpe consideraui, q licet sit fundatũ authoritatibus Doc. tamen nõ probatur iure expresso: & & si est uerum, sequitur iste effectus, q quasi semper omnis dispositio principis contra ius diuinũ, uel naturale erit ualida: qa raro eueniet, q ad saluãdum actum non possumus imaginari & diuinare aliquam iustam causam: qua imaginata illa semper præsumetur, & actº ualebit, ut dixi in prima limitatione: & tamen possibile erit, q illa causa imaginata in ueritate non subsit. Et ideo considerando gl. in d. l. antepen. ff. ex qui. cau. ma. & Doc. in locis allegatis in præcedẽti concluſ. & uerba. do. Abb. in c. fi. in fi. uer. ego sustentando j. eo. & in rub. j. de app. uer. finaliter. Tamen fortè attentari posset, q ubicunq; dictum est s. dum modò cum causa fiat, intel ligamus scilicet apparenti, uel expressa: aliàs ualde inane esset hoc requirere, scilicet causam, si sic est, q semper præsumeretur. Vnde meritò do. Abb. hîc, & in locis s. alleg. limitauit hanc conclusionem non procedere, ubi princeps uult rumpere propriũ contractum. Sed si bene aduertantur rationes, quæ eum mouent, probant generaliter idem esse, ubicunq; uult alicui tollere ius suum: & ad idem facilè seruirẽt rationes, in quibus fundantur, quasi omnes limitationes datæ huic conclusioni. Quæ autem dicta sunt s. proxi. de actu parte non citata, & similia, fatenda essent, dum modò ex causa, quæ apparẽret, sicut in c. cùm olim. de rescript. exprimit causa omissæ citationis: scilicet, quia liquidò constabat de *surreptione*. Et propterea in intellectu huius materiæ est ualde cogitandum. Illud autem certum sit, q in foro conscientiæ, ubi pars scit causam non subesse, non tenetur principi parẽre, secundum Imol. hîc post Inno. c. inquisitioni. de sent. excom. quia in foro poli non incidit per præsumptiones, ut dixi in c. j. in prin. vj. fallentiæ, s. eo. & ita latè tractat Pet. de Anch. in rep. c. si propter. in ij. & iij. opp. de rescri. in vj. ubi semper uide. ¶De *mum circa prædicta* restaret uidere, quando princeps scribit modis prædictis, quibus clausulis sit opus. Sed quia plenius tangitur in c. nonnulli, j. de rescrip. quàm in hac decretali, quæ satis onerata est: ideo erit ibi aliquando dicendum. ¶In glo. ij. in fi. Sentit gl. q si quis sine culpa incidit in egestatẽ, tunc ei fit subueniendum: & loquũtur iura glo. respectu eleemosynæ, uel alterius subuentionis: & facit c. quiescamus. xlij. dist. per quod sentit hî: Ioan. And. q etiam pauperi ex culpa sua succurrendum est, ne egeat. Quod intelligit Imol. si aliter uiuere non potest [a], aliàs sibi imputet. Pro quo facit l. bona fides. ff. depos. & c. pasce. lxxxvj. dist. & c. studeat. in fi. l. dist. & l. uocare. ff. de lib. agnos. in fin. ¶Subdunt hîc do. Card. & Imo. respectu huius decretalis, q ualuisset statutum, saltem, quo ad feuda laicorum, si præuidisset solũ de alienatione fienda à uasallo, qui pauper effectus esset sine culpa sua: quia ex hac iusta causa potuisset statutum iuri tertij præiudicare, q prædicta: & maximè, cùm præiudicium nõ esset graue, attento q is, in quẽ alienabatur, recognitur[a] fuisset solùm utile ab alienante & directũ à domino. ¶Et in quantũ sentit Ioan. And. & prædicti, q † beneficia data 68 paupertati non competunt illi, qui ex culpa sua peruenit ad paupertatem: adde tex. in l. pen. ff. de iure do. quem dicit hîc Bal. esse ualde not. q beneficium, ne quis conueniatur ultrà, cõ facere possit, non competit ei, qui propter maleficiũ deuenit ad inopiã. Et per illum tex. dicit etiam Bal. in c. sedes. s. eo. q paupertas, quæ captiosè obuenit, non prodest. Pro hoc l. fi. §. fi. ff. de his, quæ in frau. cred. ubi tex. q beneficium cedendi bonis non competit ei, qui dissipauit bona in fraudem creditorum: & illum pro sing. ponderat Ang. ibi, & in l. j [b]. C. qui bo. ce. pos. & in l. is, qui bonis. de cess. bo. & Bal. in §. fi. Inst. de act. & in l. j. in v. q. C. si quid in frau. patro. Ad idem l. etiam. §. licet. & ibi omnes Doct. ff. de sol. mat. ubi marito facto pauperi ex culpa sua non competit in restitutione dotis beneficiũ, ne conueniatur plus, quàm possit. Similiter dixit Bar. in l. si cùm dotem. §. si post. ff. sol. mat. & Bal. in authen. qd locum. C. de colla. q pater nõ tenetur iterum dotare filiam, quæ dissipauit dotem [c]. Et *idem* dicunt de filio, qui culpa suâ perdidit bona data sibi iure legitimæ. Et idem Bal. in l. scimus. & in l. omnimodo. §. imputari. ff. de inoff. testa. Et pro his facit dictum no. Bar. Ang. & Imo. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. dum dicunt, quòd si filia dissipauit fructus fideicommissi, computantur sibi, quo ad dotem: secus, si non malitiosè cõsumpsit, ut ibi per eos, & Paul. de Cast. in authen. res, quæ. C. communia de le. & Paul. de Cast. in consi. xiij. Quod autem de bonis datis filio pro alimentis, uide Bal. in authen. si captiui. C. de episc. & cler. & in authen. contra rogatos. C. ad Treb. & Paul. in d. consi. & bon. tex. in l. imperator. ff. ad Tre. Ista faciunt, q iura loquentia de redemptione captiuorum, non habent locum in captiuis ex maleficio: quod firmat, quod Bal. in authen. cõtra rogatos. C. ad Treb. q d. l. bona fides. Ex quo infert, q illa authẽ. nõ habet locum in talibus. Tamen in hoc contrariũ uoluit gl. ordinaria in c. sacrorũ. xij. q. ij. quem sequitur loã. de Ana. in c. significauit. j. de Iudæis. allegando etiã Cal. in l. illud. in prin. C. de fac. san. eccl. & idem Bal. in authẽ. similiter. in prin. C. ad l. Fal. & Bal. Imo. & Ro. in l. quamuis. ff. sol. ma. Facit l. si quis, p redemptione. in uers. pissimam. C. de dona. ¶Nec istud repugnat prædictis: quia nõ agitur hîc de auferendo iure alicuius, *eo inuito*, ut subueniatur ei, qui ex culpa sua indiget subueniri: secus, si ageretur de alterius præiudicio, ut probant prædicta, & faciunt not. per Ang. Imol. & Ro. in l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Treb. ubi dicunt, quòd licet hæres possit alienare bona fideicommissi pro redimendo se captiuo, ut ibi: tamen si est captiuus ex maleficio, secus est: tamen quia delinquens perdit priuilegium aliàs sibi concessum, l. sed si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eod. l. etiam. §. j. ff. solut. matr. tum etiam, quia istud est in præiudicium fideicommissarij, cui culpa hæredis non debet obesse, ut ibi latiùs per eum, & Fulg. aliter sentientem in authen. res, quæ. C. communia de lega. ¶Non obstat etiam opin. gloss. in dicto c. sacrorum. quòd culpa sua non debet esse proficua captiuo ex maleficio: regula, mora. de reg. iur. in vj. cum ibi allegatis: quia uerum est, quando culpa est ordinata ad illud, scilicet ut sit sibi proficua: aliàs secus. Patet ex l. iiij. in princ. ff. si quis cau. & not. Bart. in l. ij. §. fin. eodem titulo. Et facit quod not. gloss. & Doct. in c. statutum. §. j. in uerbo, non audens. ibi dum dicit, uel fortè relegatus. de rescript. in vj. & est text. in c. quia diuersitatem. de consess. præben. in uer. licet ex culpa sua. & ibi dominus Abb. ad fin. facit, quod not. Angel. in disputatione incip. Bononiensis à sua ciuitate bannitus. iiij. quæstione, ubi concludit, quòd † excusatur bannitus, si non comparet, nec mittit procuratorem, quando timet uim inferri, nedum sibi, sed etiam causæ, ut si est repulsus propter partialitates uel habeat causam cum potente. Et hoc etiam, si sit bannitus ex culpa sua: quia non fuit principaliter ad hunc casum ordinata. Allegat legem, si uehenda. §. idem iuris

a *Non potest*] *Adde Lud. Ro. in sing. uers. ius. uers. quæro, differentia est xxiij. & text. in l. si locus. §. fin. ff. quemad. ser. amit. & adde Spec. in tit. de instru. edit. §. xiiij. uer. sed an pauperes. & seq. item q panis. & uer. sed qualiter subuenietur. & tit. de stat. mo. uersi. quarò quæritur. & adde Abb. in c. à nobis. de iure pa. & j. q. 1. vij. exigunt.*

b *In l. j.*] *Vide Bald. & Pet. de Suza.*

c *Dissipauit dotem*] *Adde dom. Socin. qui idem tenet in suo consilio lxxv. incip. Circa præsentem consultationem. uer. primò, quia ultra. circa princ. in prima parte.*

ris. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Item, quia istud commodum non contingit principaliter ex culpa sua, sed in quandam necessariam consequentiam, l. relegatorũ. §. fi. ff. de interd. & releg. l. sine hæreditaria. & ibi gl. ff. de neg. gest. & idem tenet Io. An. post arch. in d. c. statutum. & ibi Domi. ¶In gl. in uer. feudũ. ibi, alij. in feu-
69 dum dare potest. No. glo. q † uasallus potest sibi acquirere nouum uasallum in feudando ei feudum, etiam in feudando sine licentia superioris domini: & uidetur expressum in titulo de l. Conradi, §. similiter. & no. dom. Abb. in c. transmissa. per illum tex. in iiij. no. infra, de foro competenti. & Bal. in c. j. in fine prin. qui feu. da. pos. & placet. Docto. hîc, dum modò non infeudet ecclesiæ: quia tunc deterioraretur cõditio prioris domini, ut in c. si clientulus. allegato in glo. de quo. j. nec potest uasallus relinquere feudum in ultima uoluntate ecclesiæ, ratione prædicta, secundum do. Abb. hîc, de quo etiam j. An autem transeat feudum in monasteriũ, si uasallus ingreditur monasterium, remittunt Doc. ad no. in c. in præsentia. de proba. ¶Recipit autem ista glo. vj. declarationes ultra Doct. hîc. Prima est, ut non procedat infeudo ecclesiæ: quia uasallus non potest ipsum alteri infeudare sine consensu prælati, secundum Bal. per uerbũ. Fortè, in c. j. §. præterea de cap. Contra. pro quo uide tex. in c. ij. de feu. qui tamen loquitur in alienatione ex toto asse. Sed mouetur Bald. fauore ecclesiarũ, & quia quod omnes tangit, &c. l. fi. C. de autho. præstan. & ut amputetur occasio malignandi, ut ibi per eum confirmantem post gl. ibi, opinio huius glo. ¶Sed ista limitatio fortè est contra mentem huius glo. *Quinimo* est contra text. in c. cùm Apostolica. j. de his, quæ fi. à præla. secundum unum intellectum do. Abb. ibi, dum dicit, q ideo potuit ibi feudatarius ecclesiæ concedere feudum alteri ecclesiæ, non requisito domino: quia non definebat esse uasallus ecclesiæ dominæ, sed acquirebat sibi alium uasallum. ¶Secunda declaratio est, q quando est positum pactum expressum de non alienando, non habet locum gl. ista, secundum Bal. in d. §. præterea. ut pactum aliquid operetur. Alle. no. in l. sed & si quis. §. quæritum. in fi. gl. mag. ff. si quis cau. Et quia quando prohibitio noua additur prohibitioni ueteri, tunc habet ampliare, sicut decimus econtrà in promissione, ut notant Doct. in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nun. & §. sanctissimas. in authen. de aliena. & emphy. secundum eum. In quo considera, quòd ista non est alienatio, ut dicit do. Abb. in d. c. cùm Apostolica. Nec uerba sunt interpretanda contra propriam significationem, ut feudatarius incidat in pœnam. Ideo cogita. ¶Tertia declaratio est, q ille, quem uasallus inuestiuit de feudo, tãdiu habebit feudum, quãdiu uixerit primus uasallus, uel eius filij: quia non potuit uasallus plus iuris alteri concedere, quàm ipse haberet, c. Daibertum. j. q. vij. Ita dixit Spec. in tit. de feu. §. ij. uer. xxxviij. Et ideo dicit Bald. post la. de Bel. in c. j. §. rursus. uer. sed pone, miles. de controuersia inuesti. quòd si miles, qui alteri concesserat feudum, moritur sine hærede, redibit feudum ad dominum cum omni incremento, per illum tex. quia materia erat sic ordinata naturaliter: & idem Bald. in c. cæterùm. in fi. infrà, de iudi. & in c. j. notabili, de aliena. feu. ¶Quarta declaratio est, q si primus uasallus uendat secundo: & secundus tertio: & tertius uendat pro allodio, quòd reuocatio & uendicatio *non* pertinet ad primum & secundum uasallum, sed ad primum habentẽ directum dominiũ, quia secundus dans, uel quiuis ulterior, nullum habet dominium, & sic nulla uendicatio compedit, secundũ Io. An. in d. uer. xxxviij. ¶Quinta declaratio est, q laicus habens decimas in feudum ante concilium Lateranense, non potest eas alteri infeudare, per c. prohibemus. & ibi Doc. de deci. nisi quando concedit eas ecclesiæ, uel loco religioso cum consensu episcopi, per c. cùm Apostolica. de his, quæ fi. à præl. An autem possit cum consensu episcopi alteri laico infeudare? Communiter tenetur, q non, ut per Ioan. An. in c. ij. de feu. per d. c. cùm Apostolica. à speciali, & ibi etiam per Doc. & per do. Abb. in d. c. prohibemus. & in sua disputatione, quæ incipit, Augerio. uersic. secundò principaliter. ubi sic limitat istam glo. Ex quo sequitur, q decedente tali feudatario sine successore, ecclesia, ad quam decimę reuertuntur, non potest eas alteri laico infeudare. Sed tamen do. Car. in d. c. ij. in x. q. tenet contrarium in utroq; dicto, dans cautelam, q si talis uult dare decimas alteri laico renunciet eis in manibus episcopi, qui potest postea alium inuestire: & *idem* gl. ij. in d. c. prohibemus. Et hæc opinio prævalet de consuetudine, secundum Imo. in d. c. ij. licet *communis opinio* sit incontrarium. Et ista sæpe accidunt. ¶Sexta declaratio est, q uasallus uasalli mei, non dicitur uasallus meus [a], ut not. gloss. fi. in c. legitur. lxxxj. dist. & Bald. in c. cùm dilecti. de dolo & contu. & Spec. latè in tit. de feu. §. ij. uer. xiiij. ubi dicit, q homo hominis mei, nõ est homo meus, per l. Modestinus. ff. de uer. sig. sicut nec libertus liberti mei, non est libertus meus, l. si quis à liberis. §. liber. ff. de lib. agn. Vnde infert, q licet unus baro sit homo ligius regis, tamen homines illius baronis non sunt homines regis: sicut dicitur de subditis episcopi respectu archiepiscopi, iij. q. ix. cap. nullus primas. c. pastoralis. infrà, de offi. or. Et hoc refert gloss. breuis in cle. j. in uer. existere. de iureiuran. & ibi Innoc. Ad hoc uide Bald. omninò in d. c. j. §. rursus. ad fin. de contro. inuest. Tamen hoc dictum non intelligitur, quando homines uasalli sunt inuestiti à domino suo de feudo, in quo ipse dominus habet solum utile, sed de subditis simpliciter, uasallo alterius. Stat ergo difficultas, si ipse uasallus concedit subdito suo feudum; quod ipse recognoscit à rege, an ipse, quo ad illũ subditum, dicatur dominus suus respectu directi. In quo dicit Bald. in cap. cæterùm. ad fi. infrà, de iudi. quòd quando uasallus alienat de uoluntate domini, definit omnino esse feudatarius, tam quo ad possessionem, quàm quo ad utile dominium, ut not. in l. fi. ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commo. Secus, si uasallus acquirat suo nomine alium uasallum sibi: quia tunc non desinit esse uasallus *domini sui*, nec cedit feudum alterius, sed concedit: & sic reperitur utile dominium superius, & utile sub isto, ut no. in simili per glo. subtilem in l. ex asse. ff. ad Treb. & patet in c. imperialem. §. illud quoq; de prohi. feu. alie. per Fed. secundum eum. Et addit, q si sum feudatarius regis, & de meo feudo acquisiui plures feudatarios, orta inter eos controuersia, cognoscam ego, & non rex, quando à me recognoscunt feudum. Et ad hoc uide etiam Bal. in l. ij. C. unde cog. Vbi dicit, quòd licet rex in uniuersali regno Apuliæ concesso sibi in feudum ab ecclesia, habeat tantùm utile dominium, sicut habet uasallus in feudum, cap. j. & ibi not. de inuesti. de re. alie. fa. not. Host. in summa de feu. §. quod ius acquiritur. per Baldum in leg. j. C. si plures una sententia. & in leg. j. ff. de confessis: Tamen singularia feuda, quæ concederet ipse rex in regno, dicentur esse directi *dominij ipsius regis*, per not. per glossa ibi. Et sic in istis singularibus feudis retinebit possessionem ciuilem: quam non retineret, si non haberet directum dominium, ut per gloss. finalem. & Doct. in leg. prima. C. uti poss. Sed Ludouicus Ro. non putat hoc ibi esse uerum: quia si directum est apud ecclesiam, & utile tantùm apud regem, tanquam uasallum: sequitur, quòd apud regem non potest esse aliquod directum dominium in solidum, dict. §. si duobus. Et ideo melius est locutus Baldus in dicto

a *Meus*] *Adde Bart. in l. si quis à liberis. §. si quis de lib. agn. & in l. Claudius. uersi. secundò casu, quando est pugna. ff. qui po. in pig. ha. & Bal. in l. uersi. quæro testator. C. communi. de leg.*

c. quæ in ecclesiarum.

c. cæterùm. licet Roma. ipſe non alleget. Et ultrà ipſos uidetur aperta deciſio Ioan. And. pro dicto eorum in d. uer. xxxvij. Et ſecundum prædicta intellige notata per dom. Ant. in cap. potuit. uer. ſed dubium eſt. ℣. de loca. & Bal. in d. l. j. uer. dic breuiter. C. uti poſſ. & per dom. Ant. in d. cap. cæterùm. uer. quæro, quid ſi feudatarius.

70 ¶ Cæterùm † in quantum dictũ eſt poſt do. Ab. quod uaſallus non poteſt relinquere feudum, pro anima, per text. in cap. j. §. donare. qualiter olim feud. alie. pot. Adde Bal. in l. uoluntas. C. de fideicom. ubi dicit, quòd filia prohibita alienare extra familiam, non poteſt legare extraneo pro anima, per d. §. donare. Et per illum textum Lu. Ro. in authẽ. ſimiliter. uer. xv. & ſeq. deſtruit duo dicta Bald. Primum dictum Bald. in l. ſi ſponſus. §. conceſſa. ff. de do. inter ui. & uxor. dum dicit, quòd ſi res eſt donata cum pacto, quod non poſsit alienari, tamen ad pias cauſas poteſt alienari. ¶ Secundum dictum Bald. in l. ſi. per illum text. C. de ſacro ſanct. eccle. dum dixit ſtatutum prohibens minorem, uel mulierem alienare ſine certa ſolennitate, non procedit, ſi alienat in eccleſiam. Nam hæc duo dicta ſunt contra text. in d. §. donare. ſecundum eum, de quo infrà proximè dicitur. ¶ Et adde Bald. in cap. imperialem. in prin. uer. quæro ergo. de prohib. feud. alie. ubi dicit, quòd ſi uaſallus legauit feudum eccleſiæ, non tenetur dominus eam inueſtire: quia duraret apud eccleſiam in infinitum: & in hoc eccleſia eſt deterioris conditionis. Alleg. not. in leg. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. obl. & cum iſtis concor. Bald. & Imo. hîc: quia eccleſia eſt de perſonis prohibitis, in c. clientulis. de alie. feu. Et iſta concluſio ampliatur adeo, quòd ſi relinquitur feudum pro anima, non debetur, ſecundum Bald. in l. j. uerſi. quæro ulteriùs. C. de ſacro ſan. eccle. Alleg. c. j. circa medium, in tit. qualiter feu. olim alie. poſ. & quod habetur in c. filius. infrà, de teſta. & in l. uxor patrui. C. de leg. & idem uidetur uelle Bald. in d. §. donare. uerſic. ſed ego quæro. Pro quo facit, quod not. gloſſ. in cap. ſi epiſcopus. xij. q. v. & Innoc. in d. c. filius. & Paul. de Caſ. in l. cùm alienam. C. de leg. & Bart. in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. j. & quod ſentit gloſſ. xij. q. ij. in ſum. ubi habetur, quòd legatum de rebus eccle. non ualet, etiam quo ad hoc, ut debeatur æſtimatio: ſed quia in hoc eſt uarietas, & contrarium tenet Bald. in d. c. cùm alienam. & Bald. Imo. & Pau. de Caſt. in d. §. conſtat. & Hoſti. in d. cap. filius. & latiſsimè domi. Abb. & ibi, in repetit. cap. cùm eſſes. uenio ad quæſtiones: & primò quæro. eod. tit. & facit, quod not. Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua. uer. xcvij. ideo hanc ampliationem aliter non firmo: ſed cùm pendeat ab intellectu d. cap. filius. remitto ad Lud. Ro. profundiſsimè de eius intellectu loquentem in d. authen. ſimiliter. in x. priuilegio piæ cauſæ circa teſtamenta, & Doct. in d. c. filius. ¶ Erit ergo in propoſito regulariter uerum, quòd feudum pro

a Non poteſt] *Adde Bart. Cep. in cap. j. xxviij. differẽtia. de cog. feu. & Ia. Alua. in cap. j. an ag. uel ſi. & Pau. de Caſ. conſil. clxj. & dom. Socin. conſ. xix. incip. Pro deciſiõe præ dicta. uerſi. circa quam q. cum uer. ſequ. & uerſic. nec obſt. ubi plenè, an uaſallus, ſeu feudatarius poſsit inſtituere*

a anima relinqui non poteſt[a]. ¶ Ad cuius regulæ intellectum dantur quatuor limitationes. Et primò limita ex dictis Hoſt. qui plenè & altiùs omnibus ponit hanc materiam in tit. de immu. ecc. §. in quantum. uer. ſed nec illa immunitas. maximè ibi, ſolutio:

71 qualitas feudi, etc. Vbi dicit, quòd † iſta habent locum in feudo, quod nõ eſt perpetuum, ſed ad tempus: & in quo ſeruitium nõ poteſt præſtari per alium. Sed ubi iſta duo ceſſant, poteſt feudum relinqui pro anima: quia cùm non agatur de præiudicio domini, non debet eſſe locus plus deterioris conditionis, quàm alius, in quem tale feudum alienari poteſt, ut ibi per eum oſtendentem, quòd tex. in §. donare. nõ potuit aliter præiudicare eccleſijs: & hoc dictum ſequuntur hîc in paucis Io. An. Domi. & alij communiter, & Cal. in ti. de feu. conſi. x. & Lud. Ro. conſi. cxcix. incip. In Chriſti: præſens ſtatuti particula. & in ſing. liij. incip. Tu ſcis, quòd uaſallus. & ibi fatetur ſe ignoraſſe hoc dictum in repe. d. authen. ſimiliter. uidelicet quòd §. donare. non procedit indiſtinctè de iure Canonico: ſed non aperit, an per hoc ceſſent dictæ impugnationes ſuę, quas ibi fecit contra Bal. fundantem in d. §. donare. ¶ In quo reſpectu primæ, uidelicet an pactum de non alienando intelligitur etiam in piam cauſam: dic, quòd iſtud pendet ab alio dubio, ſcilicet quãdo ualeat pactum de non alienando, de quo per Bar. & alios in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uer. ob. & in l. ea lege. cum ſequ. C. de cond. ob cau. & Petr. de Anch. in conſil. ccccxj. & Bald. hîc, & in c. at ſi clerici. infrà, de iud. cum concor. In quibus etiam ponitur de alienante rem eccleſiæ: & uidetur, quòd ubi prohibitio tenet, operetur etiam in alienatione, quæ fit in eccleſiam, niſi prohibitus alienare ingrediatur monaſterium, *ut latiùs in dictis locis.* Et pro hoc ultimo facit, quod dicetur prope uerſi. tertiò limita. Aliter tamen non affirmo, quia dictum Bald. in §. conceſſa. ſequitur Lud. in d. conſi. & ſentit etiam Bald. in d. §. donare. dum dicit, quòd eſt ſpeciale in feudo, & latè ipſe firmat hoc in d. §. conceſſa. in recollectis. Sed in ſecunda impugnatione uidetur contrarium, quòd imo mulier, uel minor poſsit alienare ſine ſolennitate ſtatuti: quia alienat in piam cauſam, ut per dom. Abb. in c. relatum, el j. infrà, de teſta. poſt Bal. in l. generali. C. de ſac. ſan. ecc. & tetigi in c. j. in vj. fallentia, ſuprà, eo. ¶ Eſt uerum, quòd in hac prima limitatione ſubdit ſingulariter Imol. hîc, quòd uidetur intelligenda, quando feudum relinquitur alicui pauperi pro anima: ſecus, ſi eccleſiæ, cùm cenſeatur de perſonis prohibitis, nec in illa transferatur feudum, c. ſi clientulus. de alie. feu. & facit c. ij. §. pe. in fi. de le. Contra. ubi feudũ nõ poteſt dari alteri perſonæ, per quam fieret deterior conditio domini, ſecundum eum. Sed tamen iſtud eſt contra deciſionem Hoſt. in loco præalleg. & ſequacium, qui non faciunt hanc differentiam inter eccleſiã & pauperem. Et obſtant etiam rationes Hoſt. ibi, quas imitando poſſet dici, quòd ſicut diſpoſitio §. donare. non potuit nocere eccleſijs, quando natura feudi non repugnat translationi in eccleſiam, ut ſuprà ponitur pro cõſtanti: ita nec alia iura, per notata in c. eccleſia. infrà, eo. maximè per do. Abb. ibi, in uer. ad primum dico. Nec iſto caſu immortalitas eccleſiæ facit deteriorem conditionem domini, cùm non loquamur in feudo temporali, ſed perpetuo. Nec eſt expeditum, quòd eccleſia dicatur de perſonis prohibitis, maximè niſi ſeruitium eſt per ipſam præſtabile. Patet ex not. per do. Ant. & alios in c. in præſentia. de proba. per Arch. in c. ſi qua mulier. xix. q. ult. per Bald. in authen. niſi rogati. C. ad Treb. per Bald. in rep. l. de quibus. ff. de legi. cum concor. quas alias dedi in c. in præſentia. de proba. Et quamuis iſtud uideatur ſuſtentabile: tamen in practica multùm ualeret authoritas Imo. ¶ Secundò limita dictam concluſionem, niſi † uaſallus daret eccleſiæ feudum francum,

72 & exemptum à legibus pœnalibus feudorum: quia talis alienatio pro anima tenet, ſecundum Bald. in c. *inter dilectos.* uer. ſed nunquid. infrà, de fi. inſt. & in l. ſi plures. C. de condi. inſer. & in authen. niſi rogati. uer. & fuit quæſtio de facto. C. ad Treb. & ubi ꝙ allegat dictũ cap. inter dilectos.

b Francum] *Vide nota. per Pau. de Caſtr. in ſuo conſil. ibi in iij. col.*

b Quod autẽ dicatur feudũ francum[b],

uide

uide aliquid per Baldum in d. l. ſi plures, ſed pleniùs in capi. j. uer. alia quæſtio formatur ab Old. de capit. qui cur. uend. Nam francum eſt, quod ſui iuris eſt, nulli ſeruituti ſubiacens, & cui onus imponi non poteſt, niſi illud, de quo in feudi præſtatione fuit dictum: in feudatur enim tunc etiam proprietas. Nam ex pacto omne dominium concedi poteſt feudatario, ſecundum Ioan. Mo. in c. Abb. de re iudi. in vj. quem etiam Bald. alleg. in l. j. uerſic. quæro, an ualet confeſsio tutoris. C. de confeſ. Et aliquid per Ioan And. in Spec. in rubrica de præſcrip. ¶ Tertio limita, niſi † feudũ tranſiret

73 in eccleſiam ſimul cum uaſallo: quia tenet alienatio, donec uiuit naturaliter uaſallus ingrediens monaſteriũ, ut latè per Inno. & omnes in c. in præſentia. de probat. glo. & Bal. in c. j. de benefi. fœmi. Sal. in authen. ingreſſi. C. de ſac. ſan. ecc. Io. An. in Spe. de ſta. mo. §. j. uer. xlv. & Bal. in d. authẽ. niſi rogati. & hîc cum concor. quas aliàs dedi in d. c. in præſentia. ubi etiã reſpondi iuribus facientibus in contrarium. Et poterit monaſteriũ præſtare ſeruitium per ſubſtitutum, ut in dictis locis, & Io. An. in Spec. in tit. de feu. §. j. uer. xxj. & probatur in c. j. §. ſi quis deceſſerit. & ibi not. ſi de feu. fue. controuer. & in l. quiſquis. cum gloſſ. & ibi not. Doc. & in l. ad ſimilitudinem. C. de epiſ. & cle. An autem hæc limitatio procedat, ubi uaſallus non poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ut quia eſſet electa induſtria perſonæ, examinantur in locis prædallegatis, maximè in d. c. in præſentia. ubi eſt locus prius: & ibi dicta multùm ſeruiunt ad totam hanc quæ

74 ſtionem. ¶ Quartò limita ſingulariter, niſi † habens feudum ab eccleſia uelit ipſum transferre in aliam eccleſiam, etiam non requiſita eccleſia domina: quia poteſt, ut per hoc eripiatur de manibus laicorum illud feudum: nam honeſtius eſt, quòd penes eccleſiam ſit, quàm penes laicũ, præſertim cùm omnes eccleſiæ ſint una eccleſia & membra uniuerſalis eccleſiæ, c. pe. §. una uerò. de ſum. tri. & decidit do. Abb. in c. cùm Apoſtolica. infrà, de his, quæ fi. à præla. motus per illum text. niſi potuit habens decimas unius eccleſiæ in feudum donare eas alteri eccleſiæ prima non requiſita: quod fuit ratione prædicta, ſecundum eum. Et ſic habes caſum

76 generaliter, in quo feudum tranſit in eccleſiam. Sed cogitabam, an dici poſſet, quòd ille tex. non ſit hoc modo dilatandus: quia loquitur in feudo decimorum obtento ante conſilium, de quo in c. prohibemus. de deci. cuius recuperationem & reuerſionem ad eccleſiam adeo deſiderabat lex Canonica, quòd ad quamcunq; eccleſiam rediret, cùm conſenſu uaſalli ualebat alienatio, dum modò exiret manum laicam, modò trahere hunc ſpecialem reſpectum, quem habuit ille tex. pro recuperatiõe rei ſpiritualis ad omne aliud feudum eccleſiæ. Non puto ſuſtentabile: quia ſi eccleſia inueſtiuit laicum de re temporali in feudũ, negari nõ poteſt, quin agatur de intereſſe eccleſiæ ex alienatione feudi: ſit emẽ

b eius conditio deterior, cum ſperaret eius reuerſionem

77 in nullis caſibus, quibus feudũ reuertit: & hæc ſpes fir mitur quæſita perditur per alienationem in aliam eccleſiam. Nec ſufficit, ꝙ omnes eccleſiæ ſint largè una eccleſia: quia per hoc nõ debet auferri uni, & dari alteri, c. cũ cauſæ. de præben. Aliàs nunq; eccleſia reſtitueretur in integrũ aduerſus aliã eccleſiã, cõtra c. auditis. ℣. de reſt. in integ. quia poſſet dici, unã nõ dãnificari, ſi alia haberet, quod eſt abſurdũ. Et ideo iſta limitatio procedere põt ſolùm in caſu c. cùm Apoſtolica, ſcilicet feudi decimarum. Sed extendere ad omne feudum eſſet periculoſum, & ideo poteris cogitare: quia iſtam conſiderationem non reperio ab alio ſcriptam. ¶ In ea gloſſ. ibi, nec feudum dari poteſt in dõ-

In dotẽ] *Adde Alex. in cap. ij. de feu. et in c. potuit. iiij. q. de loca. &*

a tem[a], intellige uerum, quando † pater filiæ uult ſibi dare feudum in dotem, ut perpetuò ſit dos ſua: ſed ſi daret, ut habeat, donec uaſallus uiuit, be

Bar. Cepo. in c. j. xv. diſt. de collat. feu. & omnino ui de Rõ. deciſ. ccij. patere Inn. et ad de do. Soci. conſ. xix. inci. Pro deciſione prædictæ. uerſi. uerum prædictis minimè. circa fi. cum uerſic. ſeq. in j. parte.

c. quæ in eccleſiarum.

ne poteſt, ſecundum Inn. & omnes in c. nuper. per illum tex. ℣. de donatio. inter uir. & uxor. & Io. An. & do. Anto. & omnes hîc, & Rotam in nouis deciſi. cxcix. incipiente, Pater poteſt dare feudum, & glo. Hoſt. & Ioan. An. in c. ij. de feu. & Spe. in titulo, de feu. §. ij. uer. xix. & Cy. in l. uoluntas. C. de fideicom. & facit, quod not. Sali. in l. j. C. de reb. eccle. non alie. Et ideo dixit Bal. in c. j. in prin. an mari. ſucce. uxori in benef. ꝙ fœmina habens feudum fœmineum, non poteſt ipſum dare in dotem alteri mulieri, ſed pro ſeipſa bene poteſt dare in dotem: quia non eſt ex toto alienatum, quod in dote propria retinetur. Poteſt etiam dare modo prædicto, ſecundum eum. Et idem Lud. Ro. con. cccclvij. incl. Omnipotentis: circa propoſitam. ad fi. Et ſecundũ prædicta intellige Ioan. And. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. xix. ut per Imo. in d. c. ij. de feu. Mortuo ergo uaſallo, uel muliere feudataria, reuertetur feudum ad eum, ad quem ex forma inueſtituræ reuerti habet, non autẽ remanebit marito, ſecundum prædictos. Secus eſt in emphyteuſi: quia poteſt dari in dotem filiæ, & mortuo patre filia poterit retinere, ex quo eſt tranſitoria ad hæredes, ſuper Spec. de loca. uer. cix. & ibi per Ioan. And. ubi dicit idem in donatione propter nuptias. Et de hoc per Imo. in cap. potuit. infrà, de loca. Et aduerte: quia in quantum prædicti Doc. ſentiunt, quòd hoc ſit ſpeciale fauore dotis, uidentur uelle, quòd aliàs non liceret feudatario, uel emphyteutæ concedere rem alicui ad uitam ſine conſenſu domini. Pro quo facit: quia iſta eſt alienatio, cle. j. de re. ecc. non alie. ubi translatio ad longum tempus eſt alienatio, & per Bart. in l. j. §. quod ait. ff. de ſuperficiebus. & in l. pe. §. inſtituto. ff. de lega. ij. cum concor. niſi concederet quis feudum faciendo alium uaſallum ſuum, ut ſuprà dictum eſt. ¶ In ea. gloſſ. ibi, l. interdum. licet iſta lex non probet contrarium, ut oſtendunt hîc Doct. tamen ſtatur hîc opin. contrariæ,

76 quòd † uaſallus poſsit renunciare feudo inuito domino, per text. in cap. j. de uaſal. qui contra conſtit. Loth. Et aſsignatur ratio: quia cùm concedatur feudum principaliter in fauorem uaſalli, poteſt ipſe fauori ſuo renunciare, cap. ad Apoſtolicam. infrà, de regularibus. Secus in aliis contractibus: quia ex poſtfacto ſunt neceſsitatis, l. ſicut. C. de act. & ob. Et hanc opi. tenet etiam Archid. in cap. de forma. xxij. q. v. allegans pro caſu d. c. j. & Spec. loquens tamen de conſue. in tit. de feu. §. quoniam. uer. xxvij. in fin. & Hoſt. expreſsè in tit. de feu. §. fi. uer. eſt & in ſumma. & Bald. in l. j. in xij. q. ff. de rer. diuiſ. & in l. cùm Archimedoram. in fi. C. ut in poſ. leg. Et iſtud ponitur pro regula, quòd uaſallus inuito domi-

b no renunciare poteſt feudo[b]. ¶ Sed

77 fallit quinque caſibus. ¶ Primò † fallit, ubi renunciatio eſſet nimis intempeſtiua, ſecundum Ioan. And. & omnes hîc, per ea quæ habentur in l. ſed etiam ſocius. §. fi. ff. pro ſocio. ubi permiſſa libera renunciatione ſocietatis, non intelligitur de intempeſtiua. Et idem tenet Ioan. And. in addi. Spec. in titulo. de loc. §. nunc aliqua. uer. cxxviij. ponens exemplum, quando uaſallus renunciat feudo tempore, quo guerra imminet domino ſuo. Pro quo exemplo facit: quia tunc ſeruitium incipit eſſe certum: Vnde uaſallus incipit efficaciter obligari: & ſic non poteſt dimittendo feudum reſcere onus, ut dicit glo. notabilis in leg. incola. la ij. ff. ad municip. uolens,

b Feudo] *Vide tamen Hoſt. in l. cùm fructuarius paratus. ff. de uſufru. & in l. loci. §. fin. ff. ſi ſeruendi. & in l. ſi abſente. de uſufr. & in l. ſi alienus. §. ſui. ff. de noxa. et uide Bartholo. Cepol. de ſer. ur. cxliij. & Card. hîc. & in cle. ij. §. deniq; vij. q. de rẽtiud.*

quòd

quòd post impositũ munus non possit renunciari in
colatui, ut ibi per eũ. In quo ultimo late insta Lu. Ro. in
l. is, cũ quo. ff. de aqua plu. arc. & facit, quod no. Spe. in
ti. de cens. §. j. uer. itẽ pone, quædã uicinia. Et hãc fallen-
tiam & dictũ exemplũ ponit etiã Bal. hîc, dicens, nõ ua-
lere renunciationẽ uasalli tempore, quo dñs est in bel-
lo: arg. l. filiæ meæ. ff. sol. mat. nisi posset consuli indẽi-
tati dñi prouidendo de uasallo æquè idoneo, sm eum:
quod no. & bene facit ad hæc c. j. de renun. ibi, tanto di-
scrimine. & quod ibi Imo. in notabilib. ¶ Secundò fal-
lit, ubi renũciaret nõ in manib. dñi, sed alteri[b]: quia nõ
nocet dño, secundũ prædictos, arg. l. seruitutes. §. pe. ff.
de serui. urb. præd. & quod habet in c. quod in dubijs. j.
de renun. & in c. cùm tẽpore. j. de arbi. & sequitur Bal. in
78 c. j. in tit. de alie. feu. paterni. ¶ Tertiò † fallit, qñ pro feu-
do præstatur certũ seruitiũ: quia tunc uasallus nõ põt
renunciare feudo, secũdũ gl. in c. j. ii. de capit. qui curi-
uend. & in c. imperialẽ. §. calidis. & ibi Bal. de prohi. feu.
alie. per Fed. & Ioan. And. in d. uer. cxxviij. & Dy. & Bar.
in l. is, cum quo. ff. de aqua plu. arc. & Bal. in proœmio
feudo. uer. sed statim quæritur. & in c. j. ad fi. de uasallo,
81 qui contra constit. Lotha. & Pau. de Leaza. in c. potuit.
de loca. uer. defende Vin. Et adducitur ratio: qa dñs ẽ
quasi in possessiõe seruitij, ex quo seruitiũ certũ est. Er-
go nõ debet dñs eo spoliari: arg. notatorum in c. quere
lam. j. de elec. Vbi aũt simpliciter cõcedit, nõ causa cer-
ti seruitij, procedit regula, quia obligatio incerta quo-
uscũq; nõ certificatur, non põt uasallũ obligare, l. ubi aũt
nõ apparet. ff. de uerb. ob. ¶ Hanc fallentiã intellige, qñ
præstatio seruitij continet dationẽ: sed qñ cõtinet factũ
tantùm, uideẽ, q uasallus nõ cogatur præcisè ad serui-
tium, sed liberetur præstando interesse, per regulã l. sti-
pulationes nõ diuidunt. uer. Celsus. ff. de uerb. obli. sm
Bal. in d. proœmio, nisi per iuramentũ se obligasset ad
actũ: quia tunc uirtute ipsius põt præcisè cõpelli, pro-
pter gl. uulgatã in l. si pecuniã. ff. de cõd. indeb. per quã
ita tenet Bal. in d. proœmio, & sequitur Lud. hîc, solùm
ponens in proposito in d. l. is, cũ quo. & pendet à qõne
trita, an iuramentũ debeat seruari in forma specifica:
in qua aliàs satis laborauí in c. ad nostrã. lo j. ff. de iurei.
79 ¶ Et † intelligas, sm Bal. hîc, de iuramento specifico ob
ligãte ad certũ factũ: non aũt de implicito, per quod iu
ramentũ se obligat: quia tunc quilibet uasallus conclu
deretur in hoc dicto, cùm quilibet iuret, d. c. j. de forma.
Et pro hoc de iuramento facit, quod no. Bal. in authen.
habita. uer. sed cõtra hoc oppono. C. ne filius pro patre.
ubi dicit, q scholaris conuentus corã rectore, nõ potest
ipsum declinare ratione iuramenti, quo est ei astrictus.
Ad hæredẽ tñ iurantis nõ tranſiret dicta uirtus iuramẽ
ti, secundum Bal. ubi §. per not. per Inn. & alios in c. ue-
ritatis. de iureiu. Et hæc fallentia cõiter tenetur, ut in lo-
cis prædictis, & seruaretur in practica propter authori-
tatem gloss. in d. c. j. secundum Imo. hîc, licet de rigore
iuris sentiat contrarium, propter tex. in c. j. de uasal. qui
contra constit. Loth. indistinctè loquentem. ¶ Ex his in-
80 fert, q † emphyteuta nõ potest renunciare emphyteusi
inuito dño, cùm teneatur ad præstandũ seruitiũ certũ
per uiã dandi. Vnde dimittendo rem, nõ põt ab hac ob
ligatione personali liberari, & probatur in l. quicunq;
C. de fun. patrimonia. lib. xj. Et ita infert Pau. in d. c. po-
tuit. & Io. An. in d. uer. cxxviij. nisi pactũ, uel consuetudo
aliud inducat, secundũ eum. Nec uideẽ, q ex omni cau-
sa iusta possit emphyteusis dimitti, ut sentit ibi Spe. nisi
esset talis, ex qua à iure liberetur, ut in exemplo ibi po-
sito per Spec. qñ tota res periit, iuxta l. j. C. de iur. emph.
Et hoc est de mente Bart. in d. l. is, cum quo. & de hoc ui-
de etiã Imo. in d. c. potuit. & Bal. in l. ij. C. de iure emphy.
¶ Quartò fallit, quando feudũ non habens certũ seruí
tium, conceditur per stipulationem: & sic p cõtractum,
nominatum, in l. iure gentiũ. §. quinimo. ff. de pac. quia
tunc renunciari nõ potest, per l. sicut. C. de act. & obli. &
not. in l. ex placito. C. de re. permu. Regula aũt procedit
in contractu innominato, in quo nõ interuenit stipula
tio. Ita declarant hîc Io. de Lig. & do. Car. & sentit Spe. in
d. uersi. ccxxviij. in ti. de feud. ¶ Quæ opi. si esset uera,
quasi nunq; haberet locũ renũciatio feudi inuito dño,
cùm cõiter hodie in quolibet cõtractu soleat apponi sti
pulatio, sm Imo. hîc, qui propter hoc eã nõ sequitur. Et
idẽ tenet Bal. in d. proœ. feudorũ. Addit tamen, q tenẽ
ad interesse, & credendũ est, q senserit, ubi obligatio cõ
stitit in faciendo, nõ in dando: quia tunc nõ tenetur ad
interesse. Idẽ etiã Bal. in c. j. de uasall. q cõtra const. Loth.
Quia ex quo annihilatur feudũ per renunciationẽ, ui-
detur tolli stipulatio, quæ uenit accessoria feudo, arg. l.
nõ dubiũ. C. de legi. & c. inter dilectos. j. de fid. inst. Quæ
tñ nõ parum urget, cùm præsupponamus tunc nõ pos-
se renunciari. ¶ Et per hoc etiã imitãdo Imo. facit: quia
sicut incertitudo impedit obligationẽ cõtractus inno-
minati, ita etiam noiati, d. l. ubi aũt, & l. triticũ. ff. de uer.
ob. & quia ista sola ratio incertitudinis est illa, quæ facit
ualere renunciationẽ inuito dño. Vnde non requiritur
81 distinctio prædicta. ¶ Fallit † quintò, seu declarat no-
tabiliter, sm Host. do. Ant. & Imo. hîc, & do. Card. in cle.
pastoralis. §. denicq; in vj. q. de reiud. ut licet uasallus
possit inuito dño renunciare feudo, & non teneatur ei
seruire, tñ non debet eũ offendere in memoriã pristini
dñi, arg. l. seruos. C. de quæstio. ubi qui semel fuit ser-
uus alicuius, nõ torquetur in caput eius in memoriam
præcedẽtis dominij. Quod dictũ confirmari põt, quia
uidemus in simili, q memoria & reliquiæ pristinæ qua-
litatis etiã abolitæ multũ operantur. Vnde dixit gl. no.
in c. si q episcopi. xcij. dist. q si clericus fuit ꝓmotus ad
episcopatũ, & sine culpa fortè ob insolentiã populi nõ
potuit episcopatum cõsequi, renũciauit, ꝓmotioni, nõ
põt deponi ab alio, quã à Papa in memoriã pristinæ ꝓ-
motionis, arg. l. fi. ff. de decu. ubi, qui desijt esse decurio,
nõ torquet in memoriã prioris dignitatis. ¶ Et hinc ẽ,
q ei, qui semel fuit legatus, semper debetur reuerentia
in memoriã pristinæ dignitatis, sm Spe. in ti. de lega. §.
finitur. in fi. per l. unicam, cum suis concor. C. de comi.
qui prouin. regunt, lib. xij. ubi comes post depositum
officiũ gubernaculorũ prouinciæ fungitur priuilegio
uicariæ dignitatis. Et hinc est, q qui deposuit officium
aduocationis, est in dignitate, & appellatur Clarissi-
mus: unde torqueri non potest, & debet in eo seruari l.
ad egregias. ff. de iureiur. secundum Bar. in l. j. per illum
text. C. de aduo. diuer. iud. Et hinc est, quòd qui semel
fuit abbas, deposito officio sine culpa, obtinet primũ
locum in choro & conuentu post abbatem in memo-
riam pristinæ dignitatis, secundum Io. de Lig. in cle. ne
in agro. de sta. mo. Sequitur ibi Imol. uerbi. in ulti. q.
82 ¶ Et † hinc est, q nouitius exiens de religione, in qua
assumpserat habitũ, licet possit uti uestib. secularibus,
nõ tamẽ debet uti lasciuis in memoriã pristinæ religio
nis, secundum Ioan. And. in c. consulti. j. de reg. per d. l.
seruos. & sequitur ibi do. Ant. & dom. Abb. dicens, hoc
esse cõsilium. Et hinc est, quòd si monasterium expulit
monachum, & in alio monasterio fuerit receptus, de-
bet primum monasterium prouidere sibi de necessa-
riis, secundum Io. An. in c. fi. prope fi. de reg. in memo-
riam pristinæ fraternitatis. Et hinc est, q mitiùs puni-
tur ille, qui semel fuit notarius, & modò depositus cõfi-
cit instrumẽta, quàm ille, qui nunquam fuit notarius,
in memoriam pristini officij & propter primodium ue-
ritatis, secundum Bald. in l. data opera. C. qui acc. non
pos. Et ista ab alio non reducta seruient ad multa. ¶ Ni
hilo minùs ista fallentia non procedit in duobus casi-
bus. Primus est, quando dominus offenderet ipsum
olim uasallum: quia potest se contra eum defendere,
ut per gloss. in cap. unico, in fi. in tit. hîc finitur lex. facit
cap. unicum, qualiter domi. propri. priue. ubi si domi-
nus offendit uasallum, priuatur eo ipso proprieta-
te: &

te: & sic uasallus potest eum offendere. ¶ Secundus ca-
83 sus † est, quando talis olim uasallus requireretur à Pa-
pa: ut moueret arma contra illum, cuius fuit olim uasal
lus: qa iussus Papæ præiudicat illi fidelitati primò præ
stitæ, arg. c. ueniẽtes. de iureiur. & l. imperatores. in prin.
ff. ad municip. Hos duos casus reperio notatos per do.
Car. in certis suis notis causarum, quæ sunt post consi-
lia: & est no. ccix. ubi tangit de quodã comite Albe. qui
desijt esse uasallus ducis Mediolani, & effectus est ua-
sallus Papæ. Et idem uidetur ipse sentire, etiamsi factus
esset uasallus alterius, & ei iurasset fidelitatem: quia ui-
detur iurasse etiam contra primum dominum, quod
tamen nõ affirmat. Sed tenendo etiã hunc tertiũ casum
posset confirmari: quia sublata causa feudi, est sublatũ
ipsum instrumentũ, quod regulatur sm materiã, super
qua præstatur, l. fi. C. de non nu. pec. c. ad nostrã. el j. de
iureiur. Et facit c. ij. de sponsa. & quod ibi dicit de iura-
mento præstito ab hoie homini. Et qui uellet multũ in-
sistere huic rationi, fortè cogeret cõcludere, q imo ista
fallentia iuris nõ probetur: tñ ipsam nõ moueo, tum ꝓ-
pter eius æquitatẽ §. confirmatã, tum propter authori-
tatẽ Hostien. & aliorum hîc. Sed caue in secundo casu,
quẽ dixi: quia tunc demũ iussus Papę excusat uenientẽ
p̃ iuramentum, qñ Papa scit de iuramento, aliàs non,
sm do. Ant. & alios in c. cõstitutus. j. de restitu. cũ cõcor-
quas ibi dicã. ¶ Extra glo. pro intellectu prædictorum
84 restat concludere, q † uasallus inuito dño non potest
regulariter feudũ alienare. Et hoc procedit, siue per cõ-
tractum inter uiuos, siue in ultima uoluntate, ut in c. j.
de prohibi. alie. feu. Etsi alienet, amittit ipsum, & nota-
rius scribens grauiter punitur, ut ibi: & ista regula poni
tur in c. j. de prohi. feu. alie. per Lotha. & in c. j. de uasal,
qui contra constit. Lotha. ¶ Et hinc est, q non potest a-
lienare etiã in alium conuasallũ, sm Bal. in c. j. uer. quæ-
ro, an uasallus. de prohi. feu. ali. per Fede. nisi in casu, de
quo ibi per eum. Et hinc etiam est, q non potest insolu-
a tum dari creditori[a], ut no. Bal. in d. c. j.

a *Creditori*] Vi de Bart. in l. si fi-nita. §. si de uecti-galibus. de dam. infect. & do. So-zi. consi. xix. in-cip. pro decisione prædictæ. uer. cir ca quã q. cũ uer. seq. in j. parte.

de prohi. feu. alie. per Fed. in uersi. sed nunquid ex cõsuetudine. Nec etiam in emphyteusim perpetuã cõcedi, uel ad longum tempus locari: quia hoc non procul distat ab alienatione, in authen. de non alie. aut nõ permu. §. alienationis. etiã cum pacto, q non intelligatur translatũ utile dominiũ: quia uideretur factũ in fraudẽ, iuxta notata per Cy. in l. ij. §. institutio. ff. de leg. ij. tenet Bal. in c. j. de proh. feu. alie. per Fed. uer. quæro, nũquid uasallus.

b *Pignorare*] Ad de Alex. cõsi. suo ij. ij. par. & do. So-ci. consi. xix. ꝛ. al-leg. uer. uerũ præ dictis minimè. cir ca princip. in d. parte.

Nec potest uasallus feudũ pignora-
re[b], d. c. j. de prohi. feu. alie. per Fede. nisi pignoraret domino, c. j. cum ma-
teria, j. de feu. Et in generali obligatio
ne, uel hypotheca non uenit feudum secundũ Spec. in tit. de pig. §. j. uer. sed nunquid feudum. & Bald. in l. uolun-
tas. C. de fideicom. & sentit Bart. in d. §. institutum. & la-
tè Ro. post Bald. in l. si constante. §. quoties. uer. item in
quantum. iij. q. etc. ff. sol. mat. contra Bar. ibi. Et si domi-
nus esset bannitus, uel excõmunicatus, pro hoc nõ ex-
cusatur uasallus, qui alienat sine consensu suo, secundũ
Bal. in c. j. in tit. hîc finitur lex. Et istam regulam deducit
latè do. Marianus de Senis in suo cõsi. inc. Clarissimus
rex Martinus. qd' est in ordine meo lxiij. ¶ Recipit autẽ
ista regula nouem declarationes, quarũ quatuor retuli
ẽ, imitando gl. & Doc. Prima fuit, quando uasallus uult
sibi facere alium uasallum. Secunda, quando relinquit
pro anima. Tertia, quando datur in dotẽ. Quarta, quan-
do renunciat ipsi dño. Quas intellige & declara ut ẽ.
Quinta declaratio est, qñ in alienatione est illa clausu-
la, Saluo iure domini, sm Bald. in c. j. §. donare. qualiter

c. quæ in ecclesia-rum.

olim feu. alie. pot. & idem Bal. loquens de emphyteusi,
in l. fi. C. de iur. emph. Ad quod uide eundem in authẽ.
quas actiones. uersi. ego habui. C. de sacro san. ecc. Et i-
dem in feudo, secundum Iaco. de Aluar. in c. j. in prin.
de prohi. feu. alie. per Fed. & Bal. in ti. de pa. Constan. in
uersi. liuellarię. Ad idem, quod no. Bal. in c. j. §. hoc quo-
que. ad fi. de succ. feu. ubi dicit, quòd si uasallus alienat
sub ista conditione, Alieno, si & in quantum possum, a-
liter non, nullum sustinet amissionis periculum, nisi in
casu pulchro & sing. de quo ibi per eum. ¶ Sed iste mo-
dus non est turus, secundum do. Abb. in c. ij. ad fi. infra,
de feu. ubi allegat Bald. & benè, in c. j. §. fi. uer. sed pone,
pater. quæ fuit prima cau. benefi. amit. Et idem ultra ip-
sum uoluit etiam Bal. in l. j. uer. quæro, quid si prohi-
bita. C. de his, quæ pœnæ no. quia cùm non sit denun-
ciatum domino, uidetur fieri clàm. Et ante factum, uel
in ipso facto requiritur licentia: factum autem, id est,
traditio, est contrarium protestationi. Facit, quod no-
tant Host. & Ioan. And. in c. eam te. de iureiur. ubi di-
85 cunt, quòd † ista clausula, Saluo honore domini, non
releuat uasallum alienantem. Et idem dicit de uerbo,
Saluo iure: quia malè ius seruat, qui totum eneruat. Ie-
deo taliter alienans incidit in commissum, secundum
eos. Et sequitur ibi dom. Car. do. Ant. & Imo. & Ro. sing.
cccxxvij. inci. Tu habes, quòd uasallus. ¶ Saluatur ta-
men dictus modus, si dicatur, Saluo iure domini, & nõ
aliter, nec aliò modo, secundum dom. Abb. in d. c. ij. &
Bald. in loco per eum allegato: quia tunc intendit alie-
nare, cùm possit, & non aliter: & sic nihil uidetur actũ,
iuxta not. in l. si quidem. C. de excep. & in l. si quis locu-
ples. ff. de manumiss. test. Facit, quod no. Bal. in authen.
ingressi. in iiij. col. uersi. quæro secundò. C. de sac. san. ec.
ubi dicit, q aliud est dicere, Profiteor, si mihi licet retine
re fundum: & aliud, si addat, Et nõ aliter, nec alio mo-
do: quia ista uerba habent uim cõditionis. Allegat no.
in l. si quidẽ. C. de excep. & itẽ tenet do. Ab. in c. finiuan
te. ad fi. qui cle. uel uouẽ. Et hoc modo procederet dictũ
Bal. in d. §. hoc quoq; ubi propriè sic loquitur. ¶ Est ue-
rum, q contra istam saluationẽ tenet Bal. in proposito
in d. l. uoluntas. quia adhuc factũ est contrariũ protesta
tioni. Et pro hoc facit, qa dicta uerba Et nõ aliter, operã
tur, ubi agitur de declarando actum nõ præiudiciali, ut
tradit ur per Bal. post gl. in d. l. si quidẽ, secus, ubi actus ẽ
præiudicans alteri: quia dicta uerba non prosunt.
¶ Vnde dicit Bal. in l. j. uer. demum quæro. C. de confes.
q in re facta non ualet ars uerborũ. Similiter dicit Bal.
in c. fi. uer. aduocati dicunt. j. de confes. q ista uerba, Et
non aliter, nec alio modo, nõ prosunt ad cautelã, quia
in præiudicialibus non ualet protestatio. Allegat not.
in d. l. si quidem. Ex quibus uidentur isti scipsos intrica
re. ¶ Sed cogitabã, si pro cõcordia possent consideraꝛi
tres casus. Primus, quando uasallus fecit p̃actum aliena-
tionis, cũ clausulâ, Saluo iure dñi, & nõ aliter, & nõ de-
uenit ad traditionẽ, & tũc dñs nõ posset eũ priuare, cũ
eius ius nondũ sit lęsum. Ita sentiũt prędicti, & maximè
Io. An. in d. c. eã te. ¶ Secundus casus ẽ, qñ uasallus tra-
didit rẽ, & per hãc traditionẽ solã agitur de præiudicio
dñi, ut quia tradidit castrũ, quod à dño non facilè recu
perabitur: & tunc, cùm dolus fuerit in traditiõe, debet
purgari per amissionẽ feudi: & procedunt proximè dic-
86 ta, q † in re facta nõ prosunt artes uerborũ, uel simula
tæ protestationes, sicut dicitur de eo, qui dicit, Tu men-
tiris, saluo honore tuo, secundũ do. Car. & do. Ab. in d.
c. eã te. & Bart. & alios in l. si quis extraneus. ff. de acqui-
hære. & Bart. in l. itẽ apud. §. si quod dicit. ff. de iniur. cũ
cõcor. Et istũ casum cõsiderauit Bal. in d. c. j. §. fi. dicẽs, se
ita cõsuluisse cõtra dictã cautelam. ¶ Tertius casus est,
qñ deuentũ est ad traditionem cum dicta conditione,
q sit saluũ ius domini, & res potest sine difficultate hã-
beri pro non alienata: & tunc cùm parum interfit do-
mini, qui potest rem ad libitũ rescindere, fortè sustinẽ-

rentur

rentur opiniones prædictæ propter dicta uerba, Et non aliter, nec alio modo: quia nihil uidetur actum, ut prædixi: & facit, quod dicetur in sequenti declaratione. Et ita credo simpliciter omnes prædictos, & sic intelligi debere, quod not. Bart. in l. si quis loculos. per illum tex. ff. de manu. test. & sequitur Bal. in d. §. quoq; dum dicunt, ualere alienationem prædictam, si dicatur, Si domino placuerit: uel, Vendo, si dominus nō reuocauerit: aliàs res sit inempta. Et hoc modo prædicta remanent clariora: possumus tamen adhuc cogitare. ¶ Sexta declaratio est, q; † uasallus retento penes se utili dñio potest alienare fructus feudi, etiam locando eos ad longum, uel longissimū tempus, dum modò in tali locatiõe ad longum, uel longissimum tempus sit expressè dictū, q; nullum utile dñium transferatur in cõductorem. Ita declarat Bald. hîc, & Inn. in c. ad audientiam. de re. ec. non alie. & Bal. & Imo. in l. si domus. §. fi. ff. de leg. j. & in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. Nec istud uidet fieri in fraudem, prout dixit Bal. aliter tenēs in c. imperialē. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. quia cessat fraus, ex quo agitur, q; non transeat utile dñium: & sic non est alienatio, sed trãslatio solius cõmoditatis reseruato omni dñio. Bene facit l. necessariò. §. fi. cũ ibi not. ff. de peric. & com. rei uen. & in l. cùm manu sata. §. fi. ff. de contrab. emp. & no. Bal. in l. fi. C. de iur. emphy. ¶ Vbi aũt fieret simplex locatio feudi omissa dicta reseruatione, non procederet ista declaratio: quia simplex locatio ad longum, uel longissimū tempus, æquipollet alienationi[a], secundũ do. Ab. & Imo. in d. c. ad audientiã. per illũ tex. & do. Ant. & alios in c. nulli. eo. ti. & do. Abb. in c. fin. de ædi. edic. & Dy. & Iac. de Are. & Bar. & cõmuniter oẽs in d. §. instituto. reprobata gl. ibi: cõtra quã etiam tenet Bal. in c. j. qui feu. da. pos. & in c. imperialẽ. de. phi. feu. alie. per Fed. in c. j. §. ut libellario. qb. mo. feu. amit. & Bal. & Sal. in l. fin. C. de re. alie. non alie. & Ang. in l. j. §. fi. si ager uecti. uel emphy. pet. authen. de ali. & emph. §. si uerò aliquis. cum concor. de quibus per Io. de Ana. in c. fi. ĩ. ne præla. uic. suas. Secus, si ad nõ longũ tempus, fm Bal. in d. l. uoluntas. uer. sed quid si uasallus. quia prohibitus alienari nõ prohibetur pro modico tempore locare[b], secundũ Arch. ĩ c. indicatũ. lxxxix. dist. per Bar. & alios in l. cotẽ. §. qui maximos. ff. de publica. & oẽs in cle. j. de reb. ec. nõ alie. in d. c. fi. ne præla. ¶ Similiter si in locatione ad longissimũ tempus diceretur, q; tot essent locationes, quot essent anni[c], nõ esset cautela tuta, quasi presumat factũ in fraudem, fm Bal. in d. c. j. in prin. uersi. extrà quæro. qui feu. dare poss. pro quo facit, quod not. Spec. & Io. An. in ti. de dona. §. j. uer. quid si aliquis donat. & Bar. in l. Modestinus. ad fi. ff. de dona. & in l. sancimus. §. ij. C. de dona. & per Bal. in l. ij. C. quando dies leg. ce. cum concor. In quib. dicitur, nõ ualere donationẽ ultra quingentos aureos, etiamsi dicatur, q; tot sint donationes, quot summæ, diuidendo in summis paruis. Et bene facit, quod no. Ang. in §. scire autem. in authẽ. de non ali. ubi dicit, q; licet simplex colonus teneat soluere pensionẽ expectato biennio, l. cùm domini horreorum. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. tamen secus est in colono ad magnũ tempus: quia acquisiuit ius in re, & expectabitur triennio, sicut de emphyteuta priuati est ibi textus cum glo. cùm in eo sit eadem ratio, secundũ eum: quod bene not. Ad idem, quod not. Car. in cle. j. §. fi. in ij. q. de reb. ec. non alie. ubi dicit, q; licet conductor ad modicũ tempus non habeat possessionẽ naturalẽ, nec ciuilẽ, tamẽ cõductor ad longum tempus naturaliter possidet, & habet utile dñium: & alle. c. potuit. ĩ. de loc. & c. olim. j. ĩ. de rest. spo. Et sic apparet hanc cautelã esse inutilẽ, licet aliud dixerit Bal. in d. §. aut si liuellario. in fi. ¶ Similiter si fiat locatio ad tempus non longũ cum pacto de renouando de tempore in tempus, nõ ualet talis cautela: quia istud non differt ab alienatione, fm Lap. alleg. xij. quæ incipit, disputat hîc. & do. Car. in cle. j. §. fi. in pe. q. de reb. ec. non alie. & Ang. consi. clxxxj. inc. Ex forma & serie. ad fi. ubi eleganter loquitur de isto modo contrahendi, qui est nouus & in iure nõ examinatus, fm eum. Et hoc tenendũ est. Et ita uidi consultũ per illustres uiros, licet aliter sentiat Bal. in d. l. uolũtas. Et ista omnia habeas domestica: quia utilia sunt, & per alios nõ ordinata. ¶ Septima declaratio est, q; † uasallus irrequisito dño põt alienare feudũ, dando ipsum alteri agnato, qui erat proximior, & debebat succedere in illo feudo post mortem dantis: quia est potius refutatio, quæ fit agnato proximiori. Ita cõcludit Bal. post longã disputationem in c. j. de alie. feu. Et pro plena introductione ad hanc declarationem uide semper ipsum. ¶ Et adde, q; si sunt multi agnati, & fieret alienatio in unum in præiudiciũ aliorum, alij possent reuocare pro parte eos cõtingente, uel in totum, si in totum eos contingat, fm Bal. in c. j. §. hoc quoq; uer. vij. cõmunia de suc. feu. per l. filius fa. §. diui. ff. de leg. j. & no. in l. post mortem. C. de fideius. & in leg. cùm pater. §. à filia. ff. de leg. ij. ¶ Tamen quia in hoc nõ contemnitur dominus, ut est dictum, non admittuntur agnati, nisi aperta eis uia per mortem uasalli, secundũ ipsum, per not. ibi. Et hoc ipse intelligit, nisi per annum taceant agnati à die sententiæ: quia perinde est, ac si cõsensissent alienationi, per c. Titius filius. si de feu. uasal. fue. interpel. secundũ eum. Et secundũ prædicta intellige etiam no. per Bal. in c. unico, de uasal. qui contra consti. Loth. & quod no. Imo. post Io. de Lig. in cle. ij. in fi. de iure pat. ¶ Octaua declaratio est, q; † uasallus potest alienare feudũ diuidẽdo ipsum inter se & alium cõ uasallũ eiusdẽ feudi, ut est tex. in c. j. §. preterea ducatus. de. phi. feu. alie. per Fed. Dicitur em potius quędã renũciatio, quàm alienatio, ut in precedendi declaratione. Et est bo. tex. in c. j. in princ. ibi, non est libellus, sed quędam refutatio. de alie. feu. pater. & no. Bal. in l. si plures. C. de condi. inser. sicut dicitur in simili, q; patronus potest donare suum iuspatro. alteri compatrono sine consensu episcopi, qui aliàs requirit, ut probat tex. no. iuncta gloss. in uer. liberè. in cle. ij. de iurepa. & est text. secundum unum intellectum in c. ex insinuante. ĩ. de iure pa. & glo. in c. nemine. xvj. q. vij. Et hinc est, q; diuisio facta inter fratres de feudo non excluditius accrescendi altero moriente, quando in diuisione aliquid remãsit uiuenti: secus, si nihil: quia portio accrescit uiuenti. Ita no. Bald. in l. j. uer. sed an diuisio. C. quando no pe. par. ¶ Similiter dicitur, q; si emphyteuta diuidit rem ecclesiæ cum alio emphyteuta, non tenetur ecclesiam requirere, prout aliàs, ut not. Fed. cõ. ccxxviij. incip. Factum est tale, duo fratres. & Barto. consi. lviij. inci. Et ex themate prædicto. per d. §. præterea ducatus. etiã quia non præiudicat domino, ut per eum ibi, & in l. qui Romę. §. duo fratres. in x. q. ff. de uer. obl. & in l. domus. §. fin. ff. de leg. j. & in l. & ideo. ff. de condi. fur. & in l. cũ ij. §. si uni. cum seq. ff. de transactio. & in leg. j. C. de impo. lucri. descri. lib. x. & Lu. Ro. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obli. & Bald. in leg. uoluntas. C. de fideicommiss. & Salic. in l. ea lege. ff. de condictio. ob causam. de quo per Bal. in c. imperialẽ. in princ. de prohi. feu.

a *Alienationi]* *Ad quod facit, qd' habetur per do. Soci. in suo consi. xix. incip. pro decisione prædictæ. uer. uerum prædictis minimè. circa princi. j. parte, quem uide.*

b *Locare]* *Adde Ang. in authẽ. de non alie. §. hoc igitur. & Lau. in l. in quorũ. de pigno. Bal. ĩ authẽ. ei, qui. de bon. author. iu. poss. & Alex. in l. si filio. §. fi. solut. ma. & in suo consi. pen. in iiij. parte. Quæ liter aũt modicũ tempus intelligatur, uide do. Soci. consi. xxxij. inci. Ex his, quæ superius. uer. circa primam quæstionẽ. circa med. in j. parte.*

c *Anni]* *Adde But. in c. ad Apostolicæ. de dona. ubi loqtur de locatione facta per prælatũ de quinquennio in quinquennium: quod nõ ualet, secundum Lap.*

a *Nõ diuiditur]* *An feudum dignitatũ, uidelicet ducatus, &c. prout hic in text. sit diuisibile de consuetudine, uel de iure? et qualiter intelligatur §. præterea ducatus. c. imperialem. de. p. hib. feud. ali. per Federi. uide no. p Soci. qui eum declarat per decem notabiles declarationes in suo cõsi. clxv. incip. Visis inuestituris. uer. circa secundã dubitationẽ. eũ uer. seq. in ij. parte, et uers. j. per tex. cũ uersi. seq. in quibus est permissa diuisio, et in quibus non. In quib. autem locis feuda dignitatum præter regalia diuiduntur contra dispositionẽ, de tex. c. imperialem. §. præterea ducat⁹. uide per eũ in suo consi l. cclij. incip. Visis instrumentis conces. uersic. secundò dico. circa princ. in d. parte. ĩtẽ an, & quando feudum dignitatis diuidi possit & an in materia feudorum argumentis legalibus utendum sit, uel cõsuetudo agendi prædicere debeat, uide per eũ i cõs. cclxxviij. incip. In q. uerente. in princ. cum uers. seq. in d. parte.*

b *Vnus domin⁹]* *Adde Ro. consil. xij.*

c *Diuidi põt]* *Adde, quòd idem tenet do. Soci. in suo consilio clxv. incip. Visis inuestituris. uers. secundò principaliter respõdetur. in ij. parte, & uersic. præterea prædictũ. circa mediũ, chart. xxix. Et q.*

feu. alie. per Fed. & Cal. in tit. de loca. consil. x. & Spe. in tit. de loc. §. nunc alia qua. uersi. lxxij. & uers. cxlvij. & Bal. in l. si familiæ. C. fami. ercis. & Car. consi. xvij. ¶ Hanc declarationem limita tribus modis. Primo, ut † non procedat in feudo dignitatis, putà regni, ducatus, marchionatus, comitatus, uel alterius habentis iurisdictionem: quia tale feudum non diuiditur[a], sed debet apud unum tãtùm residere, ut est gl. in c. licet. in gl. fi. ĩ. de uoto. & ibi plenè do. Abb. & est text. in d. §. præterea ducatus. & est glos. fi. in c. si hæredes. ĩ. de testa. Et ratio adducitur: quia talia meliùs reguntur ab uno solo, quàm à pluribus. Vnde inqt Philosophus in ij. Metaphysicorum, in fi. Entia non lunt malè disponi. Pluralitas principatuũ est mala. Vnus ergo princeps. Et hoc latè deducit Pet. de Anc. consi. cccxxxv. quod incipit, Pro maiori intelligentia. & Oldr. consil. xcviij. quod incipit, Eleganter circa negocium, de quo agitur. & consil. xxiiij. quod incipit, Prima q. & consil. lxix. quod incipit, consueuit dubitari. text. in c. apibus. vij. q. j. & hoc idem testatur Sene. in prima tragœdia: Non capit regnũ duos. Vnde apud Poetã dicitur, Fraterno primi, &c. & alibi, Omnis potestas impatiens consortis erit. c. quod autem. xxiij. q. vij. Facit c. esto. xcv. dist. ibi, unus dominus, & unũ baptisma: & Apostolus ad Ephes. iiij. Vnum capu[b], unus spiritus, unus dominus[b]. Vnde dicitur in l. ij. §. nouissimè. ff. de orig. iur. Necesse est reipublicæ consuli per unum: & dicitur in c. quoniam in plerisq; ĩ. de offi. ord. & in l. iij. ff. de offi. præfec. uigil. & in authen. quomodo oportet episcopos. in princ. Monstruosum est in uno corpore esse plura capita. Vnde dicitur in tit. j. ad fi. C. de sum. trí. Volo pater, ut ipsi unũ sint in nobis, sicut & nos unum sumus. Ideo dicit gl. mag. in fi. in c. non autẽ. vij. q. j. quòd qui crederet ecclesiã uniuersalem saltem posse habere duo capita, esset hæreticus: & est gl. pena in cle. ad nostram. in uer. ecclesiæ. de hæreti. & sequitur Abb. in c. at si clerici. in prin. de iud. & in c. j. ĩ. de parochijs. & in c. quoniam. & Car. in cle. j. §. porro. in ij. q. de iureiur. & ideo Arch. in c. nõ autem. in vij. q. j. refert Augustinũ dicentem, quòd nesciebat iure prohibitum, quòd duo possent habere unũ episcopatum, quasi sentiat, quòd nõ acceptassent suum. ¶ Cæterùm quamuis talia diuidi nõ possint, tamẽ exercitium, seu administratio diuidi potest[c]: ut est decisio Bar. in l. inter tutores. in fi. ff. de admi. tut. ubi ex hoc infert, q; si unus ex illis delinquat in territorio alteri cõmisso, nõ potest ab eo puniri[d]: quia cùm iurisdictio sit communis, par in parem non habet imperium, c. innotuit. cum si. de elec. Itẽ infert, quòd propter delictum unius ex eis potest superior exercere iurisdictionẽ in bonis utriusq; : quia illa diuisio habet locum inter eos, nõ quo ad alios, ut ibi secundum eum. Quæ uerba reassume, ut per Bald. plenè in d. §. præterea ducatus: & tetigit Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicõ. & Bar. in l. fi. ff. de rer. diuis. & do. Abb. in simili, in c. quærimoniam. ad fi. C. de iurepa. & no. Bart. in l. arbor. §. iudex. ff. cõmuni diui. & in l. Lucio. §. j. ff. de aqua quoti. & æsti. & in l. si uni ex pluribus. uersi. quintò quæro. ff. de re iud. & facit decisio Ioan. And. in addi. Spe. super rub. de re iudi. & fuit dictũ Old. licet ipse non dicat, consil. ibi incip. Thema tale est. Et adde, quòd si tales domini sunt discordes in usu iurisdictionis, possunt compelli diuidere exercitium utendo alternis temporibus, secundum Ang. in l. ij. §. exhæres. ff. de uerb. obli. & ibi per Roma. & do. Abb. in c. fi. ĩ. de re. iud. pro quibus est glo. fi. in c. licet. in gl. mag. in fi. xxvj. q. iij. & est nota. dictum ad intellectum cle. ij. de iurepa. ¶ Secundò limitatur ista declaratio, dum † modò omnes uasalli cõueniant & concordent in facienda diuisione feudi: aliàs uno dissentiente non potest fieri, secundum do. Abb. consi. lxxxij. incip. quãquam in his dubijs: quia licet in aliorum bonorum diuisione sufficiat unum ex socijs prouocare: quia nemo compellitur esse in cõmunione, ut ff. & C. cõmuni diui. per totum, tamen in diuisione bonorum feudalium debẽt omnes concordare: aliàs diuisio fieri non potest. Ita dicit esse tex. si bene ponderetur, in d. §. præterea ducatus. ibi, si consortes uoluerint. Et hoc non reperitur ab alio ponderatum, secundũ eum. ¶ Tertiò † limitatur respectu eius, quod dictum est de emphyteuta: quia illud intelligitur in emphyteusi recepta per patrem pro se & filijs & hæredibus: quia cùm sit locus iuri accrescẽdi inter dictos filios, ut per Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de uer. oblig. talis alienatio, quæ fit inter eos, dicitur potius quædam renunciatio. Secus in emphyteusi, si à principio sit concessa duobus: quia inter eos non est locus iuri accrescendi, d. l. si mihi. Ideo non possunt inter se alienare: quia domino fieret præiudicium, cùm ipse offerẽs iustum precium debeat cuicunq; præferri, l. fi. C. de iu. emphyt. quæ ratio cessat in diuisione feudi. Et secundũ hãc limitationem intelligitur opi. Gui. de Cu. in l. cùm l. §. si uni. ff. de transact. & Bald. in l. dudum. C. de contrahen. emp. ¶ Generaliter autem, quando † prohibita alienatione fit prohibita diuisio, & quando non ultra prædicta, uide glos. & Nico. de Neap. in l. si pupillorum. in princ. per illum tex. ff. de reb. eod. & Lud. consil. clxxxij. incip. In Christi, &c. in casu proposito. ad fin. & Bald. & Sali. in l. iubemus nulli. C. de sac. san. ecc. & Bal. in l. j. in princ. in uer. no. ff. de reb. eo. & Flo. in l. Lucius Titius. ff. fami. erc. & Bald. in l. diuisionem. C. cõmunia utriusq; iudic. per Alber. in j. parte statutorum, q. cxv. & Imol. in c. nulli. in fi. ff. de reb. ec. non alie. ¶ Nona & ultima declaratio est, quòd † uasallus episcopi potest alienare feudum in capitulum ipsius episcopi, etiamsi inter eos sunt bona discreta. Ita consuluit Card. solenniter in tit. de feu. consil. xj. incip. An feudatarius. & hoc propter maximam coniunctionem, quæ est inter episcopum & capitulũ, c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. c. requisisti. de testa. per quam non uidetur episcopus in generali prohibitione alienationis excluisse suos, argu. c. ij. de postu. nec hanc coniunctionẽ rollit distinctio bonorum, quæ causatur ex uno corpore: & facit d.

c. quæ in ecclesiarum.

d *Puniri]* *Vide Bar. in hoc contrarium in l. cùm ex ratione. in fi. ff. de excusa. tu. Sed uide Bald. in d. §. præterea ducat⁹. alleg. in text. qui aliter loquitur: et ibi dissinxit.*

c. requisisti. secundum eum. Quod facit ad multa, si est uerum. Et pro ipso adduco, quod no. Host. in c. possessiones. de reb. eccles. non alie. ubi dicit, quòd si episcopus eget in episcopatu suo aliqua camera, uel domo, quæ est capituli, potest illã emere à capitulo: quia non dicitur exire extra ecclesiam. arg. l. uoluntas. C. de fideic. ubi prohibito alienare non prohibetur alienare in familiam prohibentis. Ad idem, quod no. Bal. in l. dudum. in fi. C. de contrah. emp. ubi dicit, quòd episcopus, qui iurat non alienare res episcopatus, potest donare capitulo suo: quia nõ exit de corpore ecclesiæ. Alleg. gl. i cle. fi. de reb. ec. non alie. & d. l. uoluntas. Sed cõtra hanc declarationem est decisio Car. expressa in suo consil. xxxvij. quod incipit, Casus: feudum quoddam. ubi consuluit, quòd episcopus non potest inuestire capitulum suum de feudo deuoluto ad ipsum episcopũ: quia non licet prælato conditionem ecclesiæ facere deteriorem. Hinc est, quòd factum prælati non præiudicat ecclesiæ, nisi cõmunicato cõsilio cum suo capitulo, ut no. gl. iij. in c. ij. de or. cog. & cõditio ecclesiæ fieret deterior in hoc, quòd feudũ solutũ in feudali alicui personæ transfertur in capitulum, quod nũquã moritur, c. si gratioſę. de rescri. in vj. quia continuatur. Idem in c. diuersis suppositis. l. præponebatur. ff. de iudi. & sic nũquam esset ſpes, ut reuertatur ad ecclesiam. Idem posset esſe, quòd debebantur seruitia personalia, quæ non potest præstare capitulum, sicut de monasterio dicitur in c. in preſentia. de prob. secundum eũ. ¶ Ad idem, quod no. Imol. post Gul. in cle. ij. uersi. quærit Gul. de re. ec. nõ alie. ubi dicit, quòd si uasallus episcopi uult alienare feudum in capitulum ipsius, nõ potest episcopus huic actui authorizare, nec etiam capitulum inuestire de directo dominio: quia in tali alienatione non potest ipse eam faciens authorizare, sed requiritur authoritas Papæ, ut ibi per ipsum, qui per hoc sentit, quòd alienare in capitulum sit auferre episcopo. ¶ Ad idẽ facit: quia uasallus non potest alienare in agnatos domini: quia non sunt feudi participes, secundum Bal. in d. l. uoluntas. uer. quæro, concessum. nisi in cõcessione diceretur, quòd extra agnatos nõ alienet: quia à contrario sensu alteratur natura feudi, sm eũ. Et licet dictũ istud possit intelligi de agnatis inuestiti, tamẽ idem puto de agnatis domini, per ratiões do. Car. Ex quib. uidetur, quòd in capitulum non possit feudum alienari. Et hoc credo uerius per dictas rationes, nedum ubi bona essent discreta, per no. in c. ed o certi. ĵ. de rescrip. sed etiã cõmunia per illam rationem, quòd feudũ liberum episcopi non rediret amplius ad eũ solum, & cùm interſit episcopatus, ne, quod proprium est, efficiatur cõmune, & sic desinat esse propriũ, per not. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. j. Et pro prædictis uide omnino do. Ab. in c. ficut. de iureiu. ubi latè examinat, an donatio facta capitulo ab episcopo de bonis mensæ suæ præiudicet successoris & uidetur tenere, quòd non: ex quo adhuc magis redditur dubia hæc declaratio. Poteris tamen cogitare, quia nõ inuenio alibi tactum. ¶ Postremò unum non omitto, ad quod iste tex. primo aſpectu inducitur:
95 uidelicet ſutrùm statutum inhabilitans fœminas extãneos masculis, habeat locum in bonis feudalibus, uel emphyteuticis ecclesiarum: nam per istũ text. uiderur, quòd non, cùm de talibus bonis non possint laici disponere. Et per hoc uide do. Car. consi. ij. inci. Circa statutum. ubi consuluit in splendidissima patria nostra Ferrariæ, cùm nõ stante dicto statuto ueniant fœminæ pariter cum masculis. Idem tenet Bal. per aliam rationẽ in authen. si quas ruinas. uers. ex hoc sequi. C. de sac. san. ec. quia hoc non est ius hæreditarium, sed est quæstũ ius filiæ tempore contractus. Facit, quod no. do. Ab. consi. lxxij. inci. In negocio Guidonis. dum dicit, quòd statuta laicorum non extẽduntur ad bona emphyteutica ecclesiarum per istum tex. Nihilo minùs contrariũ est tenendum: quia iste tex. intelligitur de statutis præiudicantibus ecclesiæ: quod non uidetur facere statutum: quia disponit, qualiter succedant ipsi laici præferendo masculos: & hoc non nocet ecclesiæ. Nec obstat quòd fœmina ueniat iure inuestiturę: quia pater quãdo fecit se simpliciter inuestiri, uidetur in dubio retinuisse contractum, ut ualeat eo modo, quo iubet statutum: & censetur cogitasse, quòd ueniant fœminæ ordine succeſsiuo, uidelicet deficientibus masculis. Et quamuis ista ratio multùm dilatari posset, tamen sufficere puto remittere ad Pet. de Anc. qui ita per ipsam eleganter cõsuluit in proposito post longam disputationem consi. cxviij. inci. Visis & diligenter ruminatis. per totum consiliũ. Et idẽ no. ipse in cons. ccccxiiij. incip. Postquã ista dña. & est decisio Bar. in l. ut iurisiurãdi. §. si liberi. in ij. uer. ff. de oper. lib. uer. item prædicta uera, nisi esset statutum. quam tenet etiam Bal. in l. liberti. libertæ ęp. uer. sed quid si statutũ. C. de ope. lib. cũ certa declaratione, quam ibi uide. ¶ Et ista sufficiant super ista decretali, in qua licet multa dicta esse uideantur, tamen pauca sunt reſpectu eorum, qui dici potuissent ex prędictis: & eorũ ordinatio difficilior mihi fuit, quàm inuentio. Modò cogimur hîc finẽ scribendi facere pro hoc anno, ne impediantur extraordinariæ lectiones, quæ propter calores præcipitãtes post nostrã de more expedientur.

SVMMARIVM.

1 An in literis Papæ sufficiat exprimere primam literam nominis proprij.
2 Beneficium quando non uacat per mortem beneficiati.
3 Statuentes possunt recedere à statuto confirmato à sede Apostolicæ, uel alio superiore, & redire ad ius pristinum, etiam non obtenta licentia à superiore.
Et procedit hæc regula, ubi confirmatio non erat necessaria. nu. 5.
4 Statutum concernens utilitatem publicam, non potest reuocari per capitulum canonicorũ: secus, si ad eorũ utilitatẽ priuatã spectet.
6 Clausula decreti quando est in confirmatione statuti, uidelicet. Si secus factum fuerit, irritũ sit & inane, statuentes nõ possunt ipsum statutum reuocare.
7 De clausula annullatiua cum sua limitatione.
8 Nullatenus, dictio quid importet.
9 Statuentes si fecerunt statutum, non sua authoritate, sed superioris, non possunt istud tollere.
10 Statuentes, uel eorum successores, si ueniunt scienter contra statutũ, uidentur ipsum tollere.
11 Numerus prębendarum & Canonicorum si est solùm iuratus, possunt Canonici sublato prius statuto augere numerum.
12 Quod fallit in uno casu, scilicet quando iurant seruare contenta in statutis.
13 Numerus canonicorum si est confirmatus tantùm, & non iuratus, possunt canonici ipsum augere.
14 Canonici possunt creare in sua ecclesia dignitatem non nouam, putà archidiaconatum, uel archipresbyteratum, quamuis creare dignitatem omnino nouam spectet ad Papam.
Hanc conclusionem declarat duobus modis, ut nu. 15. & 16.
17 Numerus canonicorũ licet sine causa non possit minui, uel dignitas supprimi, tamen cum causa, putà ob diminutionem redituum, potest per episcopum, uel capitulum, dignitas supprimi.
18 Patronus licet propter negligentiam perdiderit potestatem præsentandi, tamen superior conferens iure deuoluto non poterit aliter conferre, quàm se habeat institutio in natura beneficij.
19 Surrogatum sapit naturam eius, cui surrogatur.
20 Causa necessitatis multa permittuntur, quæ aliàs nõ permitterẽtur.
21 Actus potest expediri sine consensu eius, qui requiri debet, necessitate imminente.
22 Necessitas tanta si imminet alienandi bona ecclesiæ, ita quòd superior cõsuli non potest, episcopus potest alienare nõ obstante iuramento

ramento de non alienando inconsulto Romano pontifice.
23 Episcopus an possit applicare mẽsæ suæ fructus beneficiorũ uacãtiũ.
24 Quãdo ab homine est expressum, quomodo priuilegium finit cursum suum, illi standum est.
25 Priuilegium concessum ad aliquid faciẽdum, perditur spacio decem annorum, si priuilegiatus eo non utitur.
Et hanc regulam limita, ut nu. 25. 26. 27. 29.
26 Facultas quando præscribi potest. nu. 27.
Consuetudo an inducatur per actus negatiuos.
27 Facultatem habens faciendi molendinum pro suo libito, si non fecerit per decem annos, an perdit illam facultatem.
28 Contrauenies priuilegio dato ad aliquid non faciendum, uidetur ipsi renunciare, & consequenter ipsum amittit.
30 Prælatus ecclesiæ, potest duobus casibus præiudicare ecclesiæ.
Præscriptio non currit contra obedientiam. Post num. 30. uersic. quartò limita.
Quanto tempore tollatur consuetudo. Post nu. 30. uersi. & in hoc.
31 Priuilegium tollitur unico actu in quinq; casibus.
32 Statutum qualiter differt à consuetudine.
33 Actus, qui non potest fieri à principio sine licentia superioris, potest tamen refici, si erat destructus, absque illius authoritate. De hoc ponit multa exempla & limitationes.
Episcopus potest reuocare antiquum consum. Post nu. 33. uersi. adde gloss.
An reficiẽs dicatur de nouo facere. Post nu. 33. uers. hæc & similia.
34 Solennitas, quæ requiritur in confectione instrumenti, requiritur etiam in refectione ipsius.

CAPITVLVM VIII.

Vm accesisſent. ¶ Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli cõfirmatum per Papam ulteriùs non censetur uacare, nisi per cõtrarium actum statutum fuerit reuocatũ. H.D. ¶ Et omissis aliis notabilibus, quibus nihil adderem, No. primò tex. secundum Imo. hîc in uer. G.
1 Tulensis. quòd † in literis Papæ sufficit exprimere primam literam nominis proprij. Facit c. G. perpetuus. de fi. instr. & c. P. & G. de offi. deleg. & c. cùm inter R. de elec. & c. cùm inter P. de renun. & c. cùm C. de for. compet. in vj. cum aliis similibus. ¶ Hodie tamen de consuetudine curię apponitur nomen ecclesię, secundum eũ. Alle. l. ij. ad fi. C. de uet. iur. enu. ubi nomina prudentiũ non scribuntur signis, sed extensè. ¶ Adde Arch. xxv. q. ij. in summa, ubi dicit, quòd propria nomina impetrãtium extensè debent scribi: secus de nominib. eorum, contra quos impetratur. Idẽ dicit Spe. de rescr. præsen. §. igitur. uer. & qm̃ ex forma. & ibi Ioã. An. in add. allegando l. ij. ¶ An autẽ in libello debeat exprimi nomen & cognomen, uide per gl. & Doc. in c. j. de libel. obla. & Spec. eod. tit. §. quid sit libellus. in princ. & Bart. & alios in l. j. ff. de lib. & posthu. & in l. demonstratio. ff. de condi. & demõ. & Nico. de Neap. in l. Aemilius. ff. de admi. tu. cũ cõcor. de quibus per do. Mari. in c. ij. de libel. oblat. uer. tertiò quæro. & quod ipse ponit in c. qualiter. ij. q. xj. art. xxj. ¶ Et quãdo nominãtur ecclesiæ, an exprimatur nomẽ sancti, uide gl. in c. quamuis. j. de prębẽ. in vj. in uerbo, extendi. & ibi Domi. concludentem, quòd non in ecclesia cathedrali: secus in inferiori, ubi esset locus solennis habens ecclesias matrices, ut in ecclesia Praten-si, & similibus, secundum Ioan. Andr. & Dominic. ibi & Imol. in c. cùm adeò. per illum textum, ĵ. de rescript. & per Lap. alleg. xv. in fi. Et quando erratur in demonstrationibus, uide Imol. & alios in l. si quis in fundi. ff. de leg. j. & in c. significante. ĵ. de rescrip. & quod ibi dicetur. ¶ No. secundò ex isto tex. unum casum, in quo per mortem beneficiatæ personæ non uacat beneficium. Alius est, quando præbendæ nõ sunt distinctæ, nec numerus Canonicorum distinctus, secundum Imol. hîc per c. dilecto. ĵ. de præben. & facit c. ex parte. cum materia, ĵ. de concess. præben. ¶ Alius casus est, quando † beneficium est de mensa prelati, secundũ Imol. hîc, æquiparantem ipsum usufructuario: quo mortuo ius suum consolidatur cum proprietate, c. cùm contet. ĵ. de pig. Et quòd non uacet tale beneficium, est glos. in uer. non uacet. in clemen. j. de excess. prælat. & in clemen. j. in uer. haberent. de rescrip. Ad idem, quòd no. Imol. in c. abbatem. ĵ. eod. ubi tenuit contra Ioã. And. & do. Ant. quòd literæ super beneficio uacaturo nõ extenduntur ad beneficia, quæ sunt de mensa. Quomodo autem cognoscantur talia beneficia, remittit hîc Imol. ad dicta per se post Hostien. in c. ut super. de reb. eccles. non alie. & no. omnes in d. clemen. j. de excess. præla. ubi bona glos. in
3 uer. ad mensam. ¶ No. tertiò, quòd † statuentes possunt recedere à statuto confirmato à sede Apostolica, seu alio superiore, & redire ad ius pristinum non obtẽta alia licẽtia à superiore. Et idem tenet Bar. in l. omnes populi. uer. iuxta prædicta quæro. ff. de iust. & iur. Bald. Fulgo. & Paul. de Cast. in l. omnium. C. de Testa. per illũ text. ubi testamentum confirmatum à principe potest à solo testatore reuocari. Idem tenet Bald. hîc, & in extrauag. de pa. Constan. uer. deinde quæro: pone, quòd princeps concesit. & in l. ex placito. C. de re. permut. & Pet. de Anch. in c. cùm aliquibus. in princ. de rescrip. in vj. & in c. suggestum. ĵ. de deci. & in repe. c. j. §. eodem. in uer. sed hîc incidenter quæro, utrùm in reuocando. & Ang. & Imo. in l. Paulus. la j. ff. de re iud. & domi. Ab. & alij in c. dilecto. per illum text. optimum à contrario sensu, ĵ. de præben. & per Imol. in l. testamenti factio. ff. de testa. & Doc. in alijs locis statim allegandis. ¶ Nihilo minus pro clariori intelligentia opinionum, quæ super hoc non uidentur conformes, notãdæ sunt ad hãc conclusionem quatuor declarationes. Prima declara-
4 tio est, quòd † statuentes possunt tollere statutum confirmatum, dum modò concernat principaliter fauorẽ eorum: nam illi renunciare possunt: sicut de priuilegio dicitur in c. pro illorum. de præben. secus, si concerneret fauorem aliorum, uel ius publicum, ita quòd non merè ipsos statuentes: quia tunc prædicta non procedunt, secundum domi. Abb. hîc. Et ita intelligit Bald. in d. l. omnium. nam ex quo superior confirmat, uidetur facere dispositionem suam, arg. c. si Apostolicæ. de pręben. in vj. & l. j. C. de uet. iur. enucl. & tunc succedit regula c. inferior. xxj. distinct. & cle. ne Romani. de elec. Pro hoc, quod no. Innoc. in c. accedentibus. de priuileg. ubi dicit, quòd si statutum ecclesiæ concernit principaliter utilitatem ecclesię, non possunt Canonici expresè, uel tacitè illi renunciare, & sequitur Abb. hîc. Et idem uoluit Ang. in d. l. omnium. C. de testa. Pro quibus adduco, quod no. Càr. consil. cxxx. incip. In quadam ecclesia cathedrali. ubi dicit, quòd statuta capituli confirmata per Papam, nõ possunt per canonicos tolli, quatenus concernunt fauorem publicum: putà, cultum diuinũ. Pro hoc, quod no. Inno. in d. c. accedentibus. dũ loquitur de priuilegijs honorabilibus, uel utilibus: & dixi in c. cùm omnes. §. eod. in ij. fallentia, ad l. quod maior. ff. ad muni. Ad idem uide Lap. all. lxxxvj. incip. In quæstione uertente. ubi dicit, quòd quando ex statuto confirmato est ius alteri quæsitũ, tunc non potest sine eius consensu per statuentes tolli, per no. in l. non amplius. §. j. ff. de leg. j. & ibi uide Bart. ¶ Secunda declaratio est,
5 quòd † ubi statutum non teneret sine confirmatione, & sic confirmatio fuit necessaria, non potest tunc per statuentes tolli, sed regula procedit, ubi cõfirmatio nõ fuit necessaria. Ita uoluit Bart. in d. l. omnes populi. & Salic. in l. fi. C. de iur. om. iu. & in l. omnium. C. de testa. Pro quibus uide Bald. in c. cùm omnes. §. eod. ubi eleganter dicit, quòd episcopus solus potest reuocare statutum factum à se & capitulo, quando consensus capi-

c. cum ac
cessisset.

tuli fuit ad bene esse: secus, si de necessitate. ¶ Simile dixit Bald. in c. decernimus. ī. de iudic. quòd si Papa confirmauit iurisdictionem, quæ nulla erat, non dicitur iurisdictio ordinaria, sed delegata: quia persona domini inspicitur, non serui, argu. l. debitor. §. si is. ff. de leg. ij. ut ibi per eum. Et ideo dixit Bald. in d. l. ex placito, quòd ubi Papa confirmat statuta ualida, non efficiuntur Papalia: secus, si inualida: & tunc sine ipso tolli non possunt. Et ratio huius declarationis est, quia eadem solennitas requiritur in destruendo, quæ in construendo, ut in authen. econtrà si filius. C. de repu. & in authen. de defen. ciui. §. non habente. facit, quod no. glos. in c. cùm proponeretur. ff. de leg. ij. per quam dicit Bald. in c. si quis feudum. si de feu. fuer. contro. inter. do. & agna. & in l. fina. C. de cad. tol. in l. fi. C. de fideicō. & in l. ij. C. de bon. poss. secundum tab. & in l. errore. C. de testa. quòd ubi ex forma statuti ad probationem actus gesti requiritur certa probatio, eadem requiritur ad destructionē eiusdem actus: pro hoc glos. iij. in c. quamuis. de proc. in vj. dicens, quòd si mandatum non fuit intimatum in iudicio iudici, uel parti, non est opus, quòd eius reuocatio eis intimetur. ¶ Et secundum hanc declarationem puto saluanda esse uerba eorum, qui aliquando simpliciter firmauerunt, statuta confirmata non posse per statuentes reuocari, ut per Bald. in c. constitutus. ī. eod. & in d. l. omnium. Et ideo dixit Bald. in rub. ī. eod. uer. quæro, si Papa. quòd si Papa confirmat statutum laicorum super ecclesijs, non debet de cætero de capitularibus amoueri. Et quòd destructio actus pertineat ad confirmationem, quando confirmatio fuit necessaria, uide, quod no. Ang. in §. de cætero. per illum text. in authen. de defen. ciui. ubi dicit, quòd si officialis per unum eligitur, & per alium cōfirmatur, si postea agatur de eo deponendo propter crimen, non potest reuocari ab electore, sed à confirmatore. Vnde infert, quòd officiales castrorum cōmunis Perusij, quos potestas & capitaneus eligunt, & priores cōfirmant, possunt solùm à prioribus remoueri. ¶ Hanc declarationem intellige, quando statuentes uellent simpliciter tale statutū tollere aliud statuendo. Secus, si tollendo statutum redirēt ad ius cōmune: quia possunt sine authoritate superioris, secundum Bar. in d. l. omnes populi. per l. ij. ff. de iniust. test. & l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testamen. Et dicit uideri casum hîc, ubi sublato hoc statuto reuiuiscebat dignitas: & per consequens, reuertebatur res ad terminos iuris cōmunis. Et idē tenet Bald. in d. l. ex placito. dicens, quòd si Papa confirmat statutum, quòd pater possit instituere filium illegitimum, tale statutum intelligitur papale: tamē in fauorem populi. Et ideo populus potest ipsum reuocare redeūdo ad ius cōmune. Probat ergo iste text. secundum proximè dicta, unam doctrinam notabilem & quotidianā, quòd ad hoc, ut res reuertatur ad ius commune, à quo per uiam specialem exierat, potest inferior uenire contra dispositionem superioris: quod aliàs nō posset. Facit c. ab exordio. xxxv. distinct. & l. si unus. §. pactus, ne peteret. ibi, in pristinam naturam redijt. ff. de pac. Et pro cōfirmatione huius doctrinæ adduci possent optimè quædam dicta, quæ posui in c. cùm omnes. s. eo. super glos. probando, quòd ubi aliàs requiritur cōsensus superioris, illud fallit, ubi agitur de redeūdo ad statum antiquū. Et adduci posset glo. no. in c. iij. in uerbo, enumerandum. de præb. in vj. quæ probat, quòd ubicunq; fit aliqua concessio, per quam recedimus à iure speciali, & redimus ad ius cōmune, semper fit latissima interpretatio etiam contra propriā naturam. Et est gl. sing. secundum do. Maria. de Sen. in repe. c. qualiter. ij. q. v. arti. xvj. & ī. de an. ubi pro hoc etiam inducit c. j. de pac. in vj. & quod no. Bal. in l. si quis ad declinādam in lec. noua, in fi. C. de epis. & cle. ubi uult, quòd in casib. quib. uidetur aliàs necessaria clausula. Non obstante, talis clausula non est necessaria, qm̄ per id, quod disponitur, redit ur ad ius cōmune. Ad idem adduco text. in c. ij. uer. cùm non sit. de deci. in vj. nisi restrictio priuilegij concessi super noualibus censetur pia & benigna: quia per ipsam res magis redit ad ius cōmune. Ad idē gl. fin. in cle. sepe. de uerb. sig. & ibi Imo. ubi dicit, quòd licet causa ordinaria de consensu partium non efficiatur summaria, per glos. in c. de causis. de offi. deleg. cum concor. tamen secus econuerso: quia res reuertitur de facili ad ius cōmune. Ad idem, quod no. Spec. in tit. de inquisit. §. j. uer. sed nunquid inquisitores. Vbi dicit, q̄ si nō apparet, utrùm superior uoluerit dare inquisitorem, uel iudicem, præsumitur, quòd in dubio uoluerit dare iudicē: quia cùm inquisitio dicatur remedium extraordinarium, per hāc interpretationem res redit ad ius cōmune: & sequitur do. Abb. in c. exhibita. de iudi. ¶ Ad idem, quod not. Io. An. & do. Anto. in c. inter dilectos. ī. de excess. præl. dū dicunt, quòd si † executor Apostolicus nulliter conferat, & aliter non apparet de intētione Papæ, reuertitur collatio ad ordinarium, & nō ad Papam: quia hoc est conformius iuri cōmuni. Et ibi dicit Inno. quòd flumina, unde exeunt, reuertuntur. Ad idē, quod no. Fed. consil. xiiij. ubi dicit, quòd licet exēptus non possit se submittere extraneo superiori sine licentia Papæ, tamen ordinario aliàs suo bene se submittere potest: quia hoc modo res redit ad ius cōmune. Et latè per do. Abb. in sua disput. incip. Duo clericali ordine insigniti. & in c. significasti. de for. comper. Ad idem, quod not. domi. Abb. in c. cùm uenissent. de rest. in int. ubi dicit, quòd ualet consuetudo, quòd episcopus prouideat de prælato omnib. ecclesijs etiam collegiatis, licet in alijs habeat solam cōfirmationem: quia per talem confirmationem res reuertitur ad naturam suā, & ad ius cōmune. Ad quod uide glos. mag. in c. quanquam. in princ. de elect. in vj. Ad idē, quod not. do. Abb. in c. ueniens. uer. concludendo prædicta. ī. de præscrip. ubi dicit, quòd pactum, uel tacita renunciatio prælati potest præiudicare ecclesię, quando per hoc redit ur ad ius cōmune: & hoc siue præiudicium sit leue, siue graue, per c. j. de pac. in vj. Ad idem, quod not. do. Abb. cōsil. suo xxv. incipiente, Canonicus regularis. ubi dicit, quòd licet clericus non possit consentire in alium iudicem sine consensu sui episcopi, c. significasti. ī. de for. cōpe. tamen fallit in clerico subiecto prælato inferiori ab episcopo ex iure speciali: quia si consentit in episcopū, non requiritur licentia illius prælati, cùm ex hoc iurisdictio redeat ad ius cōmune, argu. d. c. ab exordio. Et ista dicta, iunctis his quæ dixi in d. c. cùm omnes. sæpissime inseruient, nec inuenies alibi reducta, omnibus etiam Modernissimis perquisitis, à quorum nullo has & similes accumulationes habuisse me unquam reperies. Nam si quādo Modernorum laboribus utor, eos nominare non erubesco: in quo magis experientiæ, quàm detractoribus meis se mentiri scientibus credas obsecro. ¶ Tertia declaratio est, quòd † ubi in confirmatione statuti est clausula decreti, uidelicet, Si secus actum fuerit, irritum sit & inane, non possunt statuentes ipsum reuocare, ut est text. in c. dilecto. ad fi. in uer. nisi fortè. ī. de præben. quem pro sing. no. ibi do. Anto. Imol. & domi. Abb. post glos. in uersic. clausula. & Imo. in l. ex facto. in princ. ff. de uul. & pup. Et procedit, etiam si confirmatio facta sit fauore statuentium: quia per dictam clausulam uidetur superior habere pro illicito, quòd fieret in contrarium, secundum do. Abb. in d. c. dilecto. Et pro ista declaratione facit uulgata doctrina, quę habet, quòd ubicunq; in aliqua dispositione apponitur dicta clausula annullatiua, ibi cōsensus partium nihil potest operari. Ad quod uide glos. in c. statutum. in princ. in uersic. cōmittatur. ibi, sed hodie. de rescript. in vj. secundum quem in suis terminis latè consuluit do. Car. consil. lxxiij. incip. omnis à me charitatis.

ritatis. in primo dubio. Ad idem gl. j. in c. j. eo. tit. & li. & in c. dispendia. in uer. processus. eod. tit. & li. & glos. in l. à diuo Pio. in uerbo, actione. ff. de rit. nupt. de qua meminit Bald. in c. lator. in fi. de re iud. & in l. cùm mulier. ff. sol. ma. & in l. non dubium. uer. declarando Dy. C. de legi. & in l. iubemus. §. sanè. post princ. C. de sac. san. eccles. & in l. ea, quæ. C. de dona. ante nup. & idē no. Arch. & Domi. in c. cùm de beneficio. de prēben. in vj. de quibus ī. fiet mentio in alio proposito. Idem etiam no. Ioā. de Ana. in c. quia frustra. ī. de usu. dicens, quòd † ubi po

a nitur uerbum Nullatenus[a], uel simile, habet uim clausulæ decreti, ppter gl. in cle. j. in uerbo, nullatenus. de sequest. pos. & fruct. ¶ Facit gl. in cle. ut hî, qui. in uers. nullo modo. de æta. & quali. & tunc etiamsi hoc sit statutum fauore partis, non potest pars tacitè, uel expressè renunciare, per d. c. dilecto. secundū eū: & pro his facit, quia ubi aliquid est datum pro forma, nō potest consensu partium tolli, secūdum Bart. in l. de his. C. de transact. & Bald. in authen. iubemus. C. de iud. & in l. fi. §. & hoc si quidem. C. de iur. delibe. Et ubi apponitur clausula decreti, uidetur illud esse datum pro forma, secundū Bald. in l. j. ff. de lib. & posth. & sequitur Pet. de Anc. in c. j. uer. quæro, si statuto cauetur, quòd no tarij. de const. & ibi uolunt, quòd si statutum requirit cū clausula decreti, quòd in instrumento apponatur nomen contrahentis patris & aui, non sufficiet nomen contrahentis etiam singularissimum: quia illa clausula decreti importat, quòd pro forma necessaria illud est inductum. Quod bene no. & dicetur plenius de hoc in c. cùm dilecta. ī. de rescript. ¶ Hanc declarationem & prędicta limita, nisi statutū confirmatum cū clausula decreti haberet in se conditionem resolutiuā tacitè subintellectam: quia illa eueniente potest statuto contraueniri sine consensu superioris. Ita colligo ex dicto Pe. de Anch. & do. Abb. hîc, qui in hac materia dicunt, quòd si augentur fructus præbendarum, potest augeri numerus Canonicorum, non obstante statuto confirmato cum dicta clausula: quia subintelligitur cōditio, nisi facultates excrescant, ut in c. proxi. secundum eos: pro quibus uide in terminis Host. & Ioan. And. in d. c. dilecto. ubi sic limitant illum tex. & sequitur ibi do. Anto. ī. c. prox. & est bene notandum. ¶ Quarta declara-
9 tio est, quòd † ubi statuentes fecerunt statutum non propria authoritate, sed uice & authoritate superioris, nō possunt ipsi statutū tollere, sed superior. Ita no. Bar. in l. ij. in fi. ff. de op. le. & cōsuluit Lud. Ro. consi. cxvj. incip. In Christi, &c. Visis necessarijs. quia non uidentur ipsi statuentes statuisse, sed illi, quorum authoritate statuerunt, secundum Bart. in disput. incipiente. Adunantia generalis. in solut. quæstionis. & facit c. hî, qui. de præben. in vj. & in l. ij. C. de uete. iu. enu. cum concor. allegatis in dictis locis. Quomodo cognoscatur, qua authoritate in dubio uideantur statuere, uide latè Bar. in d. disput. & l. ambitiosa. ff. de decr. ab or. fa. ¶ Et ista sufficiant in hac quæstione, in qua annecti posset generaliter, quando per inferiores reuocari possunt cōfirmata per superiores loquendo in alijs materijs, quàm in statutis: sed quia alij non tangunt, & pertinētiùs cadit in tit. de confir. uti. uel inu. ideo sufficere puto remittere te ad Spec. in tit. de senten. §. vt autem. uer. quid si Papa. & Innoc. in c. j. de confir. uti. uel inut. & Bald. in l. rescripta. C. de preci. imp. offer. & glos. fi. & Doc. in c. ex frequentibus. ī. de inst. & do. Ant. & Imol. in c. quoties. ubi bonus text. ī. de pac. & in c. ueniens. ubi etiam bonus

text. ī. de transact. & Paul. de Leaza. in sua elegānti dispu. quæ incipit, Religioso Papa contulit. & do. Anto. in c. cùm R. super glos. ff. ī. de elec. & Fede. de senten. in suo tracta. De permutatione beneficiorū, q. vij. & do. Ant. & do. Card. in cle. j. §. præmissa. in j. op. de sup. neg. præla. & do. Ant. & Imol. in c. per tuas. ī. de ma. & obe. & Bal. in c. illud. eo. tit. & in c. de cætero, de re iudic. & Lap. allegatione ix. cum concor. ¶ Vltimò † probat notanter iste tex. secundum domi. Abb. quòd si statuentes, uel eorum successores ueniunt scienter contra statutū, uidentur ipsum tollere. Itaq; per unicum actum contrarium statuto colle-
b gialiter factū tollitur & statutum. Et quia super gl. tāgitur, quomodo per unum actum tollatur priuilegium[b], & quid de consuetudine: ideo cum illis poterit hoc pertinentiùs antiecti. ¶ In gl. ij. ibi, sine authoritate. Primò tangitur super ista glos. de potestate episcopi & capituli in augendo, seu creādo nouas præbendas, uel dignitates: secundo de potestate eorūdem in supprimendo. Et omisso stylo Docto. expedio breuiter per cōclusiones insertis authoritatibus Scribentium alibi. ¶ Ad primum sit prima conclu-
it sio: si † numerus præbēdarum & canonicorum est per statutum iuratus, possunt canonici sublato priùs statuto augere numerum, ut no. in c. dilecto. ī. de præben. Nā cùm ipsi possint tollere statutū, quod est principale, possunt etiam tollere iuramentum, quasi sit præstitum per alterum alteri, & nō Deo principaliter, sicut dicitur in c. ij. ī. de sponsa. & in simili per Innoc. in c. cùm uenerabilis. de except. de reuocatione confessionis accessoriæ ad instrumentum: & hoc, quando non est principaliter in fauorem statuētium, ut in casu nostro. Et quòd statuentes possint, ppria authoritate tollere statutum iuratum, uide per omnes in d. c. dilecto. & eleganter do. Card. in cle. j. uer. tertiò quæro. per totam illam quæstionem. de reg. per Io. An. in Spe. ti. de iureiur. §. j. uersic. pe. in add. inci. de statuto cōporū. Et Arch. & Domi. in c. unico, de cle. non resi. in vj. & in c. si à sede. de præben. eo. lib. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & do. Ant. in c. cùm M. ī. eodem, & Imo. post Card. & do. Ant. in proposito in c. cōstitutus. de rescript. & Archi. in c. omne. xxij. q. j. & Alb. in j. parte statutorū, q. xvij. & Pet. de Anch. in repe. c. super eo. uer. quæro ulteriùs. & Bal. in repe. §. ius autē ciuile. uersic. ulteriùs quæro. Instit. de iu. nat. gen. & ciui. ¶ Et si priùs non tollunt statutum, quàm cō
c traueniant, sed simpliciter contrauenient: non incurrunt periurium: quia præsumuntur facere animo tollendi statutum, & de hoc priùs cogitasse, cùm nemo præsumatur delinquere, nec immemor propriæ salutis. j. q. vij. saluberrimum. ut per Paul. de Leaza. in d. cle. j. de reg. quē sequitur ibi do.

c. cum ad cessisset.

a Nullatenus] De hac dictione Nullatenus, uide gl. fin. in authen. si qua mulier. C. ad Vell. & Card. in cle. super literis. de rescr. quòd inficit actum ipso iure. Item uide text. in c. Romana. §. sententias. de ap. in vj. facit etiā text. in c. Romana. §. in uniuersitate. de sentē. exc. eo. li. vj. & text. xj. q. iij. excellentissimus. quòd est dictio, quæ adimit potestatem.

b Priuilegium] Dic uerum, quo ad eum actū tantum, & dependētes ab eo, quo ad alios actus, de quibus priuilegiū loquitur: Bald. in Mar. g. uerb. statutū. uersi. vj. & in l. ij. C. de iu. do. imp. et per Cy. in l. uoluntariæ. & ibi Salic. C. de excus. tu. & Bartol. l. beneficium. & ibi Alex. ff. de cōsti. princ. in fi. qui dicit, quòd si priuilegium cōtinet actum momentaneū, perditur per unicum actum cōtrarium: non sic, si habet actū successiuū, ut ibi per actum, tamen cōtrarium imperfectum non renunciatur priuilegio, secundum Car. in cle. sæpe. §. si tamen. ij. q. de uerb. sig. per hunc tex. & omnino uide per Alex. in cōsil. cxcvij. ij. part. & Abb. in c. suggestū. de interrog. Imo. in c. accedentibus. circa prin. & c. si de torra. de priuile. & per do. Soc. in suo cōsil. lx. incip. Viso elegantissimo cōsil. uersi. circa secundam etiam. cū uersi. seq. in j. parte.

c Delinquere] Adde Alex. in suo consil. cvj. iij. parte, et in cōsi. præcedenti, quod est Vincu. Paleo. ubi limitat, nisi quando delictum esset sibi fauorabile, p gl. sing. in l. qui iurasse. §. si pater. de iureiu. et p Alex. cōsil. lxx. j. parte, et omnino per eum in l. j. de his, quibus ut indig.

Card. & Dominic. in c. in his. undecima distinct. & latè Imol. in d. c. dilecto. circa med. uer. item aduerte, in quãtum uult. respondendo ad doctrinam Innocen. in c. præterea requisisti. de appel. per quam aliud non uoluit domi. Anto. in c. j. de his, quæ fi. à maio. part. cap. Et quòd effectus isti eodem tempore orientes non confundant se ad inuicem, probat domi. Card. in d. clemẽ. j. uer. oppono ad hoc. ¶ Vno casu fallit ista conclusio,
12 uidelicet † quando Canonici iurassent seruare contenta in statuto, non referendo se ad statuta, ut quia dixe- 14
runt, Iuramus non augere numerum. Nam tunc cùm uideantur principaliter obligari ex iuramẽto, nõ possunt illi contrauenire, secundum Ioan. de Lig. in d. cle. j. & ibi domi. Card. & Bald. in prœmio Feud. & domi. Abb. in c. dilecto. & domi. Cardi. Imol. & domi. Abb. hîc, & Domi. in d. c. in his. Secus, si retulissent se ad statutum, addendo prout in statutis continetur, ut in dictis locis. Et hanc differentiam bene no. Sed ista fallentia procedit, ubi illud, quod iurant, non concernit principaliter utilitatem eorum: quia uidentur iurare Deo: & ideo contrauenire non possunt: secus, si concerneret utilitatem ecclesiæ: quia, ut dixi in cõclusione, possunt collegialiter contraueniendo ipsum iuramentum adinuicem remittere, per d. c. ij. de sponsi. & ibi hoc ità no. domi. Anto. allegando d. additionem Ioan. Andr. & Spec. & ideo in casu nostro cessat hæc fallentia, licet aliud sentiat hîc domi. Abb. ad quod uide etiam Domi. in c. cùm non deceat. de elect. in vj. ¶ Et aduerte: quia ubi non possunt contrauenire statuto iurato, ut esset in casu proximè declarato, tamen si contrauenirent, actus tenet, sed incurrunt periurium, secundum domi. Abb. hîc, per id quod no. Ioan. And. in regula, quod semel. de reg. iur. in vj. ubi per multa concludit, quòd secundum testamentum rumpit primum iuratum, sed testator incurrit periurium. Et idem in proposito tenet Ioan. Andr. in d. uer. quid si aliquis. & sequitur domi. Anto. & Imol. in d. c. j. de his, quæ fi. à maio. par. ca. ampliantes hoc, etiamsi quis iurasset non reuocare. Pro quibus facit glos. fin. g. in c. fin. in uer. reuocatis. de procur. in vj. & quod no. domi. Anto. post alios in c. fua. de offic. uic. & Archidiac. in c. ultima uoluntas. xiij. q. ij. & Imol. in repet. c. cùm contingat. uer. item per prædicta. j. de iureiuran. & Ludo. Rom. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligation. & Fede. in tract. De permutatione beneficiorũ, quæst. xxxv. & ibi Lap. in addi. & Dominic. in c. unico, uer. sed pone, quòd in ecclesia collegiata. de rer. permutatio. in vj. domi. Abb. in terminis in c. cùm ad monasterium. uer. secundò no. j. de sta. mo. & Ioan. Andr. in regula, non est obligatorium. de reg. iur. in vj. ¶ Est uerum, quòd domi. Anto. in repe. c. sequentis. uer. secundò prẽmitto. dicit in proposito nostro, quòd licet actus temporalis teneat contra iuramentum, ut in dictis locis: & pro ipso uide, quæ scribit Rota dec. ciij. incí. Nota, quòd ubi aliquis, qui stylo moderno est. de procur. viij. in antiquis. Sed tamen in locis prædictis non fit ista distinctio, & ista omnia communiter tenentur, licet super ipsis multa & magna sint extensa in locis prælegatis, & præsertim per Dominic. in d. c. in his. undecima distinct. ubi semper uide. Et ibi etiam pulchrè habetis, utrùm canonicus, qui iurauit seruare statuta, incurrat periurium, impetrando à Papa priuilegium contra statuta: de quo per Rotam decis. ccxciij. incip. licet quis iuret. quæ hodie est in tit. de iureiuran. unica, in nouis. ¶ Secunda con-
13 clusio. Vbi † numerus est confirmatus & non iuratus, possunt canonici ipsum augere. Facit text. hîc in fin. & quod habetur in c. quia diuersitatem. j. de concess. præben. nisi in confirmatione sit clausula decreti, per text. in d. c. dilecto. Sed tamen etiam tunc si facultates excrescerent, possent numerum augere, secundum do. Abb. hîc super c. sequens: per quod apparet hanc tacitam conditionem subintelligi: & dixi s. in ij. declaratione. Et ex ibi dictis est declarata ista conclusio. Vbi uerò numerus est iuratus & etiam confirmatus, dic, quòd eo casu, quo sola confirmatio impedit, fortiùs impediet, ubi habet secum iuramentum: & ecõuerso. Sed ubi quodlibet per se non sufficit, nec etiam simul iuncta: quia iure non probatur, secundum domi. Card. Imol. & domi. Abb. hîc de mente aliorum, & domi. Anto. in c. proxi. uersic. secundò præmitto. ¶ Tertia conclusio. Quamuis † creare dignitatem omnino nouam pertineat ad 14
Papam, c. j. xxij. distinct. tamen possunt canonici dignitatem non nouam, putà archidiaconatum, uel archipresbyteratum creare in sua ecclesia, per text. hîc in fi. nam ista dignitas erat extincta, & ex facto episcopi nouiter instituta sine licẽtia Papæ. Nec obstat, quòd istud contingat ex consequenti superioris dignitatis: quia cùm dignitas esset prorsus extincta, debet dici noua creatio, per c. in nouo. xxj. distinc. quod etiam tenet Io. And. & alij, secundum domi. Abb. hîc. ¶ Hanc conclu- 15
sionem declara duobus modis. Primo, dũ modò authoritas episcopi interueniat, aliàs solum capitulum non potest, secundum Hostien. in summa huius tituli, §. quando constitutio. ad fi. uer. cùm quæritur, an capitulum. & Dominic. in c. xxij. distinct. & Ioan. An. domi. Anto. & Imol. & Dominic. hîc, & alios proximè allegandos. Quia cùm istud tangat statutum ecclesiæ, non potest à solo capitulo expediri iuxta doctrinam Innocẽ. in c. requisisti. in fi. glos. mag. de testa. cum concor. quas dedi in c. cùm omnes. s. eod. & non sufficeret authoritas uicarij non habentis ad hoc speciale mandatum, secundum Dominic. post Ioan. de Deo in suis quæstionibus, in c. fi. de offic. uicarij. in vj. & Fede. consil. cclxiij. incip. si canonici. & sentit Lap. allegatione ultima, in princ. ¶ Non obstat iste text. quem Scribentes non uidentur considerare, ubi non interuenit consensus episcopi: quia istud toleratur, ex quo reuertebatur res ad statum antiquum: quo casu consensus aliàs necessarius non requiritur, per ea quæ s. dixi. Et sic limita hãc declarationem. Et bene facit, quod dicetur j. super glo. fi. post Dominic. hîc. ¶ An autem sufficeret tacitus consensus episcopi, uide Cald. in isto tit. consil. ij. ubi probat, quòd sic. Et de eo fiet mentio plenior in c. cùm consuetudinis. j. de consue. ¶ An autem requiratur licentia Papæ, uide domi. Ant. domi. Abb. & Imol. in c. cùm olim. de consue. concludentes, quòd non: licet ad cautelam peti posset, prout fuit petita ibi. Et subdit hîc Im. post alios econuerso, quòd solus episcopus ista nõ potest sine capitulo, cùm tangat capitulum. Allegat c. nouit. & c. quanto. j. de his, quæ fi. à præla. Ad quod est decisio Dy. in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. ubi dicit, quòd episcopus non potest creare canonicos de nouo in ecclesia sine consensu canonicorum: quia agitur de eorum præiudicio: & hîc per illum text. dum dicit, Cùm enim minuitur ius eorum, consequens est exquiri, an consentiant. ¶ Et adde, quòd si non ageretur de eorum præiudicio, fortè quia constitueretur dos, uel aucti essent reditus, ut in sequenti declaratione: tamen adhuc credo necessarium consensum capituli, per id, quod notant domi. Anto. & domi. Abb. post Gosfre. in c. cùm nos. de his, quæ fi. à præla. & Archidiac. & Dominic. in c. episcopos. xxiij. distinct. ubi dicũt, quòd in actibus tangentibus communiter prælatum & capitulum, semper requiritur consensus capituli: & est text. in c. ea noscitur. de his, quæ fiunt à præla. & ibi domi. Anto. post Hostien. Vnde dicit domi. Anto. in c. ad aures. circa medium, de temp. ordi. quòd si prælatus præcipiat subdito aliquid de spectantibus ad prælatum & capitulum communiter, subditus potest contradicere simpliciter, nec tenetur appellare. ¶ Secundò declara-
16 tur dicta conclusio, dũ † modò creata dignitate constituatur sibi dos: aliàs creatio nõ tenet, secũdũ domi. de

Rota

Rota in antiquis, decisione dxxiiij. incí. Episcopus creauit unam dignitatem. per text. in authen. ut nullus fabricet oratorij domum. §. fi. & per Host. in summa, de ecclesiæ dí. §. ij. uer. sed & primò. Si tamen uniret illi dignitati incontinenti unam ecclesiam, sufficeret, secundum Rotam, ubi s. Sed si pro dote assignaretur unum prædium ipsius ecclesiæ, in qua creatur dignitas, requireretur eadem solennitas, quæ requiritur in alienatione rei ecclesiasticæ: aliàs assignatio non teneret, secundũ Cald. in tit. de præben. consil. xiiij. quod incipit, Plebanus. ¶ Et in taxanda dote, qualis respectus habeatur ad dotes aliarum dignitatum non conformes, uide do. Abb. consil. lvij. quod incipit. Ex infrà scriptis literis Apostolicis, uersic. uenio nunc ad secundum. ¶ Aduerte tamen: quia si reditus capituli essent augmentati, ista declaratio nõ procederet per omnia. Nam augmentum erit loco dotis, per text. hîc & j. c. proxi. Vbi autem essent diminuti, non potest creari noua dignitas, secundum omnes hîc, & Domi. in d. c. j. xxij. distin. quia tot sunt ponendi in ecclesijs, quot reditus exposcunt, c. j. j. de inst. secundum eos: & facit c. cùm olim. ibi, dũ modò. j. de consue. Quod tamen puto intelligendum, nisi aliter constitueretur dos, quàm de bonis capituli,
17 ut prædictum est. ¶ Ad † secundum circa hanc glossi. uidelicet de potestate prædictorum in supprimendo dignitatem, uel minuendo numerum præbendarum, uel canonicorum, pone conclusionem: Licet sine causa nõ possit numerus minui, uel dignitas supprimi, c. ex parte. j. eo. tamen cum causa, putà ob diminutionem redituum, potest per episcopum & capitulum dignitas supprimi, secundum omnes hîc, & in locis prælegatis: quod ultra eos ampliat hîc do. Abb. & bene, etiamsi à Papa fuisset præfixus numerus, uel dignitas creata, sicut econuerso nõ obstante cõfirmatione possunt prædicta augeri auctis facultatibus, ut s. in ij. conclusione. Per quam rationem uidetur idem dicendum, etiamsi in confirmatione sit clausula decreti, sicut ea non obstante econuerso fit augmentum auctis facultatibus, ut s. & sentit Imol. hîc, licet do. Abb. in fi. huius articuli aliter dicat sine lege locutus: sed posset intelligi, ubi nõ euenit dicta diminutio. ¶ Hanc conclusionem limita primò, nisi aliquis alius à capitulo constituisset illas præbendas, seu dignitates: quia non potest illas capitulum diminuere sine authoritate fundantis, uel hæredis, secundum Hostiẽ. notabiliter hîc, quem omnes sequuntur, argu. c. monasterium xvj. q. vij. ¶ Et per hoc dictum dicit hîc Cal. se obtinuisse, quòd episcopus nõ 19
potest dispensare contra institutionem beneficij, uel ipsam immutare, uel contra eam uenire sine consensu patroni: de quo faciunt hîc festum do. Ant. do. Abb. Imol. & Domi. inferẽtes, quòd si in institutione beneficij collatio est facienda presbytero, nõ potest episcopus sine licentia patroni dispensare, ut cõferatur non presbytero. Et addit pro hoc do. Abb. notabile dictum Inno. in c. fi. de cleri. non resi. ubi dicit, episcopum non posse cõtra statutum beneficij dispensare. Et faciunt no. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. secundum eum. ¶ Pro dicto isto Cald. multùm utili & quotidiano, licet satis uulgato, uide Bald. in l. si quis presbyter. in iij. notabili, C. de episc. & cle. ubi dicit per illum text. quòd si episcopus uult ecclesiã simplicem facere collegiatam, requiritur consensus patroni. ¶ Idem, si uellet eam erigere in cathedralem, secundum Pe. de Anch. in c. cùm inferior. de ma. & obe. ¶ Idem, si uellet eam alteri unire, secundum Paul. de Leaza. in cle. ne in agro. §. ad hoc. de stat. mo. & do. Abb. hîc, & do. Card. consil. xcix. incí. Papa uniuit. ad finem, allegando Inno. in c. suggestum. de iure pa. ¶ Idem, si uult authorizare permutatione, secundum Cald. in tit. de re. permut. consil. ij. de quo per Domi. in c. unico, eod. tit. in vj. & Lap. allegatione xcvj. quæ incipit, beneficia uacãtia. in fi. & do. de Rota decis. cccvij. quæ incipit, permutatio. in nouis, cccxxxj. quæ incipit, suppõsito. uers. sicut tertio. & Inno. & alios in c. quod in dubijs. j. de renũ. & do. Abb. in c. cùm dilectus. j. de iure pa. & est glo. j. & ibi do. Abb. in c. cùm dilectus. ¶ Idẽ, si episcopus uellet alienare bona ecclesiæ patronatæ: quia patronus cum causa cõtradicere potest, secundum do. Ab. post Inno. in c. unico, j. ut ecclesiastica benefi. de quo per Pet. de Anch. consil. cxvj. incip. Exnarratis. & do. Ab. in c. suggestum. ¶ Et pro istis optimè facit tex. in clemen. quia contingit. in princ. de relig. do. cũ glo. in uerbo, apostolicæ. ibi, ubi inferior à Papa etiã legatus nõ potest alterare pias intentiones testatorũ, 18
& ibi plenius do. Card. & Imol. ¶ Ex † hoc dicto Cal. infert hîc Imol. quòd licet patronus propter negligentiã perdiderit potestatem præsentandi, tamen superior cõferens iure deuoluto, nõ poterit aliter conferre, quàm se habeat institutio & natura beneficij. Quod tene mẽti. Et pro ipso facit dictum Bal. in l. si puella. C. si mãc. ita alle. fuerit. ubi dicit, quòd si executor, qui de mandatõ testatoris habebat aliquid distribuere in pauperes cũ consilio prioris Prædicatorum, fuerit negligẽs, episcopus succedens ei iure deuoluto tenetur eam formã seruare: quia non recedit à forma, quæ perpetua est, sed à persona: quod dicit esse menti tenendum. Et facit, qđ no. Bart. in l. multa. ff. de condi. & demon. Facit etiam, quod no. domi. Abb. in c. causam. j. de elect. ubi dicit, qđ sicut episcopus habet tempus præfixum ad cõferendũ beneficium, quando confert iure proprio, ita quando confert iure deuoluto, ut propter negligentiam patronorũ. Alle. Rot. decis. lv. ¶ Bene facit quæstio disputata per Io. An. in regula, cõtra eũ. de reg. iur. in vj. in Mercurialibus. de episcopo, in quem deuoluitur electio cõpetens certis monachis habentibus eligere de gremio unius monasterij, ut ipse episcopus ad idẽ teneatur. De quo ultra Ioã. An. est casus in cle. j. ibi, illa ualet. de sup. neg. præla. secundum Lud. Ro. in sing. ccccxciij. incí. Pone, quòd arbitrium. nam uult ibi tex. optimus, quòd si superior episcopus habet cõferre iure deuoluto beneficia regularia, debet conferre eisdem personis, quibus prælati regulares tenebantur conferre. ¶ Ad idẽ, quod no. Io. An. post Inno. & Compos. in c. publicato. in xiij. q. de elect. ubi dicit, quòd si publicato scrutinio moriuntur omnes canonici conuente tecto, substituti de nouo tenentur eundem eligere: quia per publicationem quæsitum est nominato ius, quod per casum non perdit. Ad hęc etiam text. cum glos. in uerbo, surrogantes. in c. dilecto. j. de præben. ubi † quando unus alteri 19
surrogatur, ut sit idem in iudicandi ministerio, censetur astrictus per omnia eisdem modificationibus, quibus primus. Et est textus in l. si iudex, cui certa tempora. ff. de iudic. & facit illud generale, quòd subrogatum sapit naturam, &c. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & §. fuerat. Instit. de act. & c. ecclesia. j. j. ut lit. pen. & ubiq; per Doc. ¶ Sed hoc dictum Cald. restringitur bre uiter tribus modis. Primo, dum modò prædictæ condiciones appositę per patronum in fundatione beneficij sint appositæ cum consensu episcopi: aliàs non tenent, ut no. do. Ant. post Compostel. in c. cùm dilectus. uer. si quæritur, an ex statuto. j. de consue. & sequitur ibi Imo. uer. ité aduerte. qa do. Ant. dicit hoc bene notandũ pro istis, qui ordinãt capellas, & disponunt de modo cõferẽdi aliter, quàm ius disponat: qa nõ possunt sine cõsẽsu episcopi, per illũ tex. cũ cõcor. ¶ Secũdo restringitur, ut nõ præcedat, qñ patronus cõsẽtiret, ut dictæ cõditiones alterarẽtur, ut sentiũt oẽs Doc. hîc: & qđ utilius est, idẽ dic, si heres patroni cõsentiret. Ita expressè dicit hîc do. Ab. Qđ bene no. Et p istã restrictionẽ cõsuluit Ferrariæ, & obtinuit, ut p una uice posset episcop⁹ cõsentiẽte hærede patroni cõferre bñficiũ nõ habẽti qualitates i fundatiõe appositas. Sed ex dicto do. Ab. hîc, phat idẽ, si ex toto uellet episcop⁹ cũ capitulo ex causa illas cõditiõ-

c. cum ac ceſsiſſet.

nes auferre cum consensu patroni, uel hæredis. Quòd bene nó. ¶ Nec mirum, si hęres uenit cõtra factum defuncti: quia cum authore episcopo faciat, non hoc uideiur ei imputandum, arg. l. iustè possidet. ff. de acquir. pos. ¶ Sed huic ultimo de hæredè obstare uidetur, qd not. do. Card. in d. cle. quia contingit. in princ. in v. q. & ibi Imol. uer. hoc ultimum, ubi dicunt contra Lap. ibi, quòd licet de consensu eius, qui ordinauit aliquid ad pium usum, possit episcopus legatum mutare, tamen a secus de consensu sui hæredis[a]: quia hîc non agitur de utilitate ipsius, cui possit renunciare, sed de uoluntate defuncti seruanda. Facit, qd no. Bart. in l. legatum. ff. de usuf. leg. & in l. legatum. ff. de admi. re. ad ci. pertí. secundũ Imol. & dicit ibi do. Car. se pluries ita dixisse in c. nos quidem. j. de testa. Et quamuis termini illi uideantur aliqualiter diuersi à nostris, tamen utrobiq; uidetur eadẽ ratio. Quapropter considerabã duos casus, qui possunt in hac materia occurrere. ¶ Primus est, quando de consensu patroni uult episcopus conferre beneficiũ alter, quàm eius natura dictet, dispensando pro illa uice: & tunc uidetur, q̃ cõsensus hæredis sufficiat. Et pro hoc induco, quod no. do. Ant. in c. fi. ante medium. uer. Vincentius autem. de testa. ubi dicit, quòd ex causa utili relictũ pro anniuersario potest una uice ad aliud expendi, & redire postea ad solitum debitum. Et quando episcopus uellet dispẽsare in proposito ex causa necessaria ecclesiæ, hoc uidetur posse etiam inuito patrono, ut j. dicetur. ¶ Secũdus casus, quando episcopus uellet in totum supprimere beneficium patronale, uel in totum tollere conditiones illi annexas: & tunc aut hoc non fit ex causa necessaria, & credo, quòd nõ possit etiam cum consensu hęredis patroni, per rationem text. in d. cle. quia contingit. & per dictum prædictorũ, licet aliud sentiat hîc do. Ab. Aut ex causa necessaria, putà in casu, Doc. hîc. quãdo decreuerũt facultates adeo, quòd opus est illam dignitatem, uel præbendam tollere, uel est impotens ad illas conditiones nunc, & non reperitur persona idonea, quæ eam uelit taliter conditionatam: & tunc credo, quòd procedat ista restrictio, adeò quòd etiam inuito hærede fortè fieri posset. Et moueor per id, quod no. Imo. in d. cle. quia contingit. uer. Lapus hîc limitat. ubi dicit, illum tex. non procedere, quando legata conuerti non possunt ad usum deputatũ. Et idem do. Ant. in d. c. fi. de testa. uer. hoc dictum quotidie contingit. & idem in proposito, cessantibus reditibus cessare debet ordinatio testatoris: & pro hoc facit sequens restrictio.

20 ¶ Tertio restringitur dictum Cal. nisi† immineret necessitas, per quam pro utilitate ecclesiæ moueretur episcopus ad disponendum de beneficio patronali aliter, quàm eius natura exigat: quia etiam patrono inuito hoc poterit, secundum do. Abb. hîc sing. per id, quod no. do. de Rota decis. cccvij. incip. permutatio. in nouiss. ubi dicit, quòd si patronus sine causa non uult consentire permutationi beneficij, potest episcopus hoc facere sine eius consensu: quia patronus non debet impedire magnam utilitatem ecclesiæ. Facit c. j. de his, quæ fi. à ma. par. ca. secundum eum. ¶ Cõfirmari potest hoc ex eo, quòd ipse no. in c. nullus. de iure pa. dum dicit, q̃ si ex forma statuti debet requiri cõsensus propinquorum in contractu minoris, ipsi requisiti denegant consentire, ubi attenta necessitate nõ debebant denegare, potest superior causa cognita licentiare minorẽ, ut contrahat. Et ita dicit se consuluisse per text. ibi, & in d. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. & ibi no. Bart. ff. sol. ma. & idem no. do. Abb. in c. tuæ. de cle. non resi. & Bal. in c. j. de consue. rec. feud. & in l. j. per illum textum. C. de nupt. & in l. j. ad fi. C. qui admit. & Pet. de Anch. in c. j. §. eodem, cum concor. ¶ Et quòd in casu necessitatis non requiratur cõsensus illius, qui aliàs requireretur, probat dictum Innoc. in c. nisi cùm pridem. de renun. de translatione episcopi inuiti propter periculum scãdali. Ad idem, quòd dicitur ob necessitatẽ reipub. auferri aliquando rem ab inuito, l. uenditor. §. si constat. ff. cõmunia prædi. cum concor. allegatis in c. quæ in eccle-
21 siarum. §. eodem. ¶ Et† quòd propter necessitatem possit actus expediri sine consensu eius, qui aliàs deberet requiri, probat tex. elegans in l. tutor, qui repertorium. ff. de admi. tut. ubi causa necessitatis potest tutor inuẽtario non confecto administrare bona pupilli: quod aliàs cessante necessitate facere nõ potest. Et per illum text. decîdit domi. Abb. in c. fi. uer. omnia prædicta. j. de eccles. ædifi. quòd si† imminet necessitas alienandi
22 bona ecclesiæ cathedralis, & exigit tantam celeritatem, quòd superiorem consuli non patiatur, potest episcopus alienare non obstante iuramento de non alienando, inconsulto Ro. pontifice. Et facit l. si longiùs. ff. de iudic. & c. j. in fi. ne se. uacan. in vj. cum aliis allegatis per eum, & per glos. in uerbo, distantiam. in c. cùm ex literis. j. de rest. in integ. Similiter dicit domi. Anto. in c. inter quatuor. j. de cle. non resi. quòd licet clericus non possit se absentare à residentia ecclesiæ suæ sine licentia prælati, c. relatum. eod. tit. tamen si est arctatus tali necessitate, quòd non potest petere licentiam, licitè potest se absentare. Idem de obligato ad ieiunium & constituto in periculo, propter quod non potest superior adiri pro dispensatione, secundum beatum Tho. ij. ij. q. lxxxvij. arti. ij. ad fin. & q. cxlvij. argu. iiij. ante mediũ. Quòd autem necessitas sit causa sæpissimè utolandi regulas iuris, colligitur ex his, quæ aliàs adduxi in c. quærelam. j. de iureiur. Et per hæc sit declaratum dictũ Cald. hîc, quæ no. tanquam nouissima. ¶ Secundò limita hanc conclusionem de suppressione, dum modò bona episcopi & capituli sint diuisa, iuxta no. in c. edoceri. j. de rescript. Si enim essent cõmunia, conclusio non procederet: quia episcopus authorizaret in facto proprio: quod esse non debet, l. pupillus. ff. de author. tu. facit cle. si una. de re. eccles. non alien. nec capitulum per se solum hoc posset, per c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. Et ideo recurreretur ad archiepiscopum, uel ad Papã, argu. c. nullus. j. de iure pa. Ita dicit Host. in d. uer. conqueritur, an capitulum. & in c. ex parte. j. eodem. & sequuntur hîc Ioan. And. Cald. do. Card. & domi. Abb. ¶ Sed domi. Ant. Imol. & Domi. hîc dicunt, quòd imò si uolunt applicare mensæ capituli, etiam diuisæ, quòd non possunt sine licentia Papæ. Allegant glos. in uerbo, mensæ. in d. cle. si una. Si autem uolunt applicare ad alium usum, putà ad augmentum capellaniæ, uel mãsionatiq, uel ad fabricam: & tunc possunt, etiam si bona sint communia. Et allegant ad hoc Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de his, quæ fi. à præla. in fi. in uer. & ut patet. Et unum addit hîc Imol. ualde notabile, si est uerum: quia licet mensæ capituli applicare non possint, cùm hîc tangatur commodum totius capituli, ut est dictum: tamẽ si uellent applicare uni præbendæ, uel etiam singulis, possent: quia non authorizant in facto proprio, cùm aliud sit applicare capitulo: aliud singulis canonicis. Nam aliud capitulum, aliud singuli canonici, ut in c. episcopus. §. qui manumittitur. xij. q. j. Et ita potest saluari ista litera, dum dicit, inter canonicos ipsos. Mouetur per text. in d. cle. si una. in princ. uer. præbendæ. & per gl. ibi in uerbo, ipsi capitulo. Quę bene faciunt. ¶ Sed aduerte: quia ibi non probatur, quòd possit applicare omnibus præbẽdis, prout dicit Imo.

a *Sui hæredis] Adde Bal. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle. & in l. fi. si aduer. uen. pi. et in l. fi. quæ sub mo. Et ad materiam hanc uide etiã Paul. de Cast. cons. xvj. & Pe. de Perusio in tract. iiij. epistol. c. ix. v. colũ. ubi dicit, non posse legatum pium cõuerti in alium usum, nisi sit commissum conscientiæ alicuius executoris. Sed Bal. contra in l. executorem. de execu. rei iu. ubi uide.*

Imo. & esset satis mirabile: quia tangit materia omnes, 25 ex quo tangit cuiuslibet cõmodum in singulari. Et cõtra hoc multum facit, quod notant Io. An. Paul. de Leaza. & do. Anto. in c. cùm nuncius. j. de testi. & Bart. in l. si tantum. §. uniuersitatem. ff. de re. diui. & Bar. in l. parentes. in fi. C. de testi. & Doc. in c. tertio loco. de probat. cũ concor. quas aliàs dedi in c. insuper. in v. fallentia, j. de testi. In quibus patet, quòd quo ad ferendum testimoniũ, maior præsumitur affectio collegij in his, quæ tangunt singulos, quàm in his, quæ tangunt uniuersos, & facit l. ij. C. quando & qui, quarta pars deb. ubi dicitur, quòd solet negligi, quod cõmuniter possidetur. Si ergo fatetur hîc Imol. post alios, quòd capitulum est suspectum, ubi agitur de applicando capitulo ut uniuersis, fortiùs uidetur idem dicẽdum, quando applicatur eis ut singulis. Quando autẽ applicaretur uni, uel duabus præbẽdis, secus esset, cessante dicta ratione. Et ideo opi. Imol. non puto sustentabilem, quamuis cogitare
23 possitis. ¶ Et† ista facerent ad quæstionẽ, utrùm† episcopus ex causa possit applicare mẽsæ suæ ad tempus fructus beneficiorum uacantium? De quo uide per gl. in uerbo, cum capitulo. in c. unico. j. ut eccle. benefi. & ibi omnes, præsertim Imo. plenissimè, & per glo. in uerbo, concedimus. in c. si propter tua debita. de rescript. & ibi Domi. & beatum Tho. ij. ij. q. c. art. iiij. in fi. & do. Ant. in c. j. de eccl. ædifi. & non est pertinens materia. Et cõmunior conclusio est, quòd sic: dum modò fiat ab episcopo cum capitulo ex causa rationabili, & palàm, & nomine ecclesiæ, & alteri non competant dicti fructus primi anni ex iure speciali. Et sic limitatur dicta cle. si una. ut procedat in applicatione perpetua: secus in temporali concurrentibus prædictis, ut latiùs in dictis locis: & uide, quod no. do. Abb. in c. pastoralis. uers. sed quæro, nũquid episcopus. j. de priui. ubi dicit, quòd ex causa potest episcopus cũ capitulo applicare unam ecclesiam religiosis, ut cõuertant eam in usus proprios, per c. consultationibus. & c. pastoralis. j. de dona. ¶ Et unũ ad hanc materiã adde, uidelicet quòd totalis suppressio beneficij non potest fieri, nisi quando beneficiũ uacat: diminutio autem redituũ bene fieri potest ex causa, dum non uacat. Hæc probantur in c. j. j. de re eccl. nõ alie. in vj. & in d. cle. si una. inducendo, ut per do. Ab. in c. ad hæc. j. de excess. præla. ubi uide. ¶ In gl. pen. in fi. Habes quinq; opi. in materia, qualiter perdatur priuilegium m, in qua tot sunt opiniones, quot sunt capita, per quæ discurrit ista materia, secundum do. Abb. hîc, subdentem, quòd longissimũ esset singulos casus discurrere. Et ideo omissis superfluis imitãdo uestigia sua & dictis aliorum hinc inde sparsis insimul reductis fieri possunt tres regulæ, ex quibus cũ fallẽtijs opportunis 26 erũt reducta principalia capita huius intricatæ & quotidianæ materiæ. ¶ Prima regula est, ubi à lege, uel ab
24 homine est expressum, quomodo† priuilegiũ finit cursum suũ, illi standum est. Patet in l. quoties. C. de prec. impe. offe. Et hinc est, quòd si est datũ ob certã causam,

a *Cessat] Adde text. in l. Titia. §. usuras. et ibi Bar. de leg. ij. & l. ex facto. de uul. & pupil. & Bald. in l. j. in uer. et ideo. ff. de offi. eius, cui man. est iurisd. & uide omnino per do. Alex. in l. excusantur. §. nõ solum. ff. de excus. tut. in apost. & per. do. Soc. cons. cl. incl. & nos introducemus. uers. sextò confirmatur. circa mediũ, in j. parte.*

b *Eo non utitur] Adde, quòd idem tenet do. Soci. suo cõs. clxiij. incip. Visa bulla Bonifacij. uersic. primò, quia uidetur dici. in ij. parte.*

c. cum ac cessisset.

a illa cessante ipsum cessat[a], c. suggestũ. j. de deci. & melius ĩ c. generaliter. xvj. q. j. Et hinc est etiam, quòd priuilegiũ datum ad agendum durat tanto tempore, quantum durat ipsa actio, ut l. si eum. §. qui iniuriatũ. ff. si quis caut. Sed si datur ad excipiendum, est perpetuum: quia quæ annalia sunt, &c. l. purè. §. fin. ff. de doli excep. nisi in casibus, quos ponunt Car. & Innoc. in c. plerunq; j. de rescript. & ibi dicetur: & uide Spe. in fi. de instru. edi. §. nunc autem. uer. pen. ubi ponit nouẽ modos, quibus perditur priuilegiũ: de quibus etiam per glos. & Doc. in c. suggestum. j. de decimis. ¶ Secunda regu-

b la est, quòd† priuilegium datũ ad aliquid faciendũ perditur spatio x. annorũ, si priuilegiatus eo non utitur[b], ut est tex. no. in l. j. ff. de nund. ubi dicitur, quòd si princeps concedit ciuitati priuilegium nundinarũ, & ciuitas b non utitur eo per decenniũ, illud perdit. Et per hoc dicit ibi Bartol. quòd si princeps dat priuilegium studij generalis, quo ciuitas nõ utitur per decẽniũ, perdit illud. Et hanc regulam ponit etiam Spec. in d. uer. pen. & Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de publica. & in l. fi. ff. de consti. prin. & Ioan. And. in c. j. de immu. eccles. in vj. & glos. hîc, & Doc. in locis præalleg. & Pe. de Anc. cons. cclv. quod incipit, In quæstione, quæ uertitur. ad fi. & glos. in l. falso. C. de diuer. rescrip. & glos. in c. j. xxv. q. ij. Reperio tamen Arch. quem nemo allegat, in d. c. j. ubi dicit, quòd ratio d. l. j. est, quia qui nundinas impetrat, facit præiudicium multorũ. Vnde breuiori tempore amittit, cùm sit odiosum. Secus, si in præiudicium singularis personæ: quia tunc est perpetuum, per d. l. falso. Et ibi etiam hoc tenet gl. sed quia nõ reperio à Doc. approbatam hanc restrictionem, ideo non auderẽ per eã destruere hanc regulã, qua quotidie utimur. Nec obst. d. l. falso. quia loquitur in rescripto, cuius natura est, ut non perdat uires per nõ usum, nisi data impetratione secundi, per c. plerunq; j. de rescript. & ibi do. Abb. in iij. nota. signanter colligit hanc differentiam inter priuilegium & rescriptum. ¶ Hanc regulam limita primò, dum modò priui legiatus usus non fuerit priuilegio, cùm potuit: secus, si per ipsum non stetit, quo minus uteretur priuilegio, sed non potuit, quia occasio se non obtulit: q̃a per hoc priuilegium nõ perdit. Et ad hoc induci potest tex. notabilis in l. unus ex socijs. §. fi. cũ l. seq. ff. de ser. rust. prædi. ubi non perditur seruitus mihi debita, deducendo aquam in fundo meo, si ideo non utor, quia fons exaruit. Et ita per illum tex. tenet glos. ordinaria in c. abbate sancti Syluani. in uerbo, ibidem. ante fi. j. de uerb. sig. & ibi do. Ant. & do. Abb. prope fi. notantes ex ea, quòd non usus priuilegij uoluntarius tollit priuilegium: secus in non usu necessario: quia qui nequit uti, non est in culpa, uel mora. Ad idem, quod no. Io. An. in c. Ioannes. uers. ubi uerò usus. de cleri. coniug. ubi dicit, quòd non usus non tollit legem, quando homines nõ sunt usi: quia casus non accidit. Vnde dicit, quòd si à mille annis non est natus aliquis hermaphroditus, & sic homines non sunt usi lege de eo iudicando. Loquente, per hoc nõ est illi legi derogatũ. ¶ Ex quo infertur, quòd† per actus negatiuos non inducitur consuetudo: quod ultimum declara, ut per do. Ab. ibi ad fi. per do. An. repe. c. fi. uer. ex his infertur. de consue. & aliquid per do. Ab. in c. fi. uersi. ultimò circa hanc remissionem. j. de fo. compe. & per Cy. in l. ij. C. quæ sit lon. consue. & Bal. in l. de quibus. ff. de legib. & do. Ab. in c. fi. de rest. spo. ¶ Ad idem, quod no. Bart. in l. filius. C. de decur. lib. x. ubi dicit per illum text. quòd si aliqua ciuitas tenetur facere exercitum, quando princeps facit, & per cẽtum annos stetit princeps, quòd non fecit exercitum, quia nõ fuit necessarium, per hoc non perdit ius suum. Et idem repetit Bartol. in l. cùm sumus. post princ. C. de agrico. & censi. libro undecimo. idem dicens, si occurrente necessitate princeps non requisiuit: quia sufficiebant sibi gentes suæ. Vnde nulla desidia potest ei imputari, si alios obligatos non requisiuit, quibus non indiguit. Et sequitur Lud. Ro. in rub. ff. de arbit. uer. xij. facit glos. pen. in clemen. j. de foro compe. & glos. tj. in c. plerunq; j. de rescript. Ad idem, quod not. Innoc. in c. dilectus. de capell. mona. in glos. quæ incipit, ex eo. ibi, item si contrarium diceretur, ubi dicit, quòd si aliqua eccle-

sia,

sia, uel persona ita se habet per plurimos annos, quòd nunquam potuit iurisdictionem in eum exercere, propter hoc non amittit episcopus ius iurisdictionale, qđ habet in ea. Ad idem, quod no. Ang. consil. cxciij. quod incip. iam sunt octuaginta anni. ad fi. ubi dicit, quòd si Ianuenses obtinuerunt contra Florētinos relatis annis, quibus pluribus annis non sunt usi, quia nullus Florentinus transiuit per eorum districtum, per hoc non est præscriptum contra dictam concessionem relatarium. ¶ Ad illud, quod no. Ioan. And. in addi. Spe. super rub. de feud. & refert do. Abb. in c. ad audientiam. ī. de rescrip. & ibi aliquid per Imol. ubi dixit, quòd uasallus non præscribit libertatem aduersus dominum, qui eius seruitio usus non est: quia non occurrerunt casus, in quibus esset opus eius seruitio. Ad illud, quod in simili no. Ang. in l. malè agitur. ad fi. uer. quandoq; pensio non soluitur. C. de præscrip. xxx. an. & quod no. Bar. & dom. Floria. in l. hoc autem. in prin. ff. de ser. rust. prædi. Quæ omnia no. tanquam priùs non reducta ab alio antiquo, uel moderno. ¶ Limita secundò hanc regulam, ut intelligatur, quando est data simpliciter facultas aliquid faciendi: quia non utendo, cùm potest, perditur: secus, ubi facultas faciendi est posita formaliter in expressa & libera uoluntate eius, cui fit concessio: quia illi nullo tempore præscribitur. Et ita est glos. aurea & multùm no. in c. ut priuilegia. in glos. pen. in fi. ī. de priuileg. de qua facit festum ibi domi. Anto. quem uide: & eam sequitur Cald. in tit. de præscrip. consil. j. Et ad eius intellectum uide Ioan. And. & Io. de Lig. in c. fi. de consue. in vj. & ibi Domi. plenè in princ. ubi latè concludunt, quòd Canonici non utendo facultate optandi data eis consuetudine, non perdunt ipsam facultatē ullo temporis spatio: & allegant dictam glos. & per illam glo. consuluit Cald. in tit. de præben. consil. xix. incip. In operaria. quia licet Canonici multo tempore nō præposuerint clericum operariæ, sed laicum, per hoc non est præscriptum per laicos, quo minùs Canonici possint etiam eligere clericum. Et allegat simile de eligentibus, qui multo tempore elegerūt per scrutinium, uel de gremio ecclesiæ, ut pro hoc non amiserunt facultatem eligendi aliter. ¶ Sed aduerte: quia uidetur difficile assignare differentiam inter consistentia in expressa facultate & in tacita, ut dicit domi. Abb. in d. c. ut priuilegia. priuilegium faciendi nudinas consistit in mera facultate priuilegiati, sicut priuilegium datum in casu capituli, ut priuilegia. Et ideo propter glos. ibi nō uidetur facienda doctrina uniuersalis, secundum eum: sed solùm procedit, quando priuilegium est cōcessum respectu certi loci & temporis, ut in casu illius c. ut priuilegia. ubi religiosi habebant priuilegium celebrandi in certo loco tempore interdicti: nam non accedendo ad locum illo tempore nō possunt dici in negligentia non utēdo. ¶ Et ideo infert domi. Abb. ibi, quòd priuilegiatus simpliciter, ut possit celebrare tempore interdicti, si non celebrat tempore interdicti per x. annos, perdit priuilegium: & hoc, quando conceditur personis: secus, si ecclesiæ, per ī. dicenda. ¶ Sed tamen do. Abb. non respondet ad decisionem omnium Doc. in d. c. fi. de consue. in vj. Et ideo tenendo ipsam, quam non reperio improbatam, uidetur quòd sicut per non usum non tollitur consuetudo optandi, ita nec priuilegium, quod si consistit in mera & expressa facultate: quia si canonici possunt optare, & sæpe non optent, non uidentur desistere, quia uelint consuetudini renunciare, sed quia cùm sit positum in facultate eorum, uelint optare, an non, non optando satis dicuntur uti facultate sibi cōcessa, quæ est ut optent, uel nō, ut potius utuntur consuetudine, ut ibi per Domi. ¶ Non est sic in l. j. ff. de nundi. quia non dicitur formaliter, ut faciant, si uelint: sed est simplex concessio. Et in hoc consistit ista difficultas, ut etiam per domi. Anto. in d. c. ut priuilegia. & uidi

27 aliàs in ardua quæstione, cùm† imperator daret in suo priuilegio uni nobili facultatem faciendi molendinum cum ista clausula, uidelicet, Ad libitum uoluntatis tuæ, & ipse per multos annos non esset usus hac facultate, quòd eam non perdit, per prædicta, quæ sunt quotidiana, & multum conferentia. ¶ Hanc limitationem declara dupliciter: & primò, ut procedat in priuatis: secus in ecclesijs, secundum Ioan. And. hîc, qui fortè uoluit, quòd in ecclesijs requiratur spatiū, xl. an. si tale priuilegium esset eis concessum. Facit, secundum Imol. in c. de quarta, de præscrip. & facit, quod dicetur ī. in tertia limitatione sequētis regulæ. Sed intellige hoc in priuilegio concesso ecclesiæ: secus, si personis ipsius ecclesiæ, ut probatur hæc differentia ex glos. in d. c. ut priuilegia. quæ non suadet ex eo, quòd priuilegium esset data tum personis ecclesiasticis: sed ex eo, quòd erat in mera earum facultate. ¶ Secundò declaratur, nisi mera facultas aliquid faciendi competat nō ex priuilegio, uel cōsuetudine, sed ex actione nata ex contractu: quia huic præscribitur, sicut alijs actionibus, ut eleganter consuluit Angel. consi. lv. incip. Gulielmus & Franciscus. ubi cōcludit, quòd stante cōuentione, in qua est facta permissio de uendendo, quādocunq; soluatur certa quātitas, quòd huic iuri & obligationi præscribitur, sicut actio ipsa ex stipulatu silētio xxx. annorum extinguitur, l. sicut. & l. si quis. §. j. C. de præscript. xxx. anno. l. j. C. de anna. excep. ¶ Nec obst. si diceret de iure offerendi in mera facultate consistentis, cui non præscribitur[a], ut per glos. in l. cùm notissimi. in uerbo, pro ponere. C. de præscript. xxx. ann. d. l. j. in uerbo, pro socio. & in l. pignori. ff. de usucap. & ibi per Bartol. quia dato quòd hoc procederet, de quo in locis ī. allegatis. Respondet Ang. qp in dicto casu nō nascitur actio, nisi primò fiat oblatio, sicut in pignoratitia, l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act. Sed casu prædicto actio ipso iure competit, licet exactio opere exceptionis fieri nō possit, nisi pretium offeratur, l. Iulianus. §. offerri. & l. qui pendentem. ff. de act. emp. Igitur si ipso iure competit, & est nata actio, extinguitur spatio prædicto. Et hoc amplia, secundū Ang. ibi, nisi in instrumento essent illa uerba, Quandocunq; & ad omnē uoluntatem dicti emptoris: quia talia uerba non possunt tacitè tollere exceptionem longissimi temporis, sicut nec expressè, per Bartol. & alios in l. nemo potest. ff. de leg. j. & in l. j. ff. de usucap. & domi. Abb. in rubri. de præscript. cum concor. Quinimo in istis terminis Ang. plus uoluit Pet. de Anch. consil. cccxxvij. Visis diligenter actis & actitatis. in ij. alleg. quòd sufficiant x. anni ad constituendum istū in mora: & probatur rationibus, de quibus per eum, quia hoc non affirmo. ¶ Generaliter autem, quando facultas præscribatur[b], uide per Bar. in l. uſam publicam. ubi bonus text. ff. de uſa. pub. & per Bart. Bald. & Salic. in l. cum notissimi. §. j. C. de præscript. xxx. an. per glo. & Bartol. in l. pignori. ff. de usuca. per Bartol. in l. fi. uer. iuxta prædicta quæro. ff. de condictione ex lege, per Baldum & Salic. in l. licet per illum textum. C. de iure delibe. per Angelum de Are. in §. actionum, uer. aduertas tamen.

a *Non præscribitur*] *Adde, q, si in pignorib. est appositum pactū legis cōmissoriæ, tunc odio creditoris iuri offerendi non præscribitur. Ita singula. not. text. & Bal. in c. j. de feu. dat. in uicem l. cōmis. licet aliqui, ut ipse refert, exponāt illum text. aliter, prout dixit dom. Alexā. de Imol. in suis apostil. et Bartol. in l. cùm notissimi. alleg. in tex. uersic. quæro, utrùm iuri offerendi. ubi uidet ad de Bald. in suo cō sil. xiij. j. uolu.*

b *Præscribatur*] *Adde, quod facit, an iuri adeundi, & c. cùm sit quædam facultas, ut Salic. in l. licet. C. de iur. deli. & Bal. Ad quod adde do. Soc. in suo consil. lxiiij. incī. In causa uertente, uer. seq. in j. part. & consil. lxxxj. incip. In præsenti consultatione. in d. j. parte.*

Inst. de act. & domi. Abb. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. ī. ut lit. non contest. per Bald. in c. j. de feud. dato in uicem, l. commis. per glo. in §. finitur. in uer. modum. Inst. de usufru. & in l. corruptionem. C. de usufruct. per Bal. in l. sicut. C. de præscrip. xxx. an. per Pet. de Anch. in c. fi. de cōsue. in vj. per Ang. in l. centesimis. in prin. ff. de uerb. obli. & in l. malè agitur. C. de præscrip. xxx. an. per
28 Bal. in l. arboribus. ff. de usufr. ¶ Tertia regula est, qp† cō traueniens priuilegio dato ad aliquid nō faciendum, uidetur ipsi renūciare: & consequenter ipsum amittit, arg. c. priuilegium. xj. q. iij. cum cōcor. hîc alleg. in prin. huius gl. Et ponūt Doc. in regula prædecessis allegat. & est casus hîc, & in l. ij. C. de iure do. impe. quæ optimè facit, sm do. Abb. qui etiam allegat, quod no. Bar. in l. j. C. de his, qui spon. mune. lib. x. ubi uidetur uelle, quòd priuilegiatus, ne soluat præstantias, si sponte semel soluit, præiudicat sibi in futurum, nisi fuerit protestatus, ut ibi. Et no. hoc ultimū sm do. Abb. hîc. ¶ Et adde etiā Bart. in l. ij. ff. de ueteranis. & Pet. de Anc. consi. cclv. ad fi. Et no. Io. An. in regu. accessoriū de reg. iur. in vj. in Mer. concludens, quòd doctor priuilegiatus, ut non teneatur disputare, si disputat, uidetur renūciare priuilegio. Ad idem, quod no. Ang. in l. j. §. si quis tutor. ff. quando appellandum sit. ubi dicit, quòd si habens immunitatem à datijs & collectis, describitur in libro talium grauaminum, & sciens hoc non appellet infra x. dies, perdit exemptionem, per illum text. quē dicit esse peregrinū & cōmuniter ignoratū: & sequitur ibi Ang. de Are. hoc multùm notans & dicens, nunquā exeat mentem tuā. Et idem tenet And. de Barulo in d. l. j. C. de his, qui sponte. Et quòd abutens priuilegio perdat eius cōmodum, uide tex. opti. in c. recolentes. uer. si enim. ī. de stamona. per quē consuluit Pe. de Anc. consi. ciiij. inci. contra fratres. quòd licet onera imposita habētibus bona in cōmuni non extendantur ad Mēdicātes, quia ea nō habent, tamen si de facto tenent, extenduntur ad eos, nec possunt prærogatiuam mendicitatis allegare, cui per abusum renunciauerunt, per illum tex. & illo consilio subscripsit se do. Ant. ut patet in cōsi. suo cccviij. incip. Vt s. ī. solenniter. facit etiam quod no. Bar. & Ang. in l. usum aquæ. C. de aquædu. ubi dicit, quòd utens priuilegio strictè nō potest postea eo uti largè. ¶ Hanc regulam limita primò, dum modò superior nihil sibi reseruauerit: secus, si sibi aliquid reseruasset: quia nō potest tunc priuilegiatus renūciare priuilegio, nisi quatenus particulariter eū tangit, sm omnes hîc per tex. in c. cùm tēpore. ī. de arb. & in c. cùm uenissent. ī. de insti. Ad idē bonus text. in c. ij. ibi, non tam suū, quàm nostrum. ī. de resti. in integ. & in c. cùm olim. ij. circa medium, uer. nos igitur. ī. de priuile. & idem no. do. Abb. in c. significasti. uer. his tamen non obstantibus. ī. de fo. compe. & in c. cùm dilectus. ī. de relig. do. & sentit do. Ab. in c. dilectus. prope fi. de capel. mona. & in c. cùm olim. ī. de præscrip. Bene faciunt latè notata per Io. An. in regula, scienti. de reg. iur. in vj. in Mercuriali. ubi concludit, quòd tenentia lata contra exemptum circa exemptionem non nocet superiori, cuius interest exemptum non esse alteri subiectum: & sequitur do. Ab. in c. j. uer. hoc puto procedere. ī. de re iudic. & in d. c. cùm tempore. & plenius in sua disputatione, quæ incipit, duo clericali ordine insi-
29 gniti. in primo dubio. ¶ Secundò limita, dum† modò contraueniatur priuilegio directè: secus, si non directè. Vnde si quis habet priuilegium generale, ne subeat aliqua munera publica, uel honores, & sponte acceptauit unum, non præiudicat sibi in alijs, nec etiam in illo, si denuò eligatur ad illud, secundum do. Abb. hîc per tex. in l. uoluntariæ. C. de excus. tu. nisi acceptasset officiū, ex quo fit promotio ad alia officia, putà decurionatum, iuxta l. j. C. de his, qui spon. quia ratione connexitatis uidetur sibi præiudicare, argum. c. translato. de const. secundum ipsum. Ad hoc facit notabilis doctrina domi. Anto. in c. accedentibus. uersic. per prædicta. ī. de priuil. ubi dicit, quòd quando actus repugnans priuilegio est incompatibilis cum ipso priuilegio, nec in eo potest cadere alia præsumptio, quàm renunciationis, tunc semper per contrauētionem etiam unico actu factam iudicatur renunciatio: secus, ubi potest cadere alia præsumptio, quàm renunciationis. Exemplum secundi in receptione facta in canonicum de mandato Papæ: quia uidetur facta potiùs animo obediendi Papæ, quàm renunciandi priuilegio, uel stātuto, loquentibus de numero, ut not. in c. constitutus. in tit. proxi. Et hanc fallentiam tenet etiam Cyn. in d. l. uoluntariæ. & sentit Bar. in l. ij. in fi. ff. de decur. Bene facit doctrina Paul. de Cast. in consil. xxv. incip. In Christi, &c. super primo dubio. ubi dicit, quòd actus & uoluntas tacita, uel taciti, non sic latè sunt interpretandi, sicut expressi: sed eatenus, quatenus se extendūt actus, ex quibus tacita uoluntas resultat. Alle. l. j. §. Iulianus. ff. de itine. actuq; priua. & quod not. in l. fi. C. ne filius p patre. & in d. l. uoluntariæ. & quod nō. Bart. in authen. qui rem. C. de sac. sanc. eccles. & dicit ad hoc colligi plures bonas concor. ex notatis per Ioan. And. in d. regula, accessotium. & idem dicit sentire glos. in uerbo, patribus. in fi. in cle. sæpe. de uerbo. significa. ¶ Et ad hanc limitationem facit decisio Ioan. And. in regula, inspicimus. de reg. iu. in vj. Mercurialibus. in solutione quæstionis, ubi dicit, quòd si canonici aliquem recipiunt uigore literarum suarum concedentium aliquid contra statutum, uel consuetudinem ecclesiæ, putà quòd non teneatur promoueri, cùm de consuetudine fit secus, & ipse receptus iurat seruare statuta & consuetudines ecclesiæ, tamen tam receptio, quàm iuramentum intelliguntur fieri secundum formam literarum, & iuramentum habet tacitas cōditiones, scilicet quatenus non repugnat literis. Et hoc dictum sequitur Paul. de Cast. consil. cccvj. quod incipit, In Christi, &c. aduertendum, quòd si de mala redditione. Et per hāc limitationem potest intelligi dictum Bartol. in l. fin. ff. de consti. princip. dum dicit, quòd priuilegium, quod operatur effectum suū uno momento, tollitur etiam unico actu: secus, si habet effectū successiuum[a], per d. l. uoluntariæ. ¶ Tertiò limita, dum modò talis cōtrauentio fiat ab eo, qui posset expressè renunciare priuilegio: aliàs non procedit. ¶ Et hinc est, quòd si personæ ecclesię, cui est datum priuilegium, contraueniunt priuilegio, non perdit ecclesia priuilegium, nisi xl. annis contra eam præscribatur. Ita est casus in c. accedentib. ī. de priuil. cui est standum, licet de alio tempore dicatur in c. si de terra. eod. tit. per c. de quarta. ī. de præscrip. secundum omnes in d. c. accedentibus. & do. Pet. de Peru. in tractatu De quarta parochiali, in v. chart. in xxj. col. illius c. uer. ex prædictis insurgit decisio. ubi ex his decidit unam q. de qua ibi: & hoc infertur, quòd si in casu huius c. priuilegium respexisset utilitatem ecclesiæ, unica contrauentio canonicorum non præiudicaret canonicis: quia non possunt tollere priuilegium ecclesiæ, ut decidit Innoc. in d. c. accedētibus. circa medium, uer. imò plus dicimus. quem sequitur hîc dom. Abb. Et per hoc etiam inferri potest, quòd si singulares de populo contrauenirent priuilegio concesso populo, per hoc non perdit ciuitas priuilegium: quia actus eorum non nocet uniuersis, nisi præcesserit tractatus, per ea, quæ dicta fuerunt in c. cùm omnes. s. eo. Et sic intellige, quod not. And. de Barulo in d. l. j. C. de his, qui sponte. dum loquitur de immunitate uectigalium cōcessa à rege Apuliæ Ianuensibus, & huic olim felici populo Pisano, quòd per solutionem factam ab aliquibus de populo nō perdiderūt eam. Et cōsidera, q hîc plus potest prescriptio, quàm pactum: quia licet pacto non possit

a *Successiuum*] *Adde, quod dixi ī. eo. in mea apostill. in uerbo, Priuilegium.*

c. cum ac cessisset.

semper renũciari priuilegio, putà in casu d.c.cùm tempore.uel in casu sequentis limitationis, tamen præscriptione amitti potest. Simile est, quod bona ecclesiarũ non possunt expresse alienari, nisi in certis casibus, & tamen possunt per præscriptionem amitti, c.de quarta. ff.de præscript. Similiter uidemus in quæstione, de qua per omnes in c.j.de dolo & contuma. secundum illos, qui tenent, quòd prælatus in bonis ecclesiæ potest incurrere pœnam, l.si quis in tantam.C.unde ui. De quo tamen dic, ut ibi, & uide, quod dicetur in sequenti limitatione: & sic tacitũ aliquando differt ab expresso propter subiectam materiam. Et prædicta declarat hîc do. Anto. & latiùs Imol. nisi priuilegium concerneret mixtim ecclesias & personas: quia per contrauentionẽ perditur in totum. *Et ita intelligunt tex. hîc in c. sequen. attento*, quòd taxatio numeri potest prodesse & ecclesiæ & personis. Et ita tenet Inno. in d.c. accedentibus. quod
30 bene not. secũdum Imol. hîc. ¶ Et † pro intelligentia huius limitationis nota duos casus, quibus prælatus tacitè præiudicare potest ecclesiæ in priuilegio ecclesiæ. Primus est, ubi ex hoc oriretur leue præiudicium. Secundus, ubi ex tacita renunciatione rediretur ad ius cõmune. Istos casus ponit do. Abb. *in c. ueniens. uer. concludendo prædicta. de præscrip. probans ex dictis* Inn. ibi, & ex alijs, de quibus per eum: & idem ipse not. in c. dilecti. in princ. de foro competen. sentiens ibi probari ambos dictos casus: & in hoc fortè minus bene, quia priuilegium, de quo ibi, non uideatur concernere principaliter ecclesiam. Et pro dicto secundo casu faciunt, quæ dixi ſ. eod. c.j. uersic. hanc declarationem. ¶ Quartò limita, nisi in priuilegio esset clausula decreti, uel alia prohibitiua: quia tunc nec per contrauentionem, nec per præscriptionem amitti potest. Ita Archid. *in c. cùm de beneficio. de præben. in vj.* dum dicit, quòd si Papa dat priuilegium abbati prohibendo, ne beneficia monastica conferat clericis secularibus, dato quòd contra illud priuilegium longo tempore factum fuerit, tamen non est ei derogatum: quia apparet de intentione principis, quam inferior abrogare non potest, ut ibi latiùs per eum, quem sequitur Ioan. And. & Domi. ubi dicit, hoc esse bene notandum. Hoc etiam sequuntur domi. de Rota, decisione ccxciij. incip. item not. gl. in antiquis, & Bald. in l. solennibus. in fi. C. de fi. instru. dicens, hoc menti tenendum. Et latè confirmari potest ex his, quæ dixi ſ. in tertiò notabili, in tertia declaratione, probando quòd ubi est clausula decreti, ibi consensus partium nihil operatur: nec est mirũ, quòd etiã isto casu præscriptio non currat: quia sicut contra obedientiam non præscribitur, c. cùm non liceat. ſ. de præscrip. ita nec contra illud, quod superior præcipit: quia præscriptio induceret uitium inobedientiæ, secundum prædictos. Ex qua habes rationẽ differentiæ inter hũc casum & precedentem. ¶ Quintò limita, nisi faciens cõtra priuilegium suum protestetur, quòd non intendit
31 ei renunciare: quia protestatio iuuat, secundum Bart. in d.l.j.C. de his, qui spon. & sequitur do. Ab. hîc: & ita consuluit. Lud. Ro. consil. cclij. incip. pro decisione. in fi. & no. Bald. in c. plerunq; in tit. proxi. Et ibi dicit, idem esse, si exemptionem soluat cum hoc, quòd immunitas sua sit ei salua: & est text. in d.l.j. Et dicit Bald. *in regula*, accessorium. de reg. iur. in vj. in suis apostillis, quòd potest quis protestari, quòd non intendit renunciare priuilegio: & ualet protestatio, cùm actus uoluntatij possint per protestationem limitari, l.ij. ff. si quis cau. & sequuntur Mod. in c. solicitudinem. in fi. ſ. de ap. & faciũt, quæ dicetur in c. proxi. tractando de protestatione declaratoria animi in dependentibus à potestate protestantis. ¶ Sextò limita, dum modò actus cõtrarius priuilegio sit fortius effectũ, aliàs ex solo conatu non dicitur quis ei renunciare. Ita in terminis dicit do. Anto. post Rotam examinando aliam materiam in c. pastoralis. uerſ. sed est dubiũ, an posset. ſ. de causa pos. & proprie. Et confirmari potest, quia licet in criminalibus conatus regulariter puniatur pro effectu, l. si quis cum telo. C. ad l. Corne. de sica. & l. si quis, non dicã. C. de episc. & cle. ut aliàs examinaui in c.j. ſ. de præsumpt. tamen in ciuilibus secus est, ut per Bald. & ibi sentit glos. parua, in l. si constiterit. C. finium regun. & idem ipse no. in d. l. si quis, non dicam. ita intelligens l.j. ff. quod quisq; iuris. & facit c. fi. ſ. de spon. & quod no. Bald. in l. si quis â se. uer. tertiò quæro. C. ad l. Iul. de ui. ¶ Septimò limita, dum modò priuilegium sit natum ex unico actu momentaneo, putà ex statuto, uel priuilegij concessione: quia etiam unico actu tollitur: secus, si esset quæsitum ex consuetudine: quia tunc sicut non est inductũ uno actu, sed pluribus, ita multiplici contrauentione tolli debet, arg. c.j. ſ. de reg. iur. cum concor. Ita dicit Inno. in c. accedentibus. ſ. de priuil. & sequitur do. Ant. hîc in fi. allegans etiam Hostien. *in c. ad audientiam. in gl. ij. de cle. non resi.* Idem tenet Domi. hîc, allegans Archid. qui hoc tenet in c. in his. in fi. xj. dist. & est gl. trita in l. nemo. ſ. temporalis. ff. de reg. iu. quam sequitur Bald. hîc, & in c.j. ſ. notandum. circa medium, qui feu. da pos. & in l.j. post princ. uer. pone, quòd sunt latæ. & in l.ij. ad fi. uer. deinde quærit. C. quæ sit lon. consuetu. & in c.j. in princ. uer. adde, quòd consuetudo. de feud. cognit. & do. Ab. in c. fi. uer. sed quæro circa istam partem. ſ. de consuetu. Bald. in l.ij. in princ. ff. sol. matri. & in l. de quibus. ff. de legib. & in l. fi. in princ. per illum text. C. de ser. & aqua. & Domi. in d. c. in his notans hoc pro limitatione materiæ nostræ. ¶ Et in hoc subdit do. Abb. in d.c. fi. quòd consuetudo x. annorum sufficiet ad tollendam consuetudinem[a]. Et sic intelligit glos. in d. ſ. temporalis. quæ de hoc in specie nihil uidetur dicere. Sed tamen pro do. Abb. facit: quia siue consuetudo, quæ tollitur, sit contra ius, siue præter ius, ista, quæ eam tollit, est præter ius, uel secundum ius: & ideo sufficiunt x. anni, sicut in omni consuetudine, quæ non est contra ius, ut est glos. ordinaria in c. fi. in glos. iij. de consue. in vj. cũ concor. quas dixi in c. fi. ſ. de consue. Et ideo si ageretur de tollenda cõsuetudine inducta contra ius per xl. annos, iuxta d.c. fi. non per hoc requirerentur xl. ad eam tollẽdam: quia per hanc cõtrariam res reuertitur ad ius cõmune. Ideo in destruendo non est opus ea solennitate, quæ fuit necessaria in construendo, ut dixi ſ. in iij. notabili, uer. hæc intellige. ¶ Sunt tamẽ quinq; casus, in quibus unicus actus tollit consuetudinẽ. Primus est, quan
32 do † illi, inter quos est inducta cõsuetudo, faciunt collegialiter & scienter actum contra consuetudinem: quia tunc, sicut actus factus contra statutũ tollit statutum, ut ſ. dicitur, ita tollit consuetudinem. Procedũt ergo prædicta in actu facto ab aliquo priuato scientibus & patientibus alijs. Ita declarat do. Abb. in c. pro illorum. uersi. in consuetudine est magnum dubiũ. ſ. de præben. & fuit formaliter cõsideratio do. Ant. licet ipse non dicat, in c. fi. uersic. sed est dubiũ, an unico actu. ſ. de consue. nisi insistit in dãdo exemplum. Et in hoc casu procedere potest opinio Imol. hîc, qui indistinctè tenet contra glos. in d. ſ. temporalis motus. æquiparando fractionẽ statuti & cõ-

a *Cõsuetudinẽ] Ad quam materiam adde Paul. de Cast. in l. cùm consuetudo. de legib. & Bald. in Mar. uerb. statutum. uersic. fi. & Alex ã. in d. l. uemo. de re iud. alleg. in text. & Panor. ĩ c. fi. in prin. in uer. sed uer. sed quæro. circa istã proceditur. de cõsuet. & do. Soci. suo consil. cxciij. incip. Capio difficultatem. uersic. nec præmissis obstat. in fi. in ij. parte, & in cõsil. suo vij. incip. Nunc quæsitorum. uer. ulteriùs ad prædicta. in fi. in j. parte, ubi dicit, quòd cõsuetudo per unicum actũ ei cõtrariũ ante perfectam & completam, seu præscriptam consuetudinem interrumpitur, ita quòd de nouo necessariũ est incipere præscribere cõsuetudinem.*

suetudinis: quæ æquiparatio procedit intelligendo, ut est dictum. Et hunc casum limita, prout proximè limitabitur cõclusio de frãgendo statuto, uidelicet nisi peruiam gratiæ fieret actus contra consuetudinem, uel nisi consuetudo esset in utilitatem ecclesiæ. ¶ Secundus casus est, quando unicus actus factus ab uno, non est momentaneus, sed continuus: quia si durat tanto tempore scientibus illis de populo, quanto fuit inducta cõ suetudo, dicitur sublata consuetudo. Ita sentit do. Ant. 33 in d.c. fin. de consue. & uidetur esse casus in c. cùm de beneficio. de præb. in vj. & pro hoc facit consilium Pet. de Anc. cliij. incip. In Christi, &c. ex narratis in facto, quod retuli in c. cùm omnes. ſ. eod. declarando, quando imputatur uniuersitati factum à singulis, in ultima declaratione. ¶ Tertius casus est in consuetudine, quæ nõ requirit præscriptionem: quia etiam secunda recès tollit priorem, secundum Bald. in c.j. ſ. notandum. qui feu. da. pos. per tex. elegantem in l. mella. ſ.j. ff. de ali. & ciba. fe. ubi id, qđ testator faciebat tempore proximo morti, dicitur solitum ab eo fieri, licet antea diuersimodè id fecisset. Et sic in cognoscendo testatoris consuetudinem non consideratur præscriptio. ¶ Quartus casus est, ubi agitur possessorio: quia tunc consuetudo non præscripta derogat præscriptioni: sed prædicta procedunt, ubi agitur petitorio. Ita dicit Bald. in c. ſ. in princ. de feu. cog. Alleg. Ioan. An. in c. cùm ecclesia. in glo. j. ſ. de elec. ubi uide alios Doc. & maximè do. Anton. & per ibi dicta intelliges hunc casum. Et adde Fede. de Sen. cons. ccxxxiiij. inci. Super primo puncto. ubi dicit, quòd ubi plures uario modo præsentauerũt ut patroni, ultimus est potior in præsentatione fienda: quia ubi agitur possessorio, ultima possessio prævalet. Alle. not. in c. cùm ecclesia. de causa pos. & proprie. & in c. querelam. de elect. & in c. cõsultationibus. de iure pa. Secus, ubi agitur petitorio: nam possessio non præscripta legitimo tempore non tollit præcedentem præscriptam. Alle. no. in d.c. cùm de beneficio. ¶ Quintus casus est, ubi consuetudo erat in fieri, sed nondum completa: quia unus actus contrarius interrumpit eã, cùm appareat de tacito consensu populi, quòd non uelit inducere cõsuetudinem faciendo actum contrarium: arg. l. nisi repugnantia. ff. de reg. iur. in c. solicitudinem. in fin. ſ. de appel. Ita dicũt do. Ant. & do. Abb. in d.c. fin. de consue. in situ prænota
34 to. ¶ Differt † autem in proposito statutum à consuetudine: quia licet ad tollendam consuetudinem requirantur regulariter plures actus contrarij, ut est dictum, tamẽ statutum tollitur unico actu cõtrario, sicut unico actu factum est, secundum do. Abb. hîc in ultimo no. Et idem uidetur uelle Hostien. & Ioan. An. in c. ad audientiam. de cle. nõ resi. secundum eum. Vide do. Abb. ibi in fin. ubi hoc firmat, dicens esse diligenter notandum, qp

a *Tollere] Adde Bald. in Margarita, uerb. statutum. uersic. vj.*

si statuentes faciunt scienter actum cõtra statutum, uidentur ipsum tollere[a], nec requiritur lapsus alicuius temporis, prout in tollenda lege principis, iuxta c. fin. ſ. de consue. Et hoc est regulare. ¶ Fallit primò in statuto fauorabili ecclesiæ: quia per unicam contrauentionem non tollitur, imo unus de ecclesia solus potest resistere omnibus, & facere actũ retractari. Ita notanter dicit Innoc. in d. c. accedentibus. quem ad hoc ponderat do. Abb. in d.c. pro illorum. de præben. & sequũtur alij, quod dixi in c. cùm omnes. ſ. eod. ¶ Secundo fallit in statuto confirmato contra clausulam decreti, per text. in c. dilecto. ſ. de præb. & dictum est ſ. prox. uer. quartò limita. ¶ Tertiò fallit in statuto confirmato confirmatione necessaria, per not. in l. omnium C. de testa. Et istæ tres fallentiæ probantur ex dictis ſ. nõ. in declarando, quãdo statuentes possint tollere statutũ confirmatũ. ¶ Quartò fallit, quando statuentes contrauenerunt statuto dispensando de gratia: quia quod ob gratiã alicuius con

ceditur, ad cõsequentiam trahi non debet, c. petisti. vij. q.j. regula, priuilegium. de reg. iur. in vj. Ita decidit do. Card. consil. cxxx. incip. in quadam ecclesia cathedrali. & dicit, quòd de consuetudine gratiosa sancta contra statutũ ad tempus non possunt arguí respectu dispensationis perpetuæ: quia cùm hæc sunt separata, de uno ad aliud non infertur, c.ij. de transla. præla. & idem sentit Ioan. An. in d. regula, accessorium. in fin. ¶ Glos. fi. Not. bene istam glos. secundũ Domi. hîc, quòd † actus, qui non potest fieri à principio sine licentia superioris, potest tamen refici, si erat destructus, absq; illius authoritate: & sic facit ad q. quòd patronus potest reficere, uel reædificare sine licentia episcopi ecclesiã, in qua habuerat antè ius patronatus, ad finem ut retineat ius patronatus etiam sine licentia episcopi: & remittit Domi. ad glos. & Doct. in c. iij. ſ. de iure pa. ¶ Adde glos. in uer. creatum. in prin. in cle. fi. de rescript. quæ dicit, quòd beneficiũ ante datam literarũ ad beneficia, suppressum, & post datam renouatum, nõ dicitur nouum: & allegat istam glos. & quod ipse not. Ioan. An. post Hostien. in c. significauit. ſ. de censi. ubi dicit, quòd licet episcopus non possit ecclesiæ imponere nouum censum, ut ibi, tamen antiquum potest renouare: quia nõ uidetur facta deterior cõditio ecclesiæ, si id, quod ab initio sibi impositum fuerat, reuertitur, arg. l. si unus. ſ. pactus. ff. de pac. ibi, in pristinam naturã redijt. Et hoc dictũ sequitur hîc do. Ant. licet do. Abb. cõtrarium teneat: non, quia ratio prædicta non sit uera, sed quia præscriptio currere potest in censu debito inferiori à principe, non obstante l. competit. C. de præscript. xxx. an. quæ loquitur de debito principi in signũ subiectionis, secundũ eũ. ¶ Adde etiã tex. in c. Iudæi. & in c. consuluit. ſ. de Iudæ. allegatos in gl. ubi prohibẽt Iudæi nouas synagogas erigere, sed non uetere, uel ruentes reficere. Et per illum tex. decidit una quæstio, de qua per gl. in uerbo, domũ. in c.j. de reli. do. in vj. & alia, de qua per gl. in c. per tuas. in uerbo, de nouo. ſ. de dona. Et alia, de qua per gl. in c. ut officiũ. ſ. ad præmissa. de hæret. in vj. Et alia, de qua p gl. in uerbo, in uestire. in c.ij. de feud. Et hinc est, quòd prohibiti ædificare castra, non prohibentur reficere, secundũ Bal. & Ang. in l.j. ſ. ædificare. pp ter gl. ibi in uerbo, reficere. ff. de mortuo infe. & Pet. de An. in d.c. consuluit. Et hinc est, qp de instrumẽti refectione nõ soluitur gabella, licet statutũ dictet eam soluendã de cõfectione instrumenti, secundũ do. Ant. in d.c. iij. de Iudæ. ¶ Hæc & similia limita duobus modis. Primo, ut habeant locum, quãdo ædificatũ non est funditùs destructũ, uel aliàs materia penitùs abolita: sed ubi ista nõ concurrũt, reficiens dicitur de nouo facere: & prædicta nõ procedunt. Hanc doctrinã posuit Hostien. in sum. de eccl. ædi. in fin. Ex qua infert, quòd in ædificãda ecclesia dirupta requiritur licentia episcopi, secus in reficienda non dirupta. Bene facit tex. in l. si ita legatũ. ſ. fi. ff. de leg. j. ubi dicitur, quòd si testator, postq; legauit domũ, eam particulatim reficit, adeo ut nihil ex pristina materia supersit, tamẽ tenet etiam legatũ: sed si eam funditùs destructã erexit in ædẽ, est reuocatũ legatũ, quasi sit alia domus. Et pro primo membro uide tex. optimũ in l. proponebaẽ. ff. de iudic. ubi nauis adeo sæpe refecta, ut nulla tabula in eadem permaneret, quæ noua nõ esset, nõ dicitur noua nauis, sed eadẽ. Ad idẽ l. quid tamẽ. in prin. ff. quem ad. usufr. ami. ubi dicitur, qp demolitis ædibus & nouis constructis finitur usufructus: secus, si partes reficiantur, licet omnis pars noua facta sit: & uide iura allegata per glo. in dictis locis. ¶ Ad idem, quod not. do. Abb. in d.c. cõsuluit. ubi dicit, qp si synagoga funditùs corruit, non est licitũ eam reficere: quia esset nouã facere. Ad idem, quod not. do. Card. post Ioan. de Lig. in cle. fi. de rescr. in vj. q. ubi intelligit gl. ibi, de qua ſ. quãdo renouatur beneficiũ suppressum, in quo per suppressionem nõ erat omnino extinctus titulus: secus, si erat extinctus: quia

c. cùm accessissent.

tunc est noua creatio,& nõ habet locum illa gl. Et istud est magis consonum,cũ id,quod tenet tibi Imo. post do. Ant.uidelicet,cp semper suppressio dicaꝫ facere cessare dignitatẽ:non aũt ipso iure extinguat.Et rationes eorũ possunt tolli,cõsiderando quædã subtilia,quæ latè posuit Bal.hîc super ista gl.Et præsertim,dum dicit,cp noua creatio est illa,quę nõ est ad instar,nec recipitur ab alio principio,sed dat principiũ,seu esse.Hoc enim dicitur nouum in rerũ natura,& impetratur ut dignitas noua, nõ ut suppressa,& in ea requiritur authoritas Papæ.Illa uerò dicitur creatio nõ noua, quæ fit de dignitate non omnino extincta,putà quãdo supereſt aliqua spes, uel indicium reparationis, uel habitus aliquis, uel aliqua figura remãserat,uel memoria in codicibus ecclesiæ nõ cancellatis,ut hîc latè & subtiliter per eum.Et bene facit l.inter stipulantem.§.sacram.in fin.ff.de uerb.ob.ubi dicitur,cp nauis dissoluta animo reficiendi,si reficitur,dicitur eadẽ:secus,si non animo reficiendi: quia si postea reficitur,non dicitur eadem.Et idem dicitur de ecclesia, sm Bar.ibi,qui allegat Gof.in summa de eccl.ædific. Facit,quod not.Bart.post gl.& Dy.in d.l.damni.§.si is,qui uicinas.ff.de dam.infec.ubi dicit,cp si rusticus promisit dare aquam frigidam.domui unius nobilis in æstate, destructa domo & ea refecta, cessat oblatio, nisi fuisset imposita intuitu personæ,ut ibi per eum & alios. ¶ Per hanc primam limitationem concordatur cum prædictis id,quod no.Bald.in l.si ut proponis.la ti.C.de nup. ubi dixit,cp stante statuto ecclesiæ,cp nullum fortalitiũ possit fieri inconsulto Papa,& aliquis uclit reædificare ædificium olim propter rebellionem funditùs desolatum,non potest.Et nota uerbum Funditùs: quia secus, si non funditùs,ut per do.Abb.in d.c.consuluit. ¶ Ad idem,quod no.Bar.in l.nuptiæ.ff.de ritu nup.ubi dicit,
34 quòd † solennitas,quæ requiritur in cõfectione instrumenti,requiritur etiam in refectione, quando fuit amissum.Adde etiam glo.j.in c.iij.ẽ.de iure patro. quæ dicit, cp reficiens ecclesiam omnino funditùs destructam, dicitur nouã facere,& efficitur patronus:secus, si non destructã funditùs reficiat.Et per ipsam dicit ibi do. Ant. cp de cõtractu totaliter refecto debet solui gabella stante statuto,de quo ẽ.secus,si totaliter nõ reficitur, ut per eum in d.c.iij.ẽ.de Iudæis.Ad idem,quod not. Innoc.in rubrica de consc.eccles.uel alta.ubi dicit,cp si ecclesia ex toto collapsa erigitur etiam ex eisdem lapidibus,debet de nouo cõsecrari:secus, si successiuè partes ruentes reædificarentur,ut ibi per eum. ¶ Ad idem gloss.in c.de monachis.xviij.q.ij.quæ dicit,cp in refectione monasterij totaliter destructi requiritur licentia episcopi: secus in reparatione nõ totaliter destructi.Allegat d. c. Iudæi. Ad idem,quod not.Bart.& alij in l.si quis ædificium. ff. de ope.no.nun.ubi dicunt,cp reficienti ædificium ex toto destructum,potest denunciari nouum opus: secus,si non erat ex toto destructum.Et secundum prædicta intellige,quæ not.Ioan.de Ana.in d.c.iij. & c. significauit. ẽ.de Iudæis. ¶ Secundò limita prædicta,nisi quis uellet castra deserta,uel turres inhabitatas reficere ad æmulationem,uel iniuriam alterius:quia sicut nõ licet ea de nouo facere ad hunc finem,l.qui prouincias. & ibi glo. C.de ædifi.pri.l.quicunq;.C.de fundis limitrophis. lib. xj.& ibi gl.Bart.in l.opus nouum. & ibi Bart. ff. de ope. publ.Et pulchrè Bald.in l.j.ad fin.C. qui test. fa. pos. ita nec licet reficere,ut uoluit Innoc.in c. Pisanis. ẽ. de rest. spo.& sequitur ibi do.Ant.& Imol. & Lud. Roma. in l. si uerò.§.de uiro.in xliiij.falcritia,ff.solu.ma. & do. Abb. in c.cùm in ecclesia.ẽ.de elect.Sed do. Abb.in d. c. Pisanis. declarat hoc eleganter, ut habeat locum in possessore iniusto,seu tyranno:quia si uult de nouo inhabitare castra,uel loca inhabitata ad iniuriam,uel æmulationem alterius,non potest:quia non licet uti re propria ad iniuriam,uel æmulationem alterius, l. j. §. denicq. ff. de aqua pluuia arc.& gloss.in c. cùm ecclesia uult. ẽ. de electio.Sed si hoc non facit ad iniuriã alterius,uel æmulationem,sed ad conseruationem & augmentum patrimonij,uel honoris sui,putat hoc licere,etiamsi alijs inferatur timor,seu damnum:arg. text. quem dicit optimum,in l. si in eo. ff. de aqua plu. arc. & per d.c.consuluit.ẽ.de Iudæ.nec potest allegare præscriptionem:quia non habitare,uel uti,erat actus meræ facultatis, qui nõ præscribitur,ut per Ioan.An.c.Ioannes.ẽ. de cle. coniu. cum concor.nisi fuisset prohibitus,& acquieuisset prohibitioni,secundum eum: cum quo transeo addendo pro hoc ult.quod ipse not.multùm in similibus terminis in c.significante.in primo not.de appel.

SVMMARIVM.

1 ✠ Aequipollere uidẽtur talia uerba,Talis agit pro tali,uel,Nomine talis.
2 Actus ubi est proportionabilis solùm procuratori agens nomine talis,uidetur agere nomine procuratorio.
3 Verba,Pro tali,exponuntur,id est,Loco talis.
4 Verba, Ad instantiam talis, tantum est dicere,quantum,Ad petitionem talis.
5 Numerus canonicorum an debeat augmentari augmentatis facultatibus.
6 Clausula solita apponi de stylo curiæ, debet subintelligi, si casu non fuit apposita.
De hoc ponit multa exempla & declarationes usq; ibi, Gloss. prima.
7 In simplici rogatione notarij subintelliguntur tacitè consueta.
8 Persona coniuncta, sicut potest agere pro coniuncta persona præsendo cautionem,quòd dominus habebit ratum, ita consors eiusdem litis potest agere pro consorte sine mandato,præstita prius cautione. Vide limitationes.
9 Dilatoria superueniens post litem contestatam, non potest opponi, quòd post superuenientem dilatoriam agitatus est aliquis actus uterior citra merita causæ cum parte aduersa.
De hac conclusione tractat usq; ad aliam glossam.
10 Duo specialia an & quando possint cadere in eodem subiecto.
11 Canonicus non admittitur ad agendum pro concanonico sine mandato,licet sit coniuncta persona.
12 Excrescentia reddituum an frangat numerum præbendarum ipso facto.
13 Laicus qualiter potest habere præbendam in ecclesia.
14 Præbenda solita conferri canonico,si confertur clerico, uidetur collatus canonicatus.
Vide hic quid dominus Fel.de hoc sentiat,& num. sequenti, scilicet 15.
16 Canonicatu collato an uideatur collata præbenda.
17 Canonicus factus potest possessionem præbendæ uacantis tempore collationis authoritate propria apprehendere.
18 Canoniam habens an habeat uocem in capitulo.
19 Canonicus soluens aliquid pro sua receptione,an committat symoniam,licet illud conuertatur in diuinum,cultum. Vide num. 20.
21 Consuetudo potest inducere,ut laici aliquid dent clericis,etiam quòd illud applicetur in eorum usus priuatos.
22 Canonicus si augmentat reditus, an tales sint diuidendi inter alios concanonicos.
23 Canonicus receptus ultra numerum,an habeat iura canonicalia.
Receptus ultra numerum an debeat interesse tractatibus capituli, & percipere de omnibus emolumentis. Vide limitationes.
24 Installatio an sit de substantia,ut quis dicatur canonicus.
25 Iudices duo non habentes se ut superior & inferior,si cognoscunt pariter de una eademq; causa,tenet processus coram utroq; factus.
De hoc usq; ibi, Vlteriùs hîc do. Abb.
26 Moniales an possint sine peccato mortali lucrum laborum suorum sibi appropriare,& de eis uiuere.

Vsq; ibi,Restat.ubi incipit tractare materiam protestationis.

¶ Hîc intrat materiam protestationis.

27 Protestatio est facienda illi,quem protestatio tangit.
Ab.ab hac conclusione ponit tres fallentias:num.28.29.30.
31 In hac protestatione quot requiruntur.
Protestatio an ualeat sine causæ expressione. Post num.31.uersic. tertiò requiritur.
32 Protestans ubi non habet aduersarium in eo, super quo protestatur, quia ab ipso solo pendet,sufficit taliter protestari,quòd possit dicere se protestatum fuisse.
33 Protestatio facta iudici antecessori in officio,non prodest coram suc cessore:ideo oportet coram ipso eam reiterare.
34 Protestatio quando fit alicui,non sufficit,quòd simpliciter taceat, sed requiritur expressus consensus,ad hoc ut sibi noceat.
35 Ab hac conclusione ponit quinq; fallentias.num.36.37.38.39.
40 Protestatio potest fieri etiam per tertium,cuius interest, putà si Titius protestatur tibi inhibendo, ne soluas Sempronio creditori tuo.
41 Ad hanc conclusionem adiungit duas declarationes.num.42.
43 Negotiorum gestor protestari non potest.
44 Hæc conclusio patitur tres fallentias.num.45.46.
47 Procurator sine aliqua dubitatione protestari potest.
Et patitur hæc conclusio unam limitationem.num.48.
49 Protestatio potest fieri procuratori in casibus,in quibus scientia procuratoris nocet domino.
Hæc conclusio patitur tres fallentias.50.51.52.
51 Protestatio ubi potest fieri domino,non est facienda procuratori.
53 Protestatio potest fieri marito pro uxore.

¶ Secunda pars principalis,scilicet quando & in quo loco sit facienda protestatio.

54 Sufficit protestari quandocunq;,dum modò ante perfectum actum.
55 Protestatio potest fieri etiam tempore feriato.
56 Omnis actus extraiudicialis potest fieri tempore feriato.
57 Protestatio potest fieri in ecclesia.
58 Protestatio potest fieri de nocte,si haberi potest copia eius,cui facienda est protestatio.

¶ Tertia pars principalis,uidelicet qualiter facienda sit protestatio.

59 Protestatio potest fieri etiam sine scriptis.
60 Fallit in quinq; casibus,quibus protestatio debet fieri in scriptis.
61 Protestatio quando fit in iudicio inhibendo,ut nulla fiat nouitas super tali possessione,debet fieri cum expressione causæ.
62 Protestans debet suam protestationem probare.
63 Denunciator litis debet dimittere uenditori copiam citationis & libelli.
64 Protestator, uel denunciator litis non solùm debet dicere litem esse motam,sed etiam debet impellere uenditorem,ut nadat ad defendendum.
65 Venditor licet sciat litem esse motam emptori, tamen adhuc emptor debet facere denunciationem uenditori.
66 Protestans coram iudice quòd per actum, quem facit nõ intendit consentire in eum,tanquam iudicem, debet addere, nisi in quantum de iure teneor:aliàs potest ut contumax puniri.
67 Protestari semel sufficit,ut quis constituatur in negligentia.

¶ Sequitur quarta pars,uidelicet quis sit effectus protestationis.

68 Protestatio facta simpliciter non operatur,nisi in illo actu, qui tunc fit,uel postea incontinenti.
Cauti est aduocati,dicere,Salua tali protestatione. Post num.68. uersic. & ex hoc infertur.
69 Aduocatus debet esse cautus,quòd dicat,Salua tali protestatione.
70 Si Titius dicat creditori Mœuij,ne ipsum Titium recipiat in fideiussorem,quia protestatur se non uelle teneri, talis protestatio impedit obligationem.
71 Homicidium imputatur mandanti, etiamsi mandatarius occiderit ex interuallo.
72 Protestatio contra substantiam actus,seu contractus,non ualet.
Hæc conclusio limitatur tribus modis,ut num.73.74.75.76.

¶ Quinta & ultima pars,qualiter finitur protestatio.

77 Protestatio tollitur per factum contrarium protestationi.
Recipit sex fallentias ista conclusio.
78 Protestans quòd per actum quem facit, non intendit contrahere matrimonium,ualet protestatio.
79 Protestatio facto contraria ualet in iudicialibus, saltem quo ad hoc, uidelicet quia iuuat protestatem,quousq; reijciatur per iudicem.
80 Intrudens se ut canonicum supra numerum taxatũ, & canonici eum tolerant diu eum permittendo participare de emolumentis, per hoc non est fractus numerus,nec acquiritur ius canonicale.

c.cùm M. Ferrarien sis.

CARITVLVM IX.

Vm M. Ferrarienſis.

¶ Non obstante certo canonicorum numero etiam per Papam confirmato,prouidendum est receptis ultra numerum de superexcrescentibus fructibus,maximè si uoluntariè per canonicos fuerint recepti.H.D. Diuide,ut per doc.Et omissis notabilibus,quę additione non indigent,expedienda sunt dicta necessaria cum omni possibili diligentia, tum propter utilitatem materiæ,quę quotidiana est,tum intuitu & reuerentia honoratissimi capituli nostræ ecclesiæ maioris Ferrariensis,in quo creatis duabus nouis prębendis numerum canonicorum ex xij.ad xiiij. reduxit Paulus Papa secundus,prout olim fuisse dicitur: & postea unam ex ueteribus immediatè uacantem, tanquã Apostolicę sedi reseruatam,cessante solita optione,contulit mihi immerito hodiernus Papa Sixtus quartus ad spontaneas preces diui ducis Herculi principis nostri potentissimi. ¶ Not.primò ibi,pro se ac quatuor,
1 &c.secundum do.Anton.& Imol.hîc, quòd † ista æquipollere uidentur,uidelicet talis agit pro tali & nomine talis.Ad idem allegant text.in c.sua nobis. de appell. & in l.fideicommissa.§.interdum.ff.de leg.iij.& in l. dominus Sticho.& ibi gloss.ff.de pec.leg.& in l.si cum emptore.§.fin.iuncta gloss.in j.oppo.ff.de pact.& tex.in l.si per
2 ignorantiam.C.de condi.ind. Et subdunt, quòd † ubi actus est proportionabilis solùm procuratori, dicitur agens nomine talis in dubio agere, ut procurator, uel consors eiusdem litis,per text.hîc cum gloss. & in l. post mortem.ff.quando ex fac.tu. & in c. dilecti filij. ẽ. de fo. comp. Secus, si materia subiecta est proportionabilis, etiam non procuratori:quia tunc potest agere ut negotiorum gestor.Et ideo agendo pro tali, non uidetur in dubio agere,ut procurator,sed ut talis,nisi pars aduersa sciuerit eum procuratorem,ut per Bartol.in l.j.§.nunciatio.ff.de ope.no.nun.secundum eos. ¶ Adde,quod uoluit Bartol.in l.ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uerb. obl. ubi dicit, quòd si Titius procurator tuus ab initio cœperit agere causam procuratorio nomine tuo, quamuis postea in prosecutione aliquem actum exerceat simpliciter,tamen intelligitur repetita illi qualitatis, l.procuratorio nomine. per illum text. cum gloss. & not.Bartol.in l.qui seruum.per illum text. ff. de interro. act.& Bartol.in l.procurator,qui pro euic.ff.de procu. ¶ Adde etiam,quod not.Bartol. in l. si fundum per fideicommissum.in princip.ff.de leg.j.ubi dicit per illum tex.quòd si procurator dicit,Ego Titius nuncio tibi,ne ædifices in tali re Sempronij,uel Vendo tibi talem rem

Sempronij, semper uidetur uendere procuratorio nomine, & non nomine suo. Et sequitur ibi Imol. dicens pro hoc esse singulariter notandum, & fortè alibi non reperiti. Idem not. Bartol. in l. in familiæ. per illum text. C. famil. ercis. & Bartol. in l. mater. ad fin. C. de rei uen. & ibi etiam Bald. in fin. & facit l. ab uno. C. de neg. gest.

¶ Adde etiam, quod not. Bartol. in l. qui in aliena. §. is putat. ff. de acqui. hæ. ubi dicit per illum tex. quòd si dominus dedit speciale mandatum Titio, ut fundū emat, uel alium actum faciat, & Titius simpliciter fundum illum emit non facta mentione officij, intelligitur procuratorio nomine emisse: & probatur in l. post dotem. secundum sextam lec. Dy. ff. solu. mat. & ibi latè per Lud. post alios. ¶ Recipit tamen hoc dictum certas declarationes, quas collige ex dictis aliorum in §. is putat. & ex notatis per Bartol. & alios in d. §. nunciatio. & Bart. etiam in quodam consilio incipiente, Super hoc puncto, an sufficiat, si dicas. cum concor. de quibus per Ro. in d. l. post dotem. cum pluribus seq. ¶ Et quòd paria sint dicere Pro tali, uel Nomine talis, uide Sal. latè in l. ij. C. qui acc. & not. Bald. in l. j. C. per quas perso. nobis
3 acqui. & in c. ij. per do. Ant. ī. de restit. in inte. ¶ Et † aliquando exponitur Pro tali, id est, loco talis, secundum Bartol. in l. si is, qui pro empto. ff. de usuca. & ita capitur in titul. ff. pro tuto. Et aliquando pro Tanquā, ut in statuto dicente, ꝙ aliquis habeatur pro ciue, ut per Bald. in l. Ruffinus. ff. de test. mil. & Bartol. in l. iij. §. si emancipatus. ff. de contra ta. cum concor. Et de hac dictione ut de etiam Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condi. & demon. & in l. Lucius. §. à te peto. ff. de leg. ij. & Bald. in l. j. C. de non nu. pec. & Imo. in cle. fin. de procur. & Domi. in c. consuetudo. j. distinct. & do. Abb. in pulchra q. in c. ex parte. ī. de spon. ¶ Nota secundò ibi, ad
4 instantiam. quòd † tantum est dicere, Ad instantiam, quantum, Ad petitionem, seu preces: quod not. secundum do. Anton. hîc: quia facit ad multa, maximè pro instrumētis & actis iudicij, in quibus dicitur, Ad instantiam talis promisit, dedit, &c. Et intellige istum tex. non de precibus carnalibus, sed iustis & spiritualibus, ut per gloss. in c. tuam. ī. de æta. & quali. & in c. sunt nonnulli. j. q. j. secundum do. Abb. hîc. Adde gloss. in c. Moyses. in uerbo, rogauerint. & ibi Domi. viij. q. j. & glos. fin. in c. in quibusdam. j. q. j. & gloss. in sum. viij. q. ij. & in c. j. ea. q. & causa. & in c. ueniam. in uerbo, deprecamini. xxxv. q. & gloss. in c. ut nostrum. in uerbo, animi. & ibi Imol. post alios, ī. de eccles. benefi. & beatum Tho. ij. ij. q. c. art. v. ad fin. & habetur in summa Pisana, in uerbo, acceptio personarum. uer. utrùm peccet episcopus. Et de sententia lata per preces, uide gloss. in c. quatuor. ad fin. xj. q. iij. & Angel. in l. uenales. C. quando prouo. non est ne. & text. in l. furti. §. pactus. ff. de infa. & Hostien. & do. Anton. in d. c. tuam. ¶ Nota tertiò, ibi: mandamus, cùm in constitutione, &c. quòd in constitutione de certo numero etiam per Papam confirmato intelligitur clausula, nisi reditus ecclesiæ in tantum excrescant, quòd pluribus
5 sufficiant. Ex quo uidetur, quòd † augmentatis facultatibus ecclesiæ debet numerus canonicorum augmentari, & sic antiqua constitutio tolli. An autē per hoc frangatur numerus ipso iure, dicetur ī. post do. Abb. super gloss. in uerbo, sine præiudicio in frau. Et hîc adde text. in authent. ut determinatus sit numerus clericorū. uer. postea uerò. per quam dicit ibi Angel. primò, quòd licet fundans ecclesiam taxauerit numerum clericorum, tamē auctis facultatibus debet numerus augeri. ¶ Secundò dicit, quòd si statuto episcopi cauetur, ꝙ quilibet præbendatus debet tenere capellanum pro altari præbendæ, & postea uniatur præbenda ecclesiæ curatæ, debet eius rector etiam tenere capellanum in dicto altari, ex quo sibi unitæ sunt facultates dictæ præbēdæ. Tertiò dicit, quòd si uni est uendita pro tanto precio gabella totius comitatus, deinde ille comitatus multùm augeatur, potest augeri precium dictæ gabellæ, de quo remittit ad Gul. de Cu. in l. item si fundi. ff. de usuf. & ibi per Cy. in addi. Et hoc pro nunc non affirmo, per tex. in l. id, quod. ff. de peri. & commo. rei uen. ubi qui cogebatur pati damnum, si res empta fuisset deteriorata, patitur etiam commodum, si melioratur. ¶ Not. quartò
6 diligenter ibi, sicut consueuit. & tene mentī, quòd † clausula apponi solita de stylo curiæ, debet subintelligi, si casu non fuisset expressa. Sic dicimus in contractibus, ut uideantur geri secundum consuetudinem loci, licet hoc non exprimatur in contractu. Ad hoc l. quòd si nolit. §. qui assidua. ff. de ædi. edi. & nota. Bartol. in l. nemo est, qui nesciat. ff. de duo. reis. quem refert hîc do. Abb. ad idem allegans c. causam, quæ. ī. tit. proxi. ubi clausula solita poni in certo loco, si transponitur contra ius, intelligitur inserta in loco suo. Et istum tex. no. multùm do. Anton. & Imol. hîc, & Bald. dicens, non esse meliorē text. in iure, quòd illud, quod solet apponi in cōtractu, habetur pro appositō, etiāsi non fuit scriptū. Et de hoc tetigi aliàs in c. ex literis. ī. de fid. instrum. ¶ Et quia ad hunc locum semper recurrimus, Confirma multipliciter ex his, quæ tunc dixi, pluribus additis: & adde in primis text. not. in l. fin. in fin. C. de fideiuss. per quem dicit ibi Bal. quòd notarius simpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clau-
a sulis consuetis[a]. Et per illum text. dicit etiam Bald. in l. j. ad fin. ff. fo. ma. quòd notarius in instrumento dotis debet apponere obligationē hypothecariā, etiamsi sibi nō fuit dictum, ex quo solet apponi. Et per illum text. dicit etiā Bald. in rubr. C. de fid. inst. quòd si partes dicunt se rogasse notarium, ut amicum, & notarius dicit se rogatū ut notarium, creditur sibi: quia ita consueuit fieri. Et per illum text. dicit etiam Bald. in l. fideicommissa. §. seruo. ff. de leg. iij. quòd si clericus secularis impetrat beneficium non consuetum dari clericis secularibus, nō ualet impetratio: quia Papa etiā motu proprio non præsumitur uelle aliter, quàm sit cōsuetum, rescribere. Et per illum text. dicit etiam Bald. in rub. C. de his, quæ in frau. cre. quòd notarius simpliciter rogatus potest apponere renunciationes cōsuetas: quod declara, ut ibi per eum. Et per illum text. dicit etiam Bald. in l. imperator. ff. de sta. ho. quòd notarius semper uidetur rogatus, ut conficiat instrumentum in forma communi: quia præsumitur solenniter rogatus, & præsumit solennitas in instrumentis. Et per illum text. dicit etiam Bald. in l. ita demum. §. j. ff. de procur. quòd notarij possunt apponere clausulas consuetudinarias, quando sunt plenè rogati. Et no. Bartol. in l. si priùs. §. rectè. de aqua plu. arc. argu. d. §. per assidua. & ibi etiam Bart. not. idem. ¶ Et adde Innoc. in c. olim. in princip. ī. de uerb. sign. ubi dicit, quòd omnis dispositio, siue legalis, siue ultimarum uoluntatum, siue contractuum, recipit inter-
b pretationem à consuetudine[b]: & sequitur do. Ab. in c. certificari. in princ. ī. de sepul. ¶ Et hinc est, quòd si tecum contraho, uel te procuratorem constituo, uideor expressè mandare, ꝙ facias ea, quæ sunt de cōsuetudine, l. si pignore. §. fin. in uer. usu. & ibi not. Doc. ff. de pig. ac. facit c. cæterùm. in uerbo, terræ consuetudo. de dona. no. Bar. in l. si procurator. in prin. ff. de iure fis. & in l. fin. in prin. ff. de his, quę in frau. cre. & plenè in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscr. & Bald. in rubr. C. de exerci, ad fin. & Lud. consil. cxiiij. incip. uisis ī. consultis, ad fin. ¶ Et hinc uidemus, ꝙ habēs potestatē uendendi bona fiscalia, potest dare fideiussorem

a *Consuetis] Adde quod adde Paul. de Cast. in l. ij. ff. de iurisdict. omn. iu. & Pet. de Su. in l. in omnibus. ff. de arb. & not. in l. si pignore. §. fi. ff. de pigno. ac. & uide plenè per do. Alexand. in l. si finita. in princ. de dam. infec. & in l. plus. §. j. de aq. plu. arc.*

b *Consuetudine] Adde idem tenentem do. Soci. suo consil. cxj. incip. abundè & subtiliter. uers. nec in tali. in j. parte.*

fideiussorem euictionis, & apponere omnia pacta pœnalia, secundum morem regionis, ut dicit Ang. in l. ij. ff. de iur. om. iu. per d. l. bene à Zenone. Et hinc est, ꝙ promissio præfati simplex de renouāda emphyteusi intelligitur, secundum quod est consuetum, secundū Ang. in §. emphyteusim. in authent. de non alie. ¶ Et præceptum ducis de cogendis debitoribus fisci pro arbitrio exactoris, intelligitur de coactione inducta à consuetudine, secundū Bal. in l. j. C. si ob publicas pensita. Et conductio simpliciter facta de domo, intelligitur pro pensione consueta, secundum Sal. in l. exceptio. C. loca. quę est ad hoc sing. secundum eum. Et cōducens operarios tenetur eis ministrare uictum & ferramēta, si est consuetum, secundū Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. ¶ Et si habentes uendere gabellas alicuius ciuitatis faciunt pacta contra illud, quod est consuetum, non tenent, secundum Bar. in l. j. C. de pascuis pub. uel priua. lib. xij. Et colonus tenetur soluere illud, quod est cōsuetū ultra pensionem solui, licet nō fuerit dictum, fm Bar. in l. domini prædiorū. C. de agri. & censi. lib. xij. Et si episcopus citauit aliquē nō expresso loco, intelligit ut cōpareat in cōsueto, fm Pe. de Anc. in c. cùm episcopus. de off. or. in vj. Et citatus simpliciter nō expressa hora, intelligitur propria, qua iudex solet sedere, fm Innoc. & do. Abb. in c. cōsuluit. & de off. dele. & no. Innoc. in c. cùm nobis olim. ultra medium, de elec. & dixi aliàs post do. Abb. in c. ij. de testi. cog. ¶ Et hinc est etiam, ꝙ uerba testatoris simpli
a cia semper recipiunt restrictionē à stylo patriæ cōsuetudinario, uel statuta-
4 rio[a]. Ad quod uide Bar. Ang. & Imol. & Ro. in l. heredes. §. cùm ita. ff. ad Tre. & Pe. de Anc. in l. tres fratres. ff. de pac. Vnde dicit Bar. in l. precibus. C. de im pube. & aliis substi. ꝙ testator præsumitur cogitare de statuto patriæ suæ. Et dicit Imol. in c. potuit. ad fi. de loca. ꝙ in uestitura emphyteusis accepta ꝙ se & aliis suis nō cōprehendit fœminas, propter dictum Arc. in c. si quis suadente. xvij. q. iij. nisi cōsuetudo loci in talibus includat etiā fœminas. ¶ Et hinc est etiam, ꝙ si prælatus cōcessit simpliciter rem in emphyteusim, censerur cōcessisse in tertiā generationē, si sic se habet consuetudo loci, fm Bal. in addi. Spec. in ti. de locat. Et hinc est, ꝙ cōcessa potestate testandi, subintelligit, fm quod est cōsuetū in loco, fm Bal. in l. fi. post prin. C. de fideicō. facit l. si quando. in prin. C. de inoff. test. & quod ibi Bal. ¶ Et hinc est etiā, ꝙ procurator datus simpliciter ad fideiubendū, potest renunciare beneficio ordinis: quia de cōsuetudine omnis fideiussor renunciat, fm Bart. in l. si fraudator. ff. de his, quæ in frau. credi. Ex quo cōsuluit Lud. Ro. in d. cons. cxiij. uel sequēti, ꝙ procurator habens potestatē obligandi dominū ad certā quantitatē etiā cōditione taxatiua, potest ipsum obligare ad cambia soluenda pro illa quantitate, si de cambijs est cōsuetudo in loco: & uide eundē cons. lix. in Christi, &c. ad discutiendū. ubi dicit, ꝙ si consuevit Papa in inuestituris, quas facit uicarijs temporalib. terrarū ecclesiæ, cōcedere iurisdictionem publicationis bonorū & ultimi supplicij, ea duo postea ueniunt etiā, ubi in cōcessione non exprimunt, per c. quo ad translationē. ī. de offic. le. Ad idem tex. optimus in c. ij. ī. tit. prox. ibi, & si r. ō appo natur. quē ibi no. Imol. ¶ Hæc omnia, & his similia, declarāda sunt de necessitate tribus modis. Et prima declaratio sumēda est ex dictis Ioan. An. in addi. Spec. in ti. de instr. edi. §. instrumentū. uer. quid si à cōtrahentib.
7 ubi dicit, ꝙ † in simplici rogatione notarij tacitè ueniūt cōsueta. Vnde in cōtractu, quo trāsfertur dominiū, potest addi clausula precarij: quia per eam efficaciùs peruenitur ad mentē cōtrahentiū. Sed hoc intelligit de cōsuetis generalibus: secus in substātialib. Illa enim à principio sic insunt contractibus, ꝙ sine illis actus uitiatur.

Felini j. pars.

Alle. l. testamentum. C. de testa. & c. tuæ. & c. tua. in fin. de sponsa. ¶ Et per hanc declarationē sequit, ꝙ ubi de iure, uel de stylo curiæ aliquid solet & debet exprimi ad euitandam subreptionē, & est substātiale, nō sufficiet, ꝙ sō leat exprimi, ad hoc ut ualeat dispositio: quod multū temperat prædicta, & facit c. ad nostrā. & c. porrecta. de cōfir. uti. uel inuti. cum si. Quomodo aūt cognoscatur, quæ sint de substātia, uide Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iud. & in repet. l. j. C. qui accus. & in l. ad exactionē. C. de do. promis. & in repe. l. j. C. de sac. sanc. eccl. & dō. Abb. in cons. lxxij. incip. Omnipotentis, &c. in negocio Guidonis. ubi dicit, ꝙ substātialia sunt illa, sine quibus actus cōsistere nō potest: alia sunt accidentalia, ut latiùs in dictis locis. Et ad hanc declarationē faciūt uerba Bar. in l. quicquid astringēdæ. ff. de uerb. obl. dum tangit, quando tacitū habeat pro expresso. ¶ Secunda declaratio est, ꝙ ubi in aliqua dispositione habētur pro expressis ea, quæ cōsueuerūt exprimi, intelligit de cōsuetis cōmuniter, & utplurimùm: secus, si raro solitū sit aliquid fieri, ut probatur in l. Seio. §. medico. ff. de annuis le. & ibi hoc no. Bar. ita limitās, ꝙ cōsueuit dici, ꝓcuratorē posse cōsueta: & alle. in simili l. fistulas. §. frumēta. ff. de cōtrah. emp. & bene facit dictū c. quo ad translationē. uersi. sæpe. ¶ Tertia declaratio est, ꝙ licet in generali cōcessione uenīāt accidentalia, uel solennia cōsueta exprimi, ut est dictū, tamē nō semper ex multiplici actuū frequentatione inducitur consuetudo. Et ideo si aliquis per uiam meræ & gratuitæ facultatis aliquid sit solitus cōcedere, per hoc nō obligat perseuerare, ac si firmata esset cōsuetudo. Hoc declarat do. Abb. ultra alios d. c. quo ad trāslationem. per id, quod no. Innoc. in c. cùm ecclesia sutrina. ī. de causa pos. & proprie. ubi dicit, ꝙ si milites aliqs hospitaret amicū suū in domo, per hoc non est inducta cōsuetudo, ut teneatur eum in futurum hospitare, cùm fuerit profectus ad illam ciuitatem. Et concor. Cy. in l. ij. C. quæ sit lon. consue. & Ioan. An. in c. Ioānes. de clē. consiu. & Bar. in l. cùm de in rem uerso. ff. de usu. & Arch. in c. seruitium. xvij. q. ij. & Domi. in c. consuetudo. j. distinct. & latè Pet. de Anc. in regula, sine possessor. ad fin. de re. iur. in vj. & multi alij, nisi id factum fuisset tanto tempore, cuius initij non esset memoria, secundum Ioan. And. in d. c. peruenit. de censi. & Bar. in d. l. cùm de in rem uerso. Ang. in l. si certis annis. C. de pact. cum concor. Et de materia etiam uide Bald. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. instit. & do. Ant. & Imol. in c. cùm olim. ī. de consue. & in c. ex parte Astensis. & ibi Abb. ī. de concess. præben. & quod habetur in c. constitutus. ī. de rescript. & Lud. Roma. consil. cclxxvj. incip. Omnipotentis, &c. quæstio est, nunquid. ¶ Glossa. j. ibi, cum essent consortes eiusdem litis. Not. hîc speciale in consorte eiusdem
8 litis, quòd † sicut coniuncta persona potest agere pro coniuncta sine mandato præstando cautionem, quòd dominus habebit ratū, l. sed & hæc. ff. de procur. c. nonnulli. in fin. de rescript. Ita consors eiusdem litis potest agere pro consorte sine mandato præstita priùs satisdatione, ut in iuribus allegatis per gloss. hîc, & per gloss. j. in c. cùm dilecti. de do. & contu. Et istud cōsortium contrahitur ex communitate litis & causæ, l. si petitor. ff. de iu. & traditur in cle. si religiosis. de procu. secundum do. Abb. hîc. ¶ Hanc conclusionē limita primò, nisi causa esset criminalis, ut est gloss. in c. cùm dilecti. ī. de dolō & contu. & eam not. do. Anton. hîc, & ibi: & de ipsa meminit Bald. in l. ij. C. de consor. eiusdem litis. quia in crimināli non comparet quis per alium, l. seruum quoq; §. publicæ. ff. de procu. Sed do. Maria. in commento c. uēniens. ī. de accus. uer. trigesimoquintò fallit. alle. Bald. in d. §. publici. dicentem, quòd regula, de qua ibi, fallit in consortibus eiusdem litis, arg. notatorum in c. hoc quippe. iij. q. vj. & quod not. Innoc. in c. licet. ī. de accus. Sed dicit do. Maria. se hoc intelligere, quādo ageremus de delicto annexo, aut correlatiuo, utputà adulterio,

c. cùm M. Ferrarien sis.

incestu,uel similialiàs dicit se nõ uidere,quòd licet plures dicantur commisisse unum delictum,cp unus possit interuenire pro alio:quia ex separatis non fit illatio, secundum eum.Et sic habes hanc limitationem restrictã. ¶ Et iuxta hoc subdit hîc Domi.quòd ubi agitur de crimine ciuiliter,admittitur consors:secus,si criminaliter. Et ita intelligit gl.ĩ d.c.cùm dilecti.& in d.c.hoc quippe.

a *Contest.*] *Adde Card. in cle.j. ix.q. et pleniùs in cle. iij. xj. q. de procu.*

¶ Adde etiam Ioan. And. in regula, non est obligatorium. de reg. iur. in vj. ubi cõcludit, ualere statutum factũ ab abbate & conuentu causa uitandæ murmurationis & scãdali, quòd singulis monachis detur quolibet anno certa quantitas pecuniæ pro emendis sibi uestimentis & alijs necessarijs. Et probatur rationibus, de quib⁹ ibi ad plenum, & sequitur do. Abb. in c. edoceri. ĩ. de rescrip. & in consil. suo lxxxviij. quod incipit, Facti contingentia. quia illa pecunia succedit loco necessariorum: & sic eo iure cum illis censetur: quia subrogatum sapit naturam, &c. in §. fuerat. Insti. de act. ¶ Eadem reassumit do. Abb. in c. cùm ad monasterium. de stat. mo. dicens, ualere consuetudinem, quòd moniales prouideant sibi de necessarijs ex lucro manuum suarum. Et addit post Io. An. ibi, quòd religiosus nunquã dicitur habere proprium, quando aliquid tenet sciente & patiẽte superiore, paratus ad eius libitũ dimittere, sicut seruus habens peculium, uel ipsius administrationẽ, nõ propterea dicitur habere proprium dominium. Pro hoc l. quàm Tuberonis. §. sunt quidam. ff. de pec. Vnde in his & similibus casibus detinet religiosus nomine monasterij. Et cum istis concor. Cal. in ti. de regula. consi. xj. dicens, quòd de licentia prælati possunt religiosi habere usum rerum, quæ usu cõsumuntur, etiam pro toto tempore uitæ suæ: & alle. extraua. Ioannis xxii. quæ incip. Ad conditorem. Et ista limita, ut non procedant in religiosis, qui talia tenent sine licentia superioris: quia nõ excusantur etiã à consuetudine, ut consuluit latè Cald. in ti. de consue. consil. iiij. & in tit. de regula. consil. j. ubi semper uide: quia ibi uult, quòd licet de licentia superioris possit retinere ad usum uestes, libros & pecuniã, & similia: secus tamen de immobilibus, uel alijs bonis ex legato, uel proprio artificio sibi obuenientibus.

¶ Crederem tamen, quòd in libris & similibus, de quibus s̃. sufficeret tacitus cõsensus superioris, licet expressè non daret licentiam, concurrente hoc, quòd religiosus habeat propositum dimittẽdi ad omne libitum superioris: & hoc sentiunt prædicti, maximè Ab. in d. consil. lxxxviij. dum dicit, quòd tunc dicitur religiosus habere proprium, quando detinet clàm ignorante superiore: & alleg. Ioan. An. in d. c. ĩj. Et de materia uide etiã, quod no. Ab. in c. ĩj. uer. sed ultra Doc. de mo. Et ista no. quia tãgunt religiosos, & maximè, qui non sunt de obseruantia informantes conscientias suas largas ex proprio sensu.

a *Nõ audiretur] Adde do. Alex. in d. l. sepulchri. all. in tex. et in l. prætor. & in l. seq. §. Celsus. ded am. infe. ubi omnino uide post Bart. ibi, & Ang. qui tenet contr. Barto. uel nisi renuncietur primæ instantiæ, non potest adiri alius iudex, et per Inno. in c. super literis. de rescript. & per Ioan. And. in add. ad Specul. in tit. de ap. §. primò, in quib⁹. uer. quid si uictus. Sed tu dic melius per Alex. in d. §. Celsus. quòd si reus contumax coram iudice comparet, & reficit expensas, & contumaciam purgat, potest coram secundo iudice opponere except. præuentionis, seu litis pendentiam corã alio, etiam si primus inhibeat secundo. Si uerò nõ reficit expensas, & contumaciam nõ purgat, potest trahi reus corã alio iudice nõ obst. exceptione præuentionis.*

DE PROTESTATIONE.

¶ Restat postremò uidere in materia ꝓtestationis, an & quando tollatur per factum contrarium, in quo solo insistunt hîc do. Abb. do. Anto. Imol. & Domi. Reliqua autem in materia protestationis dimittuntur: tũ, quia periculosa est, secundũ do. Abb. tum, quia in duobus locis sufficienter & perfectè tractatur, uidelicet primò per Io. An. post Io. Mo. in regula, in generali. de regu. iu. li. vj. in Mercu. secundò per Bar. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. no. nun. ubi adeò ordinatè & eleganter tractat, quòd post eum nemo ausus est uelle amplius materiam totaliter amplecti. ¶ Veruntamen quia ad hoc c. sæpe in hac materia recurritur, possumus ordinare breues additiones ad dicta cõmunia Doct. ex certis articulis & decisionibus sparsis, tãgendo aliqua per cõclusiones limitatas circa membra principalia Ioan. Mo. vbi ſ̃. uidelicet, Primò circa illã q. cui & à quo sit facienda ꝓtestatio. Secundò circa illã, qñ & in quo loco sit facienda ꝓtestatio, Tertiò circa illã, qualiter sit facienda protestatio. Quartò circa illam, quis sit effectus protestationis. Quintò circa illam, quomodo finiatur protestatio. Et hæc est propria materia huius decretalis.

I. PARS.

¶ Ad primam collige summariè nouẽ conclusiones.

27 nes. ¶ Prima cõclusio sit hæc. Illi † faciẽda est ꝓtestatio, quem interesse tangit, l. si mandassem. ff. mand. l. unica, cum materia, C. de satisd. per Cy. in l. mandatum. C. mandat. & Scriben. in c. mandato. ĩ. de procu. & in c. ex parte decani. ĩ. de rescr. cum concor. ¶ Fallit primò, seu in-
28 telligitur, ubi † ille, quem protestatio tangit, est certus: sed si est incertus, sufficit hanc protestationem publicè proponi, secundum Bart. in d. §. morte. uer. quandoque per hanc protestationem. per l. pupillus. §. proscribere. ff. de inst. Facit c. ex insinua. de procu. & quod no. Domi. in c. fi. in fi. de elec. in vj. ubi dixit post Pe. de Anc. quòd ubi non reperitur certus aduersarius, sufficit generalis citatio per edictum. Et qualiter ista debeat fieri, traditur per omnes in c. cùm in tua. ĩ. qui ma. accu. pos. & in cle. ĩ. de iudic. cum concor. quas dedi in c. ĩj. §. eod. ¶ Fallit
29 secundò, ubi † materia tangit aliquem secundariò, nõ principaliter: quia sufficit protestari ei, quẽ tangit principaliter, secundum Ioan. An. in d. regula, in generali. in vj. per c. pastoralis. §. fi. ĩ. de offi. or. ubi contra iudicem facientem aliquid ad commodum partis, fit protestatio coram eo, non coram parte: quia principaliter agitur de rescindendo facto iudicis, sicut coram iudice appellatur, non coram parte, l. cùm quidam. ff. de appel. l. eos. in fi. C. eo. & bene facit gloss. fi. in l. quamuis. de pac. in vj. per quam refert ibi Domi. signanter, quòd actus non dicitur uerti in detrimentum alterius, quando nõ affert ei principaliter detrimentum, licet secundariò: ex quo decidit, quòd si ex forma statuti debent uocari illi, in quorum detrimentũ fit actus, intelligitur, qui simpliciter & directè damnum pati possent, non secundariò. Quod bene nota, secundum eum. Et pro ipso uide Inno. in c. humilis. de ma. & obe. ubi notanter dicit, non esse citandos illos, quos incidẽter potest negotium tangere, sed sufficit citare principalẽ, cuius interest. Est text.
32 optimus in l. j. §. denunciare. ff. de uen. inspi. ibi, hæredi instituto, non etiam substituto. quem tex. allegat Bald. notanter in d. c. humilis. & in rub. C. de succes. edi. & in
30 alijs locis, de quibus aliàs. ¶ Fallit tertiò, ubi † non potest haberi copia illius, contra quem esset protestandum: quia sufficit pro testari secũdum formam d. c. pastoralis. §. fi. & l. ut perfectiùs. uers. si autem. C. de anna. exc. & l. j. §. dies. ff. quando appell sit. & c. si iustus metus. de app. ¶ Et in hac fallentia no. duo. Primò no. quòd
31 in hac protestatione requirũtur tria. Primò, quòd † fiat cõgruo tempore, id est, in tempore, quo actus potest geri, putà appellatio, ut probatur in l. ij. in uerbo, inter dies legitimos. C. de his, qui per me. iudi. non app. & in c. fi. de app. in uer. intra tempus. facit l. bonorũ. & quod ibi Bar. ff. rem ra. ha. Secundo requiritur, quòd fiat publicè, id est, coram publicis personis, aut coram iudice cuiuscunq; fori, d. l. ij. in uer. publicè. & quod ibi Bald. Satis tamen foret coram honestis uiris, per d. c. fi. Tertiò requiritur, quòd talis protestatio contineat causas metus, d. c. fi. & d. l. ij. Et dicit ibi Bald. quod non tenetur exprimere causam causæ, arg. l. scio. ff. de appell. nisi postea in prosecutione appellationis. Ad quod uide Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in xj. qu. ff. de no. ope. nun. ¶ Secundò no. quòd cessante causa, propter quam nõ potuit quis coram aduersario protestari, debet protestationem reiterare coram eo, secundum Imo. in d. c. fi. de appell. & per id, quod no. Bart. in d. §. si quis ipsi prætori. in iij. oppo. ubi dicit, q̃ si emptor fuit protestatus se nõ posse denunciare uenditori litem motam, quia nescit, ubi scit, tamen ipso uenditore postea apparente debet sibi denunciari: aliàs protestatio non sufficeret, ut ibi. Sed hoc intellige uerum in casu illo, & simili, ubi protestatio fit ad consequendũ ius de nouo. Sed ubi fit protestatio solùm ad conseruandum ius protestantis, sufficit semel fieri, secundum Bald. in d. l. ij. circa fi. C. de his, qui per me. iud. putà in casu illo & simili, ubi protestatio sortita est semel effectus ipsius appell.

¶ Et in hoc aduerte: quia istud est uerum, quando non solùm ꝓtestatus est, sed etiam actum expediuit coram personis idoneis, putà quia uolens appellare, nedum protestatus est, sed etiam appellauit corã illis personis: quia tunc est rescissa, seu suspensa sententia per appellationem: & sic est sibi ius quæsitum: secus, si protestatus est simpliciter intra decem dies, tamen nõ appellauit: quia etiam post terminum tenetur requirere iudicem, & tandem eo nõ inuento appellare in forma prædicta: quia tunc bene intendit aliquid de nouo acquirere, s. rescissionem sententiæ: & illa protestatio nuda operata est solùm, quòd lapsus temporis ei non noceat, sed non est operata appellationem. Ita subtiliter declarat dom. Mat. Matheſil. in l. j. §. dies. ff. quando appel. sit. & sequitur ibi Ang. de Are. uer. quæro, an si uolens. per d. §. si quis ipsi. Et in hoc casu dicunt loqui glos. in c. cupientes. §. quòd si per xx. in uerb. proposita. de elec. in vj. dum dicit, donec Papa sui copiã fecerit: & loquitur in electo, qui tractabat de nouo iure acquirendo, s. confirmatione legitima. Et illam gloss. sequitur etiam Imo. post do. Ant. in c. plerumque. in fi. proxi. & Domi. in d. §. quòd si. quem omnino uide. Et per hæc pulchrè infert paulo post dom. Matth. in d. §. dies. quòd si appellans habuit terminum à iudice à quo, ad præsentandum se coram iudice ad quẽ, iuxta c. personas. de app. & appellans comparuit ultima die in loco, ubi iudex ad quem consueuit sedere: & eius præsentia requisita & non habita protestatus est, non tenetur die sequenti comparere & iterum protestari: quia cùm per appellationem sit rescissa sententia, dicitur iste tractare de iure conseruando, non de nouo iure acquirẽdo. Et hanc quæstionem dicit semel fuisse de facto: & sequitur etiam Are. ibi. Quæ omnia no. tanquã quotidiana, & adde Alex. in d. §. si quis ipsi. ¶ Secun-
33 da conclusio. Vbi † protestans non habet aduersarium in eo, super quo protestatur, quia ab ipso solo pendet, sufficit taliter protestari, quòd possit docere, se protestatum fuisse, secundum Ioan. And. & Bart. in locis primò alleg. & probatur in l. at si quis. §. plericq;. ff. de reli. & sump. fu. & in l. pro hærede. in ĩ. & ij. respons. ff. de acquihæ. & idem no. Bar. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. uen. & Cy. in l. ij. in ij. q. C. si quid in frau. pa. & Bar. in l. quæcunq; in fi. princ. ff. rem ra. ha. & facit gloss. ij. in l. Pomponius. la j. & ibi clariùs Bar. ff. de neg. gest. & no. Bart. in l. certum. §. si quis absente. ff. de contes. & do. Abb. in c. Cumana. uersic. nec tamen credas. de elec. Bene facit, quod no. Ang. in §. si uerò expressim. uersic. ex hoc patet. in authen. de hære. & Falc. ubi dicit, quòd licet confessio, quæ emanat absente parte, non præiudicet d. §. si quis. tamen fallit in obligatione, quæ non tendit ad obligandum confitentẽ alteri, sed tendit principaliter ad probandum aliquid: ex qua probatione absenti quæritur obligatio. Vnde si quis approbat aliquod instrumentum, tanquam uerum, uigore huius approbationis, omnes, quorum interest, poterunt agere contra approbantem, per illum tex. secundum eum.
33 ¶ Tertia conclusio. Protestatio † facta iudici antecessori in officio, nõ prodest corã successore. Ideo oportet coram ipso eam reiterare. Ita dicunt Moder. in repe. c. ex ratione. uer. secũdò quæritur. ĩ. de appel. Et ita dicunt Bar. cõsuluisse. Et facit l. edictum. ff. de iudi. ubi requiritur coram successore alia & noua citatio, dato quòd coram antecessore omnia edicta primò expedita fuissẽt. Quod no. secundũ eos. ¶ Quarta conclu-
34 sio utilis & quotidiana sit ista: Non † sufficit regulariter, q̃ is, cui fit protestatio, simpliciter taceat, sed requiritur expressus consensus, ad hoc ut ꝓtestatio sibi noceat[a]. Ita sentit Bart. in d. §. morte. & in l. j. C. de lit. cõtes. & no.

c. cùm M. Ferrarien sis.

a *Sibi noceat] An et quãdo protestatio afficit protestatum tacentẽ, & non contradicentem, uide no. per domi. Soci. in suo consi. cvij. incip. Vt in quæstionum. uers. transeo ad secũdum. cum*

uerſ. ſeq. in ſ. parte. Et adde, quòd tion afficit tacentem non contradicentem, quãdo ſit cõtrahenti ad excluſionem iuris eius; Angel. Lu. & Paul. de Caſ. et gl. in d. l. ſi fideiuſſor. ff. q ſatiſ. cog, alle. in tex. de qua plenius per Alex. et ſingulariter in ſuo conſil. vij. & do. Soci. in d. conſi. in uer. quam cõcluſionem. in fi. et adde do. Alexan. in ſuo conſ. cvij. iiij. parte, ubi dicit, quòd proteſtatio nocet parti tacenti, & non contradicenti, per d. gl. & gl. in l. ſi. §. ſi prædixerit. ff. nau. caupo. ſtab. & per gloſ. xxij. diſ. c. j. & uide Alex. in d. l. quæ dotis. ſol. mat.

gloſſ. iij. Inn. Hoſt. Ioan. And. & domi. Abb. in c. Cumana. ĩ. de elec. & Io. An. in c. in geneſi. eod. tit. & Arch. in c. diaconi. xxviij. diſt. & do. Card. poſt Pau. in cle. j. in fi. ut lit. pen. & eſt tex. non ca uillando in l. fi. §. item ſi prædixerit. ff. nau. caup. ſta. ibi, conſenſerunt uectores. & probatur ex doctrina Inno. in c. in geneſi. de elec. cum concor. quas aliàs dedi in c. nõne. ĩ. de præſum. dum dicit, quòd in actu oneroſo tacens nõ præſumitur conſentire. Et iſtud eſt, propter hoc ſuſtentabilius, licet in propoſito aliter uoluerit gloſſ. in d. §. item ſi prædixerit. & gloſſ. ij. in c. j. xxvij. diſ. & gl. expreſſior in l. ſi fideiuſſor. in prin. in uer. recuſare. ff. qui ſatiſ. cog. cũ quibus concordat Pau. de Caſ. Roma. & Ful. ibi, & Roma. in d. §. morte. & Imol. in l. prætor. §. hoc interdicto. propter gloſſ. j. in uer. adducitur. ff. de ope. no. nun. & Fulgoſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pac. & Roma. in l. quæ dotis. ff. ſol. ma. & conſil. xxxij. inci. Omnipotentis, &c. in caſu propoſito. & ſentit Imo. hîc in effectu, licet multa uideatur dicere: & eadem ponit in d. §. morte. Et idem domi. Anto. hîc latè & obſcurè, & cum iſtis aliàs tranſiui in d. c. nõne. ſed fundamenta eorum potiùs reduci poſſunt ad fallentias, quas ĩ. colegi ad regulam, quàm contra regulã. licet intentio eorum fuerit potiùs facere regulam in contrarium. Et tenendo hanc concluſionem nihil erit ſpeciale in caſu ſingulariter notato per Inn. & alios in c. fi. ĩ. de condi. appo. licet do. Abb. ibi uer. & nota bene. hoc dictum uideat ponere pro ſpeciali. ¶ Fallit primò in caſibus, in quibus † tacens habetur pro conſentiente in actu oneroſo. Et qui ſint illi, colligitur ex dictis Bar. & aliorum in l. quæ dotis. ff. ſol. ma. & enumerauí aliquos in d. c. nonne. Et hoc in propoſito ſenſit Bart. pro doctrina in d. §. morte. ¶ Secundò fallit, ubi † is, cui fit proteſtatio, nõ ſimpliciter tacet, ſed facit actum tacitum denotantẽ cõſenſum, per tex. cum ibi no. in l. filiusfamiliãs. ff. ad Mace. ubi pater uidetur approbare mutuum factum filio ſolùm recipiendo & retinendo literas rogantes eum, ut ſatisfaciat. Et ita adaptatur ille text. per quem Imol. hîc multa dicit. Et ideo acceptans & retinens ſcripturã proteſtationis, uidebitur illi cõſentire, per illum tex. Quod no. Et hunc intellectum ad illam l. ponit Bar. in l. quo enim. ff. rem ra. ha. dicens, quòd ibi non fuit certa ſcientia & patientia, ſed receptio & retentio literarum. Et ita etiam hunc text. intelligit Bald. in rub. C. de fi. inſtr. uerſic. quæro, quid de literis. & Barto. in l. Titius. ff. de conſti. pec. & Bart. & Bald. in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pe. & Bald. in l. fi. C. ad Mace. & Bartol. in l. cùm ad tabernam. §. pe. ff. de pig. & Bald. in l. ſi literas. C. manda. Et ideo nõ ſufficeret, quòd de mutuo fuiſſet aliquid dictum patri per nuntium: quia ſola ſua audientia ambaſiatæ abſque alio actu non ſufficeret, ut expreſſè uoluntiſti, & ſenſit Bar. in d. l. ſi filius. licet Pau. de Caſ. latè in d. l. quo enim. & Imo. hîc aliter dicant. Et pro hac fallentia facit text. in cle. j. de procu. ubi acceptans literas mandati uideẽ conſentire & uelle eſſe procurator. Et per illum text. mouebatur Lu. Ro. in d. §. morte. contra dictam regulam. Sed rectius eſt dicere, quòd per illã cle. limitetur regula modo prædicto: & ſatis colligitur ex dictis domi. Card. ibi, in tertia oppo. & in vj. quæſt. ¶ Fallit tertiò, ubi † ageretur de paruo præiudicio eius, cui fit, ꝓteſtatio, ut colligitur ex no. per Barto. in d. l. quæ dotis. iunctis uerbis

35 36 37

præcedentibus, dum tractat, an præſens & tacens in actu differmi non cadente in contractu, uel quaſi, prout eſt actus proteſtationis, uideatur conſentire: & diſtinguit, an agatur de magno præiudicio: & non uidetur conſentire, l. pe. ff. de fur. ſecus de modico, l. quàm Tuberonis. §. ſunt quidam. ff. de pec. l. Labeo. cum gloſſ. ff. de aqua plu. ar. Et ad hoc etiam reduci poteſt gloſ. in d. l. ſi fideiuſſor. ¶ Fallit quartò, ubi † ille, qui proteſtatur, agit de exonerãdo ſe ab obligatione, quæ habet oriri ex pacto non præambulo, ſed ſecuturo: quia ſi aduerſarius non contradicit, tenet & iuuat proteſtatio, ſecundum Imo. ſubtiliter in d. c. Cumana. per c. j. xxvij. diſtinct. ubi proteſtatio iuuat ſuper facto continentiæ ſecuturo, ad quam nondum erat proteſtans obligatus. Adidem alle. l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. ubi iuuat proteſtatio erga habentem fideiubere, ut non utatur priuilegio in actu fiendo. Procedit ergo regula, ubi proteſtans erat iam obligatus ex actu præcedenti, prout erat Magiſter nauis in d. §. item ſi prædixerit. qui iam receperat res eius, cui proteſtabatur: meritò text. ponderat conſenſum alterius. Similiter procedit regula, ubi quis nondum eſt obligatus, ſed erat futurus obligari ratione facti præambuli, per d. §. item ſi prædixerit. quia quicquid dicat ibi Bart. ſecundum eum, ſi magiſter nauis, ꝓteſtatur hoſpitibus etiam ante quàm intrent nauim, non nocet eis proteſtatio, niſi cõſentiant: quia ex quo eſt in officio nautarũ, obligatus eſt ad cuſtodiam rerum in nauí ponẽdarum, iuxta no. per Bart. in l. furti. ff. nautæ, cau. ſtabu. Et licet hunc modum loquendi ſenſerit Bart. in d. §. item ſi prædixerit. tamen clarius in hoc loquitur Imol. in d. c. Cumana. Et eſt no. conſideratio, quam dicit eſſe ſubtilem, & non reperiri ab alio declaratã. Et pro ipſa facit, quod proximè dicetur. ¶ Fallit quintò, ubi † proteſtatio non ſtatim meris finibus proteſtationis, ſed ultrà procedat dando, uel promittendo aliquid: quia tunc aduerſarius recipiendo factum, nõ reiecta proteſtatione, uidetur ſimul ipſum recipere cum proteſtatione, cùm non poſſit partem facti recipere, & partẽ reijcere, per no. in c. cùm olim. ĩ. de cenſi. Ita ſingulariter poſuit pro doctrina domi. Card. in d. c. Cumana. per illum text. ubi canonici admiſerunt capellanos cum proteſtatione. Ideo ex quo capellani acceptauerũt, ut intereſſent, uidentur acceptaſſe cum ſua qualitate. Sed hanc doctrinam limita eſſe ueram, niſi proteſtans concedat alteri id, quod ſibi non competebat de iure: quia acceptans factum, uidetur acceptare qualitatem. Sed ubi omnino id ſibi competebat, ſecus: quia licet acceptaſſet ſimpliciter facta, tamen præſumitur poſtea magis uelle uti iure ſuo, quàm concelsione aduerſarij, ut ſubtiliter decidit ibi dom. Abb. per rationes, quas ibi uide per eum: pro quo facit præcedens fallentia. ¶ Quinta concluſio ſit iſta. Poteſt † fieri proteſtatio etiam per tertium, cuius intereſt: putà, ſi Titius proteſtatur ubi inhibendo, ne ſoluas Sempronio creditori tuo, & debet proteſtationi pa-

a *Cauſa uera] Quod in proteſtatione requiratur cauſa, adde Bald. in l. edicto diui. de edi. & in l. j. C. de prædi. in lib. xj.*

rêri, quãdo fit cum cauſa uera [a] & apparenti, ut eleganter per Barto. in d. §. morte. uer. circa primum. & per Bald. Angel. & Imol. in l. hæres. la j. ff. ad Trebell. & Bartol. in l. ſi à furioſo. cum ſeq. in fi. ff. ſi cer. pe. & per Doc. in l. pe. per illum text. cum authen. ibi poſita, C. depoſi. facit l. iij. C. de noua. & l. fi. ff. de l. cõmiſſoria. ¶ Declaratur duobus modis iſta concluſio. Primò, dum dixi, quòd † requiritur cauſa uera & apparẽs, ut habeat locum in priuato: ſecus in iudice inhibente: quia in ipſo præſumitur cauſa, c. ſicut. infrà, de re iud. & c. in præſentia. de renun. Et ita no. Bartol. in propoſito in d. §. morte. per l. ſi. ff. de leg. commiſ. & ibi etiam hoc tenẽt Bart. Bald. Pau. de Caſt. & Pe. de Anc. in d. cle. j. Et quòd huiuſmodi

41

huiuſmodi inhibitioni ſit parendum, patet ex no. per Ioan. And. & domi. Anto. in c. ſignificauit. infrà, de cenſi. per Ioan. And. in Specul. in tit. de ſolu. §. nunc aliqua. uer. illud autem. & per Arc. in c. dixit. xiiij. quæſt. v. in fi. cum concor. In quibus dicitur, quòd iudex poteſt præcipere debitori, ne ſoluat creditori cõdemnato, etiamſi debitũ ſit iuratum. ¶ Secunda declaratio eſt, quòd † cõtra talem proteſtationem eſt duplex remedium. Primum, ut creditor caueat debitori defendendo eum aduerſus dictam proteſtationem, iuxtà l. is, à quo. cum l. ſeq. ff. de rei uen. & l. pe. ff. de pe. hære. Ita no. Innoc. in c. ſanè. ij. infrà, de offi. dele. Secundum remedium eſt, ſecundum domi. Card. & Imol. ibi, ut agatur contra proteſtantem condictione ex l. diffamari. C. de inge. & manu. & idem Imo. in l. hæres. la j. ff. ad Trebell. ad quod uide etiam Spec. & Ioan. And. in tit. de emp. & uen. §. nunc dicendum. uer. ultimò no. & Lu. de Rom. in l. de die. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. & Imo. Pau. de Caſt. & Roma. in d. §. ſi is, cui. ff. de ope. no. nun. & Roma. in d. §. morte. in fi. & quod no. Barto. in l. j. §. huius autem interdicti. ff. uti poſſi. uer. utrùm contra diffamatorem. ¶ Sexta concluſio. Negotiorum † geſtor proteſtari non poteſt. Ita ſentit pro regula Bartol. in d. §. morte. dum dicit, quòd non poteſt denunciare debitori Titij, cuius nomen eſt mihi ceſſum, iuxta l. nomen. C. quæres pignor. obl. poſ. l. iij. C. de noua. ¶ Fallit primò in caſibus, in † quibus ſufficit ſcientia illius, ad cuius commodum fit proteſtatio: ſed concluſio procedit, ubi requiritur certioratio facta per ipſum. Qui autem ſint illi caſus, remittit Bartol. ubi ſuprà ad dicta ſua in l. facta. §. hæres. ff. ad Treb. ubi uide poſt prin. uer. Iacobus de Are. dicit. ¶ Secundò fallit in † proteſtatione incitatoria, per id quod no. gl. Barto. & alij in l. ſi ſeruum. §. nunc uideamus. ff. de uerb. obli. ubi cõcludunt, quòd † negotiorum geſtor poteſt conſtituere debitorem meum in mora per proteſtationem, per text. nõ. in l. ſi quis ſolutioni. §. j. ff. de uſu. ¶ Tertiò fallit in proteſtatione facta ad finem, ut quis non faciat id, quod tenetur nõ facere: quia iſta fieri poteſt à quocunque, ut colligitur ex dictis Angel. in l. prohibere. in prin. per illum tex. ff. quod ui, aut clàm. Et ita illum tex. intelligit Bart. in d. §. morte. Et iſtis adde Bal. in c. j. in prin. quo tempore miles. ubi decidit, quòd negotiorum geſtor poteſt intra annum petere inueſtituram ſecundum formam illius capituli domino ratum habente. ¶ Et adde Bald. in diſputa. incip. Accuſatus de ui turbatiua. uer. quid autem dicemus. ubi latè ponit, quòd ſi nõ admiſiſti meum negotiorum geſtorem uolentem ingredi poſſeſſionem meam, acquiritur mihi interdictum Vndè vj. Alle. Barto. in d. l. prohibere. in prin. ¶ Septima concluſio. Procurator † ſine dubio proteſtari poteſt nomine domini, ſecundum Bart. in d. §. morte. & Innoc. in c. cùm in iuuentute. de præſump. & non requiritur ſpeciale mandatum [a], ſecundum Bartol. in l. j. iuxta prin. ff. de lib. agn. & in l. de pupillo. §. cum procuratorio. ff. de ope. no. nun. & Angel. Imol. & alios cõtra gloſſ. ibi. Idem domi. Car. in cle. cauſam. in xj. quæſt. de elec. & ibi Imol. niſi in caſu, de quo ibi per gloſſ. in uerſic. ſpecialiter. ¶ Hanc concluſionem limita, ut † non habeat locum in coniunctã perſona: quæ licet aliàs poſſit agere ſine mandato, l. ſed & hæc. in prin. ff. de procu. non tamen proteſtari poteſt, ut probatur in l. tutor. ff. de mino. & ibi hoc. no. Bald. per illum text. Quod intellige, niſi eſſet proteſtatio, quæ fieri poſſet à quocunq; ut d. l. prohibere. ¶ Octaua concluſio. Procuratori † fieri poteſt proteſtatio in caſibus, in quibus ſcientia procuratoris nocet domino, ſecundum Barto. in d. §. morte. per l. procuratoris. in prin. ff. de tribu. & l. apud Celſum. §. quæſitum. ff. de dol. except.

a *Speciale mandatũ] Adde Bal. in l. actione. §. renunciare. ff. pro ſocio.*

42 43 44 45 46 47 48 49

c. cùm M. Ferrarien ſis.

50 51 52 53 54

protestari quandocunque, dum modò ante perfectum actum, ut per Barto. in d. §. morte. in prima protestatione, & Ioan. And. in dicta regula, in generali. uersic. frequenter quæritur. ubi uide: & not. Bartol. in d. §. item si prædixerit. dicens, quòd debet hospes protestari ante quàm receperit hospites in domo. Similiter dixit Angel. notanter in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. per text. quòd appellantur principia ea, quæ ante dictum sermonem legata sunt: nec interest, in qua parte testamenti protestatio apponatur. Ad idem l. si ita scriptum. ff. de leg. j. ubi sufficit, quòd protestatio inseratur in fine: quod intelligit tibi Bartol. & alij sequuntur, dum modò ante actum consummatum inseratur: alias non, ut no. gloss. in l. in concubinatu. in uer. sine testatione. ff. de concubi. & gloss. in l. pe. iunctò tex. ff. pro empto. Vnde infert Imol. in d. l. si ita. quòd sufficit, si in fine scripturæ exceptionum oppositarum contra libellum reus dicat se in iudicē non consentire, sicut in principio scripturæ hoc dixisset, adeo quòd per priores nō uidetur in iudicem consensisse. Et no. Bartol. in l. quidam consulebant. uersicul. quid si semel. ff. de reiud. & Bald. in l. exceptionem. C. de proba. & in l. fi. C. de iudi. & in proœmio C. & Angel. in authen. de exhiben. reis. §. j. & Sal. in d. l. fi. C. de iudi. & Imol. in c. inter monasterium. de re iudi. & ibi per domi. Anton. & istis adde bonum text. in c. consulti. in fi. j. de regula. ¶ Hanc conclusionem limita ex eo, quod scribit Angel. l. j. §. ex stipulato. ff. si cui plus quàm per legem Falc. in repetit. dum dicit, quòd si hæres non conficit inuentarium, uel protestatur, ante quàm adeat hæreditatem, uel se ei immisceat, non potest amplius se tueri, tanquam factus sit certus de uiribus hæreditatis: & sic uidetur sentire, quòd oporteat protestationem fieri tunc à principio actus. Sed pro ueritate & intellectu huius dicti, de quo ipse exclamat, uideas per Paul. de Cast. consi. ccx. incip. In Christi, &c. passus, de quo quæritur. ubi distinguit, an quis spe certissima adierit hæreditatem: & tunc actus uidetur perfectus, nec amplius iuuat protestatio, aut non spe certissima, & protestatio potest etiam fieri: imò non uidetur necessaria, ut ibi latiùs per eum.

55 ¶ Secunda conclusio. Protestatio † fieri potest etiam tempore feriato, ut sentit Bartol. in d. §. morte. dum dicit, Omni tempore. uer. uideamus de tempore cōgruo. Et non solùm procedit hoc in protestatione declaratoria, sed etiam in illa, per quam quis constituitur in mora, secundum Bartol. in l. cùm filius. §. fi. ff. de uerb. oblig. Et ibi ponit pro doctrina, quòd † omnis actus extraiudicialis potest fieri die feriata, per l. dies. C. de fer. Et hîc adde Specul. in tit. de arbi. §. fi. uer. sed nunquid amicabilis compositor. ubi dicit, quòd cùm arbitramentum magis accedat contractui, quàm iudicio, §. fi uerò contigerit. in authen. ut differen. iud. poterit fieri etiam die feriata. Et hinc est, quòd potest appellari die feriata, ut est gloss. in c. appellatio. in uer. lecta. de appell. in vj. no. domi. Anton. & Abb. in c. fi. de ferijs. & gloss. Bartol. & Bald. in l. j. C. de fer. cum concor.

¶ Hanc conclusionem limita, nisi actus, ad quem quis incitatur per protestationem, esset expediendus in iudicio: quia tunc dies feriata non est congruum tempus, nisi diceremus, quòd protestatio fieret die feriata, ut actus fieret die non feriata. Ita Bartol. in d. §. morte. probans hoc ultimum ex eo, quia dicitur de citatione die feriata ad diem non feriatam, ut plenè per ipsum & alios in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. num. Et eodem 60 modo non potest quis protestari, ut die feriata fiat actus etiam extraiudicialis, qui secundum bonos mores expediri non posset die feriata, putà ut faber operetur diebus festiuis, secundum Bartol. ubi suprà. Quod etiam intelligerem, nisi protestatio fieret pro die non feriata, per proximè dicta. ¶ Tertia conclusio. Pro-

57 testatio † fieri potest in ecclesia, secundum Bald. in l. nemo Apostolorum. in fi. C. de sacrosan. eccle. per text. in authen. si quis ei. C. de adul. Facit, quod no. Bartol. in l. actus. C. de fer. dum dicit, quòd c. decet. de immu. eccles. in vj. procedit in actibus iudiciarijs contentiosis, non uoluntarijs. Et hanc conclusionem sentit Ioan. And. in dicta regula, in generali. & Bartol. in d. §. morte. in uer. in omni loco. ¶ Quarta conclusio. Pro-

58 testatio † fieri potest de nocte, si haberi potest copia eius, cui facienda est protestatio, secundum Bald. in c. fi. in prin. infrà, de appell. Simile dicitur de appellatione, per l. j. §. dies. cum seq. in uer. suprema hora. ff. quando appell. sit. de quo per Bald. in authen. hodie. C. de appell. per gloss. in c. ab eo. de appell. in vj. per Bald. in l. j. C. de ferijs. & Mod. in c. fi. in viij. quæst. infrà, de appell. & de similibus uide tex. & Doc. in l. non minorem. C. de transact. & ibi bonus text. in simili, dum loquimur de transactione: & aliqua dixi in c. consuluit. infrà, de offi. delega. Et hæc quo ad secundam partem huius materiæ.

III. PARS.

59 ¶ CIRCA Tertiam partem, uidelicet † qualiter fienda sit protestatio, notari possunt sex conclusiones.

¶ Prima conclusio. Potest fieri protestatio etiam sine scriptis, l. fi. ibi, in scriptis & sine scriptis. C. de nego. gest. & l. pactum. la ij. C. de pact. Et no. Docto. in locis sæpe allegatis, uidelicet in §. morte. & in d. regula, in generali. & Pe. de Ancha. in clemen. causam. in ult. no. de elec. Et est gloss. ordi. in §. contestationem. in uerbo, in literis. in authen. de temporibus non soluтæ pecu. Et hinc est, quòd iste casus non enumeratur per gloss. magistram in c. j. in uerbo, in scriptis. de censi. in vj. licet aliud dixerit gloss. in c. cupientes. §. quòd si per xx. de electi. in vj. in uer. propolita. quam reprehendit ibi Pe. de Anch. & refert Domi. de quo etiam per Bartol. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. ope. nun. & Bartol. & Bald. in d. l. fina. de nego. gest. & Imol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in fin. ff. de noui oper. nuncia. Et quamuis Ioan. Mona. in diffinitione posita in dicta regula, in generali. dicat protestationem esse insinuationem clamosam[a], & cætera. tamen etiam in scriptis fieri potest, secundum Bartol. in d. §. morte. ¶ Sed nec est credendum Ioan. Mona. aliter sensisse, cùm etiam scriptura dicatur clamare, c. cùm Matthæ. de celebra. missa. in uer. lex Mosaica clamat. facit l. Arriani. & quod ibi Bartol. C. de hæret. ubi dicitur, quòd lex semper loquitur. Ad idem text. in c. magnæ. infrà, de uoto. in uersicul. uox clamat prophetica. & ibi, Trecensis ecclesiæ suspiria, & cætera. & facit gloss. iij. in c. constitutionem. de sentep. excom. in vj. & gloss. in cle. fi. in uerbo, per literas. eod. titul. cum alijs, quæ allegat Roma. in l. j. in princip. ff. de uerb. oblig. Et sic saluantur uerba Ioan. Mona. dato quòd Clamare propriè significet uocem, c. fit rector. xxxiij. distinct. ibi, clama, ne cesses: quasi tuba exalta uocem tuam. & l. itaque si seruum. ff. ad legem Aquil. & c. cùm clamor. de testi. cum concor. de quibus per Cald. in certo suo Repertorio authoritate sacræ scripturæ. in uerbo, clamare. ¶ Sunt † tamen quinque casus speciales, in quibus protestatio debet fieri in scriptis. Primus in casu authen. hanc autem querelam. & ibi per Cy. C. de non nu. pe. & in d. c. cōstitutionē. Secūdus, ubi protestatio succedit in locū actionis[b],

a *Clamosam*] *Sed nunquid clamores & protestationes æquiparantur? Vide in Spec. in tit. de pi. §. j. uersic. secundo not.*

b *Actionis*] *Ad idem tenentem do. Fran. de Aret. in l. si quis. C. de neg. gest.*

per

per l. ut perfectius. C. de anna. exceptio. Hos duos ponit Bartol. in §. morte. & sequitur ibi Imol. & idem Ioan. And. in dicta regula, in generali. & Nico. de Neapo. in l. scire oportet. §. oportet. ff. de excus. tutor. Tertius casus est in casu authen. presbyteros. la ulti. C. de episc. & cle. Et eius rationem assignat ibi Bald. & Raph. Fulg. Quartus casus est, ubi agitur de periculo irreparabili, per text. in authen. si quis ei. C. de adul. quem Ludo. fa-

a *§. morte*] *Vide ibidem omnino per domi. Alex. & per Lanfran. in c. quoniam contra. uersi. sententias. de probat.*

4 cit singula. in d. §. morte[a]. & dicit Sali. in d. authen. quòd idem, ubi agitur de aliquo periculo. Quintus casus est in §. si quis principi. in authent. ut cū de appell. cog. & ibi per Iac. de Belui.

61 & Bartol. ¶ Secunda † conclusio. Protestatio, quæ fit in iudicio inhibē- 69 do, ut nulla fiat nouitas super tali possessione, debet fieri cum expressione causæ, aliàs est inanis. Ita Bald. in l. fina. in viij. posi. C. de edic. diui Adria. toll. per l. j. C. de præd. curia. lib. x. ibi, casibus, quibus, & cætera. & facit, quod no. Bartol. in l. si de pupillo. §. si quis ipsi. in xj. quæst. ff. de ope. not. nun. ubi dicit, quòd protestans ratione impedimenti debet exprimere causam protestationis, scilicet impedimentum: & sequitur domi. Anton. in c. fi. C. de appell. Et ideo dicit Bald. in additio. Specul. in titu. de testa. quòd protestans, ne fiat nouitas super tali possessione, debet exprimere ius excludiuum iuris agendi: quia debet concludere, cùm sit ad instar exceptionis, argumen. l. j. §. Labeo. ff. de flumi. Et si est generalis, debet declarari parte petente, per not. in l. fi. C. de anna. exceptio. Et adde, quòd in tali protestatione sufficit allegare possessionem suam, cùm sua interfit: & si actor postea probauerit ius suum, habebit reus allegare causam meliorem, secundum Pau. de Cast. d. l. fi. de edic. diui. & sentit ibi Bald. ad fi. Et operatur ista protestatio, quòd manus iudicis sunt ligatæ, ut non possit procedere ad missionem non citato protestante, qui possidebat: aliàs erit locus pœnæ, de qua in l. meminerint. C. unde ui. secundum Sal. in d. l. fi. ¶ Hanc 64 cōclusionem declara duobus modis. Primo, dum modò pars opponat de generalitate protestationis: aliàs ea non opponente uidetur, quòd fortè ualeat protestatio sine causa, per id quod no. Angel. in l. j. ff. de excep. dum dicit, quòd ualet exceptio generalis parte nō opponente, seu declarari petente, per no. in d. l. fi. C. de ann. excep. Et sic limitat Bart. in d. l. j. Secundò declara, ut nō procedat in protestatione declaratoria uoluntatis, secundum Bart. in d. §. morte. in princip. huius materiæ in ij. quæst. ubi dicit, quòd in tali protestatione uoluntas est pro ratione, per l. quia poterat. ff. ad Trebell. Idem dicas in protestatione iudicis: quia pro ipso præsumitur causa, ut dixi suprà, in v. conclusione primæ partis. Aliàs autem uidetur, quòd regulariter requiratur causa in protestatione, nedum in casu, de quo loquitur ista conclusio, sed etiam in alijs, per id

62 quod dixi in dicta quinta conclusione. ¶ Tertia † conclusio. Ad hoc ut ualeat, & alteri noceat protestatio fundata super facto non ueri simili, seu pro quo non præsumitur, oportet q̄ protestans eam probet. Ita colligi potest ex dictis Bartol. in d. §. morte. in secunda specie protestationis, uer. quandoq; præcedit aliqua causa. dum dicit, quòd uolens offendere bannitum, non tenetur credere ei, si protestatur se esse cancellatum de banno, nisi hoc probet, ex quo non præsumitur. Allegat. l. non omnis. §. fi. in fi. ff. de re mili. & alia, de quibus ibi per eum. Pro quo facit text. cum gloss. in c. licut. infrà, de sent. excom. per quem infert ibi domi. Abb. quòd nulli delinquenti credendum est de absolutione, nisi ostendat instrumentum absolutionis. ¶ Hoc tamen

exemplum de bannito declara, ut per Imol. in d. §. morte. uidelicet nisi bannitus dicens se exbannitum, esset paratus uenire ad iudicem: quia tunc debet ei credi maximè, cùm actus offendendi sit irretractabilis: quo casu auditur excipiens, qui aliàs non audiretur, ut per domi. Card. post Pau. in cle. j. in v. quæst. de re iudi. & Ludo. post Bald. in l. fi feriatis. ff. de fer. & Bald. in l. j. C. qui accus. & in l. ab executione. C. quo. appell. non recip. & Bald. in l. eum, qui duas. C. de adul. & Imol. in l. qui à latronibus. §. j. ff. de testi. & in l. iij. §. fi. seruus. ff. de acqui. post. Quando autem ille, cui fit protestatio, nullam habet iustam causam credendi se posse facere contra eam, sufficit simplex protestatio, ut per Bart. in d. §. morte. uer. proxi. alleg. cum quo alij transeunt.

¶ Quarta conclusio. Ad † hoc ut ualeat protestatio, seu denunciatio, quam emptor, cui mota est lis, facit uenditori, oportet sibi ostendere & dimittere copiam citationis & libelli emptori dati, secundum Bartol. in d. §. morte. uer. examinemus. & in l. empti. C. de euic. & Angel. & Imo. l. in executione. §. in solidum. ff. de uer. ob. & domi. Card. pulchrè in cle. causam. in fi. de elec. per illum text. quem ad hoc propositum extollit ad sydera. Et ex isto postea infert generaliter, quòd omnis intimatio, quæ obligat ad aliquid præiudiciale, debet fieri in dicta forma: quod perpetuò no. quia communiter ignoratur, secundum eum. Dixit tamen Angel. in l. emptor. & in l. empti. in fine. & in l. fi. cùm quæstio. C. de euic. quod de stylo est, quòd sufficit uenditorem citare simpliciter facta mentione de motione litis. Et pro hoc facit, quia ubi citatio fit authoritate iudicis, præsumitur fieri ex causa, ut dixi suprà, in v. conclus. ¶ Sed adde, quòd etiam circumscripto isto stylo non teneretur emptor dare copiam citationis sibi factæ & libelli sibi dati: sed sufficit uenditori porrigere, uel legere illa, quæ sibi oblata sunt, nisi ipse peteret eorum copiam: quia tunc dari debet. Ita loquitur text. in d. cle. causam. cum gloss. in uerb. petita. Et ita debet temperari finis illius clemen. quā sic intellige. ¶ Item oportet quòd † 65 protestator, uel denunciator emptionis non solùm dicat litem esse motam, sed quòd interpellat uenditorem, ut uadat ad defendendum, secundum Bartol. in d. §. morte. alleg. l. si parentes. & l. successores. & l. emptori. C. de euic. Idem Bald. in l. si cùm quæst. C. de euic. & Ioan. And. in Specul. in titul. de emp. & uen. §. fi. ad fi. sentit Bald. in c. j. de inuest. de re alie. fac. & expressius in c. j. si de feu. uasall. ab aliquo fuerit interpellatus. Idem Pau. de Cast. consil. cclxxvj. incip. In Christi, &c. effectus primi dubij. per l. qui absentem. C. de procu. Idem domi. Abb. post domi. Antonium in c. fi. in tj. not. per illum text. qui bene facit, infrà. de emp. & uend. & Host. in sum. de empt. & uen. §. ad quid teneatur. uer. idem si conuentus. & Angel. in l. si rem. §. quolibet tempore. ff. de euic. & sentit Angel. in l. si dictum. §. præsente. ff. eod. titul. Et ita intelligas text. in l. si controuersia. in uersicul. authori eius denuncia. C. de euic. & in l. emptor fundi. in uer. denunciauerit. C. de euict. Non tamen est opus uti formaliter his uerbis, uidelicet ad defendendum: sed sufficiunt æquipollentia, secundum Bald. in l. si parentes. C. de euic. in aliquibus lec. Pro quo facit, quod no. Angel. in l. denunciasse. ff. de adul. & consil. clxxv. incip. In facto proponitur. ubi dicit sufficere, si denunciatur, quòd liti assistar: & sentit Bald. in d. l. si cùm quæstio. dum refert iura diuersis uerbis in hoc utentia. Et hæc communiter tenentur, secundum Roma. in d. §. morte. licet aliter loquatur Bald. in l. j. C. de pericul. & commo. rei uen. & in d. c. j. si de feu. uasf. fue. interpel. & Imol. in d. §. morte. ¶ Ex his infertur, 65 quòd † licet uenditor sciret litem motam esse emptori, tamen adhuc tenetur emptor facere dictam denunciationem, secundum Bartol. & alios in d. §. morte. quia

c. cùm M. Ferrarien sis.

ubi denunciatio fit non solùm ad certiorandum, sed ad intimandum, ut aliquid fiat, uel non fiat, debet talis denunciatio fieri etiam scienti. Ita probatur in l. denuntiasse. iuxta prin. & ibi plenè per Barto. in terminis, ff. de adul. Idem tenet Spec. in tit. de emp. & uen. §. fi. ad fi. & domi. Ant. domi. Car. & Pe. de Anch. in c. fi. de emp. & uen. & Ange. in l. in executione. in prin. ff. de uer. obli. & Angel. & Imo. in l. cùm ex causa. eod. tit. dicentes, non oportere, quòd tunc denuntietur lis mota, sed ut ueniat ad defendendum, per d. l. denuntiasse. in ratione sui. Et cum istis transit etiam Imo. in c. cùm inter uniuersas. de elec. & Bart. & Raph. in l. ij. §. fi. fol. ma. & Angel. in l. si rem. §. quolibet tempore. ff. de euic. & Pe. de Anch. in cle. causam. in xv. no. de elec. & domi. Abb. in c. fi. de emp. & uen. & Bal. in d. c. j. si de feu. uas. fuc. interpellatus. ¶ Est uerum, quòd aliqui uolunt contrarium, uidelicet non esse necessarium denuntiare scienti, ut Pau. de Leaza. in d. c. fi. de emp. & uen. & Imol. ibi latè, & in d. l. ij. fol. mat. & Iac. de Belui. in l. emptor. C. de euic. & est glos. parua in aliquibus libris in l. j. in uer. adesset. C. de peri. & commo. rei uend. no. Alb. post multa in l. iij. C. de euict. maximè propter regulam, eum qui certus est. de reg. iur. in vj. & augu. in c. cùm cessante, infrà, de appell. cum si. Sed præcedens opin. uidetur tenenda, tanquam communior & tutior; nec eam mutarem propter distinctionem Bald. in l. j. C. de per. & commo. rei uen. quam sequitur ibi Sal. ut uidelicet distinguatur, an uenditor scierit ab alio, quàm ab emptore, & tunc oporteat emptorem denuntiare: an uerò sciuerit ab emptore, & tũc sufficiat: quia si ista distinctio procederet, non uideo, quando in denuntiatione oporteret dicere, quòd ueniat ad tendendum: & tamen hoc requiritur, secundum multos suprà alleg. Nam considerabam, quòd Bal. fundat secundum membrum distinctionis in hoc, uidelicet: quòd emptor non præsumitur denuntiare ad alium effectum, quàm ut uenditer ueniat ad defendendum. Vnde ex isto fundamento sequitur, quod prædixi. Et ideo cùm iura requirant pro forma hanc denuntiationem, non sufficit quem esse certum, nisi certioretur. Ita expressè no. Dyn. in dicta regula, cum qui. & Bartol. in d. l. denuntiasse. cuius doctrinam ad hoc propositum pro argumento notat domi. Abb. in d. c. fi. ¶ Et istis adde uerba Angel. in d. consil. cls xvj. ubi dicit, q̃ quando emptor denuntiat, debet denuntiare congruo loco & tempore, ut authori patère possit copia defensionis [a], per l. si rem. §. fi. ff. de euic. ¶ Item in hac materia notantur aliqui casus, in quibus dicta denuntiatio non est necessaria, sed congruentiùs pertinet ad c. fi. de emp. & uen. quàm ad hanc materiam, in qua prædicta posui: quia concernunt formam certæ protestationis. ¶ Quinta conclusio. Protestans † coram iudice, quòd per actum quem facit, non intendit consentire in eum, tanquam iudicem, debet addere, nisi quantum de iure teneor [b]: aliàs hoc non dicendo potest ut contumax puniri, & fatuus est, qui aliter protestatur. Ita docuit Innoc. in c. Cumana. post princ. uer. sed ecce, aliquis fatuus aduocatus. de elect. Et est additio. Et de ista practica facit festum Imol. hîc, dicens eam esse singulariter menti tenẽdam, quia sæpe contingit: & sequitur Ang. in l. non uidetur. la ij. ff. de iudi. dicens se eam practicasse contra quendam magnum aduocatum, qui ex hoc fuit ualde iratus: & sequitur etiam Angel. consil. ccxliij. incip. causa accusationis productæ per Philippũ. dicẽs esse casum in c. ex parte. j. uer. ad intelligentiã. ibi, noluit stare. de uerb. sig. quem tex. licet ipse non dicat, allegauit Inno. ubi s. Qui enim ita declinat, non uult stare. Sicut ergo nulla tenus comparens iurisdictionem declinat, l. ex quacunque. ff. si quis in ius uoc. ita comparens & protestans simpliciter, quòd non intendit consentire, secundum Ang. dicentem hoc esse notabile dictum. Sequitur etiam Bal. in c. j. de milit. uas. qui contu. est. & in l. ij. per illum tex. C. ubi quis de curia. uel cohorta. & in c. j. in fin. in ti. an apud iudicẽ, uel curiam. & Ang. in authen. de exhib. reis. §. j. Imo. in d. §. morte. & in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. & in l. si ita scriptum. ff. de leg. j. & Io. And. Imo. & do. Abb. in d. Cumana. & do. Abb. hîc, & in c. fi. de do. & cõtu. & Ludo. Rom. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hære. & Bald. in authen. habita. C. ne filius pro pat. & facit, qd̃ not. domi. Ant. in c. si diligenter. uersi. quæro. quia littera dicit. j. de foro compe. & Spec. in ti. de compe. iudi. adi. §. j. uersic. sed quomodo. ¶ Est uerum, quòd do. Ant. in d. c. Cumana. dicit se non uidere istam fatuitatem: quia ex quo pars litigat, non potest dici contumax: nec est curandum de protestatione peribali: quia ea non obstante potest sequi principale iudicium, ex quo ille litigat: nec interest aduersarij, ex quo comparet & litigat, secundum eum. Sed do. Abb. ibi, saluando, Inn. & etiã do. Ant. dicit, q̃ ex quo protestat, licet de facto ex hoc cõtemnit iurisdictionẽ iudicis, & de ista contumacia põ: puniri, l. unica. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & sic saluatur Inn. sed non respectu partis, quam dicta ꝓtestatio in nullo lædit: nec nocet processui, quia eius auditas pendet ab officio publico, non à consensu priuati, l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iu. Et sic saluatur dictum do. Ant. & subdit do. Abb. q̃ licet iudex possit illum condemnare, non tenetur. Facit l. non quicqd. ff. de iudi. Potest etiã distingui aliter, ut per Domi. ibi eleganter, uidelicet q̃ aut iste ꝓtestans dicit, q̃ nullo modo uult consentire in eius iurisdictionem, nec uult aliquam legitimam causam allegare, quare in eum cõsentire non uelit: nec respondere super aliquo, sup quo citetur. Et tunc procedat dictum Inn. quia posito, q̃ non esset iudex in principali, est tamen iudex in isto incidenti, an sit iudex, c. sup literis. in ti. j. Vnde licet iste cõpareat, nõ cõparet eo modo, quo debet: ergo debet iudicari cõtumax, c. Nicolao. & qd̃ ibi no. de appe. Aut ipse ꝓtestatur simpliciter, q̃ non intendit consentire in eum, tamen ipse comparet, & suscipit dilationes per iudicẽ assignatas, ita q̃ omnino nõ repugnat præceptis iudicis, licet sic protestetur: & tunc procedit dictũ But. quia cautum est sibi sic protestari, ne per actus quos facit, uideatur approbare personã iudicis, contra quam potest recusationẽ opponere usq; ad lit. contest. iuxta c. inter monasteriũ. de re iudic. Et aduerte: quia oportet hãc protestationem reiterare in alijs actibus, ſm Abd. hîc, de quo dicetur

a *Defensionis]* *Vide glo. in l. emptorem. §. j. de act. emp. & ad de Barto. in l. aut quialiter. in prin. & ib. gl. ff. quod ui, aut clam. Sed quid si uenditor sit absens, & extra territorium, an teneatur emptor denuntiare? Dic, quòd non. Bartol. in l. si ancillam. ff. pro suo. nisi per eum fieret, quo minus sibi denũtietur, per l. si ideo. §. fin. de euic. Sed tunc debet protestari, qd̃ non stat p ipsum, quin denuntiet. Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipſi. de oper. no. nun. Bal. uerò in l. successõres. in fi. C. de euic. dicit, quòd emptor debet facere, quicquid potest, ad denuntiandum, licet non inueniatur uenditor, cui denuntietur. Sed Bartol. in l. si donat. §. si purè. ff. de euic. dicit, q̃ emptor uadat ad domum uenditoris, & si non inueniat, quærat eum, ubi est: & si uicini nesciant, sufficit: & ideo scribantur dicta eorum. Quod not. Et uide per gloss. in d. l. aut qui alieter. §. j. & per domi. Alex. de imol. in d. §. si quis ipſi.*

b *Teneor]* *Adde, quòd uel dicat cum clausula, non cõsentit, nisi quatenus sit competẽs, Bal. in Marg. uersi. centumax. uer. v. & Angel. & Doc. in d. l. nõ uidetur. alleg. in tex. & per domi. Alex. in d. §. morte. sepius in text. alle in fi. de oper. noui nun.*

dicetur j. in iij. parte, in j. conclusione, quæ propè sequitur. ¶ Sexta cõclusio. Ad † hoc, ut protestatio con- 67
stituat quem in negligentia, sufficit semel protestari, l. Titia. §. futuras. ff. de legat. ij. Not. Doct. in l. mora. ff. de usur. & est glo. in cle. j. in uerbo, requisiuerint. de hæreti. tenet Bartol. in d. l. mora. & in d. §. usuras. & ibi per Imol. Est tamen tutius sæpius protestari, secundum gloss. in c. cupientes. §. quòd si uerbo propositam. de elect. in vj. Et aliquando est necessarium, putà ad hoc, ut pars constituat iudicem in negligentia circa causæ expeditionem, per text. in l. fi. §. illud. C. de tempo. app. & in l. properandum. §. fin. autem utraque. C. de iudic. Sunt etiam alij casus, quibus oportet sæpe protestari, seu interpellare: & colligi possunt ex his, quæ dicentur in c. ex literis. j. eod. Demum in hac tertia parte, utrùm cessante impedimento debeat reiterari protestatio, uide, quod dixi s. in j. cõclusione primæ partis.

IIII. PARS.

63 ¶ Circa Quattam partem, uidelicet † quis sit effectus protestationis, dic, ut latè per Ioan. And. in dicta regula, in generali. uer. nunc quæritur ad quẽ est recurrendum. ¶ Sed ultra ipsum adaptari possunt in materia duæ conclusiones notabiles. Prima cõclusio. Protestatio facta simpliciter, non operatur, nisi in illo actu, qui tunc fit, uel postea incontinenti, secundum Bartol. in d. §. morte. in princip. huius materiæ. Et idem ipse sentit in l. item quia. §. fin. ff. de pac. & in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hær. & l. Titia. §. penult. ff. de uerb. obl. & do. Anton. & Imol. & Bart. hîc, & Sal. in l. pacta nouissima. C. de pac. per l. cùm in plures. §. locator horrei. secundũ unum intellectum, ff. loca. & in l. per retentionem. cum gl. in uerbo, rata. C. de usur. & facit, quod dicetur in fin. tertiæ limitationis proximè sequentis. ¶ Et ex hoc infertur, quòd si protestor coram iudice, quòd non intendo cõsentire in eum, tollitur hæc protestatio per actum sequentem non repetita protestatione, secundum Ioan. And. do. Ant. Imol. & do. Abb. hîc, & Ioan. And. in regula, exceptionem. de reg. iu. in vj. in Mercu. Vbi alios alle. & Hostien. in sum. de consti. §. quando. uersi. si fit nuda protestatio, ideo ibi cauti aduocati semper repetũt, &c. ubi dicit cautũ esse, quòd semper dicatur salua tali protestatione. ¶ Ad idem, quod not. do. Anton. in c. j. de litis cõtest. ubi dicit, quòd si protestor, quòd per responsionem meam ad libellum non intendo litem contestari, hæc protestatio iuuat, quo ad responsionem, quæ fit in cõtinenti: secus, si ex interuallo. Ad quod etiam uide Bal. qui istud limitat in l. j. uer. & pro hoc soluitur quæstio. C. de Lati. lib. tol. Et ideo dicit Archi. in c. diaconi. xxviij. distinc. quòd cauti aduocati semper repetunt, & dicunt, Salua protestatione, quã feci: Dico, &c. ¶ Ad idem, quod not. Arch. in c. diaconus. xxvij. distinct. ubi 69
dicit, quòd † protestans, quòd non intendit litem contestari per actum, quem facit, si postea respondeat ex interuallo in illo iudicio nõ repetita protestatione, uidetur ab ea recedere: & sequitur do. Anton. & do. Card. & Imol. hîc. ¶ Hanc conclusionem intellige, & limita primò, ut dixi in protestatione simplici: secus, si habet uerba denotãtia tempus futurum: quia extenditur etiã ad actus futuros, secũdum Imol. hîc, & in d. §. morte. & sentit Innoc. in c. Cumana. per l. si ita. Ia ij. ff. de fideiuss. quia actus futurus nõ operatur ultra intentionem agentis, l. non omnis. ff. si cer. pe. l. obligationum substantia. §. fi. ff. de acc. & oblig. Et ita potest intelligi text. & quod ibi Bart. in l. si tibi liberum. ff. de actio. empti. quem latè declarat Imol. i. l. quoties. §. sed si cùm primũ. ff. de hæredi. instituen. & per eundem in l. j. §. penult. ff. de uerb. obl.

70 ¶ Et hinc est, quòd si † dico creditori Titij, quòd non recipiat me in fideiussorẽ, quia protestor sibi, quòd si me recipiet, nolebam teneri: talis protestatio cùm respiciat futurum tempus, impedit fideiussionem sequentem [a], secundum Sali. & Paul. de Cast. in d. l. pacta nouissima. & traditur per Spec. in titulo, de fideiusso. §. j. uersi. quid si fideiussor priùs. & per Ang. quem uide in l. mora. ff. de usu. & Barto. in d. §. morte. & ibi latiùs per Roma. tangentem, quid si occurrat casus, maximè necessitatis, an ualeat iuramentum de non fideiubendo, de quo ibi per eum. ¶ Secundò limita, nisi tempore protestationis simplicis subsit causa protestandi, quæ etiam perseuereret tempore actus postea facti ex interuallo: ut si quis timore potentis protestetur se nõ consentire, & idem timor subsit ex interuallo, secundum Bart. Angel. & alios in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acqui. hære. per not. per Innoc. in c. j. per illum text. j. quod me. causa. & in c. causam matrimonij. j. de offic. dele. & quod not. Bartol. in l. penult. post medium, ff. de condi. ob tur. causam. Et sentiunt isti, quòd per dictam protestationẽ actus redditur nullus: quod est satis consonum, quia licet iura allegata per eos dicant simpliciter, quòd dicitur durare metus, & sic uideatur, quòd debeat actus rescindi p actionem, quod metus causa: tamen ex alio respectu dicitur actus nullus: tum, quia protestatio declarat cõsensum non adesse, l. at si quis. §. plerique. ff. de relig. & sum. fu. tum, quia nõ uidetur à protestatione recedi, secundũ do. Abb. expressè in c. tua nos. ad fin. j. de sponsi. Ergo perinde habetur, ac si protestatio repeteretur. Et hoc modo remanet ista limitatio pulchra & magni effectus: & eã intellige sanè, quando protestatio est facta coram alijs: quia timebam protestari corã potente, iuxta l. ij. C. de his, qui per me. iud. &c. & c. j. cum materia, j. quod me. causa. Sed ubi contractus esset celebrandus coram alio, dato quòd potẽs uir me cogeret, oporteret protestari coram illo, cum quo contractus esset faciendus: aliàs protestatio clandestina [b] nihil operaretur, ut per Bald. in l. clari. C. de fideic. Nec sola protestatio facta coram alio facit tunc consensum abesse, quando pendet à uoluntate duorum, ut in j. conclusione. Et ista sideratio est de mente Paul. de Cast. in d. l. qui in aliena. §. fin. Et si cõtraheret facta protestatione coram alio, rescinderetur contractus per actionem, quod met. causat nõ autem esset ipso iure nullus uirtute protestationis, per rationem prædictam. Et ita intelligas hanc limitationem. ¶ Et pondera circa eam, quod not. do. Abb. in c. causam. j. uer. ex his potest solui q. j. de offic. deleg. ubi dicit, quòd si protestatio fit à muliere in absentia uiri de non consentiendo alienationi rei sibi hypothecatæ propter metum & reuerentiam mariti, per hanc solam protestationem non probatur metus, sed oportet, quòd probetur modo, de quo ibi per eum, & per Imol. ibi in fi. qui secus dicit esse in protestatione facta in præsentia uiri, ut ibi per eum post do. Card. ¶ Tertiò limita, ut non procedat ista conclusio in actibus dependentibus à sola uoluntate protestantis: quia tunc protesta-

a *Sequentem]* *Adde idem tenentem Dy. Bart. & Dom. in l. si quis. in prin. de leg. iij. & Franc. Padua. & Alexan. in d. l. pacta nouissima. Sed adde, q. contrariũ est uerius, quia protestatio præcedès actum, qui depẽdet à uoluntate utriusque partis, nõ operatur, secundũ Bar. in l. qui aliena. §. Celsus. in fin. de acqui. hær. Sed limita sing. ut per Ioan. An. in addi. Spec. de iureiur. in rubr. & Alex. in l. non solùm. §. marte. sæpiùs alle. in text. in addit. uidelicet, nisi fideiussor obliget se pro moriẽte: quia etiamsi iuret, in protestatione obligatur.*

b *Clandestina]* *An, quãdo et quo casu protestatio sit clam, & non parti: & an etiam in actibus dependentibus à uoluntate duorum iuuat, ut de not. p do. Soci. suo consil. cclxiij. incip. Capio primum consultationis articulũ. uer. ultimò addo. in ij. parte.*

c. cùm M. Ferrarien sis.

tio simplex trahetur ad actum postea factum etiam ex interuallo. Ita sentiunt Bartol. & Angel. in d. l. pacta nouissima. in disput. sua, dum allegant d. l. qui in aliena. §. fin. & l. si mihi & tibi. §. fin. ff. de leg. j. Et ita potest intelligi tex. in l. si quis. in principio testamenti. ibi, eodem testamento, uel codicillis. ff. de leg. iij. ubi protestatio facta in testamẽto trahitur ad actum in codicillis postea factum quandocunque fiant codicilli, ubi in codicillis specialiter derogetur protestationi. Sed communiter tenetur, quòd imo cõclusio procedat etiam in actibus dependentibus à mera uoluntate: quia in istis non potest assignari bona ratio diuersitatis, nec differunt in hac materia nisi solùm respectu eius, quod dictum est s. in j. parte, uidelicet quòd in dependentibus à duobus debet fieri protestatio coram altero: secus in dependentibus ab uno. Et hinc est, quòd Bart. in d. §. morte. & in d. l. qui in aliena. §. fin. expressè impugnant hanc limitationem, dum loquitur de additione hæreditatis, quæ dependet à sola uoluntate unius. Et tenendo hoc respondetur ad d. l. si quis. in princip. & ad d. l. qui in aliena. quòd ubi uerba expressè prospiciebãt futurum, aliàs non traherentur ad actum factum ex interuallo, sed incontinenti tantùm. Et ita illa iura signanter intelligit Bartol. in d. §. morte. & Cyn. in d. l. pacta. non obstante etiam d. l. si ita scriptũ. ff. de leg. j. quia respondent Imol. & Roma. in d. §. morte. quòd ibi non fuit actus factus ex interuallo, cùm fuerit factus in ultima uoluntate. Pater, quia text. ibi dicit, quòd fingitur nõ datum illud, quod est ademptum. Sed illa fictio non habet locum, quando ademptio fit in alia ultima uoluntate, ut ibi no. glo. ¶ Et per hæc est tenenda cõclusio, præter quàm in duabus præcedentibus limitationibus, licet Bald. in d. l. pacta. teneat contra istam conclusionem indistinctè per d. l. si ita scriptum. Et idem sentit in l. item quia. §. fin. ff. de pactis. ¶ Sed communiter tenetur conclusio per iura & rationes in ea deductas. Ad contraria proximè responsum est. ¶ Nec obstat, quod notat Innocent. in c. ad audientiam. j. de homi. & Bald. in l. j. C. de seruis fugi. & in l. non ideo minus. C. de accusatio. cum concor. In quibus locis dicitur, quòd † homicidium imputatur mandãti, etiamsi mandatarius ipsum compleret ex interuallo: & sic non præsumitur mutatio uoluntatis: quia ibi nullus actus post mandatum interuenit, per quem præsumi possit animum mutatum, prout præsupponitur hîc, ubi faciens actum non repetita protestatione uidetur tacitè ab ea recessisse per dicta iura. ¶ Secunda conclusio. Protestatio † contra substantiam actus, seu contractus regulariter non ualet, secundum do. Anton. & Imol. hîc, per l. cùm precario. ff. de preca. inducendo eam, ut hîc per eos. Et per illam l. infert Bartol. & Angel. ibi, & Angel. in l. si eum. §. usufructus. ff. de solut. & in l. & in perpetuum. ff. de procu. & Ludo. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. ma. & in l. j. §. si stipulanti. ff. de uerb. oblig. & in l. stipulationes non diuidũtur. ff. eod. titul. quòd si constituens procuratorem protestatur, quòd non uult eum reuocare, tamen potest reuocare: quia hoc est de natura mandati procuratorij, etiamsi iuraret, ut per gloss. uulgatam in c. fin. in uerbo, reuocatus. de procur. in vj. Cui adde omnino Imol. in repet. cùm contingat. de iureiuran. Et aliquid per Paul. de Cast. consilio lv. incip. In Christi, &c. Venerabilis uir. Similiter dicitur in consuetudine, quòd non ualet contra substantiam actus, ut in c. ij. de consuetud. in vj. & ibi per Ioan. And. & gloss. mag. quæ etiam inducit d. l. cùm precario, & not. gloss. j. in c. aqua. de consecra. eccle. uel alt. & bene facit text. in c. j. j. de coniug. lepro. Et ideo dixit Pet. de Anch. consilio cciij. incip. In quæstione suprà dicta, quòd clausula, quæ apponitur in aliqua dispositione contra naturam actus, qui celebratur, habetur pro non apposita. Alleg. l. si ita quis. ff. de hære. in fi. & l. j. §. j. & sequen. ff. si ususfruct. peta. ¶ Ad idem uide do. Abb. pulchrè in c. fin. in secundo notabili, de condi. appell. & Imol. in c. unico, de commo. ¶ Hæc conclusio limitatur primò, ut † procedat, quando actus stante protestatione nõ potest commodè transire in alium contractum: secus, si posset transire in alium contractũ, secundum prædictos hîc, per l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. ubi donatio causa mortis iuncto pacto, quòd non possit reuocari, erit donatio inter uiuos, quæ habebit effectum post mortem donantis. Et sic illa additio contra naturam contractus mutat ipsum in aliam speciem contractus. Et ita etiam Bartol. latè ibi, pro quo alleg. etiam Imol. hîc domi. suum Francisc. de Rampo. in repetit. l. j. ff. de condit. causa data. Et idem est de mente Bald. in l. ij. uerficulo opp. quòd non ualeat. C. de iure emph. ¶ Limita secundò, ut † intelligatur in protestatione facta extra iudicium: quia illa non ualet in casu prædicto: sed si fieret in iudicio, operaretur hoc, quòd uitiaret contractum: quia protestans repelletur ut contrarius, secundum Imol. post do. Anton. hîc, per c. solicitudinem. j. de appell. quicquid dicat ibi glo. & idem repetit hîc Imol. quem referunt Moder. in d. c. solicitudinem. in fin. ubi uide: & declarabitur ille text. in seq. art. ¶ Limita tertiò, nisi † protestatio contra substantiam actus inducat peccatum in actu: quia tunc protestatio non est ex toto inualida, sed operatur hoc, quòd uitiat ipsum actum, ne data ualiditate actus sequatur illud peccatum, ut est in casu c. fin. de cond. appo. & ibi habes plenè per gl. & Doct. & ita not. Imol. hîc: & hoc intelligit in matrimonio carnali. Et declara, ut pertinentiùs ponitur in d. c. fin. Sed in matrimonio spirituali protestatio contra substantiam ipsius ex toto est inutilis. Et hinc est, quòd si in professione protestetur quis uelle retinere bona propria: talis protestatio etiam acceptata per eos, quibus fit, non ualet, nec uitiat professionem, secundum Imol. hîc dicentem, hanc esse communem opinionem: pro qua alle. gloss. in authent. ingressi. C. de sacr. sanct. eccles. & in c. solet. xxxij. q. ij. & Ioan. And. in c. fin. de condi. appo. Et ibi assignat rationem differentiæ: quia in matrimonio carnali obligatio quæritur ei, cui fit protestatio: meritò eius acceptio uitiat actum. Sed in professione obligatio quæritur Deo, cuius obligationem non potest impedire consensus recipientis professionem. Et ampliat hoc Imol. siue in actu professionis emanat tale pactum, siue sequatur, quicquid dixerit gloss. in l. per seruum. ff. de usu & habi. secundum eum alleg. Francisc. de Rampo. in loco proximè alleg. & do. Anton. hîc. Et in hoc articulo nihil addo extensè: tum, quia exigeret discursum nimis longum: tum, quia abundè examinatur per Ludo. Roma. in l. j. §. si stipulanti. ff. de uerbor. oblig. & ibi inuenies relatas opiniones. Et ultra allegata per eum tetigit etiam do. Card. in cle. eos. in vj. q. de regula. & ibi per Imol. & per eundem post Bald. in l. cætera. §. item quæri potest. ff. de leg. j. per Lap. allegatione xxix. incip. primò quæritur. per Archidi. in c. non dicatis. in princip. xij. q. j. & plenius in d. c. solet. per Bald. in l. j. ante fin. C. de Lati. liber. tollen. per Pet. de Anch. in regula, nemo potest. de regul. iur. in vj. & Bald. in l. si ita quis. de hære. instit. per Imol. in d. l. ubi ita donatur. & aliquid per Angel. consilio cclxviij. incip. Primus punctus. per Paul. de Cast. pulchrè consilio cccv. incip. In Christi, &c. uisa quadam conuersione, seu dedicatione, Latissimè per Bald. in d. authent. ingressi. & seq. & ibi latè Sali. per do. Abbatem & Moder. in d. c. fin. de condi. app. & Bal. in l. si Titius. ff. de condi. insti. per domi. Abb. in c. penult. in fin. j. de uoto. per do. Anton. in suo Repertorio Iuris ciuilis, in uerbo, monachus. ¶ Reliqua, quo ad istam conclusionem, prosequere, ut hîc per do. Ant. & Imol. quibus nihil addere. Et ponunt † de protestatione contra

ne contra substantiam rei in dispositione deductæ, uel contra accidentalia, sine quibus res esset inutilis, uel contra naturalia ipsius contractus, uel contra sequentia ipsius contractus: dic, ut per eos: & aliquid per do. Abb. consilio lxxij. incip. Omnipotentis, &c. in negocio Guidonis Paul. Et ibi inuenies exemplum notabile, quæ dicantur contra substantialia, & quæ contra accidentalia contractus: quę uerba notabis ad intellectum gloss. in d. c. non putamus. & faciunt optimè, quæ scribit Bald. in l. j. in j. not. C. commo. Vide etiam Bald. in c. j. §. nulla. per quos fiat inuestit. ubi ponit, quando ualeat pactum cõtra diffinitionem cõtractus: & uide eum in l. etiam. C. ad Velle.

V. PARS.

¶ Circa Quintam & ultimam partem, quomodo finiatur protestatio, quæ propriè attinet ad materiam huius decretalis: non discedas ab ordine do. Ant. & Domi. hîc, qui melius cæteris & clarè loquuntur: & plenissimè etiam ponit Domi. in c. j. xxvij. distinct. ubi etiam reassumit dicta do. Anton. hîc multùm latè & ordinatè: & aliquid etiam per Imol. post do. Anton. in l. si tam angusti. ff. de serui. & Bald. in d. l. pacta nouissima. Tamen ne desint aliqua dicta aliorũ, & ut aliqua principaliora referantur, colligi potest una regula cum sex
77 breuibus fallentijs. ¶ Est enim regulare, quòd † protestatio tollitur per factum contrariũ
a protestationi[a]. Et ita pro regula uidentur communiter præsupponere Docto. hîc, & in d. l. pacta. & gloss. j. & ibi do. Ant. in c. olim. j. de censi. Vnde dixit Bald. in l. Nesennius. ff. de negest. quòd protestatio nihil operatur, si ab ea receditur per factum contrarium: quia facta derogãt uerbis. Alle. istum text. & d. §. locator horrei. ¶ Et habet locum ista regula, etiam si protestatio sit contraria consecutuis facti, ut est propriè casus hîc, ubi nõ ualet protestatio, quòd receptus in canonicum nihil percipiat de canonia: quia perceptio talium iurium est 79
quid consecutiuum ad receptionem, ne sit inane nomen canonici, c. relatum. j. de præben. Et ita notãt hoc do. Anton. & do. Abb. & Domi. hîc, & est similis. text. in c. diaconi. xxviij. distin. ubi protestatio non impedit id, quod uenit consecutiuè ad sacrum ordinem, uidelicet cõtinentiam. Sed hoc intellige sanè, quando illud consecutiuum oritur ex dispositione iuris communis, cui nequit protestans derogare, prout in dictis casibus: secus, si factum dependet à mera uoluntate protestantis: quia tunc protestatio uitiabit illud consecutiuum. Et ita declarat do. Abb. latè in c. Cumana. uer. tertiò contra prædicta. de elect. motus per illum text. ubi habes exemplum. Et ad hanc declarationem uide Dominic. in c. j. xxviij. distinct. uer. iiij. principali. ¶ Recipit autem ista regula fallentias & declarationes, quæ colligi possunt ex longa distinctione Doct. ubi s. Sed principaliter fallit primò, quando actus contrarius protestationi pendet solùm à uoluntate protestantis, secũdum prædictos dantes tria exempla: Vnum per c. hæc est fides. xxiij. q. j. Aliud per l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. Aliud per l. ser num. ff. de usu & habi. Ad idem l. qui in aliena. §. fin. ff. de acqui. hære. & gloss. & Bald. in l. ut debitũ. C. de hære. actio. Sed ubi non pendet à facto protestantis, procedit regula per c. j. quod me. causa. ubi si non fuisset iusta causa, scilicet metus, protestatio facta per mulierem nõ ualebat: quia actus celebrabatur cum Deo & eius ministris. ¶ Ad idem bonus text. & ibi Bartol. in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæredi. Et pro istis facit: quia sicut conditio mente retenta non prodest, ex quo purè contrahit quis cum aliquo, l. si repetenti. C. de condi. ob causam. ita & protestatio facta parte ignorante nõ debet prodesse, ex quo postea gerit actum purè cum parte. ¶ Ex quo infert Bartol. d. §. morte. non ualere protestationem, in qua quis dicit se non intendere fideiubere, si postea ea non repetita simpliciter cõtrahit. Si tamen pendet etiam à facultate alterius, & ille consentiat, ualet protestatio. d. c. Cumana. & colligitur ex notatis per gloss. in d. l. pacta nouissima. ¶ Ad hanc fallentiam potest etiam reduci, quòd not. Ioan. And. in c. si delegatus. de offic. dele. in vj. & sequitur ibi Dominic. dicentes, quòd si delegatus committens uices suas, donec eas reuocauerit, protestetur, quòd per processum, quem postea fecerat, non intendit reuocare, ualet protestatio, & censetur durare, nec per actum sequentem tolli. Et allegant bona iura: & pondera, ut dixi, quòd pendeat à facultate: nam ubi hoc non esset, nihil operaretur consensus partis, ut sentit hîc do. Ant. inducendo d. c. j. quod me. cau. ubi consensus illorum episcoporum non multùm ponderatur, sed magis metus: quia consentire illi simulationi dependebat à Deo, cum quo contrahebatur obligatio. ¶ Scias † tamen 78
unum casum, in quo euanescit protestatio facta de consensu utriusque, uidelicet quòd quando quis protestatur, quòd per actum, quem facit, non intendit contrahere matrimonium: quia talis protestatio facta ex iusta causa, uel consensu alterius, impedit matrimonium, ut in locis statim allegandis: tamen fallit, nisi post contracta sponsalia sequatur copula: quia tunc indistinctè recedi uidetur à protestatione. No. do. Anton. & do. Abb. post alios in c. tua nos. j. de sponsa. & do. Anton. in c. ueniens. ij. eod. titul. & do. Abb. in c. per tuas. ad fin. de cond. appo. per c. consultationi. de sponsa. & per not. in l. ij. C. quod metus causa. Et ne per protestationem inducatur turpitudo protestantis, & peccatum, & ideo sponsalia transibunt in matrimonium, iuxta c. is, qui fidem. j. de sponsal. saluo, nisi ante copulam renunciarent sponsalibus de futuro: quia tunc copula nihil operaretur, quo ad matrimonium, secundum Abb. in d. c. per tuas. Quæ not. quia quotidie accidunt. ¶ Fallit † secundò in iudicialibus, in quibus ualet protestatio contraria facto, saltem quo ad hoc, uidelicet quia iuuat protestantem, quousque reiiciatur per iudicem, & non audiatur, ut est text. not. secundum intellectum Ioan. And. in c. solicitudinem. j. de appell. & not. Imol. hîc concludens, quòd licet isti possit denegari audientia in futurum, tanquam sibi contrario, d. c. solicitudinem. tamen satis est, quòd si audiatur, ualet protestatio. Pro hoc facit: quia text. ibi dicit, non est audiendus. Vnde non inducit nullitatem in futurum, nisi opponatur exceptio, & repellatur protestans, secundum Innocent. & Doct. in c. quia frustra. j. de usufruct. per Bartol. in l. absentem. ff. de pœnis. per Bald. in l. non dubium. in fin. ff. de legi. cum si. ¶ Et intellige hoc, ubi protestatio fit super dependentibus à facultate protestantis: secus, si non esset in facultate sua. Et ita intellige gloss. in cle. gratiæ. de rescript. Et ita declarant etiam Mod. in d. c. solicitudinem, licet aliter loquantur ibi do. Anton. & do. Abb. & Imol. & Hostien. in summa huius tituli. §. quando. uerficulo, quid si protestatio. Et pro ista fallentia facit dictum Innocent. in c. Cumana. de elect. cum concor. quas s. dedi. ubi potest quis protestari, quòd non intendit in iudicem consentire, & tamen ista protestatio est contraria facto, per quod si non esset protestatio, obligaretur per l. sed & si susceperit. ff. de iudic. Et ista etiam sic declarat Imol. in d. §. morte.

¶ Fallit tertiò, quando factum contrarium protestationi non procedit à libera uoluntate protestantis, sed

c. cùm M. Ferrarien sis.

a Protestationi] Adde Alexan. in d. §. morte. sæpius in text. alleg. de elect. & in add. et gloss. in l. tam angusti. de ser. & gl. in cle. j. de procu. Vide tamen Car. ibi in vij. q. qui dicit, quòd imo, si protestatio habet sua substantialia, rumpit factum, c. fin. de condi. appo. & tenet Car. hîc.

sed contra uoluntatem suam: quia non utitur tunc protestatio, secundum Ioan. And. post Hostien. in c. Cumana. de elect. & ita intelligunt illū text. Tamen in hoc imitanda est potius authoritas eorū, quàm fundamentum: quia in illo tex. non erat protestatio contraria facto, sed contra cōsecutiua facti, quæ pendebant à potestate protestantis, ut ibi per do. Abb. quem s. allegauit. ¶ Fallit quartò in foro conscientiæ, in quo statur protestationi declaratoriæ uoluntatis, licet fuerit factū aliud in cōtrarium, ut colligitur ex dictis do. Ant. & do. Abb. in c. tua. j. de sponsa. ubi dicunt per illum text. q̄ si protestans, qui non intendit contrahere matrimonium per aliquem actum, postea contrahat, non obligatur, quo ad Deum, si dicit se non habuisse animum recedendi à protestatione, nisi secuta esset copula, secundum eos, & dictum est s. ¶ In foro autem contentioso per contractum matrimonij simpliciter factū recedi uidetur à, pte 80
statione. Et pro hac differentia inter forum conscientiæ & contentiosum faciunt, quæ dixi in c. j. in vj. fallentia, s. eod. ostendendo, quòd in foro conscientiæ attendat sola ueritas, & statur dicto eius, qui attestatur de qualitatibus occultis animi sui. ¶ Fallit quintò, ubi protestatio interpretatiua actus futuri fit ex causa iusta, quæ cōcurrit etiam tempore ipsius actus: quia tunc etiamsi actus contrarius fiat ex interuallo, ualet protestatio. Ita probatur ex eo, quod notant do. Ant. & do. Abb. in d. c. tua nos. ubi dicunt, quòd si timens metum sibi inferri, & se in actu non ausurum protestari, protestetur, quòd per uerba aliqua nō intendat contrahere matrimoniū cum Berta, sed quòd per metum faciet, talis protestatio uitiat contractum matrimonij postea simpliciter factū etiam ex interuallo, etiamsi pars non consenserit protestationi, uel eam ignorauerit, nisi secundum eos sequatur copula non habens uim præcisam. ¶ Et pro hac fallētia facit optimè c. j. quod me. causa. & c. Lotharius. xxxj. q. ij. per quæ iura idem tenet do. Abb. hîc & Domi. clarè in c. j. uersic. hîc uerò. xxvij. distin. Et adduci potest, quod not. in simili gloss. ordinaria in c. licet. in gloss. fin. de iureiuran. in vj. dicens, quòd iuramētum primò interpositum in casu licito derogat secundo: circa quam uide plenè Imol. in c. cùm contingat. de iureiuran. in repet. & Bartol. & alios in l. si prædium. C. de iure do. & Bartol. in d. l. si quis pro eod. in tertio membro, ff. de fideicom. & l. is, cui bonis. in fin. ff. de uerbor. oblig. & per Specul. in titul. de empt. & uendi. §. ij. in uersicul. quid ergo. cum uersiculo seq. & Imol. in l. si æstimatis. ff. solut. matrimo. & l. cùm uir. ff. de usuca. & per Bald. in l. duobus. §. idem Pomponius. ff. de iureiuran. & in c. ueniēs. in fin. de iureiuran. ubi ponit de filia tradenda nuptui, quæ primò iurat non alienare, deinde in præsentia patris alienat cum iuramento. ¶ Fallit sextò & ultimò, ibi factum contrarium protestationi non est factum certum & determinatum contra protestationem: sed est dubium & non ita patens ad tollendam protestationem præcedentem. Ita limitat do. Anton. in d. c. tua nos. ad finem, de sponsa. ita dicens tenere Ioan. And. ibi, & ad hoc facere, quod no. Innocent. in c. j. quod me. causa. & adduci potest, quod not. Paul. de Cast. consilio ccv. incip. Super primo dubio. in uersicul. nam actus & uoluntas, &c. ¶ Ad idem uide Angel. in l. metum. In grandi, in princip. ff. quod me. caus. ubi dicit, quòd actus, qui præsumptiuè & non uerè uenit contra protestationem, non tollit protestationem. ¶ Ad idem, quod not. hîc do. Abb. post alios, dum dicit, quòd ubi protestatio uenit ad dandum certum intellectum facto multipliciter intelligibili, non tollitur per factum sequens, licet prima fronte uideatur contrarium: sed debet intelligi secundum protestationem præcedentem: & intelligit, quando protestatio fit in præsentia illius, cuius interesse uertitur, ut hîc per eum, quem hîc declara ex eo, quod ipse subdit paulo j. uidelicet ubi ex iusta causa non auderet protestari: & dictum est s. in primo articul. principali. ¶ Et ista sufficiant per modum additionum ad totam hanc profundissimam materiam, de qua ad saturitatem exorditur hîc do. Anton. & Domi. eum abbreuians, & latè per Domi. in d. c. j. xxvij. distinct. & Doct. in locis s. alle. Et ad materiam etiam conuenit, quod tetigi in c. cùm accessissent. s. eod. in v. limitat. ad illum articulum, quando per actum contrarium renuncietur priuilegio. Item conuenit, quod dixi in c. quæ in ecclesiarum. s. eod. ad fi. in v. declaratione illius articuli, quādo uasallus iuuetur per protestationem factam in alienatione feudi, dicendo Saluo iure domini, &c.

¶ Vltimo circa ea, quæ dixi s. super glo. in uerbo, ultra numerum. adde do. Card. consilio cix. incip. Vacantibus canonicatu & præbenda. ubi consuluit, quòd si † aliquis se intrusit ut canonicum supra numerum taxatum, & canonici eum tolerant diu, etiam permittendo eum participare de emolumentis, per hoc non est fractus numerus, nec acquiritur ius canonicale. Et ibi etiam ponit, qualiter frangatur numerus, & eius decisio seruiet ad multa: & mouetur, quia nihil potest dici factum à capitulo, nisi quod capitulariter concludit, ut per gloss. in c. in genesi. in uerbo, consensus. de elect. cum concor. quas dixi in c. cùm omnes. s. eod.

¶ Item quia ad fracturam numeri requiruntur actus positiui, c. dilecto. in uerbo, creando. de præb. & hîc in uerbo, receperunt. ergo tolerantia non sufficit: quia nō habetur loco tituli etiam in persona, quæ potest tacitè dispensare, cle. si summus. de senten. excom. facit c. cùm iam dudum. de præben. Nec obst. quòd fuit ei responsum de reditibus: quia iste actus, licet sit positiuus, tamen est actus executiuus & accessorius ad principale, cùm habenti præbendam debeantur fructus, c. relatū. j. de præben. & ex actu accessorio non confertur principale, licet sit econtrà, c. si confirmationem. de elect. in vj. & regula, accessorium. de reg. iur. eod. lib. ¶ Item isti actus facerent fidem in possessorio, non in petitorio, d. c. dilecto. quod optimè probatur, secundū eum ibi iuncta gloss. in uerbo, per hæc, quæ dicit, quòd tractare aliquem pro canonico nō facit eum canonicum: quia requiritur canonica electio. Hæc tamen faciunt præsumptionem, secundum Archi. in c. contra morem. c. distin. Sed præsumptio illa tollitur ex probatione contraria nullitatis tituli, de qua ibi per eum: quod consilium tene menti ad hæc & alia similia. Et optimè cōfirmari potest ex dicto Arch. & Domi. in c. de eo. l. distinct. ubi dicunt, quòd si canonici tacuerunt, quando epiſcopus in eorum damnum contulit canonicatum, possunt mortuo epiſcopo agere cōtra illum, ut remoueatur, etiamsi diu tacuerunt, quando uiuente epiſcopo non fuissent ausi contradicere: & facit c. j. j. quod me. cau. ¶ Adde etiam pro isto consilio notabile dictum Innocent. in c. olim. iij. in fin. j. de restitut. spo. & sequuntur do. Anton. Imol. & Domi. in c. gratum. j. de offic. deleg. ubi dixit, q̄ per actum consistentem in pati, non renunciaretur appellationi: quia actus tales non arguunt consensum, sicut actus consistens in agere, ut est gloss. s. c. proximo, in uer. contrauenerunt. ibi, dixit Ioan. per quam dicunt etiam do. Ant. & Domi. in c. ueniens. j. de fi. presby. quòd actus superioris cōsistens in pati, nunquam inducit dispensationem, allegando Innoc. in d. c. olim.

SVMMARIVM.

1 Appellatione religiosorum an ueniant fratres tertij ordinis sancti Francisci.
2 Et qui ueniant appellatione religiosorum.
3 Approbare statuta laicorum respectu ecclesiarum & ecclesiasticarū personarum, spectat ad Papam tantum.

4 In

c. Ecclesia sanctæ Mariæ.

4 In generali confirmatione statutorum, quam facit Papa, non intelligitur confirmare, quæ sunt contra libertatem ecclesiarum.
5 Papa an possit se subijcere iurisdictioni imperatoris.
6 Papa an possit facere, ut iudex laicus iudices clericos. Vsque ibi, in glos. ij.
7 Bona clericorum patrimonialia an gaudeant priuilegio cum bonis ecclesiæ.
8 Statutum laicorum non potest disponere super bonis patrimonialibus clericorum.
9 Bona patrimonialia clericorum an præscribantur, sicut bona laicorum.
10 Clericus ubi est ordinatus ad titulum patrimonij sui, tunc etiam in casibus à iure expressis bona ipsa patrimonialia gaudent priuilegio clericorum.
11 Casus, in quo clericus maiorem habet prærogatiuam in bonis patrimonialibus, quàm in bonis ecclesiæ.
12 Iudex si pronunciat non uisis actis, uel sine causæ cognitione, an sententia teneat. Et hæc disputatio longa est.
13 Executor mixtus qualiter debet procedere.
14 Iudex si nō potuit instrui ex breuitate temporis, an sententia sit nulla.
15 Decretum interpositum à iudice sine causæ cognitione, est ipso iure nullum.
16 Arbitrator si laudauit ex abrupto, arbitramentum est nullum.
17 Sententia lata sine causæ cognitione est ipso iure nulla. Et concludit post longam disputationem.
18 Quam conclusionem limitat sex modis, quos uide num. hoc, & num. 19. 20. 21. 22. 23.
24 Sententia lata nullis factis probationibus, an teneat.
25 Missus in possessionem inordinatè & sine causæ cognitione, non facit fructus suos.
26 Episcopus non potest statuere, quòd liceat pronunciare sine causæ cognitione.
27 Dispensatio facta ab inferiori à Papa sine causæ cognitione, nō ualet.
28 Interlocutoria lata sine causæ cognitione, est ipso iure nulla, sicut dicitur de sententia diffinitiua.
29 Omissio ordinis iudiciarij in causis ordinarijs sicut reddit processū nullum, ita omissio ordinis qualisqualis in extraordinarijs.
30 Iudex si aliquem spoliauit sine causæ cognitione, ante omnia est restituendus.
31 Rescriptum uetans causæ cognitionem, est suspectum de falso.
32 Iudicium inchoatū super rebus, quæ breuissimo tempore corruptionem patiuntur, eius tractatus non debet esse longus. num. 33.
34 Commissio facta à iudice sine causæ cognitione, non transit in successorem.
35 Ordo iuris non seruatur in curia regis Francorum.
36 Statuta laicorum quando comprehendant clericos, uel ecclesias.
37 Leges imperatorum an comprehendant clericos.
38 Papa quando fundet decisiones suas super legibus imperatorum. Vbi enumerat multa iura Papæ & imperatorum, quæ operæpretiū est uidere.
39 Leges dicuntur iustæ tribus modis.
40 Leges ciuiles an ligent in foro conscientiæ.
41 Lex ciuilis si concernat peccatum non est seruanda in foro Canonico, nec in foro Ciuili.
42 Interficiens adulterum in casu à lege permisso, an sit tutus in foro seculari in terris imperij. Non licet adulterum occidere ex interuallo. Ibidem.
43 Lex ciuilis si deuiat à iure Canonico, est seruāda in foro ciuili, & canon in foro canonico.
44 Canones præualent legibus in terris subiectis temporaliter Romanæ ecclesiæ. Ex quo resultant quatuor effectus, quos uide, nu. 45. 46. 47. 48.
49 Canon habet locum in terris imperij, ubi casus non est decisus per ius ciuile.
50 Inferiores à principe non possunt facere generalem interpretationē legum, sed specialem sic.
51 Leges si contrariantur canonibus in materia miserabilium personarum, præualent canones etiam in foro ciuili.
52 Lex ciuilis ubi non reprobatur à canone, si tamen fouet lucrū proximo odiosum, uel rigorem quendam, non est seruanda in foro contentioso Canonico.
53 Lex ciuilis & canonica ubi contrariantur in materia non concernente peccatum, illa præualet, quæ benignior est ad inducendum euitationem pœnæ.
54 Lex ciuilis & canon si discordant in materia feudorum, cui potius standum sit.
55 Lex, uel statutum semper seruatur, uel consuetudo illius loci, ubi causa agitatur.
56 Pœna legis imposita contrahenti matrimonium, non odio contractus, sed fauore filiorum, ualet.
57 Pœnæ legalis impositæ contrahentibus secundas nuptias infra annū luctus non sunt correctæ de iure canonico, ubi ex contractu earum resultat turbatio & incertitudo prolis.
58 Lex ciuilis ualet disponens circa accidentia temporalia ad actum spiritualem, putà super dote.
59 Statutum puniens contrahentem matrimonium turpiter, ualet, putà sine consensu patris.
60 Lex ciuilis non ualet in materia spectante ad ecclesiam, dato quòd de illa principaliter non disponat, sed procedat tollendo lucrum, quod aliàs dederat.
61 Lex, quæ prohibent mulierem raptam nubere raptori, an sit seruanda de iure canonico.
62 Leges prohibentes matrimonium inter certas personas non prohibitas de iure canonico, putà inter tutorem & pupillum, non habēt hodie locum.
63 Statutum imponens pœnam amissionis dotis mulieri nubenti uiro indigno sine consensu patris, an hodie habeat locum.
64 Lex ciuilis non ualet disponens præsumptiuè in materia spirituali, stante lege canonica in contrarium.
65 Lex ciuilis disponens in materia spirituali, non ualet etiamsi non reperiatur lex canonica in contrarium.
66 Statutum irritans contractum iuratum, quando ualeat, uel non. Hæc est longa altercatio, tamē multoties occurrit, & maximè in partibus Italiæ, ubi multa statuta confirmant.
67 Clericus hæres non implens uoluntatem defuncti, priuatur hæreditate, sicut laicus.
68 Lex ciuilis quando respectu certæ causæ attribuit alicui iurisdictionem uniuersaliter, talis lex comprehendit etiam clericos actiuè et passiuè, in quibus uiget illa qualitas, super qua fundatur illa iurisdictio.
69 Statuta, quæ dicantur contra libertatem ecclesiasticam, uel non.
70 Statutum si ponit extra protectionem communis omnem declinatorem forum potestatis, an sit contra libertatem ecclesiasticam.
71 Cautelas quando clericus non incurrit pœnas statuti, uide num. 72. 73. 74. 75.
76 Statuta laicorum an ualeant disponentia, quòd prædia peruenientia ad ecclesiam, subijciantur oneribus à populo imponendis.
77 Testator legando fundum ecclesiæ potest disponere, quòd pro dicto fundo teneatur soluere pro communi onera & collectas.
78 Statutum si disponit, quòd mulier excludatur extantibus masculis, an mulier monacha excludatur.
79 Statutum non loquens specialiter de ingredientibus, uel ingressis monasteria, sed generaliter, quòd nulla mulier succedat extantibus masculis, comprehendit etiam monachas.
80 Statutum si disponit, quòd masculi excludant fœminas, an clericus gaudebit priuilegio huius statuti contra fœminas? & concludit, quòd sic.

81 Statuta

81 *Statuta laicorum non disponentia de ecclesijs, uel clericis, nec in materia tangente priuilegia, uel iura sua, sed simpliciter aliquid honestè disponunt, an debeant ualere, quo ad clericos.*

82 *Statutum si irritet donationem non insinuatam, quando excedit certam summam, si fiat talis donatio clerico non facta insinuatione, non tenebit.*

83 *Testamentum laici, in quo clericus instituitur, non seruatis solennitatibus legis, uel statuti secularis, non ualet.*

84 *Statutum si dicit, quòd res dotalis nõ possit alienari, si clericus emat, non ualet alienatio.*

85 *Item ponit hic quatuor notabilia, quando ecclesia ligatur statutis laicorum, uel non: quæ uideantur num. 86. 87. 88.*

89 *Statutum prohibens alienationem fieri in non subditum, an comprehendat clericos. Vide limitationes. num. 90. 91. 92. 93.*

94 *Statutum si disponit, quòd de quolibet relicto ad pias causas soluantur duo solidi certæ fabricæ, an comprehendat ecclesias? & concludit, quòd non.*

95 *Statutum laicorum non præiudicat ecclesiæ, etiamsi eodem momento prodest alteri ecclesiæ.*

96 *Statutum laicorum, quòd nulla persona apprehendat possessionem sine licentia dominorum populi, an comprehendat clericos? & concludit, quòd non, sequendo opinionem do. Abbatis.*

97 *Statutum laicorum reuocans aliud statutum suum, quod est merè priuilegiatiuum ecclesiarum, putà quòd debeatur omni anno certa eleemosyna alicui pio loco, an ualeat.*
Imperator an possit priuilegium tollere, quod semel concessit ecclesiæ. Post num. 97. uers. pro prima.

98 *Si clerici, uel ecclesia, committerent ingratitudinem contra latorem legis priuilegiatiuæ, quid iuris?*

99 *Statutum laicorum imponens pœnam consanguineis propter inobedientiam clericorum, an ualeat.*

100 *Laici quare per præscriptionem nocent ecclesijs acquirendo eorum bona, & non per consuetudinem, uel constitutionem.*

101 *Consuetudo, quæ præfert primogenitum in hæreditate, an noceat clerico secundogenito.*

102 *Statutum laicorum editum contra concubinas clericorum, an ualeat.*

103 *Clerici coniugati an ligentur statutis laicorum.*

104 *Exempla sex ponit de scriptis in iure, quando sub uerbis generalibus non includuntur ecclesiæ, uel ecclesiasticæ personæ.*

105 *Clericus negociator nõ est immunis à gabella in concernentibus negociationem.*

106 *Clerici sunt immunes à gabellis, quas soluunt itinerantes in pasibus pro rebus, quas deferunt.*
Excipit tres casus, quos uide ibidem.

107 *Episcopus qualiter debet prouidere, ne clerici grauentur statutis laicorum.*
Et ponit tria remedia, ut num. 108. 109.

110 *Dicta de clericis, intelliguntur etiam de clericis constitutis in minoribus ordinibus.*

CAPITVLVM X.

Ecclesia sanctæ Mariæ. ¶ Statutum generale laicorum ad ecclesias, uel ecclesiasticas personas, uel earũ bona in earum præiudicium non extenditur, nec etiam speciale, etiamsi eorum commodum & fauorem cõcernat. H. D. Diuide, ut per Doct. Et imitabor do. Abb. referendo eum tam in lec. cõ in repe. solùm ubi additione opus est, faciendo solùm ex dictionibus aliam repetitionem ultra suam. ¶ Not. primò, quòd laicorum quidam sunt religiosi, & quidam nõ: & scias, quòd uerbum Religiosi capitur largissimè, largè & strictè, per do. Abb. Et adde plenius Ioan. An. in rub. ī. de reg. & ibi
1 per do. Ant. & do. Abb. qui inferunt notabiliter, quòd † in dispositione odiosa appellatione religiosorum non ueniunt illi, qui non profitentur tria substantialia: & ideo non ueniunt fratres, uel sorores tertij ordinis sancti Francisci, uel Iesuati, uel aliæ mulieres mantellatæ: secus in dispositione fauorabili, secũdum eum. De quo etiam per do. Abb. in c. dilecta. de maio. & obe. & in c. causam. ī. de iudic. & de materia uide do. Card. consilio M. xxxix. incip. In aliquibus locis. & ibi signanter uoluit, quòd iura, quæ prohibent nouas religiones creare inconsulto Papa, c. fin. ī. de re rel. domi. & c. j. eod. titu. in vj. non intelliguntur de illis, qui inducunt nouum modum uiuendi religiosè non facta professione: quia illi non inducunt nouam religionem, ex quo illa non est propriè religio, per prædicta. Quod dictum confundit ea, quæ dixit Abbas in c. ij. in uer. & ex his concludo, quid dicendum. de foro compe. dum dicit, quòd uiuentes in unum ut religiosi, & non transferentes se ad regulas approbatas, sunt in peccato mortali: quia hoc non uidetur procedere, ubi non concurrunt requisita in religione, ppria, prout est professio, per prædicta. Quod bene not. Et pro ista decis. do. Card. facit, quod not. do. Abb. consilio lv. incip. In q. quæ uertitur inter fratres sancti Fran. maximè uer. & primò. ad iura, quæ uidentur multùm stringere, dum loquitur de Iesuatis, & tenet eorum uitam esse approbatam, non ut religiosorũ propriè, sed ut laudabiliter uiuentium sine professione: & uide in hac materia do. Abb. consil. cv. incip. Christi, de cuius ordine, &c. pro euidentia. ubi multa ponit, maximè ubi dicit, quòd Fratres de la Scala, & fratres tertij ordinis, & similes habentes modum uiuendi approbatum, dicuntur personę Deo de-
a uotæ, sed non propriè religiosi[a].

¶ Adde etiam Domi. in c. ut officium. §. uerùm. de hære. in vj. ubi ex dictis
2 Arch. infert, quòd † in statutis & alijs dispositionibus, quæ strictè interpretantur, appellatio Religiosorum intelligitur de illis, qui susceperunt habitum in religione. Quod dictum limita, nisi statutum sic intellectum redderetur superfluum, & nihil adderet iuri communi, secundum Pet. de Anch. in d. Rubr. de regul. ubi dicit se consuluisse Senis, quòd statutum prohibẽs religiosum assumi ad officia, intelligitur de religiosis largo modo putà, de rectore hospitalis habente certum deuotum habitum: quia si intelligeretur de religiosis propriè, cùm eis iura interdicant officia secularia, statutum nihil adderet iuri communi, secundum eum: de quo tamẽ dubitat ibi do. Abb. tum propter prædicta: tum, quia sufficit, quòd statutũ operetur hoc, quòd ex ipso competat ius agendi, iuxta doctrinam Bart. in l. iij §. sed rem. ff. de leg. iij. & in l. j. ff. ad l. Falc. & in l. non solùm. ff. de rei uen. cum fi. Sed hæc responsio indigeret longiori examine, ut patebit ex dicendis in c. cùm dilectus. ī. de consue. & maximè ex notatis per Mathesilanum not. suo lxxx. incip. not. quòd Bartol. Vnde eam pro nunc aliter affirmare non curo.
¶ An autem appellatione religiosorum ueniant religiosi translati ad ecclesias seculares? & quid de clericis secularibus, scripsi aliàs in c. tua nos. de iureiur. ¶ No.
3 secundò † casum reseruatum Papæ, scilicet approbare statuta laicorum respectu ecclesiarum & ecclesiasticarũ personarum; quia inferior ab eo non potest laicis committere negotia ecclesiastica, c. ij. de iudic. Et de Papa allegant etiam in simili Doct. hanc gloss. in c. præter hoc. §. ad hoc. in uerb. ducibus, lxxij. distinct. ubi dat facultatem laico excommunicandi. Ad idem gloss. & Arch. in c. bene quidem. xcvj. distinct. in uer. præter Romanum pontificem.

a *Religiosi*] *Quot autem sint species religiosorum, uide plenè per do. Soci. suo consil. xiij. incip. Præsens consultatio est satis. uersi. est enim aduertẽdum. cum uers. seq. j. parte.*

pontificè. & laico cõmittit causam criminalẽ clerici, ut in c. Mennã. ij. q. v. & confirmando talia statuta facit ea sua, l. j. C. de ue. iu. enu. c. si Apostolicæ. de præb. in vj. fm
4 Doct. hîc. ¶ Adde tñ, q† in generali confirmatione statutorũ, quam facit Papa, non intelligit confirmare ea, quæ sunt cõtra libertatẽ ecclesiarũ, fm Bal. signanter in l. oẽs populi. ff. de iust. & iu. All. Inn. in c. j. ad fi. ī. de transact. ubi hoc nõ dicit. Dicunt tñ ibi Inn. Host. & Io. An. q licet statuta laicorũ super ecclesiasticis sint ipso iure nulla, tñ si Papa illa in suis literis inserat approbando, ualebunt, per tex. hîc, & in c. pe. de confir. util. uel inutil. Et pro hoc dicto Bal. facit, quod notant Gui. de Cug. & Bal. in l. j. ff. de his, quæ sunt sui, uel alie. iur. & Bal. in l. j. in fi. no. C. de monopolijs. & Bal. post Cy. in l. cũ oportet. in princ. C. de bo. quæ li. & Bal. in c. j. in prin. per illũ tex. per quos fiat in uestitura. & in l. nec damnosa. C. de preci. impe. offe. & Ro. in l. quod seruus. ff. de acqui. pos. ubi dicunt, q in generali confirmatione statutorũ, uel priuilegiorũ, uel alterius dispositionis, nunquã intelligitur confirmatũ aliquid illicitũ. Et bene facit c. si gratiosæ. in fi. de rescri. in vj. & in l. si procurator. in prin. ff.
5 de cõd. ind, cũ si. ¶ Et ex his infert hîc Io. An. an † Papa possit seipsum subijcere iurisdictioni imperatoris, uel laici? & concludit, q nõ: quia irrogaretur iniuria Deo, si uicarius suus iudicaret à laico: & ideo cũ non agatur principaliter de honore Papæ, sed Dei, non potest illi priuilegio renunciare. Et respondet ad c. nos si incompetenter. ij. q. vij. q. ibi iudiciũ sumit pro discretione, & q ex nimia humilitate Papa ibi subiecit se iudicio imperatoris: uel, quod factũ narrat, de iure fieri nõ potest. Et istam decisionem Io. An. approbant hîc do. Ant. Ab. Imo. & Domi. & do. Ant. post Io. An. in c. significasti. ī. de for. comp. & ibi do. Ab. latè. Idem tenet ibi do. Car. in ij. oppositi. respondens meliùs ad d. c. nos si incõpetenter. q ibi Papa subiecit se, uolens sponte recipere correctionem, tanquã monitionẽ: non q fecerit illũ suũ iudicẽ. Idẽ tenet Arch. in d. c. tua nos. & do. Ab. in c. at si clerici. in prin. de iudi. dicens, hoc esse notandũ cõtra multos, qui ruditer allegant d. c. tua nos. Idem ipse tenet in c. P. & G. de off. dele. Et tenendo hanc partem non obst. l. est receptũ. ff. de iu. om. iu. ubi uidet, q superior iudex possit se subijcere inferiori, & respectu contentiosæ iurisdictionis: quia respondet hîc Imo. q ibi poterat superior prorogare iurisdictionem inferioris: quod non est in casu isto, in quo clericus non prorogat iurisdictionem laici, d. c. si diligenti. de fo. compe. Et non dicitur tunc minor iudicare maiorem: quia prorogatio facit de maiore minorem, & econuerso, secundum eum. ¶ Sed contrariam opi. quòd imò Papa possit se subijcere laico, tenet gloss. in c. in synodo. in uerbo, Apostolicam. lxiij. dist. & gloss. j. in c. nemo. ix. q. ij. & Hug. & Io. de Fant. & Dominic. in c. nos si incompetenter. dicentes, quòd expositio data hîc per Io. And. post Vinc. ad illum tex. non congruit re in uerbo, Terminentur, & in uerbo, Diffinitum. Idem sentit gl. in procœmio Sexti in uerbo Seruus: & ibi Domi. colligit, q Papa possit iustè prorogare iurisdictionem iudicis secularis. Et hoc dicit fieri potius ex humilitate, quàm ex debito. Et idem sentit Arch. in c. si quis super his. vij. q. ij. ubi dicit, q Gregorius submittendo se ibi iudicio alterius, ex humilitate loquitur. Et ista opi. procedere posset, loquendo de plenitudine potestatis Papæ, de qua Doc. hîc nõ sentiunt. Sed quærendo, an de iure fieri possit, prima opi. est uerior, per c. si diligenter. & c. significasti. de fo. comp. & ad d. cap. tua nos. est multiplex responsio, ut suprà patet. Adde istis beatum Tho. in iij. sen. dist. xix. q. j. art. j. ubi probat, q Papa non potest dare alicui facultatem, q eum excõicet. Et ipsum ad literam refert & sequitur Cardi. sancti Sixti in trac. De potestate Papæ, qu. xxv.
¶ An aũt & qualiter possit Papa se subijcere confessori,

dic, ut per do. Ant. post alios in c. omnis. de pœ. & remiss. & per gl. & do. Ab. in c. sanè. lo j. de offi. dele. cum cõcorquas ibi dedi. ¶ Subdit hîc do. Abb. iuxta prædicta, se
6 plus putare, q† Papa nõ potest facere, ut laici iudicio suo iudicent clericos, & sic subijcere clericos iudicibus laicis: quia hoc priuilegium fori habent clerici à Deo, ut no. Inn. in c. ij. de ma. & obe. & alle. bonã gl. in c. si imperator. in uer. discuti. xcvj. dist. & glo. in c. quanquã. in uer. diuino. de censi. in vj. Et Papa nõ potest tollere ea, quæ sunt de iure diuino, xxv. q. j. c. sunt quidam. Fatet tamen, q Papa potest eos facere suos delegatos, ut no. in c. Mennã. ij. q. v. & in c. ij. de maio. & obe. ¶ Addatis do. Car. idem formaliter tenentẽ in repetit. c. perpendimus. in princ. de sen. excom. & do. Abb. latè in d. c. ij. de maio. & obe. & in c. literas. de restit. spol. & in c. ppositi. de concess. præb. & Lud. de Roma. in sing. cccxxiiij. inc. Sed an possit facere Papa. & in l. si uerò. §. de uitro. in vj. fallentia. ff. sol. ma. Et ita inferunt oẽs prædicti propter gl. in d. c. si imperator. & eam etiam pro notabili allegat Old. consi. lxxxiij. inc. an episcopus. & do. Abb. in c. at si clerici. de iudi. & in c. fi. de fo. compe. & in c. ro hominis. de immu. eccle. Imo. in cle. j. de offi. ordi. & cum gl. concor. do. de Ro. deci. ccxxxv. quos refert Domi. in §. leges. iiij. dist. Ex quo inferunt, q iudex laicus ex consuetudine non potest quærere iurisdictionẽ in clericos, cum ab eo sint exẽpti iure diuino, per prædicta. Ergo consuetudo nulla, c. fi. de consue. & cum illa glo. concordat Inn. in c. nouerint. in gl. magna in prin. de sen. excom. & do. Car. in clem. j. in princip. in xv. q. de uita & honestat. cleric.
¶ Subdit do. Ab. in d. c. ij. de maiori. & obe. q esto, q istud non esset priuilegium iuris diuini, tamen non potest dare Papa hanc potestatem iudicibus secularibus: quia esset turbare uniuersalem statum ecclesiæ, quo d est prohibitũ Papæ, ut sing. no. Inn. in c. quanto. ī. de consue. cum concor. ibi, dicendis. Item istud esset contra rationem naturalem, q inferior iudicet superiorem, c. cùm inferior. de maiori. & obe. & clerici dicuntur maiores quocunq laico, c. quis dubitet. xcvj. dist. & c. duo sunt. xij. q. j. & c. j. §. quia uerò. de sacra unctio. & in c. sacerdotibus. xj. q. j. & c. j. in fi. xvij. dist. Item aliter esset contra rationem naturalem, uidelicet q quis cogeret coram suspecto iudice litigare, contra c. quia suspecti. iij. q. v. qd' patet: quia clerici sunt infesti laicis, c. laicos. ij. q. vij. & c. clericis. de immu. eccle. in vj. ¶ Et pro limitatione do. Ab. q aliquæ causæ clericorum possunt per Papam delegari laicis, adde tex. in c. officiũ. xxxij. dist. ubi commisit duobus ducibus causam clericorum symoniacorum, dando sibi potestatem deponendi eos. Bonus tex. in c. Mennam. ij. q. vij. ubi fortiùs patet, q arbitrio fœminæ reginæ Francorum committit Papa purgationem infamiæ, quam de symonia patiebatur quidam episcopus. Ad idem text. in c. uerùm. de foro compe. & in c. solitæ. de maio. & obe. c. Romam. §. debet. de appella. in vj. & ubiq per Doct. ubi ratione feudi, quod tenet ecclesia à domino temporali, subijcitur clericus eius iudicio in concernentibus feudum. ¶ Not. tertiò optimum tex. secundum Domi. hîc, qui facit in arg. populus ciuitatis de temporali iurisdictione ecclesiæ potest facere statuta contra canones, quæ ligent ipsos laicos: quia hîc ualuit statutum, quo ad ipsos laicos, licet tale statutum non extenderetur ad ecclesiã. Ergo quo ad illos, remanet ualidum, & tamen erat contra canones, quòd possessio auferretur alienanti, & assignaretur agenti li. pend. quod sing. not. secundum Dominic. hîc, qui dicit se aliàs uidisse dubitari de hoc: & alibi non dicit. ¶ Addatis Cald. latè idem tenentem in isto tit. consil. xviij. incip. An ciuitas de temporali, etc. dum modò faciant statuta rationabilia, & peccati non inductiua: quia etiamsi statuant contra canones, ualet statutum. Et quæ dicantur rationabilia,

statur arbitrio iudicantis. Allegat glo. in c. j. in uerbo, rationabilia. quorũ simile reperitur à iure expressum. Et infert ualere statutum, quòd extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant: quia licet sit contra canones, est tamẽ conforme iuri diuino ueteris Testamenti: de quo Numeri xxvij. c. & uide Domi. in addi. ad dictũ consilium, ubi pro ista conclusione dicit uideri casum in c. Raynutius. in fi. iuncta gloss. suprà, de testa. Et si diceretur, quòd ibi consuetudo erat contra l. ciuilem, non contra l. canonicam, expressè respondet, quòd ex quo in casibus non decisis à l. Canonica est approbata lex ciuilis, c. j. de ope. no. nun. satis dicitur contra ius canonicum illud, quod est contra ius ab eo approbatum: quia ea nostra facimus, etc. c. Apostolicæ. de præbend. in vj. ¶ Adde etiam do. Abb. in c. quod clericis. infrà, de foro compet. ubi latè idem tenet, dicens facere text. optimũ in c. uenientes. de iureiur. ubi ciuitas Tudertina, quæ est suppositia ecclesiæ, fecit statuta, & habebat consuetudines speciales, nec Papa reprobat, nisi quatenus tangunt ius & honorem principis. ¶ Nec obst. quòd canones dicant non ualere statuta contra canones, c. quòd super his. cum simil. de maio. & obe. & loquunt de statutis edendis à clericis & concernentibus statum clericalem: secus in concernentibus ipsos laicos, & non tangentibus reseruata Papæ, uel contra bonos mores, uel ubi canon expressè non resistit. His enim casibus ualet statutum, secundum ipsum. Et cum istis etiam concordat Card. consil. ij. inci. Circa statuta. loquens de ciuitate Ferrariensi. Idem sentit Bald. loquens de statuto Spoleti, in l. ex placito. uersic. & hæc faciunt. C. de rerum permuta. Et sic sentit quòd habeat potestatem faciendi statuta. Et idem sentit in l. j. C. qui bon. ced. poss. licet in istis duobus locis non exprimat de statutis contra canones. Et pro prædictis optimè facit c. fin. infrà, de consue. ubi simpliciter dicit, quòd potest induci à quibuscunq; consuetudo rationabilis contra canones. Ergo à paritate rationis idem in statutis rationabilibus. Et facit etiam c. cùm uenissent. de eo, qui mit. in poss. causa rei seruand. dum loquitur de consuetudine, licet posset responderi, quòd non apparet, quòd loquatur de populo subiecto ecclesiæ Roman. & prædicta puto uerissima, licet Bald. in d. c. uenientes. & Bart. in l. si quid. in iiij. nota. C. de legation. x. & Bald. in l. omnes populi. de iust. & iu. uelint, quòd requiratur confirmatio superioris: quod non uidetur necessarium, per prædicta. Et istis adde Bald. in c. si duobus. ad fin. infrà, de app. ubi dicit, quòd statuta ciuitatum imperij preualent canonibus, per illum tex. ubi ad Papam non appellat in talibus terris. Quod intellige iuxta gloss. in regula, possessor. de reg. iur. in vj. de qua dicetur infrà, in j. quæst. ¶ In gloss. ij. in fin.
7 Not. gloss. quòd † bona patrimonialia clericorum gaudent eorum priuilegio cum bonis ecclesiæ, licet iste text. hoc non probet, ut hîc per do. Abb. allegantem ad idem gloss. in c. ex literis. in uerbo, obligata. de pig. & in c. fin. in uer. facultatibus. de ui. & honest. cle. in c. similiter. in gloss. xvj. q. j. ¶ Adde, quod not. do. Ant. in c. j. infrà, de consue. ubi dicit de facto se dixisse quòd sicut non possunt collectari res eccle-

a *Clericorum*] *Sed quid si bona patrimonialia sit peruenta clerico ex successione, de quibus prius collecta soluebatur? die, quòd omnino nõ tenetur, ut per Bart. in suo consi. punctus quæstio-*

siæ, ita nec patrimonialia clericorũ [a]. Et sequitur ibi Imo. & idem not. do. Ant. in c. non minus. in iij. not. infrà, de immu. eccle. & facit tex. in authen. item nulla communitas. in uerbo, nec ab earum ministris. C. de episc. & cler. & sentit expressè Spec. in tit. de cle coniug. §. j. ad fin. uersic. quid si clericus. Adde etiam do. Ab. in c. si clericus. in ij. not. infrà, de foro compet. ubi dicit, q; detinẽs bona patrimonialia clerici potest conueniri coram iudice ecclesiastico, quia quasi sacrilegus censet. Alleg. etiam, quod not. Innocen. in c. ceterum. infrà, de iudi. ubi dicit, quòd clericus spoliatus potest suum spoliatorem coram iudice ecclesiastico trahere: quia sacrilegij crimen est ecclesiasticum, c. in canonibus. xxvj. qu. j. Ad idem, quod not. Old. consil. lxxiij. incip. An episcopus possit declinare forum. ubi disputando probat & concludit, quòd clericus pro bonis patrimonialibus gaudet priuilegio fori. Eius dicta ad literam sequitur Pet. de Mon. in sua monarchia, uersi. quartò quæro. licet de Old. mentionem non faciat: & idem latè probat do. Abb. in c. qualiter. infrà, de iudi. & do. Maria. in c. ex parte. de foro comp. & facit l. decernimus. in uerbo, siue de ecclesiasticis, siue de propriis. C. de episc. audi. cum concord. allegatis in dictis locis. ¶ Et similiter infert hîc domi.
8 Abb. quòd † statutum laicorum non potest disponere super bonis patrimonialibus clericorum: & quòd ubi agitur reali, clericus non potest conueniri coram laico: & probat rationibus, de quibus per eum respondentem ad c. solitæ. de maio. & obedien.

¶ Adde dom. Card. post Paul. in clem. præsenti. in ij. not. de censi. ubi dicit, q; bona clericorum non habentia onus annexum, sequuntur personam, tanquam accessoria. Ideo gaudent eodem priuilegio, quo ad forum. Et retenta hac ratione reprobat illam, quam ponit gloss. in d. c. ex literis. scilicet, quòd bona clericorum sunt hypothecata ecclesiæ, si ipsi malè administrent: nam ista ratio non concludit generaliter, quia cessat in non habente beneficium, ideo præcedens melior, secundum eum, cum quo concord. ibi Imol. & idem in hoc sentit domi. Abb. in d. c. ex literis. in fin. pro quibus allego gloss. fin. in fin. c. episcopus. j. de præbend. quæ uult, quòd clericus etiam non beneficiatus, sed solùm intitulatus ad titulum patrimonij sui gaudet priuilegio clericali in bonis patrimonialibus. Et ipsam etiam ponderat ibi domi. Abb. dicens rationem gl. in d. c. ex literis. non esse sufficientem. ¶ Adde etiam istis domi. Abba. in c. cùm sit generale. de foro compet. ubi latè probat, quòd licet, ille text. prouideat contra malefactores ecclesiæ, ut possint in utroq; foro conueniri, tamen idem est in bonis clericorum, per tex. ubi dicit esse casum rotundum in c. similiter. & ibi etiam gloss. xvj. quæst. j. Ad idem, quod not. do. Ant. in c. uenerabilis. uersic. aduerte tamen. de iudic. ubi dicit, quòd in causa clerici litigantis coram episcopo de bonis propriis non currit instantia, sicut nec in bonis ecclesiæ. Et ponit pro regula, quòd bona clericorum gaudent priuilegio ecclesiarum. Ad idem, quod not. domi. Abb. post Innocen. & domi. Anto. in c. cæterùm. in uer. not. ex omnibus prædictis. de iudi. ubi dicit, quòd nedum dicitur sacrilegium in bonis ecclesiæ, sed etiam in patrimonialibus clericorum. Et pro prædictis est etiam gloss. in l. munerum. §. patrimoniorum. in uerbo, pontifex. ff. de mune. & hono. & sequitur ibi Francisc. Tigrini, allegando gloss. in d. cap. similiter. & idem sentit domi. Cardi. referendo Matthæum in cle. j. xvij. quæst. de uita & honestate cleri. Et hanc partem indistinctè sentit Dominic. in c. quanquam. super glo. in uer. ipsarum. de censi. in vj. ¶ Sed nihilo minùs prædicta recipiunt unam uulgatam restrictionem, uidelicet

nis talis est: Quidam Titius olim de Perusio. & Io. de Por. in consil. suo omnipotentis Dei postulato suffragio. Et ad hoc uide Spec. in terminis in tit. de cle. coniug. in uer. ad huius autem art. Adde tamẽ, quòd clericus succedẽs laico, tenetur ad collectas præteritas, id est, priùs impositas, Bal. in consil. incip. factũ tale est: quidam laicus, etc. et Alexand. in l. Titio. ad muni. Sed quid pro rebus sibi datis à fratre laico in fraudem? Dic, quòd sic, ut per Spec. in loco alle. uer. qd si fratres.

delicet ut habeant locum in casibus suis, ut non sit genetaliter uerum, quòd patrimonialia clericorum gaudeant eodem priuilegio cum bonis ecclesiarum. Et ita tradit domi. Anto. in cap. si diligenti. uersic. satis pũto. de præscript: faciendo regulam, quòd gaudent priuilegijs ecclesiarum, ubi apparet expressum, uel est omnimoda ratio: aliàs non. Et ibi dat tres instantias, in quibus non æquiparantur, & per eas infert prædictam regulam. Et hanc doctrinam refert & sequitur ibi Imol. & plenius do. Abb. dicens se semper tenuisse ita: & idem ipse tenet hîc, & in c. j. de consue. & in d. c. ex literis. de pigno. & do. Abb. & Imol. d. c. fin. de uita & honesta. cleric. & do. Abb. in c. j. de dona. & contu. & Ludo. Ro. in l. usucapionem. ff. de usucap. & uidetur fuisse decisio Archid. in d. c. quanquam. de censi. in vj. super uerbo, ipsarum. & ibi gloss. in eod. uerbo: de qua facit festum domi. Abb. in d. c. fin. & idem sentit domi.
9 Anto. in c. fin. de sol. ¶ Et hinc est, quòd † bona patrimonialia clericorum præscribuntur, sicut bona laicorum, secundum gloss. in c. possessiones. xvj. quæst. iiij. & sequitur Ludo. sing. cccclxiij. incip. tu scis generale. Similiter dixit Spec. in tit. de restit. in integ. §. qualiter. uersi. sed nunquid. & gloss. ij. in clem. j. de resti. in integ. quòd in bonis patrimonialibus non competit clerico restitutio in integrum eo modo, quo competit in bonis ecclesiæ. Similiter dixit gloss. in cap. si tributum. in uerbo, potestatem. xj. q. j. quòd prædia clerici cessantis à solutione tributi uendi possunt, licet secus in prædijs ecclesiæ. Et dicit do. Card. in c. j. uer. ex his infero. de do. & contu. quòd non per omnia censentur eodem iure bona ecclesiarum & clericorum, & quòd gloss. in d. c. ex literis. procedit, quo ad alia priuilegia, ut quo ad immunitates. Et idem dicit do. Card. in d. c. fin. de uita & honesta. cleric. Similiter dixit gloss. in c. nouum genus. de deci. & gloss. j. in c. si quis laicus. xvj. q. j. quòd licet de bonis ecclesiarum clerici non soluant decimas, ut d. c. nouum. tamen secus de patrimonialibus. Et hinc est, quòd licet de bonis ecclesiæ non possit clericus propria authoritate compromittere, tamen secus de patrimonialibus: quia cõpromittere potest etiam in laicum, secundum gloss. ij. in c. si diligenti. de foro competen. quam sequitur & declarat ibi do. Abb. post alios, & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de arbit. §. fin. uer. in summa. & not. do. Anto. & Imol. in c. cùm tempore. ad fin. infrà, de arbit. Et ideo dicit do. Abb. in d. c. uenerabilis. de iudi. uer. quinta lectura. quòd miratur de eo, quod ibi dicit domi. Anto. ut suprà retuli, & concludit contra eum, quòd clerico litiganti de bonis propriis etiam in iudicio ecclesiastico, currit instantia, sicut laico, per prædicta. Similiter domi. Abb. in d. c. j. de consuetu. miratur de domi. Anto. ibi, & tenet contra ipsum propter doctrinam ipsius in d. c. si diligenti. ut ibi latiùs per ipsum, & per Imol. in repet. c. fin. de præscrip. ubi latè reassumit dictam doctrinam domi. Ant. declarans optimè, quomodo intelligatur illud, quod de præscriptione dixit gloss. in d. c. possessiones. ¶ Qui autem sint isti casus in iure expressi, remittit ipse ad no. per Ioan. And. in c. j. de cleric. coniug. in vj. & ad not. in c. fin. de uita & honest. cleric. & aliqui colligi possunt ex allegatis pro parte contraria, & per do. Card. in cle. j. in xvij. q. de uita & honesta. cleric. ubi uidetur ponere xv. priuilegia clericorum, & per do. Anto. in fin. de sol.
¶ Et retenta prædicta doctrina, qua quotidie utimur,
10 not. duo. Primò, quòd † ubi clericus est ordinatus ad titulum patrimonij sui, tunc etiam in casibus à iure nõ expressis bona ipsa patrimonialia

a *Priuilegio clericorum*] *Ad qd' adde Panormita. in c. si diligenti. in*

gaudent priuilegio clericorum [a]. Ita uidetur uelle gloss. in cap. episcopus. in gloss. fin. in fine, infrà, de præbend. Et licet à Doct. non uideatur specificè

ad hoc notari, tamen pro ipsa potest quispiam adducere: quia ex quo patrimonium subrogatur sibi loco beneficij, non uidetur deinceps esse simplex patrimonium temporale & profanum, sed quasi quædam spiritualis merces & præmium pro seruitijs exhibendis altari ordinatum, ut sic subrogatum sapiat naturam illius, etc. §. fuerat. Institut. de act. Et tenendo hoc pro uero limitarem, nisi aliquo casu esset damnosum clerico, quòd dicta bona reputarentur ut ecclesiastica, putà respectu testandi, uel alienandi: arg. regulæ, quod ob gratiam. de reg. iur. in vj. Et bene faciunt not. per Bar. in l. iij. §. si emancipatus. ff. de contra tab. & Bald. in l. si Ruffinus. C. de test. mili. & domi. Anto. in c. fin. de foro competen. cum concord. in quibus dicitur, quòd priuilegium datum alicui ut habeatur pro ciue, intelligitur præterquam in oneribus. Sed nihilominùs contra prædicta, uidelicet q; imò dicta intitulatio ad patrimonij nihil operetur in hac materia, est glo. ordinar. in c. tuis. in uerbo, sustentari. de præbend. uolens, quòd de tali patrimonio teneatur soluere decimas. Et eam sequitur ibi do. Abb. & concludit etiam post eam illud, quod suprà dixi de alienatione, ut ibi latiùs per eum. ¶ Se-
11 cundò not. casum, in † quo maiorem prærogatiuam habet clericus in patrimonialibus, quàm in bonis ecclesiæ, uidelicet in iure patro. competente sibi ex patrimonio: nam illi non derogatur per literas Apostolicas non facientes de eo mentionem: secus in competente ratione ecclesiæ, secundum domi. Abb. in c. cùm uos. ff. de offic. ordin. & Imol. in c. dilectus. de offic. leg. & domi. Abb. in c. abbatem. post medium, infrà, de rescript. & in c. fin. de iure patronat. & est text. in cap. cùm dilectus. eod. tit. per quem dicit ibi domi. Abb. in iij. not. quòd in patrimonialibus clericus censetur laicus: & tetigi in tractat. meo. De iure patronat. incip. Sæpenumero. in uersic. amplia quintò. & faciunt, quæ dixi in c. quæ in ecclesiarum. suprà, eod. in uersic. tertia declaratio. ubi probatum fuit, quòd Papa non potest præiudicare clerico sine causa in patrimonialibus.
¶ In gloss. fin. ibi, sententia nulla inducitur. Hæc gloss.
12 per Scribentes hîc ad quæstionẽ quotidianã, utrum † sententia lata non uisis actis, uel sine causæ cognitione sit ipso iure nulla, an uerò irritanda? in quo passu omisso pro nunc ordine Scribentium & omni superfluitate truncata, procedam plenius & clariùs cæteris fortificando utranq; partem, demum concordando per limitationes, subiunctis nonnullis dictis ornantibus materiam. ¶ Et quòd prædicta sententia non sit ipso iure nulla, uidetur primò probari per text. in c. Bertol-dus. de re iudic. ante fin. ibi, quia causam non recepit sufficienter instructam. & ibi, sententiam ipsam duximus irritandam. & ibi dixit Innocẽ. in gloss. incip. no. sententiam. quòd hoc solùm sufficit ad cassationem sententiæ, uidelicet quòd iudex probationes condemnati non uiderit. Quæ uerba præsupponunt ualiditatem sententiæ, nisi cassetur: & sequitur formaliter Bald. in l. ab eo. uer. extrà quæro. C. quomodo & quando iudex. ¶ Secundò ad idem tex. in c. cùm ad sedem. infrà, de restitut. spolia. in uer. nos prioris acta iudicij rescindentes. ubi Papa irritat sententiam: motus in effectu, quia acta non examinauerat. Et illum text. no.

c. ecclesia sanctæ Mariæ.

uersi. non obstat. de præscript. & Card. in clem. fin. in princ. de censi. Et adde text. in c. quanquam. cum gloss. in uersicul. ipsarum. de censi. qui probat, quòd clericus sit priuilegiatus etiam in patrimonialibus & proprijs, per cap. similiter. xvj. quæst. j. & ibi gl. in uer. ecclesiæ. et gloss. & Abb. in d. cap. episcopus. alleg. in text. ubi dicit uerum, etiam si non habet beneficium. Sed quid in bonis cõmunibus cum fratre suo? dic, quòd sic, ut per Spec. in tit. de cle. coniug. in uer. quid si clericus.

Franc. Tigrini in l. properandum in princip. C. de iudi. dicens ibi probari, quòd talis sententia non est ipso iure nulla. ¶ Tertiò ad idem text. in c. cùm ex literis. ultra medium & ante finem, infrà, de in integ. restit. ibi, quando plenè de meritis causæ non uidebatur instructus, ubi aduersus sententiam latam non præcedente plena instructione causæ datur restitutio in integrum, quòd præsupponit eam ualere. Et ita illum text. ponderat ibi do. Abb. reprehendens allegantes eum pro parte contraria. ¶ Quartò ad idem text. hîc in verb. irritum reuocantes. ubi per sententiam irritatur sententia lata sine causæ cognitione, quod præsupponit ipsius ualiditatem. ¶ Quintò ad idem text. in leg. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. dum dicit, si non probauit, aut si probantem iudex non curauit, de ipso, aut de iudice conqueri debet. Vbi uidetur, quòd citra remedium appellationis & querelæ sententia lata non uisis iuribus partis non sit nulla. Et illum text. ponderat Bald. in c. j. §. item si uasallus. de controuer. inuer. sed nunquid tenet sententia. dicens sententiam latam non admissis probationibus non esse nullam. Et de text. meminit etiam Bal. ad hoc in l. prolatum. uersi. sed communiter dicimus. C. de sent. & interlo. om. iud. subdens illam l. argentarius. esse text. expressum in hac materia: & de ipsa meminit Bald. in l. mancipia. uersic. ex hoc iud. condemnari quendam. C. de ser. fugi. ¶ Sextò potest adduci text. in l. nec causas. C. de app. ponderando per locum à speciali, dum probat, quòd sententia principis lata sine causæ cognitione est nulla: & idem probatur in l. fin. in uerbo, cognitionaliter examinauerit. C. de legi. quem text. not. ibi Bald. in ij. not. & do. Abb. in c. cùm olim. de re iudic. & in c. j. de causa poss. & propri. Et ratio specialitatis in sententia principis posset esse, quia ab ea non appellatur, ut d. l. nec causas. & l. ff. à quibus appella. non licet. Ideo cessante ista ratione specialitatis in alijs uideretur sententia ualere, nisi per appellationem retractetur, arg. l. ius singulare. ff. de leg. cum simil. ¶ Septimò facit, quod not. Imol. post do. Anto. in c. cùm contingat. de rescrip. ubi dicit, quòd si † executor mixtus procedit leuato uelo nullatenus se informando, partes possunt appellare, & causa deuoluitur ad curiam. ¶ Octauò & ultimò pro hac parte sunt authoritates excellentium Doct. & ita tenet Angel. l. iudices. C. de iudi. dum dicit, quòd si iudex non uisis actis pronunciat, iustè ab eo appellatur. Idem tenet Bald. in l. is, apud quem. uersi. idem dico, quòd licet iudex. C. de eden. ubi dicit, quòd licet iudex non examinauerit acta, tamen sententia nõ est ipso iure nulla, licet iudex malè faciat pronunciando non uisis actis probatorijs. Allegl. si de meis. §. fin. ff. de arbit. Idem sentit Specul. in tit. de senten. prolat. §. quoniam. uersic. item oppone, quòd iudex. Idem tenet Innoc. in c. prudentiam. super uerbo, excommunicationis. infrà, de offic. delegat. in uersic. item nec obstat. ubi dicit, quòd si mandatur iudici aliàs habenti iurisdictionem, quòd si talis probauerit talem rem sibi deberi, condemnet Titium, & ipse condemnet eum, non probato debito, tenet sententia, quia contra ius litigatoris per c. cùm inter. de re iudic. & sic uult ualere sententiam omissis probationibus. Et eius dictum sæpe allegatur ad utilia proposita, ut per Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius, uel util. public. & in l. non dubium. C. de legi. & domi. Abb. in c. causam, quæ. infrà, de iudic. & Imol. in c. fin. infrà, de præbend. & do. Abb. in cap. cùm dilecta. infrà, tit. proxi. cum concord. Abb. in cap. cùm dilecta. infrà, tit. proxi. cum concord. aliàs posui in d. c. prudentiam. Et hanc partem tenuit etiam Paul. de Leaza. in clem. dispendiosam. de iudic. & in clem. pastoralis. de re iudic. & Lap. allegxxviij. incip. delegata causa. & Bald. in d. l. nec causas. & in l. petendæ. in princip. C. de rem. in integ. resti. per.

Et ibi dixit, quòd dilatio probatoria concessa sine causæ cognitione ualet: quia interlocutoria etiam iniusta transit in rem iudicatam, cap. cùm cessante. de appell. Et ista ultima ratio multùm uidetur facere pro hac parte: quia cùm iniquitas, seu iniustitia, quæ oritur ex præcipitatione sententiæ, sit contra ius litigatoris, & ipsa non habeat in se errorem iuris expressum, non uidetur nulla ipso iure, per d. cap. cùm inter. de re iudic. ¶ Sed in contrarium, quòd talis sententia sit ipso iure nulla[a], adduci potest primò ratio: quia sententia lata contra solitum ordinem iudiciorum, est eo ipso iure nulla. Probatur in c. ei, qui appell. §. diffinitiua. uersic. item si contra solitum. ij. q. vj. & facit gloss. xj. q. iij. in sum. Sed solutus est & necessarius ordo iudiciorum, quòd iudex cuncta rimetur, cap. iudicantem. xxiij. q. viij. & c. occidit Phinees hominem. xxiij. q. viij. Omittens autè causæ cognitionem, non dicitur percunctatus & rimari. Ergo sententia nulla. ¶ Secundò adducit: quia transactio & sententia æquiparantur, l. patris. C. de transactio. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. inde. c. j. de lit. contest. in vj. Sed authoritas prætoris interposita super transactione sine causæ cognitione est nulla, l. cùm hi. §. si prætor. in uerbo, nullius momenti. ff. de transact. quem text. summè not. Imo. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. Ergo idem dicendum in sententia. ¶ Tertiò uidetur text. in c. primates. ij. quæst. j. ubi text. loquens de sententia lata contra reum non uisis legitimis probationibus, dicit, irritam esse censemus. ¶ Quartò adducitur text. in clem. pastoralis. §. uerùm, quia. de re iudic. in uerbo, iudicantis præcipitatione est processum. iuncto uerbo, dicine ergo meruit sententia. Et ita tenet ibi Imol. per illum text. ¶ Quintò uidetur text. in l. ex stipulatione. ad fin. C. de senten. & interlo. om. iud. ibi, si nihil causa cognita secundum uoluntatem pronunciatum est, uox suadentis prælidis actionem tuam perimere, si quam habuisti, minimè potuit. Et per illum text. dicit ibi Bald. ad fin. quòd interlocutoria lata sine causæ cognitione est ipso iure nulla. ¶ Sextò uidetur text. in c. ad audientiam. infrà, de appel. ibi, sine causæ cognitione. & ibi, denuncies non tenere. ¶ Septimò facit tex. in authen. quomodo opor. episcopos. §. oportet. in uerbo, pro nihilo. & ibi Angel. in j. not. dicit hîc non uideri textum apertum, quòd iudex, qui pronunciat non discussis exceptionibus, & ipsis non receptis, cùm debent recipi, punitur: & sententia lata per eum, est nulla. ¶ Octauò hanc partem tenet domi. Antonius, post Ioan. Andr. in repetit. c. nostra. de coha. cle. & mu. & Bartol. in l. ij. in princip. ff. de iudic. & in l. quòd si iussit. ad fin. ibi, probo per rationem. ff. de re iudic. & l. ij. uersic. tertio modo legitur. C. de eden. & in l. properandum. §. & siquidem. in princip. C. de re iudic. & domi. Anto. & Imol. hîc post multa, & domi. Anto. post Innocent. in cap. post electionem. in xj. alleg. de concess. præbend. & Imol. in clement. dispendiosam. uersicul. quæro, an sententia. de iudic. & ibi domi. Cardi. uersic. oppono ad hoc de cap. nos. & hîc, & Innocen. in cap. tua. ante fin. uersic. sicut enim in alijs causis. de cohabita. cle. & mu. & Bartol. in extrauag. ad repri. in uerbo, summariè. post princip. & finem, & Specul. in titul. de offic. iudic. §. postremò, uersic. secundò uidendum. & Petr. de Ancha. consil. ccl. incip. In causa & quæstione. quæ uertitur inter nobilem uirum domi. Robertum Mauorescenum. & gloss. ij. quæst. j. in summa, & gloss. & ibi Ioan. de Fan. in capitul. primates. eadem causa & quæstione, & Imol. in cap. ad audientiam, in ult. nota. ¶ Nonò ad hanc partem est uulgata & ordinaria decisio

a *Nulla] Ad qđ adde idem tenentem do. Soci. suo consil. cl. incip. Præstãtissime doc. uer. primò, quia tale iuramentum. in ij. parte.*

cisio Bar. in l. prolatam. in fin. C. de senten. ubi dicit per
14 illum tex. quòd † si ex breuitate temporis præsumitur,
15 quòd iudex non potuit instrui, sententia est nulla, tanquam lata subitò contra l. ij. in uerbo, non subditos. C. de sentẽ. ex breuic. reci. & sine causæ cognitione, contra d. l. ex stipulatione. & dicit optimè facere c. cùm ex literis. de restitut. in integ. & licet text. potiùs probet contrarium, secundum Abb. ibi, de quo memini suprà, tamen ipse sequitur istam decisionem cum temperamento: de quo dicetur infrà. in ij. limitatione. Et istud dictum Bartol. sequitur etiam domi. Anto. in locis suprà allegatis. & domi. Anto. domi. Abb. & Imol. in c. ij. infrà, de re iudic. ita temperantes illum text. & Pet. de Ancha. in c. fi. in fi. de re iudic. in vj. & in regula, ea, quæ. de reg. iur. in vj. Cal. in tit. de iudic. consil. ult. & Imol. in c. in præsentia. uer. quid autem, si agetur. de renun. in vj. & Pet. de Ancha. consi. xxxvj. incip. Visa quadam petitione. & consil. clxxxiiij. incip. Visis consilijs. & bene facit gl. in l. sed & si per prætorem. §. quoties. in uersi. unius dici. ibi, aliàs, quomodo in una die. ff. ex quib. cau. ma. & tex. in l. si finita. §. non autem statim. in uerb. interuallum aliquod debeat intercedere. ff. de dã. infe. & quod not. Angel. in l. ij. §. si dubitetur. per illum text. in fin. ff. de iudic. & text. in l. si ita fuerit. in uerbo, præcipiti festinatione. ff. de ma. test. ¶ Decimò ad hanc partem est alia solennis decisio Bart. in l. multum. post medium, uer. item facit. ff. de cond. & demon. ubi dicit, quòd si iudex pronunciauit cõtra aliquem, tanquam contra contumacem, cùm ipsius contumàcia non esset iudici nota, licet in ueritate contumax esset, nõ ualebit processus, quia iudex ignorabat illud principale, propter quod pronunciat, & ius pronunciandi. Allegat Innoc. in c. cùm contingat. super uerbo, iustè. de offic. deleg. pro quo dicit esse text. in l. hæc autem. §. j. in uerbo, constare liquereq; prætori. ff. ex qui. caus. in pos. ea. Et ibi etiam Bart. hoc repetit, dicens, se ita respondisse super quodam processu facto per generalem ducatus Spoleti. Et idem dicit Barto. in l. si finita. §. Iulianus. uersic. quæro, utrùm ista contumacia. ff. de dam. infec. & in l. quæsitum. ff. de re iudic. & in l. ij. C. de eden. ¶ Et hanc theoricam Bart. multùm cõmendat do. Ab. in c. quoniã contra. uersi. tertiò no. ex gl. de proba. & in c. ad nostram. el ij. de iureiur. & in c. cùm ex officij. de præscript. & ibi Bal. in fin. & do. Ab. in c. fi. de foro compet. & in clem. præsenti. de censi. & in c. P. & G. in fin. de offi. deleg. & do. Ant. in c. cùm dilecti. uer. ultimò aduerte. de dolo & contu. & in c. cùm dilecti. de elec. & Imo. in c. ex tenore. de foro compet. & Cal. in tit. de dilat. consil. ult. & do. Card. & Pet. de Ancha. in clemen. ij. in fin. ut lit. penden. & domi. Card. in c. fin. de eo, qui mit. in pos. & not. Bald. in l. generaliter. §. his de præsentibus. in fi. C. de rebus creditis. & in authen. matri & auiæ. C. quando mu. tu. offic. fun. potest. & in cap. eum, qui res. C. de procura. & in l. cessante. in fin. C. quomodo & quando iudex. & in l. ij. C. de sportul. & Bart. Imol. & Ro. in l. sed si de sua. §. cùm autem. ff. de acquir. hæred. & Paul. de Cast. in cap. ij. de offic. deleg. ibi, bona gloss. in uerbo, ostenderit. & ibi domi. Abb. in fin. principij: facit c. ex parte Astensis. de concess. præbend. & quod ibi not. do. Abb. uersic. ex hoc not. & ibi gloss. optima in c. sæpe. in
16 uerbo, peremptoriæ. in fin. de appella. quam notat ibi solus Bal. & in l. falsus. uersi. item dubitatur de iudice. C. de furt. Et ibi in uerbis præcedentibus uidetur Bal. hoc limitare, nisi aliquo modo constaret per indicia de contumacia citati. Allegat not. in cap. uenerabilibus. §. secus. de senten. excom. in vj. & sequitur Ludoui. Ro. in l. sed si de sua. præalleg. Limitat etiam Bald. in dicta authen. matri. ut non procedant in actibus uoluntariæ iurisdictionis: & dat exemplum, de quo ibi. ¶ Vndecimò pro hac parte est consi. Petr. de Anchar.

xxix. quod incipit, Visis diligenter actis & actitatis. ubi consuluit, quòd † decretum interpositum à iudice sine causæ cognitione est ipso iure nullum. Alleg. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. & Bart. in d. l. prolatam. & alia, de quibus ibi per eum: pro quo etiam uide Pau. de Cast. consi. lxxxix. inci. In Christi, etc. super eo, quod quæritur. ubi plus uoluit, quòd si notarius rogatus de interpositione decreti, scribat interuenisse causę cognitionem, non creditur sibi: quia illa diligens inuestigatio, quam requirit causæ cognitio, non potuit fieri tempore instrumenti confecti, sed requirebatur temporis interuallum. Ideo de ea non potuit tunc notarius esse rogatus, iuxta not. per gloss. & Bartol. in l. j. C. de fid. instru. lib. x. & Bartol. in l. si Stichum. ff. de uerb. olig. & est doctrina Innocen. licet ipse non dicat, in c. quoniam contra. de prob. cum concor. quas aliàs ibi dedi. Subdit etiam Pau. quòd imò si essent uerba iudicis, non crederetur sibi, cùm esset in sua potestate omittere causæ cognitionem. Ideo uerba enunciatiua non probant, ut per Bart. in l. si fortè. ff. de castren. pecu. cum concord. Debuit ergo de causæ cognitione & debita inuestigatione fieri scriptura de per se diuersa ab eo, super quo interponitur decretum, secundum eum dicentem hanc esse partem Spec. in tit. de procur. §. j. uersi. quid si solùm per libellum. Et adde hîc Bal. & Sali. in l. j. C. si aduer. dona. ubi dicunt, quòd decretum interpo-
a situm causa non cognita est nullum[a], maximè quando continet aliquam renunciationem, uel repudiationem, uel alienationem. Quod est perpetuò menti tenendum, secundum Ang. de Are. in §. tripli. Insti. de actio. licet prædicta consilia non alleget. ¶ Duodecimò est alia decisio Bald. in l. captatorias. uer. tertiò quæro. C. de testamẽ. mili. ubi dixit, testator cõmisit declarationem certorum debitorum Seio, qui declarauit indiscussè & præcipitanter, quòd deberent restitui Caio, tanquam ab eo fuerint illa debita extorta, an ualeat talis declaratio? Et refert Bart. consuluisse, q̃ non: quia non est secutus formam boni uiri. Allegat l. Thais ancilla. §. fororem. ff. de fideic. libe. Et aliquid debet ei constare requisito hærede, per l. ciuitatum legati. ff. de usufr. lega. Et hoc dictum sequit Io. de Ana. in c. cùm sit. in fi. de Iudeis. & Ludo. in repeti. rubricæ ff. de arbit. & ibi etiam allegat do. Ant. in c. si pro debilitate. de offic. deleg. q̃ sententia lata ad consilium sapientis præcipitatum, est nulla, licet hoc non dicat do. Anto. in libro meo, nec in aliquo ex multis, quos uolui uidere. ¶ Decimotertiò & ultimò ad idem facit decisio Bal. in c. j. ad fi. de inuest. in ma. fac. ubi dicit, q̃ si † arbitrator laudauit ex
16 abrupto, arbitramentum est nullum: & ita dicit fuisse pronunciatũ. Et hoc dictum sequitur Abb. in d. c. Quintauallis. de iureiur. & do. Car. cõsi. cxliiij. incip. In Christi nomine: magister Bartolomeus de Mainentis conduxit cõmuni Ferrariæ, etc. Pro quo etiã uide Bald. in d. l. prolatam. quem multùm sequit Lud. in l. sciendũ. & in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. oblig. & in d. rub.

a *Est nullum] Quando autè decreta, primum & secundũ, dicantur nulla, & quando iudex possit illa reuocare, uide nota biliter per domi. Soci. consilio suo xviij. incip. prosequendo ordinẽ. uersic. & posito, quòd. cum uersic. sequ. & uersic. & sic etiã sequitur. in j. parte. Sed nunquid, quando decretum est ipso iure nullũ, sit necessariũ aliquod iudicij nullitatis intentare? dic, q̃ non: quia lex hoc facit: non enim opus est hoc à iudice petere, sed sufficit in iudicio ius suũ deducere: etsi opponatur de sententia, uel decreto replicare de nullitate. Ita per eundẽ Soci. habes in d. consi. & uer. primò, quia ex quo. quod est nota. pro modo practicãdi. Et q̃ decretũ sine causæ cognitione sit nullum, adde Doc. et Alex. in l. bonorum. C. qui admit. et Federic. de Se. suo consilio cxxxvij. et consil. cxxxviij.*

Ad idem, quod notat Pet. de Ancha. consil. cxciiij. inci. Prædictis subtiliter. in princip. ubi dixit, quòd absolutio à iuramento præstita, nō præmissa causæ cognitione, est nulla [a]. Alleg. not. hîc, & in d. l. prolatam. Ad idem, quod not. Lud. Ro. in l. j. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. uer. hanc autem opi. ubi dicit, quòd sententia lata secundū consiliū sapientis à iudice nō lectum, est nulla. Nō. Bald. in l. j. C. senten. ex breuic. recī. Et similiter dicit Bal. in l. tribunus. §. aliquis. ff. de testī. mīti. q̄ licet episcopus confirmet unū ex gestis per suum uicarium, non per hoc uidetur alia reprobare, iuxta c. nōne. de præsumpt. quando alia non legit, neq̄ examinat. Ad idem, quod not. Angel. in l. si ab arbitro. §. j. ff. qui satisd. cog. ubi dicit, non ualere capturam, quam iudex decreuit contra allegatū suspectum de fuga, nisi saltem summariè cognouerit de qualitate personæ capiendæ, ponderando ea, de quibus per eum ibi, & in sua repetit. l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. x. Ad idem, quod not. Federic. consil. cclj. incip. Casus talis est: Iacobus de Cremona iudex collateralis. ubi consuluit, quòd præceptum factum iudici seculari per ecclesiasticum sine causæ cognitione, est nullum. Ad idem, quod no. Bald. in Spec. in tit. de appel. uer. no. quòd iudex. ubi dicit, quòd si iudex appellationis tulit sententiam non uisis actis primi iudicis, sententia est nulla: & idem, si acta non fuerunt coram eo producta. Alleg. gloss. & Bart. in d. l. ij. C. de eden. Ad idem, quod not. Ludo. consil. cccclviij. quod incip. In re præsenti, iiij. etc. ad fin. ubi dicit, quòd missio in pos. ex secundo decreto sine causæ cognitione est nulla. Ex quibus omnibus apparēre potest, quòd licet passus iste sit disputabilis, tamē hæc secunda pars sustentabilior & cōmunior uidetur,
17 uidelicet † quòd sententia lata sine causæ cognitione ipso iure nulla: & sic non transeat in rem iudicatam. ¶ Nec obstat ultima ratio pro parte contraria, quòd talis sententia sit contra ius litigatoris: quia talis sententia est etiam contra ius scriptum disponens talem sententiam nullam esse, ut est in iuribus prælegatis. ¶ Sed hanc conclusionem possumus limitare sex modis, per quos adducta in contrarium pro maiori parte
18 saluantur. Limita igitur primò, ubi † iudex uidisset saltem iura unius partis, & alia pars fuisset negligens in producendo iura sua: quia sententia tenet, secundū Ioā. de Fan. & Domi. in c. primates. ij. q. j. Domi. c. causa & quæstio. in sum. uersic. crederem sic posse distingui. & Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. & bene probatur in c. prout. de do. & contu. & in c. suborta. de reiudic. ubi ualet sententia non uisis actis partis contraria eis. Et ideo dicit Bald. in d. l. prolatam. quòd ubi iudex noluit recipere aliquas probationes, sententia est ipso iure nulla. Allegat gl. hîc. ¶ Secundò limita,
19 nisi † sententia lata esset adhibito interuallo temporis aliquali, sed tamen minori, quàm exigat materia: quia tunc sententia non est nulla, sed habet in se aliqualem præsumptionem causæ cognitæ. Et ita procedit text. in d. c. cùm ex literis. quem ita declarat ibi do. Abb. multùm notans ipsum in uersic. non plenè. Ex quo infert, dictum Bart. in d. l. prolatam. procedere, quando apparet iudicem fuisse prorsus ignarum de meritis causæ: & hoc attenta maxima temporis breuitate. Et pro hoc etiā facit. text. quī sic potest intelligi, in d. c. cū Bertoldus. in uer. sufficienter. quem ita intelligit Lud. in l. sciendū. ff. de uer. obl. Ad idem uide etiam, quod not. do. Abb. in c. afferte, de præsumpt. ubi dicit, quòd gl. hîc, & dictū Bart. in l. prolatam. debent intelligi, quando nihil fuit agitatum in causa: secus, ubi fuit agitatum, licet nullæ probationes factæ fuerint: quia poterat iudex moueri ex aliquibus præsumptionibus, quas ipse solus elicuit iudicio intellectus, ut ibi bene probatur. Vnde imputatur parti nō appellanti, secundū eum, qui consuluit iudici, ut faciat scribi in actis præsumptionē, per quam se mouit, ut iudex ad quem, cui adhuc non constat, sententiam retractet, iuxta no. per Inn. in c. quoniā contra. de proba. dum dicit, cautū esse, ut iudex faciat scribi in actis ruborem, uel pallorem testium. Ad quod uide etiam Ang. in l. Lucius. ff. de infa. & dicit Ab. post Host. in c. cùm contingat. de officio deleg. & quod dixi in c. quoniam contra. Et hanc limitationem ponit hîc Ab. in repet. per d. c. afferte. ad quod uide Paul. de Cast. in l. sciant cuncti. C. de probat. ¶ Tertiò limita, nisi † feratur sententia super facto notorio: quia tenet, licet fuerit omissa solita causæ cognitio, secundum do. Abb. hîc in repet. & in c. ad nostram. de iureiur. per tex. gloss. & Bart. in l. ictus fustium. ff. de his, qui no. infa. ubi probatur secundū unam lec. q̄ non requiritur in notoriis causæ cognitio: imò nec solēnitas sententiæ, sed sufficit præceptum. Ad idem, quod no. Bar. in l. ij. §. de frumentaria. ff. de admi. re. ad ciui. perti. ubi dixit, quòd ualet sententia lata parte absente & non citata, quando constat nullam defensionem parti competere. Quod dictum multum sequitur do. Abb. in c. ex insinuatione. quasi in fi. de ap. & in c. j. de causa pos. & in c. cùm olim. de re iudic. & in multis aliis locis. Adde etiam hîc tex. in authen. si quis. C. de adult. ibi, nulla ratione quæsita habent puniendi licentiam. & in l. diui fratres. §. j. ibi, & euidentes probationes. ff. de lib. cau. & qd' ibi no. Benedictus de Plum. Et hinc est, q̄ si iudici aliquid constat per confessionem partis, non curatur de ineptitudine processus, ut probatur in c. j. & ij. de accusa. in vj. Not. Bal. in l. si confessus. ff. de custo. reo. & Inn. in c. qualiter. ij. cum concord. infrà, de accusa. & ibi aliàs declarauī. An autem aliqualis ordo requiratur in notorio, dic, ut per Innoc. in c. tua. ad fin. de cohab. cle. & mul. & in d. c. ad nostram. cum simil. Et adde præcedenti limitationi id, quod scribit do. Card. in d. consil. cxliiij. ubi dicit, q̄ arbitramentum latum sine debita causæ cognitione non est nullum, quando tempus decursum inter diem compromissi & laudum non est adeo breue, quin potuerit adhiberi aliqua cognitio. Alleg. d. c. cū ex literis. Secus, si præcedit ex abrupto, & dicit esse diligendum Bal. in c. j. de inuesti. in ma. fac. alleg. suprà, in uersic. xij.
21 ¶ Quartò limita, nisi † sententia lata sit sine causæ cognitione parte præsente, & non reclamante: quia tunc ualeret, & uideretur parti imputandum, cùm non reclamauerit, secundum do. Ant. & Imo. in c. quoniā contra. de prob. per id, quod in simili no. Bar. in authen. si quis in aliquo. ad fi. C. de eden. dum dixit, quòd si sententia enuncians lit. contest. iuramentum calumniæ, & alia, lata fuit partibus præsentibus, & nō contrà dicētibus, probantur illa acta præcessisse, per l. j. C. de relat. ubi etiam idem dixit Bart. & idem Bar. in l. acta. in princip. ff. de re iudic. & in l. fi. ff. quando app. sit. & Bald. & Sali. in l. emancipatione. C. de fid. instru. & Ang. in l. hi, qui ad ciuilia. in fin. C. de appella. & Bald. in l. ex his. C. de testa. milī. & Lud. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquir. hære. cum concord quas aliàs dedi in d. c. quoniam. in v. conclusione. Et hanc limitationem firmat etiam Lap. alleg. xxviij. quæ incipit, delegata causa. & domi. meus auditor Rotæ in suo Repertorio in uer. scientia. ¶ Sed de ista limitatione potest dubitari ex his, quæ dixi in d. c. quoniam contra. post Lud. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. & Rapha. Cu. in l. fin. ff. quando app. sit. quia pars tacens non uidetur sibi præiudicare, cùm sciat ius suum saluum durare, l. sicut. §. non uidetur. ff. quib.

quib. mo. pig. uel hyp. sol. Ex quo omissio cognitionis causæ reddit sententiam nullam. Non obstat dictum Bart. in d. authen. si quis. cum concord, quia licet præsente parte & non reclamante præsumantur acta intercessisse, non tamen præsumitur causæ cognitio, ex quo constat contrarium propter breuitatem temporis, ut
22 per Ang. in d. l. prolatam. ¶ Quintò limita, ut † ista intelligantur in sententia condemnatoria: secus in absolutoria: quia illa non requirit probationem, sed sufficit præsumptio iuris, quæ est pro reo. Nam absolui debet actore non probante, l. qui accusare. C. de eden. Ita limitat Bald. in l. licet. C. de iudi. Quod dictum intelligerem in absolutione ab obseruatione iudicij, non in absolutione à diffinitiua, per id, quod not. Bart. & omnes in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. Nam ubi actor se absentauit, non datis dilationibus ad probandum, nō potest dici liquere de causa, secundum ipsos: secus, ubi essent datæ dilationes ad probandum, & actor se absentasset: nam tunc potest absolui reus diffinitiuè, ut ibi dicit, & per eos in c. prout. de do. & contu. Et idem est, ubi terminus esset præfixus
24 expeditioni causæ de consensu partium: nam ille terminus habetur in termini dati ad probandum, secundum Innoc. in c. super eo. lo ij. de appel. Spec. de sent. prolat. §. nunc uidendum. uersic. illud. & Bart. in l. si de meis. §. fin. ff. de arbi. & plenius Ludo. in l. admonendi. ff. de iureiur. cum concor. Item ista limitatio non procederet in casibus, in quibus non procedit regula. d. l. qui accusare. quos enumerauit ibi Bart. Bald. & alij, & gloss. magistra. in c. ut nostrum. infrà, de eccle. benefi. & Pe. Insti. de proba. §. probare. uer. nunc ad propositum. cum sequ. ¶ Limita sextò & declara aduertenter præ-
23 dictam conclusionem, ut † procedat, quando constat non fuisse cognitum de causa: quia de hoc euidenter denotatur temporis breuitas. Item ubi hoc non curreret, sed appareret, quòd non uidit acta, uel probationes alterius partis: quia tunc apparet, quòd fuit lata sententia sine causæ cognitione. Ergo nulla, per prædicta, sm quod infrà dicetur. Sed ubi lata esset sententia etiā condemnatoria nullis datis dilationibus ad probandum, talis sententia transit in rem iudicatam, sm Bart. in d. l. prolatam. & do. Anto. hîc posit multa: quia licet dilationes ad probandum sint de iustitia, tamen nō sunt de ordine substantiali. Hinc est, q̄ si omittant, aut nimis abbreuientur, est proditum remedium appellationis nullitatis, c. j. infrà, de dila. ¶ Nec excusatur, quòd non probauit, ex eo quia non fuit sibi assignata dilatio: quia probationes fieri possunt nulla data dilatione ad probandum, l. in crimine. & ibi Bartol. ff. de adult. Nec obst. q̄ non uideatur de causa liquere: quia sola assertione partium potuit de causa liquere, l. fi. C. si per uim, uel alio modo. & ubi pars est citata, uel præsens, & audit, satis dicitur de causa cognitum, ut est tex. not. in l. in causæ. la j. §. causa. ff. de mino. & sentit Inn. in c. præterea. in gloss. ij. de dila. & dilationes debent peti à partibus, l. à procedente. in uer. postulari. C. de dilat. & iudex non impertitur officium nō petitum, l. iiij. §. hoc autem iud. ff. de dam. infec. Et istud est tenendum per prædicta & statim dicenda, licet aliud dicant hîc domi. Abb. & Imol. & Bal. in l. pen. C. si aduer. rem iudic. & in
25 d. l. prolatam. Nec obstat quod not. Inn. in c. tua. de cohabita. cleri. & mulie. quia non loquitur in dilationibus, sed quando absq̄ causę cognitione processum est. Fortiùs concludere uidentur do. Ant. & Imo. hîc, quòd si dilatio fuit petita & denegata & oblata defensio, & non admissa: sed tamē sententia est lata præsente parte, uel citata, non est nulla, ex quo est lata causa cognita, d. §. causa cognita. Et ita allegant Bartol. in d. l. prolatam. & idem uult hîc domi. Abb. in repe. per id, quod not. Innocent. in c. post electionem. de concess. præben,
26 & bene facit text. in cap. dilectus filius. & in c. ex parte. infrà, tit. proxi. ubi licet pars proponat exceptiones & defensiones suas, & iudex non admittat, debet appellari: quia hoc est contra ius partis: & si non appellaretur, ualeret sententia. Facit cle. cùm à repulsione. de appella. & ibi uide Pet. de Ancha. Pro hoc etiam text. in c. constitutus. iij. infrà, de testi. ubi si reus etiam per uiolentiam sit expulsus, & non pateat sibi aditus ad iudicem, & non sit admissus ad probandum, ualet sententia, nisi appelletur. Et ad hoc illum tex. no. ibi Bal. & Imo. Idem uidetur etiam, ubi pars obtinuit probationes incontinenti, ut singulariter probatur in c. interposita. de appella. in princip. Et est imputandum non appellanti, cùm possit iudex, ubi sibi uidetur, audientiam denegare, l. sed si per prætorē. §. sed si cùm desiero. ff. ex quib. cau. ma. Et secundum hoc declara, quæ dixi in iiij. limitat. ut intelligatur, quando constat de causæ non fuisse cognitum ex coniecturis prædictis. Sed ubi hoc nō constet, procedunt proximè dicta. ¶ Similiter & fortiùs uidentur concludere domi. Ant. & Domi. hîc
post Cal. quòd † sententia condemnatoria lata nullis factis probationibus, teneat: & idem Bar. & Bald. in d. l. prolatam. per text. in d. l. argentarius. §. cùm autem. in uerbo, si non probauit. Idem tenet Bal. in l. pe. uersic. considera ergo. C. si aduersus rem iudi. & hîc: quia media causæ, & sic probationes, non sunt de ordine substantiali, licet sint de iustitia. Et pro hoc optimè facit à fortiori d. c. interposita. inducendo, ut suprà, & imputatur non appellanti, l. ij. C. si sæpius in integ. resti. fue. post. Et istud est substantiale, per tex. hîc in uerbo, reuocantes. & sentit Inn. in cap. cùm Bertoldus. de re iudic. in loco allegato in princip. huius artic. licet gloss. domi. Card. & Imol. hîc, & gloss. ij. quæst. j. in Summa, & in d. l. prolatam. aliud teneant: nec pro eis facit cap. cùm Bertoldus. quia dicit irritandam. Item iudex uidit ibi aliquas probationes: nec etiam facit cap. primates. ij. quæst. j. quia licet dicat Irritandam, tamen dicit Iniustam & retractandam, ita quòd uerbum Irritam, intelligitur, id est Irritandam. Igitur non est nulla. Et pro prædictis etiam facit, quod not. Bald. in l. ij. C. de eden. ubi dicit, quòd istud, quod dicitur sententiam esse nullam, si iudex non uidit acta, intelligitur de actis, per quæ substantiatur iudicium, putà, non uisa libello, non uisa lit. contest. secus in actis probatoriis. Nam licet iudex ea nō examinauerit, propter hoc sententia non est nulla, licet iudex malè faciat nō uisis actis probatoriis, l. si de meis. §. fin. ff. de arbit. Nam per probationes non substantiatur iudicium, secundum Bal. firmantem, quæ proximè dicta sunt: & secundum hæc uerba Bald. intellige gloss. in §. suscepto. in uerbo, contestatio. circa medium, in authen. de exhib. reis. dum dicit, non ualere sententiam non præcedente litis contest. & probationibus: & sic copulatiuè loquitur. Et hanc secundam limitationem firmant latè Moder. in repetit. cap. dilecto. infrà, de appella. illud non deponentes in isto passu.

¶ EXPEDITIS istis limitationibus, per quas adducta prò & contrà possunt satis cōmodè concordari, superest colligere undecim notanda facientia ad ornatum huius materiæ. ¶ Et primò no. quòd † missus in
25 possessionem inordinatè & sine causę
4 cognitione non facit fructus suos [a], secundum Innocen. in cap. consultationibus. post princip. infrà, de iurepatronat. & sequitur Bald. in l. ij. de ser. & aqua. & idem not. Ludouī. in d. consil. cccclviij. ad fin. non allegando Inno. sed alia iura. Et bene facit consil. Pet. de Anch. cxxvij. incip. Satis inad-

[a] *Suos*] *Adde Bartol. & Alexandrum. plenè post gloss. in leg. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæred. & gloss. in leg. si fur. §. j. ff. de usucap. & Bald. in l. j. C. de*

[a] *Est nulla*] *Facit, quod habetur per do. Soci. suo consil. cxv. incip. circa primā quæstionē uersi. præterea not. tertiò, quòd Papa absolutionem à iuramento, non probata læsione, concedere nō potest: & adde Bal. in l. fi. in j. col. in uer. consulunt tamen Doc. C. de non mu. pecu.*

c. ecclesia sanctæ Mariæ.

ſ. C. de his, qui. ut indig. & omnino per Alex. conſil. xx. in iiij. parte, et conſil. cij. eadem parte. Sed nũquid ſi quis uirtute iniuſti decreti poſſeſſionẽ ingrediatur, poterit accuſari et puniri de ui lucra tiua? Dic, q. ſic, ut per domi. Soc. ſuo conſil. xviij. incip. Proſequendo ordinem. uerſi. ut de actibus iudicialibus. circa med. in j. parte, & conſil. clviij. incip. Viſis proceſſu ſentẽtijs. uerſic. primus caſus eſt, quando cũ duobus. uerſi. ſeq. in ij. parte.

Diſpenſare] Adde Bartol. in l. Barbarius. ff. de offic. præto.

epiſcopus non poſſet ſtatuere, quòd liceret pronunciare ſine cauſæ cognitione ſecundum Bald. in repet. l. ij. uer. ſed quid de conſtitutione epiſcopali. ff. de iureiur. Alleg. Ioan. An. in c. fin. de app. in vj. pro quo facit, quia cauſæ cognitio eſt de iure diuino, ſecundum do. Abb. in c. j. de cauſa poſ. & propri. 27 ¶ Tertiò not. quòd † diſpenſatio inferioris à Papa ſine cauſæ cognitione non ualet, nõ ſolùm, ſi fit ex ordinaria poteſtate, ſed etiã ex ſimplici indulto Papæ, qui contra ius cõmune põt ſine a cauſa diſpenſare [a], iuxta no. in c. quæ in eccleſiarum. ſ. eo. Ita dicit Inn. in c. cùm ad monaſterium. in fin. gl. incip. niſi ex cauſa. j. de ſta. mo. & in c. dudũ. uerſic. idem, & ſi Papa mandat. de elec. & in c. ueniens. poſt princi. infrà, de fi. presby. & not. do. Abb. in c. præterea. el ij. de teſti. cog. & Bal. in l. ſi teſtamentum. poſt princip. C. de teſta. & Imo. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & in c. j. de conſt. & in c. de multa. infrà, de præbend. & do. Ab. in c. at ſi clerici. ſ. de adulteriſs. de iudi. & Io. de Ana. in c. fin. de ſymo. facit gloſſ. ſ. in fin. c. j. ſi quis ſine examinatione. lxxxj. diſt. 28 cum concord. ¶ Quarto not. quòd † ea, quæ dicta ſunt de ſententia diffinitiua, uidentur procedere etiam in interlocutoria. Et ita not. Bald. in l. ex ſtipulatione. per illum text. C. de ſent. & Bart. in l. fin. per illum tex. in uer. cauſa cognita. ff. de fer. & in l. à procedente. C. de dila. per illum text. in uerbo, non aliàs ſine cauſa cognita. facit, quod not. Inno. c. cùm ueniſſent. in gloſſ. & malè: quia lite pendente, infrà, de reſti. in integ. dicens, quòd præceptum ſine cauſæ cognitione non tranſit in rem iudicatam & neceſſitatem: & ſequitur ibi dom. Abb. & not. Paul. de Caſt. conſil. xxxix. & Lud. Roma. in l. de 30 pupillo. ſ. meminiſſe. ff. de oper. no. nun. & domi. Abb. in cap. conſanguinei. ad fin. de reiud. & domi. Abb. in cap. ex parte. primò, propter gloſſ. fin. ibi, infrà, de uerbor. ſignific. & Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſis. Sed contra iſtud non uidetur tenere Bald. in l. penul. in princip. C. de temp. in integ. reſtit. pet. dicens, ſe credere, quòd dilatio conceſſa ſine cauſæ cognitione ualet: quia eſt interlocutoria. Facit text. in l. j. in fin. ff. de conſtitut. prin. ibi, uel de plano interlocutus eſt. & in c. interpoſita. in princip. infrà, de appell. ubi ſi iudex apposita exceptione incontinenti eam reiecit, nec admiſit probare uolentem, ualet ſententia, ſi non appelletur. Facit, quod notat Bartol. in c. j. de dilationib. ubi dicit, quòd in proceſſibus arbitrariſs, prout eſt in dilationibus, non habet locum l. prolatam. ſæpe allegata. Et ita dicit eſſe caſum ſingularem & menti tenendum in dicto cap. j. ubi eſt neceſſe appellare. Vnde prima facie crederem ita concludendum in iſta quæſtione, prout concluditur in alia: uidelicet quando quæritur, utrùm ad interlocutoriã ſit neceſſaria citatio: de qua remitto pro nunc ad Innocent. in c. querelam. ad fi. in c. auditis. 31 de procurat. & ibi per domi. Antoni. Imol. & Abba. & Bald. in l. nec quicquam. ſ. ubi decretum. ff. de offi/cio proconſul. & Ludo. in l. ſi poſt. ff. de operis noui 32 nuncia. & in l. j. ff. de arbitr. cum concord. infinitis, in quibus uidetur communiter dici, quòd ſi interlocutoria ſit magni præiudicij, requiritur citatio, per cap. j. de cauſa poſ. & proprie. & c. inter quatuor. de maio. & obe. & l. nam ita diuus. ff. de adopt. cum ſimilibus: ſecus, ſi eſt parui præiudicij, uel nullius, per textum optimum in l. ille, à quo. in princip. ff. ad Trebel. de quo facit ibi feſtum Angel. ¶ Et de præcepto facto ſine cauſæ cognitione [b], dic, ut per Bartol. & Imol. b late in l. filiusfamiliãs. ſ. diui. ff. de leg. j. per Bald. in l. quoties. C. de fideicom. per Bartol. Angel. & Imol. in l. publicorum. de public. iudic. per Ioã. And. in Specul. in titulo, de iurisdict. omni. iudic. in fin. & de ſenten. prola. ſ. ſpecies. uerſi. ſed nunquid iudex. & Imo. in cap. conſtitutus. de fideiuſſo. cum concord. 29 ¶ Quintò nota, quòd † ſicut omiſſio ordinis iudiciarij in cauſis ordinarijs reddit proceſſum nullum, d. l. prolatam. cum concord. ita omiſſio ordinis qualiſqualis in extra ordinarijs. Ita Pet. de Ancha. conſil. clxiij. incip. Viſis diligenter omnibus, de quibus ſuprà fit mentio. ita dicens ſentire Innocen. ſubtiliter in c. tua. ad fin. de coha. cleric. & mul. dum dicit, quòd *in notorijs*, & ſi non omnis, tamen aliquis ordo ſeruandus eſt. Et ita dicit Petr. de Ancha. ſe dixiſſe in c. j. de officio deleg. Et per illa uerba Innocent. dixit in propoſito Bal. in l. ius alimentorum. ff. ubi pupil. educ. deb. quòd decretum iudicis, uel mandatum factum ſine cauſæ cognitione nõ habetur pro nuda citatione. Ad idem, quod not. Imol. in l. fin. ff. de lib. & poſth. ubi dicit per illum text. quòd libellus ineptus uitiat iudicium, *in quo proceditur ſine figura iudicij*. Quod limita, niſi ex narratione poſſet comprehendi intentio actoris, ſecundum Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uer. figura. uerſi. & aduertendum, quòd illa petitio. & facit gloſſ. in l. uinum. cum concord. ff. ſi certum pet. Et hîc adde Bald. in c. quoniam contra. de probatio. ubi declarat, quando in cauſis breuibus requiratur aliqualis fides actitatorum, diſtinguendo, an pars ſit præſens, an non: & notabiliter loquitur ad intellectum eorum, quæ not. Bartol. in authen. niſi breuiores. C. de ſenten. ex breuic. reci. ¶ Sextò not. quòd † licet ſpoliatus à iudice non ſit ante omnia reſtituendus, cùm pro eius authoritate præſumatur, iuxta gloſſ. ordinar. & Arhid. in cap. præſentium. vij. quæſt. j. & per Hoſtienſ. in Summa, de reſtit. ſpol. ſ. quando facienda. in princip. & Arhid. in c. quorundam. lxxiiij. diſt. & in c. hoc quippe. iij. quæſt. vj. & omnes in c. conquerente. de reſtit. ſpol. & domi. Ant. & Imol. in c. ex inſinuatione. de procur. cum concor. tamen ſi iudex aliquem ſpoliauit ſine cauſæ cognitione, ille ante omnia reſtituendus eſt, ſi petat, ſecundũ Archid. & Domi. in c. notum. ij. q. j. & bene facit, quod no. domi. Card. in cle. j. in fi. de cele. miſ. ubi dicit, quòd regulariter, quãdo iudex procedit ſine cauſæ cognitione, cenſetur tanquam priuatus, nec ſibi obediendum eſt, per nota. in d. c. conquerente. Et ad idem uide do. Ab. in c. directus. j. in iij. no. de reſcri. Bene facit gloſſ. fin. in c. cauſam. j. de offic. delegat. per quam colligit ibi domi. Abb. quòd ſpoliatus uirtute ſententiæ nullæ reſtituitur ante omnia: & not. domi. Antoni. hîc in ult. not. per iſtum text. & pleniùs omnes in c. cùm cauſam. infrà, de officio deleg. ubi eſt text. 31 ¶ Septimò not. quòd † reſcriptum uetans cauſæ cognitionem, eſt ſuſpectum de falſo: text. in c. ij. in titul. proxi. & ibi Imol. poſt alios, dicens quòd ad hoc quotidie allegatur. 32 ¶ Octauò nota, q† ubicunq; iudicium inchoatur ſuper rebus, quæ breuiſſimo tempore corruptionẽ accipiunt, eius tractatus non debet eſſe longus, ſed debet iudex ita celeriter & leuato uelo expedire, q† res, ſuper qua litigatur, corruptionem non accipiat. Ita dicit Bar. in l. j. ff. de glande leg. per illũ tex. ubi cauſa ſimilis debet expediri tribus diebus, ſi ſic exigit eius

a *Sine cauſæ cognitione*] *Quòd non ualeat, et nunquam tranſeat in rem iudicatã, adde Innocent. in c. cùm ueniſſent. ſ. magna. uerſic. uel dic, & meliùs. de reſt. in integrum. Quod uerum in contentioſis, non in uoluntarijs, ut ibi: & tenet Bald. in Margar. uerb. mandatum. uerſicul. xj.*

natura. Et pro hoc infert, quòd cauſa prioratus, ſeu conſulatus, qui durat duobus menſibus, debet ita citò expediri, quòd tempus non incipiat tranſire: quod dicit eſſe multùm no. & remittit ad not. per ſe in l. ſi priùs. in x. quæſt. ff. de ope. no. nun. & ſequitur Lud. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. & in l. ſi uerò. ſ. de uſro. in xl. fallent. uerſic. xvij. ff. ſol. mat. Et dicit, quòd tali caſu poteſt procedi die feriata. Allegat cap. fin. de iudic. Faciunt not. per Bartol. in l. is, à quo. ff. ut in poſſ. leg. & l. iiij. ſ. condemnatum. ff. de re iudic. cum concord. Ideo dicit Bald. in l. j. poſt prin. C. de tempor. app. quòd ubi tota inſtantia breuis eſt, ibi & ſingula eius membra. Allegat not. in cap. de cauſis. de offic. deleg. Dicit tamen Bald. in c. ij. infrà, de re iudi. quòd bona feſtinatio permittitur, quando plenè de cauſa liquet iudici: mala autem prohibetur, putà ſi non liquet: quia tunc debet differri, l. ſi de meis. ſ. 33 fin. ff. de arbit. ¶ Nonò not. quòd † illud, quod dicitur, quòd iuſſus iudicis excuſat à pœna, etiamſi non a rectè ſit factus [a], ut per gloſſ. & Doct. l. iuſtè poſſidet. ff. de acqui. poſ. debet intelligi, dum modò iuſſus non emanet non rectè, id eſt, non ſeruato ordine iudiciario: quia tunc non excuſat à pœna, ſecundum Bart. in d. l. iuſtè. in princip. & ibi per alios. Et ita intelligit l. meminerint. C. unde ui. ¶ Decimò not. quòd † licet commiſſio iu- 34 dicis ſuper aliqua executione duret etiam re integra in tempus ſucceſſoris, putà licentia data de capiendo debitore, ut per Bart. in l. fundi. ff. de acqui. poſ. tamen ſi illa licentia, uel commiſſio fuit facta cauſa non cognita, non tranſit in ſucceſſorem, ſecundum Angel. in d. l. fundi. quia finito officio finitur uirtus dictæ licentiæ, l. fin. cum gloſſ. ff. de pœn. Et ita etiam finitur poteſtas exequendi, ſecundum eum, quem ſequitur ibi Imol. licet recedatur ab eo in exemplo, quod dat Ang. ad quod etiam uide Angel. in l. ſi per epiſtolã. ff. de acqui. hæred. ¶ Vltimò not. quædam, quæ inferri poſſunt in reprehendendo accelerantes præcipitanter iudicia: & uide Spec. in tit. de app. ſ. nunc breuiter. uer. item ſecundam quoſdam. ubi loquens de quadam lite ſibi commiſſa & inchoata 35 ante natiuitatem ſuam, ſubdit, quòd † ex tanta uentilatione illud ſaltem finaliter euenit, quòd ueritas exquiſita ſplendebit in lucem, & inuehit contra ſtylum curiæ regis Franciæ, ubi non ſeruat ordo iuris, & malè, ſecundum eum: quia iniquitas omnia præcipitat, c. inter hircum. de pœn. diſt. j. Nec eſt ſententia præcipi- 36 tanda, vj. q. j. c. quæro. ut ibi latiùs per eum: & dicit Pet. de Ancha. conſil. cclxij. incip. ex uerbis dictæ ſententiæ. in fin. quod non eſt mirum, ſi Venetijs ſententiæ non tranſeunt in rem iudicatam: imò perpetuò coram certis auditoribus ſententiarum poteſt oſtendi de iniquitate ſententiæ: quia nimis de facili contra abſentem indefenſum & inauditum pronunciãt, meritò de facili poſtea querelantem audiunt, ut l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & facit gloſſ. trita in l. ſi minor. ff. de euic. & quod not. Innocen. in c. querelam. de elect. & Bald. in l. ſi pacto, quo pœnam. C. de pact. cum concord. in quibus dicitur, quòd geſta de facto & parte inaudita poſſunt etiam parte inaudita reuocari. Et pro iſtis facit etiam tex. in c. ad noſtram. in uerb. cauſarum meritis. de conſue. per quem Bald. ibi inuehit contra iudices fabricantes ſententias, nõ ruminato proceſſu. Facit c. licet. xlv. diſt. ibi, poſt multarum experimenta cauſarum. Facit c. ponderet. l. diſt. Per quem textum exclamabat ibi Domi. contra iudices, quibus de ſero mittitur proceſſus, & de mane iudicant: & non allegat Bart. qui idem dixit in l. prolatam. facit c. ſciendũ. xxix. diſt. ibi, quia medullitus non indagant, in errore labyrinthi intricando impingunt. & ibi Domi. in ij. no. facit tex. in cnõ *in perpetuũ. xxiij. q. iij. ibi*, præcipites ruunt. Et ibi glo. dicit, quòd iudices nõ debent eſſe præcipites ad excõmunicandũ: quia iniquitas omnia præcipitat, ſed uirtus lenta eſt, & omnium percunctatrix. Allegat dictum c. cùm inter hircum. facit c. ſummopere. xxj. q. iij. ibi, non lenitate, aut furore ducti ſunt præcipites, ſed cauſis diligenter uentilatis. Facit c. cùm apud Theſſalonicam. xxj. q. iij. & c. iudicantem. xxx. q. v. & pulchrè Spec. *in tit. de probator. iud. ſ. j. poſt prin. & uide* Io. An. *in c. qualiter. j. de accuſa.* ubi refert Hieronymum *ſuper Hieremiam lib. xx.* dicentem, Non poteſt maturitas eſſe conſilij, ubi nullus eſt ordo iudicij: & Bernar. *in libro* cõtra Pluuiacenſem, dum dicit, Nullus quidem ordo, quicquid recipit inordinatum: & eſt tex. in c. qui ambulat. ſ. ſed aliud. v. q. v. ubi teſtis præcipitanter deponens eſt ſuſpectus: quem pro ſing. allegat Ro. conſil. ccclix. incip. An illi, qui celeriter. & do. Ab. *in proœmio* Decretalium, & ibi dixi. Et dicit Inn. ſing. in c. cùm ex literis. in glo. hoc non uidetur. de reſtitutione in integ. quòd literæ Apoſtolicę, uel mandatũ Papæ uiua uoce, non precedente cauſæ cognitione, non habet uim ſententiæ. Quod ibi no. do. Abb. & infert, quòd ubi requiritur cauſæ cognitio, ſi Papa mandat ſine cauſæ cognitione, non ualet mandatũ, niſi appareat de certa ſcientia: quod pro quotidiano no. ibi do. Ab. Et iſtis adde Bal. in l. ſi cùm ipſe. ff. de excuſ. tuto. ubi inuehit contra iudicem feſtinanter deſcendentem de bancho: & uide Io. And. in c. paſtoralis. de iure pat. ubi dicit, q† eo ipſo conuincitur epiſcopus de malitia, quòd probatur eũ non admiſiſſe præſentatũ ſine examine & præcipitato iudicio. ¶ Demum de iſta materia nimis fortè extenſa, uide aliquid per Old. conſil. cclj. per Bal. *in proœmio* fforum, per Domi. *in c. Roma. ſ. caueant. de ſentẽ. excõ.* in vj. & in ſumma, ij. q. j. per Ang. in l. bonorum. C. qui admit. per Sal. in l. ſi accuſatoribus. in ij. oppoſ. C. de accuſ. per Bal. in tit. de pac. Conſtan. in uerbo, ſcientia. per Pet. de Anch. in c. ſi fortè. de elect. in vj. per Paul. de Caſt. in l. qui Romæ. ſ. duo fratres. in fin. ff. de uerb. obl. per Bald. in cap. ij. de reſcript. & in c. nouit. de offic. leg. bonus text in l. ſi pater. ſ. Sticho. in uerbo, ſatis liquere prætori. ff. de fideicom. liber. & in l. j. ſ. *in ſumma. in uer.* cauſa cognita liquidò appareat. ff. qua. ter. actio non datur. cum ſimilibus. Et iſta ſufficiant in hoc eleganti paſſu nullibi per hunc modum expedita.

¶ EXTRA Glo. reſtat uidere propriam & ampliſſimam materiã huius cap. uidelicet † an & quando ſtatuta laicorum comprehendant clericos, b uel eccleſias [b] † & generaliter, quando ualeant in materijs ſpiritualibus, uel eccleſiaſticis? Quam materiam ſatis plenè examinant hîc Scribentes, & præſertim do. Ab. in ſua famoſa repet. Sed quia materia quotidiana eſt, & in ea plurima neceſſaria addere oportet ultra eum, ideo inhærendo ueſtigijs ſuis more ſolito, reduxi Cõmentum ſuum per uiam ſummarij, & multa aliorum dicta, hîncinde ſparſa, quanto breuiùs poſſibile erit: & quia propter diuerſitatem caſuum non uidi modum tractandi omnia ſecundum uſitatum ſtylum meum, ideo expedietur materia per quæſtiões uiginti,

a *Vel eccleſi.is*] *Ad iſtam materiã uide, et adde Paul. de Caſt. conſil. ccxcix. incip. Ad primũ quæſitum. & ſing. per dom. Alex. in ij. parte, conſi. ccix. et ſeq. & conſilio xciij. et conſil. lxxxvj. iiij. parte, & per do. Soc. ſuo conſi. lvj. incip. Viſo decreto illum. uerſi. prima pars. cum uer. ſeq. uſq; ad fi. in prima parte, char. c.*

c. eccleſiã ſanctæ Marię.

Et prima

Et prima maior cæteris, tractabit de legibus principũ: reliquæ quæſtiones de conſtitutionibus inferiorum.

37 ¶ Quæritur primò,† utrùm leges imperatorum comprehendant clericos? Dic regulariter, quòd ſic, per textum optimum in cap. j. de nouæ oper. nun. & in c. ſi in adiutorium. x. diſtinct. & in cap. quoniam. & c. de capitulis. & c. quis autem. cum multis ibi poſitis. Et ratio colligitur ex text. in c. fin. xvj. quæſt. iij. ibi, uenerandæ Romanæ leges diuinitùs per ora principum promulgatæ. Facit cap. ſuper ſpecula. de priuileg. ubi dicitur, ſancta eccleſia legum ſecularium non reſpuit famulatum. Ad idem c. cùm ad uerum. xcvj. diſtin. cum ſimilibus allegatis per domi. Abb. in c. inter alia. in primo notabili, de immunitate eccleſiæ. Et ita per Doctores firmat Hoſtienſ. in cap. fin. de ſolut. & domi. Abbas, &
38 alij in iſta quæſtione allegandi. ¶ Et hinc eſt quòd † Romani pontifices in decidendis cauſis, & in negotijs eccleſiarum & clericorum ſæpiſſimè fundant ſuas deciſiones in dictis legum. Patet in c. ex antiquis. liiij. diſt. in cap. accuſatores. & c. cuius in agendo. iij. quæſt. viij. in c. legibus. & in c. cùm deuotiſſimam. xij. quæſt. ij. in cap. uiſis. xvj. quæſt. ij. in c. id conſtituimus. xvij. quæſt. iiij. & in cap. ij. de aliena. iudic. mu. cauſa fact. in cap. innotuit. & cap. dilecti. de arbit. cap. nouit. de iudic. c. j. de iura. cal. cap. j. de confeſ. cap. ad ultimum. & cap. paſtoralis. de cauſa poſ. cap. in cauſis. & cap. cùm â nobis. de teſta. & c. uenientes. de iureiuran. c. j. de re iudic. cap. ſecundò requiris. de appella. cap. cùm dilecta. de confirma. util. uel inutil. c. cùm ab omni. de uit. & honeſt. cle. c. ij. de conſeſ. præb. c. inter alia. de immu. eccle. c. ij. de ſponſ. c. ex diligenti. de ſimo. c. calum. de pœ. c. quid per nouale. de uerb. ſig. c. authoritate. & c. dudum. ad fi. de conceſ. præb. in vj. c. cùm ſecundũ. de hære. eo. lib. c. ſi iudex laicus. de ſen. excõ. eo. lib. & in c. inquiſitionis. de hære. eo. lib. Et ideo dicit Arch. in c. inter hæc. xxxiij. q. ij. caueas tibi, ne dicas canonem legi obuiare, ſi concordare potes. Et ad illum tex. dum dicit, ſancta Dei eccleſia mundanis nunquam conſtringitur legibus: ſupple, ſcilicet talib⁹, qualis erat illa, de qua fit ibi mentio: & tenetur eccleſia exequi, quod in l. humana continetur, per c. ideo. xxv. q. j. ſecundum eum: pro quo facit gl. in c. ſi. in uer. collyrio. xxix. diſt. ¶ Confirmantur iſta à fortiori ex no. per bea. Tho. in j. ij. q. xcvj. quem ſequitur Summa Piſana in uerbo, lex. §. utrùm leges humanæ. dum dixit, q⁹ leges humanæ, ſi iuſtæ ſunt, habent uim obligationis in foro conſcientiæ à lege æterna, à qua deriuantur, ſm illud Prouer. viij. Per me reges regnant,
39 & legum conditores iuſta decernunt. ¶ Et † dicuntur iuſtæ tribus modis, ſecundum Tho. Primò ex fine, ſcilicet quando ordinant ad bonum cõmune. Secundò ex authoritate, quando ſcilicet lex lata non excedit poteſtatem ferentis. Tertiò ex forma, quando ſcilicet ſm æqualitatem proportionis imponunt ſubditis onera ad bonum commune. Et ſm hoc leges huiuſmodi onera imponentes iuſtæ ſunt, & obligant in foro con-
40 ſcientiæ, ſecundũ ipſum cum concor. Et quòd † tales leges ligent in foro conſcientię, tenent multi, quos allegaui in c. j. §. eod. in vj. fallen. per totum, ſed maximè in fi. ubi uide. Et ex ibi dictis reſtringendo illam fallentiã allegari poteſt doctrina ad cognoſcendum, quando lex ciuilis non militat in foro conſcientiæ. Sed ſpecialiter uide xviij. caſus enumeratos in dicta ſumma loco prælegato, uer. ſed nunquid inter leges. Et his, quæ dixi in d. c. j. adde omnino Imo. in repe. c. cùm contingat. uerſic. & ſic per prædicta uidetur. de iureiur. ubi concludit, quòd cõtraueniens legi ſeculari, uel ſtatuto,
42 non peccat mortaliter, niſi diſponat in materia aliàs damnata à l. diuina, uel Canonica: quia ſeculares non poſſunt facere peccatũ, ubi non eſt peccatum. Et probat rationibus, de quibus per eum dicentem hoc diligenter notandum, & nouum, & ab alio non tactum: ſed an ſit uerum, pendet ex prædictis, & ex notatis in locis proximè allegatis in d. vj. fallen. ubi uide latiùs. Et per prædictam concluſionem ſequuntur notabiles effectus, de quibus dicetur uiſis limitationibus huius concluſionis. ¶ Recipit aũt prædicta regula iiij. limitationes. Prima eſt, ut nõ procedat in legibus ſpecificè diſponentibus ſuper eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis, ut ſunt leges, quæ habentur C. de ſa. ſan. eccle. de epiſ. & cle. per totum, & in multis ſimilibus. Nam licet non ſint in damnũ eccleſiarũ, nec repugnent canoni, tamen non ſunt etiã de honeſtate ſeruandæ. Ita nouiſſimè & eleganter decidit hîc do. Ab. in lec. & pleniùs in repet. ℥ Cal. in c. j. de ope. no. nun. per plures rationes: ſed præſertim duas. Primò propter defectum poteſtatis in ſtatuente, ſ. imperatore, qui eſt inferior clericis. Secundò propter augmentũ ſuperioritatis, quod denotaret obſeruantiã illarũ legum. Et alleg. Inn. in c. j. de re. eccl. nõ alie. in vj. ubi dicit, q⁹ ſolẽnitas inducta per imperatorẽ in alienatione rei eccleſiaſticæ, de qua in authen. hoc ius. C. de ſa. ſan. eccl. non eſt ſeruanda: quia non potuit diſponere ſuper hac ſolennitate, ponendo falcem in alienam meſſem. Quod dictum ſequitur etiã do. Abb. latè in c. inter alia. de immu. ec. ¶ Et iſta limitatio poteſt ampliari, etiamſi tales leges eſſent incorporatæ in Decretis: quia niſi aliqui canones faciant de ipſis mentionem, nõ dicuntur canonizatæ ex eo ſolo, q⁹ Gratianus eas inſeruerit. Ita probat glo. in uer. tractatus. in d. c. j. quæ eſt alleganda tanquã ordinaria ad hoc, ſecundũ Domi. ibi in iiij. col. uer. & no, bene. Et hanc limitationẽ fortè ſenſit Ang. conſi. xxix. incip. Titius exiſtens. dum dicit, q⁹ tempore, quo Roma triumphauit ſub imperio, gubernabat imperator totũ mundum. Et hæc eſt ratio, quare recipiebat etiam in materijs ſpiritualibus. Sed hodie diſpoſitio eccleſiarum & clericorũ non ſpectat ad Cæſarem, ſed ad ſolũ Papam, per iſtũ text. ſm eum. Et pro iſtis uide omnino domi. Abb. in c. in præſentia. uerſicul. ego in hoc dubio aliter ſentio. de probatio. ¶ Duobus tamen caſibus ſeruari poſſunt d. l. ſecundum domi. Abb. hîc. Primus, niſi eſſent merè priuilegiatiuæ: quia tunc ceſſat ratio ſuperioritatis, cùm non ſubditus poſſit priuilegiari, c. nouit. de iudi. Secundus, ut lex eſſet fundata ſuper ratione naturali: quia poterit allegari non ratione legis, ſed ratione naturali, arg. l. ſcire oportet. ff. de excom. tu. Et hos caſus ſatis claros aliter non confirmo. ¶ Limita ſecundò dictam re-
41 gulam, niſi † lex ciuilis concernat peccatum: quia talis non eſt ſeruanda, nec in foro Canonico, nec in foro ciuili, ſecundum domi. Abb. hîc, per c. fin. de præſcript. Et poteſt iudex ſecularis compelli, ut illam non ſeruet, per c. licet. de iureiur. in vj. & hoc uoluit Bartol. in l. fin. C. ſi contra ius, uel uti. pub. & in l. priuilegia. C. de ſac. ſanct. eccleſ. & gloſſ. ordinaria in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in vj. & domi. Anto. in c. clerici. in fine, de iudic. & domi. Abb. hîc, & in repet. c. cùm eſſes. de teſta. & omnes in d. c. fin. maximè Imo. ibi in repetit. in primo notabili, ubi hoc ſignanter extendit, etiamſi lex ciuilis nutriret peccatum ſolùm ueniale, per id, quod in ſimili dicit de iuramento inductiuo peccati uenialis: quod non tenet, ut per gloſſ. & Archid. in c. ſi aliquid. xxij. quæſt. iiij. & Archid. & Ioan. And. in cap. quamuis. de pac. in vj. & domi. Anto. in c. ſi uerò. de iureiur. cum concord. Et ex iſta fallentia reſultant plurimi effectus, & præſertim correctio legum, quas enumerat Summa Piſana in loco prælegato. ¶ Item poſſet non abſurdè inferri, quòd † interficiens adulterum in caſu
42 à lege permiſſo non eſſet tutus in foro ſeculari etiam in terris Imperij: quia talis permiſſio eſt illicita, & nutritiua peccati, ut dicit gloſſ. in c. inter hæc. xxxiij. quæſt. ij. quam ſequitur domi. Abb. in c. ueniens. ij. de ſponſ. & in d.

in d. repe. c. cùm eſſes. & not. Richar. in iiij. diſt. xxxvij. quæſt. ij. art. j. Sed tamen tutius eſt tenere, quòd in terris imperij & alijs eccleſiæ non ſubiectis tales impunè homicidium committant, ex quo lex permittit. Et ita ſentit Io. de Ana. in c. interfeciſti. de homi. quem admodum ualet ſtatutũ, quòd, qui eſt bannitus, poſſit impunè offendi, ut plene dictum fuit in c. quæ in eccle-
43 ſiarum. ſuprà, eod. Nec obſtat, quòd lex permittens adulterum occidere, induxiſſe uideatur hoc cauſa uindictæ, ut aliqui dicunt. Ergo ſit illicitum, per ea, quæ ibi dixi: quia hoc non uidetur lex conſideraſſe, ſed potius tolerare illud homicidium, tanquã excuſabile propter magnitudinem doloris, quem temperare difficilimum eſt, l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adul. Et hoc patet manifeſtè: quia nullo caſu licitum eſt adulterum occidere ex interuallo, ſed ſolùm toleratur, quando fit eo dem impetu, l. quod ait lex. §. quod ait. ff. de adul. ubi dicitur, quòd non poſt diem, uel circa licitè occidat: ſed id licet uno ictu & uno impetu. Si enim eſſet ad uindictam, non fieret differentia, an ex interuallo, an incontinenti, ſicut de bannito dicitur in loco prælegato. ¶ Item per hanc limitatio-
44 nem intelligitur illud dictum, quòd qui peccat, legis authoritate, non peccat, l. Gracchus. C. de adul. Nam fallit, ubi lex eſt nutritiua peccati. Et ita not. Bald. in cap. in omni. de teſti. poſt princip. ¶ Et ſi diceretur, quòd ex quo ſunt promulgatæ diuinitùs, nõ poſſunt dare cauſam peccato, d. cap. fin. xvj. quæſt. iij. dic, quòd illud intelligitur de legibus non nutrientibus peccatũ, ubi loquit⁹ ille textus de legibus, de quibus ibi fit mentio, ſcilicet priuilegiantibus eccleſiam, ad quas uident principes diuinitùs moti. ¶ Et hinc eſt, quòd appellatione iuris diuini nõ uenit ius ciuile, ut latè per Domi. poſt Ioan. And. in c. ij. de præſcrip. in vj. ſed appellantur leges humanæ, c. quo iure. viij. diſt. & leges exterorum, & leges ſeculi, c. de accuſatoribus. iij. q. v. Nec etiam leges canonicæ ſunt propriè diuinæ, ſecundum do. Ab. in c. non debet. in iij. no. de conſangui. & affi. ¶ Limita
45 tertiò dictam regulam, niſi † lex ciuilis etiam extra materiam peccati deuiet à iure canonico. Exemplum in c. ij. de arbi. in vj. Nam tunc cõmuniter dicitur, quòd lex eſt ſeruanda in foro ciuili, & canon in foro eccleſiaſtico, per not. in d. c. cùm eſſes. & in c. j. de oper. no. nun. ſecundum do. Abb. poſt alios hîc, & do. Ant. in d. c. j. de ope. no. nun. Bar. in d. l. priuilegia. & do. Ab. in c. clerici. in prin. de iudi. & gloſſ. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in vj. Facit, quod no. in clem. ij. in uerbo, eccleſiaſticis. & in uerb. uſuris. ante fi. de iudi. & ibi do. Card. in xj. q. & Bald. in l. eos. in fi. C. de uſur. ubi dixit, quòd in foro ſeculari Papa non poteſt tollere ordinem iudiciarium, allegando gloſſ. in d. c. clemen. ij. quam etiam ad hoc allegat do. Abb. hîc, & in c. quod clericis. de for. compe. & Cal. in diſputa. incip. ſtatuto. ¶ Sed pro intelligentia omnium uerborum huius limitationis notandæ
44 ſunt octo declarationes. Et prima eſt, q⁹ † in terris ſubiectis temporaliter eccleſiæ Romanæ canones præualent legibus, etiã inter laicos, in foro ſeculari indiſtinctè, ſecundum do. Abb. hîc in lectu. & in repe. per text. in c. ſi duobus. de appella. quem facit ibi ſingula. ualde do. Abb. nam ibi in terris eccleſiæ licet laico appellare ante ſententiam, & appellare omiſſo medio: quæ duo non permittuntur de iure ciuili, ut in iuribus ibi allegatis per eum. Idem ſentit glo. expreſſè in c. ij. in uerb. ciuili. de arbi. in vj. dum dicit, quòd in locis, quæ non ſubſunt temporaliter eccleſiæ, ſeruatur in illa materia ius ciuile. Ergo ſecus in his, quæ ſubſunt. Idem gloſſ. in d. regula, poſſeſſor. ¶ Ex quibus reſultare poſſunt multi & magni effectus, ut patère poteſt multa conſideranti. Et pro nunc nota quatuor effectus, per quos
45 cogitare poteris de ſimilibus. Primus eſt, quod † in terris eccleſię pater tenetur alere filium ſpurium, & dotare filiam, per text. cum ibi not. in c. cùm haberet. in fin. de eo, qui dux. in matrimo. quam poſſ. per adulter. Secus erit in terris imperij de iure ciuili, per authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. Ita ex prædictis infert Imo. in lege, ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. ¶ Se-
46 cundus effectus, quòd † in terris eccleſiæ dictum arbitratoris poteſt homologari, per c. per tuas. de arbi. licet ſecus de iure ciuili, & ſic in terris imperij, ubi taciturnitate decem dierum non homologatur, ſicut dictum arbitri, per d. l. pen. C. de arbi. Ita infert Imo. in repetit. c. Quintauallis. in uer. undecima differentia. de iureiu.
47 ¶ Tertius effectus, quòd † in terris eccleſiæ ex nudo pacto competit actio, per textum cum ibi notatis. in c. qualiter. de pac. licet ſecus in terris imperij, per not. in l. iuriſgenti. §. igitur nuda. ff. de pac. Ita infert Imo. in c. quæ in eccleſiarum. ſuprà, eod. ¶ Quartus effectus,
48 quòd † in terris eccleſiæ proceditur ad recuſationem iudicis ordinarij ſecularis, ſecundum canones, non ſecundum leges. Ita infert domi. Abb. in c. licet ex ſuſcepto. in fin. infrà, de foro compet. ¶ Secunda
49 declaratio eſt, quòd † etiam in terris imperij ſtatur canoni in materia, in qua non eſt expreſſa deciſio iuris ciuilis, ſed ſunt opiniones inter Legiſtas. Nam etiamſi contrarientur canoni, tamen ei eſt ſtandum in utroque foro. Ita dicit domi. Antoni. in repetit. c. per uenerabilem. uer. not. ſecundò caſum generalem. qui filij ſint legitimi. & in cap. ſuper literis. uerſic. tertiò not. de reſcript. & domi. Anton. in cap. j. in princip. per illum text. de iura. cal. & in c. fraternitatis. de teſti. & in c. ſi neceſſe. de donat. inter uirum & uxorem. & Imol. in c. relatum. de offic. delegat. & Ioan. de Ana. in c. finali. de delic. pue. & domi. Abb. in c. cùm tempore. de arbit. & facit, quod notat domi. Antoni. in cap. ſuper ſpe. de priuileg. Et mouentur iſti per dicta iura, in quibus Papa decidit dubia Legiſtarum. ¶ Et intellige ſanè, ut iſtud procedat, quando dubium reperitur deciſum de iure Canonico: ſed ubi quæreretur deciſio noua de re non deciſa, recurrendum eſſet in dubijs legum ad imperatorem, non ad Papam, ſecundum do. Abb. poſt domi. Antoni. in c. licet ex ſuſcepto. uerſic. deciſmusquartus caſus. de foro competen. per text. in l. j. C. de legi. ubi interpretatio dubiorum legalium ſpectat ad principem. ¶ Item † intellige iſta in interpre-
50 tatione generali: ſed ſpecialem poſſunt facere etiam iudices, ſecundum Innocen. c. cùm ſpeciali. uerſic. fateꝛmur tamen. de appel. quem ſequitur Abb. in c. cùm ueniſſent. de iudic. in cap. j. in j. not. de iura. cal. & in c. capellanus. de fer. & in c. inter alia. de ſenten. excom. & in cap. j. ſuprà, eod. & ibi Imol. & Petrus de Anchar. in repetit. ibi, & Imol. in c. fin. infrà, eod. & in c. ueniens.
51 de renuncia. ¶ Tertia declaratio eſt, Quòd ſi † leges contrariantur canonibus in materia miſerabilium perſonarum, præualent canones, etiam in foro ciuili. Ita notat domi. Antonius & Imol. in c. clerici. de iudic. Allegant inter alia gloſſ. ij. in c. relatum. j. cum materia, de teſta. ubi in concernentibus piam cauſam præualet canon legi[a]. Et quę dicantur miſerabiles perſonæ, uide per eoſdem in cap. ſignificantibus. de off. deleg. & in d. c. clerici. ¶ Quarta
52 declaratio eſt, quòd † etiam ubi lex ciuilis non reprobatur ab eccleſia, nec continet peccatum, ſi tamen foꝛuet lucrum proximo odioſum, uel rigorem quendam, non eſt ſeruanda in foro contentioſo Canonico. Ita domi. Abb. per uiam theoricæ in cap. filius. in iiij. not. de teſta. per illum tex. quem dicit ad hoc ſingul. Nam lex

a *Legi] Ad quod adde Bald. in l. j. in ult. quæſt. C. de ſacroſanct. eccle. & Ioan. de Imol. in l. illa inſtitutio. de h. ere. inſtit. & melius per domi. Alexand. in l. captatorias. C. de teſta. mili.*

ciuilis

c. eccleſia ſanctæ Marię.

ciuilis diſponens legatum rei alienæ ſcienter factum
ualeré, non reprobatur expreſſè aliqua l. Canonica,
nec continetur in ſe peccatū, cùm procedat ex præſumpta
mente teſtatoris: & tamen dicit ibi, ꝙ epiſcopus non
debet illam l. obſeruare: quia mouet quodammodo
lucrum odioſum hæredi, nec eſt fundata æquitate
naturali. Et ita dicit limitari notata in c. j. de ope. no.
nun. & facit c. dilecti. de iudi. & c. j. de do. & contu. ſm
eum. Et hoc nota perpetuò ad multa. ¶ Quinta de-
53 claratio eſt, quòd † ubi lex ciuilis & canonica contra-
riantur in materia non concernente peccatū, illa præ-
ualet, quæ benignior eſt ad inducendum euitationem
pœnæ. Et ideo ſi lex ciuilis hoc operatur, illa procedit
etiã in foro eccleſiaſtico. Ita colligitur ex dictis Arc. in c.
quod à partibus. ſuper uerbo, ſabbati. lxxv. diſt. ubi
dicit, quòd licet ſm computationem eccleſiæ & cano-
num dies naturalis incipiat à ueſpere precedentis diei,
& duret uſq; ad ueſperam ſequentis diei in diuinis offi
cijs & ordinationibus clericorum, ut in d. c. j. de ferijs.
& c. de eſu. de conſecra. diſt. ij. d. c. quod à partibus. & c.
quod in die. ead. diſt. tamen in pactis, in contractibus
& omnibus alijs ſtandum eſt iuri ciuili, ſecundū quod
dies incipit à media nocte, durans uſq; ad aliã mediã
noctem, l. more Romano. ff. de fer. c. conſului. de offic.
deleg. Et ideo infert Arch. ꝙ ſi iuraui me daturum die
Dominica, nõ ero periurus, ſi dedero uſq; ad mediam
noctem ſequentem: & alleg. gl. quæ hoc dicit in d. c. j. in
uerbo, uſq; ad ueſperam. ante finem, de conſec. diſt. iij.
Et ſic præponitur l. canoni: quia benignior ad euitan-
dum periurium, arg. c. cùm tu. de teſti. ſm eum, quem
ſequitur Domi. in c. conſuluit. ff. de offi. deleg. & Bal. in
c. ego enim. de iureiur. dicens, ꝙ arbitrio boni uiri erit
committendum, an in hac ſolutione, quæ fit de nocte,
committatur fraus. Ad quod ultimum uerbum uide
eundem in l. accepta. C. de uſu. & Sali. in l. non minorẽ.
in fin. C. de tranſact. ¶ Scias tamen, ꝙ ubi propter re-
uerentiam alicuius feſti imponitur pœna delinquenti,
fiet computatio diei ſecundum canones de ueſpera in
ueſperam: quia durat ipſum feſtum, cuius reſpectu im-
ponitur pœna, ſecundū Fede. conſil. xlv. incip. Factum
tale eſt: ſtatuto cauetur. Et ſic iſta limitantur. An au-
tem intelligatur de maleficio commiſſo in nocte ipſius
Sancti, ex quo ſtatutum loquitur de die, dic, ut ibi
per eum concludentem, quòd non, propter cõmunem
54 uſum loquendi. ¶ Sexta declaratio eſt, quòd † licet in
materia feudorum caſus non deciſus in feudis, ſit de-
cidendus à iure communi, c. j. §. Obertus. de feu. cog.
tamen ſi occurrat, quòd diſcordent à legibus, potius
ſtandum eſt canonibus, etiam inter laicos ratione iu-
ramenti, quod præſtatur in inueſtitura feudi. Ita dicit
Bald. in c. imperialem. §. fin. uerſic. porro in feudis. de
prohib. feu. alie. per Fed. per not. in c. nouit. de iudi. &
exemplificat, ubi ageretur de recuſando iudicem in
materia feudi, ut ibi per eum: pro quo faciunt no. in c.
cùm laicus. de for. compe. in vj. & quod per illum text.
pulchrè infert do. Abb. in c. cùm ueniſſent. de inſtit. &
Imol. latè in repet. c. cùm contingat. de iureiur. uerſic.
nunc reſtat deſcendere ad ſextum membrum. ¶ Se-
55 ptima declaratio eſt, quòd † hæc omnia procedunt,
dum quæritur de ui comprehenſiua l. & ibi agitur de
deciſionibus cauſarum: quo caſu procedunt, quæ di-
centur. Sed iſta cauſa agitatur in iudicio ſeculari, uel
eccleſiaſtico, tene hanc regulam, ſecundum do. Abb.
hîc, quòd ſemper ſeruabitur lex, ſtatutum, ſeu conſue-
tudo illius loci, ubi cauſa uentilatur. Ideo ſi cauſa cle-
rici uentiletur coram ſeculari, ſeruabitur in præpara-
torijs lex laicorum, & econuerſò. Ita dicit ſe intelligere
gloſſ. in c. quod clericis. de foro compe. & non eſt ex-
tendere ſtatutum ad clericos, ſed regularem cauſam
ſecundum naturam fori, ubi agitatur, iuxta not. per
Innocen. in rubric. de conſuet. Et ab hoc nemo diſcre-
pat, ſecundum eum inferentem ad caſus notandos,
uidelicet reſpectu appellandi ab interlocutoria reſpec-
tu peremptionis inſtantiæ, & alijs, de quibus hîc per
eum, cuius dicta aliter non diſcutio: quia non eſt pro-
priè materia. Vnde remiſſiuè extende hoc, ut latiùs
per eum poſt alios in d. c. quod clericus. cum ſequ. per
Dominic. in c. conſuetudo. j. diſtin. per dom. Anto. in
c. j. uer. unum non admitto. ſuprà, eod. & ibi per Imol.
uer. an autem, ſi quæratur. & in repet. c. cùm contingat.
de iureiur. per Cald. latè in diſputatio. incip. Statuto
ciuitatis. per Ioan. And. in Specul. tit. de conſtitut. §. j.
uer. aliter. per Pet. de Ancha. in regula, ea quæ. uerſic.
xxvij. & ultimo: in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in vj.
per Imol. in c. relatum. j. de teſta. per Pet. de Ancha. in
repet. c. j. uerſic. accedat quæſito. ſuprà, eod. per Alber.
in ij. parte ſtatutorum, quæſt. ix. per Petrũ de Ancha.
conſil. xv. incip. in q. per Domi. poſt Arch. in c. non ita.
ij. q. vj. per Spec. in tit. de feud. §. j. uerſic. ſed pone. & in
tit. de inſtru. edi. §. compendioſæ. uerſic. ſed quid. de
conſuet. & in tit. de feud. §. qualiter. uerſic. debet infor-
mari. per Bartol. in repetit. l. ij. uerſic. trigeſimo tertiò
quæro. C. quæ ſit longa conſuetudo. Limita prædi-
ctam concluſionem do. Abb. hîc ex declaratione Fed.
¶ Octaua & ultima declaratio eſt, quòd ius canoni-
cum diſponens circa ordinatoria litis, debet ſeruari
in foro ciuili, quando diſponit ſuper materia, quæ etiã
am in foro ciuili eſſet admittenda ex diſpoſitione iu-
ris canonici. Ita declarat Domi. in c. pia. §. ij. de excep-
tio. in vj. ita colligens ex gloſſ. ibi, in uerbo, eccleſiaſti-
cis. & in uerbo, opponatur. quod dicit eſſe notandum:
quia per hoc habetur una limitatio ad gloſſ. in l. ij. in
uer. uſu. de iudi. uolentem, quòd regulariter Papa non
immutat ordinem iudiciarium in foro ſeculari. Et ſic
ſunt expeditæ octo declarationes tertiæ limitationis
huius primæ quæſtionis. ¶ Limita quartò regulam
huius primæ quæſtionis, niſi lex ciuilis diſponat in
materia ſpectante ad eccleſiam imponendo pœnam
etiam in caſu rationabili, & laudabiliter ſe mouendo:
quia tenet etiam in foro ciuili, & non ſufficit iuſtam
eſſe legem, niſi fiat ab habente poteſtatem, ſecundum
Abb. hîc, & per c. pen. & fin. de ſecund. nupt. ubi corri-
guntur leges punientes mulierem contrahentem ma-
trimonium infra annum luctus: quia ſunt æditæ in
odium matrimonij, ſeu contrahentium. Et iſtam dicit
eſſe communem concluſionem Legiſtarum & Cano-
niſtarum, ut not. in l. j. C. de ſec. nupt. & in l. liberorum.
ff. de his, qui not. infa. & in l. decreto. C. cod. tit. Et ita
dicit ſe dixiſſe in d. c. fin. ubi eadem ponit, & aliquid
not. in c. clerici. in princip. de iudic. per illum text. & ibi
Bald. in princip. ¶ Sed ad plenam intelligentiam
horum uerborum ſunt notandæ octo declarationes,
ex quibus quatuor primæ conantur reſtringere hanc
limitationem, & aliæ quatuor eam ampliant, ſeu ex-
56 tendunt. ¶ Prima declaratio reſtrictiua eſt, quòd †
pœna legalis impoſita contrahenti matrimonium, nõ
odio contractus, ſed fauore filiorum, ualet, ſecundum
Pet. de Ancha, in repetit. c. j. uerſic. quædam uerò leges.
ſuprà, eod. & domi. Anton. in c. j. de ſponſal. & Domi.
in c. placuit, xxxij. diſtinct. & Bald. in l. decreto. in fine,
C. de infamib. & Pet. de Ancha. conſil. xcvij. incip. Ex
prædicto themate, in princip. & Bald. in l. ſi qua mulier.
in fine, C. ad Tertulli. & Bald. poſt Bartol. in l. j. C. de
ſecund. nupt. & Angel. in authen. de non elig. ſecundò
nub. in princip. & Innocẽ. in d. c. fi. exemplum. in l. hac
edictali. C. de ſecund. nup. ubi reſeruatur certa portio
filijs primi matrimonij patre tranſeunte ad ſecunda
uota. Similiter dicit Innocentius in d. cap. fin. non
eſſe correctam l. omnem. C. ad Tertullia. & text. in §.
ſi autem tutelam. in authent. de nupt. dum puniunt
matrem

matrem ſecundò nubẽtem agnita tutela filij, & tutore
non petito. Et idem Ang. in d. §. ſi aũt. allegando Hoſt.
in d. c. fin. Ad quod uide Bald. qui uidetur limitare in l.
cùm oportet. §. fin. in fin. C. de bo. quæ lib. ¶ Sed iſta de-
claratio eſt intellígenda in pœna appoſita ex facto cul
poſo, ut in caſu d. l. omnem. ubi punitur culpa matris:
aliàs, ubi puniretur ex ſolo contractu matrimonij, non
procedunt leges ciuiles, ſecundum do. Abb. hîc, & in d.
c. fi. per rationes iudicio meo ſatis cõcludentes, de quí-
bus per eum. Nec obſtat fauor filiorum: quia eſt irra-
tionabilis, cùm tendat ad præiudicium mulieris, & re-
ſtringit facultatem contrahendi matrimoniũ: & in fa-
uorem unius non debet alteri fieri iniuſtitia, c. ex teno-
re. de for. compe. ſecundum eum. ¶ Subdit tamen do.
Abb. in d. c. fi. ꝙ in iudicãdo & conſulendo graue eſſet
recedere à cõmuni opin. Doc. quam à nullo uiolatam
reperit. Et tenendo opi. ſuam non obſtat ſi diceretur, ꝙ
lex ciuilis nõ punit ſecundas nuptias odio ipſarũ nu-
ptiarum, quaſi uolẽs ab eis aliquem retrahere: ſed mo-
ta pietate erga filios primi matrimonij, attẽto, ꝙ amor
59 ſecundi coniugis deducit utplurimùm eos in tantã o-
bliuionem patris, uel matris, ꝙ nihil eis remaneret de
bonis ſuis: quia licet do. Abb. hoc non tangat, reſpon-
deri poteſt, ꝙ ad ſuſtentandã l. ſecularem loquẽtem in
talibus materijs non ſufficit allegare eius iuſtitiã & lau
dabilitatem: quia nullitas ſua cauſatur ab impotentia
conditoris, qui per ſuã l. quoquo modo non poteſt in-
timidare libertatẽ datam à iure diuino. ¶ Et iſta reſpon
ſio patet ex allegandis proximè in iiij. declaratione.
Quando aũt punit factũ culpoſum, nõ intimidat ma-
trimonium, ſed punit fraudantẽ ipſos filios ex culpa.
Et iſta puto ſuſtentabilia & uera, conſideratis bene ra-
tionibus do. Abb. & quaſi omnibus his, quæ dicentur
in hac iiij. limitatione. ¶ Secunda declaratio reſtrictiua
57 eſt, ꝙ † pœnæ legales impoſitæ contrahentibus ſecun-
das nuptias infra annum luctus nõ ſunt correctæ de iu
re Canonico, ubi ex contractu earum reſultat turbatio
& incertitudo prolis, ſecundum Bal. in l. liberorũ. ff. de
his, qui notan. infam. ubi ita refert conſuluiſſe Paul. de
Leaza. & Ray. quia iſtud uidetur rationabile, & nõ con
tra mentem Apoſtoli permittentis ſecundas nuptias,
attento ſcandalo, quod ſequi poſſet: ſicut etiã aliàs ꝓ-
hibetur uſus matrimonij ad euitandum ſcandalum, ut
v. diſt. c. ad eius. & xxxiij. q. iiij. in ſumma, & in c. non o-
portet. Et hanc opin. recitat ſimpliciter Bald. in l. decre-
to. C. de infa. prout refert hîc do. Abb. exemplificando
hanc declarationem, ut hîc per eum: Idem tenet Pet. de
Anch. in repe. in c. j. uer. iuxta prædicta. §. eo. ¶ Sed hanc
declarationẽ impugnat do. Abb. hîc in lec. & in repe. &
expreſsiùs in c. fi. j. de ſec. nup. per eaſdem rationes, q-
bus utitur contra præcedentẽ, licet fateatur eam eſſe ſa
tis probabilẽ, ut latiùs per eum in dictis locis. Sed ſpe-
cialiter nõ reſpondet ad illud de turbatione prolis: niſi
dicas, ꝙ generalis & libera promiſsio populi non pa
titur ullam reſtrictionẽ. Et dicit Paul. de Caſt. in d. l. de-
creto. ꝙ licet iſta declaratio uideatur ſibi rationabilis,
tamen requiſitus noluit cõſulere, ſecundũ opinionem
iſtam Ray. & Paul. Et ideo tutius eſt tenere contrarium,
ſequendo do. Abb. ¶ Tertia declaratio reſtrictiua eſt, ꝙ
58 ualet † lex ciuilis diſponens circa accidentia tempora-
lia ad actum ſpiritualem, putà ſuper dote, ſecundũ do.
Abb. hîc per c. Ray. j. de teſta. & per no. in c. j. & ij. de dote
poſt diuor. reſt. & ubi lex contrariatur canoni, ipſa ſer-
uabitur in foro ſeculari tantùm, & canon in foro cano
nico, per id quod no. Inno. in c. de prudentia. de do. in-
ter uir. & uxo. dum dixit, ꝙ cauſa dotis eſt mixti fori: &
ideo erit locus præuentioni, ſicut de crimine ſacrilegij
dicitur in c. cùm ſit generale. de for. compe. niſi ex diſpo
ſitione l. ſequeretur turbatio, uel intimidatio matrimo
nij, per ea, quæ dicẽtur in ſequenti declaratione, ſecun-
dum do. Abb. hîc. Sed do. Ant. in c. clerici, ad fi. de iudi.
dicit, ꝙ licet in materia mixta quælibet lex ſeruetur in
ſuo foro, tamen fallit in materia pia: & exemplificat in
materia dotis, in qua canon debet prævalere legi in di-
ſtinctè: quia tales cauſæ piæ ſunt ſub protectione eccle-
ſiæ, per no. in c. licet ex ſuſcepto. & in c. ex tenore. de for.
compe. & per gl. in c. cùm eſſes. de teſta. & idem uidetur
ſequi Imo. in d. c. clerici. Quare de materia dicendũ eſt,
ut ordinatè per omnes in d. c. de prudentia. per Ang. &
Mod. in l. j. ff. ſol. mat. per Bal. in l. in cõtractib. in fi. C. de
non nu. pe. per Bal. in l. j. C. de do. promiſ. per Pet. de An
cha. pulchrè conſi. xvij. incip. Pro ſolutione. ad fi. ibi, ue
nio ad aliud dubiũ. per gl. in uerbo, dependentib. in c.
ij. de iudi. in vj. per do. Card. in cle. ij. uer. trigeſimò quę-
ro. de iudi. Et in dictis locis uidetur cõmuniter conclu-
di, ꝙ quæſt. dotis mota ſeparatim ſine aliqua diſputa-
tione matrimonij ſit merè ſecularis: propter quod dí-
ctum do. Abb. hîc fortè ſuſtineretur cõtra do. Ant. in d.
c. clerici. Vnde dixit Bald. in c. j. qui feu. da. poſ. ꝙ Papa
poteſt dare iudicem inter duos laicos ſuper cauſa do-
tis. ¶ Quarta declaratio reſtrictiua eſt, ꝙ † ualet ſtatu-
tum laicorum puniens cõtrahentem matrimoniũ tur-
piter, putà ſine conſenſu patris, ſecundum Bal. in rubr.
§. eod. tit. dicentẽ, ꝙ in his, quæ ſunt de ſubſtantia ma-
trimonij, non poſſunt ſtatuere laici: ſed bene circa qua
litatem. Nam ſi reſpublicæ intereſt, ut non fiat ſcanda-
lum in populo, tenet adiectio pœnæ, ſicut tenet lex, ne
malis moribus ciuitas informetur, l. j. C. de ſecun. nup.
quam, ſecundũ ipſum, non ſeruãt Canoniſtæ: & dicit ſe
uidere, ꝙ homicidiũ eſt contra naturã, & tamen per ac-
cidens eſt permiſſum, xxxij. q. v. per totũ. Itaq; plerunq;
conſideratur accidens magis, cẽ natura: qa accidentia
cauſam obnubilant, l. j. §. beſtias. ff. de poſtu. ſecundum
eum. Idem tenet Bal. in c. clerici. de iudi. dicẽs, ꝙ in hoc
non punitur matrimoniũ, ſed qualitas matrimonij, ſci
licet clandeſtinitas & corruptio. Allegat l. iij. §. ſi eman-
cipatus. ff. de contra tab. Secus, ſi tangeret ſubſtantiam
matrimonij. Sic dicit procedere dictũ Ioã. And. in c. ſta-
tutum. de hær. in vj. Idem Bal. in c. tenor. in fi. de re iudi.
dicens, ꝙ in matrimonijs poteſt apponi pœna per ſta-
tutum ciuitatis, per quod puniũtur aliqua accidentia,
ſed non quo ad impediendam ſubſtantiã matrimonij.
Alleg. Arch. in c. ubi non eſt. xxx. q. ij. Idem Bal. in l. om-
nem. circa fi. C. ad Ter. dicẽs ſe credere, ꝙ determinatio
Ioan. And. in d. c. ſtatutũ. non ſit uera: quia contrahere
ſine conſenſu patris, eſt cõtra bonos mores omnium,
maximè prudentiũ: & inducit odium capitale, d. §. ſi e-
mancipatus. ubi inducit exhæredationẽ filij. Ideo ua-
let ſtatutum: non, qa ueniat cõtra ſubſtantiã matrimo-
nij, quod etiam nõ poteſt facere, niſi Papa: ſed quia pu-
nit malos mores in republica facinora ſeminantes. Idẽ
tenet Gaſp. Cal. latè in c. j. de clandeſt. deſpon. dicens ſe
uidiſſe ita conſultũ: & idem tenet Lap. Abb. & Ioan. de
S. Gregorio in d. c. ſtatutũ. & uidetur opin. multùm iu-
ſta. ¶ Sed contra iſtam declarationẽ eſt deciſio Io. And.
ordinaria, & cõmuniter approbata, in d. c. ſtatutum. Io
j. de hær. in vj. ubi tenet prædictũ ſtatutum non ualere,
licet referat contrariũ fuiſſe obtentũ in publica diſpu-
tatione Bononienſi. ¶ Mouetur principaliter, qa nega-
rí nõ poteſt, quin iſte metus ſtatuti impediat matrimo-
nium contrahi directè, uel indirectè. Ergo nõ debet ua-
lere, ſicut in ſimili dicitur in d. c. ſtatutũ. & c. gẽma. j.
de ſponſ. ubi ne impediatur libertas matrimonij, prohibe
tur in eo pœna. ¶ Hanc deciſionem ſequitur do. Abb.
hîc, & Pet. de Anch. & Dom. in d. c. ſtatutum. & do. Ant.
do. Abb. & alij in c. j. de ſponſ. & Ang. conſil. xxix. incip.
Titius exiſtens de nobili progenie. & do. Abb. conſ. xij.
incip. Talis caſus eſt: Magnificus do. Ioan. & in ſua re-
pe. incip. Stante ſtatuto. & Iac. de But. reuocãs, quod o-
lim tenuerat in l. j. ff. de conſti. princ. Fed. conſi. xxxv. in-
cip. In Chriſti, etc. Pro ſolutione dubiorũ. & in re pet. c. j.
§. eo. & do, Card. & Gaſ. Cal. in d. c. gẽma. & do. Mari. de

c. eccleſia S. Mariæ.

Sen. consilij. incip. Lap. Caius. in fi. & Dom. in c. placuit. xxxij. dist. & do. Ant. consi. xl. incip. Visa forma contractus dotis, & uisis statutis. & ibi etiam dicit se putare idem in materia dotis, quæ aufertur omittẽdi formam statuti: qa matrimoniũ de difficili contrahitur sine dote, & obligatione restitutionis dotis statuta obuiantia quoquo modo fructui dotis tollerent liberam facultatem matrimonij cõtrahendi. Vnde consuluit, q statutũ Mutinæ, phibens obligationẽ dotis in contractu matrimonij cum persona Bononiensi nõ ualet, qa impediendo realem obligationẽ bonorũ, p restitutiõe dotis, aut
60 tationem in solutũ indirectè tollit facultatem exigendi dotẽ, ut ibi latiùs per eum. Et ab hac opinione nõ est recedendum, p rationes deductas plenè in dictis locis. Pro quibus faciũt etiã sequẽtes declarationes. ¶ Quinta declaratio extẽsiua est, q † nõ ualet lex ciuilis in materia spectante ad ecclesiã, dato q de illa principaliter non disponat, sed procedat tollendo lucrũ, quod aliàs dederat, ut est gl. no. in c. de puellis. in uerbo, nullaten⁹. xxxvj. q. ij. quam sequitur Fede. cons. xxxvj. incip. Casus talis est: maritus uxori. & do. Abb. hîc, dum uoluit illa gl. q licet l. j. C. de rapt. uirgi. priuet mulierem raptã bonis raptoris, quæ ei in pœnã lex dederat, si cum eo contrahat matrimoniũ, tamen lex non tenet: quia intimidatur mulier ad contrahendũ matrimoniũ permissum ei à lege diuina & canonica, c. cùm causa. de rapt. c. tria. xxxvj. q. iij. Ergo, etc. Et consequentia patet ex prædictis in proxima declaratione. Idem etiã tenet do. Ab. in c. cùm in causa. de rap. & in c. j. de spõs. & sentit Rom. in rub. ff. sol. mat. ¶ Sed contrariũ in istis terminis tenet gl. ord. in c. cùm secundum. in uerbo, certo & casu. de hẽre. in vj. & ibi Ioan. And. Dom. & alij, dicentes. q in terris imperij seruabitur lex ciuilis, per rationẽ, de qua ibi per glo. Idem tenet Dom. in c. placuit. xxxij. dist. & do. Abb. in repe. c. per tuas. de arbi. & do. Ant. in c. j. de spõs. & Sali. latè in d. l. j. uersi. ex quinta parte nota. C. de rapt. uirg. motus inter cætera, quia lex uidetur concessisse illa bona sub conditione, si tali non nubat, quæ est honesta, nec uiduitatem inducit: ideo seruanda, l. legatum. & l. filiæ. ff. de annu. leg. Et hæc pars est tutior secundum eum. Et istam rationẽ posuit etiam Ioã. And. in d. c. cùm secundum. in Nouella, licet Sal. multa ex dictis decisionibus alleget: & cum eo transit simpliciter Ioã. de Ana. in d. c. cùm causa. ¶ Ex quibus colligit Dom. in d. c. cùm secundum, ante fi. principij, q leges disponentes, ut alij qui non contrahant matrimoniũ, ligant contrahentes in terris, quæ sunt de temporali iurisdictione ecclesiæ, quando pœna consistit in his, quæ erant sibi concessa ex beneficio iuris ciuilis. Et istam partẽ multi facilè tenerent, maximè quia tex. in d. c. cùm secũdum. uidetur approbare d. l. etiam quo ad istos terminos. ¶ Nihilominus in disputando fortè facilius sustinetur opinio do. Abb. hîc, quicquid aliàs dixerim: qa dato, q lex auferat lucrum, quod ipse dedit, tamẽ nunquã negari poterit, quin auferendo certo casu illud lucrũ, intimidetur matrimoniũ: quo cõcesso statim sequitur nullitas, l. in utroq; foro. per ea, quæ dicta sunt in proxima declaratione. ¶ Ex quib. ista ratio remanet fortissima. Quinimo fortè attentari posset, q nõ est honesta lex puniẽs mulierem dicto casu, attento q mulier rapta inueniet cum difficultate alium maritũ, postquam semel eius fa
61 ma denigrata est. ¶ Et † ideo nubendo raptori uidetur potius consulere honori suo. Vnde faciendo hoc p mitente lege diuina & canonica, non debet puniri, & iustè tenet bona raptoris: cùm illa pœna fuerit imposita rationabiliter in odium raptoris: & bona mulieri collata non debent ei tolli prætextu dictæ conditionis: quia il 63 la conditio, tanquã impeditiua matrimonij, reiicitur, & dispositio remanet pura, sicut dicitur in simili in §. sed hoc præsenti. in authen. de sanct. epis. per glos. & Doc. in c. in præsentia. de proba. q bona alicui delata conditione impedientę religionis ingressum dicuntur perinde relicta, ac si nulla conditio adesset. Nec obst. q de d. l. fiat mentio in d. c. cùm secundũ: qa non fit dispositiuè, sed enunciatiuè, seu narratiuè, ad ostendendum casum decisum ab imperatore in fortioribus terminis: & ideo talia uerba non faciunt ius, secundũ Dom. post gl. in c. ij. de dolo & contu. in vj. & dixi in c. j. s̃. eod. ostendendo, q aliquando ut mur legibus etiam abrogatis ad cognoscendum animũ legislatoris, & in argumentum, non tamẽ approbando. Et ista non reperies per a-
62 lios declarata. ¶ Sexta declaratio extẽsiua est, q † leges prohibentes matrimoniũ inter certas personas nõ prohibitas à iure Canonico, putà inter tutorẽ & pupillũ, uel inter rectorem prouinciæ & mulierẽ sibi subditam, & similes personas, non ualẽt, secundũ do. Abb. hîc in repe. & Fed. latè in d. consi. xxxvj. & do. Abb. consi. xcj. & gl. in c. j. xxx. q. iij. licet illud senserit gl. quæ loquitur arguẽdo, in c. constitutũ. vij. q. j. Idem etiam tenet Bal. Insti. de excus. tut. §. fi. & Sal. in l. fin. C. de interd. ma. & do. Ant. in c. p uenerabilem. q fil. sint legi. & Imo. in l. filius à patre. §. si quis eo tempore. ff. de lib. & posthu. & Lud. in rub. ff. sol. mat. & Arch. in c. Euthemiũ. §. hinc colligitur. super uerbo, fori. ij. q. iij. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. j. de sponsi. & in c. fi. de sec. nup. ¶ Dixit tamen Salic. in d. l. fi. de interdi. ma. & in l. j. C. si quacunq; prædi. potesta. q non sunt correctæ leges facientes matrimoniũ nullum ratione præsumpti terroris, ut in casu d. l. j. Sed hoc admitterem, quando ex aliqua rationabili coniectura appareret de sufficienti metu. Sed ex eo solo, q rector prouinciæ contrahat matrimoniũ cum prouinciali, nõ uidetur induci efficax præsumptio metus, etiãsi lex præsumeret: qa legi præsumptiuæ nõ statur in materia spirituali, ubi ueritas est in contrariũ, secundum Bal. in l. cùm quis. C. de iur. & facti ignо. cum concor. quas dixi in c. j. in vj. fallen. s̃. eo. ¶ Per istam declarationem cum duabus præcedentibus sequũtur tres effectus. Primus est, q leges, quæ exigunt instrumenta dotalia in matrimonio contracto ob legitimationem prolis, l. iij. C. de nat. li. cum concor. non sunt de necessitate seruandæ, secundum do. Ant. & do. Abb. in d. c. j. de sponsi. & Ang. in d. cõs. xxviij. & omnes in c. tanta. q fil. sint legit. ¶ Secũdus effectus, q nõ ualet statutũ puniens contrahẽtem matrimonium cum hominibus alterius ciuita
a tis [a]. Ita sentit expressè Bal. in l. meminí. C. de nupt. dum in hoc submittit se Ioan. And. in d. c. statutum. & pro hoc multum faciunt dictæ duæ declarationes, & quod no. Bal. in l. omnes populi. §. sed nũquid statutum. ff. de iust. & iur. Sed tamen in hoc multi aliter senserũt, ut per Bar. & Ang. in l. & dicim⁹. C. de murilegulis. lib. xj. cum quibus concor. Bar. in l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. & in c. clerici. de iudi. & do. Card. & Gas. Cal. in c. gẽma. j. de spon. & Bal. in l. si matre. C. de suis & leg. & Bar. in cõsi. incip. Lator præsentis schedulæ. Lud. in rub. ff. sol. mat. motus p c. super eo. de cog. spirí. iuncto c. j. eod. tit. cui tamen responderi potest, considerando differentiam inter consuetudinem & statutum, prout in proposito consideratur ibi do. Abb. ¶ Tertius effectus est, quando † non ualet statutum imponens pœnã amissionis dotis mulieri nubenti uiro indigno sine consensu patris. Ita puto tenendum per prædicta, licet aliud senserit Pet. de Anch. in d. consi. xvij. & Bal. in certis apostillis in c. statutũ. de hære. in vj. ubi subdit aliud fortè sustenta-

a *Alterius ciuitatis*] *Sed quid de statuto, prout est in hac ciuitate Venetiarum, q puellæ uiro locandæ, uel maritandæ, quibus constituuntur essent, seu in posterum cõstituentur dotes super immobilibus eiusdem ciuitatis, nubere nequeant extra ciuitatem, comitatum, uel districtũ dictæ ciuitatis sub certa pœna, an, quomodo & qualiter procedat, & intelligendum sit, uide no. p do. Soc. suo consil. xxxv. incip. Circa prædictam consultationem. in prince. cum omnib. uersi. seq. in j. parte.*

stentabilius, q ualeret statutum priuans dote puellam contrahentem matrimonium sine consilio patris, cùm hoc non tollat ſibi arbitrium. Ex quo nõ tenetur illud sequi, per no. in c. cùm in ueteri. de elec. & aliquid dicetur in c. ex parte. j. eo. ¶ Sed in disputando istud etiam reprehenderetur: quia filia proponẽs ducere aliquem non uerisimiliter gratum patri, timẽs eius indignationem, retraheturà contrahendo, & sic statutũ intimidabit matrimonium contra prædicta. ¶ Septima declara-
64 tio extensiua est, q † nõ ualet lex ciuilis disponens præsumptiuè in materia spirituali stante lege Canonica in contrarium. Vnde ex sola cohabitatione masculi & fœminæ non præsumitur matrimoniũ, sed adulterium, c. aliter. xxx. q. v. licet aliud dicat tex. in l. in liberæ. ff. de ritu nuptia. cui standum non est etiã in foro seculari; secundum do. Abb. hîc: quia in talibus leges non dedignantur, etc. c. clerici. de iudi. in authen. ut cle. apud proprios episcopos. in prin. Similiter licet lex ciuilis tollat episcopo cohabitationẽ cuiuslibet mulieris, authen. episcopo nullam. C. de episc. & cler. tamẽ standum est iuri canonico, secundum quod potest habere non suspectam, c. interdixit. xxxij. dist. Et consequenter matrẽ, uel fororem non suspectã potest episcopus habere in sua cohabitatione, secundum do. Abb. hîc. ¶ Cui adde respectu primi dicti notata p ipsum post alios in c. illud. de præsumpt. cum cõcor. quas aliàs ibi dedi in cognoscendo, quando cohabitatio cum aliqua alia coniectura probat matrimoniũ. ¶ Et respectu secundi dicti adde no. per Archi. & Dom. in c. quorundam. xxxiij. dist. & in d. c. interdixit. & per Host. in sum. de cohab. cleric. & mulie. §. j. cum ibi allegatis. ¶ Octaua & ultima decla-
65 ratio extensiua est, quòd † nõ ualet lex ciuilis præsumptiuè disponens in materia spirituali, etiamsi non reperiatur lex canonica in contrarium: quia cùm in istis non possit secularis cognoscere: ergo nec præsumere, secundum do. Abb. hîc, qui pro hoc etiam allegat Feder. consi. cxvj. incip. Apparet quædam lex. ubi dicit nõ uale re statutum laicorum, per quod ex certis coniecturis cõtractus præsumitur usurarius: & sequitur etiam do. Abb. in c. cùm contingat. de iureiur. & Paul. de Cast. cõsil. lxix. incip. Visis & ponderatis. ¶ Hanc declarationem limita esse ueram, quando lex principaliter dispo nit circa actum spiritualem: secus, si disponit super actu temporali, cui est annexus spiritualis, secundum do. Abb. hîc, qui ita intelligit & saluat Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. dum dixit, ualere statutum laicorum, si in certo casu præsumitur contractum simulatum, licet sit appositum iuramentum in cõtractu, dum modò hoc præsumat ex causa rationabili: aliàs posset in fraudem iuramẽti lex præsume re simulationem. Allegat do. Ant. in dicto cap. cùm contingat. Vbi autem statutum irritaret iuramentum non præsumendo simulationem contractus, uel aliàs causam contractus an-
a nullatiuã, non ualeret, ut uoluit [a] Bar. in d. l. omnes. & do. Abb. plenius in disputatione sua incip. stãte statuto. ad quem hîc se remittit. ¶ Et ista uerba do. Abb. sunt notanda pro conclusione istius quæst. quæ tamen longissima est, sed quotidie occurrens: uideli-
66 cet † quando ualeat statutum irritãs cõtractum iuratum & quam uelut impertinentem expedio solùm remissiuè. Vnde eam prosequere, ut in dictis locis, & per do. Abb. latissimè in dicta disputatione, stante statuto. in primo dubio. & uersic. quartum dubiũ. cum seq. in c. cùm contingat. uersi. nunc ad prædicta applico duo dubia. de iure-

a *Voluit*] *Pro qua materia uide etiam per do. Socin. suo consil. cc-xxxix. incip. Præsentis consultationis difficultas. uer. ex quibus concludo. ibi, quære tertio. & uersic. cõfirmantur præmissa. in ij. parte. & consil. cclxxix. incip. Visa donatiõe facta. uersi. circa primum non insistendo. ibi, quibus præsuppositis. in d. parte.*

iur. & in repet. c. per tuas. de arbi. & consilio suo lxxj. incip. In hac causa, quæ ad præsens uertitur. per Fed. consil. cclxxij. incip. In nomine Domini: amen. Statuto ciuitatis Perusij cauetur. per Lud. Roman. consi. xij. incip. In Christi, etc. uiso pacto proposito. & consi. ccccxxxvij. incip. Omnipotentis, etc. in casu proposito aduertendum censeo. per Pet. de Anch. consi. cccxxvj. incip. Visis factí narratione, etc. per do. Card. consil. lxxxiij. incip. Nobiles uiri do. de Vinciguerra. ad fi. per Paul. de Cast. consi. lxv. incip. Visis & consideratis omnibus. & consilio xcvj. incip. In Christi, etc. Notandum est primò, quòd licet donator, cui. ad fin. per Bald. latè in repe. l. ij. uer. super quinto. ff. de iureiuran. & in c. j. de proba. per Imo. in repe. c. cùm contingat. de iureiuran. per Pet. de Anch. in rub. ea, quæ uersi. tertiò quero de iuramento. & in regula, accessorium. uersic. aduertatis domini: quia ista consideratio Bar. de reg. iur. in vj. & in repe. c. j. uersi. ego etiam consului. de consti. in consi. suo ccxxij. incip. In Christi, etc. legitur in canone. per Bald. post Bar. in dicta l. omnes populi. & per Bald. & Salic. in authen. sacramenta puber. C. si aduersus uendi. & ibi per Paul. de Cast. in repet. per Bald. in quodam consilio incip. Quæro, dicit statutum, quòd minor. per Bald. in l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact. & in l. nec patronus. prope fin. C. de operis liber. & ibi Salic. per Angel. in l. de quibus. ad fi. ff. de legibus. per Bald. in l. ij. in ix. quæst. C. de rescin. uen. per Bald. & Paul. de Cast. in l. fin. ff. qui satisd. cog. per Bald. in l. pactum. C. de eo. & in rubr. ff. de iureiuran. & in c. j. §. item sacramenta. de pa. iu. fir. & in l. non dubium. C. de legi. & in l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de lega. j. & in l. j. C. si aduer. dona. & in l. fin. C. de non num. pec. & in l. ij. in fin. C. de ind. uidui. per Raph. & Paul. de Cast. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in locis allegatis per prædictos, maximè per Ludo. in dictis consilijs. Ex quibus dictis multa extendi possent, ubi melius caderet, etc. ¶ Ex prædictis istis quatuor limitationibus cum necessarijs declarationibus remanet modò firmior regula: Quòd leges ciuiles extenduntur ad ecclesias, & clericos. Ex qua sequuntur plurimi effectus, de quibus hîc per dominum Abb. dum dicit, quòd lex rationabilis non contradicens canoni, & generaliter loquens, potest adduci in fauorem clericorum: & subdit, quòd lex illa dicitur præiudicialis clericis, uel ecclesijs, quæ est apta afferre semper incõmodum: secus, si potest habere aliquando cõmodum, & aliquando incommodum: & ideo lex disponens de contractibus, locato, depositо, & similibus, ex quo nõ contradicit canoni, seruabitur, quo ad ecclesiam. Inducit c. j. de ope. no. nun. & c. ecclesia. j. ut lit. pen. cum simi. ubi Papa per leges ciuiles iudicat inter clericos. Et licet aliquando lex noceat clerico, putà condemnato ex depositо, tamen aliàs posset prodesse sibi agenti ex depositо. ¶ Et ista latè deducit etiam Pet. de Anch. in dicta repet. c. j. uer. circa istam doctrinam. quam reassumit hîc do. Abb. & ipsum alleg. in repet. dicti c. j. licet in lec. nihil de eo dicat, & utrobiq; subintrat quæst. An ecclesia teneatur ad confectionẽ inuentarij? concludendo contra dominum Pet. quòd non, sicut de fisco dicitur in l. j. §. an bona. ff. de iur. fisci. Et ad hoc allegat Bart. in l. j. C. de sacr. sanct. eccles. De quo arg. tanquam incidenti remitto ad glo. Ioan. And. do. Card. Imol. & do. Abb. in c. j. de testi. & Ang. in l. fin. §. si uerò postquam. C. de iure delib. & in §. si uerò quidem. in authen. de alie. & emph. & in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quàm per legem Fal. & Bald. in d. l. fin. in prin. in v. & vj. quæst. & in l. cùm à matre. C. de rei uen. & Pet. de Anch. consilio ccccliij. incip. Et prima facie. & Lud. in rub. ff. de acquir. hær. per glo. & Imo. in c. j. de fol. per Ioan. de Ana. in c. in literis. de rapt. per Arch. in c. episcopus, qui filios. xvij. quæst. ij. per Bart. & Sali. in authen. sed cùm testator. C. ad legem Fal. per Bald. in authen. sicut aliæ. C. de sac. sanct. eccles.

c. ecclesia sanctæ Mariæ.

¶Sequuntur etiam alij similes effectus ex conclusione
67 prędicta, ut hîc per do. Abb. in rep. dicentem, q† si cle-
ricus hæres non adimplet uoluntatem defuncti, priua-
bitur hæreditate, iuxta authē. hoc amplius. C. de fidei-
com. Item in casibus, in quibus quis ut indignus here-
ditate priuabitur. Nam priuabitur & clericus: de qui-
bus ff. & C. de his, quibus ut indig. Item si non petit tu-
torem pupillo, priuabitur successione, l. sciant. C. de le-
gi. hære. Item hæreditatem non aditam nō transmittit,
sicut nec quilibet alius, l. unica. §. in nouissimo. C. de
cad. tol. Item in casibus, quibus gr̄ ius ciuile est proui-
sum, ut perdatur possessio, etiam clericus eam perdet,
ut laicus, l. fin. C. de acquir. poss. iunctis notatis in c. o-
lim. el j. de restit. spol. Et idem uidetur dicendum in ca-
sibus prædictis, & similibus, de ecclesijs, quod de cleri-
cis, saluo restitutionis beneficio, & alijs priuilegijs in
suis casibus, ecclesijs & clericis concessis, ut in toto tit.
de sacr. sanc. eccles. cum si. secundum ipsum: cuius uer-
ba sunt signanda propter plurima, maximè cōtra nos
puros Canonistas credētes omnia posse inter clericos
decidi solis canonibus. Quinimò dixit dom. Abb. in c.
inter alia. in j. no. de immu. eccles. quòd etiam ubi non
deficit canō, potest allegari lex, per illum tex. per quem
reprehendit glo. contrarium dicentem in c. si in aduto
rium. x. dist. Dixit tamen do. Ant. post Hostien. in c. su-
per Spe. per illum tex. de priui. quòd non debet Cano-
nista decidere causas per casus legum, & omittere ca-
nones, quando de materia illa disponunt: & econuer-
sò. ¶Similiter per prædicta reprehenditur uulgatū dic-
tum Host. in c. continebatur. de his, quæ fiunt à præla.
qui uoluit, quòd lex, quoties. C. de rei uend. non proce
dat in uenditione facta clerico, uel ecclesiæ: nam secun-
dum do. Ant. Imo. & do. Abb. ibi ex opin. Host. non est
inducenda correctio istius l. Quod no. contra Imol. in
69 clemen. j. in princ. de renuntia. eccles. Et Lud. in authen.
similiter. uersi. xij. C. ad l. Fal. & consi. lxx. ubi faciunt fe-
stum de illo dicto Host. Quod tamen saluari potest in
duobus casibus, de quibus per do. Ant. & alios in d. c.
continebatur. ¶Vltimò non omitto in fin. huius pri-
mæ quæst. per id, quod singulariter tenuit do. Abb. in
c. cæterùm. de iudi. ubi dixit nouissimè per illum text.
68 quòd † quando lex ciuilis respectu certæ causæ attri-
buit alicui iurisdictionem uniuersaliter, talis lex com-
prehēdit etiam clericos a stiuè & passiuè, in quibus ui-
get illa qualitas, super qua fundatur illa iurisdictio, p
illum text. ubi habes exemplum. Et dicit posse defen-
di, quia hęc dispositio imperatoris potest se habere ad
commodum & incōmodum respectu clericorum: quia
si sunt domini feudi, habent iurisdictionem, ut ibi: si
autem uasalli, subijciūtur domino, ut ibi per eum. Pro
quo potest adduci, quod scribit Bal. in l. testamenta o-
mnia. C. de testa. ubi dicit, quòd si statutum mittat lega
ta non insinuata coram capitaneo ciuitatis citandis, &
occurrat clericum institui in testamento, in quo fiebāt
laicis legata, & ipsi petentes insinuationem legatorum
fecerunt citari dictum hæredem clericum coram iudi-
ce laico, ualet citatio. Et sequitur ibi Paul. de Cast. dicēs
se idem consuluisse nondum uiso Bald. & quòd multi
tim uerunt consulere. Et idem tenet Salic. in l. consulta.
eod. tit. & Pet. de Anch. in repet. regulæ, ea, quæ. de reg.
iur. in vj. uer. pro pleniori. & est sub quæst. xvij. ad finē,
de reg. iur. in vj. & idem uidetur uelle Angel. in l. j. §. hæc
stipulatio. uer. solùm ergo restat uidere. ff. si cui plus q̄m
per legem Falci. & sequitur ibi Imol. Sed tamen ibi do.
Abb. in d. c. cæterùm. impugnatur ibi communiter ab
omnibus Modernis: quia licet ex approbatione iuris
canonici, de qua ibi, laicus habeat iurisdictionē in cle-
ricum, hoc tamen non est dicendum generaliter, ubi-
cunq; lex dat iurisdictionem laico respectu certæ qua-
litatis, uel in certo genere causarum: quia concessio, de
qua ibi, est odiosa. Ergo non extendenda, c. P. & G. de
offic. deleg. ¶Secundò, quia sequere-
tur, quòd si clericus esset negotiator a *Laico*] *Adde Bald. in addi. ad Spe. in tit. de reo. in princ. uer. scholaris. & de cle. coniug. uer. si autem clericus. ubi etiam dicit, q. nec habet priuilegia.*
alicuius artis, in cōtinenti posset con-
d ueniri sub iudice laico a, per l. fi. C. de
iurisd. om. iud. & sic perdet statim pri-
uilegium clericale, contra cap. fin. de
uita & honest. cler. & facit c. ij. ne cleri.
uel mo. ubi requiritur monitio. ¶Ter-
tiò: quia cùm imperator, uel conditor
legis nullam habeat iurisdictionem
in clericū, impossibile est, quòd eam in alium transtu-
lerit, c. Dathertum. j. quæst. vij. ¶Non obst. quòd in
huiusmodi casibus potest contineri priuilegium cleri-
corum: quia satis est ad hoc, ut non ualeat, quòd con-
tineat grauamen: & quia clericus etiam uolens, nō po-
test in laicū consentire, c. si diligenti. de for. comp. Non
obst. dictum Bald. in d. l. testamenta. cum concor. quia,
ut ipse declarat, illa citatio potiùs potest dici edictum,
quàm citatio: & edictum omnes astringit, c. si. qui mat.
accus. poss. & potiùs uidetur citatus ad uoluntatem e-
ius exquirendam, quàm ad causam: & licet ibi requi-
ratur citatio: tamen ille actus est potiùs uoluntariæ iu-
risdictionis, secundum eum. Pro quo facit, quod dice-
tur infrà, in viij. quæst. uer. secūdum quod utiliter. q̄ o-
missio insinuationis uitiat testamentū laici, in quo cle-
ricus institutus est. Sed in casu do. Abb. agitur de mera
iurisdictione fori contentiosi. Sed tutius tamen esset e-
tiam in casu Bald. recurrere ad episcopum, si eius co-
pia haberi potest, secundum Angel. in d. §. hæc stipula-
tio. Quæ omnia no.

¶Expedita prima quæstione principali de legi-
bus principum, sequitur uidere de cōstitutionibus in-
feriorum, quando ligent clericos, uel ecclesias, & quan-
do nō. ¶Vnde secundò principaliter quæro de quæst.
dubia, & ad sequentes necessaria, uidelicet † quæ statu
ta dicanē contra libertatem ecclesiasticam r ¶Et in hoc
breuiter loquendo, sunt tres opin. Prima opin. est, q̄ il-
la dicuntur contra libertatem ecclesiasticam, ex quib.
tolluntur, uel diminuuntur priuilegia concessa eccle-
sijs, uel ecclesiasticis personis à Papa, uel à principe. Et
hanc opinionem tenent Cyn. & Salic.
b in authen. cassa b. C. de sacr. sanc. eccle. *b In authen. cassa.] Vide ibi Old. & adde Bald. in Marga. verb. ecclesia. uers. j. in prin. & per Alexan. de Imo. in consi. ccx. & seq. in ij. parte, & consil. xvj. iiij. parte.*
& Bal. in l. cunctos. C. de sum. trinit. &
consi. clxxxvij. incip. Domini priores.
& Bald. in §. ius autem ciuile. in ult. q.
Inst. de iur. na. gen. & ciui. & in authē.
statuimus. in fi. C. de episc. & cler. ¶Se
cunda fuit opin. quòd illa dicantur
contra libertatem ecclesiasticam, ex
quibus clerici efficiuntur timidiores.
Et hanc tenent Bar. & Ang. in l. j. §. quę
onerandæ. ff. qua. re. ac. non da. Bart. in d. authen. cas-
sa. & sequitur ibi Bal. allegando gl. in authen. de non a-
lien. §. uult enim. in uerbo, de genere. quæ dicit, quòd
genus clericorum audax esse debet, cùm defendantur
lege Dei dicentis, Nolite tangere Christos meos, id est,
sacerdotes. Et cum hac opinione transit do. Abb. in c.
nouerint. de sent. excōm. & hîc in repet. & Pet. de Anch.
in repet. c. canonum. uer. quæro circa hoc, quæ dicātur
s. eo. ¶Tertia fuit opin, q̄ illa dicantur contra liberta-
tem ecclesiasticam, ex quibus impediuntur clerici face-
re ea, quæ sunt sibi concessa à iure cōmuni, secundum
do. Ant. & Imo. hîc, & in c. cùm terra. de electio. & Fulg.
in d. authen. cassa. & Bal. latè & subtiliter in repet. l. cun-
ctos populos. uersi. nunc de tertio membro. C. de sum.
trinit. quia fortiùs est acquisitum illud, quod compe-
tit iure communi, quàm quod competit iure speciali, §.
quia uerò uerisimile. in authen. de non alienan. l. eius.
militis. §. militia missus. ff. de mili. test. Et ista opin. uide-
tur iuri consona, per quā generaliter dici potest, quòd
statutum prohibens clericis non prohibita à lege Cano-
nica, uel diuina, dicatur esse contra libertatem eccle-
siasticam, & clericorū, attenta diffinitione libertatis: de
qua in l. libertas. ff. de stat. ho. Et ad hoc reduci possunt
ea, quæ latissimè scribit do. Card. in ista q. in repet. c. p-
pendimus. uer. nunc examinanda est. ij. q. de sent. excō.
Et ibi habes, q̄ uerum est, quod dixit s. de secunda opi.
¶Sed q̄ coniungi debet etiā cum prima, quam ipse in-
telligit, nedum ubi tollitur libertas omniū ecclesiarum
loci, sed etiā particularis ecclesiæ: inde decidit duas q.
Prima, q̄ statutū laicorum disponens, q̄ non reddatur
ius tali prælato cōtra suos debitores, est contra liberta-
tem ecclesiæ: & idem, si ab una sola ecclesia exigant̄ col
lectæ. ¶Secundò decidit circa quoddā statutū factum
in terra Prati, q̄ nullus præsumat allegare, q̄ præposi-
tus ecclesię Pratensis nō habeat iurisdictionē quasi epi
scopalem in loco, q̄ tale statutum est contra libertatem
ecclesiæ: quia uiolatur libertas diœcesani. Et ideo quo-
modocunq; uioletur immunitas ecclesiæ, dicitur uiola
ri libertas ecclesiarū, ut ibi p eum: & per eundem consi.
cxlvij. incip. Statuit ciuitas Viterbiensis. ubi aliqua de
prædictis replicat: & uide Lapum alleg. xcij. incip. An
constitutio sit cōtra libertatē. Vbi p doctrinas & exem-
pla sufficienter ostendit modum cognoscendi talia sta
tuta: & infert contra certum statutum Florentinū, per-
mittens cuicunq; habere regressum contra bona tem-
poralia ecclesiarum, ac si tenerentur per quemcūq; lai-
cum: subdens in fine, nō prodest cautela, per quam in
fine statutorū fiunt protestationes: q̄ nō intendunt of-
fendere libertatē ecclesiasticā. Et de materia aliquid p
eundem alleg. c. j. incip. In ciuitate Florentiæ. in fin. per
Dom. in c. fi. in ij. no. de immu. eccl. lib. vj. ¶Tertiò quæ-
ro non ab re, & non extra propositum, utrùm clerici di
70 cantur de populo: In quo cōmuniter tenetur opin. do.
Abb. in c. j. in princ. de ui. & ho. cler. q̄ in materia priuile
giativa dicūntur de populo, per c. dilecti. cum sua mate
ria, de for. comp. & per id, quod no. Bar. in l. j. ff. ad muni.
Sed in materia odiosa est strictè in-
terpretanda: secus per tex. cum glo. in
c. si sententia. de sent. exc. in vj. & sic di-
cit limitari tex. in §. plebiscitum. Institt.
de iur. nat. ubi appellatiōe populi ue-
niunt uniuersi ciues existentes in ciui
a tate a. Idem no. do. Abb. in c. j. de preb.
& Paul. de Cast. consi. ccxcvj. inci. Ad
primū dicendum, q̄ clerici. & Bal. in c.
quæ in ecclesiarū. s. eo. & Imo. in cle. in
plerisq;. de elec. & Pet. de Anch. consi.
cccxxxvj. incip. Viso themate. & consi.
seq. & ibi uoluit, q̄ appellatione offici-
aliū populi uenit episcopus, & eius
uicarius: & pro dictis suis est decisio
Bal. quam non allegat, in l. j. §. huius
studij. ff. de iust. & iur. ubi dicit, q̄ si stā
te statuto, q̄ nemo trahat aliquē Peru
sinum extra curiā Perusinā, non pro-
hibetur trahi ad curiā episcopalē Pe-
rusinam: quia illa etiam dicitur curia
Perusina. Alleg. c. cùm ecclesia sutrina.
de causa pos. & proprie. ¶Et istis ad-
de in simili Ioā. And. in c. fi. de offi. de-
leg. in vj. ubi dixit per illum text. q̄ in
materia fauorabili appellatiōe distri-
ctualiū ueniunt etiam clerici: & indu-
cit ad q. de qua ibi elegāter per Dom.
in prin. de quo fit mentio j. & facit per
Ioā. And. tex. in c. accedens. lo ij. ut lit.
non contest. ¶Et ex illis uerbis Ioan.
And. infert Pet. de Anch. in d. c. dilecti.
q̄ priuilegium concessum certæ natio
ni, putà Siculis, cōprehendit etiā cle-
ricos: ad quod pondera text. in c. ad
decorem. de insti. & dicit latè do. Card. in d. c. dilecti. q̄ clerici dicuntur esse de prouincia. Et dicit latè Old. con
sil. j. incip. Quæstio est, q̄ clerici dicuntur de uniuersita-
te in fauorabilibus. & ipsum recitat, & sequitur Pet. de
Anch. in reg. ea, quæ. in uer. uigesimoprimò quæro. de
reg. iur. in vj. ¶Et pro prædictis facit, q̄ no. Bal. in c. j. de
noua for. fide. dicens, q̄ omnes homines habētes inco-
latum in ciuitate ueniūt appella. populi & populariū,
per tex. in authen. de quæsto. in prin. ibi, ciuitas nostra
populosa est, & urbs diuersorum hominum. quem tex.
alleg. Bal. ad hoc in c. j. ī. de offi. ord. ¶Et ā prædictis nō
recederē, licet do. Card. in cle. in plerisq;. de elec. in prin.
dicat, q̄ nunquā nomine cleri uenit populus, nec econ
uerso: & si qua inueniantur cōtraria, speciales ponunt
casus, secundū eum, pro quo adduci possent multa iu-
ra, quæ aliquando exprimunt clerū & populum, quasi
ut diuersa, ut in c. duo sunt. xij. q. j. & in c. nulli. & ibi Do
cto. xlij. dist. & in c. qui in aliquo. etiam ibi Dom. lj. dist.
& in c. ut cōmissi. in uerbo, clerū & populū. de hære. in
vj. & in c. nostri. lxij. dist. & in c. in nomine. in princ. xxiij.
dist. & in c. ubi periculū. §. super his. de elec. in vj. & in c.
Romana. in prin. de censi. eo. lib. & in c. ex parte. Io j. de
priuil. cum si. ¶Et istis adde, quod ibi dicetur, lxxviij. q.
uer. opi. tamen Bar. post Paul. de Cast. in d. consi. ccxcvj.
¶Et de prædictis etiā copiosè scribit do. Alex. de Imol.
quem uide in l. de pupillo. in prin. uer. utrùm aūt clari-
ci. de ope. no. nun. Et adde Cal. in trac. de eccl. interd. in
ij. membro, q. xxvij. ubi uult, q̄ religiosus nō desinit es-
se de populo ante professionem etiam in odiosis. Et in
materia pondera bene tex. in c. duo sunt. xij. q. j. laici-
laos Græcè, quod est populus Latinè. ¶Quartò quæ-
ro, si † statutū ponit extra protectionē cōmunis omnē
declinantē forum potestatis, an sit cōtra libertatem ec-
clesiasticam? & respondit do. Abb. hîc in repe. q̄ sic: qa
reddit clericos timidos ad allegandū priuilegiū fori, si
cōueniantur cora potestate. Et alle. Bal. in d. authē. cas-
sa. & Bar. in d. §. quæ onerandæ. q̄ hoc dicunt: & idē uo-
luit Ang. in d. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. Sed subdit hîc
do. Ab. q̄ ex alio capite hoc statutū non extenditur ad
clericos, s. ex defectu intentionis statuentis, q̄ in dubio
non intendebat cōprehendere nō subditos. ¶Ex quis-
bus uerbis resultat notabilis effectus, uidelicet q̄ talis-
ter statuentes nō sunt excōmunicati: quia si non inten-
dunt disponere de clericis, nō uidentur esse in casu d. c.
nouerint. Et ita expresse sentit do. Ant. in c. tua. j. de de-
ci. in prin. dum dicit, q̄ tale statutū in sua generalitate
ita debet restringi, ut clericos non cōprehendat, ne ui-
deantur statuentes dispositisse contra libertatē ecclesia
sticam, ut ibi per eum: & idē tenet Lap. alleg. xxx. incip.
Consi. fuit. Et q̄ talis interpretatio fieri debeat, adduci
posset in simili glo. uulgata in cle. j. in
uerbo Facere, de usu. probās, q̄ in sta-
tutis nunquā colligitur argumētum
à contrario sensu: quādo ex tali argu-
b mēto statuētes incideret in pœnā b. Et
ita ipsam ponderat Rom. in sing. cvij.
incip. tu habes. & cōmuniter tenetur:
& idē Bal. in l. si eum. §. q̄ iniuriarū. ff. si
quis cau. & Laur. & Rodul. in trac. De
usu. q. cxlviij. & Bal. & Imo. in l. gallus.
§. ille casus. ff. de lib. & posth. & facit o-
ptimè, quod no. Bar. in simili. in l. si, p
curator. uers. & p istū text. ego dico. ff.
de cōdi. inde. dum dicit, q̄ in generali
mandato nō uenit aliquid, per quod
dñs possit incidere in pœnā: & idem
Bar. in l. iij. §. si, procurator. ff. quod quis-
que iur. & Bald. in l. ab executione. C.
quorū appel. nō reci. & Pet. de Anch.
consi. cccl x. cum cōcor. ¶Et istis adde
Bar. in l. si quis sub cōditio. ff. de cōdi.

In ciuitate] Ad quod adde Card. in cle. j. iij. q. de im mu. eccl. Et qui di cantur populi, ui- de do. Alexā. post a Bart. in l. in pro- uinciali. §. j. de o- per. no. nunci. & ibi in addi. & in lec. Et ibi dicit, q̄ etiam forenses di- cuntur de popu- lo. Et q̄ etiam ue- niant aduenæ ap- pellatione popu- larium, tex. est sin gul. in authen. de quæstore. post prin. Sed ex qui- bus hominibus cō stat populus? Dic q̄ ex decem homi nibus, glo. x. q. j. c. j. per c. uni. cum gl. x. q. iij. & Bal. in authē. quod lo- cum. in fin. C. de colla. & uide Bar tol. in l. prætor. in princ. ff. ut bon. rapt. & in l. j. ff. de probatio.

instí. ubi etiam tenet, tale statutum non ualere, quo ad clericos, nec intelligi de clericis: quia uerba generalia non porriguntˉ ad illicita: & sequitur Bal. in l. fi. §. in cõputatione. in fi. C. de iu. deli. & idem tenent multi ex allegandis ꝯ. in cautelis huius materiæ, maximè Pet. de Anch. in reg. ea, quæ. & faciũt, quæ no. Imo. in cle. pastoralis. maximè in uer. & si dicatur. de re iud. Ex quibus uidetur incautè locutus Ang. consil. xlvij. incip. Statuto ciuitatis Florentiæ. dum sentit expresè, ꝙ tale statutum nocere debeat clericis. ¶ Confirmantur prædicta per ea, quæ scribit Dominic. post Ioan. And. in c. eos. maximè in uer. item si sic intelligeretur. de immu. eccles. in vj. dum dicit, quòd statutũ generaliter loquens non debet trahi ad sensum peruersum, ad quem uideatur disposuisse cõtra libertatem ecclesię, ut in exemplo, de quo ibi. ¶ Ad idem, quod notat do. Ant. in c. relatum. ꝯ. post princ. de test. dicens, quòd statutum generaliter irritans testamentum non positum in memorialibus, non debet ita intelligi indistinctè, ut præiudicetur testamentis ad pias causas. Et idem no. Cald. in dispu. incip. Bononiensi statuto cauetur. ad fin. quem sequitur Pet. de Anch. consil. cclxij. incip. Supra dictum statutum. Et ꝙ pœna apposita declinanti potestatem non liget clericos, tenet Bal. in l. ꝯ. ad fi. C. de indi. uidui. etiamsi non puniret declinantem, sed eius consanguineos: quod ipse probet solẽniter: & facit, quod dicam ꝯ. q. xiij. & qꝫ no. Bal. in l. ij. C. ut in possłega. ubi dicit, ꝙ si testator instituens clericum grauat eum, ꝙ debet Titio centum, subijciendo eum iurisdictioni seculari, non ualet illa subiectio: quia est contra ius publicum, per l. nemo potest. ff. de leg. ꝯ. iuncto c. si diligenti. de for. cõpe. ¶ Et † retentis prædictis non uidetur laborandum in inuenien do cautelas, ex quibus clericus declinans iurisdictionem potestatis non incurrat pœnã dicti statuti, ex quo statutum ipsum non ligat. Sed tamen, quia de facto seculares iudices aliquando mandant tales pœnas executioni, ut dicit do. Abb. in c. si diligenti. in fi. de fo. compe. ideo no. quinꝙ cautelas, quas repetio in ista materia. ¶ Prima fuit lac. But. in authẽ. statuimus. C. de episc. & cler. uidelicet ꝙ clericus non declinet, sed dicat sic, nõ possum respondere coram uobis: quia habeo decretalem, si diligenti. inhibentem & punientẽ clericum litigantem corã seculari: aliàs libenter responderem. Et cũ hoc uidetur trãsire Pet. de Anch. in c. seculari. in ult. no. de for. comp. in vj. & Alb. in iiij. parte statutorũ, quæst. lxxv. incip. existente potestate. in fi. Pro quo etiam uide Bar. in l. ij. C. de accus. idem tenentem, & Bald. in l. reos. uersi. sed hîc quæro, an filius. C. de accus. & Imol. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iud. Sed ista cautela fortè non prodest, cùm effectualiter declinet. Et non refert, an aliquid fiat uerbo, uel facto, c. ex parte. de appel. secũdum Ioan. de Lig. in d. c. si diligenti. & sequuntur ibi do. Ant. & do. Abb. in fi. Tamen ipsam saluat Bal. in d. authẽ. statuimus. dicens, ꝙ aliud est dicere se nolle, aliud nõ posse. Alleg. l. ab administratione. C. de legi. & l. cùm filius. §. non uideꝫ. ff. de legat. ij. quę optimè probant. ¶ Secũda cautela est, ꝙ † clericus nõ declinet, sed pro suo interesse cõpareat superior[a], & eum reuocet ratione sui interesse: arg. c. si iudex laicus. de sent. excom. in vj. sicut dicimus in seruo, l. seruus. ff. de publ. iud. & in dño feudi respectu uasalli, c. ex transmissa. de for. comp. Ita docet Bar. in d. l. pen. §. ad crimen. uer. item opp. de l. Lucius. quẽ sequitur do. Ant. in c. ueniens. de accus. & do. Abb. in d. c. si diligenti. dicens hoc esse notandum: & Bal. in authen. statuimus. dicens, se ita uidisse practicari. Et hãc cautelam ponit Dom. nullum allegans, in d. c. si iudex. in princ. & ibi dicit per illum text. quòd aliud est, quòd clericus opponat de incompetentia secularis, & aliud, quòd à superiore repetatur. ¶ Et adde, quòd episcopus committens talem reuocationem, seu inhibitionem, non tenetur partem citare, secundum Archid. quasi in terminis, in c. quæ Lotharius. ante fin. ij. quæst. j. quem sequitur Bald. in l. presbyteri. C. de episc. & cler. & Ludo. de Roma. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. ¶ Tertia cautela est, quòd † clericus compareat in habitu & tonsura, & dicat, Offero me coram uobis litigare paratum, dum modò possim. Ita Bald. Angel. & Imol. in l. iiij. quæ incipit, nolle. ff. de acquir. hæred. Ita sentit Bald. in d. authen. statuimus. uer. secundò dico. ubi semper uide: & idem Bald. in l. filius. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. dicens, quòd clericus comparendo in habitu & tonsura, non dicitur declinare forum, sed forus declinat eum. Et ista est declinatio passiua, non actiua: quia lex declinat, secundum eum. Et est similis modus loquendi in l. qui indignus. ff. de senato. & in cap. fin. de uita & honestate cleric. & ibi per Docto. maximè Pet. de Ancha. Et ista cautela est satis conformis primæ. Potest etiam clericus dicere, quòd statutum est contra libertatem ecclesiæ, & ideo non seruandum, secundum Alberic. in loco in prima cautela allegato. ¶ Quarta cautela est, ut protestetur, quòd † non intendit consentire in iudicem secularem: quia licet litiget, per hoc nihil iurisdictionis habebit iudex secularis, per dictum cap. si diligenti. Lex enim declinat iurisdictionem pro clerico etiam inuito: & factum legis non obligat eum ad pœnam, cùm non sit in culpa. Ita Bald. in l. ab administratione. C. de legat. de quo facit mentionem Angel. ibi, & Paul. de Cast. quem omnino uide: & idem not. Bald. in l. j. in fin. C. de natu. lib. dicens, quòd est cautela secura. ¶ Quinta cautela est, quòd † iudex ecclesiasticus petat declarari, & expresè statui, quòd tale statutum non intelligatur de clericis, & ad hoc cogat iudicem secularem. Ita Pet. de Ancha. in repet. reg. ea, quæ. uersic. uicesimosexto quæro. de reg. iur. in vj. allegando in simili Ioan. Andr. in cap. fin. de immu. eccles. libro sexto. Et idem dicit sentire Bald. in authen. statuimus. C. de episcopis & cler. & est solennis & efficax practica ad totam materiam huius decret. quòd dubitari potest, an statutum liget ecclesiam? & sequitur Dominic. in dicto c. fin. & Bald. in l. iubemus. la j. C. de sacrosanctis ecclesijs. ¶ Quintò quæro, utrùm † ualeant statuta laicorũ, ex quibus indirectè prædia peruenientia ad ecclesias subijciantur oneribus à populo imponendis? Et in hoc Bartol. tenet, quòd sic, in l. rescripto. §. sciendum. uersic. sed quæro, utrùm. ff. de mune. & hono. dando cautelam, quòd omnia prædia ciuium, quæ sunt in comitatu, sint tributaria & affecta onere tributorum pro collectis imponendis. Ita dicit colligi ex dictis Innocen. in c. postulasti. de for. compet. Et ita dicit fecisse Perusinos, qui ex hoc imponunt collectas omnibus possessionibus, quæ peruenerunt ad ecclesias, uel clericos post l. factã, cùm transiuerint ad ecclesiam cum onere suo. Et hanc cautelam Bart. sequitur do. Abb. in c. quod clericis. de for. cõpet. allegando Bar. in authen. ut nulla communitas. C. de episc. & cler. & Archi. in c. j. de immu. eccles. in vj. qui tamen specificè hoc non dicit, sed firmat aliud, uidelicet ꝙ res cõsueta collectari amittat hoc onus transeundo ad ecclesiam, per rationes, quas ibi latiùs sequitur Dominic. post Imol. ibi: & maximè, quia collectæ non inhærent rei, sed imponuntur tum ratione personæ[b], tum propter bona,

a *Superior] Ad de plenè per do. Alex. de Imo. in l. ab administratione. C. de legi. & p do. Soc. suo consi. cxxij. inci. Præstãtissime doc. cir. fi. ibi, solum ergo. cũ seq. in j. parte, ubi dicit, ꝙ nõ ipse opponat, sed superior, uel pater: et sic nõ incidat in pœnam ipsius.*

b *Personæ] An collectæ, quæ hodie imponũtur personis, si res transeant de persona in personam, transeant cum onere, uide per Socinum consilio suo cclxiij. incip. In præsenti consultatione. uer. confirmare uidetur. & ij. in ij. parte.*

¶ Et

c. ecclesia S. Mariæ.

a *Subiectis] An necesse sit personam esse subiectã imponenti, dum collectæ imponẽtur, uide do. Soci. suo cons. cclxxxviij. inc. circa primam q. uersi. primò, una consideratione. cum uer. seq. in ij. parte.*

¶ Et hinc est, ꝙ imponuntur solùm a subiectis[a], d. §. sciendũ. Sed clerici nõ sunt subiecti, ut hîc. Ergo, etc. Ad oĩa iura, quę possunt allegari in cõtrariũ, respondetur, ꝙ loquuntur in prædijs tributarijs: & sic, qñ onera sunt annexa rebus, ut per Bar. in cõsi. inci. Punctus quæstionis talis est. & Bal. in l. placet. C. de sac. san. eccl. & ita residet Domi. in d. c. j. imitãdo istos, qui per hoc sentiũt, ꝙ si prædia sunt tributaria, trãseant cũ onere suo, prout ꝛ. dixit Bar. & cum istis uerbis Domi. concor. do. Abb. consi. liij. incip. Quidam Andreas P. in fi. Sed tamen Bal. in d. l. placet. aliter loquitur, quàm dicat Domi. ut ꝯ. patebit. Dictam cautelam Bar. approbat Cal. in tit. de censi. consi. ij. inc. Statuto Perusino cauetur. & est consi. collegij Perusini ualde plenum & approbatum à Calde. & non est cõtra libertatem ecclesiæ, secundum ipsos, quia aliud est imponere collectã pro rebus ecclesiæ, quæ non sunt affectę onere tributorum ante quàm ueniant ad ecclesiam & istud est cõtra libertatẽ ecclesię, & c. j. de immu. eccle. in vj. Aliud est, quando onus tributi est impositũ ante quã res ueniat ad ecclesiam: quia illud est secundũ dispositionẽ iuris Canonici, quo cauetur, ut tributũ soluatur, c. si tributũ. xj. q. j. ut ibi per eos: & idẽ tenet Cal. in ti. de constit. consi. vij. inci. An si statuto. & Bar. in l. fi. C. de exac. tribu. lib. x. & in l. placet. C. de sac. san. eccl. & idem sentit Bar. consi. suo. clxxx. inci. Si aliqua possessio. in fi. & in l. j. quasi in fi. C. de mu. & ĩ quo loco. lib. x. Et dictam cautelã sequitur etiam Ang. in cõs. xxiiij. incip. Ecclesia tenetur ad munera. intelligens hoc habere locũ, quando munus tributi est certũ, putà duo denarij pro tornatura quolibet anno: secus in collectis, quæ imponuntur extra ordinem: quia licet statutũ uocet illas collectas tributũ, tamen quia est extraordinarium & incertum, donec declaretur & imponatur, non potest declarari in præiudicium ecclesiæ, postquam res peruenit ad ecclesiam, per rationes, quas ibi uide per eũ. ¶ Itẽ pro dicta cautela Bar. uide semper Pet. de Anc. consi. suo mihi cxcviij. inc. Habet statutũ cõmunis Pisto rij. Vnde respondet quibusdã rationibus in contrariũ facientibus, subdens se idem tenuisse in d. c. j. de immu. eccle. in vj. referendo in dispu. Oldr. quem dicit ita tenere. Et pro hac parte uide etiam Bald. in c. cum uenissent. de eo, qui mit. in pos. ubi dicit, ualere statutum, quòd clerici, qui non soluunt munera pro patrimonialibus, pro quibus debentur collectæ loco tributorum, ex hypotheca descendente ab æstimo communis, non audiantur in iudicio: quia tale statutum est laudabile propter bonum publicum. Dicit tamen se de hoc alibi aliter scripsisse. ¶ Sed contra dictã opi. Bar. & sequaciũ tenet do. Abb. in c. fi. in fi. de uit. & ho. cler. maximè propter fraudem: nam istæ cautelæ ueniunt de directo contra priuilegium concessum ecclesiæ per imperatorem, de quo in l. quisquis. C. de sac. san. ecc. ut latiùs per eum. Idem tenet Bal. in l. placet. C. de sac. san. eccl. dicens opi. Bart. esse falsam, quia ecclesia hodie non tenetur ad tributum, ut ibi gl. Et ideo si res tributaria transit ad eam, non tenetur, nisi ad tributa præteriti temporis: ad futuram autem non, per authen. item nulla cõitas. C. de epis. & cle. Et pro hoc derogatur omnibus fraudibus statutorũ, quæ fiunt in præiudiciũ ecclesiæ. Et ideo Bar. non dicit uerum, nisi tributum procedat ex ordinatione principis: quia illud bene agnoscit ecclesia, ad quã uadit res tributaria, d. c. si tributum. secundũ eum. Idẽ tenet etiam Bal. in l. fi. C. sine censu, uel reliquijs. Primò, quia statuere, ꝙ minùs mixtum sit merè reale, implicat contradictionem, & est mutare nomina appellatiua: quod est impossibile. l. si quis in fundi. ff. de leg. j. Secundò, quia non debet dari uia fictionibus in præiudicium ecclesiarum: est enim fictio, ꝙ munus mixtum fingatur merè reale: & quod est prohibitũ una uia, nõ debet alia cõcedi. Alle. Hosti. & Io. And. in c. postulasti. de foro cõpe. Tertiò, quia licet huiusmodi collectę habeãt causam de præterito ex gñali ordinatione statuti, tamẽ formam habent postquã res est facta ecclesię. Impossibile est autẽ, ꝙ tunc formetur obligatio, ubi inuenitur persona, quæ non possit affici, & res mutauit statum, l. seruus Stichus meus. ff. de ma. testa. Non igitur inspicitur tempus l. conditæ, sed tempus in soluendo collectã distributam, ut in exemplo, de quo per eum. Quartò, quia statutũ de soluendis collectis habet in se cõditionem potestatiuã, c. si imponantur: quæ cõditio non potest retrotrahi in præiudiciũ tertij possessoris, l. qui potio. & l. qui balneum. ff. qui potio. in pig. hab. secundũ eum. ¶ Et quãuis istis rationibus uideatur respondere Pe. de Anc. in d. consi. ccxcviij. tamen ad illud de fraude præsumpta nõ uidetur accõmodatè posse responderi. Et ita per illam rationẽ firmat latè Ludo. Ro. in l. si publicanus. ff. de publica. subdens, ꝙ ut statutum facit ex pressam mentionẽ, quando prædiũ perueniret: & clariũ est, ꝙ non tenet, authen. cassa. C. de sacro san. eccl. & d. c. nouerint. Aut loquitur generaliter: & tunc tale statutũ, tanquã odiosum, non cõprehendit ecclesiã, per no. hîc. Et subdit Ludo. se nescire, ad quid sit opus istis cautelis. Posito enim, ꝙ laici eorum prædia transferant ad ecclesias, tamen non possunt postea grauari pro collectis illis prædijs imponendis. ¶ Sed dic, ꝙ tenentes dictam cautelam non dubitauerunt de hoc, sed considerauerunt, ꝙ facultates populi diminuuntur propter multa prædia, quæ acquirunt ecclesiæ: nam si non possunt collectari, remanet populus minùs potens ad sustinendũ onera communia, à quibus subleuatur per collectas. Et hanc partem contra Bar. tenet etiam do. Car. in repe. c. perpendimus. uersi. uenio ad tertium. de sent. excom. circa quã ponderare oportet c. j. in fi. de censi. per quod mouetur Barto. in d. consi. clxxx. & dom. Abb. in d. c. j. & in c. non minùs. de immu. eccl. *Dixi aliquid in c. uerum. de foro compe.* ¶ Sed retenta hac secũda opi. pro ueriori & sustentabiliori not. incidenter tria. Primò, quòd † testator legando fundum ecclesiæ potest dispo- 77
nere, ꝙ pro dicto fundo teneatur soluere pro communi onera & collectas, à quibus hoc non appositio erat ecclesia exempta de iure communi. Ita Pe. de Anc. consuluit consi. ccxxiij. inci. dubium facit in prædicta q. quia licitum est cuicunq; priuato donanti res suas ecclesiæ, adijcere conditiones & onera: & ecclesia tenetur illa seruare, ut in c. uerum. cum materia, de condi. appo. Et adeo hoc est uerũ, ꝙ si bona transferantur in ecclesiã sub prædicta cõditione, & ecclesia non subeat onera imposita, licitũ est laico propria authoritate ea capere, arg. d. c. uerum. & no. Host. & Io. And. in c. uerum. de foro cõpeten. secundũ eum. ¶ Secundò no. ꝙ qñ ecclesia acquirit possessionẽ, quæ priùs erat æstimata, seu allibrata in libris cõis, eo ipso dicitur eximi ab onere collectarũ, nec ad eas soluendas tenetur clericus illius ecclesiæ. Ita consuluit Bar. in consi. clxxx. inci. Si aliqua possessio. per rationes, quas ibi uide: & intelligit iura in contrarium facientia, ut loquantur in prædijs tributarijs & oneribus merè realibus: sed consilium suum loquitur in mixtis, prout sunt collectæ. Sed an in tributarijs sit secus, pendet, ut uides, ex dictis suprà. ¶ Tertiò no. quòd ibi in populo est imposita collecta, seu præstantia pro certis annis, & eis non completis bona alicuius ciuis perueniant ad ecclesiam, tenetur ecclesia ad residuum illorum annorum, secundum Ange. latè in consi. mihi cciij. inci. Inter ordinamenta. quia licet ecclesiæ nõ possit imponi collecta de nouo pro re in eam translata, tamen si iam fuit imposita, transit ad ecclesiam cum onere illo, sicut ad quẽcunq; successorem, per l. in colonia quæ- iam muneribus publicis destinatus. ff. ad muni. etiam

protestari, quòd non stat per me, quo minùs expediatur: sed stat per aduersarij casum, uel dignitatem, propter quem, uel quam impedior actum expedire: nam hoc casu cessante impedimento debeo iterum protestari, seu denunciare, si per denunciationem intendo aliquid iuris de nouo acquirere, secundum Bart. in d. §. si quis ipsi, ita intelligẽtem illum tex. ex quo infert, quòd si emptor fuit protestatus se non posse denunciare uenditori litem motam, quia nescitur, ubi sit: tamen ipso uenditore postea apparente debet sibi iteratò denunciari: aliàs protestatio non sufficeret: de quo uide, quæ dixi in c. cùm M. in j. q. protestationis. uer. fallit secundò. ſ. eod. Et ibi dictis adde no. per Angel. Imol. Lud. & Paul. de Cast. in d. §. si quis ipsi. ubi declarant dictũ Bar. ¶ Fallit quintò, ubi quis tenetur de leui culpa ex contractu: quia dicitur fecisse debitam diligẽtiam, si solùm semel petijt eam sibi restitui. Ita allegatur text. not. in l. fi. §. fi. in uer. instantia. ff. de pig. act. & quod ibi gl. & ita no. Imol. post Bart. in d. §. usuras. ¶ Fallit sextò in casu l. iiij. ff. de pig. act. ubi si est actum inter debitorem & creditorem de non uendendo pignus, potest tamen uendi, si creditor ter denunciauerit[a] debitori, ut soluat. Et illum casum reputat ibi Bar. sing. in materia sua. Et intellige, nisi per pactum esset data alia forma interpellationi, per id, quod not. Bar. in l. si Titio. §. Titius. ff. ad munic. ubi dixit per illum text. secũdum unã lecturã, quòd ualet pactũ de uendẽdo pignore nulla monitione precedente: de quo etiam per Bald. in l. creditor. la ij C. de remiſ. pign. & in l. fi. C. de iur. do. impe. per Ang. & Imol. in l. debitoribus. ff. de re iud. ¶ Fallit septimò in protestatione, quæ fit iudici in causa appellationis, ut causam expediat, secundum Bal. in authen. item si appellatione. C. de temp. app. & Sali. in l. fi. §. illud. C. eod. tit. per illum text. in uer. summa ope. Rapha. & Imol. in d. §. usuras. & Angel. in consi. allegato ſ. in fi. primæ fallentiæ. ¶ Fallit octauò in casu authen. licet. C. de episc. & cle. ubi ad hoc, ut executor testamẽti cõstituatur in negligentia, per quã perdat potestatem exequendi, debet semel, uel bis moneri. Quod declara, ut per Imol. post do. Car. in c. nos quidem. ad fi. de testa. ¶ Fallit nonò in monitione, quæ fit, ut quis priuetur, ut non agat, uel accuſet, iuxta l. diffamari. C. de inge. manu. & l. si ea. C. qui accuſ. cum si. nã debet esse trina, & propter unicã nõ priuatur. Ita Ang. in authen. de hær. & Fal. §. si quis autem non implens. uerſ. & ex his infero. per illũ text. & in authen. de eccleſ. ti. §. fin autem. per illum text. Nec obſt. c. licet. de accuſ. quod ipse non allegat, ubi illis semel monitis, ut accusarent, fuit postea impositum perpetuũ silentium: quia illud fuit propter responsionem eorum, qui primò interrogati dixerũt, se nolle accusare. Et sic limitatur hęc fallentia secundum do. Maria. ibi per id, quod dicitur de citato, qui dixit, nolo uenire: de quo per Innoc. in c. ad petitionem. de accuſ. & gl. in c. de illicita. xxiij. q. iij. cũ concor. Et de ueritate huius nouæ fallentiæ latè scribit do. Maria. in repe. c. si hæredes. de testa. quam nõ uidi, sed ad eã se remittit in c. licet. Sed Lud. Ro. in l. quãdiu. §. j. ff. de acqui. hære. reprobat dicta Ang. per rationes urgentes: quibus non obstantibus dicit, iudicem pronunciasse pro Ang. non attentis clamoribus Lu. cũ quo transeunt Mod. in lib. Maleficiorum, sub uerſi. nec non ad querelam. uer. quæro, an iudex posſit. Et contra Ang. tenet Alex. de Imol. unico uerbo in l. fi. in prin. ff. de fer. & est additio: dicens, quòd Ang. nõ posuit pro constanti: & bene, quia iura, quæ ibi adducit, loquũtur in casibus specialibus. ¶ Et in istis casibus, & similibus, in quibus requiritur multiplex monitio, sufficiet eodẽ contextu facta, secundum Lud. in d. §. si quis ipsi prætori. per text. in cle. quãuis. de app. licet tales protestationes uno contextu factæ reputentur alibi pro una, ut dixit glo. mag. in d. l. iiij. de pig. act. & in c. ab eo. in uerbo, instanter. de app. in vj. Sed hoc dictum deprehendi potest ex dictis ipsius Lu. in locis alle. ſ. in j. fallentia, dum ponit talem interpellationem pro una, non pro trina. Illud enim non est sæpius protestari, sed sæpius loqui, ut dicit Bar. & alij in d. l. iiij. per glo. ibi, & ar. l. Męuius. §. eum, qui. ff. de leg. ij. no. glos. in d. c. ab eo. Pro hoc etiam tex. in d. cle. quamuis. ibi, propter cõmunem obseruantiam litigatorũ. Tamen iuris censura erat in contrariũ. ¶ In glos. in uerbo, in perpetuũ. ibi, licet circa talia. Pro intelligentia materiæ, uidelicet quando pœna censeatur temporalis, uel perpetua, distinguunt hoc latè do. Ant. do. Abb. Imol. & Domi. reassumptis dictis Inno. in c. cùm bonæ. de æta. & quali. in c. fi. de off. le. & antiquorum hîc: & licet clarè loquantur, tamen reduci possunt eorum dicta ad duas conclusiones limitatas cum opportunis declarationib. multis ultra eos insertis. ¶ Prima conclusio. Vbi non constat de intentione dispositionis punientis, quia non dixit, quòd pœna esset perpetua, uel pro quanto tempore, sed simpliciter dixit, q̃ esset ad tempus, intelligitur de x. annis. Text. est in l. sine præfinito. ff. de pœnis. quem prædicti faciunt sing. Et dicit ibi Bar. quòd non habet tex. concor. Et idem dicit Bald. in l. j. post princ. C. de postul. & istæ interpretationes temporum, quæ non determinantur, capiuntur in alijs materijs diuersimodè. Et hoc patet ex text. in l. inter illam. §. fin. ff. de uerb. sig. ubi si dicitur, Facito in diebus, intelligitur de biduo. Et no. glos. j. in l. eum, qui calendas. ff. de uerb. ob. Ad idem glo. & Bal. in l. usuræ. C. de usur. ubi si dicitur, Per tẽpora[b], intelligitur de duobus annis. Ad idẽ tex. in l. excipiũtur. ff. ad Sylla. ubi secundum cõmunem intellectum, si dicitur, Non multum tempus, intelligitur per sex menses: & tex. & ibi Bar. in l. iij. §. si ita. ff. de ann. leg. ubi si dicitur de tribus terminis, intelligitur de tribus annis: de quo per Lud. in d. l. eũ, qui calendas. facit gl. in c. pe. de censi. in uerbo, aliquot annis. dicens, quòd uerbum, Aliquot annis, uerificatur in duobus: & uerbum In diebus, intelligitur de biduo. Si autẽ iudex imponeret pœnam duraturam usq; ad beneplacitum suum, uidetur, quòd perinde sit, ac si duratura esset perpetuò, prout regulariter est in pœnis, ut j. dicetur, nisi aliter declaret beneplacitũ suum, per tex. in l. iurisperitos. in princ. ff. de excu. tu. ubi illud, quod nõ habet certum finem, dicitur esse perpetuum: ex quo potest esse perpetuum, licet etiam possit esse temporale. Et illum text. summè no. Bart. ibi, & in l. de pupillo. §. si quis ipsi. in iij. q. ff. de ope. no. nũ. & Cy. in l. quisquis. C. si cer. pe. & ibi Bal. in aliquibus lectur. & est gl. in cle. fi. in uerbo, electionem. de rescrip. quæ dicit, quòd potest quis dici habere dignitatem, licet sit ad beneplacitum: quia satis est, quòd potest esse perpetua. Et idẽ tenet do. Car. in cle. j. in x. q. de elec. dicens, illum dici administratorem perpetuum, etiam qui est remouibilis ad nutum: & dicit se ita respondisse in facto, licet illam gl. non alleget: & est bonus text. in l. sufficit. ff. de cond. ind. ubi si incertum sit, an actio ex testamento sit tẽporalis, an perpetua, proceditur, ac si esset perpetua. Et ita allegat illum tex gl. j. in fi. in c. fi. de sol. & gl. loquens expressiùs in c. fi. in uerbo, perpetuas. de rescript. in vj. Et ibi dicit Domi. illam gl. bene esse notandam, quòd statuta

a *Ter denuncia uerit*] *Quod tamen intellige fieri debere ter per intersalla dierũ, & non simul, ut est tex. in l. si conuenerit. de pign. ac. & ibi Doc. et Alexan. ubi post gl. dicit, ad minus unam diem debere intermediare: & ibi per Paul. de Cast. & Lud. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. & ibi per Al ex. de ope. no. nũ. & adde glos. no. in c. cùm ab uno. de appell. in vj.*

b *Per tẽpora*] *Sed qd si dicat, Per tempus? Dic, quòd intelligitur de uno anno, ut per gl. in c. tenere. xxxj. dist. & de consec. dist. iiij. omni tempore. & per Alex. in d. l. fine præfinito. alle. in tex. de pœnis.*

tuta dispositionis circa actus perpetuos, includunt etiã actus, qui possunt esse tẽporales & perpetui. Et ideo dixit Rota in tit. de præbẽ. decis. j. in antiquioribus, quòd cõmenda dicitur perpetua, quando fit usq; ad euentũ cõditionis, quæ potest uerificari, putà donec Titius habuerit possessionem episcopatus. ¶ Sed pro utili intelligentia istorum est aduertendum ad duos casus. Primus est, quãdo dispositio loquẽs de beneplacito profertur sub nomine officij, uel dignitatis ipsius proferẽtis: & tunc quia eius morte non finitur dispositio, nisi successor reuocet, meritò habetur pro perpetua. ¶ Secundus casus est, quando disponens utitur uerbis personæ suæ: & tunc non habent locum prædicta, quia eo mortuo cessat beneplacitũ: & ideo dicitur temporale. Ita text. probans hæc duo in c. si gratiosæ. de rescrip. in vj. Per quem tex. ad propositum nostrum dixit Bar. magistraliter in l. centesimis. §. fi. ff. de uerb. oblig. in uersic. tu ergo dicas, quòd si iudex dixit, Pono te ad confinia, donec uoluero, eo mortuo est reuocata confinatio: quia uolũtas morte præfinitur, ut ibi est casus: secus, si dixisset, donec potestati placuerit: quia officium non moritur, d. c. si gratiosæ. Et similiter dixit Bald. in procemio digestorum, §. hęc autem tria. quòd si dicat, Pono te ad confinia usq; ad mei beneplacitum, expirat morte. Et dicas, quòd sicut finitur in primo casu eo mortuo, ita reuocato, seu aliàs officio functo, secundũ Bar. & Bald. in dictis locis, & Bart. in l. more. ff. de iur. om. iu. & Bald. in l. fi. in vj. q. C. de contrahen. emp. & Bald. & Sal. in l. fi. C. de aduo. diuer. iudi. ¶ Et secundum prædicta intelligẽ, quod no. Innoc. in c. cùm nõ ignores. de præben. dũ dixit, quòd ille non dicitur uicarius perpetuus, qui est positus ad beneplacitum superioris: nam intelligerẽ, ut est dictum, nisi superior uteretur uerbis dignitatis suæ: & ideo si poneretur à capitulo, uel collegio, attendendum esset, an poneretur ad beneplacitum illorum de collegio, an uerò diceretur, Vsq; ad beneplacitũ collegij, uel capituli. Quod diligenter no. quia facit ad q. quam Ferrariæ uidi in facto, dum essem scholaris, utrùm licẽtia data religioso, quòd licitè staret extra monasterium usq; ad beneplacitum legati, expirauit legato reuocato: nam uidetur, quòd sic, cùm illud officium finiatur eo reuocato, ut traditur per omnes in c. quoniam Abbas. de offi. dele. & consequenter finitur beneplacitum, licet ab aliquibus magnæ authoritatis fuerit dictum contrarium, per d. l. iurisperitos. & profectò non bene: quia illa l. cum concor. loquitur in dispositione concernente dignitatem, & ubi uerba diriguntur ad dignitatem, ut patet in d. c. si gratiosæ. ¶ Subdit Bar. ad propositũ nostrum in d. l. centesimis. §. fin. & sequitur ibi Ang. quòd si iudex diceret, pono te ad confinia ad uoluntatem meam, ille non est confinatus, nisi iudex declaret se uelle eum esse cõfinatum: quia uidetur cõditionaliter locutus, ac si dixisset, si uoluero, per l. post dotem. secundum v. lec. & glos. ff. fol. ma. Pro quibus facit, qa dictio Ad[a], posita in certo euentu, facit conditionem, secundum Bart. in l. j. ff. de condi. & demon stra. Ex quo tolluntur motiua Imo. & Raphael. aliter tenẽtium in d. §. fi. Est maius dubium si iudex dixisset, Pono te ad cõfinia, quo ad reuocauero: nã Bart. ibi tenuit, quòd morte inducatur reuocatio, seu declaratio reuocatæ uoluntatis, per l. uxorem. §. pe. ff. de leg. ij. & idem tenet Bart. in d. l. post dotem. Sed cõmuniter renetur, quòd imò non inducatur reuocatio, ut tenent Ang. & Imol. in d. §. fin. & Bald. latè in d. l. fi. uer. sextò quæro. C. de contrahen. emp. & in proœ. digestorũ, §. hîc autem tria. maximè per l. quæsitum. §. j. & l. cum precario. §. j. ff. de preca. ubi precarium non reuocatur morte: quia concessio intelligitur facta tacitè, donec reuocetur. Vnde per mortẽ non inducitur reuocatio, ut ibi. Secus, si concederetur, uel concedi intelligatur, quo ad uellet concedens: quia morte finietur, l. iiij. ff. loc. Et ita declarat Bald. in l. si in diem. §. j. ff. de condi. & demon. ¶ Secunda conclusio. Dispositio† pœnalis nullam temporalem præfinitionem tacitè, uel expressè continens, in dubio perpetua censetur. Casus est in l. seruus. C. de pœ. per quem dicunt ibi Cy. Bart. Bald. & Salic. & Bart. in l. inter Castellanum. ff. de arbi. & in l. si quis adulteriũ. §. si quis. ff. de adult. quòd ciuitas simpliciter damnata ad murorum destructionem, debet perpetuò stare sine muris. Bonus text. in l. fin. C. ut lit. pen. per quem dicit ibi Bald. quòd natura sententiæ est imponere silentium perpetuum, & quòd ubi iudex aliquid diffinitiuè mandauit, tacitè uiderur inesse, quòd illud debeat perpetuò seruari. Facit glo. j. prope fi. in c. ad Apostolicæ. de re iudic. in vj. dicens, q̃ omnis sententia est perpetua, & fertur ad perpetuam rei memoriam. Et allegat bona iura. No. Per. de Anc. in c. ij. de constit. in vj. & clemen. ij. de ui. & ho. cle. & Ioan. de Anch. in c. j. in ij. no. ne præla. uí. suas. Et ad propositum huius conclusionis facit optimus tex. in c. commissa. uer. porrò. de elect. in vj. & in c. ad aures. in uer. ne ipsis, aut hæredibus eorum. de pœnis. & in c. in nomine Domini. in uer. sine omni retractatione deponatur. xxiij. distin. & in c. j. in fi. in uerbo, perpetuò diffidatus. de homi. in vj. & in c. super eo. in fi. in uer. irrecuperabiliter. de rapt. Et etiam si lex nõ uteretur talibus uerbis, pœna nihilo minùs præsumitur perpetua, per d. l. seruus. & not. glos. in c. quamuis. in uerbo, in perpetuum. de pœnis. in vj. & expressiùs glos. in c. cupientes. §. cæterùm. in uer. perpetuò. de elect. in vj. Operantur tamen talia uerba unum singularem effectum, uidelicet quòd ubi aliàs episcopus posset dispensare, nõ poterit, quãdo talia uerba apponuntur, ut uult gl. in d. §. cæterùm. & Hostien. in d. c. super eo. cum concor. quas dedi in c. at si clerici. §. de adulterijs. j. de iudic. ¶ Ad istam conclusionem faciunt etiam not. per Bart. Angel. Imol. & Ro. in l. permisceri. ff. de acqui. poſſ. in q. utrùm iudex, qui per sentẽtiam iusſit quem in poſſ. mitti, posſit eum in posterum à molestia tueri? & faciunt no. per Bartol. & alios in l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. j. & Bart. consil. cxxxj. in ctp. Præcepit arbiter. & Bald. post Cy. in l. si quis hæredem. C. de institu. & subst. cum concor. in q. illa, utrùm sufficiat, quòd ad euitandam pœnã pars paruerit sententiæ arbitri, licet postea contraueniat. Ita faciunt not. per Bald. in c. j. §. si duo. de pa. te. ubi dicit, quòd depositus ab officio nunquam ad id aspirare potest. Et dicit Bald. in l. ij. in princ. C. de indi. liber. quòd tabellio semel depositus propter crimen, non potest denuo creari per comitem Palatinum: & si per principem restitueretur ad famam, nõ tamen esset restitutus ad officium, secundum eum. Et sequitur Ludo. in l. si uerò. §. de uiro. in xxxviij. fallentia, ff. fol. ma. Et dicit Bald. in l. mancipia. C. de ser. fu. quòd condemnatus in syndicatu nunquam redibit ulteriùs. Bonus text. in l. si aliquid. C. de susc. & arca. lib. x. & ibi Bartol. ubi non potest quis exercere officium, in quo semel deliquit. Facit tex. in l. iudices. C. de dignit. lib. xij. quem alleg. Bald. in rubr. C. de pœna iudic. qui maio. iu. ad fi. dicens, quòd assessor in uno loco damnatus de barataria, nõ potest in alio esse assessor. Et illum text. allegat notanter Bald. in l. & militibus. C. de testa. mili. dicens, quòd condemnato de fide rupta in officio nunquam possit aliquid reseruari prætextu officij: quia notarius condemnatus de falso, nunquam instrumenta conficiet[b]: & de his etiam per Pet. de Anc. in Clemen. j. de excess. prælat. ¶ Cæterùm licet prædicta conclusio secunda ꝓcedat regulariter, recipit tamen tres notabiles declarationes. Et prima est,

a *Dictio Ad*] *De hac dictione Ad, uide Arch. de reser. si gratiosæ. lib. vj. xxv. in ij. distinct. presbyt. & per Doct. & Io. de Por. in l. fi. ff. de uerb. oblig.*

b *Conficiet*] *Quod limita, nisi causa cognita sit sibi reseruatio per iudicẽ uus ip-*

sum, quod potest, secundū Bal. in l. depositū. C. depos. & in l. ult. benus. §. sanè. C. de sac. san. eccles. & per do. Alex. in l. si quis. §. cogentur. de eden. & in l. ij. ad l. Iul. repet. Et adde Bart. in cōsil. suo, Secundum Iohā. de Cast. diruti.

12 quòd † conclusio procedit, ubi iudex diffinitiuè pœnam imponit: secus, si interloquendo: quia tunc durat solùm, donec officio functus est, p text. in l. fi. ff. de pœnis. per quem ita tenēt omnes hîc, & glos. ij. in l. & puto. ff. de postul. & Spec. in tit. de legat. §. superest. uer. sed nunquid potest ex aliqua causa. & Bald. in l. j. post prin. C. de postul. assignans rationem, quia interlocutoria potiùs pertinet ad authoritatem interloquentis, & ad tuendā eius dignitatem, quàm pertineat ad ordinariam pœnam, argum. l. proclama. & l. interlocutio. & l. fin. C. commi. uel epistolas. Cùm enim feratur summatim & extra ordinem, nō debet esse tantę efficaciæ, sicut diffinitiua, quæ fertur cum magna solennitate. Et istud cōmuniter approbatur, secūdum eum. ¶ Limita tribus modis hanc

13 declarationem. Primò, ut † non procedat in interlocutoria, per quam quis suspenditur ab officio & beneficio: quia illa durat donec satisfaciat, secundum Innoc. in c. bonæ. de æta. & quali. quē sequitur Imol. hîc. ¶ Se-

14 cundò limita, nisi † imponatur pœna depositionis ab officio: quia semper intelligitur in dubio talis pœna esse perpetuò imposita. lta glo. j. & fi. in c. j. l. distinct. quas sequitur Domi. ibi in fi. dicens, quòd in hoc sunt notanda, nec de facili reperirentur similes: & optimè facit c. ij. ea. distinct. secundum ipsum: & idem ipse repetit in d.

15 c. ij. ¶ Tertiò limita, ut † habeat locum in pœna successiua: secus in momentanea, putà si condemnatur ad certam quantitatem pecuniæ, uel similem pœnam: quia intelligitur perpetua: nā facta executione non recuperabit, secundum domi. Anto. & alios omnes hîc, & Arc. & Domi. in c. j. l. distinct. Allegant c. ad audientiam. de

16 cri. fal. ¶ Secunda declaratio est, quòd † conclusio procedit, ubi quis condemnatur pro crimine: secus, si pro contumacia: quia tunc limitatur pœna ad limites contumaciæ. Casus est hîc no. quem ad hoc allegant omnes prædicti, & maximè Bal. in d. l. j. C. de postul. & Bar. pulchrè in l. si quis adulterium. §. j. ff. de adul. & Domi. post Io. de Fan. in c. quamuis. in fi. de pœn. in vj. Et per istum text. dixit Domi. in c. cōtumaces. l. distinct. quòd clericus depositus propter contumaciam potest restitui per episcopum: quia illa pœna debet durare ad limites causæ, propter quam imponitur. Ergo cessante contumacia illa etiam cessare debet, ut hîc. ¶ Et per istum textum dixit Paul. de Cast. consil. xxxj. incip. In

17 Christi, &c. super primo quæsito, quòd sit † bannitus cōparet intra terminum positum in banno, resoluitur bānum in uim simplicis citationis: quia cessat causa banni, ut hîc. Et ita per istum text. dicit tenere Bald. & bene, in d. l. j. C. de postul. Quod autem si compareat post terminum? Dic, ut per Bald. in l. ita demū. ad fi. C. de procur. & Paul. de Cast. latiùs in d. consil. Et per istum text. dixit Bald. in authen. habita. C. ne fi. pro pa. quòd priuatio est perpetua, suspēsio est temporalis. ¶ Et per istū text. dixit. In noc. in c. sicut. j. post princ. de coha. cle. &

18 mul. quòd † clericus suspensus pro contumacia, præstita obedientia, celebrare potest absq; alia relaxatione suspēsionis. Facit text. in c. j. de sup. negli. præla. per quē no. ibi domi. Anto. quòd pœna imposita ratione contumaciæ regulatur ad limites contumaciæ. Et per istū tex. dixit Bal. in l. acceptā. uer. xix. quęritur. C. de usur. q; si scholaris est priuatus de matrícula, nō debet de iure rematriculari, licet uelit cōmissum errorē purgare, sed dē gratia admitti potest: si aūt non est priuatus, sed suspēsus à matrícula, tūc de iure debet admitti. Et idē in excōmunicato parato se emendare: quia excōmunicatio habet uim suspensionis, & ideo redeunti non claditur gremium: & ita loquitur iste tex. secundum eum.

Ad quod etiam uide Bald. in l. ij. quasi in fi. C. de lib. & eo. libe. ubi dicit, q; † doctor priuatus doctoratu propter delictum, non potest iterato examine redoctorari: & alle. illud Verg. *Facilis descensus Auerni*, &c. ¶ Ad idē, quod no. Bald. in l. ij. circa med. C. de ma. uindi. ubi dicit, quòd notarius publicè exauthoratus per sententiam, nunquam reponi potest in possessionem tabellionatus. Et facit optimè c. cōmissa. uer. porro. de elect. in vj. Et cum istis dictis conueniunt, quæ dixi in ult. no. Et istum text. alleg. etiam Bald. in l. & puto. ff. fa. erc. in aliquibus lectur. probans, quòd cessante contumacia cessat eius pœna: & facit l. j. §. si frater. ff. de col. bono. Et secundum ista intellige glos. fi. in fi. in c. dictum. lxxxj. dist. & in c. sicut qui. xx. q. j. quas glos. ita uidetur intelligere Arc. ibi remittendo ad no. hîc. ¶ Amplia primò hanc declarationē, etiamsi in impositione pœnæ propter contumaciam apponeretur uerbum Perpetuò:

a quia exponitur, donec se corrigat[a], secundum glos. approbatam in c. clericos. in uerbo, perpetuam. de coha. cle. & mu. Et no. Arch. in c. sacerdotes. x. q. j. sic exponens illum text. in uersi. excōmunicatione perpetua. Idem gl. in regula, actus legitimi. de reg. iur. in vj. & in c. reperiuntur. in uerbo, perpetua. j. q. j. & glos. fi. in c. de uiduis. xxvij. q. j. ¶ Amplia secundò, etiamsi pœna posset referri ad delictum & contumaciam: quia si non apparet de intentione proferentis, in dubio refertur ad contumaciam. Ita uidetur concludere hîc Imol. post Goff. per no. in regula, in pœnis. de reg. iur. in vj. & hîc per eum. ¶ Pro quo facit optimè

20 text. in l. si ideo. ff. de euic. ubi † condemnatus in absentia, præsumitur in dubio potius cōdemnatus propter contumaciam, quàm propter malam causam. Et per Il lum text. dicit ibi Bart. quòd bannitus & condemnatus de falso, potest conficere instrumenta: quia potiùs uidetur condemnatus propter contumaciam, quàm quia fecit falsum: & traditur per Bald. in l. absentem. ff. de pœ. & in l. si superatus. ff. de pig. & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. & pulchrè Bald. in l. j. uersic. item an condemnatus. C. de confes. & do. Abb. in c. in causis. de re iudic. & do. Anto. consil. xxix. & Bart. in l. cùm filius. in princ. ff. de uerb. ob. cum concor. Nisi constaret de delicto ex actis: qa tunc nō procedit l. si ideo. ut per glos. sing. in l. ij. in uerbo, absens. C. de contrario iudic. tute. de qua facit festum Bald. ibi, & in l. ij. C. quibus res iud. non nocet. & in l. ingenuum. ff. de statu ho. & Ioannes de Ana. in c. fraternitatis. de hæred. cū concor. & est casus in c. cùm olim. de re iudic. ibi, ei licet absenti, cùm de subreptione liquidò constet, &c. ¶ Fallit tamen ista declaratio in duobus casibus. Primus est ubi contumacia transit in specificū delictum: quia tūc pœna pro ipso imposita intelligitur perpetua, secundum domi. Anto. Domi. & expressiùs domi. Abb. hîc ita intelligentes c. ex tuæ. de cle. non resi. ubi si clericus est contumax in residendo in beneficio suo, pœna priuationis est perpetua: quia illa contumacia transit in delictum non residentis. Et idem uoluit Imol. hîc, licet dicat posse aliter responderi ad illum text. uidelicet q; ibi constabat de mente proferentis: quod intelligebat de priuatione perpetua: quia mandat de beneficio alteri prouideri, ut ibi patet. ¶ Fallit secundò, ubi pœna apposita propter contumaciam fuisset momentanea, secundum do. Abb. hîc per ea, quæ dixi s. Et ex ista declaratione ij. colligitur, quòd contumacia propriè nō est delictum: de quo dicetur j. ¶ Tertia declaratio est,

21 quòd † ista secunda conclusio non procedit, ubi pœna relinquitur arbitrio iudicis: quia non potest tunc arbitrari pœnam perpetuam, sed temporalem, secundum do. Car. hîc, & in c. de causis. de offi. dele. quia hoc dixit tenuisse Alb. de Rosa. per text. sing. in l. j. in uer. temporarij.

rarij. ff. de furib. & balnea. Idem sentit Bal. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. ubi dicit, quòd statę statuto, quòd cōmittens maleficium debeat codemnari in mille, uel alia grauiori pœna, non poterit iudex arbitrari pœnā mortis. Et idem tenet Lud. Ro. in rep. rub. de arbit. uer. item an si statutum. allegando quædam alia dicta Bal. de quib. per eum tenentem cōtra gl. tritam in §. in summa. Inst. de iniu. quæ allegatur, quòd in arbitrarijs potest iudex imponere pœnam mortis. ¶ Adde etiā Bald. in l. j. C. ne sine iussu principis. ubi dicit, quòd in arbitrarijs iudex non potest arbitrari pœnam publicationis bonorum, per text. ibi: per quem idem etiam tenet Bald. in c. j. de pa. te. in prin. uer. sed hîc quæro, an ratione generalis arbitrij. Ergo multo minùs mortem, arg. l. in seruorum. §. fi. ff. de pœ. cum fi. ¶ Et pro ista declaratione allegatur inter Legistas tex. in l. j. §. expilatores. ff. de effra. ubi dicit text. pœnam expilatorū esse arbitrariam: postea subdit, quòd iudex non excedit pœnam metalli. Ad idem, quia pœna criminis stellionatus nō est determinata à iure, sed est in arbitrio iudicis posita, & tamen excedit pœnam metalli: quod probant duo iura simul iuncta, uidelicet l. j. §. pœna autem. ff. de crimi. stel. Item quia multa, quæ datur à iudice, datur ex arbitrio sibi dato: & tamen non excedit pecuniariam. Hęc duo probātur in l. si qua pœna. & in l. aliud. ff. de uerb. sig. & in l. mulctarū. C. de modo mul. ¶ Item facit, quia in arbitrarijs iudex debet moderari pœnam, c. inquisitionis. in princ. de accus. & moderatio diminutionem significat, c. fi. de uerb. sig. Ergo non imponet mortem: quia hoc non esset moderari. Item facit optimè glos. in d. c. inquisitiōis. in uer. alioquin. quæ probat, quòd ubi pœna est cōmissa arbitrio iudicis non potest imponere parem pœnam illi, quam lex imponit pro similibus delictis. Sed certè mors semper esset par rei, quæ esset maior: ergo illam nunquam imponet. ¶ Et tenendo hanc partem posset responderi ad glos. in d. §. in sum-

22 ma. quòd † dum dicit de pœna capitis, non intelligitur de morte naturali, per id, quod no. Ioā. And. in c. quāto. super glos. de iureiu. ubi post Goff. & Hostien. refert Io. glossatorem defendisse quendā, qui falsauerat monetam Bononiensem, ut non puniretur morte, licet statutum diceret, talem puniendū pœna capitis: quia pœ-

d na capitalis est multiplex[a], l. ij. ff. de pub. iudi. & per Inno. & Ioan. And. in c. qualiter. lo ij. de accus. & per glos. in §. est & inter. in uer. irrogat. Institu. de pub. iudic. & in l. imperium. in uer. Potestatem. ff. de iurisd. om. iu. latè Ang. in l. absentem. de accusa. cum concor. Et hoc dictum Ioan. And. sequuntur cæteri in d. c. quāto. & do. Abb. pulchrè in c. at si clerici. de iud. & Ana. in c. j. de homic. & Pet. de Anch. in cle. pastoralis. in x. no. de re iudic. & do. Maria. in rep. c. qualiter. ij. q. xiiij. arti. xvj. de accus. & Imol. in l. ij. ff. de pub. iudic. allegans ad idē tex. in l. qui cùm maior. §. is demum. cum seq. ff. de bo. lib. & tex. cum glo. in uerbo, capitis. ff. de accus.

a *Multiplex*] *Adde quòd pœna capitis est triplex: scilicet mortis, seruitutis, & amissionis ciuitatis, ut in iuribus hîc allega & maximè in l. hos accusare. §. omnibus. cum glos. de accus. & per do. Alexan. de Imol. ĭ d. l. ij. ff. de publ. iudi. alleg. in tex.*

Et sequitur etiam Io. de Ana. in d. c. qualiter. §. ad cōtrigendos. dicēs se allegare pro hoc bonum text. in l. cùm pat. onum. ff. de iu. pa. & tex. cum gl. in l. fi. C. quæ res uē di possunt. Vbi dicit Bald. quòd quandoq; pœna dicitur multis modis, ut pœna capitalis intelligitur de mitiori, quæ sit inter illos modos: quod tenę menti, fm Ana. qui pro hoc etiam allegat gl. quam dicit reputari sing. in l. j. in uerbo, capitali. C. ne Christia. manci. quæ uult, quòd ubi fit mentio de pœna capitali, intelligitur de mitiori: & sic de pœna perpetui exilij, uel deportationis. Facit ad idem glos. fi. in l. fi. C. de uete. numis. posteſt. lib. xj. & text. in l. uerum. §. ff. pro socio. ubi appella-

c. ex literis.

tione interitus non solùm uenit mors, sed etiam maxima, aut media capitis diminutio. Facit etiam cum istis tex. in l. eos. §. super his. C. de appel. & glos. in l. criminali. in uerb. sed capitale. C. de iurisdi. om. iudic. Et quòd uerba sunt capienda in benigniori significatu in criminalibus, est text. no. in l. interpretatione. ff. de pœnis. Et forte per prædicta emanauit stylus assessorum, qui in sententijs capitalib. mādant caput amputari, ita q; anima separetur à corpore, de qua practica meminit Rapha. Ful. in l. præsenti. C. de his, qui ad eccles. confug. ¶ Sed contra hanc declarationem, quòd imò in arbitrarijs iudex possit imponere pœnā etiam mortis, tenent hîc Imol. & do. Abb. sequentes glos. in d. §. in summa. pro qua do. Abb. alleg. tex. in l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pe. ubi tex. imponit pœnam arbitrariam, & tamen narratiuè subijcit, quòd quandoque fuit imposita pœna mortis. Item, quia iudex debet arbitrium suum informare secundum pœnas statutas in similibus criminalibus, c. tuæ. de pœ. Et ibi dicitur, quòd pro magnis criminibus debet imponi pœna depositionis: Item, quia pœna debet correspondere qualitati & quantitati criminis, c. non afferamus. xxiiij. q. j. l. respiciendum. ff. de pœ. Et hęc duo iura multum faciunt pro hac parte, secundum do. Abb. ¶ Et hanc opi. quàm in puncto iuris credo ueriorem, tenet etiam Bald. in l. j. ubi bo. text. C. de his, qui latro. occul. & Bartol. in l. fi. ff. ubi pup. educ. deb. & Imol. in c. inquisitionis. in princ. j. de accus. & ibi Ana. in fi. princ. allegans etiam Imol. in l. ij. ff. de pub. iud. & Bald. in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. Vbi in principio dicit, quòd contra dantem alapam potestati alicuius terræ potest iudex arbitrari pœnam mortis: & allegant isti gl. in d. §. in summa. quam etiam sequitur do. Abb. in c. cùm te. de re iudic. Et pro ista parte facit glos. fin. in c. dictum. lxxxj. distinct. quæ dicit, quòd iudex potest arbitrari pœnam perpetuæ intrusionis in monasterium. Ergo potest imponere pœnam perpetuam. Et sequitur do. Ab. in c. tuæ. prope fi. de pœnis. Ad idē, quòd not. Bald. in l. incredibile. in fi. C. de pœ. ubi dicit, quòd iudex potest imponere pœnam, quòd quis stet perpetuò in ecclesia. Facit, quod no. Bald. l. de submersis. C. de naucula lib. xj. ¶ Ad idem facit in l. faccularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crimi. ubi ponentes lapides, ex quorum prospectu mors respicientibus contingebat, puniuntur pœna extraordinaria arbitrio iudicis: & tamen dicit ibi text. quòd pœna istorum extenditur usq; ad mortem: quia delictum eorum mortem comminabatur. Ad idem text. in l. j. C. de his, qui latro. occul. in uersic. non ignaro iudice. ibi, seuerissima commotione, prout tua celsitudo indicauerit. & sic committebatur arbitrio. Et uerbū Seuerissimā, importat mortem, l. j. cum glos. C. ne liceat signum saluatoris. facit l. si qui adulterij. in uerbo, seuerissimè. C. de adul. iuncta l. castitatis. & l. quamuis. eod. tit. & glos. in l. ij. C. de eunuchis. & in l. cùm seruus. in uerbo, summo supplicio. ff. de condi. ob causam. ¶ Ad idem text. in d. l. ij. C. de his, qui latro. in uer. tribuni. ibi, acerrima pœna pro arbitrio uirorum illustriū ferientur. ubi appellatione acerrimæ pœnæ uenit pœna mortis. Text. cum glos. in l. j. C. de seditiosis. Ad idem etiam tex. in c. ad abolendam. circa me. iuncto c. excōmunicamus. de hære. ubi hæretici, qui pro arbitrio iudicis secularis puniuntur, debita animaduersione sunt puniendi: & animaduersio mortem comprehendit, ut probatur in l. imperiū. ff. de iurisdi. om. iu. & in l. respiciendum. in fi. ff. de pœ. Ad idem etiā tex. in l. lex Iulia. §. hodie. in uer. extra ordinē. & in uer. capitè plecti debent. ff. ad l. Iul. repe. Ad idem l. qui cùm maior. §. his demum. in uer. iudicanti placuit. ff. de bo. liber. Facit, quod not. Bald. in l. eos. §. super his. in uer. extrà no. C. de app. ubi dicit, quòd ad hoc, ut causa dicatur capitalis, sufficit capitulo legis, quòd possit arbitrium iudicis euenire consideratis demeritis rei, arg. l. fi. C.

fi. C. de iniur. ¶ Posset etiam attentari, quòd imò uerbū Pœna capitis, positum per glos. in d. §. in summa. intelligatur de morte. Primò, quia glos. dicit Capitis, uel status: per quam disiunctiuam uidetur sensisse non tam de morte ciuili, prout status, quàm etiam de naturali. ¶ Secundò, quia ubi uerba possunt uerificari tam in morte ciuili, quàm in naturali, in dubio intelliguntur

a de naturali: [2] l. ex ea parte. §. insulam. ff. de uerb. oblig. l. cùm pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. l. Statius. §. Cornelio. ff. de iur. fis. l. susceptum. & ibi per Doct. de rescrip. in vj. & uerba capiun-

b tur in potiori significatu [b], l. j. §. j. ff. si ager uec. c. si quem. de senten. excom. & etiam in statutis uerba capiuntur propriè, l. iij. §. hæc uerba. & ibi Bar. ff. de ne. gest. c. in nostra. & ibi Innoc. de iniur. Pœna autē capitis propriè intelligitur de morte naturali, & impropriè de morte ciuili, secundum glo. ij. in l. transigere. C. de transac. Modò sic est, quòd uerbum putà Capitis, sæpissimè apud Legislatores ponitur pro morte naturali. Ergo de illa uidetur intelligenda d. glos. Et hoc probat text. in d. l. sacularij. §. sunt quidam. in uerbo, usq; ad pœnam capitis. & in l. j. in uerbo, punitur capite. eod. tit. & in l. j. in uerbo, capite puniatur. C. de fal. mo. & in l. capitaliū. §. solent. in uerbo, capite plectendi. ff. de pœ. & in l. j. in uersic. capite punitur. C. de eunu. & in l. nemo. in uer. suppliciū capitis. C. de malefic. & in l. præsenti. C. de his, qui ad eccles. confu. per quem text. reprobat ibi Alb. de Rosa. id, quod no. Ioan. And. in c. quāto. de iureiur. ¶ Cæterùm *quia parui refert in hoc insistere, attento, quòd pro illa glos. sunt text. s. inducti, ideo retenta hac parte nota cir* ca ipsam quinq; declarationes. Prima declaratio est,

23 quòd † iudex non potest arbitrari pœnam mortis, nisi propter excessum grauis facinoris. Ita Bald. in d. c. j. §. iniuria. de pace iur. fir. & in l. fi. ad fin. ff. de reb. diui. & ita intelligitur gloss. in d. §. in summa. secundum eum. ¶ Et adde, quòd si circūstantiæ delicti suadent minorē pœnam, & iudex arbitretur mortem, tenet sententia, ex quo habet arbitrium: sed malè facit: & pro hoc potest appellari, secundum Imol. hoc no. per glos. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de uerb. sig. Et hanc declarationem ponit etiam Ana. post Imol. in d. c. in quisitionis. in fi. princ. &

24 Imol. in l. ij. ff. de pub. iudic. ¶ Secunda declaratio. In † delictis attentatis, nō tamen consummatis, non potest iudex arbitrari pœnā mortis. Ita Bal. in consi. suo inci. In Christi nomine: amen: scire oportet, quis sit titulus criminis. per l. j. in fi. ff. de effrac. Et pro hoc dicit facere, quod no. Spec. in tit. de accusa. §. j. uer. quid si primò. & Cy. in l. si quis cū telo. C. de epis. & cle. ubi dicunt, quòd pœnæ capitales de consuetudine generali non imponuntur pro delictis perfectis: & quia hoc est satis de æquitate naturali, quam maximè debent obseruare habentes arbitria, l. quòd si Ephesi. §. j. ff. de eo, quod cer. lo. Et ad hanc declarationem faciunt, quæ aliàs reduxi in c. j. in ij. no. de præsum, tractando, quando in delictis

25 conatus puniat pro effectu. ¶ Tertia declaratio. Vbi † lex, uel statutum cōmittit pœnam arbitrio iudicis per uerbum Moderari, uel Modificare, non potest impone re pœnam mortis. Ita domi. Maria. in c. inquisitioni. in princ. de accus. sic intelligens gl. ibi in uerbo, alioquin. Et quòd talia uerba importent diminutionem, no. etiā

28 glos. in cle. j. in uerbo, moderationem. de iu. pa. & in cle. ne Romani. in prin. in uer. modificari. de elect. & est text. in c. statutum. de præb. in vj. secundum eum. ¶ Quarta declaratio est, quòd gl. in d. §. in summa. procedit, quādo datur arbitrium inter pœnas à iure concessas & ex-

29 pressas, ut est in actione iniuriarum; quia ius exprimit, quòd pœna iniuriarum potest esse corporalis, & pecuniaria: sed ubi iudici datur simpliciter arbitriū puniendi, uel exaggerandi pœnas, nō potest arbitrari pœnas mortis: quia ex hoc nō intelligitur cōcessum arbitriū transeundi ad species pœnarum capitalium. Ita consuluit Francis. de Albergotis de Aretio in ciuitate ista Pisarum, & incipit consilium, Quidam cæcus de Fulginio habitator ciuitatis Pisarum. Alleg. l. j. §. expilatores. ff. de effrac. per quem text. limitat dictum Inno. in c. j. de constit. dicens, quòd iudex nō potest transgredi leges, quando ex hoc fieret transitus de una specie delicti ad aliam speciē, putà de specie non capitali ad capitalem: non enim potest pœnam capitalem imponere pro eo delicto, quòd non est capitale. Et istud consilium reperio allegatum in quadam disputatione facta Ferrariæ per do. Ang. de Are. & in c. Attolus Caium aggressus. ubi de hoc facit magnum festum. Et huic consilio subscripsit se Bal. in consil. alleg. s. in ij. declaratione, secundum eum: & benefaciunt, quæ scribit Paul. de Cast. cōs. xxvj. inci. In Christi, &c. uiso pūcto. ¶ Quinta declara-

26 tio est, q̄ † ubi datur iudici arbitriū imponendi pœnā arbitrariam, & limitatur, ut non possit mortem arbitrari, illi limitationi statur, & non procedit glos. in d. §. in summa. & idem, ubi limitatur, ne imponat aliam pœnam perpetuam, arg. l. diligenter. ff. manda. & c. cùm dilecta. de rescrip. Et ita debent intelligi omnes leges allegatę in princ. huius declaratiōis tertię, quibus per hoc est responsum, secundum Imol. hîc. Et postremo de materia arbitrij iudicis in impositione pœnarū, uel alia, dic, ut per Doc. in d. c. inquisitioni. in prin. & in c. de causis. de offi. dele. & utrobiq; dixi. Et ad prædictam declarationem tertiam faciunt uerba gl. fi. in l. pe. C. si aduer. li. & in l. j. in uer. seuera. C. ne. li. po. & glos. pen. in fin. in c. si canonici. de offic. ord. in vj. ¶ In ea. gl. ibi, pro contu-

27 macia, & non pro crimine. Not. quòd † contumacia nō est crimen: & in hoc multæ reperiūtur opiniones, quas nec referre, nec ordinare intendo, tum propter earum uarietates, tum quia per Doct. hîc non examinantur: ideo remissiuè expediendo uide latè per Cy. in rub. C. de cri. stel. & ibi per Ang. & Salic. & per glos. ordinariā, Arch. & Domi. iiij. q. j. in sum. per Lud. in l. lege Cornelia. ff. ad Syl. per Imol. in c. j. de maiori. & obe. per Bald. in l. legis uirtus. ff. de legibus. per Bart. in l. omne delic-

c tum[c]. §. contumacia. ff. de re mili. per Bal. post gl. ordina. in l. j. §. fi. ff. si quis ius dicē. non obtē. per Bal. in l. j. §. nūc tractemus. ff. de tu. & ra. dist. per Imol. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. per Bald. in l. fi. C. de crimi. stel. per gl. Bald. Imo. & Ro. in l. si mora. ff. sol. ma. per Bal. in l. j. C. de in lit. iu. per glos. in l. si plures. ff. de admi. tu. per Bald. in l. & multis. C. de app. & pulchrè in c. testimonium. ante fi. de testi. Et ibi colligit ex dictis Inno. quod banniti, uel condemnati propter cōtumaciam, non dicuntur condemnati de crimine, nisi statutū hoc diceret, quòd condemnaretur de crimine, & quòd puniatur, ac si crimen esset probatum: quod dicit esse uallde notandum. Et ista uidetur cōmunis cōclusio, quòd contumacia per se non sit delictum: pro qua multū facit, quia si esset delictum, non posset quis ab homine excōmunicari propter contumaciam: quia ab homine nemo excommunicatur pro delicto, sed solùm pro cōtumacia, ut per gl. ordina. in c. nemo. xj. q. iij. & do. Abb. in c. j. de iudic. cum concor. ¶ Fallit † cōmunis opin. in quinq; casibus, in quibus contumacia punitur ut delictum, & eos pulchrè enumerat Domi. iiij. q. j. in summa. Ideo aliter non refero: quia nihil adderem, sed dic, ut per ipsum. ¶ Extra glo. dicit hîc incidēter inter cætera

29 Io. de Lig. unum quotidianū, quòd † licet cancellarius studij teneatur sequi uoces Doc. qui examinant docto-

randum, ex quo funguntur uice testium, l. nulli. C. de aduo. di. iu. tamē si ei constaret, quòd ex affectione, uel odio approbarent, uel reprobarent aliquē iniustè, nō tenetur sequi uoces eorum, arg. l. iij. uer. tu magis. ff. de testi. & per id, quod no. Inn. in c. quoniā contra. de proba. & sequitur Imol. hîc. Adde Salic. idē tenentē in l. nemini. C. de aduo. di. iu. ubi dicit, q̄ in dicto casu potest cācellarius, ppria authoritate approbare, uel reprobare, nec perhorrescat, q̄ in foro iudiciali hoc sibi nō constet, quia tales ꝓbationes potiùs sunt cōmissæ eius cōscientiæ, quàm disputationi. Alle. no. in l. iubemus. C. eo. ti. & in l. j. C. de secū. tab. & cū istis cōcor. Per. de An. in c. cū dilectus. de cōsue. quē alle. Io. de Ana. in c. nemo presbyterorū. de simo. Et adduci posset, quod no. Bar. in l. j. §. si plures. ff. de exerc. & do. Ant. in c. intimasti. de app. & in c. cùm olim. de arb. & Bal. in l. manifestissimi. ad fi. C. de fur. & Ang. consil. clxxxiij. & consil. ccxij. & Paul. de Cast. consil. xv. ubi dicitur, quòd iudex non tenetur sequi consilium sapientis iniustum. ¶ Sed aduerte: quia Bal. notanter in authen. habita. C. ne fil. pro pa. intelligit prædicta esse uera, quando numerus approbantiū, uel reprobantium, est statutus ad inquisitionem, & nō ad diffinitionem: secus, si esset statutus pro forma substantiali ad diffinitionem: quia nō potest ab eorum dicto recedi. Alleg. l. nemini. §. iurisperitos. C. de aduo. di. iu. Sed tamen etiā isto casu uiderentur procedere prædicta: quia potestas data *sub forma est interpretanda* secundum iura, secūdum domi. Abb. satis in simili j. c. proxi. post medium: & iura uolunt, quòd iudex nō sequatur dicta testiū suspectorū, d. l. iij. de testi. Ergo, &c.

30 Tamen poteris cogitare. ¶ Et adde, quòd si † scholaris, qui debet intrare examen, habet aliquem ex doctoribus suspectum ex causa legitima, potest illum recusare, secundum do. Abb. in c. causam. ij. de offic. dele. quia doctores sunt ibi, ut testes, ut per Bart. in proœ. ff. de uteris. & dictū est s. Et testes debent carere omni suspicione, ut no. in c. in literis. de testi. fm eū. ¶ Et ista sufficiant in hoc c. Duo sequentia differamus ad secūdum diem Quadragesimæ propter frigus.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Canonici non possunt sine causa rationabili restringere numerum canonicorum, seu numerum prebendarum.*

Executor habens exequi causam cum consilio, si illud omittit, actus est nullus. Post nu. j. uersic. est enim conclusio.

Et de hoc, quando quis tenetur requirere consilium, aliàs actus est nullus, si fiat sine consilio, tractat usq; ibi, sed hic sunt, &c.

Absente eo, qui requirēdus est, an requirendus sit eius uicarius. Post nu. j. uersic. an autem absente.

Generale mandatum datum uicario, non comprehendit collationem beneficiorum. Post nu. j. uersic. secundò respondeo.

2 *Factum contra ordinem datum, seu constitutū, an sit prorsus nullum.*

3 *Papa per suum præceptum, ubi inhibet habenti iurisdictionem, ne ea utatur suspendendo eam simpliciter, actus factus uigore talis iurisdictionis suspensæ est nullus.*

4 *Superior quando iniungit aliquid sub forma habenti aliàs potestatem, transfert potestatem illam in alios in casu, quo mandatarius non seruat formam: tunc actus factus omissa forma non ualet.*

5 *Superior quando prohibens, ne aliquid fiat, nisi certo modo, disponit in utilitatem tertij, actus factus omissa forma est nullus, & inane. 6.*

7 *Dictio Nullatenus, quando apponitur in prohibitione superioris, tantum importat, quantum clausula decreti irritantis.*

8 *Quando in commissione legis, uel hominis conferentis iurisdictionem qualificatam apponitur aliqua adiectio nō pertinens præcisè ad modum, uel formam, sed ad actus expeditionem, omissio talis qualificationis non uitiat.*

CAPITVLVM XII.

1 EX parte. ¶ Non possunt Canonici sine causa rationabili restringere numerum canonicorum, seu numerum prebendarū. H. D. Et omissis aliis, quæ hîc ponuntur, quia nihil adderem, tene principaliter mēti, quæ scribuntur hîc per Doct. de eo, qui habet expedire actū cum cōsilio alterius, an & qñ possit illud omittere. Pro cuius articuli clariori intelligentia perstringe dicta Doc. insertis aliorum dictis alibi per unā conclusionē declaratam. ¶ Est enim cōclusio, q̄ executor, de quo hîc, & aliùs similis habens expedire actum cū consilio alterius, si illud omittit, actus est nullus, tanquā non sit seruata forma mandati, per c. cùm dilecta. de rescript. Ita Vin. hîc, quem omnes Scribentes hîc referunt, & sequuntur. Idē tenet gl. fi. in c. nō est. de cōsue. in vj. dicens, sententiā latam non requisito cōsilio eius, qui cōsuli debebat, esse nullam. Et ibi dicit Domi. post Arc. & Io. An. quòd à tali sententia non est opus appellare: & no. latè Io. An. in addi. Spec. de requir. consi. §. j. uer. ut autem. Bar. in l. j. §. si plures. uer. quartò quæro. ff. de exercito. & do. Abb. in c. ad Apostolicam. in fi. de regula. dicens generaliter, quòd ubi requiritur cōsilium alterius, nisi requiratur, actus est nullus. Alleg. c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. Et idem dicit ipse per illū text. in c. cùm olim. de arbi. & in dispu. sua inci. Augerio. uer. moueor principaliter. No. per eundem in c. fi. in fi. de eccles. ædi. & Bal. in l. j. uersi. ex dicto ergo Rofre. C. ne liceat in una eademq; causa. & ibi assignat rationem, quòd ubi est prius & posterius, ibi est ordo: sed consilium est prius, quàm consiliatum: ergo datus est ordo, l. prolatam. C. de senten. Item quia consilium potest trahere alium ad suam sententiam, ut ibi per eum: & Io. An. in regula, nullus ex cōsilio. in Mercu. Et si diceretur, quòd ista uidetur leuis solennitas, ergo eius omissio non uitiat, l. j. §. fi. & ibi Bart. ff. de uen. in spi. no. Bart. & alij in l. j. §. prius. ff. de uul. & pup. & Ioā. And. in addi. Spe. in tit. de inuenta. uer. & no. & Ang. in l. j. §. hęc stipulatio. ff. si cui plus quàm per l. Fal. cum concor. Et quòd sit leuis solennitas, patet: quia licet habeat quis requirere consilium alterius, non tamen tenetur illud sequi, ut probat text. in c. j. de cap. mona. & ibi do. Abb. & tex. in c. cùm ueteri. de elect. & ibi per do. Anto. & do. Abb. & latè per eundē post alios in c. cùm olim. de arbi. per illū text. nisi in casib. enumeratis ibi, & per Domi. in c. hinc et enim. xlix. dist. & Bart. pulchrè in d. §. si plures. & Bal. in rub. C. de exerc. & Io. An. in d. regula, nullus ex cōs. & Arc. in c. abeuntib. lxiij. dist. cū cōcor. de quib. pertinētiùs esset dicēdū in d. c. cùm olim. nec aliter tractāt hîc. ¶ Ad hoc respōdet pulchrè Bart. post Old. in d. §. si plures. uer. quartò quæro. q̄ quædā est solennitas, propter quā facti subsitātia pōt mutari, si omittitur: & ista nō dicitur

4 leuis [2], arg. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transa. Sed hîc cōsilū alterius pōt trahere petentē cōsilū in sententiā cōsulti, l. item si unus. in fi. & l. seq. ff. de arb. Ergo nō est leuis solennitas, cùm contingenter possit esse nō leuis. Quā responsionē approbat do. Car. in subti li dubio, in cle. j. in xj. q. de offic. deleg. ¶ Et ampliatur prædicta conclusio, etiāsi consultor est mortuus: quia si est nominatus sub nomine dignitatis, est expectandus successor: & si consultor uiuit; & est absens, ipse expectandus est. Ita Ioan. And. post antiquos hîc, & in c. unico, ne se. ua. in vj. tum ut seruetur forma mādati; tum etiā per c. quoniā abbas. de off. dele. & se-

a *Nō dicitur leuis*] *Pro qua māteria uide Bart. in l. cùm hi. alle. in tex. & in l. fi. §. si uerò post quam. in fi. C. de iure delib. et Bal. in rub. C. de succe. edi. uersi. & si quid i prædictis. & do. Alexā. de Imol. i l. j. in fi. de lib. & posth. per Bald. etiam in l. hac cōsultissima. uersi. est autem lē ue. C. qui test. fac. pos. & uide no. per do. Alexā. in suo consil. lxxix. in iij. parte.*

b *De naturali*] *Adde text. in l. fi. C. de his, qui ue. ata. & glos. xv. q. ij. placuit. & per do. Alexā. de Imol. in suo cons. iiij. iiij. parte.*

b *Significatu*] *Adde do. Soc. suo cōsil. lxxxiiij. incip. Visa prædicta facti. uersi. non mouebor. in fi. in prima parte.*

c *In l. omne delictum*] *Vide ibi do. Alex. de Imo. & in d. l. j. §. fin. ff. si quis ius dicen. non obt. & plenè in l. si mora. ff. sol. mat.*

quuntur alij hîc, & Domi. in c. fin. §. in illis uerò. de concef. præben. in vj. Non obſt. l. turpia. §. j. ff. de leg. j. ubi legatū mulieri, ſi nubat arbitratu Seij, debetur, licet Seius ſit mortuus. Facit l. filia. j. reſpon. ff. de condi. & de. quia reſponſio colligitur ex gloſ. in d. l. turpia. quòd cō ditio illa erat inutilis fauore nuptiarū. Vnde etiam uiuo Seio nubens ſine eius arbitratu legatum habuiſſet, per l. cùm tale pactum. §. reſcriptum. aliàs, ſi arbitrio. ff. de condi. & demonſ. ſecundum Ioan. And. domi. Anto. Imol. & Domi. hîc. ¶ Sed ultra omnes in hoc aduerte: nam iſti expreſsè ſentiunt, quòd cōditio, ſi talis nupſerit cum conſilio Titij, dicatur inutilis. Conſidero enim, quòd reſpondet ad illam l. turpia. in materia conſilij: & ſi non ſentirent hoc, dediſſent aliam ſolutionem, uidelicet quòd ibi requirebatur conſenſus, hîc uerò conſilium. Sed contra iſtam intentionē Doct. reperio no. & expreſſum conſilium Paul. de Caſt. in terminis, conſ. lxvj. In Chriſti, &c. uidetur dicēdum, quòd dicta l. filia. ubi uoluit, quòd diſpoſitio d. §. reſcriptū. intelligatur, ut iacet, ualet, ubi poteſtas nubendi eſt poſita in arbitratu talis: & ſic tenebatur requirere cōſilium, & ſequi: meritò ergo dicitur, quòd poteſt inducere uiduitatem. Sed ubi habet requiri conſilium tantùm, dicit ipſe ſecus eſſe: quia cùm non teneatur ipſum ſequi, ut prædixi, hoc non poterat uiduitatem inducere: ideo non ſeruat, nec reprobatur à iure. Et ita dicit tenere Pet. & Cy. in d. l. turpia. per tex. in l. Theopompus. ff. de do. præle. in uerbis Græcis, uel eorum expoſitione: & per rationem: quia requirere conſilium conſanguineorum & amicorum in matrimonijs contrahendis non eſt cōtrariū matrimonio: imò eius naturæ conſuetum, l. uiduæ. & l. in copulandis. C. de nup. Vnde concludit, quòd cōditio, ſi nupſerit de conſilio talis, non ſpernitur, nec reprobatur à iure: ex quo conſuluit domi. Paul. quòd hæredes grauati de maritanda filia teſtatoris cum conſilio Titij, ſi eam maritauerint Titio inconſulto, perdunt hæreditatem, iuxta authen. hoc amplius. C. de fideicō. Eſt uerum, quòd Imol. in d. §. ſi arbitrio. referens Cy. idē ibi tenere, uidetur inclinare in contrarium: quia multa poſſunt interuenire impedimenta, propter quæ nō poterit ita bene requirere conſilium. Et ſic omnino nō eſt libertas matrimonij contrahendi. Et pro iſta conſideratione ſua uidetis eſſe deciſionem ſatis apertam Ioan. And. & aliorum hîc, de quibus ipſe mentionem non facit. Sed pro di. Pet. & domi. Paul. facit: quia licet differatur poteſtas nubendi requiſitione talis conſilij, non tamen conditio reprobatur, ut probat text. in d. l. cùm tale. §. Mæuiæ. & in l. ſed ſi hoc. §. fin. eod. tit. per quæ iura uidetur, quòd non obſtante hac dilatione ſeruari debet uoluntas teſtatoris hoc caſu: quia conditio inducens uiduitatem reſpectu certi temporis, ualet, ut ibi. Et retenta hac opi. Pet. ſequitur alius effectus, quòd legatum factum mulieri, ſi nupſerit cū conſilio Titij, proprio nomine expreſſo, non debetur ſibi mortuo Titio inconſulto: quia ſi text. in d. l. turpia. nō procedit in requiſitis conſilij: ergo legatū non debetur. Et iuxta prædicta ſubdunt hîc Doc. quòd ſi perſona cōſulenda, eſt nominata proprio nomine, & moritur non reddito cō ſilio, mandatum expirat, & eſt expectanda ſecunda iuſſio: quia fines mandati non poſſunt adimpleri, ut per eos hîc, & per Bal. in c. ſi non pro debilitate. in j. cōmento, in iij. col. de offi. dele. & Domi. in c. ſi pro te. de reſcri. in vj. ¶ Recipit prædicta concluſio tres limitationes. Prima, ubi in expectatione conſilij immineret periculum, ut concludit hîc domi. Ab. per tex. in c. ſi. ne ſe. uac. in vj. qui non eſt alibi, ſecundum do. Card. in cle. j. in vj. q. de ſup. neg. præl. Et de ipſo meminit Rot. deciſ. ij. de iu. pa. in antiquioribus. Et non ponitur ibi aliquid ſpeciale in collatione, prout uoluit hîc Io. de Lig. & ſequitur Domi. in d. c. ſi. §. ubi uerò. Sed attenta ratione periculi poteſt extendi ad omnem ſimilem caſum, l. cùm pater. §. dulciſſimus. ff. de leg. ij. Facit l. ſi longiſs. §. j. ibi, nedum pater expectatur. ff. de iudic. & l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. uer. quòd ſi latet. ff. ſol. mat. Per quæ iura hanc limitationem ponit Bart. in d. §. ſi plures. uerſic. quero ſecundò, quem ſequitur do. Abb. hîc, & in c. ſi. in fi. j. de elec. Bene facit in c. ſi. in uerb. in remotis. de teſta. in vj. & c. ſi is, cui. in uerſic. ſucceſſorem expectando. de offic. dele. in vj. Et quòd ratione inſtantis periculi poſſet actus expediri non requiſito eo, qui aliàs requirendus erat: Facit inter cætera multa, quæ allegari poſſent, quod no. Inno. in c. uenerabilem. de elect. & tex. c. nihil. ibi, ita quòd interum ualde remoti. de elec. & quod no. do. Abb. in c. ſi. uer. omnia prædicta. de eccle. ædi. cū concor. ibi alle. per eum, & do. Car. in cle. j. in xxix. q. de reb. eccle. non alie. & quod ipſe no. in cle. j. in iij. q. ad fi. ibi, finge enim difficilem. de offi. ord. & quòd no. Domi. in c. j. ad fi. ibi, ſi uerò in breui. de ſta. mo. in vj. & quod no. Ang. in l. ſi uacantia. uer. dictat ſtatutum ciuitatis Peruſij. C. de bo. uac. lib. x. facit text. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred. & quod habetur per Pet. de Anc. conſil. clxxxvij. incip. In auxilium ueritatis. & quod no. Inno. in c. ut famæ. de ſen. excom. Bonus text. in l. ſi quis filio. §. hi autem ipſi præueniendi cauſa periculi. ff. de iniu. teſt. In quibus locis plura & diuerſa reperies ad id, quod dixi. Generaliter autem, quòd ratione periculi ſæpe rumpantur aliæ regulæ, uide Ro. in §. de uiro. in xl. fal. ſol. ma. Et hanc limitationem declara dupliciter ex his, quæ ſtatim ſubijciam. ¶ An autem abſente eo, qui requirendus eſt, debeat requiri eius uicarius, uel perſona loco eius dimiſſa, pondera ultra alios hîc, q̄ ſcribit Arch. lxiij. diſt. in c. Reatina. poſt medium, ubi dicit, quòd ſi de cōſuetudine eſt, ut aſſenſus regis uel archiepiſcopi requiratur ante electionem, & ſic ſit abſens extra regnum, uel archiepiſcopatum, ſufficit uicarium talis perſonæ requiri. Alle. Compoſt. in c. quod ſicut. de elect. dicentem ſe ita obtinuiſſe in cauſa Cantuarienſis epiſcopi & canonicorum Roſenſium, argu. c. ex frequentibus. de inſt. Et hoc ſequitur Bald. in c. cùm uenera. de conſue. Sed ipſum reprobat Lud. ſing. dcciij. incip. Ex longeua & inueterata. Primò per d. c. uniceum, ne ſede uacan. in vj. ubi in caſu dictæ abſentiæ non eſt opus cōſilio. Secundò per id, quod not. Feder. in conſi. cclxiiij. dicens, quòd conſenſus epiſcopi requiſitus ad ualiditatem ſtatuti canonicorum non poteſt præſtari per uicariū, per c. fi. de offi. uica. in vj. Per quē tex. dicit Lu. ea, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, nō tranſire in uicariū. Et contra Arc. tenet Ang. in l. adop. ff. de adop. licet pro ſe alleget Arc. in d. c. Reatina. & inepte. Nihilo minùs cogitabam teneri poſſe dictū Arc. per d. c. ex frequētibus. & maximè, quia ſic dicitur fuiſſe obtentum. Non obſt. d. c. unicum, quia reſpondeo dupliciter: primò, quòd loquitur, ubi habet requiri cō ſilium: ſed Arch. loquitur de aſſenſu: inter quæ duo eſt in propoſito magna differentia, adeo quòd c. unicum, non procedit, ubi requiritur conſenſus, ut ibi per gloſ. in uer. conſi. ſicut nec iſta limitatio prima procedit, ubi requiritur conſenſus: quia omnino habendus eſt, ſm omnes hîc: & eſt text. opti. cū gl. in uerb. aſſenſus. in c. ſi pro te. de reſcri. in vj. & in l. fi. C. de cōtrah. emp. Et ideo, ubi requiritur aſſenſus, reſultat iſte effectus, q̄ poterit interponi per uicariū, propter dictū Arc. quod intelligo, ubi materia eſt apta includi ſub generali mādato: aliàs ſecus. Et ita ſaluo cōſi. Fede. qui loquitur propriè de conſilio præſtando in materia, quæ requirit ſpeciale mandatum, ſ. collationis præbendarum. ¶ Secundò reſpōdeo, q̄ ideo in c. unico, nihil dicitur de uicario, quia in illa materia collationis beneficiorū nil poteſt uicarius ex generali mandato, quando agitur de collationibus, d. c. ſi. ſecus in inſtitutis, d. c. ex frequentibus. & ibi per Imol. & ideo non mirum, ſi in dicto cap. unico, Papa nihil dixit de uicario, argumen. l. nam ad ea. ff. de legi.

legi. Et quia talia pendent ex gratia conſtituentis uicarium, & ideo non habentur in conſideratione l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. j. no. Inno. in c. pastoralis. de cauſa poſſeſ. & propri. cum concor. ¶ Vnde cogitabam, ſi poſſet dici, quòd in caſu c. unici, requireretur cō ſilium uicarij habentis aliàs mandatum ad beneficia conferenda: & crederem, quòd ſic, propter dictū Arch. in d. c. Reatina. ¶ Nō obſt. quòd ea, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, non tranſeant: quia iſtud eſt falſum. Patet ex dictis Domi. in c. fi. de offi. uic. in vj. ubi dicit, q̄ dare licentiam pro ordinibus, & omnia alia, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, competūt uicario[a] ex generali mandato. Facit, quod no. Cald. in tit. de offi. uica. cōſiliij. ubi dicit, quòd ex generali mandato poteſt uicarius prorogare tempus executoribus piarum uoluntatū. Et tamen iſtud eſt uoluntariæ iuriſdictionis. Quinimo dicit do. Card. in cle. j. in xvij. q. de officio uic. quòd uicarij generales poſſunt omnia exceptis prohibitis in c. ij. in fi. de offic. uica. in vj. ¶ Ex quibus, retento dicto Arc. uidetur reſultare una declaratio ad hanc primam limitationem, ut intelligatur, niſi perſona abſens dimiſerit uicarium: quia ille conſulendus eſt. Fateor tamen, quòd facilè ſuſtineretur, quòd dictum Arch. procedat ſolùm, ubi requiritur conſenſus. Sed ubi requiritur cōſiliū, procedat opinio Lud. per d. c. unicū, quòd ſimpliciter loquitur. Tamen utroq; caſu tenerem dictū Arch. per prædicta. ¶ Alia declaratio eſt, quòd ubi requiritur conſenſus eius, qui eſt abſens, non poteſt actus expediri, niſi dimiſiſſet uicarium. Hoc de conſenſu proſequere, ut aliqualiter per Domi. in d. c. ſi pro te. in uer. conſiū gendo ſimul. Et eius dicta extende ad caſus, in quibus conſilium capitur pro conſenſu: de quibus in locis allegatis in concluſione. Et ſic aduertenter limita prædicta, & intellige, quòd cōſenſus requiratur per uiā ſubſtantiæ[b]. Sed ſi per uiam acceſſionis, procedat l. ſi lōgiūs. §. j. ff. de iud. ¶ Secunda limitatio prædictæ concluſionis eſt, ut omiſsio requiſitionis conſilij uitiet actum ita demū, ſi à lege, uel ab homine trahitur à principio poteſtas cū limitatione, ſeu qualificatione dictæ requiſitionis: & ita loquitur c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. Nam etiā ſine clauſula decreti actus aliter factus erit nullus. Secus eſt, ſi habenti priùs poteſtatem mandatur, ut procedat cum conſilio Sempronij: quia ſi non apponitur clauſula decreti, tenet actus omiſſa requiſitione conſilij, licet omittens ueniat puniēdus: quoniam mandatum uidetur potius emanare tunc ad excitandam, quàm ad impediendam iuriſdictionem: & ille uidetur actum facere potius ex iure ſuo & ex priori poteſtate, quā habebat. Ita ſolenniter dicunt hîc do. Abb. & Imo. allegantes gl. fin. & optimam in ſimilibus terminis in cle. j. de iu. pa. in uerbo, inhibentes. pro qua dicit do. Abb. optimè facere c. dilectus. ij. de præben. ubi ualuit collatio facta per canonicos contra mandatum Papæ: nec fuit irritata, licet canonici ex tranſgreſſione mādati aliter fuerint puniti. ¶ Et de illa gloſ. ſæpe fit præcipua mentio per Scribentes, & eam approbant ibi do. Card. in iij. q. & Imol. & do. Abb. poſt antiquos ibi, & Lud. Ro. conſil. ccij. In Chriſti, &c. quo ad primum. & do. Abb. conſil. xcj. inci. Quo ad primum dubium. & in ſua diſput. Augerio. uerſ. ſecundò probatur. & Pet. de Anc. in c. ſtatutum. §. fi. uerſ. aduerte. de reſcrip. in vj. & in cle. j. de ſeq. poſ. & fruct. in fi. & in regula, ea quæ. uer. ex quibus infertur. de reg. iur. in vj. & conſi. vj. inci. Viſo themate. & conſil. xxxj. uiſa quadam petitione. & conſil. ccccxvj. Viſo & diligenter pondera to. & in c. prouidē. de elect. in c. cùm dilecta. de reſcript. & ibi Imo. & domi. Card. in clemen. j. in princ. in vj. q. iij. art. ij. partis, de ſup. neg. præla. & Domi. poſt Imol. in c. j. §. pe. de offi. ordi. in vj. Et ibi concludunt, quòd excō municatio lata contra prohibitionem illius c. eſt ualida; quia ibi non tribuitur uicario iuriſdictio de nouo, & non apponitur decretum. Et cum iſtis etiam concor. Domi. in c. fi. de ſup. neg. præl. in vj. Nā gl. in uer. præmiſ ſa. dixit, quòd † factum contra ordinem datum à lege non ualet. Et ipſe intelligit hoc, quando lex tribuit iuriſdictionem iudici: aliàs non haberiti, dando certam formam, ut ibi per eum, & per doctrinam gloſ. in d. clē. j. de deciſ. Imol. aperta, & non uulgata, in c. prudētiam. ibi, ſecus eſſet, ſi non exercitium. ff. de offic. dele. licet in contrarium poſsint multum notari uerba Bald. in l. cōparationes. uer. iij. oppo. C. de fi. inſtru. Et adde, quòd ubi eſſet appoſitum decretū, prædicta non procedunt, ut dixit ipſa gloſ. & eſt tex. in c. ſi eo tempore. de elect. in vj. quicquid circa ipſum dicat Imol. in d. cle. j. ¶ Sed hîc ſunt notandi diligenter ſex caſus, in quibus non procedit opi. doctrinæ gloſ. in d. cle. j. & Doct. hîc. ¶ Primus eſt, ubi † Papa per ſuum præceptum inhibet habenti iuriſdictionem, ne ea utatur ſuſpendendo eā ſimpliciter: quia actus factus ſub gore iuriſdictionis taliter ſuſpenſe eſt nullus. Ita latè & eleganter decidit domi. Abb. in d. c. dilectus. lo ij. de præben. ad fi. & alleg. quòd not. Inno. in c. fi. de accuſa. ubi dixit, q̄ alienatio facta per prælatum, cui Papa prohibuerat, ne alienaret, eſt nulla: & alleg. Inno. in c. Ray. de teſt. ubi dicit, quòd collatio facta per prælatum, cui Papa mandauerat ne conferret, eſt nulla: & alleg. Io. An. in c. conſtitutus. j. de conceſ. præbē. ubi dixit idem in collatione. Et ad hoc facit c. ueritatis. in fi. de do. & cōtū. & c. ut noſtrū. de app. Ad idem c. ſi ſoli. & c. fi. de conceſ. præben. in vj. ubi collatio facta contra mandatū executoris Papæ non tenet. Ergo fortius, ſi eſt facta contra mandatum Papæ: & eſt bona gloſ. in d. c. ſi eo tempore. & aſsignat do. Abb. rationem: quia quando Papa directè præcipit, ne ordinarius certum quid faciat, uidetur tunc ſibi auferre poteſtatem exercendi actum: ſed quando mandat, ut conferat eccleſiā Titio, uel faciat aliud, quod ex poteſtate ordinaria poterat facere, actus contrarius mandato non habenti ec cleſiam decreti, ualet propter dictā gloſ. & d. c. dilectus. quia non intendit Papa auferre mandatario poteſtatem, quam ordinariè habet ad illum actum, ſed puniē dus eſt, quia reſpondet, q̄ illud eſt mādatum indirectum, quod non auferret poteſtatem aliàs competentē mandatario. Ita dicit reſtringendum d. c. cùm dilectus. ij. per prædicta, quæ poſſunt adduci ad multa ſimilia, ſecundum eum. Et pro iſta doc. do. Abb. facit dictū Bal. in l. j. in princ. ff. ne quis eum, qui in ius uoca. ubi dicit, quòd fortior dicitur prohibitio illa, quæ ſimpliciter prohibet, ne aliquid fiat, quàm illa, quæ prohibet fieri aliquid ſine certa ſolēnitate. ¶ Secūdus caſus eſt, quā do † ſuperior iniungens aliquid ſub forma habenti aliàs poteſtatem, transfert poteſtatem illam in alios, in caſu quo mandatarius non ſeruat formam: nam tunc actus factus omiſſa forma non ualet, & transfunditur poteſtas in illum ſurrogatum. Tex. eſt in c. cùm in uetері. uer. alioquin. de elec. quem tex. habuit ibi do. Card. prima facie pro fortiſsimo contra d. gloſ. ſed ſaluat reſtringendo, ut eſt dictum. Ad idem eſt textus æquè bonus in d. c. ſi capitulo. ubi ſi mandatur canonicis aliàs poteſtatem habentibus, ut conferant certum beneficium dato executore, & illis negligentibus exequatur per ſolam præſentationem literarum, ligantur manus canonicorum, ut prouiſio alteri facta per executorem non ualeat: nam ex quo ſuperior transfundit poteſtatem in executorem in defectum mandatā-

tiorum

c. ex parte.

a *Vicario] Ad quod adde Bald. i Marg. in uerb. uicarius. uerſi. ij.*

b *Subſtātiæ] Sed nūquid poſſit cōſenſus, quando requiritur præcedere actum, uel cōtēporanee habeat interuenire cum actu, uel ſufficiat, quòd interponatur ex interuallo, uide no. per do. Soci. ſuo conſil. xv. incip. Viſis prædictis publicis inſtrumentis. uerſ. ſi uerò dicamus. cum uerſ. ſeq. in j. par*

riorum, uidetur eis adempta potestas in casu contumaciæ & inobedientiæ. Et ita limitatur d. glos. secundum domi. Abb. in d. c. cùm in ueteri. & in d. dispu. Augerio. uersic. & per hoc patet responsio ad omnia contraria. & sentit do. Car. in d. clemen. j. dum dicit illam glos. limitari per d. c. cùm in ueteri. ¶ Tertius casus est, quando† superior prohibens, ne aliquid fiat, nisi certo modo, disponit in utilitatem tertij, adeò quòd est sibi ius quæsitum: quia tunc actus factus non seruato illo modo nullus est, ne sequatur duplex absurdũ, quòd inferior ueniat contra factum superioris, & quòd tollatur ius alteri quæsitum. Ita limitat ipsam glo. in d. clemen. j. & eã post alios sequitur ibi Imo. & in repe. c. cùm contingat. uer. iiij. casu considera duos casus de iureiu. & in c. quãto. de consue. Et ita probatur in c. si soli. de cõces. præbẽ. in vj. ibi, aut executor, & in uerbo, præsertim. à contrario sensu, ubi collatio ordinarij contra præceptũ executoris factum de conferendo impetranti est nulla: quia per gratiã Papæ iam erat affecta præbenda, & ius quæsitum impetratori. Si tamen nullitas potius esset damnosa illi hîc, quàm utilis, ꝓcederet doctrina d. glo. quia actus esset ualidus, & ita esset in casu dictę cle. j. ubi ex præsentatione quæsitum est ius præsentato, cui nõ est fauor, actum institutiõis prohibitum esse nullum: imò potius interest, quòd ualeat. Et ita tenet Imol. ibi, & in
6 d. c. cùm contingat. ¶ Quartus casus est, quando† sumus in habẽtibus perpetuam causam prohibitionis: nam in talibus semper uidetur latẽre uitium, etiã post actum: & ideo sufficit ea prohibere, etiamsi lex non dicat contrà factum esse irritandum. Et ita intelligitur l. non dubium. C. de legi. Et ita restringit se glos. in d. cle. j. Procedat ergo illa glos. ubi sumus in habentibus causam prohibitionis temporalem. Et pro hac decisione est glo. ordi. ibi, & per Scribentes in c. tua. de spon. duo. Et ita declarãt Abb. & Imo. in d. cle. j. & Imol. in d. c. cùm contingat. Et ideo dicit do. Abb. in c. ad dissoluendum. ad fi. de despõ. impu. quòd si Papa præcipit aliquibus, ne contrahãt matrimonium, & causa præcepti est perpetua, putà si prohibetur ad euitandum peccatum, si contrahunt matrimonium, est nullum. Si autem causa est temporalis, putà propter pẽdentiam litis, uel uenerationem dierũ, uel similem casum non semper superaturum, tunc matrimonium tenebit: & alleg. glo. in d. c. tua nos. Bonus tex. in c. ad Apostolicam. de regula, & quod ibi no. domi. Abb. uer. sed certè hęc sol. ¶ Quin
7 tus casus est, quãdo† in prohibitione superioris apponitur dictio Nullatenus[a]: quia quo ad nullitatem actus tantum importat, quantum clausula decreti. Ita dicit Zenze. in clemen. j. de sequest. pos. & fru. inferens, quòd absolutio ordinarij facta non seruata forma illius clemen. est nulla, propter istud uerbũ ibi positũ. Et hoc multùm not. ibi do. Anto. colligens, quòd ubi ius loquitur per uerba uniuersalia, ut Nullatenus, uel Omnimodò, tacitè uidet in se habere decretum, & tollere facultatem dispensandi. Pro quo alleg. glos. in clemen. ij. in uerbo, nullo modo. de æta. & quali. quam dicit menti tenendam. Et hãc conclusionem simpliciter refert, & sequi uidetur domi. Card. in d. clemen. j. §. si quis autem. in vj. quæstio. & eã etiam tenet Innoc. ibi, pro quibus est expresè decisio Arch. quam ipsi non allegant, in c. quoniam. super uerbo, nullatenus. de immunita. eccles. in Sexto. ubi dicit, quòd absolutio facta non seruata forma illius c. nõ tenet, quia illa litera specialiter hoc prohibet in illo uerbo. ¶ Est uerum, quod glos. in d. clemen. j. in uerbo, nullatenus. de seq. poss. uidetur uelle contrarium: scilicet, quòd imò illud uerbum non habeat uim decreti: & ipsam sequitur Domi. in d. c. quoniam. Sed ueriorem puto primam opi. nec placet illud, quod subdit Imol. in d. clemen. j. dicens, quòd in casu illius clemen. stare potest dictum Zenze. & tamen in alijs casibus nõ obstãte uerbo Nullatenus, haberet locum d. glos. in d. clemẽ. j. de iu. pa. Mouetur: quia de iure antiquo nõ habebat ordinarius potestatem absoluendi, nisi in casibus, in quibus non prohibetur: secus in casu prohibito, & reseruato, per c. nuper. de senten. excom. Nam considerabam, quòd ista uerba nihil importãt: quia imò episcopi habent potestatem absoluendi ab omni excommunicatione nõ reseruata Papæ, d. c. nuper. modò illa nõ est reseruata. Ergo competit alia: & per consequens forma tradita in d. clemen. j. de sequest. poss. accedit potestati priùs competenti. Et ideo tenendo opi. Zenzelini, non potest hoc casu procedere doctrina glos. in d. cle. j. de iure pa. & ꝑ ipso facit, quod de uerbo Nullatenus scribunt Angel. & Imol. in l. si quæramus. ff. de testa. cũ concor. de quibus aliàs. ¶ Sextus & ultimus casus est,
8 quando† in commissione legis, uel hominis conferente iurisdictionem qualificatam, apponitur aliqua adiectio non pertinẽs præcisè ad modum, uel formam, sed ad actus expeditionem: quia omissio talis qualificationis non uitiat actum. Ita prædictam glos. declarat Paul. de Cast. consil. cccxxiij. incip. In Christi nomine: uidetur dicendum, &c. inferens, quòd si statutum mandat iudici, ut causam expediat infra certũ tempus, ualebit sententia etiam post tempus: quia tempus nõ dat iudici modum, uel formam procedendi, sed solam expeditionem accelerat. Alle. l. si in lege. ff. loca. Nec istud est de substantialibus pertinentibus ad modũ, uel formam, secundum eum allegantem pro hoc in terminis dicti statuti Bald. post alios in l. properandum. in prin. C. de iudic. cum concor. quas etiam dixi in c. uenerabilis. de iudic. Et hoc, quo ad secundam limitationem d. conclusionis. ¶ Tertia limitatio prædictæ conclusionis est, ut procedat, quãdo quis arctatur requirere cõsiliũ eius, qui est capax & habilis in reddẽdo cõsilium: sed si nõ esset talis actus factus, eo inconsulto tenet, secundũ Bart. in d. §. si plures. in uersic. & pro hoc, quando quis facit. & Bald. in rub. C. de exerci. uer. & ex prædictis. ubi exemplificat in executore testamenti, cui iniungitur, ut exequatur cum consilio guardiani fratrum Minorum: quia ille est inhabilis, cle. exiui. §. uerùm. de uerb. sig. Imò simplex monitio pauperum non potest ei cõmitti, secundum domi. Card. ibi, & Bald. in authen. ingressi. in ij. & ult. col. C. de sac. san. eccles. & Domi. in c. j. in princ. de testa. in vj. reprobando Bart. in tractatu Minoricarũ, iij. lib. uer. quandoq; cõmittitur. Si tamen testator diceret, quòd consulendus sit frater minor, aliàs executio non teneat, non poterit executor exequi, ne recedat à forma testamenti, & ideo cùm non possit illum requirere, perinde erit, ac si executor datus non esset, secundum Bald. in l. id, quod pauperibus. uer. quid ergo, si testator. C. de epis. & cle. & in d. authen. ingressi. & per eũdem in d. rub. de exer. & idem in similibus. Ista sufficiant, quo ad supplenda dicta Doct. hîc: reliqua de requisitione consilij dic, ut per Bartol. in d. §. si plures. Et de requisitione consilij sapientis dic, ut per omnes in c. si pro debilitate. ubi aliàs dixi, de offic. del. Vnde non omitto, quòd si committitur, ut aliquid fiat cum conscientia Titij, sufficit Titium consulere, nec est opus eius opinionem sequi. Ita Angel. in §. emphyteusis. ij. per illum textum in authen. de alie. & emphy. inferens ad statutum requirens in contractu mulieris conscientiam propinquorum, nec erit frustratorium eos requirere, ex quo non est opus sequi: quia si uiderint contractum fore damnosum mulieri, poterunt eum impedire, secundum eum: pro quo uide, quod est dictum s. in conclusione, uersic. & si diceretur. ¶ Et adde Bald. in rub. de exer. uers. quid si uerba dicunt. ubi dicit plus, ꝙ ubi aliquid debet fieri cum conscientia alterius, sufficit notificatio, nec requiritur consilium, uel consensus: quia

a Nullatenus] *De hac dictione, uide ubi dixi in apost. s. eodẽ. in cap. cùm accessisset.*

quia hęc uerba non sonant. Alle. Ioã. And. in c. cùm in ueteri. de elect. qui hoc non dicit: sed tene mẽti propter authoritatem Bald. & hoc limitat, nisi requiratur conscientia eius, qui habet ius dicere & discernere. Alle. gl. in l. j. C. de secũ. tab. ¶ Vnum etiam tene menti, quòd actus spectans ad aliquem cum consilio aliorum, nõ dicitur spectare cõmuniter ad istum & illos, ex quo non tenetur eorum consilium sequi. Ita Rota in tit. de rescri. decis. lxxiij. in antiquis, incip. no. quòd ubi. quod perpetuò no. non solùm ad intellectum c. unici, ne se. ua. in vj. sed generaliter ad omnia similia. Bene facit, quod no. do. Abb. in c. non potest. in fi. de re iud. dicens, quòd in casu decretalis, non est de consue. in vj. non dicitur ea assistere ut iudex, cùm eius consilium non teneatur episcopus iudicans sequi.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Constitutio respicit futura, & non præterita.*
2 *Quæ regula recipit quatuor ampliationes: item quæ istæ sint.*
3 *Fallit autem hæc regula decem modis.*
Vnus est, quando lex noua disponit nominatim de præteritis.
Quæ tamen prima fallentia limitatur sex modis.
4 *Declaratio iuris antiqui trahitur etiam ad præterita.*
Et hæc est secunda fallentia huius decretalis, quæ fallentia patitur quatuor limitationes, ut nu. 5. 6. 7. & 8.
Sententia lata pro matrimonio, an reuocetur ex lege noua declaratoria. Post nu. 7. uersic. ista sua opinio.
9 *Lex noua ubi annullat actum ex causa de præterito, tunc lex trahitur ad præterita.*
10 *Lex noua quando concernit modũ ordinandi, seu præparandi causas, tunc includit etiam pendentes.*
11 *Factum præteritum quando expectat perfectionem suam & complementum à facto futuro, tunc lex noua ipsum comprehendit.*
12 *Constitutio, uel statutum quando dat exceptionem, uel tollit.*
13 *Lex, uel statutum quando aliquid indulget etiamsi loquatur per uerba futuri temporis, non extenditur ad futura.*
14 *Lex noua quando imponit pœnam pro aliquo delicto, quæ pœna est congrua & conueniens delicto, magis quàm pœna legis ueteris, tunc in puniendo eos, qui deliquerunt ante legem nouam, seruabitur lex noua.*
15 *Lex, uel constitutio confirmans trahitur ad præterita.*
16 *Item fallit decimò regula huius decretalis in alijs dispositionibus, præter quàm constitutionum: quoniã regulariter dispositio simpliciter prolata concernit præsentia, uel præterita, non futura.*

CAPITVLVM XIII.

Quoniam[a]. ¶ Constitutio † futura respicit, & non præterita, nisi de præteritis in ea caueatur. H. D. Et est communis diuisio. Et prætermissis alijs, quæ additione nõ egent, assumo principalem materiã cõmentatã sufficienter per Doct. hîc, maximè per Imol. reassumentẽ dicta Bar. qui magistraliter scripsit in l. oẽs populi. uer. quintò quærit. de iusti. & iu. & habetur latè ꝑ Bal. & Sali. in l. leges & cõstitutiones. C. de legi. & Domi. i c. ex antiquis. liiij. dis. & per alios, de quib. j. Sed tamẽ ut multa bene comprehendantur, cogitaui dicta istorum & aliorum ibi posse reduci ad unam regulam, cũ quatuor ampliationibus, & x. fallẽtijs, discurrẽdo dicta magis necessaria, & ha
2 cten° satis cõfusa & sparsa. ¶ Regula† est illa, de qua in sumario cũ cõcor. de quib. per gl. hîc, & per Host. in summa huius ti. §. quãdo cõstitutio. in fi. ¶ Et ampliatur primò, ut procedat, etiamsi ratio l. antecesserit legem: quia per hoc prohibitio l. nõ trahitur retrò ad tempus antecedens, sed solùm ad futurum, secundum Bald. & Sal. in l. testiũ. C. de testi. per illum tex. in nõ. Nec habet ista ampliatio conformitatem cum secunda fallentia, de qua j. quia aliud est declarare & interpretari ius antiquum iam conditum, & aliud mouere ex ratione l. quę nõ declaratur, sed assumitur pro fundamento, in l. noua non interpretatiua ueteris. ¶ Secũdò amplia, etiamsi lex, uel statutũ uteretur uerbis subiunctiui modi, quæ possent importare præteritum & futurum: nam in proposito importabunt solùm futurũ, putà si statutum dicit, si quis cõmiserit, secundum do. Ab. hîc in iij. no. Alle. Bar. in d. l. omnes. & quod no. Inn. in c. significauerunt. de test. ubi ponit de natura subiũctiui, & pulchrè refert ibi do. Car. inferens ad q. de qua aliàs ibi dixi: & adde Bald. in d. l. leges. ubi dicit, quòd in statutis futura subiunctiui accipiuntur pro simplici futuro, ut no. gl. in l. cùm tale. §. fi. in uerbo, dixerunt. in fi. ff. de cond. & demon. quam Cy. dicebat singularem, secundum eum. Bene facit gl. ij. in c. ad hoc. j. de rescrip. Ex qua colligit ibi do. Abb. quòd ad euitandas absurditates & odia restringenda, subiunctiua quãdoq; important solùm præteritum, quandoq; futurum, secundum quod melius conuenit materiæ subiectæ. Et ita dicit esse in uerbis statutorum, allegando Bar. in d. l. omnes populi. Et dicit hîc Imol. idem esse in omni uerbo apto importare dicta duo tempora: quia in statutis interpretatur solùm de futuro. Alle. gl. fi. in prin. in c. unico, de cle. non resi. in vj. & in c. ij. in uer. cõmiserint. de cõstit. in vj. quæ hoc probant. Et ita not. per eas Domi. in c. unico, & in d. c. ij. ¶ Et ampliat ista ampliatio, etiamsi constitutio sit antiqui iuris declaratoria, sed habet uerbum promulgatorium noui iuris: putà, Statuimus: uel est lex noua respectu nouæ. Ita probat glo. j. in d. c. unico, quam bene no. secundum Domi. ibi: & hoc per ea, quæ dicẽtur in ij. fal. Vno casu cessat ista ampliatio, uidelicet ubi lex utens uerbo subiunctiuo, uel simili, inducit remissionem pœnæ: quia trahitur tunc solùm ad præterita, secũdum Imo. & Domi. in d. c. ij. per l. cùm lex. ff. de legi. & quod ibi Bart. cum concor. quas dicam j. in vij. fal. ¶ Amplia tertiò ex dicto Bar. in l. illicitas. ff. de offi. præs. ubi dicit, quòd stante statuto, quòd iudex debeat rescindere de facto uenditiones factas per Minores, non solùm intelligitur de factis ante statutum propter uerbum Factas, præteriti temporis, sed etiam de futuris: tum, quia lex esset modici effectus: tũ, quia natura eius est comprehendere futura, ut hîc. Facit tex. in c. j. quod met. causa. lib. vj. in uerbo, extortas. qđ extẽditur etiam ad eas, quæ extorquebuntur in futurum, secundum omnes ibi. Imò uult ibi Ioã. An: quòd illud uerbum non intelligatur de præteritis: ex quo dicit ibi Domi. esse incidẽter notandũ, quòd etiamsi lex loquatur per uerbũ præteriti temporis, non trahitur ad præterita, sed ad futura. Ex quo cogitabam, ad idem dici posset in casu Bart. in d. l. illicitas. Hoc modo ista tertia ampliatio erit talis, uidelicet etiamsi lex utatur simpliciter uerbis præteriti temporis. Ad quod uide etiã do. Abb. in c. ij. in ij. no. s. eo. & Imo. in cle. fi. uer. secundò fallit. de rescript. & Domi. in c. ne aliqui. de priui. in vj. ubi colligit ex dictis Ioã. An. ibi, quòd constitutio loquens per uerba præteriti tẽporis extenditur ad futura, quando uerba & ratio constitutionis adaptantur futuris. Et cũ istis inferri potest elegans decisio Bar. in l. Iulianus. in fi. ff. de cond. ind. ubi dicit, quòd si est facta reformatio, quòd omnes representaliæ reuideantur per duos bonos homines, & quæ fuerint approbatæ, quòd ualeãt: & quæ fuerint reprobatæ, non ualeant, isto medio tempore, ante quàm reuideantur, licitè poterit fieri executio representaliarum: quia uerba reformationis non habent uim exclusiuam de præsenti, sed solùm dubiũ est, ne in futurum inducatur exclusio, ut ibi per eum: pro quo

a Quoniam] *Ad materiam huius tex. uide omnino Alexan. de Imol. in l. omnes populi. de iust. et iu. & in l. illicitas. in prin. de offic. præs. & in l. cùm lex. de legi. & in consil. suo lxxix. iiij. parte, & Paul. de Cast. consil. lxxxvij.*

quo faciunt ea, quæ scribit Lud. eum allegans in repe. l.j. C. de hære. inst. facit, quod nō. Bal. in l. illud. in fi. C. de sacrosan. eccles. in quibusdam lec. ubi dicit, quòd licet statutum annullet testamentum nō insinuatum intra sex menses, tamen interim ex eo agi potest: quia ab initio ualet, licet accidentaliter possit annullari. Ad quod etiam uide eum dē in l. cūm mulier. ff. sol. ma. Et hoc ho. ¶ Amplia quārtò d. regulam, etiā si effectus actus præteriti expectatur in tempus futurum: quia si actus est perfectus, non includitur in lege nouā, ut est tex. in l. iubemus. C. de testa. ubi forma data testamentis, non extenditur ad testamenta iā condita, licet pendeant usq; ad mortem testatoris, secūdum do. Abb. hīc, & Ang. in authen. ut cūm de app. cognosci. in princ. uer. aduertē pro declaratiōe. Et de hoc exemplo dicetur paulò pòst, uer. sed ad intellectū. ¶ Ex ista ampliatione fortè inferri posset ad statutum, quòd uir lucretur dimidiam dotis mortua uxore in matrimonio, & sine liberis, utrūm procedat in illa, quæ nupta est ante statutum, & moritur pòst statutum? In quo Bar. dixit, quòd sic, in d. l. omnes populi, quia mors, propter quam surgit lucrū, erit pòst statutum. Sed Imol. hīc sing. tenet oppositū: quia ex contractu dotis fuit quæsitum ius hæredibus mulieris de restitutione dotis soluto matrimonio: & ideo statutū superueniens non debet tollere obligationem alteri quæsitam, licet adhuc non habuerit effectum. Inducit optimè, quod no. Innoc. in c. statuimus. de ma. & obe. circa mediū, uers. item no. quòd priuilegium. ubi dixit, quòd recepti in canonicos authoritate Papæ ante illam decre. præcedent maiores ordine postea receptos iuxta antiquum stylum, licet prębendas assequātur pòst illam decre. Et sic etiā intelligitur ille tex. quia licet præbendam sint habituri pòst illam legem nouā, tamen ius in præbēda est quæsitum prius ex receptione facta dicta authoritate, per c. hi, qui. de præbē. in vj. Et ideo per illam l. nouam, uel per istum tex. tale ius nō tollitur. Et hoc dictum latè etiam sequitur hīc Imol. Per quod apparet idem dicendum in proposito, & est utile ad hāc materiam, & multa similia. Et ista impugnatio Imo. fortificatur: quia licet executio sit de fisco, tamen uenit in omnimodam connexitatem & consequentiā facti præteriti: si autem non ueniret ita consecutiuè, secus esset, per ea, quę dicētur ī. in v. fallentia: & uide, quę ibi allegabuntur in ij. declaratione, quæ optimè faciūt pro hac quarta ampliatione. ¶ Item pro Imol. contra Bar. in d. l. omnes. adduci potest, quod scribit do. Abb. in c. ueniens. de conuer. coniu. ubi cōtra gl. & sequaces ibi cōcludit, quòd licet maritus mulieris adulteræ ingrediatur religionē, & contra uxorem excipientem de adulterio mariti ipse replicet de ingressu religiōis, hoc non iuuat eum, quo minùs debeant adulteria compēsari: quia ante ingressum erat quæsitum ius mulieri ex adulterio mariti: & ideo per ingressum non tollitur, ut ibi per eum. ¶ Ad idem, quod scribit Domi. pòst Io. An. Ioan. de Lig. & Imol. in c. de testanda. cū tribus seq. maximè ad fi. in uer. istud dictum Ioan. de Imol. de concess. præben. in vj. ubi dicit, quòd ille tex. irritans prouisiones beneficiorum faciendas, non irritat factas nondū executas: quia cōstitutio noua non includit actum de præterito habentem executionem de futuro. Alle. istū tex. in d. c. statuimus. ¶ Nec obst. tex. ibi in uerbō, iuribus uacuāmus. & in uer. nullū deinceps obligari. quia intelligitur respectu promissionum futurarū, non respectu præteritarum. Et per multas rationes Io. Mo. relatas ibi per Domi. ostēdi posset in proposito, quòd promissio facta per recipientes dotem de restituendo eam in casu soluto matrimonio non debet uitiari ex superueniente statuti, licet effectus promissionis sequi habeat statutum: quia iam obligatio nata est, ut ibi per eos.

¶ Pro quibus facit, quod notat glos. in cle. dudum. de sepul. de qua ī. dicetur. Ad idem facit in simili tex. in c. fi. de conuer. coniu. ubi ius quæsitum mulieri non dum in se productum non tollitur ex superuenientia mutationis, quæ antea potuisset illud ius impedire. Ad idē l. ij. ff. de manumiss. ubi manumissio serui legati facta per hæredem deliberante legatario non reuocatur, licet mox legatarius repudiet legatum. Ad idem l. generali. in fi. ff. de ritu nupt. ubi quæsita liberis dignitas, propter crimen patris auferenda nō est: & facit l. ij. ff. de itin. actuq; priua. cum multis ibi allē. per glos. in uer. transactum. & per glos. in clausula, factū legitimè. lib. vj. ¶ Est uerum, quòd Pet. de Anc. sequitur d. opi. Bar. consil. mihi cxviij. incip. Visis & diligenter ruminatis. in fi. & ex ipsa consuluit, quòd si pater inuestitus est de emphyteusi pro filijs masculis & fœminis, & postea per statutum fœminæ inhabilitentur ad emphyteusim, certè excludentur mortuo patre: quia effectus rei ante statutum inchoatæ perficitur pòst statutū. ¶ Sed nihilo mínus puto opi. Io. de Imo. hīc sustentabiliorem per prædicta, maximè propter dictum Inno. in d. c. statuimus. propter quod de ista decis. do. Pet. puto satis posse dubitari, attento quòd ius quæsitum dictis filiabus est firmum uiuente patre, ut per Bart. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. cum concor. Vbi autem ius non esset firmum, in illa materia haberent locum, quæ dicentur in d. v. fallentia. Et hinc est, quòd Innoc. in d. c. statuimus. & Imol. hīc, secus dicūt in materia illius c. in recepto authoritate c. tantùm ante illam decre. qui non habet ius ita firmum, per no. in c. inter cætera. de præbend. ¶ Sed ad intellectum huius ampliationis aduerte in eo, quod in principio dixi de testamento facto ante l. nouam, & mortuo testatore pòst ipsam: quia illud procedit ita demum, quādo testator superueniens pòst l. nouam non habuit facultatem mutandi testamentum tempore suæ ægritudinis: sed si mors non fuit repentina, imò tēpore suæ ægritudinis habuit potestatem mutandi testamentum, & utendi solennitate legis nouæ, & non mutauit, testamentum, nō tenet. Ita sing. dicit Ang. in authen. ut factæ nouæ cōstitutiones. §. j. motus per illum tex. à contrario sensu. ¶ Et quia uoluntas est ambulatoria usq; ad mortem[a], l. quod per manus. ff. de iure codi. sed inspecto tempore mortis illud testamentum dicitur factum pòst statutum: ergo, &c. Et idem sentit Ang. in d. authen. ut cūm de appel. cog. quod reputo bene notandum pro solenni limitatione d. l. iubemus. C. de testa. ubi non reperio aliquem de hoc mentionem faciētem. Reliqua, quo ad istā ampliationem, prosequere ex dicendis[3] ī. in v. fallentia. ¶ Modò restringitur regula huius decre. ad x. fallentias: & sic ultimum cōmentum huius tituli correspōdebit stylo primi. ¶ Nā primò fallit in casu claro, quem text. ponit, uidelicet ubi l. noua disponit nominatim de præteritis: & ita fit in clemen. ij. in fi. de iudic. cum si. ¶ Hāc fallentiam limita sex modis. Primò, ut non habeat locum in negotijs iam decisis, secundū omnes hīc, & in locis primò allegatis per text. in l. causas. C. de transact. & quia per uerba generalia non præsumitur legislatorē uoluisse reuocare quæstiones decīsas, arg. c. ex multiplici. cū glos. decī. Bonus text. in proposito cum glos. in uerbo irritari, in c. ex tua. de fi. presby. Et ita etiam no. Bar. in l. fi. per illum tex. C. sen. rescin. non pos. & glos. Et ibi no. do. Abb. in cle. dudum. §. nos etenim. in uer. pacta. de sepul. quæ ad propositū uoluit, quòd lex irritans pacta præterita, nō intelligitur de pactis, super quibus emanassет sententia, & confirmatio Apostolica. Et idem, si solùm sententia fm do. Car. ibi in

a *Vsq; ad mortē*] *Ad quod adde bonum tex. in l. j. C. de sa. sanct. ecc. & in l. quòd si iterum. de adi. leg. & Instit. eo. titul. & in l. cùm hīc status. §. j. ff. de dō. inter uir. & uxo. & per gloss. in l. si quis emph. de leg. iij. & per Spe. in ti. de arbi. §. sequitur de quibusdā. uersic. sed nunquid uerbum.*

in vij. q. quē uide. Et adde do. Abb. in c. nō debet. de consan. & affi. ubi dicit, q; effectus causati per statutū reuocatū, nō reuocant: & ideo excōmunicatus ex l. antiqua, indiget absolutione etiā pòst l. reuocatā, ppter gl. ibi in uerbo, liberē. Quod ultimū limitabit paulo pòst. Et idē no. Do. in c. j. de const. in vj. ¶ Procedūt ista, quomodocunq; præterita sint decīsa, fm Bar. in l. j. §. fi. ff. ad Tertul. & ibi refert se consuluisse, q; si filia diuiserat cum fratrib. bona patrimonialia, & statutū nouū excludēs fœminas exprimat etiā præterita, non extenderē ad illa bona diuisa, per text. ibi in authen. ut cūm de ap. cognosc. in princ. & §. j. Et idem dicit Bart. in d. l. omnes populi. subdēs, idē, si sunt decīsa iuramēto, uel trāsactiōe, ī d. c. causas. de transact. Et not. etiā Ang. in cons. liij. incip. In q. pposita. Cōprehendunt tamē etiā decīsa in duobus casib. Primus est, ubi l. noua diceret, q; oīa gesta priùs, habeant pro infectis: quia etiam decīsa erūt annullata. Ita est tex. cùm glos. in uer. pro infectis. in cle. j. de immu. ecc. quem ad ppositum ponderat Pet. de Anc. in repe. c. j. uer. & licet ista sit cōmunis doctrina. ī. eod. intelligens d. gl. i his, quæ statuta sunt simpliciter de iure positiuo: quia ea reuocat princeps, ut ex tunc: secus in his, quæ sunt iuris diuini, uel gentium, per notata in simili in c. per uenerabilē. super gl. ij. qui filij sint legi. Et ad istū casum facit etiā text. in d. clem. dudū. §. nos etenim. Et illā gl. in dicta clem. j. tanquā ualde sing. approbant ibi do. Car. Imol. & do. Abb. & Imol. pòst do. Car. in c. cæterùm. j. de rescript. & do. Car. in clem. j. uer. duro. in ij. oppo. de hære. & Pet. de Anc. cons. mihi cxxxvij. pro domina Paula. ad fi. & do. Abb. in d. c. per uenerabilem. & in c. si aliquando. de sent. excom. & in c. quæ in ecclesiarum. in j. no. §. eo. & Domi. pòst Io. An. in c. fi. de elect. in vj. & do. Abb. in c. non debet. in fi. de consan. & affi. & in c. pastoralis. §. uerum. de ap. & Domi. in d. c. de consti. in vj. inferentes, q; excōmunicatus uigore legis antiquæ non indiget isto casu absolutione. Et illam gl. facit sing. Cal. in ti. de rescri. cons. xij. incip. An si opponit. dicēs p ipsam, q; impedimēta inducta à iure positiuo, nedum possunt per Papā sola uoluntate tolli, sed effectus eorum prætritus iam potest ex suo rescripto haberi pro non facto. ¶ Sed istis adde do. Card. in c. ad petitionem. de accus. ubi limitauit d. gl. ut nō procedat respectu iuris quæsiti tertio uigore primæ cōstitutionis, uel cōmissionis: qa si Papa decernit eam haberi pro infecta, intelligit Saluo iure alterī quæsito, ut occurrit in contingentia facti, de qua ibi per eum: & sequitur ibi Io. de Ana. ¶ Sed contrariū decidit do. Car. met, quē ipse nō allegat, in c. quia diligētia. de elect. dicēs, q; si princeps restituit bannitos cum clausula, Non obst. quacunq; q. præcedēte. quamuult haberi, p nō facta, recuperābūt banniti etiā bona alienata per fiscū & ab alijs empta. Et sequit ibi Imo. ad fi. dicēs tamē, q; fortè emptores habebūt regressum aduersus fiscū, ut ibi per eū. Et p hoc ultimo dicto do. Car. q; etiā in præiudiciū tertij irritet præterita, uide do. Abb. cons. lxxxiij. incip. Illud in summa de iure quærit. uer. nō obst. q; medio tempore. ¶ Nihilo minùs æqua & sustentabilis est prima opi. & ad id, qđ dicit do. Car. in d. c. qa diligētia. pōt respōderi, ut iam est dictū, fm Imol. p quā respōsionē cessat præiudiciū tertij. Ad illud aūt, qđ dicit do. Abb. in d. cons. dici pōt, q loquit in iure existēti in spe, nō aūt firmiter quæsito, & maximè ex causa onerosa. Et ad sic tenēdū seruiēt, quæ dicent in sequēti casu, ea quæ dicta fuerūt plenè pòst alios in d. c. quæ in eccle siarū. ostendēdo, q; princeps nō præsumit uelle tollere ius quæsitū tertio, nisi appareat eū habita notitia de tali iure uti uerbis & clausulis denotātibus eū moueri ex plenitudine potestatis: imo q; etiā cū causa non pōt tollere ius tertij, nisi ei aliter satisfaciat, ut ibi dictū fuit in uer. modò aduertēdū. Poteritis tū cogitare de hoc, quo ad primū casum restringentē hāc limitationē ī. fallētiæ. ¶ Secūdus casus, in quo cōprehēdunt decīsa, facta mē-

tione præteritorū, est, qñ cōditor legis nouæ expresse diceret, q; trahi deberet ad præterita etiā decīsa: qa tūc traheret, ut est gl. reputata sing. in d. l. causas. C. de trāsact. in gl. fi. in fi. quā ihtellige in cōstitutione hoc dictāte: secus in rescripto, p qđ nō pōt tolli ius tertij, fm Bar. in l. fi. C. si cōtra ius, uel uti. pub. Sed tū inter rescriptū & statutū difficilè redderet ī hoc differētia: & ideo utrōq; casu requirit causa rationabilis absorbēs ius alterius, & ualebit, ut hīc latè p do. Abb. cui aliud nō addo: quia pēdet hoc totū ab his, quæ satis accumulatè dicta sunt in d. c. quæ in ecclesiarū. uidelicet de potestate principis in tollēdo ius tertij. Et ideo, p sequere & declara multipliciter ex ibi dictis. Et in terminis, p isto casu uide Pet. de Anc. ī d. c. canonū. uer. ex causa etiā. ubi idē tenet, dicēs ita fuisse seruatū in patrimonio diui Petrinā cūm, ppter terrarū calamitates annis xxx. elapsis oportuisset hoīes illius patriæ uendere possessiones, p modico causa redimēdi se à captiuitate, fuit facta lex, q; restituto emptoribus precio oēs cōtract⁹ haberent, p infectis. Et ad hoc adducit alia, de quib. p eū. ¶ Limita secūdò hāc. j. fallentiā, ut nō, pcedat in præteritis, ī qb. licet nō sit lata snia, est tū cōclusum in causa: qa illa nō extendit, etiā si dicat expressè de præteritis. Ita dixit do. Car. hīc p tex. ī authē. ut cū de ap. cognosc. ī prin. Sed cōtrariū tenet hīc Imol. dicēs, q; ille tex. reqrit duo copulatiuè: uidelicet conclusum esse in causa, & relationē factā superiori. Vnde sola cōclusio nō sufficit, fm eū dicentē, Cōp. hīc idē tenuisse. ¶ Cōsiderabā, q; p opi. do. Car. primò multū facit uulgatū Io. Mo. ī c. ij. de restit. in integ. in vj. ubi dixit, q; parīæ sunt, esse iudicatū, uel esse conclusum in causa: & sequit Bal. ī l. error. C. de iur. & fac. igno. & ī l. incerti. C. de interdic. Et est bon⁹ tex. ī c. auditis. de, pcura. & ī c. pastoralis. de causa pos. & ī c. cùm dilectus. de fid. instr. cum cōcor. quas aliàs ibi reduxit enumerādo circa xxij. casus, ī qb. tū operat cōclusio in causa, quantū snia. ¶ Secūdò cōsidera, q; ratio fallētiæ præcedētis satis uidet militare ī casu isto, uidelicet ne fiat præiudiciū ei, cui p decisionē est quæsitū ius, & lis sopita, d. l. causas. Si em partes renunciāt, pductionib. iuriū, & sic cōcludunt in causa, uident quodāmodo pacisci & trāsigere, ut ita iudicet, put, pbatum est, & nolle alio iure uti: & sic ille, cui noceret lex noua, uideret reduci ad instaurationē rei, quasi uirtualiter ultimatæ. ¶ Tertiò cōsidera, q; relatio iudicis nō uidet aliquid operari, quo ad effectū cognoscēdi, an lis dicat decīsa, uel nō: qa ita expectat adhuc snia post ipsam, & nō aliud, sicut sine ipsa. Et ideo q uellet tenere opin. do. Car. posset dicere, q; ī d. authē. copula resoluit ī disiunctiuam, ex quo ponit inter ea, quæ uident importare idē, quo ad ppositū, arg. c. monasteria. ī fi. de ui. & ho. cle. & c. ij. de rescr. cū si. Nihilo minùs ī practica seruaret, ut puto, opi. Imo. quā indubitāter crederē uerā ī illis casibus, in qb. post cōclusionē ī causa pōt adhuc fieri, p bationē, sicut ius partis, quæ uult reprobare, nō est tūc in totū sigillatū, & cessāt prędictę cōsiderationes, ita etiā nec erit ei præclusa uia utēdi lege noua disponēte de præteritis. Qui aūt sint illi casus, posui aliàs ī d. c. cùm dilect⁹. enumerādo xiiij. ex dictis Doc. ibi, & alibi. Et super istis, tanquā p Doct. nō enucleatis, cogita. ¶ Limita tertiò hāc primā fallentiā, ut nō, pceat in negotijs pendentib. p uiā appellationis: qa licet lex noua cōprehēdat illa præterita nominatim, tū nō cōprehēdit illa, in qb. iudicatū est, licet pendeāt corā iudice appellationis. Ita tex. in d. authē. ut cùm de ap. cog. ī prin. qa iudex appellationis succedit loco primi, & ideo tenet iudicare fm ius cōmune, qđ uigebat ī prima instātia. Et ita no. oēs hīc, & in locis ī prin. allegatis, & gl. ī c. licet canō. ī uer. de cætero. de elect. in vj. & gl. fi. ī l. sancim⁹. C. de ss. fan. ec. & Pau. de Castr. cons. lxxxvij. in causa fortij. ad fi. & Ang. ī authē. ī medio litis sacras iussiones nō fieri. §. super hoc. dicēs illū text. esse diligenter notandū, q; licet lex expresse, puideat de causis pendentib. & futuris, nō tū habebit locū ī causis,

p quæ

quæ pendent per uiam appellationis,ita quòd ſententia erat lata. Vbi autem lex expreſſè nominat pendentiam per appellationem, tunc res eſt clara,ſicut ſit in d. cle.ij. de iudic. in fin. & in aliis iuribus ibi allegatis in gloſſ.fin. ¶ Intellige hanc limitationem in ſpectantibus ad deciſionem & merita cauſæ : quia in illis iudex appellationis debet ſeruare ea,quæ debebat ſeruare iudex cauſæ principalis,ut eſt dictum:& no.Innoc.in rub.de cõſue.& gl.& Arc.& Dom.i c.illud.xij.diſt. ¶Sed in his,quę cõcernũt ordinem ,pcedẽdi,nõ ,pcedit hæc limitatio : qa in illis debet ſequi tribunal ipſius iudicis, & nõ iudicis cauſæ principalis.Ita colligit ex gl.in d.c.licet canõ.& no.Imol.poſt Innoc.& do. Abb.in d. rub. de cõſue.uer.quartò tractat.& eſt gl.in terminis in d. cle. ij. in gl.fi.in fi.de iudic.Nã in concernentib.ordinẽ iudicij ſemper attẽdit locus,ubi cauſa agit, l. iij. in fi.ff.de teſti. & no.in l.j.C.de eman.lib.& per do.Ant.& do.Abb.in c. qđclericis.de ſo.compe.cũ ſi.Quinimo lex noua etiã nihil dicẽs de præteritis,extendit ad præterita pendentia & inchoata, quantũ eſt reſpectu ordinatorioꝝ iudicij, ut dicet j.in iij.fallẽtia, licet aliàs ad pendẽtia regulariter nõ extendat,ut ibi dicet.Et hæc ,pcedũt, ubi lex emanat motu ,pprio principis.Sí aũt ad inſtantiã partis,ſecus,ut paulo pòſt dicet. ¶Itẽ intellige hãc limitationẽ, ubi conſtitutio eſt oĩno noua:ſed ſi eſt declaratoria,trahitur ad cauſas pendẽtes p oppoſitionẽ,licet nõ ad deciſas,ut hîc expreſſè p Imol. poſt Vincent. De quib. fiet mẽtio j.in iij.limi.ij.fallẽtiæ.¶Limita quartò hãc primã fallentiã, ut nõ ,pcedat in negocijs præteritis,quæ pendẽt in prima inſtãtia,ſm Bar.in d.l.oẽs populi.per text. cũ rubro,in authen.in medio litis ſacras iuſsio.nõ fieri. Sed iſtud non põt limitari,ſm do. Abb.hîc, qñ lex emanat ad inſtantiã partis lite pen. Secus, ſi motu proprio principis,& exprimat,q̃ uult ad præterita trahi, ſm eũ: quẽ intelligo in l.cõcernẽte deciſionẽ litis:ſi eũ concernit ordinaria iu dicij,oino trahit, etiãſi de præteritis nihil dicat, ut j. dicet in iij. fallẽtia:& ita puto ſenſiſſe do. Abb.& cũ ipſo cõcor.hîc Imol.pulchrè uer.ſed aduerte: qa Compoſt. ¶ Conſidera tñ ad id,qđ ſcribit Bal.poſt Bar.in l.ſancimus.C.de ſac.ſan.ec.ubi dicit, q̃ ſtatutum nõ trahit ad pendẽtia in deciſorijs,etiãſi faciat mentionem de pendentib.per d.authen.in medio litis,&c.licet ſecus in l.cõmuni,per tex.in d.l.ſancimus.Ex quo uideret reſtringi opi.do.Abb.& Imo.hîc:ſed tñ ipſe Imol.hîc nõ admittit hanc differentiã inter l.& ſtatutũ in ,ppoſito:qa ſtatutum habet uim l.[a] in loco ſuo,l. oẽs populi. ff. de iuſt.& iu.& ſtatutũ factũ motu ,pprio trahit,ſicut ipſa lex,ſm eũ:& forte meliùs.Et ,p iſtis facit gl.in l.qui aũt. ff. ſi quis cau.per quam no.ibi Bal. q̃ pars põt uti in medio litis priuilegio principis emanãte motu ,pprio:& no.Bar. in l.j.circa med.uer.ſed quid ſi eſſet lata. ff. de pœ. & per Bar.& Bal.in l.ij.C.ut lit.pen. ¶ Modò aduerte:quia nõ improbabiliter poſſet quis ſuſtinere indiſtinctè hanc limitationẽ:q̃ lex, uel ſtatutũ faciẽs mentionẽ de præteritis,nõ extendat ad pendẽtia in iudicio,ſequẽdo Bart. in dicta l.omnes. Et dico in cõcernentib.deciſionẽ litis: nam de præparatorijs eſt clarum,ut j.in quarta fallẽtia, Et hîc per text.in d.authen.in medio litis.qui loquit de omni cõſtitutione,ſm Bar.Non obſt.quæ de motu proprio dicta ſunt: quia dupliciter reſponderi poteſt. Primo,q̃ de natura legis,uel ſtatuti nõ eſt,ut fiat ad partiũ poſtulationem, ſed ſemper fiunt motu ſtatuentiũ pro cõmuni utilitate:c.erit aũt.iiij.diſt.Secundò reſponderi poteſt,& meliùs:poſito,q̃ fieret motu proprio,nõ tamẽ propter hoc ſequitur,q̃ pars litigãs debeat pati præiudicium ex l.noua,etiamſi dicat de præteritis,ex quo nihil dicit de his, quæ deducta ſunt in iudicio. Et ad hoc adduco,quod no.Hoſtien.do. Ant. Imol. & do.Abb.in c.cauſam.lo ij.de teſta.ubi ſolenniter decidunt,q̃ priuilegium cõceſſum pendente lite etiã motu proprio ſuperioris,nõ nocet parti aduerſæ,ut latè no.Ioan.An.in tit. de dolo & contu.§.fi.uer.porro.in addi. de hoc intereſſe. quia princeps non uidetur uelle tertio præiudicare, etiamſi quid faciat motu proprio. Pro qua ratione eſt gl.in cle.ſi Romanus.in uerb.ualidam. de præben. cum concor.multis,quas aliàs dedi in c. cauſam. Nec obſt. tex.cum gl.in d.l.qui aũt.per quẽ ſe mouet Bal. in d.l.j. de pœ.quia ibi priuilegiũ cõceſſum erat propter publicam utilitatem, ſm Ioan. An.in addi. Et aliis modis etiã reſpondetur,ut ibi per eum. Nihilo minùs hanc impugnationẽ nõ ponerẽ omnino pro cõſtanti. Primò, quia priuilegiũ eſt ad utilitatem priuati,iij.diſt. priuilegia.& magis reſtringitur c.porro.de priuil. c. ex multiplici.de deci.quia non debet nocere tertio, l.ij.§.meritò.ff.ne qd in lo.pub. Et ideo nõ rectè inferẽ de priuilegio ad l.com munẽ, uel municipalẽ, quę pro oĩm utilitate emanat, d. c.erit. Vnde ſi l.nominatim trahit ad ſe præterita, inclusit pendẽtia in iudicio,in quib.nõ uidetur poſſe dari ratio, quare nõ debeãt ita includi, ſicut alia præterita nõ deducta in iudicio, ex quo iudiciũ omnino pendet, id eſt,nõ eſt cõcluſum,uel iuratũ,dũ modò talis l.nõ emanet ad partis poſtulationẽ,ut oẽs fatenẽ. ¶ Secundò ,p opi.do.Abb.& Imol.hîc multũm facit:quia in ij.& iij.limitatione huius primæ fallentiæ præſupponit pro firmo,ſm oẽs Doc.in eis alle.q̃ ſi non eſt cõcluſum in cauſa,uel ſi nõ eſt iudicatũ,lex noua nominãs præterita trahitur ad cauſas pendẽtes.Modò ſi diceremus,quod nõ trahaẽ ad pendentes,in quib.nõ eſt cõcluſum,uel iudicatũ,fruſtra poneret aliquid ſpeciale in his caſibus, ſed ſolùm generaliter deberet dici,q̃ ad pendẽtia nõ trahitur:quia includerenẽ etiã illę duę limitationes.Hoc aũt eſſet cõtra expreſſam intentionẽ oĩm Doc.Et ideo tranſire poſſumus cũ opi.do.Abb.& Imol.Nõ tamẽ ſine aliqualiſcrupulo,per prædicta:ad quę ipſi non aduertũt. De aliis aũt extraiudicialiter pendentib. dictũ eſt aliqd in tertia ampliatione,& latiùs dicet j.in v.fallẽtia. ¶ Limita quintò hanc primã fallentiã, niſi præterita eſſent diuturnitate tẽporis cõprobata:quia l.noua annullando præterita nõ porrigit ad talia. Ita decidit Ang.conſ. iiij.incip.in q.,ppoſita.Alleg.tex.in l. qua ,puincia.§.diuus Marcus.ibi,mouemur tẽporis diuturnitate. ff.de rit nup.& in §.alienationes.in authen.de nõ alie. dũ dicit,tanta documẽta longo tẽpore facta cõmouere multę eſſet tergiuerſationis:& in §.hęc igitur omnia .in authen.de Armenijs.dum dicit, antiquiora perſcrutari & ſuperiora tempora aſcendere,magis eſſet confundere, q̃ l. facere. Et huic dicto dicit Ang. conſonare regulam iuris,q̃ in nouis conſtituendis euidens debet eſſe utilitas,ut recedatur ab eo,quod diu æquum uiſum eſt, l. ij. ff.de conſti.prin. ¶ Et iſta limitatio eſt æquitati cõſona, pro qua adduci poſſet. Nam ſicut lex,quæ de ſui natura concernit futura,non rũpit ea,quę poſtea uniuerſali conſuetudine in introducuntur,l.non recepta. ut in c.denique.§.hæc & ſi legibus.iiij.diſtinct.& gloſſ.in c.j.de treu. & pac.cum concor.ita in ſimili l. loquens de præteritis, non uideatur includere præterita diu obſeruata. ¶ Sed in practica haberem pro difficili ſuſtinere hanc limitationem tribus rationibus. Primò : quia iura allegata per Ang.non urgent,& in eis fit ſpecialis mentio ſolùm de futuris,ſaluis præteritis. ¶ Secundò: quia ratio c. ij.§.eod.uidelicet ne res, quæ culpa caret,&c.eſt generalis ad omnia præterita,demonſtrans equum eſſe,ut nõ immutentur:& tamen text. hîc uult, q̃ facta mentione præteritorum illa ueniant:ſentiens non obſtare tunc illam rationem. ¶ Tertiò:quia ſi præterita non ſunt deciſa,non uidetur agi de eorum præiudicio:ſi autem per diuturnam conſuetudinem ſunt approbata, & effectui emancipata , illa non reſcindentur, tanquam deciſa, ut in prima limitatione huius fallentiæ : & ideo pro ſuſtentatione

a *Vim legis*] *Ad de text. in l. cunctos populos. de ſumma tri.& in l. conſtitutionibus. ff. ad municip. & in c.j.eo.ti.li.vj.*

ſuſtentatione Ang.cui non reperio conteſtem,nec̃ contradictorem,poteris cogitare: & pro ipſo facit aliquid ſecunda limitatio ſequentis fallentiæ, ſed nõ urgenter: quia ibi non fit mentio de præteritis,prout hîc. ¶ Limita ſextò hanc primam fallentiam, niſi irritare præterita induceret iniquitatem, quæ euitari nõ poſſet,& per quã æquitas ſeruari non poſsit,nec reg.iur.ſubijcinam tunc lex noua eſſet iniuſta,& iniqua,ſi ad talia præterita porrigeretur.Ita dixit Ang.in loco ſ. proximè allegato.Alleg.text.in authent. hæc conſtitutio interpretatur, &c.§.j.& in authen.de trien.& ſemiſ. §. ſancimus. & alia, de quibus per eum.Et hæc limitatio eſt ſuſtentabilis & æquiſsima,ubi iſta occurrerent.Sed,ut dictũ eſt in præcedenti limitatione,iſta iniquitas non uidetur poſſe aliter ſurgere, quàm ex deciſione iam facta in præteritis: quo caſu iam dictum eſt,legem nouam nõ trahi ad deciſa.Vbi autem penderẽt,uideretur ſtandum huic text. uolenti indiſtinctè legem poſſe præterita nominare. Et ad hanc conſiderationem uide omnino Dom.poſt omnes,maximè Ioan.de ſancto Geor.in c.deliberatione.§. uolentes.de off.leg.in vj.dum declarant, quòd illa conſtitutio comprehendens præterita, non comprehendit futura,ex quorum irritatione reſultaret rigoroſitas magna.Et hæc omnia, quo ad primam fallentiam regulæ huius decreta.quibus adde, q̃ ſtatutum trahens ad ſe præterita,debet reſtringi tanquã exorbitãs à iure communi,per id,quod eleganter dixit Bart.in l. prætor. ij.§. erit itaq̃.uer.ſecũdo caſu.ff.ui bo.rap.dum dicit, quòd ſi aliquo ſtatuto cauetur,quòd habeat locum etiam in præteritis,cùm hoc exorbitet à iure cõmuni, per iſtum tex.cum concor. non intelligitur repetitum in ſtatutis ſequentibus:licet aliàs ſecus,ut ibi per eum:quod not.

4 ¶ Eallit† ſecundò regula huius decr. in conſtitutione declaratoria iuris,antiqui,ut trahatur ad præterita, ſecundum omnes hîc,& in locis primò allegatis per text. in authen.de filijs ante dotalia inſtrumenta natis.§.j.& no.gloſſ.fi.in prin.in data vj.lib.quia declarando nihil de nouo inducit,l. hæredes palàm. ff. de teſta. & potiùs ligat conſtitutio antiqua,quàm noua declaratoria,ſecundum do.Abb.hîc.Et ideo dicit Bal. in l. non dubiũ. C.de legib.q̃ in plus ſe habet declaratio, quàm cõſtitutio:quia declaratio reſpicit præterita,ſed conſtitutio futura tantùm.Et hanc fallentiam ponit etiam Fed. conſ. cxij.incip.Amice chariſsime.& Domi. poſt Imol.in d.c. deliberatione.& do.Abb.poſt alios in c.fi.de præſcr.dicens,q̃ conſtitutio declaratoria iuris diuini cõprehendit præterita.Et cum iſtis concor.do.Car. Io. de Ana. in c.cùm Chriſtus.de hære.& facit c.cùm in cunctis. §. hoc ſanè.& ibi gl.de elec.& tex.in c.ex antiquis.liiij. diſtinct. Per quem dicit hîc Vincen. q̃ ſtatuta & iura diſponentia de libertate eccleſiaſtica, reſpiciunt præterita : quia nunq̃ licuit laico de his ſe intromittere, c. bene quidẽ. xcvj.diſt.& ſequitur hîc Ioan.An.& Domi. in c. ex antiquis.& retuli pro notabili in c.eccleſia,ad fi. ſ. eo. Et de hac fallentia eſt tex. quem reputo meliorem de iure in authen.de rap.mul.quę rap.nu.in fi.ibi,tanquam ſi lex noſtra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuiſſet.Et amplia hanc fallentiam, etiam ſi lex declaratoria uteretur uerbo apto ad condendam legem nouã, ut eſt gl.no.in cle.j.in uerbo,cenſemus.de conſeſ. præb.

5 ¶ Hanc fallentiam limita quatuor modis.Primò,niſi † in l. declaratoria eſſent appoſita uerba,per quæ appareret mentem authoris non fuiſſe comprehendere præterita.Exemplum patet in c.fi.de ſponſ. duo.& in c.j.de poſtu.præl.in vj.ì quibus eſt uerbũ, De cætero[a]. Facit etiã, quod habetur in c.aqua.de conſecra. eccleſ.uel alt.& in c.unico,ad fi.de cle. non reſiden.in vj.& in clemen.j.in uerbo,de cætero.de uſu.cum ſimi.ſecundum do.Ant.& Imo.hîc dicentẽ hanc limitationem eſſe ſatis claram.Idem tenet Domi.in d.c. ex antiquis.per tex.in c.ſuſpectos.iij.q.v.in uerbo, temporibus futuris excludimus.& ibi etiam hoc no.Dom.

6 ¶ Secundò limita hanc ſecundã fallentiam, niſi † conſtitutio antiqui iuris declaratoria reperiret cõmunem obſeruantiam in contrarium:quia tunc, quo ad illa,& in his,quæ iam perfecta ſunt, uidetur noui iuris editoria : & ideo non trahitur ad præterita, ut not. gloſſ. in c.j.in uerbo,de cætero.de poſtula.præl.in vj. per quam ita tenẽt do.Ant.& Domi.hîc, & do.Ant.in c.fi.de ſponſa duor.& Io.de Ana.poſt do.Ant.in c.cùm tu.de uſu.& Domi.in d.c.j.dicens ex illa gl. colligi unam limitationem ad no.hîc,& dicit eſſe ſimilem in c.unico,in uerbo, receperint.de cleric.non reſi.in vj.& ibi hoc etiam repetit Domi.ponderando illam gloſſ.Facit,quod no.Ang. in dicto conſ.liij.relato §.in v. limitatione præcedentis fallentiæ cum iuribus hîc aliegatis: & quod not. Imola in clemen.ſtatutum. uerſic.uidete.de elect.& in clemen. j.uerſ.clariùs poteſtis dicere.de elect.poſt Bertrand. ibi. ¶ Sed quia Imol. & do. Abb. hîc, licet diuerſis uiis,aduerſantur aliqualiter huic dicto do.Ant.ideo pro concordia ex dictis ſuis & aliorum alibi diſtinguere oportet duos caſus. Primus caſus eſt, quando conſuetudo præterita eſt dubia: quia ius contrarium erat multipliciter intelligibile:& tunc procedat hæc limitatio, ſecundum do.Abb.hîc:quia ille probabilis error ſuſtentabit geſta in præteritum. Et ita intelligit gl.in d.c.j. quæ paulo pòſt confirmabitur. ¶ Et ſi diceretur, ut dicit hîc Imol. quòd licet iſta ſit iuſta cauſa dandi ſolùm legem futuris,tamen ſi l.ſimpliciter loquitur declarãdo,comprehendit etiam hoc caſu præterita, per d. c.j. uerſ. de cætero. à contrario ſenſu: & hoc motiuum tetigit Abb. in c. fin. poſt princip. uerſ. in contrarium poſſet adduci. de ſpon. duo. reſponderi poteſt, quòd illud uerbum ſit poſitum ad maiorem expreſsionem:& pro hoc non colligitur argumentum à contrario ſenſu,quia reſultaret abſurdum propter alia iura, uidelicet propter legẽ Barbarius.ff.de officio præt. cum materia : & quia iniqueretur laqueus ei,qui non peccauit,contra l. iubemus. C. de teſta. ibi,quid enim peccauit antiquitas. & contra iura allegata in d.v.limita.præcedentis fallẽtiæ, & per gloſſ.in d.uerbo, de cætero . Et non eſt mirum, q̃ lex aliquando exprimat uerba,quæ aliàs ſubintelligebantur:quia,ut dicit Ioan.And.ad multa in c. nimis.lo j.de exceſſ. præla. ſæpe bis idem ponitur ad euitandam malitioſam & ſophiſticam interpretationem. Vnde dicit do.Card.in cle.j.in princip.de pœnis. quia licet text. ibi dicat,quòd lineam maſculinam nõ ſequitur, quòd ſi hoc non fuiſſet dictum,ueniſſet linea fœminea : quia iam erat ſanctũ in c.ubicunq̃.de pœn. in vj. Sicut etiã dicit do.Abb.in c.uenerabili.de offic. dele. quòd iſtud, quod ſubintelligitur,ſæpe ponitur ad maiorem expreſſionem.Et ideo dicit Paul.de Caſt. conſilio xcix. quòd glo.iuris ciuilis appellant hanc inculcationem uerborum.Et dicit do.Card.in cle.j.in princip.in ix.not.de priuile.quòd ſæpe utimur locutionibus impropriis cauſa maioris expreſsionis,ut etiam concor. ſunt ibi in gloſſ. in uerbo,utamur.Quinimò in poſito dicit do. Car. in d.cle.j.de elect.in xvij. q. quòd etiamſi non eſſet uerbum De cætero,illa conſtitutio non traheretur ad præterita.Eſt uerum,quòd gloſſ.in clem.ſi una.in uerſic.decernimus.de reb.eccleſ.non alie. ſenſit, quòd declarata irrationabilitate primæ opi. uideantur ſublata etiam præterita,pro quibus uigebat conſuetudo.Et ideo Domi.hîc clariùs,quàm do.Anton. limitat hunc primum caſum,niſi l.noua declaret irrationabilitatem præteritæ conſuetudinis. Sed dicas, ut ſubtiliter dicunt Paul. de Leaza. & Zenze. in d. cle. ſi una. quos latè ſequitur ibi do.Card.& etiam Imol.quòd Papa ibi damnat effectum conſuetudinis,& ipſam conſuetudinem de nouo inducendam : ſed priùs facta caſſari non debent, quia

a *De cætero*] *De hoc uerbo , de cætero. uide do.Car. in cle. in pleriſq. xv. q. de elect. & in cle.j.xvij.q.eo. tit.*

pro præterita consuetudine erat probabile dubiũ, propter opi. Doct. quas in illa materia ipsi remouerant: ex quibus rationabiliter excusantur priùs gesta. Et ideo ex illis dictis Doct. remanet ille casus cõfirmatus, imò ampliatus, etiamsi lex declaret ueterem cõsuetudinem non fuisse rationabilẽ: quicquid dicat Domi. Et ad hoc etiam bene faciunt, quæ scribit do. Card. in cle. j. in prin. in xxvj. q. de re. ecc. non alie. & do. Abb. in c. capellanus. de ferijs. & optimè facit, quod statim dicetur in iij. limitatione huius fallentiæ. Dicas tamen, quòd non teneret actus gestus ante l. declaratoriam uigore opinionis unius doctrinæ, pro qua non esset consuetudo in illo loco, secundum Imo. post do. Anton. in d. cle. statutum. uersꝰ. do. Anton. putat. de elect. Et ideo dicit ibi do. Card. in ij. q. quòd de acquisitis ex tali op. tenetur quis ad restitutionem, licet aliam pœnã non incurrat, ut in quarta limitatione huius fallentiæ. Et secundum ista potest intelligi dictum Domi. in c. perpetuò. uersꝰ. not. istud dictum. de censi. in vj. ubi colligitur ex dicto Io. An. quòd si Papa per uiam declarationis approbat unam de opi. contrarijs, illa declaratio trahitur ad præterita. ¶ Secundus casus est, quando consuetudo præterita nõ reputabitur rationabilis à uiris doctis: & tunc ista limitatio non procedit. Sed imò constitutio declarans trahetur ad præterita: & non sustentabuntur uirtute talis cõsuetudinis, secundum do. Abb. hîc, pro quo uide text. opti. in c. inter dilectos. in uersicul. excusatio. de excess. præl. & text. in c. aqua. de consec. eccl. uel alta. Per quem colligit do. Abb. ibi, quòd gesta uirtute talis consuetudinis sunt nulla, nisi de misericordia tollerentur, prout fit ibi, & in c. iiij. in uerb. de cætero. & in c. cùm uenerabilis. in uerb. corruptela. & in uerbo, de cætero. de consuetud. & in c. fin. in uerbo, de cætero. de sponsa. duo. & in c. j. in uer. corruptelam. & in uerbo, de cætero. de consue. in vj. & in clemen. j. in uerbo, de cætero. de elect. ubi iura in tali casu utuntur ministerio uerbis excludentibus præteritũ tempus: & tunc res est clara, ut not. hîc Domi. sic restringens istum casum. Et ita reducas, quod scribit Domi. post Ioan. An. in c. Abbates. uersic. quæro, an abbates. de priuile. in vj. & in c. unico, uer. Ioan. Mo. soluit. de biga. in vj. & in d. c. ex antiquis. uer. & hæc limitatio. Et ibi ponit modos cognoscendi uerba, quæ excludũt præterita tempora, putà uerbum Decernimus, Statuimus, uel Per hanc nostram constitutionem. Alle. gꝰ oss. in d. c. j. de cleri. nõ resid. in vj. Et idem

a *Deinceps*] *De hoc uerbo Deinceps, uide gloss. in cle. eos. de reg.*

b *In posterum*] *de hoc uerbo, in posterũ, uide glo. & Card. in cle. j. xvij. q. de censib.*

in uerbo De cætero, Deinceps [a], In posterum [b], & similibus: quibus appositis lex nullo casu trahitur ad præterita, secundum eum: & hæc, quo ad secundam limitationem ad hanc fallentiam secundã. ¶ Tertiò limita hanc secundam fallentiam, nisi † secundũ opi. Doct. præcedentem lata fuisset alia sententia: quia licet constitutio noua declaret errorem illius opinionis, tamen sententia non reuocabitur, secundum Vincen. hîc latè, quem sequuntur Ioan. An. do. Anton. & Imol. hîc, & Domi. in d. c. ex antiquis. Mouentur per l. Barbarius. ff. de offic. præto. & per not. per Innocent. in c. nihil. de elect. & quia iudex debet iudicare secundum ll. scriptas & non scriptas, in authent. de leno. §. omnes. & ideo satis uidetur, quòd iudex iudicet secundum intellectum, qui tunc seruabatur. Facit, quod not. Domi. in c. humanum genus. j. distinct. ubi dicit, quòd non imputatur ei, qui tenuit opi. probabilem, licet superuenerit lex illam declarans & reprobãs. Facit, quod not. Innocent. in c. per tuas. lo ij. de si. cum concord. ¶ Excipiuntur ab ista limitatione tres casus. Primus est, quando à sententia esset appellatum: quia si pendente appellatione superueniat lex declaratoria, illa sequenda est, secundum Vincen. & prædictos hîc, per c. cùm causa. de re iud. ubi iudex appellationis reuocat primam sententiam, quæ erat fundata in consuetudine. Et hoc dictum reputat hîc Imol. multùm notabile ad limitationem eorum, quæ ẽ. dixi in iij. limitatione primæ fallẽtiæ, in qua habitum fuit, quòd lex noua nominans præterita, non trahitur ad pendentia per uiam appellationis. Et ratio specialitatis est hîc, quia cùm per declarationem appareat ueritas, illã debet iudex imitari, c. ueritate. viij. dist. Sed in alijs casibus debet sequi iura, quæ uigebant tempore primæ sententiæ, per iura alle. in d. limitatione. ¶ Secundus est in sacramentalibus, in quibus sentẽtia lata uigore opi. ueteris nouiter reprobatæ est. reuocanda. Ita concorditer dicunt omnes prædicti propter periculum animarum, & alle: c. ueniens. de presby. nõ bapti. & sequitur Domi. in d. c. ex multis. ¶ Tertius casus est in sententia lata pro matrimonio, quæ mero iure est inualida, docto de eius errore. Ita dicit solus Imol. hîc: & cõtra omnes prædictos, per l. si adulterio cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adul. ubi cùm apparuerit matrimonium non posse subsistere, debent cõiuges separari. Fatetur tamen, quòd est iusta causa dispensandi per Papam, per text. in l. qua in puincia. §. diuus Marcus. ff. de ritu nup. ubi fuit dispensatum ex tali causa. Et sic facit ille tex. secundum eum, quòd matrimonium non tenebat detecto errore. Nec obst. c. fi. de spons. duo. Imò potius facit prò: quia sanè intelligẽdo ibi interuenit tacita dispẽsatio Papæ, ex quo usus est uerbo De cætero, secundũ Imol. hîc. ¶ Ista sua opi. ut dixi, est cõtra omnes prædictos uolentes, quòd imo sententia super matrimonio lata nõ reuocetur ex l. noua declaratoria. Et pro nunc cogitabam, an distinguì posset hoc modo: quòd aut opinio, in qua fundauit se sentẽtia, erat probabiliter Doctorum & approbata per consuetudinem: & tunc procedat opinio cõmunis, per ea, quæ dixi in secunda limitatione huius secundæ fallentiæ: & facit c. obijciunt Iacob. xxxij. q. iiij. & ibi, quando mox erat crimen, non erat maximè: quia dolus tantùm inficit coitum, c. in lectũ. xxiiij. q. ij. Aut erat opi. nõ approbata à cõsuetudine, & manifestè erronea: & tunc procedat opi. Imol. quia ita erat in iuribus per eum allegatis, ubi fit mentio de coniunctis incestuosè in figura matrimonij. ¶ Quartò limita hanc secundam fallen-
8 tiam, nisi † lex declaratoria imponat pœnam de nouo: quia respectu pœnæ non trahetur ad præterita, fm do. Ant. do. Abb. Imol. & Domi. hîc. Allegant, quod notat Pau. in proœ. Cle. in uerbo, de cætero. & tex. cũ gl. in cle. j. in uer. de cætero. de usur. quã gl. no. ibi do. Abb. & eam facit sing. do. Car. ibi, in prin. & no. etiam Imol. ibi. allegans pro ipso c. dixit Sara. xxxij. q. iiij. ubi dicitur, quòd pœna criminis ex tempore legis est: & idem no. do. Abb. in c. fi. de spons. duo. & Domi. in c. unico, de cle. non resi. in vj. ponderans gl. ibi in uerbo, receperit. ibi, item nec pœna. Idẽ no. do. Car. in cle. statutũ. in ij. q. de elect. & Domi. in c. quoniam. xlvij. dist. ponderãs illum text. in uerbo, post hanc diffinitionem. & Ioan. de Ana. in c. j. ne præla. uices suas. per illum tex. in uerbo, de cætero. & in c. cùm Christus. post do. Car. ibi, de hære. & do. Ant. & Domi. & Ana. in c. significasti. de foro cõp. & Domi. in c. j. in prin. quod me. cau. in vj. & do. Abb. in c. quoniã. de fi. dicentes hoc optimè probari ibi in uer. de his autẽ. inducendo, ut per eos. Facit gl. in uerbo, ex nunc. in cle. nolẽtes. in fi. de hære. Bene facit, qđ no. Domi. in §. leges. iiij. dist. ubi dicit, quòd constitutio continens aliquid, quod est iuris diuini: si ultrà disponit, regulatur in eo, ut lex posti ua. Ita ponderat c. ij. de const. in vj. Ita etiam in proposito, cõstitutio declaratoria addens aliquid iudicatur, utius nouũ, in eo quod addit. Bene facit, quod not. Io. An. in c. dispendia. de rescri. in vj. ubi dixit, quòd cõstitutio, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquam extenditur respectu pœnæ: & sequitur multùm Domi. ibi, & Imo. do. Ant. in c. fi. de rescrip. & do. Abb. in proœ.

Decretali, §. Gregorius. & do. Anton. in c. fi. de consue. & idem no. Ioan. And. in c. si forte. de elec. in vj. & sequitur ibi Domi. Facit singulariter dictum Ioan. And. in c. tibi, qui. de rescr. in vj. & ibi per Domi. ad fi. ubi dixit, quòd licet decretũ Papæ afficiat ignorantes, c. j. de concess. præben. in vj. non tamen respectu pœnæ. Facit, quod notat do. Abbas in c. primo, de loc. ubi dicit, quòd in correlatiuis nõ fit extensio respectu pœnæ, licet aliàs sic, ut ibi per eum: de quo tamen ultimo aliter sensit in dicto proœmio. Bene facit, quod latè scribit Domi. post Ioan. And. in c. j. de constit. in vj. ubi concludit, quòd statutũ prohibens factum damnatũ à iure, non ligat probabiliter ignorantem respectu pœnæ, licet omnino faciat actum prohibitum: de quo fuit dictũ in c. ij. ẽ. eod. Ad idem, quod not. do. Abb. post Ioan. An. in c. significasti. de foro compe. ubi dicit, quòd cõstitutio positiua fundata in iure diuino, ligat Papam, sed nõ respectu pœnæ. ¶ Non obst. huic limitationi text. in c. cùm tu. de usur. ibi, siue antè, siue post. & ibi, per pœnam, quã statuimus. quia ibi statutũ cõcernebat ordinatoria iudicij, quo casu nõ habet locũ regula huius text. ut dicetur in iiij. fallentia. Non enim decidit ibi, qualiter debeat decidi causa usurarũ, sed qualiter usurarius debeat cõpelli ad restitutionẽ usurarum: & ideo illa constitutio meritò includit futuram restitutionem, secundum do. Abb. hîc, & fuit de mente Innoc. ibi, ut latè ibi per Ana. Et ideo dicit Domi. hîc, & in d. c. ex antiquis. quòd ibi pœna imponitur nõ restituenti usuras, quod erat de futuro: & sic non dabat formam præteritis, sed futuris, quo ad pœnã: & idem sensit Bal. in rub. C. de usur. Et ex ista responsione infero ad id, quòd signanter no. do. Car. in cle. statutum. in ij. q. de elect. ubi dicit, quòd emolumenta recepta ante illam cle. subiacẽt restitutioni: quia illi non fecerant ea sua, licet quo ad incurrendum pœnam illius cle. sint excusati: & sic expressè sentit, quòd qui malè aliquid percipit ante l. declaratoriam, tenetur restituere: & sic ad actum de futuro. Bene facit ultra omnes tex. optimus in c. cùm singula. in uerbo, circa eos. ibi, aliquin. de præben. in vj. ubi iniungitur illis beneficiatis in præteritum, ut dimittant beneficia eo modo, quo ibi sub pœna nouiter introducta: qa actus dimittendi est de futuro, meritò includitur sub l. & faciunt, quæ j. dicentur in v. fallentia. ¶ Excipit hîc solus Imol. unum casum ab hac limitatione, uidelicet ut intelligatur in pœna, quæ imponitur ipso iure: sed si ueniret imponenda per iudicẽ, uidetur, quòd possit illam imponere pro facto præterito ante cõstitutionem, si nõ erat punitũ. Et ita dicit se intelligere c. cùm tu. de usur. & mouetur per id, quod ipse dixit post Io. de Lig. in c. ij. ẽ. eo. ubi dixit, quòd statutũ puniens nouiter factũ damnatũ à iure, ligat probabiliter ignorantẽ respectu pœnæ, qñ pœna nõ imponitur ipso iure, sed uenit imponẽda per iudicẽ, qui uidetur eam iustè imponere attentãti factũ damnatũ. ¶ Sed hoc dictum reprobat Io. de Ana. in c. quoniã. de simo. dicẽs, quòd est cõtra illũ tex. ubi pœna imponenda per iudicẽ, non imponitur de his qui litẽ præcesserãt. Pro hac impugnatione facit, quod indistinctè cõclusum fuit in d. c. ij. ẽ. eo. tenendo contra Io. de Lig. quòd omnino pœna l. nouæ super facto damnato non extenditur ad ignorantes. Et istud consonat per rationes ibi adductas, quæ seruiũt in ppositio, & ea, quæ latè dixi ẽ. corroborãdo hãc quartã limitationẽ. ¶ Fallit tertiò re-
9 gula huius decr. ubi † lex noua annullat actũ ex causa de præterito, fm Bar. in d. l. oẽs populi. per l. pe. in fin. C. de inceſt. nup. & sequunt do. Ant. & Imol. hîc. Sed hoc limitat do. Abb. hîc, dũ modò causa nullitatis sit de præterito, ita quòd inferebat nullitatẽ ipso iure: secus autem, si actus tenebat, sed in odiũ inducit de nouo cassatio: qa tunc nõ debet trahi ad præterita, attento quòd annullatio actus super iure quæsito est pœna, ut ipse not. in c. ij. ẽ. eo. cum cõcor. ibi allegatis. Et respectu pœnæ cõstitutio nunq̃ trahit ad præterita, ut proximè dictũ est. ¶ Fallit

10 quartò, ubi † lex noua cõcernit modum ordinandi, seu præparãdi causas: quia includit etiã pendẽtes, fm gl. in d. c. licet canon. in uerbo, de cætero. & glos. fi. in cle. ij. de iudi. & ibi Imol. & Bar. & Bal. in l. ij. in fi. alleg. in l. fi. C. de iura. cal. per illũ tex. & Bar. in d. l. oẽs populi. & Bal. in ti. de pa. Constan. §. hoc, quod nos. uer. tertiò no. quòd iudex. & do. Ant. Imol. & do. Abb. hîc: & est communis opi. fm Imol. hîc. Et ideo statutum disponẽs, quòd debitor, de quo cõstat per instrumentũ guarentigiatũ, debeat capi, extendit ad debitorẽ, & instrumentũ confectũ ante statutum: quia nõ dat modũ decidendi causam, sed properandi, fm Bart. in d. l. oẽs. & do. Abb. hîc. Pro quib. uide Bal. in c. fi. in fi. j. ut litè pẽn. Et ibi dixit, quòd statutũ de cautis cõpromittendis habet locũ etiã in litib. pendẽtibus: quia istud respicit magis ordinẽ procedẽdi, id est, coram quo & qualiter procedat, qm decisionem causæ. Et uide Bal. in d. l. leges. C. de legi. ubi dicit, quòd si unum officiũ habet duos iudices, & adiungant eis tres, uidebunt adiũcti etiã in litibus pendentib. coram primis, quia statutũ respicit formã processus. Nec obst. authen. in medio litis, &c. quia loquit in l. emanante ad decl. causæ: & ita dicit se cõsuluisse Florẽtiæ de iudicib. fallitorũ. Et hanc fallentiã ponit etiã Bal. facta mentione de hoc cõsilio in l. sancimus. in fi. C. de sacro sanc. eccl. & idem consuluit in illo casu collegiũ Perusinũ per multas rationes: & est in cõsilijs Ang. cõl. ccxj. incip. primùm est uidendũ, utrùm dicti iudices. ¶ Hanc fallentiã limita, ut nõ procedat in processu iam facto, sed solùm in processu, qui restat, fm Ang. in d. cons. per d. l. fi. C. de iura. cal. ibi, in primo post hanc l. ingressu: & idem gl. in d. c. licet canon. quã sequit cõmunis opi. fm Imo. hîc, & sequit do. Abb. in c. uenerabili. de iudi. Et põt esse ratio: quia istud esset ligare præterita perfecta, quod non est de intentione l. ut est dictũ in iij. ampliatione: & non est mirũ, quòd causæ in choatæ ex factis præteritis ligent l. noua: quia, fm Imol. hîc, processus fiendus est, quid futurũ meritò cõprehẽditur, iuxta gloss. in cle. ij. de æta. & qua. & in cle. j. de testa. de quibus fiet mentio in sequẽti fallẽtia. ¶ Disputatiuè tamẽ teneri posset, quòd ista iiij. fallẽtia nunq̃ procederet, fm Imol. hîc, & primò in causa appellationis, per text. in authen. ut cùm de ap. cog. in prin. ubi apertè dicitur, fm eum, quòd talis causa nedũ debet determinari fm l. antiquã, sed examinari, secundò generaliter etiã in causa principali. Videtur idem per istũ tex. cum suis cõcor. nisi lex noua loquens de ordinatorijs expressè nominet lites pendentes, prout fit in d. l. ij. C. de iur. cal. cum simil. Tamẽ communis opi. est illa, de qua ẽ. fm eum ita in suspẽso remanentem. ¶ Sed aduerte primò: quia tex. in d. authen. ut cùm de app. cog. non dicit aliquid de examinatione, licet loquat de examinatoribus in iudicibus: & dicit, quòd debeant dare terminũ negocio fm ueteres. N. quæ uerba nõ importãt examinationẽ, sed ultimationem, quæ fit per sententiã, ut de se patet: & sic loquit de decis. Secundò aduerte: quia mirũ est, quòd Imol. nõ attribuat hãc suã impugnationẽ: quia Iac. de Bel. qui latè ita tenuit in d. authe. ut cùm de ap. uolẽs, quòd cõstitutio disponẽs super ordinatione iudicij, nõ trahat ad pendentia: & inducit multa iura, in quib. fit mentio de causis pendẽtibus, p quæ apparet à cõtrario, quòd aliàs nõ cõprehendebant. Et eius dicta refert Io. An. in d. c. licet canon. dicẽs, propter hoc nõ esse recedendum à gl. ibi: & ẽ illa iura exprimũt pendẽtia: quia iustũ & æquũ est sic fieri, per istud nõ est dare l. præteritis, imo actis futuris, fm eum. Sed opi. Iac. de Bel. & Imol. hîc saluari possent in actib. pcessus futuri, qui ueniunt per uiã executionis ad actus præteritos: quia si lex disponit super isto actu, & nõ super executione, nõ trahet ad executionẽ, per tex. hîc, & in c. statuimꝰ. & de ma. & obe. fm Dom. in d. c. licet canon. Quãdo aũt actus est partim de præterito, partim de futuro, dicendum est, ut generaliter dicet in sequẽti fallẽtia. Et ad rationẽ Imo. fundatã in isto tex. iam responsum est, quòd

istud est potiùs ligare futura, q̃ præterita: & licet iura super istis utantur uerbis præteriti tẽporis, per hoc nõ debet argui à cõtrario: secus esset, si nõ uterent, ut no. gl. fi. in fi. in d. cle. ij. de iudi. pro qua facit, quod dixi ſ. in secunda limitatione secundæ fallentię, uer. & nõ est mirũ. Itẽ quia resultaret absurditas ad istũ tex. uolentẽ, q̃ lex concernat futura, & ipse processus futurus est respectu actuũ futurorũ, licet causa pendeat: ubi autẽ est iudicatum, uel facta relatio, secus est, p prædicta. Et istis adde, quod no. Bar. in l. j. ff. de pœnis. ubi dixit, q̃ ad decisionẽ causarũ præteritas: licitè allegaꝫ l. hodie abrogata, quę tunc uigebat. ¶ Fallit quintò regula huius decr. quan-
11 do † factũ de præterito expectat perfectionẽ suã, & complementũ à facto futuro: quia lex noua ipsum comprehendit, ut est gl. & ibi do. Abb. in cle. ij. in uerbo, in posterum. de æta. & quali. Ex qua etiam hoc colligit ibi Imol. post do. Ant. dicens, q̃ ubi cõstitutio certã dat formam actui, licet actus ille fiendus in futurũ habeat ortum ex causa de præterito, tamen subijcit cõstitutioni nouæ. Et similiter dicit ibi do. Car. illã gl. esse sing. & signandã, q̃ quãdo cõstitutio concernit aliquid productiuũ pluriũ effectuũ, cõcernit præterita respectu effectuũ futurorũ. Illã gl. no. etiã Dom. in d. c. licet canon. quam uide. Bene facit gl. Gul. de monte Lauduno in extrauag. Io. xxij. suscepti super uerbo, uacantiũ. Ad idem, quod notat Bal. in l. si ita scriptũ. ſ. fi. ff. de leg. ij. ubi dicit, q̃ si statutũ dat præmiũ capienti bannitũ, & præsentanti eum potestati, cõprehendit eum, qui cæpit ante statutũ, & præsentauit pòst. Simile est, quod no. Bal. in l. illa. post medĩũ, C. de dona. dicẽs, q̃ si statutũ excludit filiam dotatã à successione dotantis, includit dotatas ante statutũ, si moritur dotans post statutũ: secus, si mortuus esset ante statutũ, ut ibi per eum per illũ tex. Ad idem, q̃d no. Domi. post Io. An. in c. auaritiæ. de elect. in vj. dicens, q̃ illa constitutio cõprehendit etiã electũ, qui ante electionẽ legitimè administrabat fortè, ut œconomus, propter uerbum Gerere, positũ in tex. quod nedũ prohibet officiũ administrationis recipere, sed gerere: & sic actus præteritus nondum finitus ligatur. Similiter dicit Domi. in c. fi. de elect. in vj. q̃ in electionibus factis ante illam cõstitutionem, debet fieri cõfirmatio fm formã, de qua ibi: quia non daꝫ forma electioni præteritæ, sed cõfirmationi futuræ: & alleg. gl. in d. clemen. ij. Ad idem uide gl. in uerbo, utetur. in clem. ij. de uit. & honest. cle. & ibi Imol. uer. no. bene hanc gl. Et per illam gl. dicit Bal. in d. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. q̃ statutũ prohibens fœminis certa genera uestium, intelligitur etiam de uestibus antea factis: quia eas nõ potuerũt portare. Idem etiam sentit gl. cum prædictis in cle. j. in uerbo, transiuerũt, de regul. & gl. fi. in fi. in c. j. de iniur. in vj. quam ad hoc not. ibi Domi. & gl. in cle. j. de testi. statim alleg. ¶ Recipit autem ista fallentia duas declarationes. Prima est, ut non procedat, quando per extensionem legis nouæ ad executionem de futuro fieret restrictio ad actum de præterito, faciẽdo ipsam duriorem & asperiorem, quàm esset tempore actus gesti. Ita decidit Dom. in c. ante triennĩũ. in no. xxxj. dist. per illum tex. ubi cõstitutio disponebat super seruanda deinceps castitate diaconorum Orientalium: & tamen non extenditur ad illos, qui contraxerant matrimonium antè. Et ad hoc faciunt no. per do. Ant. Imol. & do. Abb. in c. cùm dilectus. quod me. causa. & Arch. in c. gesta. lxxiij. dist. & Ioan. And. & do. Abb. in c. super eo. de reg. & Arch. in c. certæ. xij. q. j. cum concor. in quibus habetur, q̃ lex noua imponẽs religiosis aspriorem uitam, in dubio non trahitur ad receptos ante legem. Quod soleo limitare, nisi lex noua reduceret eos ad statum consuetum, à quo essent collapsi, ut per Doc. in c. ab exordio. xxxv. dist. de quo aliàs. ¶ Secunda declaratio huius fallentiæ est, ut non procedat in futuris, quæ nullo modo sunt separata, sed omnino connexa cũ præteritis, & habent omnimodã dependentiã, adeo q̃ si posset constitutio respicere actũ de futuro, quinetiã tangeret actum præteritũ: quia tunc talia futura reguläntur tanq̃ præterita. Ita declarat do. Abb. in c. pastoralis. ſ. uerùm. de ap. & hîc, motus per gl. ordina. in cle. j. in uerbo, deputata. de testa. & ibi habes exemplũ, q̃d reassumitur per do. Abb. hîc, & in d. cle. j. in prin. ubi facit illam gl. sing. & idem do. Car. ibi, dicens, eam ualere ad multa: & ea tanq̃ sing. reassumit etiã ibi Imol. clarè, uer. no. bene sing. gl. & latiùs & clariùs idem Imol. in d. cle. ij. uer. sed contra prædicta. de æta. & qua. & Domi. in d. c. ex antiquis. uer. tertio, quãdo repetitur. dicens pro illa gl. optimè facere tex. in c. fi. ſ. fi. aũt. de concess. præb. in vj. ubi cõstitutio non inducit executionẽ actus de futuro, qui uenit connexè & accessoriè ad actus de præterito. Nec colligas ibi argumentũ à cõtrario sensu, q̃ ubi illud nõ exprimeretur, secus esset: quia obstat uerbum Certum est, ibi positum, denotans illã l. non esse in hoc noui iuris promulgatoriã. Subdit Domi. in d. c. ex antiquis. q̃ ubi factum de futuro habens connexitatẽ cum facto de præterito, potest includi absq; eo, quod tangit factum de præterito, tunc constitutio extenderetur ad tale factum. Et hoc uoluit gl. in d. cle. j. licet clarè non exprimat. Sed q̃ sic uoluerit, patet ex text. in c. super eo. j. de ap. quem alleg. secundũ eum. Ad quod ultimũ uide eundem in c. licet canon. ubi pro hoc no. gl. ibi, & gl. fin. in cle. ij. de iudic. & faciunt notata ſ. in ista ultima fallentia. ¶ Sub ista declaratione plurima includi possunt, & maximè tex. hîc iuncto c. statuimus. de ma. & obe. Nã sedere istos nouos canonicos ante alios, est quid futurum, & tamen constitutio non comprehendit illos, secundum Domi. hîc: & optimè faciunt notata per Ioan. An. in regula, sine culpa. in Mercu. dum ponit, quòd legitimatio primogeniti non tollit ius primogenituræ quæsitum secundo legitimè nato. Idem facit text. in l. testium. C. de testi. ibi, is, scilicet qui iam sine scriptis, &c. ubi forma data in probandis solutionibus non intelligitur de solutionibus cœptis, sed de futuris. Facit elegans consilium Fed. ccxciij. Factum tale est: ante constitutionem Clementis. ubi latè cõcludit, quòd guardianus fratrum Minorum deputatus executor ante cle. exiui. de uerb. sig. potest exequi post ipsam cle. ne remaneat delusa opinio testatoris, qui fretus fide habita in tali uiro excusabiliter eum elegit l. non condita, ut ibi per eum. Item conueniunt ea, quæ dixi ſ. in ij. ampliatione, quæ omnia seruiunt etiam huic declarationi.

¶ Est uerum, quòd do. Ant. & Domi. hîc reprobant opi. Fede. in d. cons. uolentes. quòd imo guardianus datus executor ante d. cle. non possit pòst ipsam exequi, quia cle. dat formam acceptationi executionis & actui, qui erat de futuro. Ergo ipsum includit, propter gl. in d. cle. ij. de æta. & qua. cum concor. Et in hanc opi. uidetur tacitè inclinare hîc Imol. per aliam rationem, uidelicet quia d. cle. uidetur procedere declarãdo. Ergo trahitur ad præterita, ut ſ. in ij. fallentia. Et tanto fortiùs, quantò executio est de futuro. Et negari non potest, quin iste punctus sit dubius, & fortiùs per pertinaces dilatabilis. ¶ Sed fortè posset sic distingui pro concor. opi. quòd aut edita d. cle. testator adhuc uiuebat, & habebit locũ opinio istorum: quia imputandum est ei, cur testamentum non correxit, si non fuit repentina morte inuasus. Et hoc optimè probatur per id, quod dixit Angel. in d. authen. ut cùm de ap. cog. quam retuli ſ. in fi. tertię ampliä. & cessant multæ rationes Fed. Aut testator mortuus erat ante d. cle. & tunc procedat opi. Feder. per rationes suas multùm æquas: quibus non obst. quòd illa cle. det formam acceptationi: quia licet acceptatio sit actus futurus, tamen est adeo connexus cum testamento, q̃ ea facta impossibili irritaretur in ea parte testamentũ. Et sic tanguntur necessariò præterita: quod est contra hãc secũdã declarationẽ, & cõtra d. ij. ampliationẽ. Nec obst. q̃ illa cle. procedit declarando: quia declaratid, q̃ habebat

habebat communem opi. in contrarium, secundum Imo. hîc: & ideo non trahitur ad præterita, per id, q̃d est dictum ſ. in ij. limitatione secundæ fallentiæ. Et pro hac parte adduco disputationem Ia. Bu. no. & optimè inferuientem, quem sequitur Pet. de Anc. in repe. c. j. uer. subijcio q. ſ. eod. ubi refert q. disputatam per dictum Iac. in qua concludit, quòd fratres non tenentur dare quartã parochiano de legato obeniente eis ex testamento cõdito ante cle. dudum. de sepul. licet ipsum legatum habeant ex post. Et pro hoc faciunt multa, de quibus ibi, & facit optimè, quod est dictum in iij. amplia. huius regulæ. Ex quibus inferri potest, quòd ius quæsitum fratribus super integritate legati, non debet eis auferri per legem nouam simpliciter loquentem. Et quamuis, quo ad terminos illarum cle. ista nihil hodie prosint, tamen ad decisionem similiũ q. maximè in cõstitutionibus & statutis, quę de nouo quotidie fiunt, mirũ in modũ seruire possent. ¶ Et est bene no. quod signanter subdit Fed. d. cõsi. ccxciij. in fi. uidelicet q̃ licet guardianus nõ possit esse executor, ut in d. cle. exiui. ſi tamen nullo opponente executus fuerit, ualebit exe-

a *Executio] Sed quid si testator ultrà, præderet annullando actũ sine consilio guardiani fratrum Minorũ? Dic, q̃, tunc omnino eius consilium est sequendum, et ualebit eius executio, secundum Bald. in rub. C. de instito. in uers. Sed quid si testator. & in authẽ. ingressi. uers. quid si testator dicit, q̃. de ſa. ſanc. ecc. cle. contra Bar. in l. j. ſ. ſi plures. in uers. et per hoc dico, q̃. quando. ff. de exerci.*

cutio[a]: sicut clerico constituto in sacris, est interdictum officium tabellionis: & tamen si instrumenta conficiat, ualent, secundum Ioan. And. post Host. in c. sicut. ne clerici, uel mo. & quia hîc non est interdictũ propter uitium suæ personæ, uel defectum, sed propter statum suæ personæ & perfectionis regulæ, sicut dicitur de episcopo, qui propter dignitatem personæ suæ non debet aliquem per se uerberare. Et idem in simílibus exẽplis positis per Ioan. And. in regula, non potest quis. de reg. iur. in vj. secundum eum. Et in multis iuris articulis sunt aliquæ personæ prohibitæ ab aliquo actu: si tamẽ illũ actũ exercuerint nemine se opponente, ualet, sicut de milite, ne sit procurator: & de excõmunicato, ne agat, l. filiusfa. ff. de proc. & c. pia. de excep. in vj. Et hoc dictũ Fed. sequũtur p. no. do. Ant. Imo. & Domi. hîc, & Ludo. latè consi. ccccxc. inci. Omnipotentis, &c. quo ad primũ. Et ex ipso potest sumere doctrinã ualde usitabilem, q̃ actus factus per psonam, quam lex inhabilitat solùm propter honestatẽ, ualet, si non opponaꝫ. Quod perpetuò no. ad materiã l. nõ dubium. C. de legib. cum concord. ¶ Demũ, ut ista quinta fallentia sit clarior, nõ omitto nouã opin. Io. de Imo. hîc, q̃ inhærens uni motiuo, per q̃d in hac materia uo- 13
luit multa noua attentare, firmat, q̃ imo cõstitutio noua respiciens executionẽ, nunq̃ extenditur ad executionem actuũ præteritorũ futurã, nisi utaꝫ uerbis præteriti temporis: q̃d est cõtra gl. & Doc. in hac fallentia allegatos. Mouet dupliciter. Primò, ꝙa tex. in d. cle. ij. de æta. & quali. dicit, sunt mancipati: & text. in cle. j. de testa. dicit, deputatis. quæ uerba de se sunt apta cõprehẽdere præterita nõdũ executa: & ideo sumpto arg. à cõtrario sensu, si nõ essent illa uerba, staret firma regula huius decr. à qua nõ est recedendũ in aliis casib. nõ habentibus illa uerba. Secũdò mouet ex dictis Bar. in d. l. omnes populi. in v. q. dũ dicit, q̃ statutũ præferens masculũ fœminæ in successione ab intestato, nõ habet locũ, si is, de cuius bonis agitur, mortuus est ante statutũ, licet fœmina nondũ habuisset portionẽ suã, cõdito testamẽto. Ergo lex noua cõprehendit executionẽ actuũ præteritorũ, secundũ eũ. ¶ Puto sequendã esse opi. cõmunem, quã ipsemet Imo. latè secutus est in locis in hac fallentia allegatis: ꝙa istud cõprehendere executionẽ, quæ nõ immutat actũ præteritũ, est propriũ officiũ legis: ꝙa concernit futura. Non obstat, q̃d in illis clem. sint uerba præteriti tẽporis: ꝙa põt respõderi sufficienter ex his, quæ dixi ſ. in ij. limitatiõ. secũdæ fallẽtiæ, uersũ. primus casus. ibi, & nõ est mirũ. & ex his, quæ dixi in iiij. fallen. uer. disputatiuè. Tamen ualet, q̃ ad maiorẽ expressionẽ sint posita illa uerba, „put dicit gl. fi. in simili „ ppositio in cle. ij. de iudi. ibi, dato tñ. Et hinc est, q̃ in hac materia quandoque lex noua utrẽ plenioribus uerbis, ubi nõ oporteret. Patet in c. fi. ſ. si aũt. de cõcess. præben. in vj. ubi dicit, q̃ constitutio noua nõ trahit ad præterita cõnexa inseparabiliter cum futuris: & dicit Certũ est: ex quo uerbo apparet, q̃ sæpe fit mentio ad cautelã, de eo q̃d subintelligebat sine expressione. Quare aũt hoc fiat, respõde ex dictis in d. uer. primo casus. & ex text. in cle. j. ad fi. ibi, quãquis enim. de pœnis. Non obst. dictũ Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ꝙa ibi sumus in casu quartæ ampliationis, de qua ſ. Et secũda declaratio huius fallentiæ, in quo casu hæc fallentia nõ procedit, ualet, ubi executio tangi nõ potest sine mutatione actus præteriti, scilicet iuris iam quęsiti fœminæ ex morte alterius, q̃d ius statutũ non tollit, ut in simili dixit ipsemet Imol. hîc cõtra Bar. in q. restituendæ dotis: de qua in d. iij. ampliatione: & no. Bal. in ꝓpositio in d. l. illa. C. de dona. Et pro complemento huius fallentiæ uide aliqua per Domi. in d. c. ex multis. quem nõ refero: quia ex prædictis decl- 12
duntur. ¶ Fallit sextò regula huius decre. ubi † constitutio dat exceptionem, uel tollit: quia si exceptio oritur post statutum, subiacet ipsi statuto respectu contractus facti ante statutum, secundum Bart. in d. l. omnes populi. & domi. Ant. Imol. & domi. Abb. hîc per l. testamentum. C. de testa. & l. pen. C. de usur. & facit, quod habetur in l. fiscus. ff. de iur. fisci, nisi aliud exprimeretur in statuto. Et sic potest intelligi, quod habet in authen. hæc constitutio innouat. secundum Imol. hîc. ¶ Et ex hac fallentia inferunt prædicti, quòd si statutum nouum disponit, ut contra instrumentum guarentigiæ admittatur sola exceptio solutionis, instrumentum cõfectum ante statutum subiacebit statuto: quia concernit ordinem procedendi. Et sic sumus in quarta fallentia, de qua suprà, & non poterunt opponi aliæ exceptiones, quæ essent ortæ post statutum, secundum istos. Vbi autem essent priùs ortæ, possent opponi: quia non intendit statutum tollere ius antè quæsitum. Subdit etiam Bartol. & sequuntur prædicti, quòd facto statuto, quòd possessor bonæ fidei præscribat quinque annis, possessio cœpta ante statutum, non computatur, sed debet inchoari quinquennium de nouo, per rationes, quas uide per Bartol. cui nihil addo. Et ad hanc fallentiam uide, quod not. Angel. in d. authen. ut cùm de appell. cognos. in fi. princip. & Bald. in d. l. leges. in fi. ¶ Fallit septimò regula huius decret. ubi † lex, seu statutum aliquid indulget: quia etiamsi loquatur per uerba futuri temporis, non extenditur ad futura, ne detur materia delinquendi. De hoc est text. singu. limitans hanc materiam in l. cùm lex. ff. de legi. Per quem text. dicunt ibi Bartol. & Bald. quòd statutum disponens, quòd quilibet bannitus extrahatur de banno soluendo x. non habet locum in banniendo in futurũ: quia daretur materia delinquendi. Et hoc dictum sequũtur hîc domi. Anton. & Imol. Idem Domi. in d. c. ex antiquis. & hîc, adducens pro hoc, quia lex priuilegiatiua non sequitur naturam legis. Alleg. gloss. in procc. Clemen. in uerbo, de cætero. quæ de facto dicit contrarium, post prin. ibi, quo casu imitari debet. Et istud de bannito fuit originale dictum Odof. ut refert & sequitur Sali. in l. ij. C. de generali aboli. dicens, beneficium talis statuti non extendi ad postea accusatos. Nec obst. iste textus cum simili: quia in decisiuis lex dat formam futuris negotijs, Et idem in solennitatibus adhibendis. Sed in remissionibus pœnarum ex beneficio cõcessis

secus, ne detur uia delinquendi, secundum eum. Facit, quod no. idem Sal. post Iac. But. in l. castitati. C. de adul. ubi dicit, quòd rescriptum dans remissionem pœnæ infligendæ ante delictum commissum, nõ ualeret: quia inuitat ad delinquendum, & quia remitti non potest id, ad quod quis nondum est astrictus, & quia remissio fit pœnitenti: sed pœnitere & operari simul non potest fieri non consentiente oppositorum contradictore, secundum eum: & sunt uerba Dantis uulgata, dum loquitur de Eremita, qui credit se posse absolui ante peccatum. Et hanc fallentiam ponit etiam Bald. in l. si ita. ff. de aur. & argen. leg. & Domi. post Imol. in c. ij. in ij. responso, de consti. in vj. & Bald. & Imo. in l. cùm in ij. ff. de iniusto testa. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & do. Abb. in c. ij. in ij. not. s. eod. & Bald. in l. leges. C. de legi. & Co. Ant. in c. quia circa. de priui. & Imol. in cle. fi. uersic. secundò fallit. de rescript. & Albe. in quarta parte statutorum, quæst. lvj. incip. similis quæst. Old. & Ange. consil. lxvj. incip. municipali l. ad fi. & Bald. in c. fi. ad fi. de præscrip. Bene facit elegans consi. Fede. cclxxviij. incip. Factum, ex quo iure consilium, &c. ubi latè consuluit, quòd statutum non potest habilitare prolem illegitimam ad successionem, ne aperiatur uia adulteriis & copulæ illicitæ: & quia statutum careret honestate, contra c. erit autè. iiij. distinct. Ex quo consilio pulchrè infert Domi. c. j. §. ij. in fi. de fil. presby. in vj. quòd non ualet statutum episcopi habilitans omnes filios legitimos ad minores, & simplicia beneficia: quia apetiret uiam peccato: secus in dispensatione, quæ sibi competit: quia illa fit cum causæ cognitione, ut per Innoc. in c. cùm ad monasterium. de statu mo. quæ non potest dici accedere tali statuto, per quod inducerẽtur dispensatio nimis indiscreta & uaga, ut ibi latiùs per eum.

14 ¶ Fallit octauò regula huius decre. ubi † constitutio noua imponit pœnam pro aliquo delicto, quæ pœna est congrua & conueniens delicto magis, quàm pœna l. ueteris: quia tunc in puniendo eos, qui deliquerunt ante constitutionem nouam, seruabitur ista constitutio noua, secundum Barto. in d. l. omnes populi. quem sequuntur hîc domi. Anton. & Innoc. Et ideò dicit Bartol. ibi, quòd cùm Patauini fecissent legem, ne quis sub pœna capitis uenderet sal Venetis sine licentia, deinde per secundam l. fuisset mutata illa pœna in pecuniariam, debebit ille, qui uendidit tempore primæ l. hodie puniri per l. nouam: quia prima pœna fuit nimis rigorosa, secundum eum. Idem in similibus. Et mouetur per text. in l. pen. ff. si ex noxa. causa ag. ubi seruus delinquens in seruitute, & accusatus in libertate, nõ punitur ut seruus, sed ut liber. ¶ Hanc fallentiam intellige primò, secundum prædictos, in pœna, quæ augetur, uel diminuitur ex causa: quia in ea imponenda inspicitur tempus sententiæ, non delicti, ut est dictum. Sed ubi esset pœna ordinaria delicti, debet inspici tempus delicti, per l. j. ff. de pœnis. & c. fi. de senten. excom. Et ideo hæc fallentia loquitur de pœna congruentiori, ut hîc per do. Abb. post alios, & per Pet. de Ancha. clarè in repe. c. j. uer. quid in delictis. ¶ Secundò intellige hanc fallentiam in pœna imponenda per sententiam: secus, si imponitur ipso iure: quia tunc attenditur semper primum tempus, secundum Ioan. And. in c. fi. de elec. in vj. Dat exemplum in c. felicis. & in c. exigit. de censi. in vj. & sequitur Domi. in d. c. fi. allegans rationem, quia quando statutum imponit pœnam ipso iure, dicitur executorium, per no. in c. licet canon. de elec. in vj. Ad idem facit c. fi. de senten. excom. ubi in pœna delicti per ius ipso iure imposita attenditur tempus delicti, quo ad tollendam illam pœnam, posito quòd superueniat causa, propter quam aliter deberet de delicto satisfacere. Dicit tamen Ioan. And. in d. c. fi. de elec. in vj. & sequitur ibi Domi. quòd ubi lex secunda uellet primam haberi pro infecta, tunc etiam pœna priùs imposita ipso iure esset sublata, per text. cum glo. in cle. j. de immu. eccles. & bene facit, quod dixi suprà, in j. limit. primæ fal. Reliqua dicta Ioan. And. in d. c. fi. reducas ad distinct. Bart. in d. l. ômnes. & Doct. hîc: & de materia uide etiam per Albe. in j. parte statutorum, quæst. lxxxv. & in iiij. parte, quæst. liiij. & per Ioan. de Lig. in repetit. c. cùm dilectus. de consue. & Bald. in d. l. leges. Et facerent hæc ad quæst. de persona, quæ tempore sententiæ mutauit statum, quem habebat tempore delicti, putà si efficitur clericus, quæ iura debeant attendi in eo puniendo, an iura, quæ considerant primum statum, an quæ considerant secundum? De quo uide ad saturitatem per Ioan. And. & domi. Anton. in c. j. de obli. ad ratio. Bald. & Ang. in l. j. ff. de pœ. Bal. in l. officiales. C. de episc. & cle. & in l. cùm quædam puella. ff. de iurisdi. om. iud. & in l. j. C. an seruus ex suo facto. & in authen. causa, quæ cum monacho. C. de episc. & cle. & Angel. in l. si quis postea. ff. de iudi. Pe. de Anc. in regula, ea quæ. uersicul. tertiò quæritur. de reg. iur. in vj. Ioan. de Ana. post Pe. de Anch. in c. ad falsariorum. de cri. fal. domi. Cardi. in cle. ne in agro. §. quia uerò. in vij. quæst. de sta. mo. Arc. in c. j. xj. quæst. j. Spec. in tit. de reo. in prin. uer. quid si pendente. Iac. Bu. in l. pe. ff. si ex noxa. causa ag. Bald. in c. cùm non ab homine. de iudi. & in c. j. de mili. uas. qui bellica arma depo. glos. iij. Bald. Ang. & Imol. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Bald. in l. affinitatis. C. communia de suc. & in l. ij. C. ut in pos. leg. & in l. quædam. C. de fideicom. Barto, Brix. in quæst. uenerea, incip. aliquis litigabat. Iac. Bu. in l. quisquis. la ij. C. de episc. & cle. Imo. in c. eam te. de rescrip. domi. Abb. in c. quod clericis. de fo. compe. Bald. in l. idem Vlpianus. ff. de excus. tu. & Pe. de Anch. Iatisimè in dispu. incip. Laicus quidam. ¶ Fallit † nonò regula huius decret. in constitutione confirmante: quia trahitur ad præterita, secundum Ia. de Bel. quam refert Barto. in d. l. omnes populi. & facit c. j. de transac. & quod habetur in l. bene à Zenone. C. de qua. præscri. Et intellige, si constitutio utitur uerbis, quæ possent importare præteritum tempus, aliàs non, secundum Bartol. ibi: & sequitur Imol. hîc, inferens, quòd in casu l. si quis argentum. C. de dona. confirmantur donationes præteritæ: quia lex utitur uerbo Factas, ut hîc latiùs per Imol.

¶ Limita hanc fallentiam, dum modò actus confirmatus retro habuerit uigorem: sed si sumit uigorem ex cõfirmante, tunc confirmatum trahitur ad tempus confirmationis, non econtrà, secundum Bald. in d. l. leges. Et ibi dicit idem in infirmatione: nam aut habet uetustiorem causam efficacem ad infirmandũ, & tunc trahitur retro: aut non habet uetustiorem causam, & tunc non trahitur retro, Ista probãtur in ratione sui in l. obseruare. in fi. ff. de offi. proconsul. & in l. si quis priore. ff. ad Treb. & in l. tribunus. §. ult. ff. de testa. secundum eum: & sequitur Pe. de Anc. in d. repeti. capit. j. uersi. quid dicens. suprà eod. Et hoc modo intellige, quæ scribit Bald. in l. ex placito. uer. sed pone, actum est. C. de rer. permu. dum subtiliter ponit, utrùm qui intentauit conditionẽ ex statuto inualido, posset obtinere, si lite pen. superuenit confirmatio. De quo ibi per eum. ¶ Decimò & ultimò potest dici, quòd † regula huius decre. 16 fallit in alijs dispositionibus, præter quàm constitutionum: quoniam regulariter dispositio simpliciter prolata concernit præsentia, uel præterita, non futura. Patet in c. ad audientiam. lo ij. de eccles. ædi. ubi priuilegium non trahitur ad ecclesiam futuram: & in cle. fi. de rescrip. ubi literæ ad beneficia, non trahuntur ad ecclesias futuras. Idem in rescriptis ad lites, in c. fi. j. de rescrip. Et emptio non trahitur ad futura, l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio. Idem in iuramento, c. clericus de iureiur. c. ij. de renun. Idem in arbitrio, l. de his. ff. de arb. Idem in transactione, l. Aquiliana. ff. de transac. Idem in renunciatione, ut per Bartol. & alios in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. dicto c. ij. de renunc.

Idem

c. quoniã.

Idem in pignore, l. iiij. C. de usur. Idem in exceptione cõcessa capellis; glos. in c. cùm appell. de priui. per Card. in cle. j. in iij. opp. de cens. Idem in confiscatione: quia non trahitur ad bona futura, c. felicis. ultra medium, de pœnis. in vj. Bartol. in l. si tibi mandauerò. §. is, cuius. ff. man. Et renuntians fertis; non intelligitur renuntiasse futuris, secundum Bartol. in l. ij. ff. de fer. Et generaliter de alijs renuntiationibus dic, ut per Bartol. in d. §. duo fratres. in x. quæst. cum concor. quas dedi in d. c. ij. Et facta liberatione ab omni obligatione orta ex sorte, non est facta liberatio ab obligatione orienda ex sorte, secundum Abb. consil. x. Et uicarius habens mandatum ad casus episcopo competentes & competitutos non potest expedire casus nouiter de iure speciali episcopo competentes: putà habilitare spurium aliquem ex dispensatione Apostolica, secundum Rotam pulchrè in tit. de offi. uic. consi. iij. in antiquioribus. ¶ Verùm ista, & multa his similia, quę facilè adduci possent, exigerent per se tractatum longum, & à materia nostra, extrauagantem: & pro cõcordia aliorum iurium, quæ uidentur istis aduersari, fiunt multa uerba, quæ ad fallentias reduci possent, sed omitto. Hanc autem fallentiam posui, non quia multùm necessaria esset, sed ne ultima decretalis tituli inuideret primæ, cuius dos similiter per x. fallentias expedita fuit. Et ideo generaliter, an & quando dispositio l. uel hominis, fauorabilis, uel odiosa trahatur ad futura, persequere, ut solẽniter & magistraliter per Bartol. in l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. & latè per domi. Anton. in c. quia circa. de priuil. & latissimè per Imol. in cle. fi. in xvj. col. cum xx. seq. de rescri. per Arch. in c. frater noster. xvj. quæst. j. per Domi. post Ioan. And. in c. fi confirmatis. de elec. in vj. per Ioan. And. & Domi. in c. licet. de priuil. in vj. cum concor. de quibus in dictis locis. Et scias, quòd ad hoc multa inuenies per quosdam Mod. in famoso tractatu De seru. urb. præd. c. j. quæst. v. dum examinat de illo, qui promisit pro certis annis coquere panem pro certo pretio, utrùm teneatur ad id pro eodem pretio, si familia multùm creuit. Et ibi inferuntur multa: & multa ponit Ludo. in l. damni. §. is, qui uicinas. ff. de dam. infe. & Albe. quæst. xiiij. in prima parte statutorum, per Ioan. And. in Spe. de renunt. & concluſ. §. j. uer. quòd si quis renuntiat. per Domi. in c. authoritate. §. fi. de priuil. in vj. per Cardi. in tit. de regula. consil. xviij. per Bal. in c. ad nostram. lo ij. de iureiu. cum si. ¶ Et per has x. fallentias puto expedita omnia potissimùm necessaria ad materiam huius decret. Si qua desint necessaria, recurre ad Doc. hîc scribentes: quod tamẽ rarò opportunũ erit tam in ista decr. quàm in toto isto tit. in quo in omnibus articulis examinatis nihil omisi ex his, quę post longissimam indaginem & solennem lucubrationem inuenire potui. Itaq; finem facio fessus continuo iugo tolerato per triennium, in quo ultra quotidianæ lectionis pondus hoc opusculum ex mera urbanitate & supra debitũ paulatim publicaui in hoc feliciter renouato gymnasio Pisano, ubi inter primos professores primum locum gubernaculorũ inter Canonistas triennio occupaui. Errores, quos in hoc opere commisisse formido, magis in electione, quàm in ordinatione & fideli opinionum relatione, attribuat pius lector iuuentuti nostræ. Si qua autem bene ordinata & ex omni iurium pelago utili compendio perstricta fortasis uidebuntur, attribuatur omnium bonorum largitori: cui gratias plurimas agẽs dicam cum Marone:

Claudite iam pueri riuulos, fat prata biberunt.

Nam patriæ & patria potestas repatriare me cogunt, propter fidem de redeundo datam, cursu isto cœlo fauente feliciter consummato, M. cccclxxvij. xv. Augusti.

Explicit lectura solennis do. Felini Sandei super tit. de Constitutionibus.

PRAEFATIO

FELINI SANDEI IN TITVLVM DE RESCRIPTIS.

ORDINABVNTVR Omnes articuli tacti per Doctores, quasi materiam apo stillando ex pluribus ab alijs in simul non reductis, non transportando, neq; usurpando dicta Doctorum, maxime Modernorum, ut sunt præ cæteris Marianus de Senis, Andreas Siculus, Alex. Imolensis, & præceptor meus colendissimus Franciscus Aretinus his omnibus re & fama anterior, & felici uita adhuc superstite posterior: de quibus meritò dici posset, ut ille, quod ipsi non uiderunt, totus mundus ignorat. Ab istis quædam luminum faces mihi uelut in obscuro posito eminus accenduntur, & tanquam è sublimi specula, qua gressum tendere oporteat, eorum uestigijs & uocibus monemur, ut de se inquit Ruffinus in prin. Historiæ ecclesiasticæ. ¶ Stylo etiam cõpendiosiore utar, quàm usus fuerim super ti. præcedenti: cùm, quòd gaudeant breuitate Moderni: tum, quia re uera longè utilius est multos passus succi plena breuitate decisiuè perstringere, quàm paucos longo stylo examinatos ampullato ostentatricéq; superfluorum discursuum circuitu diffusiùs cæteris dilatare, attenta cõmentariorum multiplicata usq; ad nauseam caterua: quorum multiloquia denuo inculcare, uel iterum more quorundam ad literam transcribere, non expedit, sed potiùs super ipsis quodam modo repertoria contexere perquàm necessarium est, adaptatis concordia & ordine magnis ac inextricabilibus penè uarietatibus, quæ in tot uoluminum uastissimo pelago ad numerum capitum numeros sententiarum efficientes confusionem in dies maiorem pariunt, fatigatasq; plerunq; delicatorum mentes quadam immensæ profunditatis, inaccessibilisq; labyrinthi obscura confusione perterritas, de uiribus tandem diffidentes, cæptiq; itineris pœnitentes propè ad desperationem ac diuinæ huius scientiæ postergationem perducunt. Qua de re notabilibus, quæ ex more eliciuntur, glossarumq; & opinionum communiter reiectarum uorticibus extensiùs in lectionis cursu deductis, ea duntaxat stylo potiùs glossam, quàm commentum sapiente, coagulata, scribendo percurram, quæ studentium animos post aliorum ueterum ac modernorum amplissima cõmenta decursa, suaui quodam & ab eis desiderato fragrantium flosculorum ornamento terso ac resoluto breuiloquio depascant, & ad instar physici in ægritudinis calce uocati, omnem rugatæ frontis nebulam aliquantisper demulceant, mitigent, alleuient. Scio scriptum esse, Nihil dictum, quin priùs dictum: & apud Horatium,

Scribimus indocti, doctiq; poëmata passim.

Plura tamen priùs dicta, sed non priùs ordinatè reducta: imò errantia, & sæpe aduersantia, rudemq; & indigestam, ut ille, facientia molem, constanti & indefessa solicitudine uobis iure uestro sic à me exigẽtibus ordinatissima palpabiliq; claritate componere pro uiribus enitar: fretus in primis diuino auxilio postulato, ut docet Iacobus[a] in prima epistola, in fide, sine ulla hæsitatione: de hinc pertinaci ista ac diuturna assiduitate uestra, quæ studium mirificè supra omnia excitat, & timiditatem in scribendo meam omnium maximam inanimat, accendit, impellit: Necnon & librorum meorum copiosa satis multitudine, sed magis longa cum eis præterita familiaritate, non riuulorum, sed fontium ubertate decocta: Protestatione & recognitione imbecillitatis & insufficientiæ meæ præmissa ad proœmium opusculi à me in tit. præcedente editi, constanti, non ficta humilitate semper repetita. De cælo enim, iuxta Aquinatam Satyrum, cecidisse memor sum, Cognosce teipsum.

a Iac.] Et adde Act. c. xvij. & c. in nomine. & ibi Abb. de testi. & c. non licet. xvj. q. v. j. q. j. cùm Paulus. et xxvj. q. vij. nõ obseruetis. tex. in authẽ. de quæstio. & in authen. de armis. in prin. col. vj. et tex. in l. in nomine Domini. C. de off. præfec. Afric. etiam Bald. in proœ. quarti libri C. & in Spec. de aduoc. §. vj. uer. suppositis. & de instru. edi. §. ij. uerst. ante omnia. Et adde, quòd tria operatur in omni opere, ſ. bonum principium, melius medium, & optimum finem, ut per Bald. in prima consti. digestorum, in princ. & in authen. quomodo oportet episco. in prin.

De Rescriptis,

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 Rescriptum habet uim constitutionis inter partes, quasi dicat, non inter alios.
2 Rescriptum habet uim legis inter partes.
3 Impetrator rescripti an possit inuito aduersario renunciare rescripto? Et uidetur concludere, quòd sic, exceptis quinq; casibus immediatè sequentibus.
4 Rescriptum contra ius est suspectum: & si constat de mente rescribentis, mutat naturam, & potiùs est priuilegium.
5 Rescripta an sint strictè interpretanda.
6 Surrogatus in ius, quod defuncto competebat quomodolibet, acquirit possessionem: quia possessio quæsita & apprehensa iuris est.
7 Agere quilibet potest pro re ecclesiæ alienata, sicut pro inuasa.
8 Beneficium quid sit, & qualiter diffiniatur.
9 Cancellaria Papæ potest omnes causas, quæ sunt de communi iustitia, uni committere absq; speciali mandato.
10 Signare rescripta Papæ quis possit absente uicecancellario? Et dicit, quòd unus cardinalis de mandato Papæ.
11 Impetrans rescriptum per surreptionem, non est falsarius, nec excõmunicatus ipso iure.

CONsidera Primò uerba Io. And. continuantis hanc rubricam, dum dicit, quòd † rescriptũ habet uim constitutionis inter partes, quasi non inter alios. ¶ Limita ex dictis Arc. & Domi. in c. ignorantia. xxxvij. dist. ubi dicũt, quòd si datur certa forma diffinitioni causæ, & postea emergat aliud simile negotium, potest eadem forma diffiniri, per c. licet. xvj. q. iij. ibi, tũc formam pro cæteris cognitionibus scripsimus. & c. multi. ij. q. j. ibi, formam ad omnia similia. Et idem no. Ioan. And. in c. quia enim. de iudi. Et dicit Lud. Ro. consil. cclx. In proposito casu. in prin. quòd interpretatio facta per rescriptum ad postulationem unius concessum super iuris, uel Apostolicæ regulæ intellectu, facit ius generale, quo ad omnes, per l. fi. C. de legi. & per no. in c. in causis. de re iud. ¶ Quæ intelligas procedere in rescripto principis: sed in rescripto inferioris etiam habentis potestatem legis condendę non inducitur ex eo lex, siue rescribat, siue iudicet, aut epistolã trãsmittat. Ang. in l. j. ff de feriis. propter gloss. ibi, quæ incipit, Imo derogat. & sequit ibi Alex. post alios, quicquid dixerit idem Ange. loquens de epistola ducis Venetorum in l. item uenisunt. §. cæterùm. ff. de peti. hęre. Quem etiam reprobat Alex. consi. mihi numero omnium uoluminum continuatiuo, cccclxj. incipiente, Aliàs de facto consultus. aliàs est in itj. uol. xcvij. ubi respondet ad d. §. cæterùm. quod loquitur in habente potestatẽ principis. Opinio autem Ang. in §. cæterùm. posset procedere, quando illud rescriptum esset insertum inter constitutiones cõditas ab inferiore à principe, qui potest ius statuere in territorio suo, secundũ And. Sic. hîc. ¶ Cõsidera secundò, dum uult Io. And. in d. continuatione, quòd † rescriptum habet uim legis[b] inter partes. Et adde Rotam de dolo & contu. c. j. in antiquioribus, ubi dicitur, quòd rescriptũ cessum uni parti, ut ejus aduersarius possit compelli personaliter comparêre contra regulam l. fi. C. de procu. & c. j. de iud. in vj. operatur idem in ipso impetrante. Et dicit Bal. in c. j. in fin. j. eo. quòd rescriptum remouens appellationem, intelligitur etiam remouere appellationem ipsius impetrantis. Et dicit gl. in cle. sæpe. in uerſ. uoluerit. de uerb. ſig. quòd si actor obtinuit per rescriptũ, ut causa de sui natura plenaria agitetur summariè, erit idem, si in eodẽ iudicio ipse reconueniatur. Et sequitur Domi. in c. j. de do. & contu. in vj. & Ab. in c. fi. de mu. pe. ubi aliàs reduxi alia in simili de æqualitate in iudicio inter actorem & reum seruanda. Et in proposito dicit etiam Bald. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen. quòd si ex rescripto principis obtinuit uasallus, ut à feudo non caderet propter non seruata fœdera feudi, eodẽ modo dominus nõ amittet dominium directũ, si eadem non seruauerit, quod aliàs amitteret, c. j. §. ex eadem. de lege Conra. dixi in c. dilecti. de maio. & obe. Et dixit Bart. in l. in sacris. la iij. in fin. C. de proxi. sacro scri. lib. xij. quod rescriptũ cõcessum uni parti in solutione spartularum, prodest etiam alteri. ¶ Quæ omnia, & his similia, limita primò, nisi cõcessio esset facta motu proprio superioris, ut per gloſ. in d. cle. sæpe. & Abb. in d. c. fi. de mutu. pe. per tex. in l. iij. in prin. ff. quod quiſ. iur. & ibi plenè Scribentes. ¶ Secundò, nisi odiũ, aut fauor specialiter in una parte tantùm aliud inducat, secundum Bal. c. j. proxi. in fi. ¶ Et adeo procedunt ista, ut fiat longa quæstio, utrùm † aduersario inuito possit impetrator renunciare rescripto? De quo recurre ad omnes Scribentes in c. ex conquestione. de rest. spo. Bal. ponit in l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. pe. gloſ. in cle. constitutionem. in uer. nolle uti. de elec. Rota de app. xlv. in antiquis: Domi. in c. quoniam. post princ. de immu. eccl. in vj. Imo. post glo. pe. in c. cùm olim. de offi. deleg. Ang. in l. obseruandum. ff. de iudi. Imo. in c. ex tenore. j. eo. But. & Abb. in c. ex literis. in prin. de fi. instru. Ang. in l. iij. in princ. ff. quod quiſ. iuris. Et communior cõclusio est, quòd possit renunciare, ut etiam per Bald. in l. j. C. ut lite pen. & Maria. de Senis in c. fi. de cri. fal. etiam si motu proprio fuit causa commissa ad utilitatem priuatam. Abb. in d. c. ex conquestione. ¶ Fallit primò, nisi rescriptum afferat alicui ius ultra instantiam. Bal. in l. postquam liti. in fi. C. de pac. ¶ Secundò, dum modò satisfaciat reo de expẽsis. But. j. eo. super literis. uerſ. quia aduerte. ¶ Tertiò, nisi iam rescriptum fuisset præsentatum iudici. Bu. j. eo. ex parte decani. uer. not. primò. Sed Abb. contrà in d. c. ex conquestione. quia ante citationem licitum est pœnitere, authen. qui semel. C. quomodo & quando iu. & quia per presentationem ante citationem non confertur exercitium iurisdictionis, ut per eum latiùs, & per dictum domi. meum Fran. de Are. consi. xxxiij. consultatio præmissa. ¶ Quartò, nisi iam emanasset citatio: Abb. post alios in d. c. ex conquestione. & Lud. Rom. consil. cccxliij. ex themate. ¶ Quintò, nisi rescriptum esset ad bonum publicum: quia ei non renunciat impetrator. Host. in d. c. ex conquestione. etiam ante præsentationem, secundum Abb. ibi. ¶ Hos quinque casus restringe, nisi falsus procurator rescriptum impetrasset. Et commissio infundat nouum habitum & exercitium iurisdictionis. Rota de appell. lxj. Item fuit dubitatum & per me, &c. in nouis. Nam tali rescripto indistinctè renunciari potest: secus, si tale rescriptum infunderet solum exercitiũ iurisdictionis habenti eam habitu, ut in cõmissione, quę fit auditori Apostolico, secundum Rotam ibi. ¶ Ex quo fortè idem esset, quando scriberetur ordinario excitando iurisdictionem ordinariam, iuxta c. licet. & c. graue. de of. ord. ubi dixi, quomodo cognoscatur ista excitatio. Et ratio in auditore est: quia commissiones, quæ fiunt in auditoribus, potiùs sunt distributiones nullam iurisdictionem dantes, secundum Rotam ibidem: & eod. tit. lxij. & de iudi. v. & de offi. de leg. xiij. in nouis, ubi concluditur fortiùs, quòd impetrationes commissionum, quæ fiunt talibus, ualent etiam obtentæ ab excommunicato ad limitationem c. j. eod. tit. in vj. ubi hoc sequitur Domi. uerſicul. quid si ad instantiam. intelligens esse uerum, quòd auditores habent ordinariam in cognoscendo, sed in pronunciando delegatam, ut no. gloſſ. j. in cle. auditore. de rescri. & Rot. de re iudi. xvj. in nouis: est fi. Et ita intellige gloſſ. iij. in fi. in c. solet. de sent. excom. in vj. quam no. ibi Domi. in prin. Dixi latiùs infrà, eod. nonnulli. §. j. uer. fallit quartò. Commissiones tamen, quæ fiunt ab ipsis auditoribus, sunt strictissimè interpretandæ. Rot. de dolo & contu. xvij. item si impetretur. in nouis. Et istis adde Nic. auditorem Rotæ in Repertorio, fol. 159. uer. rescripta sunt communia. ¶ Ad diffinitionem rescripti adde text. in l. falso. C. de diuerſ. rescrip. ibi, ad ius rescribuntur. Ex quo text. sumpta est diffinitio, secundum Bald. ibi. Et est bona gloſſ. in capit. j. in uer. noscatur. de constitut. in vj. dicens, quòd † rescriptum contra ius, est suspectum: & si constat de mente scribentis, mutat naturam; & potiùs est priuile-

a Vim legis] Adde Io. de Por. in l. feudo. fol. ma. qd' intellige, si fit cõforme iuri cõmuni: quo casu potest allegari ad differentiarum decisionem, gl. in uer. subscriptionẽ. & Doc. in l. j. C. quõ & quando iu. & in l. ij. C. de leg.

a Priuilegium] *Ad quod adde domi.Soci.iuo cons. clxxiij.incip.Visa bulla Bonifacij. uersi.primum fundamentum.ibi,ex quib. patet. in ij. part.quòd rescriptum concessum cõtra dispositionem iuris communis, consequenter dicitur priuilegium proprie stricto & sumpto uocabulo.*

priuilegium[a]. Et not. ibi Domi.& dicit Ioan.And.in c.olim. de uerb.signi. quòd si priuilegium est propriè contra ius:unde illud frustra precibus simplorat,&c.l.j.C.de thesau.lib.x.& xxv. q.ij.in summa.Vnde rescripta dicuntur modici preiudicij.Bald.in l.j.C.de diuers.rescr. Et recipiunt interpretationem à iure communi.Bald.hîc per c.causam.ẽ.eo.ubi latiùs uidebitur.Et ubi princeps uocat priuilegium,& sigillatur sigillo priuilegiorum,non est necessaria alia clausula:quia satis apparet ipso facto, quòd tũc uult infringere legem.Ideo non requiritur clausula, Non obstante: Bald. pulchrè in l.Iapilli.uer.ego dico.ff.de re. di. Et una differentiam inter rescriptum & priuilegiũ ponit Abb.ẽ.eo.plerunq;.

¶ Signa autem cognoscendi rescripta ad lites, ponit Cald.in isto tit.consil.v.& ult.Dicam ẽ.eo. ad audientiã. ij. ¶ Cæterùm † ex eo, quod dicitur reicripta strictè interpretari,impugnat hîc latè And.Sic.aureum & uulgatum dictum Inn.in c.episcopi.de re.ecc.nõ alie. dum dixit,delegatum datum cum clausula ad ius & proprietatem ecclesiæ,reducas,malè alienata posse cognoscere & iudicare de occupatis, licet propriè non dicantur alienata manente proprietate,l.alienationis. ff. de uerb. sig.quia istud esset rescriptum latè interpretari,propter quod communiter damnatur Innoc. secundum eum, qui idem dicit in d.c.episcopi.& sentit Abb.ultra ipsum in c.nonnulli.§.j.in notabili.ẽ.eo. ¶ Tu uerò sequere Inn.quem approbat Spec.de rescript.præsenta.§.ratione quoq; form.uer.item quod in rescripto. Arc.in c. & si illi.xij quæsti.ij.in c.reuera.in fi.c.iij. q.ix. Bald. in l. iubemus.l.ij in fi.C.de sacrosan.ec.in l.si mulier.§. qui in possessionem.in fi.ff.quod me.causa.in l.j.ff. de constit. prin.Ludo.d.consi.cccxliij. sentit Innoc.in c.cùm olim. Abb.super uer.mentio.ibi,imo plus.de offi.deleg. & est tex.in c.j.de rest.in inte.& ibi Inn.in secundo no.& Abb. & facit tex.& quod ibi Bar.in l.si minoris.C.de iure fisc. lib.x. Vnde dicit Bald. in l. si de proprietate. C. si à non compe.iudic. quòd rescriptum,Conquestus est talis de Titio, qui iniuriam sibi de re ad ipsum pertinente fecit, concludit petitorium & possessorium. Alle.Innoc. facit in d.c.episcopi. ¶ Et ideo dicit Rota,ut lit.pen.uer.in

6 nouis:quòd † subrogatus in ius,quod quomodolibet competebat defuncto,acquirit possessionem:quia possessio quęsita & apprehensa iuris est.Bene facit l.si quis à se fundum.ibi,possessionis iura reparẽtur. C. ad l.Iul. de ui.quem tex.no.ibi Bald.pro dicto Inn. præalleg.Est uerum,quòd aliquando in rescriptis dicitur deperdita & alienata,reducas ad euitandam opinionem contrariam Inn.quæ tamen non est uera. Ita dicit Card. in cle. ij.in prin.in ix q.de reli.do.& ibi Imo.uer.no.bene glos.

7 ¶ Et dixit Lap.alle secũdò dicebatur.in prin.quòd † sicut pro re ecclesiæ malè alienata quilibet agere potest, etiam non prælatus,ita pro inuasa:& sequuntur But.Imo. & Ab.in c.cùm olim. de testi. Sed uide ibi dominũ meum de Are.ubi impugnando Lap.& predictos uult, quòd dictum Innoc.in c.episcopi,loquens in delegato, non debeat extendi adeo, ut facultas data cuilibet de clero per c.si quis presbyterorum,de reb.eccl. non alie. habeat locum pro recuperanda re ecclesiæ non alienata, sed inuasa, ut ibi per eum. Ex his remanet roboratum dictum Inn. ¶ Ad rationem in contrarium respondet Ab.in d.c.episcopi. quòd respectu uirtutis extensiuæ rescriptũ strictè interpretatur,ẽ.eo.Rodulphus. cum si.sed respectu uirtutis comprehẽsiuæ,quo ad uim uerbi,secus. Aliter etiã respondebitur infrà. ¶ Scias etiam pro huius puncti complemento,quòd ubi rescriptum narrat spolium, uel uerba concernentia possessionem,non poterit reduci proprietas.Ita uoluit collator Rotæ contra alios coauditores.in ti.de cauf. pos.ix. Item si committatur,in ti.in nouis. ¶ Nec obst.dictum Inn.in d.c.episcopi.quia,secundum ipsum,uerba posita in rescripto, ea quæ de bonis sapiunt, & sapere possunt tam petitoriũ,quàm possessorium: secus,ubi simpliciter narratur de spolio, & subinde obtinetur commissio:quia non uenit proprietas,secundum eum contra alios ibi:quem sequitur Ab.in c.j. de seq.pos. & fruc. post But.ibi ad fi. Hoc autẽ limitatur, nisi spoliatus dicat rem ad se pertinere:quia per hoc uerbum Pertinere, transit cognitio petitorij. Ita firmat Rota præalleg. de ca.ix.in no. licet Collector insistat etiam contra hoc, ut ibi per eum.Et opi.Rotæ contra Collec. sequitur But.in d.c.j.& ibi latiùs Ab. quia uerbũ Per-

b tinere,est latissimum[b],& aptum comprehendere tam petitoriũ, quàm possessoriũ,c.cùm ad sedem.de restit.spo.c. cùm uenerabilis. de excep. & l. uerbũ illud Pertinere.ff.de uerb.sig. & p Bal. in d.l.si de proprietate. C.si à nõ compe.iud.& per But.in c.cùm ecclesia. in prin.de causa pos.& propri.ubi etiam ponit, an sufficiat apponere hoc uerbum per uiam causæ, ut pero rem, qa ad me pertinet. Cæterùm quando fit simplex cõmissio,bene trãsfertur potestas cognoscendi tam super petitorio, quàm super possessorio:sed sec', si simpliciter super altero tãtùm, ut per Rotam,But.& Abb.ubi s. Quòd autẽ uerbum Pertinere,sufficiat ad petitorium & possessorium,notat etiã Bald. in c.inter dilectos.propter gl. ibi de fi. instru. Et sufficeret dicenti rem ad aliquem pertinere, si docet, quòd pertinet ex possessione, uel quasi, etiãsi ad alium pertineat proprietas. Rota de rescrip. xliij. quidã impetrauit in antiquis : quæ est etiam de præben. v. in antiquioribus.Volens, quòd si Papa scribit pro beneficio pertinẽte ad collationẽ,talis intelligitur, etiamsi pertineat solùm quasi possessio, licet ad alium spectet proprietas, nisi diceretur ad ius & proprietatem. Ad quod etiam uide Cal.de præben.consil.xxiij.& Rotam de iurepa. xiij. in antiquis, & Io.And.in regula,mora.in j.q.in Mercur. ¶ Et facit ad hoc consil.Mariani de Senis,mihi lviij.uisis & diligenter. ubi consuluit, absoluendum inquisitum : quia dic. batur in inquisitione rem pertinere ad talẽ. Nam poterat pertinere aliter, quàm iure dominij.Ergo non cõcluditur fuisse furtum.Allegat Bar.in consi. Videtur dicendum dictos accusatos.Sed si dicetur,Spectat,tunc bene denotat etiam dominium, ut sentiũt prædicti,& firmiter Albe.in Dictionario, in uersic.spectãt.Allegat Host.in c.licet causam.de probat.no. Io.Pe.in sua practica, quæ uulgò dicitur Papiensis, fol. 6.ad fi.in uer.spectat & pertinet.Inn.& Io.And. in c.dilecta.in uer.spectantia.de offi.archid. De uerbo aũt Competit,uide Domi.in c.omnes leges.in ult.col.j.dis. Itẽ ad rationem suprà dictam per And.Sic.contra Inn. in d. c. episcopi.respondet etiã aliter Ab.in d. c.j. de seq.pos.q licet dicat hoc,q rescripta sunt strictè interpretanda, tamen potest dici, q ub. uerba patiuntur, sunt latissimè interpretanda, cùm contra ius nihil concedat, sed solùm

Est latissimũ] Adde idem tenetem do. Soci. suo consi.viij.inci.Visis & diligenter inspectis.uersi.secundò principaliter. circa mediũ in prima part. & consi xlvij.incip. In primo præsentis consultationis. circa medium ij. col.in d.parte: & consi.clj.inci.Cõsideratis omnib', uersicu.præcessit. circa med. in d. parte. Et adde Flo. in l.j.§. j. ff. de seruit.urb.prædi.ubi dicit post Inno.in c cùm ecclesia sutrina. ẽ. de causa pos. & propri.quòd si est functũ,uerbo Cõsuetudo ,im ortat petitorium, ut si dicitur, q.tenet ad me de consuetudine : de quo etiam per Bal. in add.ad Spe in tit. de causa pos. & propri.uer.quia agit.et adde domi. Alex. de Imol. in suo consi.xlij.iiij. parte,& Fede.de Se. in cõs clxxxix.consi.latũ, & c.

lùm actionis exercitiũ coram iudice delegato:ad quod tene menti tex.ibi,& præalleg. dictũ Inn. secundũ eum. Cætera de rescriptorũ interpretationibus dicam ẽ.eod. causam.& in plerisq; locis huius tí. ¶ Circa diffinitio-

a nem aũt beneficij[a] dicit Io.An. in d.c.

a Beneficij] *Beneficium quod dicatur,uide Bal. in Marga. in uerb. beneficium.uersi. vij.& Host. in c. dudum.de elec.*

8 olim.de uer.sig.q † aliquãdo capitur largè,iuxta c. Obertus.de milit. uasall. qui contu. est. prout est cõcessio gaudium tribuens,&c.Sí accipit in c.ordinarij.§.si uerò.de offi.ord. in vj. & per gl.fi.in c. quia circa. de priui. & in d.c. olim.Propriè uerò est beneuola actio præter ius, quæ latè interpretat, in c. cùm dilectus.de dona.nisi sit ad beneficia ecclesiastica, c.quamuis.j.de præben.in vj.dicet in d.c.causam. Et de natura beneficij latè per Bald.in l.beneficiũ.ff.de const. prin.& ibi melius omnib' per Alb.de Rosa.uer. ex prædictis patet. ¶ Breuia dicuntur,quæ à solis secretarijs cõficiuntur, & per Papam signant in cera rubea annulo piscatoris,eandem uim habentia quam rescripta.Ita dicit gl.ij.in suprascriptione in extrauag.unigenitus.folio impressarũ 115.facit c.j. de feu.guar.ibi,breue testatũ. ubi exponitur,id est,publicum:ideo sic appellatũ,quia fit breuibus uerbis,secundum Bald.& Ia.de Alua.in c.j. in prin.de contro.inuest. ¶ Demum no.quinque introductoria ad materiã.Primò, q omnis,qui nõ prohibetur,potest impetrare.Host.hoc ti.§.quis possit.Etiam seruus,l.j.& l.uniuersis.C. de preci.impe.offe.Vnde Rota de iudi.v.in nouis,& Egi.Belle. decisi.dccxxx. cõmissio impetrata.tandem firmant filiamfa.posse impetrare non obstante patria potestate. Ponunt etiam Bart.& Bal.in d.l.j.quãdo possit quæri,quis impetrauit:Quibus adde,q hereticus nullo casu impetrat,c.quicunq;. §.ad hoc.de hæret.in vj.& dicit Imo.post Card.s. ti. quæ in ecclesiarum.in notabil.q pro utilitate publica quilibet potest impetrare, dum modò nõ sit aliàs inhabilis. Et intellige de inhabilitate expressè repellente ab impe trando,ut hæresis & excommunicatio:non de qualibet inhabilitate,ut sic tollatur una ratio And. Sic.hîc sumpta ex dicto Bal.in l.si quis.§.hí quoq;.ff.ad Syll. De his

9 etiam ẽ.eo.nonnulli.j.§. ¶ Secundò no. quòd † cancellaria Papæ potest omnes causas,quæ sunt de cõmuni iustitia, committere absq; speciali mandato : Bellemera decis.dcij.inci.cancellaria. Non tamẽ signat ea,in quibus est opus plenitudine potestatis Papæ:putà,cõmittendo causam pendentem in partibus, ut per eundem Belle.decis.xlvj.excep. Dixi ẽ. eo. super. in vj. regu-

10 la,& aliqd ẽ.eo.cùm dilecta. in prin. ¶ Tertiò no. q † ubi non est uicecancellarius, signat unus cardinalis de mandato Papæ,& illi signaturæ statur respectu signati, & respectu assertæ commissionis designando:Belle.decis.dcxxxvj.supposito, q domino nostro. ¶ Quartò not. q causæ beneficiales ultra summã lx.flore. de camera non cõmittuntur Cardinalibus: & commissio est nulla.Ita est constitutio in curia Ro.quę omni anno publicatur in rotą primo die Octobris.Et refert Franc.Paiuinus sup extrauag.ad onus. quæ est in trac. suo De se-

11 de uacan.folio 38. ¶ Quintò & ultimò not.q † impetrans literas do. Papæ tacita ueritate,uel suggesta falsitate,nõ est excõmunicatus ipso iure. Richar. de Media uil.in iiij. sen.dis.xvij, q.ij.art.iij.respõdet ad iura excõmunicantia falsarios, quæ allegaui in c.ij.uer. præsumitur.ẽ.eo. quod loquit in falsantibus literas modis in iure expressis,uel æquiualẽtibus: de quibus in c. licet. de cri.fal.inter quos nõ est iste.Et sequit Archi. Flo.in secũda parte tertię partis suæ summę cxvij.censurarum:addens Pet.de Anch.in c.ad falsariorũ. de cri.fal.ubi dicit, q impetrans, uel utens rescripto subreptitio punit pœna c.super literis.ẽ. eo. non tamẽ incidit in pœnam d.c. ad falsariorũ.Et dictum Car.præalle.sequitur etiã Astesanus in sua summa lib.vij.ti.ij. art.xxiiij. & frater Fran.

c. sicut Romana.

SVMMARIVM.

1 Princeps potest tollere appellationem.
2 Legatus non potest committere causam sublato iuris ordine. Super qua conclusione uide declarationes & ampliationes usq; ibi,uale priuilegium,&c.
3 Priuilegium secundũ contra primum generale ualet,non facta mentione primi,siue contineat ius commune,siue aliquid ultra.
4 Priuilegium continens idem, quod ius commune, debet ita intelligi, ut aliquid addat iuri communi.
5 Princeps si concesserit alicui iudici facultatem inquirendi de aliquo maleficio, poterit ille iudex uirtute huius priuilegij inquirere, uel procedere,non præcedente fama.
6 Priuilegium si sit datum ecclesiæ,quòd nulla currat contra eam præscriptio,uidetur etiam tolli præscriptio longissimi temporis.
7 Verbum Filij,in priuilegijs licet non intelligatur de adoptiuis, fallit tamen,si non potest uerificari illud priuilegium,nisi in filijs adoptiuis.Iunge simi.nu.8.9.
10 Dispositio secunda contraria primo priuilegio,non derogat ei,nulla de primo facta mentione. Et hoc ponitur pro regula secũdum omnes,quæ regula patitur sex fallentias.nu.11.
12 Lex, uel princeps ubi ponit clausulam derogantem priuilegijs, non intelligitur in dubio de insertis in iure.
13 Mentio non est facienda de primo priuilegio in secundo,quando primum priuilegium est nullum,uel subreptitium.
14 Rescriptum ad lites,quando est contrarium priuilegio, à quo causatur priuilegiato ius peremptorium, ut est uidere super non solutione decimarum,non facta priuilegij mentione ualet.
15 Iure communi sublato non intelligitur sublatum statutum simpliciter illi conforme. Hanc conclusionem limitat xij.modis.
16 Accidens qualificatum adueniens enti,facit rem alterius speciei.
17 Populus si seruaret legem mille annis,non inducitur cõsuetudo: quia non seruat animo inducendi consuetudinem, sed seruandi ius commune.

CAPITVLVM I.

Sicut Romana.

¶ Omissis superfluis, addendo primis dictis, quę ponit hîc Ab. quòd † princeps possit effectualiter tollere appellationẽ[b], uide Ab.in rub.de app.sicut lex prohibet appellare, ix. q.iij. cuncta.

1 2 6 ¶ Et tollit tertiã appellationem. Nec dicitur tollere defensionẽ:quia præsumitur causa, adeo ut delegato tãtum confidat,quantũ de ipso. Sed caue: quia si ista esset defensio iuris naturalis, non præsumeret causa. Abb.s. tit. proxi.quæ in ecclesiarum. ibi,hoc dictum uidetur durũ. & in c. cùm olim. de re iud.& in dispu.inci.episcopus.Ideo Phili. in c. pastoralis. in princ. de app. nõ putat hîc sumi defensionem, prout in cle. pastoralis. de re iud. sed tanquam inductã à iure ciuili, sicut & recusatio, quam princeps tollere põt, secundum eum. Pro quo uide Domi. de app.nõ solùm.lib.vj. Abb.in c.dilecti.ibi,sed tu dic latiùs.de excep. dum dicit,quòd cle. pastoralis, intelligitur

b *Appellationẽ] Adde Bart.in l.fi. in fi. C.de sen.& tex.in l.j.§. interdum. & ibi Bart. in j.& iij.opp.ff. qui.ap.nõ licet.et per Spec.in tit.de app.§. in quibus. uersi.xij. quando appellatio.et seq. & not. plenè per do.Soci.consi.suo cxcv.incipi.Circa primũ cõsultationis articulum. in princ. in ij. parte.*

de defensione, Vim ui, &c. post Bal. in l. cùm mulier. ibi, ideo dic, quòd triplex est defensio. ff. sol. mat. & sequuntur latè Moderni lib. Maleficiorum in uerbo, & est quædam inquisitio. & Ang. Are. Insti. de excep. in prin. cum concor. quas dixi in d. c. dilecti. Et ideo non sine causa Bart. in l. omnes populi. ibi, iuxta præmissa. ff. de iusti. & iur. uolens statutum non posse appellationem tollere, non fundat se: quia appellatio sit defensio, sed super iure superioris, iuxta c. uenientes. de iureiur. Et ista tene, quamuis And. Sic. hîc impugnet communem, rationibus per prædicta sublatis. Quibus adde Salic. in l. fi. C. de sen. dicentem, quòd ita potest tolli à principe recusatio, sicut appellatio: & latè Phil. de app. in c. postremo: & alij, quos reduxi, de excep. cùm inter. respondendo motiuis And. Sicu. destruentis communem, de foro cõpe. ex transmissa.

a *Legatus] Ad huius text. materiam uide no. plenè per dom. Soci. suo cons. xcvj. incip. uiso processu. circa med. in j. parte, ubi etiam, quid de gubernatore alicuius ciuitatis ex potestate à pontifice attributa: ubi etiã, an talem potestatem poterit delegare.*

a Legatus [a] Non † committit causam sublato iuris ordine. Abb. hîc allegando gl. in c. fi. in glo. maiori, quasi in fi. de hære. in vj. Adde Domi. in c. quæ in ecclesiarũ. s. ti. proxi. & ibi Imo. Ana. in c. cùm in diœcesi. de usur. Ab. in c. dilecti. de iudi. & in c. quo ad. & in c. nisi. de off. dele. & in c. super quæstionum. in princ. de officio deleg. Card. in cle. ij. in fi. de iudi. & in cle. sæpe. q. x. & seq. de uerb. sig. & pulchrè Bal. in l. nec quicquam. §. fi. ff. de off. procõs. & leg. & Vitalis in lib. De clausulis, fol. vij. post medium: & Alex. post Imol. in l. nemo potest. de leg j. & Domi. in c. iudex. de of. dele. in vj. & Phil. in c. postremo, de app. In quibus locis extolli tur d. gl. per quam dixit Abb. in c. j. de transac. quòd legatus non potest supplere defectum iuris commissum in constituendo. Et per illam gl. dixit Abb. in c. fi. in ij. no. de confirm. uel inut. quòd omnia tendentia ad uiolationem iuris sunt prohibita legato. Per illam gl. dixit Sali. in l. fi. C. de senten. quòd legatus non

b *Appellatione remota] Adde domi. Alex. de Imol. in consil. cvij. iiij. parte.*

b potest cõmittere causam app. re. [b] Sequitur Imo. & Ang. Are. in l. j. §. fi. ff. à quibus app. non licet. Pro quibus est glos. magna in fi. in d. c. quo ad. Et dicit Rota de iudi. in vj. in antiquoribus, quòd talia prohibent legato, etiam si partes consentirent, q̃ ea attentaret. Et dicit Bald. in l. j. ad fi. ff. de off. præfec. præto. quòd legatus Papæ non facit contra prohibitiones iuris. Allegat Io. An. in c. nemo de inceps. de elec. in vj. Et istis adde gl. fi. in fi. in cle. ij. de rescr. & in cle. sæpe. in uerbo, mãdamus. de uerb. sig. & in c. indemnitati. in uerbo. sine strepitu. de elec. in vj. quæ gl. uidẽtur si miles prædictæ. Facit c. dilectus. de præben. & no. Spe. de leg. §. superest. ibi, sed nunquid legatus. Et dicit Spe. in illo ti. §. nunc ostendendũ. uer. legatus. q̃ legatus non potest committere causam, quæ ibi pendet. Concordant alij, de quibus per Phi. in c. ut nostrũ. circa fi. in iij. q. de app. & dicit Fede. cons. cc. q̃ permutatio. q̃ legatus Papæ nõ potest tollere ius alterius. Facit, quod dicit Bal. in l. ij. uer. & ideo licet Imperator. C. de ser. & aqua. ¶ Amplia ista, etiam si Papa concessisset legato legationem cum clausula app. re. quia licet operet, quo ad sententias per eum ferendas, non tamen potest lega tus concedere hoc suo delegato. Bal. in l. ij. C. de app. facit c. super quæstionem. in prin. §. fi uerò. de offi. deleg. ¶ Amplia secũdò, etiam si Papa committat alicui uniuersitatem causarũ cum plena & omnimoda potestate. Bal. in d. l. ij. & sequitur Imol. in l. j. ff. à quibus app. non licet. & Vitalis, ubi s. Pro quo uide omnino Bal. in l. j. circa medium, ff. de test. mil. ubi sentit, q̃ si Papa concessit uni Comiti plenum & liberum regnum ciuitatis Tuderti, non per hoc poterit illi committere causas summariè & de plano. ¶ Modò declara prædicta quinq; modis alibi non reductis. Primo, ut nõ procedant in principibus non recognoscentibus superiorẽ: quia licet sint minores Papa & Imperatore, tamen possunt facere huiusmodi commissiones. Phi. post Abb. in d. c. pastoralis. in prin. quibus adde Lud. Ro. in rub. de arb. ibi, tu uerò al leg. ubi exemplificat in dominio Florẽtino, propter dictum Bal. in l. ij. C. de serui. & aqua. Adde Bar. in d. l. j. ff. à qui. app. nõ licet. & facit, qd̃ ipse no. in l. in famem. ff. de pœ. iud. & in l. j. §. de qua re. ff. de postu. cum cõcor. quas ordinaui, de præscr. in c. cùm nõ liceat. tractando, quomodo possint tales non recognoscere superiorẽ iuridicè. ¶ Secundò declara, ut ista nõ habeant locũ in inferioribus à principe seculari, qui habent potestatẽ statuendi contra iura: q̃a possunt etiã committere app. re. Bal. in l. fi. C. quorũ app. & Pau. de Cas. consil. cxxv. inci. Super primo dubio. ibi, quartò principaliter. dicẽs, quòd glo. in d. c. fi. p̃cedit solùm in ecclesiasticis. Quare aũt ecclesiastici habeant minorẽ potestatẽ in tollendo iura, cp̃ seculares, dixi in c. qd̃ super his. de ma. & obe. Et ad hanc declarationem uide etiam Alex. in d. l. nemo. ¶ Tertiò declara, ut non habeant locũ in appellatione ab interlocutoria: q̃a illam potest remouere inferior à principe, l. fi. C. de sen. & interlo. om. iu. fm intellectum, quem sequunt ibi Bar. & Angel. & Sal. & And. Sicu. in c. quo ad. de offi. leg. & Vitalis in libro de clausulis, fol. 7. ¶ Sed iste intellectus cõmuniter non tenet, ut per Bart. in l. fi. ff. à qui. app. nõ licet. & Bal. in d. l. fi. & in additionibus Spec. in ti. de app. uer. clausula App. re. & Imol. in d. l. j. à qui. ap. nõ licet. & Phil. in d. c. pastoralis. in princ. concludentes, q̃ talis inferior põt hanc clausulã apponere, ut deseruiat iuri, i. ut appellatio nihil operet, nisi secundũ iuris dispositionẽ. ¶ Quartò declara, ut nõ procedant in episcopo, q̃ per uiã statuti disponeret sup modo procedẽdi, etiã faciendo de nouo causam summariã. Bal. s. ti. proxi. cùm omnes. q̃a aliud est cõmittere, aliud statuere. Statutũ em̃ est generale & fauorabile, sed delegationes sunt particulares & quodammodo odioſæ. Sed hoc reprobat Ang. Sicu. in clem. ne Romani. ibi, ego uerò puto. de elec. per illum tex. in uersi. tolli. q̃a ita tollere ius statuẽdo, sicut committẽdo. Inducit etiã Bal. in l. omnes populi. ibi, sed hîc dubitat. de iust. & iur. ubi firmat nõ ualere statutũ episcopi cõtra ius Canonicum. Est tex. in c. qd̃ super his. de ma. & obed. Et pro ista impugnatione uide omnino Ang. in dispu. Astensis miles. ibi, de secundo, an ualeat. ubi uult episcopũ nõ posse statuere, ut cõtra usurariũ sufficiant probationes imperfectæ, ppter gl. in d. c. fi. Et sic intelligit eam etiã in statuto. Et idẽ Fed. cons. xvij. inci. q̃stio talis est. cum cõcor. de quibus per Ana. in c. cùm in diœcesi. de usur. Certos aũt casus, quibus põt episcopus statuere contra canones, dixi latè in d. c. qd̃ super. ¶ Quintò declara, ut ista non p̃cedant, q̃n legatus ex magna causa inducereturad committendũ causas sine strepitu, &c. putò attento statu loci & rei. Ita Imo. importantissimè in c. fi. ij. no. de transact. per illũ tex. qui bene facit: & sequit Alex. in d. l. nemo põt. Ad idem, qd̃ no. Bal. in d. l. omnes populi. dicens, q̃ episcopus ex magna & necessaria causa põt statuere cõtra canones: arg. l. si hominẽ. ff. mandati. per quã l. multa alia dicunt in simili, ut dixi in c. j. in vij. fal. s. tit. proxi. & in specie de hoc dicto Bald. dixi in d. c. quod super. Et intelligerem hanc declinationem, dum modò de causa appareat: quia in inferiore non præsumitur, ut per Inn. de elect. dudum. Io ij. uersus fi. cum si.

3 Valet Secundũ † priuilegiũ contra primũ generale, nõ facta mentione primi, siue cõtineat ius commune, siue aliqd ultrà. Hosti. Io. An. Ant. Bu. Car. Imo. & Domi. hîc, & Domi. in c. quoniam. xvij. dis. per regulã, generi. cum si. de reg. iur. in vj. ¶ Limita sex modis.

c partium [c]. Et idem dicit de processu, per c. bonæ. de confirmatione utili. & in d. c. inter. de re iud. Et dicit mirabile uerbum Old. consi. cccxxiiij. Factū tale est: dominus noster Papa. quòd non sufficit facere mentionem de gratia expectantis, etiam nisi fiat mentio de clausula Anteferri, quando est in ea inserta. Quæ autem dicatur notabilis clausula, relinquitur arbitrio iudicis de surreptione cognoscentis. Abb. in d. c. ex conquestione. Et hæc, quo ad extensiones.

a *Processus & causæ] Adde, q̄ debet fieri mentio de processu in specie, non in genere, id est, debet fieri mentio de articulo principali, de exceptiōibus, de iudicibus, & de litigantibus, secundum Abb. in c. inter monasterium. in princ. in uers. nunc extra. gl. de re iud.*

b *Rescriptum] Quo casu autem rescriptum per rasuram non uitiatur, uide dom. Soci. consi. xv. incip. Visis productis instrumentis. uers. quid omnia. cir. med. in j. parte.*

c *Consensus partium] Adde, quòd si rescriptum sit impetratū de cōmuni cōsensu partium, si secundum impetratur non facta mentione de communi consensu partium, sed solùm de primo impetrato, secundum tāquam surreptitium non tenet, ut per do. Soc. suo consi. clxxiiij. inci. Visa bulla Bonifacij. uers. confirmantur etiam præmissa. in ij. parte.*

Restringitur Septē modis dicta regula huius literæ. ¶ Primo ex dictis Ioan. And. in d. c. ex literis. de offi. deleg. ubi dicit, quòd si super appellatione impetrantur literæ, & ante sententiam fuerit appellatum, sufficit, quòd de causa appellationis fiat mentio: sed si post sententiam, sufficit dicere de appellatione absque exacta mentione primi rescripti, uel processus. Et post multa hæc est ueritas, secundum Io. An. q̄ in literis impetratis super cōmissione appellationis non requiritur tanta subtilitas circa expressionem uel suppressionē ueritatis, quanta in aliis: quia considerata natura appellationis nō impetrantur ad aliud impugnandum, sed potiùs ad impetrātem defendendum: de ap. cùm speciali. §. porro. & sunt de simplici iustitia, de cri. fal. accedens.

dens. imò fauorabiles & ampliandæ, secundum eum: saluo nisi primò emanassent aliæ literæ in causa appellationis: quia esset idem dicendum in secundis, quòd hîc dicitur. Imo. in d. c. ex literis. traditur infrà, eo. ex parte. Bonus tex. de confir. utili. bonæ. ¶ Secunda restrictio: Vbi † impetratur gratia cōcernens rescriptum, uel
5 litem, non est necessaria eorum mentio. Io. An. de elect. dudum. lo j. ad fi. Sequitur But. in c. ij. ibi, uel ad omnia contraria. de re. in inte. Et dicunt ualere dispensationē, in qua tacetur accusatio criminis, & eius pendentia: Nec̄ opus est uocare eos, qui eum elegerunt in executione gratiæ. Inn. de renun. nisi. super uerbo Indulgeri. Et ibi latè Imol. quia nemini præiudicatur. Nec etiam accusatori: quia pœna non imminet, si quantum in se est, probat, licet pœna non sequatur. Bene facit Rota de rescr. xxv. in nouis, dicens, quòd innouatio facta pendente lite ualet, ubi nemini præiudicat, saluo, nisi esset interim quæsitum ius alteri, putà electio, secundum præ dictos, per c. fi. ut lite pen. no. Domi. l. dist. si quis presbyter. Et Abb. post Io. de Lig. de iudi. at si clerici. §. de adulteriis dicentes, q̄ dispensatio facta cum eo, qui erat prīuandus, non præiudicat ei, qui impetrauerat illud conferendum beneficium ei secuta priuatione. Idem Cald. in isto tit. consi. xij. & Card. xxxiij. in hac dubia causa. & Archi. & Domi. in cap. si quis presbyter. l. dist. Et adde Franc. de Are. consi. vij. procedendum est breuiter. ubi intelligit dicta Doct. in cap. dudum. prout ibi per But. uidelicet quando dispensans, uel habilitans scit collationem præcedentem fuisse inutiliter factam. Et ita etiam expressè uult Ioan. And. in d. cap. dudum. dicens, quòd si tempore electionis, uel collationis patiebatur electus defectum ordinum, uel ætatis, & Papa postea dispenset cum illo, non ualet electio, uel collatio, nisi Papa de electione, uel collatione prius facta faciat mentionem, ipsius supplendo defectum. Et ita etiam dixit Inn. ibi, & sequitur But. uer. ex his infert Inno. Tamen, quando ageretur de aliqua dispensatione, quæ haberet tollere rescriptum, uel litem alicui motam, non autem purgare aliquid uitium prouisionis de eo factæ, non uidetur necessaria mentio rescripti, uel litis, ut est de mente prædictorum, quos uide. Et dicta Inn. & Ioan. And. in d. c. dudum. Sequitur etiam ibi simpliciter Domi. ad fi. licet Imo. & Abb. ibi de hoc non tangant. Et quòd dispensatio superueniens ualidet electionem irritabilem, uide etiam Cal. de elec. consi. j. & Arch. & Dom. in c. quicunq̄. ij. l. dist. An autem ualidetur per confirmationem, latè ponit Pet. de Anch. in regula j. in vj. q. de reg. iur. in vj. cum concor. ab eo allegatis. ¶ Ter-
10 tia restrictio: Si auditor primò datus remittit causam ad cancellariam, tanquam procedere non ualens, secunda impetratio tacēs de hac prima, quæ euanuit, ualet. Aegi. Belle. conclusione ccccccc. si delegatus. ¶ Quar-
6 ta restrictio: Sufficit, q̄ † signatura dicat, Talis audiat: ita si fuit præmissa narratio de cōmissione alteri facta, censetur reuocata absq̄ expressiori reuocatione, tanq̄ constet de mente Papæ, secundum Rotam in isto tit. decis. vj. in nouis. Et ibi habes in additionibus, quòd debet fieri plena narratio de primo rescripto, & de rebus in eo contentis, & de personis iudicum. Vbi autem ad eosdem fit impetratio, secus, ut etiam suprà, in vj. limi-
7 ¶ Quinta restrictio: Rescriptum † impetratum in alia causa nō tenetur facere mentionem de primo. Text. hîc in uerbo, eandē causam. Ampliat, etiamsi esset eadē materia dum modò non sit eadem causa. Ioan. de Deo q. xj. Et sequitur hîc Ioan. And. & Domi. dicentes, quòd si aliquis narrauit se in renunciatione circumuentum, & Titium simoniacè sibi surrogatum, & obtinuit sibi prouideri, si ita est: deinde Titius impetrat contra ipsum super reuocanda prouisione illi facta, quòd non est eadem causa, sed bene eadem materia: sentientes, ut puto, quòd sufficiat fecisse mentionem prouisionis factæ, licet de causa, uel processu nihil fuerit dictum. Co-
8 gita: quia seruiet ad multa. ¶ Sexta restrictio: Valet † secundum rescriptum speciale nō faciens mentionem de primo generali, per c. pastoralis. §. j. infrà, eo. Et aliàs audiui dominum meum de Aretio dicentem oretenus, quòd fortè idem est, ubi secundum rescriptum nō euellit causam de manibus primi iudicis, sed committit certum articulum ipsius causæ: & iuxta cle. j. de off. dele. & uidetur tunc habere locum, quod de procuratore dicitur in c. pe. infrà, de procur. cum concor. Et intellige rem, nisi super illo articulo iam cœptus esset pro-
9 cessus, per prædicta. ¶ Septima restrictio: Secundum † rescriptum proprio motu concessum, ualet, non facta mentione primi. Ita aliàs audiui allegare & extolli Bu. in c. fi. de dila. per illum tex. Et quia motus proprius tollit surreptionem, c. si motu. de præb. in vj. Hoc non affirmo: primò, quia tex. in d, c. fi. & Bu. loquuntur in præceptis contrarijs, in quibus nemini præiudicatur, ut ibi per Abb. sed hîc agitur de præiudicio partis. Vnde non uidetur, quòd propter motum proprium ualeat secundum tacens de primo. Fateor, quòd non potest dici surreptitiè impetratum, sed bene dici potest, non est de intentione rescribentis præiudicare iuri alterius sibi incognito. Ioan. An. & Domi. in d. c. si motu. glos. in uer. ualidam. in cle. si Rom. de præben. quia motus proprius non nocet tertio. Host. But. & alij. de testib. causam. lo ij. But. qui fi. sint legi. per uenerabilem. Abb. in c. j. de iudic. xij. ibi, tertia principalis. Domi. in c. si propter. de rescr. in vj. Hinc est, quòd in beneficialib. motus proprius non facit secundum impetrantē præferri primo, nisi de eius litetis mētio fiat. Imo. post Cal. & Bu. ſ. eod. mandatum. Et ideo dicit Card. consi. xcviij. Papa uniuit. quòd ubi dicitur motu proprio, debet intelligi, Si preces, etc. ut ſ. c. prox. maximè, quando causæ mouentes Papam sunt tales, quibus cessantibus de iure cōmuni dispositio non teneret. Dixi ad saturitatē in d. c. causam. & dico infrà, eo. ad aures. uer. quinta cōclusio. Fateor, q̄ secundæ literæ reuocantes primas motu proprio, sunt ualde fortiores, ut ſ. dicetur: sed Doct. ibi allegandi expressè præsupponunt, q̄ de primis fiat mentio. Ideò hæc restrictio remanet sine fundamento. Vltima restrictio: Nisi primum rescriptum occultetur dolosè per annum, infrà, eod. plerumq̄. Et ex his facta est materia clara longè opulentiùs, quàm per Scribentes hîc. Modò est uidendum, an secundum rescriptum non faciens mentionem de primo, sit nullum, uel irritandum.

Non est Nullum † secundum rescriptum tacens de primo, sed ope exceptionis annullandum, secundum omnes Doct. hîc, excepto And. Sic. Et ante confirmationem communis opinionis sunt paucis uerbis tollenda duo eius motiua plena multiloquio. Primò inducit istum tex. ibi, nec obtinent alicuius roboris firmitatem: quæ uerba important ipso iure, sicut infrà, eod. ad aures. illa uerba, Vires nolumus obtinere, important in beneficialibus ipso iure, secundum omnes ibi. Ad idem de renun. quòd in dubijs. ubi idem dicitur de istis uerbis, Nullam obtineat firmitatem, & in l. prolatam. C. de senten. ibi, non obtinet authoritatem rei iudicatæ. & exponitur, quòd est nulla. SOL. Hoc nemo negat, sed talia uerba denotant nullitatem ipso iure in materia, in qua per alia iura nō est declaratum, q̄ sit opus exceptione: secus, ubi est declaratum, prout in proposito: quia in contentiosis surreptio non uitiat ipso iure. Dicetur ſ. eo. ad audientiam. lo ij. Patet infrà, eod. plerumq̄. ubi secundæ assumunt uires data annali occultatione primarum. Ergo non erāt nullæ, quia non reconualescerēt: regula, non firmatur. lib. vj. Et ideo Domi. hîc not. quòd in statutis similia uerba non denotabunt ipso iure, quando repugnat aliud statutum. Similiter dicit Imol. in d. c. ad au-

c. cæteruni.

res ulti.not,quòd ista uerba Nullas uires,etiam intelligũtur ipso iure, salua tamen natura subiectæ materiæ alibi declaratæ. Facit,quod de uerbo Spolietur,dixi in c.præcedenti,in prin. Ad hoc c.super literis.j.eo.in uerbo Nullatenus cognoscat, quòd aliàs importet ipso iure.Dom.in c.Romana.§.pe.de ap.in vj.facit gl.in uerbo Nullo modo,in cle.ij.de æta.& qua.cum si.& tamen ibi cognoscit de precum ueritate. ¶ Et considera,dum dicit hîc solus Ioan.An.q uerba antiqua cõpilationis dicebant, Nec secundæ literæ de iure obtinent,etc.exponiebat tam de iure,secundũ Goff. & transit Io.quasi uolentes, q si non dicatur illud De iure, ista uerba nõ denotent aliàs nullitatem ipso iure:quod nullus considerat,nec puto sustentabile, propter tex.in l.ij.C.quando prou.ibi,nullas uires habere palàm est. Et loquitur de sententia cum expresso iuris errore.Ad idẽ gl.in uerbo, potestate.in c.nihil est.de elec.& ibi Abb. ubi ista uerba Viribus careat,denotant ipso iure.Idem glo. fi.in c.nouit.de his, quæ fiunt à præla.& Ab.de fi.instr.quod super his.per illum tex. facit c.si prouidendum. cum gl.in uerbo,careat.C. de postulando.cum si.Et sic sublatũ est primũ motiuũ And. nisi additio: ad quę uide quę dixi j.eo.Rodulph°. in uerb.uerba latæ sentẽtiæ. Secũdò dicit ipse non esse uerum, q alibi probetur istud secundũ rescriptum non esse statim inualidum. ¶ Et ad cap.plerunq;. quod est clauis in materia, dat & extollit quatuor responsiones tanquam stupendas, quas breuiter reuoluatis.Prima solutio. Quod ibi secundæ literæ fuerunt impetratæ post annum: quo casu non erat necessaria mentio primarum: quia lapsus anni fecerat eas elidibiles, ideo non indigentes mentione, iuxta glo.j.eo. ex tenore. cum concor. Dic contrà : quia primæ non sunt elidibiles, nec inualidæ etiam post annum,si interim aliæ non fuerunt impetratæ: imo primæ perpetuò ualebunt non data impetratione aliarum, ut declarat Abb.in d.l.plerunq;.iij.notab. & Ibi Imol.per l.falso.C. de diuer.resc. ¶ Secunda solutio:Quòd in istis attenditur tempus præsentationis, non tempus datæ. Gl.in c. j.ẽ.eo.tunc arguit sic tempore præsentationis secundarum: & sic elapso anno primæ sunt elidibiles:ergo non tenetur de eis facere mentionẽ.Dic contrà:quia imo attenditur data,nõ præsentatio,ut in tex.isto,nisi ubi primus tardauit excipere de suo rescripto.Modò à principio,qñ impetrauit,non fecit mentionẽ, & tunc nõ poterat excusari, cùm nondum constaret de negligentia primi. ¶ Tertia solutio est,Quòd secundæ literæ nõ sunt nullæ, sed stãt in pendenti.Alle.gl.ij.quasi in fi.j.eod.ex tenore. Dic,q stant in pendenti.Ergo nõ sunt nullæ,& sic tenebunt gesta uirtute earum. Præterea non est possibile,q stent in pendenti: quia aut à principio ualuerunt, aut non. Dicitur autem rescriptum stare in pendenti, quãdo est ad confirmationem alterius materiæ, de cuius ualiditate nondum constat: quia tunc ambulat cum illa paribus passibus,& ualet, uel non, secundum illius ualiditatẽ. Sic loquitur c.bonæ. de confir.uti. per qđ propriè mouet se gl.in d.c. ex tenore. Hîc autẽ rescriptum secundũ dicitur impetratum simpliciter,non relatiuè. ¶ Quarta solutio:q licet secundæ sint statim nullæ,tñ propter perfidiam primi alteratur dispositio iuris,& recõualescunt secundæ, sicut aliàs propter magnã contumaciã inducitur,quod aliàs nõ induceretur,l. Fulcinius. ff. ex qui. cau.in posses. Dic non esse iure cautum,q actus nullus efficiatur ualidus propter alterius perfidiã. Item c. plerunq;. nõ uidetur aliud ponere in odium primi, nisi q ubi suum rescriptũ erat perpetuũ modò est temporale & finitũ.Per quem patet opinionẽ cõem omniũ nõ esse mutandã propter hęc motiua profecto nõ conueniẽtia doctori tantæ famę:sed studio impugnandi cões opiniones sæpissimè delyrauit, credens ea uia se immortalẽ fore ad instar Neronis,qui,secundũ historias,desiderio immortalitatis irrisaniẽs Romam crudeli incẽdio subijcere non erubuit, ut aliqua nefandi facinoris per petratione perpetuam sui nominis memoriam posteris transmitteret. Et pro opinione communi uide Arc. in c. & si legibus.xxv.q.ij. ubi pro hoc arguit sic: Valet processus secundi iudicij,& scientia secunda,si nõ excipitur de prima, c.inter monasteriũ.de re iud. Multò fortiùs ualet processus ex secũdis literis,si nõ excipitur de primis. Adde etiã Bu,j.eo.ex tenore.ubi expõit, eo modo careat,scilicet non ipso iure, sed si excipiatur. Et pro communi arguo sic:fortior est surreptio in literis beneficialibus, quàm in literis ad lites, ut latè firmant omnes j.eo.ad audiẽtiam.Sed in beneficialibus ualet mero iure secundum rescriptum grauans ecclesiam priùs grauatam non facta mentione rescripti primi.Ergo fortiùs rescriptum ad lites.Minor patet per c.tibi,qui.in fi. de rescr.in vj.inducendo,ut latè per Imo.j.eo. & c.mandatum. nam ibi secundum rescriptum succumbit primo non nominato. Tamen si primus impetrans fuit negligens, prævalet secundum:quòd esset impossibile,si à principio fuisset nullum:regula, nõ firmatur.lib. vj.secundum eos.

Limita Communem opinionem duobus modis.Primo, nisi surreptio cõmissa in secundo,habuerit originẽ ex causa funditùs annullante de per se.But.Imol.& Domi.hîc, per c.j.hoc tit.in vj. & c. sua.de off.dia.ubi habes exempla. Sed certè istud non est limitare materiam,quæ tractat, quando secundum rescriptum efficiatur ualidum, uel inualidũ:sed est ponere casum, in quo surreptio ad lites utiat alios.Dicemus j.eo.ad audientiam.lo ij. Et dum Abb.alle.c. si eo. hoc ti.in vj.uide.quæ dicentur j.eo.constitutus. ¶ Limita secũdò, dum modò impetrator primi rescripti nedũ excipiat contra secundum, sed ultra hoc appelleț,si nõ auditur: quia non appellando tacita,uel expressa reiectio suæ exceptionis faceret ualidum processum secũdi rescripti.Bu.Domi.& Imo.hîc, qui dicit hanc esse cõmunem opi.Idem Imo.j.eo.ad audientiã.ij.ibi, & per prędicta patet,& in c.ex literis.in fi. de off.deleg. Et ratio est, quia processus ad ulteriora operatur tacitã pronunciationẽ reiectionis exceptionis c.ex parte M.de ap.c.cùm dilecti.in fi.de elec.c.suborta. de re iudic.ubi latè posui. Præterea,sm Pe.de Anc.hîc,exceptio rei iudic.uel iurisiurandi, uel aliàs perimens intentionem, opposita & non discussa, uel reiecta , non reddit processum retro nullum, c.inter.de re iudi.cum si. Ergo minùs exceptio ista non seruati ordinis dati, infrà, eod. pastoralis. quia ante lit.contest. non est dare ordinem,cuius omissio uitiet ipso iure. Alleg. Bart. & Bald. post Spec. in l.si quæramus.ff.de testa.dixi infrà,eod. cùm dilecta. uersi. sextum signum. Item quia incidens & principale sunt diuersæ causæ, licet habeãt à iure ordinem tradituin in procedẽdo.Sed in causis diuerso modo ad inuicẽ subordinatis non uitiat præposteratio,l.j. C. de ap. Ergo standum est regulę generali, quòd grauatus appellet: quia non est iure cautum, q sola propositio exceptionis subtrahat litigantem à iurisdictione iudicis: meritò in c.exhibita.de iudi. ponderatur appellatio,secundum eum : pro quo optimè facit c.dilecto.de ap. ¶ Est uerum, quòd Io.de Lig.Abb.& An.Sic. hîc tenent contrarium.Sed rationibus Io.de Lig.respondent hîc Car. & Imo. maximè ad c. tuam. de or. cog. quòd ibi iudex erat penitùs incapax , ideo non potuit firmari processus. Nec est uerum , q sola exceptio sit potens elidere,sed est uia ad operandum,quòd eius reiectio pariat grauamen. Ad rationem Abb. patet responsio ex iam dictis:quia procedendo in principali ad ulteriora ualet processus , & omissio formæ dicti cap. pastoralis.

non

non uitiat hanc tacitam pronunciationem. Probo: qa si dispositio illius c.ligaret incontinenti manus iudicũ, orta ambiguitate literarũ, non posset ualere processus, q parte approbante fieret post exceptionẽ:cuius cõtrarium firmat ibi Ab.uer.secundus casus. quẽ uide. ¶ Ad rationẽ And.Sic,q sufficit sola exceptio ad ruinam ꝓcessus sequentis,quãdo ꝓposita exceptione lex transfert iurisdictionẽ in aliũ,l.j.& ibi Bal.C. si quacũq; prædi.pot.in qua ratione utitur more suo multiloquio merè ostẽtatiuo:Cõsidera primò intellectũ illius legis circa ꝓcessum iudicis recusati, de quo latè p Ro.& Alexã. in l.qa poterat.ff. ad Treb. ubi multis relatis cõcluditur ꝓcessum ualere recusatore nõ appellante[a], nisi duobus casib.Primus est casus dictæ l.j. in qua odio criminis iurisdictio recusati statim euulsa ab eo radicitùs transfundi tur à lege in aliũ.Secundus casus, ubi iã sunt electi arbitri , iuxta c.legitima. de ap.in vj. qa tunc nõ ualet ꝓcessus, p c.iudex.de of.dele.in vj.inducendo, ut p Dom.ibi,& in c.quoties. lo j.ij.q.j. latè And.Sic.de of.dele.suspicionis.& Ab. in dispu.Duo clericali. cũ concor. ¶ Considera secũdò, q d. l.j. transfert iurisdictionẽ totius causæ: sed c.pastoralis. solùm cognitionẽ articuli prævaliditatis literarum : & in hoc ualde fuit deceptus And. Sic. Patet ex mẽte glossarum,& omniũ Doct. ibi,& clarè Ab.in j.notab. Nec̨ eligunt arbitri super negocio principali, sed solùm super illa prævaliditate. Modò dico , q etiã cõcesso, q in isto articulo sit transfusa iurisdictio,tamẽ in negocio principali remanet in iudicibus datis p rescriptũ: & ideo ꝓcessus ad ulteriora, per quẽ tacitè reſcitur exceptio, habet fundamentũ in potestate nõ transfusa.Et licet iudices omittant cognitionẽ illius articuli, tamẽ ꝓcessus ulterior cõualidatur ex tacita quiescentia partis, p prædicta.Non sic in casu legis primæ,in qua extinguebaț in totum iurisdictio. Et ista gusta,tanquã subtilia & non declarata. ¶ Opus est in istis duplici aduertentia. Prima, dum oẽs præsuppo nunt,q ꝓcessus delegati ad ulteriora operetur ꝓnunciationẽ cõpetentiæ:qa istud est cõtra gl.in uerbo,processus.in fi.c.dispendia.de rescr.in vj.& in c.ij. in uerbo, quorũ.eo.tit.& lib.Et utrobiq; Dom.& But.j.eo.super literis ibi,sed aduerte,tu diceres.& Imo.in l.si quæramus. ibi,tertiò fallit.ff. de testa.& in c.ij.de dila.post Innoc.& alios ibi, ubi dicit ualde utilẽ esse expressam ꝓnunciationẽ super cõpetentia.Sed opi.istorum ꝓcedit,quãdo iurisdictio erat funditus nulla:ubi uerò est exceptione elidibilis,prout est in ꝓposito, bene sufficit dicta tacita ꝓnunciatio.But.in d.c.super Ang.egregiè in l. ij. ff.si qs in ius uoca.Pro cuius rei plena informatione uide quę dixi in tit. de re iudi.suborta. in iiij. limitatione illarum septem,quas dedi ad regulam loquentem de processu ad ulteriora. ¶ Secunda aduertentia est, q licet contra secundum rescriptũ surreptitium oporteat excipere & appellare,nõ tamen ista est semper,quãdo excipitur cõtra primũ reuocatũ, sed inspicitur, an sit reuocatũ ipso iure,& tunc sufficit exceptio : imò notitia qualiscunq;: secus,ubi non est ipso iure reuocatũ, ut hîc per Imo. Et ista patebunt infrà considerando primam extensionem,& primam restrictionem.

a *Non appellante*] *Vide omnino per Alex.in consil. clxxxij. ij. parte, & consil. lxxxvj. j. parte, & uide Paul.de Cast.consil.xxij.incip.Circa primum quæsitum,etc.qui refert opiniones, & sequitur Bar. in d.l. quia poterat. & uide Bald.in Marga.uers.processus. Tu uide Archi. in c. cùm plures. de offic. deleg. in vj. & Imo. in c.ut de bitus. de appel. & in c. cùm sicut. de eo, qui mit.in poss. & in Spec. de recus. §. quale. uer. quid si delegatus.*

11 Valet Processus † factus uigore rescripti primi reuocati per secundum, donec de secũdo excipiatur per partem.Istam regulam firmãt hîc Inno. Comp.But.Card.Imol.Dom. & Abb. quanquã Gof. & Ioã.And.aliq̃ sentiant per iura,quæ suis locis j.adaptabuntur.Inducitur pro regula c.audita.in fi. de restispo.Et ratio:qa secundæ literæ uidentur dare sub cõditione tacita,uidelicet si pars uti uoluerit eis: & ideo expectaț euentus animi sui. Item,qa princeps nõ uidetur uelle præiudicare processui agitato ignoranter inter partes. Idem Bal.in l. falsus ibi, nunc uidendũ est econtrà. C. de fur.per d.c.audita.& propter cõmunẽ errorẽ, arg. l.Barbarius.ff.de offi.præsi.Et ostendit,q gratia facta p signaturã,statim confert plenũ ius, nec reuocatur mortẽ concedentis,ut p Arch.in procœ.vj.Rescriptum ad lites gerit uim epistolæ, cuius effectus incipit ea recepta. Idem Bal.in l.mandatũ. C. man. Tollit rationem Pet.& Cyn.qui dicebant processum non tenere propter defectum fundamenti,scilicet uoluntatis delegãtis:qa imò eius uoluntas est,ut nõ abstineatur authoritate reuocatoriarũ ante earũ præsentationẽ.Idem Salic.ibi in fi.dicens,hanc regulã seruari in omni foro, per l. q absenti. cũ ibi notatis,ff.de acq.pos. & qa sicut iurisdictio quæsita per literas, est ligata ante earum præsentationẽ, ut nihil agere possit,ita post præsentationẽ iurisdictio est liberà in procedendo ante præscriptionẽ reuocatoriarum.Alle.Inn.& Host.in d.c. audita. Facit consiliũ Car. de offi.leg.ubi dicit,q tenẽt gesta p legatũ reuocatum à Papa in publico cõsistorio ante notitiam,& in dubio præsumitur reuocatio incognita. Et dicta istorũ,qui latiùs scribunt,refert hîc simpliciter ad literam And. Sic. plura scribens in isto notabili passu. ¶ Adde ,p regula But.& Imo.in c.ij.de of.dele. firmantes idem p illũ text. in uerbo,innotuerit.& dicit Bal.in l.j.in fi. C. ut lite pendẽ.q per rescriptũ non præsentatũ nõ aufertur iurisdictio. Alleg. Innoc.in d.c.audita. Et est ipsa ueritas,secundum eum. Et dicit Bal.in l.ea, quæ post princ. C.de temp.in inte. rest.pe. q ideo Spec.fecit titulũ specialem de rescripti præsenta.qa ante ipsam nihil fieri potest. Et utile est de ea confici instrumentũ, secundũ eum. Et dicit Bal.in l.iij.§.ff. quod quisq; iuris. q iudex nõ habet exercitiũ iurisdictionis ante præsentationẽ rescripti. Et ideo inuito aduersario potest ei renũciari. Et dicit Lud. sing.lix.fuit quæstio Romæ.aliàs est in uerbo, uicarius, q gesta per uicariũ episcopi reuocatũ,ignorantẽ reuocationẽ,tenent,per l.si fortè.ff.de of.præsi. Sed caue : qa in hoc,& in casu Cald.in d.consi.sufficeret noticia qualiscunq;:non sic in ꝓposito,ut j.in prima extensione. Et uide Rotã in nouis,ccclvij.circa tertium dubiũ.quam nõ reperio positã in rubricatis : ubi p robant latissimè non conferri,nec̨ auferri iurisdictionẽ saltem in exercitio ante præsentatas literas. Bonus tex. de appel. super co.lo ij.in fi.& ibi pulchrè Phil.addendo Pet.de Ancha.in c.cùm plures.de offic.dele.in vj. & in c. cùm tibi, qui.de rescri.in vj.& ibi gl.in uerbo,ante. Et procedunt hęc, etiamsi partes consentirent, q procederetur ante præsentationem,secundum eũ:quicquid dicat Bal.in l. nec quicquam.§.ubi decretũ.in fi. ff.de offic.consu. ¶ Et uide Albe.de Rosi.in l.Barbarius.ff.de offic. pręsi.ubi dicit,q de iure canonico tenẽt gesta per legatum, uel delegatum reuocatum ante notam reuocationem,per d. c.audita.& per alia, de quibus per eum . ¶ Non tangimus hîc, quando delegatus, uel alius habeat iurisdi, habitu , uel actu ante uisam commissionem aliunde notam : de quo dixi in c. ecclesia. de consti. in articulo , de causę cognitione. & in c.cùm ex officij.de prescri. & in c.ij. uer.tertiò limita. suprà, tit. proximo. Pulchrè ponit Nicolaus Mylus folio Repertorij 85. iudex delegatus.& aliàs dicetur infrà eod. scisscitatus.apostillando apostillantes Bartol. in l. multùm. ff. de condi. & demonstra. & agitur hîc de effectu literarum reuocatoriarum.

Vt dicta Regula claro stylo dilucidetur, notetur primò quinque corollaria:secundò tres extensiones: tertiò nouem restrictiones, omni superfluitate truncata. ¶ Pri[illegible]ũ corollorium: Potest † secundus

c. cæterùm.

cundus impetrator renunciare ſuo reſcripto. Bal. in d. l.iij.§.j. Inno.c. Ioan. de Lig. & Card.ſ.eo.paſtoralis. & ibi Abb.uer.primus, quando citatus. & dixi ſuprà in rubri ca. Poteſt etiam conſentire, quòd ſecundus iudex procedat cum primo: quia reuocatio fit eius fauore. Ergo, etc. de reg. ad Apoſtolicã. cum ſi. niſi eſſent ſecundæ litteræ datæ motu proprio. Imo. poſt Bar. in d.c. paſtoralis. & But. hîc: quia deficit prima iuriſdictio funditùs, ut dicetur in prima reſtrictione. Et iſtud eſſet eam dare de nouo, quod non poteſt fieri pacto priuatorum, de for. compe. ſi diligenti. Et idem puto in caſu ſextę, ſeptimæ, octauæ & ultimæ reſtrictionis, de quibus ſ. ea. ratione.

13 ¶ Secundum corollariũ: Valet † excõmunicatio ioflicta per primum delegatũ ante præſentationem ſecundi reſcripti. Rich. de Mediauilla, iiij. lib. ſententiarũ. diſt. xviij. q. iiij. ar. v. per d. c. ut debitus. & per glo. iij. de procur. auditis. Obſtat c. cùm contingat. ſ. eo. cum gl. in uerbo, ſecundo loco. ubi detecta reuocatione primarum literarum, reuocatur excõmunicatio lata per primos iudices. Et in adaptando illum tex. quem Rich. nõ uidit cum regula noſtra, & cum text. in d.c. audita. laborant Scribentes ibi, & cõmuniter dicunt, q̃ per abſolutionem, de qua ibi fit mentio, nõ infertur excõmunicationem non tenuiſſe, ſed nunc abſoluitur pœnitens, q̃ primò cõtumax fuit iuſtè excõmunicatus: de qua reſponſione turbatur ibi Imo. ibi. Sed aduerte: qa mens literæ eſt, q̃ declaretur proceſſum fuiſſe retro nullũ. Vnde firmat ſpeciale eſſe in excõmunicatione, ut nõ teneat, qđ eſt cõtra Rich. ¶ Conſidera primò, quæ eſt ratio ſpecialitatis. Secundò, q̃ ipſemet Imol. ibidem, uer. ulteriùs quæri poteſt. uidetur ſequi primã reſpõſionem. Tertiò conſidera, ut rectè ſentit Abb. q̃ ſecũdi iudices fatebantur excõmunicationem tenuiſſe: qa hoc præſupponit abſolutio, quam fecerũt & publicari iuſſerunt: & eam feciſſent etiã primi data correctione excõmunicati. Tamen Abb. uidetur dubius, dum dicit, quicquid ſit, etc. licet de Imo. nihil dicat, cui poſſet aliter ſatisfieri, dicendo, q̃ tẽpore latæ excõmunicationis iam erat exceptũ de ſecundis literis. Hæc intellige, niſi irritatio excõmunicationis nemini noceret: qa non ualet propter tertiã

14 reſtrictionem, de qua ſ. ¶ Tertium corollariũ: Si † poſt notam reuocationẽ iudex procedat, & cognito an ſua ſit iuriſdictio, pronunciet ſe competentẽ, & non appelletur, tenet ſententia Imo. hîc: qa in hoc incidenti, an ſit iudex, uel non, erat cõpetens, per no. ſ. eo. ſuper literis. per illum tex. & facit quod no. Inno. in c.j. de of. dele. in vj. ſecũdum ipſum: de qua materia latiùs in d. c. ſuper. Et contra iſtud corollariũ oppone & ſolue, prout fiet in

16 ſequenti. Et pro iſto corollario facit: qa licet data falſitate reſcripti pronunciatio ſuper cõpetentia nihil operetur, nihilo minùs ubi reſcriptum eſt aliàs nullum, tamẽ emanauit à principe, pronunciatio ſuper competentia firmat proceſſum. Et ita erat hîc. Ad quæ uide, quæ dixi ſ. eo. ſuper literis. uerſ. fallit nonò: maximè in ij. limitatione illius fallen. Circa dictum Lap. in c.j. de reſcrip. in vj. Et iſtud multum importat, ut dicetur ſ. in fi. ſecundæ reſtrictionis. Tamen hoc nõ firmaui in d.c. ſuper. qa iſte ſcit de nullitate reſcripti. ADDITIO. ¶ Quartum co-

15 rollarium: Si † partes procedunt coram iudicibus reuocatis, tenet proceſſus etiam in cauſa principali. Imo. hîc poſt Inno. & Compoſ. qa in fauorẽ ipſius impetrantis ſecundæ fuerunt conceſſæ cum conditione ſubintellecta, Si impetrans uoluerit eis uti: & ideo ſicut expreſſè poſſit eis renunciare, utin primo corollario, ita tacitè litigando corã primis. Et eſt ſententia Inno. in c. ſ. de conceſ. præb. in vj. & Abb. in d.c. paſtoralis. in prin. Quinimo poſſent partes conſentire, q̃ omnes iudices, tam primi, q̃ ſecundi eſſent iudices cauſæ principalis, ut ibi per Imo. & ibi dicetur. ¶ Obſtat his duob. corollariis lex priuatorũ. C. de iuriſd. omn. iud. & c.ſi diligenti. de for. comp. ubi conſenſus partiũ non facit iudicem, q̃ non eſt: ſed iſte primus eſt ipſo iure reuocatus, ut hîc in uerbo, exempta eſt. & in c. ex literis. de offi. dele. ibi, apparet iuriſdictionẽ nullam penitus habuiſſe, maximè nota reuocatione, per d.c. audita. in fi. SOL. Ad c. ex literis. datur ſpecialis reſponſio, de qua ſ. in quarta reſtrictione. Vel ad illum tex. & alios reſpõdet Inno. Comp. But. & Car. hîc, q̃ intelligañ, dum modò excipiatur de ſecundis literis, & nõ excipiendo uidetur pars in conſequentiam eis renunciare. Quæ ſolutio tutior eſt, q̃ ſequens, ut etiã in ij. extenſione. Secũdò ſoluit Imo. q̃ poſito, q̃ primæ literæ eſſent ipſo iure nullæ, tamẽ de æquitate ualidantur, ex quo fauore partiũ erant nullæ, ſicut dicitur in ſimili de teſtamento, in quo filius in poteſtate eſt præteritus: qa poteſt de æquitate reconualeſcere filio approbante, l. filio præterito. cum ibi notatis, ff. de iniuſt. teſt. Pro qua ſolutione adduco: nam licet in eum q̃nunquam habuit iuriſdictionẽ in cauſa, iuriſdictio non poſſit prorogari, d.l. priuatorũ. tamen in eo, q̃ habuit iuriſdictionem, cadit, progatio in eadem cauſa, licet iuriſdictio fuit extincta. Dictũ eſt ſingulare Inno. in c. cùm ueniſſent. in gl. ij. in fi. Illud aũt conſtat de teſtib⁹, dum dicit, q̃ licet morte delegantis expiret ipſo iure iuriſdictio delegata re integra, ut ibi no. gl. & omnes, & dicetur in vij. reſtrictione, tamen de conſenſu partiũ non poteſt prorogari. Sed caue: qa iſtud dictum Inno. refutatur ab omnibus, ut ibi dixi: qa nõ cadit prorogatio, ubi nulla eſt iuriſdictio, l. licet ſi manente. ff. de precar. dixi in c. de cauſis. de offi. deleg. Ergo præſuppoſito, q̃ iuriſdictio ipſo iure euanuerit, nihil remanet, cum quo poſſit cõiungi, progatio, quæ præſupponit ſubiectum elongabile. Vides ergo, q̃ qua ratione impugnatur dictum Inno. eadem ratione ſolutio Imo. hîc: & tanto magis, q̃ in caſu Inn. agitur de reuocatione legis, hîc de reuocatione hominis. Et prima deberet eſſe dulcior, per l. Celſus. ff. de arb. & tamẽ illa nõ eſt mutabilis partium cõſenſu. Ergo minùs iſta. Ideo dic, q̃ ubi reuocatio hominis eſſet abſoluta nõ habens aliquam conditionem tacitã, ceſſant iſta corollaria: imò & regula, ut patebit in pluribus ex reſtrictionib. ſequẽtibus. Sed ubi mens reuocantis nõ eſt certa, habet in dubio ſubintellectam ſæpe dictam conditionẽ. Et ideo non dicitur tunc conferri iuriſdictio non habenti, nec prorogari: ſed potiùs remoueri tacitè obſtaculum ſecundarũ literarum, per quod poterat pars iuriſdictionẽ tollere. ¶ Et ideo quãdo in diſcurſu dicunt aliquãdo Doc. primas literas reuocari ipſo iure, eſt incautè dictũ: quia non ſemper uerum, niſi in certis caſibus, ut patet per prædicta, quæ a-

16 lij non declarant. ¶ Quintũ corollarium: Si ut † ſecundæ literæ nõ facientes mentionem de primis reconualeſcunt, ſi primæ occultantur per annum, ſ. eo. plerũq;. ita primæ reuocabiles per præſentationẽ ſecundarum reconualeſcunt, ſi ſecundus non utitur ſecundis. Ita uidetur eſſe de mente omnium Doct. hîc: quia uolunt, q̃ primæ non corruant, niſi per uſum ſecũdarum. ¶ Modò tripliciter extenditur dicta regula.

17 **Extenſio** Prima. Etiamſi † primi iudices ſciant aliunde reuocationẽ, ſed nõ p exceptionem partis, ualet eorũ proceſſus. Innoc. Card. & alij hîc: qa iura ponderant literarũ receptionẽ, non aũt noticiam, d.c. audita. & ibi firmat Abb. Et quia poſſibile eſt, q̃ ſecundus impetrator fortè nõ utetur ſecundis, ideo ſimplex earũ noticia nõ operatur reuocationẽ. Et ita intelligit c. ij. in uer. innotuerit. de of. dele. ſm Domi. hîc, & facit Rota de of. dele. vj. in nouis. Vbi aũt eſſemus in materia nõ habente dictã tacitam conditionẽ, tunc regulariter ſufficit noticia undecũq;, ut p Io. And. in regula, eum, q. & ita Cal. in d. conſi. iiij. de offi. legat. & glo. in uerbo, ſciuiſti. ſ. eo. cùm cõtingat. ¶ Secunda extẽſio. Etiãſi excipiatur de ſecundis, nõ ſunt reuocatæ primæ, niſi excipiẽs inſtet. Et inſtare dicit, ſi appellat à reiectione exceptionis, Car. hîc per c. cùm dilecti. de ele. in fi. ibi non

nõ multùm inſtetérit. Et q̃ ſcribens intelligitur reuocare primum reſcriptũ, ſi ſecũdus impetrator uretur cum effectu. Vnde nõ appellando à reiectione exceptionis, uidetur illi renunciare: argu. de offi. dele. gratũ. Et induc it de appel. ſolicitudinẽ. ubi comparẽs coram iudice, à quo uidetur renunciare appellationi, & tamẽ illius iuriſdictio erat translata ad iudicẽ ad quem: ergo fortiùs intelligitur renunciare in hoc caſu, in quo nondũ erat translata iuriſdictio in iudicem ſecundũ: quia nõ reuocatur iuriſdictio ipſo iure, ſed p uſum ſecundi reſcripti, ſecundũ ipſum, quem ſimpliciter refert Imo. Et bene faciunt, quæ dicta ſunt ſ. in ſecũda limitatione præcedentis articuli, de exceptione, quæ opponitur cõtra ſecundas, ultra quã requiritur appellatio. ¶ Eſt uerũ, q̃ Imol. hîc reuocat rem in dubium; maximè ubi reuocatio eſt directa: ſed q̃, ut dicetur in v. reſtrictione, iſta differentia inter directã & indirectam nõ ꝓbatur iure: ideo iſta extenſio ſtare poteſt, niſi in caſibus, in quib. ſufficit ſimplex notitia: & iſta percipiẽtur ex infrà dicendis. Iura ergo ponderantia præſentationẽ, intelligũtur de præſentatione cum effectu. ¶ Tertia extenſio: Valet proceſſus etiam reſpectu tertij impedientis iuriſdictionẽ. Abb. in c. audita. per c. cùm cõtingat. ſ. eo. ubi tertius debet obedire primis iudicibus, ex quo non habetur diſceptatio de præualiditate literarũ. Et de hoc aliquid infrà in iiij. reſtrictione. Modò ſequuntur ix. reſtrictiones, in quibus per ſecũdas literas inducitur ſtatim reuocatio primarum in eis nominatarum.

18 **Prima reſtrictio** Magna. Si † in ſecundis literis eſt clauſula, Motu ꝓprio, inducitur ſtatim reuocatio habita earum noticia undecunq; etiã ante præſentationẽ. Inno. ſ. c. cùm cõtingat. But. Dom. & Ab. hîc, & Abb. in d.c. audita. per c. ſi duob. cum gl. in uerbo, cognouerit. de app. & per l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. Cõſtat enim de uoluntate ſuperioris, nec eſt opus expectare animũ partis. Et hinc eſt, q̃ etiamſi pars uellet, nõ poſſet renunciare. Inno. Ioã. de Lig. & Card. in c. paſtoralis. & ibi Imo. & Dom. hîc per d.l. iudiciũ. & facit c. ſi. de offic. deleg. ubi conſenſus partium non mutat ordinẽ reſcripti datum à Papa nõ intuitu partium. Et ideo puto, q̃ etiamſi habens tale reſcriptum nõ utatur eo infra annũ, primum non conualeſcit, ſi primus iudex de eo ſcit, per reg. non firmatur. lib. vj. ¶ Fortiùs dicit hîc ſolus Imol. contra alios, q̃ ubi princeps reuocat motu proprio, reuocatio operatur ſubitò ante ullam notitiam ſecundarum: per d. l. iudiciũ ſoluitur. & quod habetur in c. ut noſtrum. de appel. facit ultra ea, l. Celſus. ff. de arbi. Sed reuocatio, quæ fit à l. morte delegantis re integra, operatur ſtatim ante noticiã, ut dicetur in vij. reſtrictione. Ergo fortiùs iſta. Ad idem: quia clauſula decreti idem operatur

Corriuat Ad huius materiã ad de no. in l. iudex datus. ff. de iudi. & Bald. in addi. Spec. in tit. de remiſſ. §. j. & in l. mandatum. iij. q. C. manda. & in l. ſi arbiter. uerſic. ſed pone. C. de ſen. & omnino ui de Paul. de Caſt. a conſi. lix. inci. Venerabilis uir. Et adde caſum fingularẽ in l. ſi fortè. ff. de offi. procõſ.

ut in ſequẽti reſtrictione. Ergo & iſta. Idem Imo. ſ. eo. cùm contingat. uerſus fi. dicens finaliter uelle Inn. ibi, q̃ motus proprius operetur reuocationem ſine ulla exceptione & ſine aliqua ſciẽtia, per no. in d.c. ut noſtrum. & in c.j. de conceſ. præben. in vj. Et eſt concluſio noua & fortis. ¶ Cogitabam, ſi dici poſſet, q̃ quando res eſt integra, operetur dicta clauſula reuocationem ante noticiã: ſed niſi primæ literæ iam dediſſent cauſam proceſſui, difficile eſt perſuadere, q̃ proceſſus factus per

a iudices hoc ignorãtes corruat a. ¶ Primò, quia licet ſimus certi de animo ſuperioris in reuocanda iuriſdictione, nõ tamen apparet de animo reuocandi proceſſum. Et ideo cùm iſta clauſula recipiat iuriſdictionem ad præſumtam mentem concedentis, maximè ubi nocet tertio, ut

c. cæterarum.

fuit dictum ſ. in vij. reſtrictione, non uidetur extenda. ¶ Secundò propter generalitatem c. audita. cum aliis allegatis in regula, quæ in hac materia ſimplicis ignorantiæ omiſsis generalibus, quæ inferunt idem in alia materia: de quibus per Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. in lj. fallen. ff. ſol. mat. ¶ Tertiò: quia irritatio, ꝓceſſus eſt pœna: gl. in uerbo, proceſſus. in c. decet. de immu. eccleſ. in vj. Abb. in c. fin. ibi, ego puto. de ferijs. text. in c. diſpendia. de reſcript. in vj. in fin. ibi, ſimili pœna. iuncto princ. ibi, nec proceſſus ualeat. Et irritare commoda orta ex reſcripto, eſt pœna, ſ. eod. ſuper. ibi, in pœnam nullum ex literis commodum conſequãtur. Sed clauſula decreti non afficit ignorãtes, quo ad pœnam, ut dicetur paulo pòſt in ſecunda reſtrictione. Ergo nec iſta. ¶ Quartò: quia æquiparatio huius clauſulæ ad decretum poteſt euitari: primò, quia illi renunciari poteſt, non iſti, ut infrà dicetur. Præterea fortè illa clauſula non afficit in propoſito ignorantes, ut infrà attentabitur. Ergo ceſſet æquiparatio. Nec alicubi legi, q̃ clauſula, Motu proprio, afficiat ignorantes. ¶ Vrget magis illa ratio de reuocatione legis, attento q̃ multa poſſent eſſe facta ante notam mortem Papæ, & tamen corruunt omnia geſta ab hora mortis citrà. Ergo & iſta: Niſi dicamus, q̃ reuocatio per mortẽ Papæ fortior eſt, quia ſtatim deficit radix iuriſdictionis delegatæ nondum perpetuatæ: ſed ibi ſcribitur, Motu proprio, cùm in dubio non uideatur uelle præiudicare, niſi quãtum apparet: dicemus ſatis eſſe, q̃ reuocet à die noticiæ, & interim radix non ſit extincta, prout poteſt Papa uelle, q̃ non ſit extincta priùs, q̃ ſciatur eius animus. Quæ conſideratio non cadit eo mortuo: quia non poteſt ſtare in ſuſpenſo uirtus reuocationis, cùm interim nõ habeat fundamentũ, in quo ſubſiſtat. Et in hoc poteris cogitare: quia nõ declaratur p aliquem ſcribẽtem, quem

19 uiderim. ¶ Secũda reſtrictio: Si † in ſecundis literis eſt clauſula decreti, uidelicet, Si ſecus actũ fuerit, etc. uel alia uerba denotãtia principẽ extunc uelle retractare geſta priorũ iudicum, tũc proceſſus erit ipſo iure nullus. Inno. in c.j. de conceſ. præb. in vj. & p illum tex. in uerbo, adijciebatur. ſiue motu ꝓprio, ſiue ad inſtantiã, ſecundum But. Imo. Dom. & Abb. hîc: ſiue iuſtè ꝓceſſerit, ſiue non, ſecundũ Ab. in c. audita. de reſ. ſpo. etiamſi feratur excõmunicatio, ſecundum Rich. in loco allegato ſ. in ſecundo corollario. Et no. etiam Dom. in d.c.j. §. ex parte. qa natura decreti eſt afficere etiam ignorantes, c. pe. de præb. in vj. ſi eo tempore. de elec. eod. lib. c. dudũ. ibi, & quidem. de præben. eod. lib. Glo. in uerbo, attentari. in cle. j. de conceſ. præben. Non tamen afficit ignorantes, quo ad pœnam, Ioan. And. in c. tibi, qui. ad fi. de reſcrip. in vj. dicens, q̃ licet afficiat ignorãtes, intelligitur afficere rem, putà beneficiũ, in quo ſcientia non requiritur, ſed ignorans nõ ligatur ad culpam, uel eius pœnam: & ſic intelligit Ioan. Mo. ibi per tex. optimum. in l. ij. ff. de decre. ab or. fa. quem allegat Arch. in §. j. xix. diſtin. Facit glo. in uerbo, ex nunc. in cle. nolentes. de hære. & in c.ij. de conſt. in vj. dixi ſ. tit. prox. c. fin. in ij. fallen. uer. quartò limita. Et intellige irritari proceſſum factum poſt diem datæ, ut ſonãt illa uerba, Actum fuerit, non autem geſta priùs, niſi de ipſis etiam exprimatur, ut infrà in lx. reſcriptione. ¶ Si diceres, Irritatio, ꝓceſſus eſt pœna, ut ſuprà, ergo etiam hoc caſu proceſſus ſtabit: reſpondeo tripliciter. Primò, q̃ illud dictũ Ioan. And. in c. tibi. debet intelligi de alia pœna, q̃ irritatio nis proceſſus: qa impoſsibile eſt, q̃ clauſula decreti nõ rumpat proceſſum; cũ de eo præciſè loquat. Et iſta ſtãt ſimul, uidelicet nõ ligat aliàs reſpectu pœnæ, & tñ ligat reſpectu, ꝓceſſus: & datò, q̃ utrũq; ſit pœna, tñ de ꝓceſſu neceſſario oportet intelligere, q̃ ſit nullus. Secũda reſponſio, q̃ pœna annullationis ꝓceſſus nõ ſit propriè pœna propter doctrinã Inno. in c. ſi uerè. de ſent. excõ. dum dixit, q̃ irritare actum non eſt naturalis pœna: & ſic in-

sic intelliguntur iura discrepãtia,ut latè dixi ſ.tit.prox. c.ij.ubi uide.Vel tertiò,q̃ imò isto casu processus nõ irritetur,per id,quod attẽtabitur ſ.prope uersi. collationis gratia. ¶ Limita hanc restrictionẽ, Nisi impetrator renunciaret rescripto:qa non obstante decreto ualebit processus.Dom.hîc,& in d.c.j.§.ex parte. Alleg. Lap.in c.pen.de præb.in vj.Et patet in c.si autẽ. c.quia plerũq; ſ.eo.Et uide Dom.in d.c.pen.ubi ponit post Ioan.And. & Lap.impetrantẽ posse renũciare gratiæ habenti clausulam, Anteferri,de qua ſ.eo.capitulũ. Hoc modo ista clausula,& clausula, Motu,pprio,stãt ut excedens & excessum:qa ubi est motus,pprius, nõ cadit renunciatio, ut suprà:& sic excedit. Ista uerò afficit ignorantes, non illa:& sic exceditur.¶ Obuiat huic limitationi aureũ dictum Arch. in c.cùm de beneficio.de præben.in vj. ubi dicit,q̃ priuilegio dato monasterio,ut abbas non possit cõferre beneficia monastica clericis secularibus, potest per abbatẽ renunciari,saluo nisi habeat clausulam decreti. Et sequitur Rotà de priuil. tertia,in antiquis:& exclamat Dom.ibi,& alij,quos posui in c.cùm accessissent.uer.quartò limita. qui est uersus fin. ſ. tit. proxim. SOL. Non erat ibi priuilegium solùm in fauorem abbatis,sed etiam ecclesiæ & beneficiorum:quibus nõ minus uoluit prouidere priuilegium,quàm abbati:& potiùs est quædam prohibitio Papæ,quàm priuilegium. Vnde cõtrauentio,uel renunciatio causaret inobedientiam,ut ipsi dicunt. Sed hîc rescriptum uidetur cõtinere omnia merè in fauorem partis,sicut de clausula Anteferri,dicitur in d.c.capitulum. Obstat solutio, & fortiùs,c.dilecto.uer.nisi fortè.de præbẽ. per quem tex. dicit ibi Abb.post alios,q̃ statutum confirmatum à superiore cum clausula decreti,etiamsi merè est in fauorem statuentium,nõ potest ab his reuocari: quia uideretur superior habere pro illicito,quod fieret contrarium.Et ista est theorica firma,q̃ ubi est clausula decreti consensus partium,nihil operatur. Gl.in c.statutum.in princ. in uerbo, committatur.ibi, sed hodie. de rescript. in vj. cum concor.quas posui in d. c.cùm accessissent. in alio loco,uidelicet j.char.uersic.tertia declaratio. & aliquid dico ſ.eo.cùm dilecta.in fi.quintæ ampliationis. SOL. Fortè dici potest,q̃ c.dilecto.cum concor.ideo non obstant,q̃ hîc concessio rescripti non est dispositio pura, sed habet in se tacitam cõditionem sæpe dictam, uidelicet,Si pars uti uoluerit:quia nihil cogitauit rescribẽs, nisi complacere parti:imò,ubi in clausula decreti subintelligitur aliqua conditio, etiamsi non exprimatur, tunc euentus conditionis tacitæ suspendit uires decreti. Probaui in d.c.cùm accessissent. allegando But.& alios in d.c.dilecto.dicentes,q̃ si augerentur fructus præbendarum,potest augeri numerus Canonicorum non obstante statuto iurato & cõfirmato confirmatione habente clausulam decreti: quia subintelligitur clausula, nisi facultates excrescant,per c.cùm M.ſ.tit.prox.ubi etiam hoc confirmat But.Et ita in proposito,cùm subintelligitur clausula, Si pars uti uoluerit, secundum omnes. Ista nullus declarat.¶ Collationis gratia,non animo decidendi,fortiùs attentari potest, q̃ imò clausula decreti non operetur reuocationem literarum ante noticiam,& sic nec reuocationem processus:imò nec reuocationem iurisdictionis,ante quàm pars cõstanter excipiat de secundis literis:quia si uerum est, q̃ in secundis subintelligatur cõditio,si pars uti uoluerit eis, prout fatẽtur omnes allegati in regula,tunc arguo sic: Decretum appositum sub conditione expressa, uel tacita, suspenditur in euentũ conditionis. Sed hîc inest conditio tacita.Ergo,etc.Maior ꝓbatur in cle.unica, in princ. de concess. præben. Et q̃ idem sit in conditione tacita, probatur ex eo, quod dixi de conditione, si facultates præbendarum creuerint,quæ est tacita.Ad idem,quod no.Cat.in cle.j.q.xvij.de elec. dicens, q̃ licet cõstitutio noua habeat clausulam decreti,tamen non ligat ignorantes ante duos menses post publicationẽ: quia,quo ad uim ligandi, subintelligit clausula,Si publicabitur.

Quæ ratio multùm urget,secundum eum cõtra tenentes oppositum,quos retuli in c. ij. uer. quartò limita. ſ. tit.prox.Respondet ad iura dicentia decretum ligare ignorãtes, q̃ ibi semper dispositio statim tenuit nullam conditionem in se habens.Et istud dictum Card. amplis uerbis limitat Lud. consil. cccxxx. Circa primum. Ibi,quo ad tertiũ,in quo quæritur.ostendens,q̃ decretum appositum in materia conditionali, etiam conditione tacita non operatur ante conditionis euentum: quia clausula accessoria subintrat naturã principalis dispositionis,c.si super.de offic.dele.in vj. & per alia,de quibus ibi. ¶ Nec̃ fit differentia utrùm in clausula decreti exprimatur uerbum Ignoranter, uel non. Glo. in uerbo,ignoranter.in c.si eo tempore.de elec.in vj. & ibi clarius Doct.Vnde gesta ignoranter erunt nulla solùm à die uerificatæ cõditionis:antea uerò decretum stat in suspenso.Ex quib.si rectè perspicis, non uidetur in hoc proposito decretum esse alicuius notabilis effectus:qa solus usus secũdi rescripti operatur nullitatem postea attẽtatorum etiam sine decreto: & ipsum decretum incipit operari post illum usum,non priùs.Sed certè difficilè obtineretur hoc in practica propter authoritates Doc.Et ad ar.occurrit unica solutio, uidelicet negãdo, q̃ ubi est clausula decreti, subintelligatur conditio, Si pars uti uoluerit: qa hoc nullus expresse dicit: & sicut non subintelligitur,ubi est clausula, Motu proprio, ut in præcedenti restrictione,ita nec hîc.Nec̃ absurdè dici posset contra Domi. hîc, q̃ huic clausulæ renunciare non possit ad effectum sustentandi iurisdictionem primi iudicis,sicut nec renunciari potest, ubi est clausula, Motu proprio:qa decretum uidetur ita præcisè eradicare iurisdictionẽ,sicut motus proprius.Poteris cogitare super hoc puncto nouiter suscitato.Et caue:qa in casu istarum duarũ restrictionum uidetur, q̃ si iudex pronunciet se cõpetentem,& non appelletur, ualebit processus agitatus uigore rescripti reuocati, licet sit nullũ, propter dictum Lap. in c.j.de rescript.in vj. de quo dixi ſ.eo.super literis.in ix.fal.in ij. limitatione illius fallentiæ,ubi tamen ipsum non firmaui indistinctè. ¶ Tertia restrictio. Vbi † nemini nocet irritare ꝓcessum iudicis reuocati,operatur irritatio effectum suũ à die datæ secundi rescripti ante eius noticiam.Ab.hîc, & in d. c.audita.per d.c.j.prope prin.de concess.præb.in vj.ubi non ualet excõmunicatio episcopi cõtra priuilegiatũ,ut nõ possit excõmunicari, etiamsi priuilegiũ ignorabatur. Et ita Inno.ibi. Adde Rotã de præb.xj.in nouis,ubi dicit,q̃ capellani Papæ gaudent priuilegijs capellanorũ etiam ante noticiã priuilegij. Ideo ab ordinarijs etiam ignorantibus excõmunicari nequeunt. Alleg. no.in d. c.j.Facit plenũ consilium Paul. xj. in præsenti. & quod ponit Lud.in l.q absenti.ff.de acquir.pos.Quando priuilegium operatur ante noticiã, tetigi in c.ij. uer. tertiò limita. ſ. tit. prox. ¶ Quarta restrictio: Licet † quo ad partes rescriptũ secundum nõ operetur ante præsentationem,ut in regula, tamen quo ad processum factum contra tertios,trahitur retrò eius uirtus, & reddit eum nullum à die datæ.Iste est casus in c.ex literis.de off. dele.quem intelligit Inno.ibi,& firmat But.& Imol.Dom. & Abb.hîc,& But.ad fi.& Domi.ibi,dicẽs esse magnam restrictionẽ ad iura,quæ dicunt ualere processum stante dubio iurisdictionis: quia procedũt quo ad partes, nõ quo ad tertium.Et est differentia satis rationabilis, secundum Imol.hîc, quia in potestate extraneorũ non est præsentare literas ab alijs impetratas,sed bene est in potestate ipsarum partiũ.Sed do.Abb.in d.c. ex literis. in fi.dubitat de hoc:quia ex literis de iusticia principaliter confertur iurisdictio circa partes secundariò circa turbatores,c.j.de offic.deleg. Vnde si in partes nõ datur iurisdictio in principali ante præsentationem, ergo nec

nec in accessoria.Tamen rectè non recedit à communi: sed postea in d. c. audita. licet primò confirmet cõmunem,tamen paulò infrà subiungit se putare contrariũ: quia imputatur tertijs non obedientibus,ex quo impetrãs,de cuius fauore principaliter agitur,nõ utitur suis literis,per no.ſ.eod.cùm contingat. Non respondet ad c.ex literis.Cui respondeq̃ ante ꝓcessum factũ contra tertios iam ꝓposita erat exceptio de secundis literis,secundũ unam lec. quã approbat ibi Card. nõ acceptãs hanc differentiã inter partes & extraneos:cum quo uidetur residere Imo.ibi in fine. ¶ Quinta restrictio.Regula ꝓcedit in reuocatione indirecta, putà non obstantibus primis literis:secus,si est directa, ut si addat, Quas reuocamus.Ita Inno.ſ.eo.cùm cõtingat.dum modò de directa habeatur notitia:sed in directa requiritur exceptio partis.Et sequitur But.hîc,& clarius Dom. in d. c.j. §.ex parte.de concess.præb.in vj.& hîc:sed Imo. hîc, licet sæpe firmet hanc restrictionẽ,tamẽ ultimatè eam impugnat,qa tex.nostri nõ utuntur hac differẽtia:sed solùm an fiat opportuna mentio primi rescripti,an nõ ? Hinc est,q̃ Inno.in d.c.j.nõ ponit eam,nec̃ Abb.hîc: sed bene loco huius differentiæ potest assumi illa,utrùm prio motu,uel ad instantiã? & est clarior modus loquẽ
[2] Supersederi † igitur potest executiōi præceptorum Apostolicorū suadente legitima causa. In quo uide semper Pet. de Anch. consi. mihi cccviij. Nisi legibus & canonibus. ubi elegāter exordiatur ad excusationem impugnātium gratias literarum Papę: quia faciunt cum licentia legis, de qua hîc. Postea probat inualidam esse gratiam, quæ irritat compositionem iuramento firmatam tacito de iuramento & non restituendo partem læsam in pristinum statum. Et uide Bald. in proœmio Decret. uer. dicit, colle. ubi dicit, q si Papa scribit pro intruso, non est ei leuato uelo obediēdum. Alleg. quod no. Arch. in c. quid culpatur. super uerbo, legitimo. xxij. quæst. j. Et facit mentionem de glo. præalleg. quæ inuehit contra miseros prælatos obedientes iniustis præceptis Papæ. Per istum text. Pet. de Anch. consilio cccxcj. præmisso proclariori. insurgit more laicorum animosè & uerbis elatis contra quandam declarationē Papæ dicentis, qualiter fuerat animus suus reseruare, etc. quia tanquam iniqua & contraria iuri, erat refutanda, per l. quoties. de preci. impe. offer. maximè, quia tollebat ius alteri quæsitum, contra l. pen. C. de decu. lib. x. ubi statuere iterum superiam firmatis nō est proponere remedium æquitatis, sed calumniam præteritis inuenire. ¶ Per istum text. & alia, dicit Pet. de Anch. consil. ccxxxv. Per prædicta subtiliter, etc. ad fi. quòd si res aliter se habet, quàm presupponat mens rescripti, est supersedendū, & si contineat excommunicationem latæ sententiæ: quia tacita conditio, Si præses, etc. tenet eam in suspenso. Dixi s. c. ij. Per istum tex. dixit Card. consil. clxvij. Dominus noster Papa. ad fi. quòd ubi agitur de grauissimo damno tertij, uel de malo futuro, uel scandalo, tolerat Papa, ut supersedeatur. Alleg. tex. j. q. vij. & si illa. & hîc, & Inno. c. in cāpisitum. de sent. excom. Per illum tex. dicit Card. consilio cv. quæsitum sæpe fuit à me. in sexto dubio, quòd stante schismate non est obediendum præceptis Papæ hutristuis schismatis. Per istum tex. dicit ~~Ioan. de Lig. de regu. ad Apostolicam.~~ ibi, sed nihilquid poterit monasterium. quòd si Papa mandat monachis, ut aliquem recipiant, possunt tamen ei opponere crimina, uel defectus. Per istum tex. dicit Ioan. And. in c. ad honorem. de author. & usu pal. quòd non obstante plenitudine potestatis, quæ est in Papa, non est obediendum ei peccato imminēnte. Per istum tex. dicit Hostien. in c. propoluit. de concel. præben. quòd omnes tenentur obedire Papæ, quicquid præcipiat, nisi sequi possit peccatum: & ibi Abb. Per istum text. dixit Bald. in c. ij. ad finem, suprà co. si Papa mandat confirmari sententiam, non intelligitur leuato uelo, sed causa cognita: & potest infirmari, si infirmanda est: secus, si mandatur executio, dum modò sit apeita per diffinitiuam, quæ transiuit in rem iud. Per † istum text. inferri potest ad casum, qui Romæ occurrit Ioan. Papæ XXIII. qui cùm iussisset quendam Romanum decapitari, & ille adeò clamasset, ob id Papam esse irregularem, quòd populus de irregularitate Pontificis scandalizabatur, fuit iussu Papæ liberatus, ut refert Paris de Puteo in lib. De syndicatu, fol. 32. Sed re uera iste casus longè antea euenerat Hostien. dum esset legatus Bononiæ, ubi reus condemnatus petens ut dimitteretur priùs ad legatum, alioquin de re ardua, cùm nihil arduum dixisset, turbatus legatus dixit, Ducatur ad iusticiam. Illo autem clamante, multos esse irregulares, respondit legatus, Maledicatur, qui te docuit, eumq; remissum ad carceres postea liberauit. Ita narrat Ioan. de Lig. in c. sententiam. in fin. ne cler. uel mon. dicens se hoc audiuisse à domino Paul. dum legebat. Et fundantur ista dicta in c. ex literis. de excess. præla. & in d. c. sententiam. ubi prælati non imponunt proprio ore contra personam specialem iudicium sanguinis. Vnde dicit Bald. in c. ij. in fi. de ma. & obe. quòd Papa potest imponere pœnam mortis statuendo, sed nō exequendo, secundum Innoc. Et si propriis manibus Papa occideret aliquem, fieret statim irregularis: quod dicit ualde notandum. Dixi aliquid in c. fin. in fi. de ma. & obe. Et ad excusationē supersedentis executioni iniusti mandati, uide quod de Petronio Romano scribitur in Supplemento chronicarum, lib. viij. fol. 3. & retuli infrà eo. cùm dilecta. uer. Amplia primò. per istum text. dominus noster, etc. Stupendè nos instruit ad impugnan-

da res

c. si quando.

da rescripta, quorum executio tenderet in dedecus Apostolicæ sedis, quæ, secundum eum, patitur magnum vilipendium, quãdo sine causa facit mutationes in ecclesiasticis. Subdit eleganter, ꝙ etiam, ubi est clausula, Motu proprio, sæpe est facta concessio ad instantiã impetrantium. Quod no. Et subdit, quòd rescriptum ad utilitatem priuatam non derogat rescripto cõcesso ad publicam, etiam facta eius mentione, nisi de causa publica aliquid dicat. etiamsi sit ex certa scientia & motu proprio: & sequitur dictas glo. de prælatis miseris. Et hoc de causa publica adde ad dicta suprà eo. cæterùm. Respondet ad §. qui autem. xvij. quæst. iiij. ubi sacrilegium committunt, qui disputant, an sit dignus, quem princeps eligit & dicit, quòd imo: si constat, ꝙ est malus, potest de hoc disputari. Allegant Lau. de Pinu, & Archi. ibi. Vnde dicit Ioan. And. de sent. excom. à nobis. Io ij. quòd si ecclesia ligat, uel absoluit errante claue, non ualet, quo ad Deum. Facit gl. de iureiur. quanto. & de uoto. non est. cum concor. Postea paulo j. uer. post hoc consilium. cùm Card. reprehensus fuisset de nimia audacia, latè se excusat subdendo hæc uerba: Quòd tanta fuit olim & hodie impetrantium ambitio, quòd sæpe talia conceduntur à sede Apostolica, ex quibus probetur materia cæteris dicendi, ubi est Deus clericorum, de uoto. magnæ. Vide semper dictum consilium. Per istum text. dicit etiam Abb. in c. cùm teneamur. de præben. quòd etiamsi Papa scribat cum clausula, Non obstante scandalo, non est obediendum, si dubitatur de peccato. Allegat etiam Inno. in c. inquisitionem. de sent. excom. ¶ Propter illud dictum Inno. in c. inquisitioni. Infert hic Abb. quòd † non ualet collatio facta per Papam notoriè indigno tanta indignitate, ꝙ nutriretur peccatum. Et idem Ioã. And. j. eo. cùm adeò. & ibi Butr. Domin. & Imol. Facit glo. j. in cam te. de æta. & qual. Et dicit Bal. in d. c. cùm adeò. quòd si constat de certa scientia, ubi Papa scribit pro indigno, non potest aliquid opponi. Vnde si mandat prouideri impuberi nominata impubertate, obediendũ est, dum modò sit pubertati proximus, uel doli capax: secus, si est infans, uel non doli capax, uel furiosus, uel prodigus, cui per sententiam est interdictum bonis: quia gubernacula non sunt talibus committenda. Subdit paulò infrà, quòd si mandat aliquem recipi in canonicũ, non obstantibus exceptionibus quibuscunq;, non sunt remotæ legitimæ, id est, scriptæ in iure: sed bene illæ, de quibus inter Doctores est disputatio. Dixit etiam Hostien. de off. ord. significauit. quòd si Papa absoluit excommunicatum, qui eum in impetratione absolutionis decepit, potest episcopus non sequi absolutionem, & reinducere in excõmunicationem. Et idem dicit de aliis gestis per Papam malè informatum, nisi esset casus, in quo Papa dispensare posset: aliàs autem nunquam debet ei obediri contra Deum. Et de hoc exclamat ibi Abb. quòd legi, uel præcepto Papæ continenti peccatum per Papam non remissibile, nõ est obediendum. Pro tanto dixit Bal. in proœ. Decret. quòd si Papa scribit pro intruso, non esset ei ullo modo obediendum. Facit quod no. Archi. xxiij. q. j. quid culpatur. secundum eum referentem etiam d. glo. de prælatis miseris. Et idem Abb. in d. c. cùm teneamur. quia Papa non potest contra legẽ Dei, xxv. q. j. sunt quidam. Sed Deus præcepit malum uitãdum. Ergo ei parendum: qa non dedit Petro potestatem faciendi de peccato non peccatum, xl. dist. c. j. Ad hæc bonus text. ij. q. iij. Iulianus. cum seq. bona glo. in c. pastòralis. in uerbo, consona. de fide instru. Propterea dixit Host. de præben. graue. quòd ubi clerici reperiuntur indigni tanta indignitate, ꝙ sine peccato non potest eis prouideri, melius est paucis dignis, uel uni tantùm digno multas ecclesias conferre: secùs, si non est tanta indignitas: quia construenda est domus ex lapidibus, quæ occurrunt. Et sequuntur ibi

4 aliij. Et ideo si executor Papæ prouidet indigno tali indignitate, ꝙ si Papa sciuisset, nunquam scripsisset pro illo, non tenet prouisio. Abb. in c. j. ad fi. de re iud. reuocans, quod dixerat in c. fi. in fi. de præsump. Fortiùs dixit Inno. in c. ne Dei. in glo. ij. de simo. ꝙ religiosus non tenetur obedire præcepto Papæ, quod repugnat regulæ ab eo professæ: & sequitur Martinus de Laude in tractatu de Principibus, fol. 2. uers. si Papa mandat. Facit quod scribit Lud. in l. si uerò. §. de uiro. vij. falle. fol. mat. extollens Inno. in d. c. inquisitioni. quem etiam extollit Nicol. Myl. in Repertorio, in uerb. Papa. §. xlviij. Papæ non est obediẽdum, etc. Intellige, nisi Papa ex maxima causa præciperet aliquid tale religioso, etiam ut matrimonium contraheret: quia licet hoc non posset præcipere eo stante monacho, de stat. mo. cùm ad monaste-
5 rium. in fi. tamen † potest eum facere de
d monacho non monachum [a]: quia dicit Inno. in c. presbyter. in fi. primæ gl. de sacr. non ite. ꝙ Papa posset facere, ꝙ non esset monachus, cùm ipse constituerit ordinem monachorum, & ꝙ in monachatu nõ infertur character. Ad quod uide latiùs Ioan. And. in regula, semel Deo. in Merc. Et sic intelligitur opi. S. Tho. secunda secundæ, q. lxxxviij. artic. ult. ubi latè uoluit, Papam nõ posse dispensare cum religioso professo super uoto continentiæ, per c. cùm ad monasterium. in fi. de sta. mo. licet ipse Thomas contrariũ dixerit in iiij. sent. dist. xxxviij. q. j. artic. iiij. circa medium, ibi, sed hoc etiã non uidetur sufficienter dictum. Est uerum, ꝙ ut aliàs latè dicam, opin. Thomæ in secunda, ꝙ Papa non possit dispensare in uoto solenni continentiæ, tenet Ioã. de Turre cremata, Cardin. sancti Sixti, in libello, De potestat. Papæ, q. xxxv. & Albertus Magnus, & Bonauent. in iiij. ubi s. & Ray. in summa. de uoto, & gl. xxv. q. j. sunt quidam. Sed tamen cõmunior est alia opi. Tho. in iiij. cum qua concordat latè Ioan. And. in d. regula, semel. & Pet. de Anch. consi. mihi cccxxxv. pro maiori intelligentia. referentes, ꝙ quidam Remig. monachus & sacerdos de sanguine regio Aragonũ cum dispensatione Apostolica duxit uxorẽ, cùm defecissent alij masculi, ex qua suscepit Petronillã, quæ successit in regno nupta Raymũdo comiti & marchioni, ex quibus ortæ sunt viij. generationes illius domus Aragoniæ. Et hanc partẽ tenet etiam Inno. latè in d. c. cùm ad monasterium. Arch. latissimè j. in d. c. sunt quidam. Pet. de Anch. in repe. c. j. s. tit. prox. glo. in c. cùm olim. in uer. uotũ. de cle. coniu. & ibi Abb. & Imo. Car. post gl. j. in cle. j. in j. oppos. de consan. & affi. Abb. in c. rursus. qui cle. uel uo. Dom. latè post gl. etiam Arch. in c. de illo. xxxij. dist. Bald. in l. rescripta. ibi, item dispẽsat. C. de preci. impera. offe. Arch. in c. cùm in præterito. lxxxiij. post Lau. de Pinu, But. in c. j. in fin. de uoto. Imol. post Guliel. in cle. j. de consang. & affin. Pet. de Anch. in cle. abusionibus. de pœn. & re. Ioan. de Lig. in consi. In Christi nomine, & beatæ uirginis gloriosæ. Hostien. in sum. de uoto. §. qualiter, & cuius authoritate. uersi. sed & de uotis uoluntarijs. Bald. in l. si tibi filius. in fin. ff. de adopt. Imol. in l. in substitutio ne. post medium, ff. de uul. & pup. Abb. dicens ita tenere omnes Canonistas, in dicto c. cùm ad monasterium. in fin. Hostien. in summa, qui cler. uel uo. §. qui uouens. uer. uidetur igitur. Archi. in secunda parte suæ Summæ, tit. xj. c. ij. uer. ex dispensatione uotorum. Petr. de Monte in tractatu De Papa & cõcilio: uersi. quarta conclusio. col. 46. Ioã. And. latè in c. j. de uoto. eleganter Richar. de Mediauilla in iiij. senten. dist. xxxviij. q. ix. artic. j. latè Assesanus eum referens in sua Summa, lib. j. quæst. xx. artic. xj. Iacobus Zochus conciuis meus latissimè in c. ij. iiij. quæst. qui cler. uel uouen. Spec. de lega. §. nunc breuiter. uer. xv. sentit glos. j. in c. si custos. xxvij. quæst. j. Et potissima ratio est, quia licet propter

repugnan-

a *Nõ monachũ.] Adde idem tenentem do. Socin. consil. xcij. incip. Circa primum huius consultationis. in j. parte.*

repugnantiam nõ possit facere, ꝙ professus stante professione non contineat, tamẽ potest uoto castitatis dispensatiuè sublato licentiare eum, ut contrahat matrimonium ex causa. Et etiam ex isto argumento sequitur fortiùs, quòd sicut ex uoluntate Papæ & ecclesiæ clerici in sacris obligantur ad castitatem, ita ex sola uoluntate posset Papa statuere, quòd licitè contraherent, ut sentit Abb. in c. cùm olim. de cle. coniug. Ergo si ex sola uoluntate potest cum omnibus ita statuere, fortiùs cum uno etiam sine causa dispensare, & successiuè cum pluribus singularibus: Nisi dicas, quòd cùm prohibitio coniugij fuerit ex magna causa, secundum Io. An. in d. c. j. etiam relaxatio debeat esse cum causa, fm Nic. Myl. in Reperto. in uersi. dispensatio. ad fi. Et dicit Bald. in cap. j. in fi. de milite uasallo, qui bellica ar. depo. quòd professio non est sacramentum ecclesiæ. Vnde posset per Papam tolli. Et quòd de clerico possit fieri non clericus, patet in cap. degradatio. de pœn. in vj. Sed quæ dicta sunt de causa urgenti, communiter tenentur: & credo ita seruari in curia, attento quòd Calixtus Papa III. recusauit dispensare super coniugio diaconi, qui solùm allegabat se legi carnis nõ posse resistere, quamuis pro eo intercederet Aeneas tunc Car. Senensis, qui postea successit Calixto, dictus Pius II. ut in suis epistolis in Cardinalatu compositis, fol. pe. ubi scribit expectandum esse ab amico alterius apostolatum, qui mitior sit.

6 Stat difficultas, Vtrùm † scribendo ꝙ indigno scienter, uideatur Papa tacitè dispensare, si illa indignitas est ab eo dispensabilis? In quo Ab. hîc tenet, ꝙ sic. Et idem Inno. in d. c. significauit. secus dicens in inferiore à Papa. Remittit ad no. in cap. ij. de schis. Sed contrarium etiam in Papa firmant Ioan. And. But. & Domi. in d. c. significauit. dicentes, quòd etiam eo casu, quo dispensare potest, non est ei parendum, nisi dispenset expressè. Alleg. no. in d. c. ij. Quæ uerba non uidentur uidisse Ab. hîc, & Imo. ibi. ¶ Considera tria. Primò doctrinam But. & Domi. de fil. presb. uenientes. dum dicunt, quòd actus superioris consistens nõ in pati, sed in agere, operatur dispẽsationẽ, dum modò appareat, quòd de causa dispensationis cognouerint summariæ: & tunc promouendo inhabilem uidetur dispensare. Et in dubio non præsumitur causæ cognitio in ista tacita dispensatione, licet Host. ibi aliter: quod Ioan. And. putat falsissimum. Hoc modo ualde restringeretur opi. Abb. hîc, & aliorum in simili materia, uidelicet quòd nisi appareat Papam adhibuisse causę cognitionem, non inducatur tacita dispensatio per promotionem personæ inhabilis, quamuis expressa inhabilitate. ¶ Considera secundò, quòd hîc essent uidenda tria dubia magna. Primum, quando princeps promouendo inhabilem uideatur dispensare? De quo per omnes, excepto Bart. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. & per Anan. post alios, & in dicto cap. ij. & Ludou. consil. cccvij. In casu. & per multos alios hincinde: reduxi quædam in c. præterea. de testi. cog. Secundum, utrùm circa defectus iuris positiui possit Papa dispensare sine causa. De quo aliquid Inno. c. cùm ad monasterium. in fin. de sta. mo. & Ludo. consi. cccvij. in fin. & pleniùs per Ioan. And. & alios in c. de multa. de præben. extollentes quædam aurea dicta beati Thomæ, de quibus per Arch. xj. dis. c. consequens. & de hoc dicetur infrà eod. ad audientiam. Io ij. uersi. septimò ista procedunt. Tertium, utrùm in dubio præsumatur causa in principe? De hoc satis dixi suprà, ti. proxi. quæ in ecclesiarum. ¶ Considera tertiò aurea uerba But. in proœmio Decretalium, ibi: est igitur consensus. ubi dicit, quòd quando consensus principis exigitur per uiam dispensationis, utrùm possit cõprehendi tacitè. Omnes recurrunt ad not. in d. cap. ueniens. & in d. l. quidam. & in d. c. ij. In quibus locis re-

c. si quando.

uera non decidit propriè, quid in Papa uel principe, sed de inferiore, secundum eum. Dic ergo sic in Papa, quòd aliquando uerba demonstrant inhabilitatem in eo, pro quo scribitur ut dicit, tali illegitimè nato uolumus prouideri, & ex certa scientia: & tunc dispensatum est. Aliquando uerba non denotant aliquam inhabilitatem, & tunc etiamsi ex certa scientia hoc facit, non uidetur dispensare, nisi aliud exprimat. Ad hoc cle. ulti. de sen. excom. Differt ergo inferior ab ipso Papa: quia in inferiore requiruntur uerba dispensationis, uel quòd præcedat causæ cognitio: sed in Papa sufficiunt uerba denotantia inhabilitatem, secundum eum. Transeundo ergo pro nunc cum ista doctrina, potest saluari opi. Abb. hîc, pro quo etiam bene facit Rot. hîc ti. xxxij. in nouis, dum ponderat l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. Facit dictum consi. Lud. cccvij. & c. cùm olim. lo ij. cum glo. in uerbo, monachi. de priui. & gl. in uerbo, literarum. in c. statutum. de rescr. in vj. Latè ponit But. in c. consultationibus. de iure pa. in repet.

7 ¶ De † inferioribus autem à Papa promouentibus scienter indignum, dicetur aliàs, uno solo pro nunc incidenter commemorato, & à prælatis hodiernis fixo oculo notando, uidelicet quòd prælatus promouens scienter indignum, tenetur ecclesiæ, quam læsit, ad interesse. Ita dicit Pet. de Anch. se credere, in cle. j. in ult. not. de æta. & quali. ad similitudinem magistratus, qui minùs idoneo tutelam pupilli commisit tenetur enim, si contra tutorem malè administrantem non potest pupillus habere regressum, l. j. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ra. dis. Vide glos. pen. in c. ad Apostolicam. de regula. & glos. fi. in c. tales. xxiij. dist. Et dixit stupenda glos. in l. qui eum uno. in princ. in uer. temporario. in fin. ff. de re. mili. quòd episcopus indignè promotus meretur decapitari. Meritò dicebat Pius Papa II. ut refert Platina in Vitis Pontificum, Indoctum episcopum asino comparandum, quod uerbum tractum puto ex uulgata glossella Ioan. Mo. in c. cùm ex eo. de elec. in vj. ubi super tex. dum dicit, Ecclesiam permaximè in digere uiris literatis, addit, Et non asinis ferratis. Et de his alias: nam talia non sunt dilatanda propter illud Terentianum, *Veritas odium parit.* Oportet enim, ut qui principibus uult placere, ambulet inter laudem & placentiam, non uersus Veronam, ut inquit, non tam facetè, quàm grauiter, Pius summus pontifex in epistola ad Borsium ducem Ferrariæ, quæ incipit, Nemo uerum de se minùs audit, quã publica potestas. Et uide, quod dico j. eo. c. penult. col.

Dicta per istum textum

suprà, Limita ex not. latè per Petr. de Monte, in libro De potestate Papæ, & concilij, col. 39, ubi probat, quòd in ciuilibus præcepto Papę, quamuis durissimo, debet obediri, per c. in memoriam. xix. dist. ibi, licet iugũ uix ferendum, etc. nisi contineat peccatum. Ita temperat dictum Innoc. in d. c. inquisitioni. Imo subsistente magna causa & notabili, alijs põt præcipere cõtra uniuersale statutum ecclesiæ. Ita ponderat uerba Innoc. infrà, ti. proxi. quanto. & dicetur propè secus, ubi nõ est talis causa, ut latiùs per dictum Pet. cuius uehementiæ dedit causam inobedientia concilij ultimò celebrati Basileæ, & postea quasi rebellionem nimis continuati contra mandata Eugenij IIII. Sed è regione pro excusanda illa inobedientia uide longum sermonem dom. Ab. incip. Maximum onus & humeris meis importabile. ubi iuridicè impugnat rationes adductas ab oratoribus Eugenij. De qua materia meminit etiam Archiepiscopus Florentinus fauens Eugenio in Sũma de uitijs, fol. 162. uer. schisma autẽ, quod nunc regnat. ¶ Pro ista limitatione uide etiam Bal. in leg. acceptam. in fi. C. de usur. ubi dicit, ꝙ statutum est seruandum, licet durum, leg. prospexit. ff. qui & à quibus. Sed præceptum

Papæ seruandum est, dum modò non inferat alteri iniustitiam: quia ecclesia ultrix est iniusticiæ, c. si clientulus. §. si diuisum. de alienatione feu. Et ideo dicit Arch. in c. rescripta. xxv. q. v. ꝙ ubi præceptum Papæ parum, aut nihil nocet, obediendum est. Secus, ubi multum: quia expectabitur secunda iussio, nisi ponat clausulam, Non obstante canone, à quo causatur ius tertij: quia tunc uidetur eum abrogare, c. ex parte. Io ij. de off. deleg. ut latiùs per eum ibi. Et etiã aliquid xxv. q. ij. in summa. ad fi. & facit glo. j. xij. dist. præceptis. & ibi ponit Domi. de expectanda secunda iussione. Dixit tamen Bald. j. eo. cùm adeo. relato Arch. ubi §. ꝙ si dicta clausula Non obstante, sit apposita, ubi Papa non consueuit dispensare, est expectanda secunda iussio, nisi appareat de proprio motu: ut quia fecit gratiã absenti & ignoranti, & hoc ipsum exprimat. Alleg. c. si motu. de præbend. in vj. Quod uerbum signa per id, quod dicam in fi. huius c. Auditur etiam uolens probare, quòd rescriptum cum clausula Non obstante, non emanauit à curia, secundum Arch. in d. c. rescripta. per illum text. Et circa dictum Inn. in d. c. quanto. quòd non est sustinendus Papa faciens contra generalem statum ecclesiæ. Vide ibi Abb. & in c. literas. de resti. spol. & in c. significasti. de elect. in c. ad hæc. ad fi. infrà, eod. & c. ij. de maiorit. & obedien. in c. nulli. de sent. excommu. in c. proposuit. de concess. præb. in cap. cùm olim. in fi. de cleri. coniug. Imo. post Cardi. in dicto c. proposuit. Domi. in c. quæ in ecclesiarum. uersi. unde dicit suprà, tit. proxi. Ange. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Ludoui. in cap. si uerò. §. de uiro. in vij. fallentia, ff. solut. matri. Pet. de Monte in tractatu De potestate Papæ, & concilij, xxxix, xliiij. xlix. col. & ubi semper uide Ana. post Car. in c. petitio. de homi. Oldra. consi. lxj. ¶ Communiter dicitur, quòd potest disponere in concernentibus uniuersalem statum ecclesiæ. Fallit in duobus casibus. Primus, quando sua ordinatio non habet iustam & apparentẽ causam. Et iste est unus casus, in quo in eo nõ præsumitur causa, ut expressè uult Inno. in d. c. quanto. & expressiùs ibi dom. Abb. & Ludo. consil. ccccl xxiij. dubitatur. Fallit secundo, ubi decoloraretur uniuersalis ecclesia ex mutatione uniuersalis status ecclesiæ, per c. & si illa. j. q. vij. c. memor. xxiiij. q. j. ¶ Istis modis intellige gloss. in d. c. literas. in uer. dispensare. Inno. in cap. super eo. post med. gloss. ij. de biga. & in c. cùm ad monasterium. in gloss. nisi ex causa. paulò post med. ibi, item not. quòd quidam. de stat. mo. Spec. de leg. §. nunc breuiter. gloss. in cap. sunt quidam. xxv. q. j. gloss. fin. in c. dilectissimis. xij. q. j. But. consi. xix. quia hîc agitur. Et in locis præallegatis inuenies per uarias quæstiones, quæ dicantur concernere uniuersalem statum ecclesiæ. Dixi aliquid in cap. ij. de maio. & obe. ponendo, an Papa posset tollere clericis priuilegiũ fori, uel canonis. Sic etiam multa alia, de quibus in dictis locis, ex quibus multa extendi possent. De qua materia uide etiam Nic. Mylum in Repertorio, in uerb. Papa. §. xlvij. incip. Papæ non est obediendum. & Ludo. consi. cccxlv. circa primum uersic. cæterùm. uersic. quinimo non potest Papa. ¶ Reliqua de obedientia præstanda Papæ, uide per plura dicta beati Thomæ & aliorum collecta per fratrem Ioan. de Turre cremata, olim Card. sancti Sixti in trac. De potestate Papæ, q. xiij. xv. xlix. & lxvij. & Archiepiscopi Flor. latissimè in j. parte tertiæ partis suæ summæ sub rubri. de statu summorum pontificum, in ultimis quæstionibus, & latè Aug. de Ancho. in lib. De potestate ecclesiæ, q. xxij. cum tribus sequentibus, & in omnibus suis articulis. Et ibi habes de obedientia regum, & paganorum, & Iudeorum erga Papam. Non ignores dictum Fran. de Marone in iij. dis. xix. q. j. quòd Papa non potest facere, quòd illud, quod est peccatum ueniale, sit mortale. Posset tamen per suum præceptũ obligare, ne illud fiat, & cõtra uenens peccabit mortaliter: non, quia ueniale sit effectum mortale, sed propter inobedientiam: quia fit contra præceptum cap. ij. de maio. & obed. c. quod præcipitur. xiij. quæst. j. ut latiùs per eum. Bene facit gloss. Deute. xviij. c. dum tex. ibi dicit, Prophetam suscitabo de fratribus uestris, quicunq; illum non exaudierit, illius ego ultor existam: gloss. infert, quòd grandi pœna puniendi sunt resistentes summo pontifici. Tamen ille text. non intelligitur de Papa, sed de Christo, secundum gloss. Burgensis ibi, quæ incipit, hoc, quod dicitur hîc. Faciunt, quæ recitaui in cap. j. suprà ti. proxi. de præeminentia Papæ supra omnes. Et ad excusationem Cardinalium non obedientium Papæ tempore schismatis, cùm non sit certus Papa, uide Pet. de Anch. consil. mihi cvj. incip. Contentio inter Papam Grego. Et quòd cardinales non possint discedere ab obedientia Papæ non hæretici, uide gloss. j. in cap. Anastasius. xix. dist. quam ibi not. Domi. Et generaliter, an semper sit superiori obediendum, uide latè Domi. in cap. nerui. xiij. dist. Et de effectu scandali, & quando sit de eo curandum, & quando non, dixi satis de præscrip. mihil. Sufficiunt hæc elongata fortè magis, quàm expediret. Sed reuera, quæ omitto, plura sunt, quàm quæ retuli.

8 ¶ Dum Abb. alle. in fi. Inno. in c. ad aures. de temp. ord. de † præceptis inferiorum factis sine causa, aduerte: quia dum dicit, superiorem posse præcipere subdito etiam sine causa, loquitur in spectantibus ad officium suum: secus in non spectantibus. An autem sit appellandum in primo casu, dicunt ibi Hosti. & Ioan. And. quòd non: & tale grauamen extraiudiciale non transit in rem iudi. & sequitur ibi latè But. Non obstat. dictũ Inn. in c. ij. in glo. & malè, de resti. in integ. quia, secundũ Abb. ibi, quando præceptum fit sine causæ cognitione, non in figura iudicij, non transit in rem iudicatam. Ita loquitur Inn. ibi: non dicit, quòd non ualeat, si fit causa non cognita, nisi excedat metas suæ potestatis: quia receptum non astringitur, etiamsi pars tacet, & non appellet. Quod ualde not. Abb. Et adde Pet. de Anch. in regula, ea quæ. ibi, & hoc intelligo, de reg. iu. in vj. Vbi dixit, quòd si præcipitur in spectantibus ad officium iudicis omissa causæ cognitione, non reddit præceptũ nullum, nisi esset notorie iniustum. Alle. Inno. & Ioan. And. in d. c. ij. Et intellige sanè in his, quæ habent per iudicem terminari non in figura iudicij, sed in exequẽdo officio, ut cogere clericos ad promotionem, uel residentiam: quia in talibus non reperitur traditus certus ordo, & præsumitur pro iudice Inno. in c. innotuit. de eo, qui fur. or. fusce. secus in his, quæ deducuntur principaliter in iudicio, & habent per sententiam terminari. Debent enim expediri ordine iuris, & causa cognita, l. prolatam. C. de senten. quia officium iudicis est à iure limitatum in talibus, C. commi. uel epi. l. programma. & per totum, ubi mandata iudicum de soluendo debitum, siue pœnam, non audita, nec examinata causa, non ualent. Hoc modo intellige But. in c. ex parte. Io j. ad fi. ibi, tertiò, quòd licet. de uer. sig. ubi dicit, quòd sicut post sententiam non reuocatur error, cap. fi. de confes. ita nec post præceptum latum causa cognita: secus, si non processit causæ cognitio, propter gloss. fin. ibi, Quam bene nota. Sic intellige Bart. ff. de confes. non fatetur. & Abb. de app. peruenit. Io ij. Et cum istis concordat Pau. consi. xxxix. de quibus latè per Bald. in rep. l. ij. ff. de iurejur. fol. 7. ibi, sed tu dic concordando istos. ubi ponit concordiam longam inter Innocentium, ubi suprà, & Dyn. in l. filiusfam. §. diui. de leg. j. Et ista adde ad Imol. & Alexand. in dicto §. diui. ubi post plurimas remissiones latè inuenies de istis præceptis iudicum nudis, id est, sine causæ cognitione. Et eorum dicta replicare, uel mihi attribuere, uitium esset, quòd semper abhorrui, licet hodie reputetur uirtus à plurimis.

Circa

c. si quando.

¶ Circa reddendam Rationem † secretorum Dei, uide Archi. in c. Nabuchodonosor. alle. in gl. ubi dicit, posse reddi rationem in genere, s. ex parte diuinæ bõnitatis: deinde dicit post Hugo. de S. Vic. quædam esse secundũ rationẽ, & ista sunt necessaria: quædam contra rationẽ, & ista incredibilia: quædã supra rationẽ, & ista mirabilia. Et sequitur hîc And. Sic. Adde beatũ Tho. in ij. ij. q. xix. xxij. & xxiij. & Aegid. in j. sententiarum. dist. xlvij. tractantes materiam prædestinationis, de qua ad plenum per Amb. de Teruiso in suo Quadragesimali sermone xij. inci. Assumpsit Iesus Petrũ, etc. Et sermone xxxvj. Opera, quæ ego facio, etc. & pulchrè dixit Ange. contra Pelagium, inscrutabilia & incomprehensibilia nolo, ut interroges: quia quod lego, credo & ueneror, non autem discutio. Et Gregorius xxix. lib. Moralium, postquã quæsiuit, Cur sæpe boni demnentur, in fi. subdit, latent hæc sensus hominũ, nec quicq̃ de cuiuslibet fine cognoscãt: quia diuinorũ iudiciorum abyssus humanæ mentis oculo nullatenus penetratur. Et Apostolus ad Roma. cap. xj. in fi. O altitudo diuitiarũ, etc. inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius: de pœ. dist. iiij. fi ex bono. glo. in uer. ex tempore. in cle. j. de sum. tri. Et in Psal. xxxv. Iudicia Dei, abyssus multa. Et dicitur Sap. iij. c. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Et uide Paulum episcopum Burgensem in addi. quas fecit ad Nic. de Lyra, Apocalyp. xiij. c. in illa
10 addi. magna impressa, in qua latè tractat † De secta Saracenorum, uer. circa quintum. ubi excusans à curiositate quæstionem, qua quærit, cur tantum duret secta Saracenorum, dicit, ꝙ licet non sit quærenda causa de uoluntate Dei, quæ est eius essentia, cùm sit prima causa omnium, nihilo minùs de eius effectibus à sanctis & iustis uiris quæruntur specialiter causæ. Inducit in Hie-

a Xij. Adde Iob xxj. c. re. xij. c. [a] dũ dicit, Quare uia impiorum prosperatur: & j. Plantasti eos, & radicem miserunt, & proficiunt. Et Abac. Deo loquẽs sic in j. cap. ait: Mundi sunt oculi tui, ne uideas malum, & respicere ad iniquitatem non potes: quare non respicis super iniquè agẽtes, & taces deuorante impio iustiorem se. Et de his aliàs. ¶ Circa ra-
11 tionẽ legis dicit Pet. de Anch. in cle. j. de elec. ꝙ si † perfecta ratio reddi nõ potest, sufficit dicere, Ita scriptum est. Alleg. l. prospexit. ff. qui & à quibus. quia postq̃ lex est cõdita, iudicandũ est fm ipsam, nõ de ipsa c. in istis. iiij. dist. quẽ tex. alle. Ana. in c. ij. de delict. pue. ponens quædam alia, quæ eo tacito refert hîc And. Sic. ¶ Sed uidetur mirabilis d. l. prospexit. quia lex, uerba. C. de adul. habet rationem subintellectam, quòd ideo mulier pendente tempore xl. dierum ad accusandum prohibetur manumittere seruos, ne fiat in fraudem euitandæ torturæ, cui serui subijci debent: modò uult l. prospexit. idem esse etiam in seruis, qui moram traxerunt in alia prouincia, nunquã uersati in ministerio mulieris: quo casu cessat ratio prohibitæ manumissionis, Et tamen non cessat prohibitio. Et ita seruandum est, licet sit durum: quia ita scriptum est. Si diceres: Ergo cessante ratione legis, non cessat lex, contra legem, adigere. §. quãuis. ff. de iure pa. cum si. datur responsio cõmuniter approbata, secundum Bar. in d. l. prospexit. & in d. §. quãuis. ꝙ illud dictum fallit, quando obseruantia legis etiam ratione carentis solùm impedit lucri acquisitionem, quamuis indebitè: quia hoc nõ curatur: secus, ubi quis pateret damnũ, uel lucraretur indebitè: quia lex restringeretur, ut latiùs per eum, quem sequitur Imo. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. mat. & in l. ubi purè. ff. ad Trebel. Et ideo Bar. in l. omnes populi. ibi, secundò quæro. ff. de iusti. & iu. dixit, quòd phlebotomans in palatio non incurrit pœnã statuti. Sed si statutum priuaret lucro facientem ibi sanguinem, ille priuaretur: quia licet deficiat ratio statuti timentis scandalum, & honorantis locum, tamen non deficiet statutum, postquam sequitur sola cessatio lucri, per dictam l. prospexit. ¶ Considera quinq̃. Primò: quia uidetur iniustum, quòd contraueniens legi, non autem quæ sint legis, amittat lucrum. Ideo intellectus Bart. non placet. Sal. in l. si serui. uer. ista uerba non uidentur mihi perfecta. C. de noxalibus. Præterea in casu l. prospexit. nedum sequitur lucri amissio, sed etiam corporis iniusta afflictio: quia, secundum Sal. in d. l. uerba frustratoria. esset prohibitio legis, prospexit. si illi absentes torqueri nõ possent. ¶ Considera secundò uerba Bald. in l. non dubium. C. de legi. dum dicit, quòd sufficit l. esse rationabilem in sua generalitate, id est, in generibus singulorum, non in singulis generum. Dato ergo, ꝙ in aliquo singularissimo casu cessaret ratio legis, non tamen restringetur lex, secundum eum, quem sequitur Pet. de Anch. in repe. c. j. ibi, circa secundũ articulum. §. ti. proxi. Sed certè adhuc uidetur iniustum, ꝙ in illo casu, quamuis singulari, cessante legis ratione lex affligat. ¶ Considera tertiò uerba Bald. in l. j. C. quæ sit longa consuetudo. ubi dixit d. l. prospexit. esse singularem rectè intellectam: quia ratio eius dicitur tacita ratio legis, l. uerba, & ideo in casu formali emergenti non possumus perimere formam legis: quia ex tacito non arguitur ad derogationem expressi. ¶ Sed certè licet in l. uerba non essent expressa, ratio tamen unica tantum reddi potest, de qua in d. l. prospexit. & ideo illa habetur pro expressa. Imo, in l. fi. in fi. uer. in eadem gloss. ff. de hær. instit. Alle. Bald. in l. maximum. uersi. sed ista ratio Bart. C. de lib. præte. No. Bald. in l. quamuis. in princ. C. de fideicommi. Sal. in l. si serui. C. de noxa. Pau. consi. cccxxxiiij. præsens casus. & consilio cccxlvij. uisa quadam. Alexand. consil. xlvij. super hæsitatione. Brixien. in Repert. in uerb. lex. in iij. col. Abb. in c. finali, infrà eodem. in c. cùm inter universas. de elect. in c. finali, de rẽ iudi. Philip. pulchrè in c. suggestum. j. not. per illum text. de ap. Abb. in c. secundò requiris. per illum tex. de ap. sentit gloss. in l. tale pactum. ff. de pac. ¶ Considera quartò Bald. in l. si quis seruo. ibi, ego dico. C. de fur. ubi dicit, quòd dilatio legis æquiparatur dilatoriæ statutæ à iudice causa cognita. Vnde sicut illa pendente nihil innouatur, C. de dila. siue pars. ita in casu l. prospexit. nihil est innouandum pendente spatio lx. dierum. Sed certè ista innouatio nõ uidetur respicere finem prohibitæ manumissionis, attenta ratione d. l. uerba. & uerisimili ignorantia seruorum absentium. ¶ Considera quintò Bal. in l. j. ff.
12 sol. ma. ubi dicit, quòd † ubi ratio non est expressa in l. sed per aliam l. subintellectam, ratione cessante non cessat l. si illa ratio non est necessaria, sed probabilis. Ita intelligit d. l. prospexit. & ita uult quòd ubi esset necessaria, cessaret l. in casu singulari, in quo illa ratio non cõcurreret. Quod gusta. Sed certè hoc non est clarum, quòd ratio l. prospexit, expressa ibi, non esset necessaria, attento quòd nulla alia potest subintelligi ad d. l. uerba. Et ideo non sine causa dicebat Ia. de Are. in d. l. non dubium. ꝙ l. prospexit. caret spiritu. Et placent uerba Sali. in d. l. si serui. quæ est l. ij. C. de noxal. quòd in casu l. prospexit. ratio est scripta in l. quasi uoluntas sit pro ratione. Sed nõ est inferendũ, ꝙ cessante causa finali legis nõ cesset l. per ea, quæ latissimè colligit Imo. in c. post translationem. de renun. probando latè & copiosè, quòd cesset lex, quoties cessat ratio eius finalis.
a Et ibi inuenies, quæ dicatur finalis [a], b uel impulsiua [b]. Hoc modo l. prospexit. procedit in casu suo, & etiã in omni casu, in quo non appareret de causa finali legis. Et fortè tenetur, ꝙ cã, de qua in l. prospexit, nõ fuit finalis, uel necessaria, put dixit Bal. in d. l. j. fol. ma. Et istis adde etiã gl. fi. in c. j. de sepul. in

a *Finalis*] *Vide eõ. in do. Soci. cõs. clix. inci. i præsenti cõsultatiõe præmittẽs. uer. cõfirmantur etiã præ dicta. circa medium, i ij. parte.*

qui

qui dicit, quòd causæ, quæ cohærent ipsi dispositioni, & quæ inspecta iuris dispositione inducũt et arctant ad ita disponẽdũ, dicũtur esse finales. Et adde, quòd causa finalis in quacunque dispositione signat principale intentum, ut per præfatum do. Soci. consil. cclj. inc. Quoniam in præsenti consultatione. uer. comprobatur: nam circa princ. in d. parte.

b *Vel impulsiua.* Quæ autem dicatur causa impulsiua, uide in Spec. in ti. de fer. §. j. ad fi. uer. item not. & in tit. de dif. & alle. §. post hoc. uer. uel illud statutum. et in ti. de solu. §. cæterũ, uer. itẽ quod fuit. & de instr. edi. §. nunc autem tiendum. uer. item quod fuit ob causam.

vj. quæ non uidẽs rationẽ l. dixit, non sufficit ita scriptũ. Similiter gl. in l. ij. in prin. in uer. anno. ff. de acquir. rer. do. refert Io. dixisse, Soluat Apollo. Facit gl. in uer. quadragesimũ. in cle. nolentes. de hæret. In qua tñ dicrationẽ: qa in episcopo minoritas ætatis cõpensatur cũ examine, qđ maturius sit, quã in promotione inquisitoris. Abb. in c. cùm in cũctis. ad fi. in prin. de elec. Et dixit Bal. in l. accepta. ult. q. C. de usu. q statutũ, licèt durũ, est seruandũ, per d. l. prospexit. Intelligo, qñ nõ appareret de rõne: secus, si appareret, & sit finalis: quia ea cessante cessabit statutũ etiamsi agitur de solo lucro amittẽdo, ut firmat Ang. & Alex. in l. quãuis. ad fi. ff. de in ius uoc. & Baptis. in d. l. omnes populi. fol. 33. loquẽtes de phlebotomãte, etc. cõtra Bar. ubi s. Et hæc nota: quia non reperies alibi.

Vbi uerò Agitur de iustitia positiua, sufficit in l. uel statuto uolũtas pro rõne. Car. & Imo. hîc, ppter gl. aureã in l. j. §. pueritiã. in uerb. prætor raptæ. ff. de postul. ¶ Per illã gl. dicit Bal. ibi in §. si initiũ. in fi. q præscriptiones sunt de iustitia positiua, de quibus ratio reddi nõ potest: & sequitur hîc And. Sic. Per illam gl. dicit Bal. in c. cùm uenissent. de eo, qui mit. in pos. q consuetudo præsumitur in dubio laudabilis & bona, ex quo ciuibus placet: qa quod eis placet, generat concordiã, quæ ciuitatib. est utilissima. Per illã gl. dicit Bal. in c. ex rescripto. de iureiur. q statutũ non dicitur irrationabile, qñ habet solùm rationem motiuã. Per illam glo. dicit Bal. in rub. C. de constit. q constitutio dicitur rationabilis, eo ipso q non reperitur prohibita, licet eius ratio demonstrari non possit. Allegat etiam Arch. viij. dist. frustra dicentem, q omnis consuetudo dicitur rationabilis, quæ non obuiat canonicis institutis. Per illam gloss. dicit Pet. de Anch. consi. mihi cclxiij. iure diuino. ad fi. q capitaneus ciuitatis non potest dicere reformatoribus statutorum, quare non reformauerunt, prout ordinatum fuerat, quando ipsi tenent locum dominí: quia pro eorum motu præsumitur: & refert uerba Bal. in d. §. si initium. Per illam glo. disputando tenuit Fed. de Scalis, quòd in statutis sufficit uolũtas pro ratione. Vnde nõ dicitur statutum irrationabile prohibendo, ne magnates ingrediantur palatium: & sufficit ratio sal tem motiua. Et sequitur Ang. in d. §. pueritiam. Per illã glo. dixit etiam Ang. ibi, quòd si ex forma statuti contra instrumentum guarentigiæ non potest fieri probatio, nisi per publicum instrumentum habens testes paratos, & in iudicio seculari repulsus non potest ad curiam episcopalem recurrere ratione denegatæ iustitiæ: quia non denegatur iustitia seruando statutũ. Hoc tamen non affirmo: quia contrarium tenet But. in c. cùm Ioannes. ibi, ad primũ. de fi. instr. Bal. in l. fi. §. in computatione. ad fi. C. de iu. deli. & in authen. clericus. post princ. ibi, adde secundũ Arch. C. de epis. & cler. Bar. Veron. cautela cclxxxv. statutũ quãdoq. & But. & Imo. in c. fj. de proba. ubi posui in quarta intelligentia. ¶ Pro illa gloss. pondera etiam gloss. j. in fi. in c. ius generale. §. dist. quòd rigor iuris inducit aliquid contra naturalem æquitatem, & sufficit ita esse scriptum: & latè Dom. post Bar. Et adde istis Ang. in l. iustitia. post mediũ. ff. de iust. & iur. ubi ponit, in quo differt ista iustitia naturalis à positiua: quia naturalis habet rationem urgentem, positiua procedit ex mera uoluntate ius statuẽtis. Vnde dicunt aduocati, in statutis sufficit statuentes ita statuisse. Alleg. glo. j. in d. §. pueritiã. & dicit se nescire alibi: & illa naturalis producit naturales effectus, & est apta producere & tollere naturalem obligationem: positiua uerò nec inducit, nec tollit. Exemplum in chirographo ante biennium, l. si pœnè. ff. de cond. ind. secundum eũ, qui etiam pulchrè ponit de dicto recursu ad ecclesiasticum. Ista declarant c. quo archiepi. all. in glo. de ratione reddẽnda. Dixit tamen Bal. in l. iij. C. de iu. dot. quòd ubi statutũ habet p ratione solum motum statuentiũ, non trahitur ad similes casus. Quod no. ad ea, quæ dixi de l. prospexit. Dicit etiam Arch. in c. in primis. super uer. probata. ij. q. j. q ubi agitur de reuocãdis gestis per principem, assignatur diligenter omnis ratio defectus, ut patientius toleret, sicut & Philippus rex Francorum ostendit Ioanni Papæ XXII. esse reuocandam constitutionem Clementis V. prohibentẽ hastiludia, & torneamenta, quæ fiebant à torneantibus pro auxilio Terræ sanctæ, ne euacuato stipendio militari oporteret eos retrocedere, ut multis euenerat: quoniam cùm per talem cõstitutionem inciperet deficere solita militum copiositas, quæ per illos ludos conseruabatur & augebatur, hac meliori ratione motus, constitutionem reuocauit, & incipit, Reuocatoria: quia in futurum. Facit c. non debet. de consan. & affi. cum suis concor. in quibus ex meliori ratione l. reuocat, sicut & decretalis unica, & schisma in vj. edita per Bonifacium VIII. in confusionẽ domus de Columna, tunc de ecclesia malè merentis, fuit postea ob eius emendationẽ solenniter annihilata per Benedictum XI. in constitutione inc. Dudum bonæ me
13 moriæ. Et sic de similibus. ¶ Dum gl. hîc dicit, paratũ † debere esse prælatum reddere rationẽ, etc. intellige præmissa deliberatione, Inn. in c. j. post prin. de sum. tri. Neque indecens est, q etiam aliquando consulat peritos: quia sæpe dispensat Papa, ut uiri minùs literati, & in tẽporalibus inexperti, sint episcopi, secundum eum. Alle. c. nisi. §. ne pro defectu. de renun. ubi uitæ integritas supplet scientiæ defectum. Quod uerbum habeo prima facie pro mirabili. Nam cùm Apostolus præcipiat episcopum esse debere peritũ scientia, ut j. ad Thimo. c. iiij. & etiam in multis locis adductis à Gratia. in c. qui eccle siastici. §. ecce. xxxvj. dis. non uidetur, q possit Papa dispensare contra Apostolum. Sed respondẽ, q Apostolus in sua doctrina aliqua posuit, sicut promulgãs ius
d diuinũ, ut ad Gal. v. [a] Si circumcidimini, Christus nihil proderit uobis: & multa huiusmodi: & in hoc Papa nõ dispensat: quædã uerò, sicut ppria authoritate statuit, iuxta illud ad Cor. xj. Cætera cùm uenero, disponam: & in his Papa dispensat: & idem in non concernentib. ius diuinũ. Ita declarat sanctus Tho. Quodlibeto iiij. art. xiij. in fi. & in alijs locis no. per fratrẽ Io. de Tu. cre. Card. sancti Sixti, in tracta. De potest. Papæ, q. lxiij. Et quòd Papa dispensat ex causa cõtra Apostolicum statutum, exceptis pertinentibus ad generalem statum ecclesiæ, not. Inn. & alij in c. super eo. de biga. Vide remissiones, quas dedi in c. fin. ad fi. de ma. & obe. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Sed potest quis pertinaciùs instare. Scriptum est enim Oseæ iiij. Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Ergo illiteratura in sacerdote est prohibita à Deo: & sic super istam non cadit Papalis dispensatio, utpotè quæ non potest operari in prohibitis à iure diuino, c. sunt quidam. xxv. q. j. Respondet, quòd ibi Dominus loquitur de scientia diuina prophetis reuelata, quam illi sacerdotes repellentes à Domino repellebantur, ut dicit glo. Et ideo tex. in c. nisi. §. propter defectum. de renun. allegans istud dictum Prophetæ, concludit, q in episcopo nõ requiritur scientia eminens de necessitate, sed

a *Galat. v.* Ad de Act. xv.

sed sufficit competens, iuxta c. cùm in cunctis. de elec. Et ibi Inn. declarat, quæ sit scientia eminens, mediocris, & sufficiens. Et dictum Inno. in d. c. j. de sum. trini. non intelligitur de illiterato penitùs: tum, quia loquitur de minùs literatis: tum, quia omnino illiteratus est incapax dignitatis ipso iure, sicut infans, furiosus, & similes, ut per Inno. in c. cùm nostris. in prin. de foro compe. quem retuli in cap. ij. suprà, eod. De isto loquitur c. fin. de æta. & quali. ubi episcopus propter omnimodam illiteraturam fuit depositus. Et de hoc plenè ponit Dom. in c. sedulo. xxxvij. dist. Et ibi etiam dicit, q ille, qui scit perfectè loqui literaliter, adeò quòd officium suum benè exercet, etiamsi ignoret Grammaticam, non dicitur omnino illiteratus. Alle. Ioan. And. in d. c. fi. de æta. & quali. qui hoc latè ponit: & referunt ibi Bu. & Domi. quos uide. ¶ Sed dices tu acutiùs: Si sufficit in prælato sufficiens scientia, ergo non est opus dispensatione. Ad hoc ergo, ut dictum Inno. qui loquitur de dispensatione, aliquid operetur, uidetur intelligendum de dispensatione super ignorantia, quæ sit minùs, quàm sufficiens scientia. Respondeꝛe, licet non legerim aliquem insistentem in istis, quòd Inn. exigit dispensationẽ, quando duo concurrunt, quæ possunt repellere electum, uidelicet quòd sit minùs literatus, & inexpertus in tẽporalibus: nam & hoc secundum repellit à promouendo, xxxix. dist. per totum. Vbi autem concurrit totalis illiteratura, credo q si Papa dispensaret, esset dispensare directè contra ius diuinum: & ideo nisi subesset maxima & apparens causa, forte sua dispensatio non teneret, nedum in promoto ad episcopatum, sed etiam ad beneficium curatum. De tali illiteratura non loquitur dictus §. propter defectum. Nec fortè de tali potest intelligi c. licet. de cuitanda. de elec. quòd solùm potuit tollere exceptiones iuris positi, non autem diuini, uel naturalis sexus, putà furoris, & similium, quibus æquiparetur penitus illiteratus, secundum Inn. in d. c. cùm nostris. Nihilominus gl. in c. j. uer. insufficientẽ. in prin. & in fi. de renun. in vj. uult, q speciale sit in Papa, ut propter defectum literaturæ nõ possit deponi: quia solùm hæresis facit eum posse deponi, c. si Papa. xl. dist. & eam sequitur Dom. in d. c. sedulo. Pro responsione autem ad dictam rationem, uidelicet qũo potuerit ius positiuum tollere inhabilitatem inductã ex dispositione iuris diuini, potes dicere, q fuit ex causa, ne propter dispositionem primi pastoris contingere posset turbatio mundi, qui de facili scandalizatur ex depositione pontificis. Tamen in hoc subsisto.

14 Geminatio rescripti Habet † uim clausulæ ex certa scientia. Ita probat iste tex. cũ gl. & expressius glo. in c. j. in uerb. nosca tur. ibi, in rescripto etiam dicimus. de consti. in vj. & gl. j. in c. rescripta. xxv. q. ij. Similiter habet uim clausulę, Non obstante. But. in c. j. §. eo. in uer. saluari potest dictum Legistarum. & in c. quæ in ecclesiarum. uer. quandoq; est dubium. §. tit. proxi. Similiter habet uim clausulæ, Motu proprio. Bald. in l. nec damnosa. C. de preci. imper. offe. quem extollit Ludo. in l. si uerò. §. de uiro. xxxj. fallen. fol. ma. Et Præpositus Mediolanensis in cap. per duas. de diuor. & Alex. in l. iij. in princ. ff. quod quisq; iur. addens Ioan. And. & alios in cap. porrecta. de constit. uti. uel inu. dicentes, quòd geminata concessio intelligitur ex certa scien-
15 tia concedentis. ¶ Obstat † c. si motu proprio. in fin. de præb. in vj. nisi dicas, prout dicit Ludouic. illum tex. limitari in casu prædicto: quæ responsio repugnat illi textui in uerbo Solùm: uel dicas, quòd de proprio motu constare potest aliter, quàm per expressionem, putà ex coniecturis maximis. Vna est, quando prouidetur personæ existenti in loco remotissimo, Rota in nouis, hoc tit. xxvij. licet Romana. Sed istud reprobat Domi. in d. c. si motu, quia ad consequendos fauores motus proprij lex se restrinxit, ut exigatur dicta expressio, dato quòd possibile sit de motu proprio aliter apparẽre posse, ut latiùs per eum. Pro quo uide Bal. infrà eodem, cùm adeo. ad fi. ibi, ego puto. ubi firmat, quòd etiam in gratia concessa absenti & ignoranti debet exprimi Motu proprio. Et ultra istos facit ratio: quia possibile est, uel quòd ipse absens prius rogauerit Papam uerbo, uel literis: uel alius pro eo, & sic nulla absentia arguit infallibiliter motum proprium. Datur alia coniectura, putà si priuilegium est clausum in corpore iuris, quod dicitur datum proprio motu. Glo. & Bart. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Bart. in l. j. in fi. C. de bo. uac. libro x. Datur alia, quando gratia non conceditur singularibus personis, sed sub uniuersitate, putà omnibus ecclesijs: quia impossibile est, quòd omnes supplicauerint. Bald. in d. authen. quas. ¶ Considera primò, quòd in hoc ultimo potuisset aliquis supplicare pro omnibus. Sed dic satis esse, quòd, quo specialem postulationem alicuius ecclesiæ, non emanauerit concessio. ¶ Secundò considera, quòd in istis exemplis adhuc obstat dictum c. si motu. præsertim quia habet locum etiam in materijs non beneficialibus. Ioan. And. in Spec. de causa poss. & propri. §. quia uerò. uersi. quid de colligentibus. addi. ij. post med. dum dicit, quod concessio facta de pedagijs in loco, ubi exiguntur alia pedagia, non ualeti quia locum grauatum non præsumitur princeps grauare. ¶ Limitat, nisi concedat motu proprio: & hoc exprimatur, per dictum c. si motu. Et sic intelligit, quòd habeat locum etiam in non beneficialibus. Sed contrarium firmat Pau. consil. xxviij. In facto præsenti. dicens d. c. si motu. procedere in gratijs, seu priuilegijs, & non in alijs. Sunt enim illæ odiosissimę, cap. quamuis. Io j. de præbend. in vj. Et idem sensit Rota. xxvij. præallegata, dicendo, quòd c. si motu. continet nouum & rigorosum, nec; extendendum. Ponderant glossi. fi. in fin. ibi, quæ dicit ita scriptum esse. Et tenendo hoc transiret dictum Bald. de quo suprà; præterquam in beneficialibus, uel priuilegijs, licet indistinctè uulgus eum sequatur. ¶ Et not. quòd ista stant simul, uidelicet principem fuisse rogatum, & tamen concessérit proprio motu, quasi inclinatus non ui precum, sed à seipso. Bal. de offi. leg. nisi & econtrà, ubi est clausula, Motu proprio, a *Alijs casibus*
posibile est, quòd à precibus motus fuerit, Card. suprà consil. alleg. cxlj. Sanctissimus. Tamen regulariter capiuntur ista propriè iuxta communem accidentiam, & capiens aliter haberet onus probandi. Scias, etiam, quòd geminatio actus operatur in multis alijs casibus [a], ut per Ludou. in d. §. de uiro. xxxj. fal. & aliquid per Præpos. in d. c. per tuas. Dixi pluries ultra eos, de fid. instr. si cautio. tractando de confessione extra-
b iudiciali geminata [b], dicetur aliàs magis pertinenter. Prædicta non reperies declarata. ¶ Vltimò not. solus Domi. ex gloss. fin. quòd prohibitum dicitur dupliciter, scilicet expressè & implicitè: & dicens esse prohibitum, non dicit falsum, licet sit prohibitum implicitè, si non est prohibitum explicitè. Quod nota pro saluandis testibus, quorum unus dicit fuisse prohibitum, alius non: pone ad cap. cũ tu. de testibus. ubi post alios dixi de concordandis testibus.

c. si quando.

a *Alijs casibus*] *Ad quam materiam adde dom. Soci. consi. xxxinci. In causa interpellationis. uersiculo, secundò cõfirmatur. circa princ. in ij. parte. & consil. xv. incip. Visis prædictis publicis instrumentis. uersi, tertiùs uerò tractatus. circa fi. in prima parte, & consil. lxvij. in eip. circa primam q. uersi. circa aliam q. ibi, nam. in d. parte.*

b *Geminata*] *Pro qua materia uide plenè Pau. de Cas. consi. clxxij. & consil. ccc.*

SVMMARIVM.

1 ✠ *Cistercienſes habent priuilegium, quòd non poſſunt conuenirì per reſcriptum Papæ in materia ſuorum priuilegiorum, niſi fiat mentio de ordine.*
2 *Vbi non eſt neceſſariũ aliquid exprimere, uel aliquam ſolennitatem adhibere, ſi tamen exprimatur, & ineptè, actus non ualet.*
3 *Libellus ineptus an uitiat proceſſum, quando cauſa eſt talis, quòd nõ erat libellus neceſſarius.*
4 *Priuilegium non poteſt trahi extra limites ſuos.*
5 *Statuta mercatorum in materia non cõcernente mercantias, non õperantur in alio foro, ſecus quæ concernunt mercantias.*
6 *Dominus non tenetur de delicto familiarium, niſi quando delinquũt in materia, in qua utebatur opera eorum.*
7 *Impetratio facta contra priuilegium fori, eo tacito nõ ualet: & ideo reſcriptum ſuper materia feudali, tacito de feudo, non ualet.*
8 *Priuilegiatus an teneatur comparere allegaturus priuilegium. Hæc eſt magna materia in iure, quam hic do. Fel. egregiè tractat arguendo affirmatiuè & negatiuè.*
9 *Priuilegium inſertum in corpore iuris, dicitur eſſe notorium.*
10 *Præſumptiones iuris inducunt probationem liquidiſſimam.*
11 *Notorium reſultans ex actis, non indiget allegatione. Prima declaratio.*
12 *Notorij materia quando habet concurrere in actu nõ ſimpliciter, ut de ea habeatur notitia, ſed ut ſuper ipſa inſiſtatur & proſecutio fiat, tunc debet allegari. Secunda declaratio.*
13 *Notorium proponere tenetur ille, qui eſt præſens in iudicio: & quid, ſi eſt abſens. Tertia declaratio.*
14 *Exceptio declinatoria ſi notoriè competit abſenti, ſi tamen hoc non eſt notum iudici, debet citatus comparêre ad allegandum ſe eſſe talem. Quarta declaratio.*
15 *Exceptione notoria tutus, quando non comparet ad allegandum ſe eſſe de illis, quibus exceptio competit, an proceſſus teneat.*
16 *Notorium quod reſultat ex facto hominis, debet allegari per eum, etiamſi eſt notorium præſumptione iuris. Quinta declaratio.*
17 *Probare teſtes eſſe infames infamia iuris, ſufficit, & fuiſſe tempore teſtimonij: nec opus eſt probare, quòd pro talibus reputabantur.*
18 *Notoria exceptio, uel præſumptio oriens ex facto proprio, quamuis debeat allegari, ſi tamen non allegetur, iudex poteſt ſe in ea fundare. Sexta declaratio.*
19 *Præſumptio reſultans etiam notoriè ex facto proprio debet allegari: ſecus, ſi reſultat ex facto alieno. Septima declaratio.*
20 *Dominus olim, licet præſumatur nunc dominus, tamen requiritur, quòd qui fuit olim dominus, alleget ſe dominum in præſentiarum.*
21 *Priuilegium datum certo ordini, ut non teneatur recipere aliquem ad ſuas eccleſias per literas Papæ, quæ non faciunt mentionem de ordine, non procedit in tribus caſibus, quos hic ponit.*

CAPITVLVM VI.

1 VM ordinem. ¶ Ciſtercienſes † ſunt priuilegiati, quòd non poſſint conueniri per reſcriptum Papæ in materijs ſuorum priuilegiorum, niſi fiat mentio de ordine. ¶ Per locum à ſpeciali inferunt Doct. non eſſe neceſſariam mentionem aliorum ordinum: ſi tamen fieret mentio ordinis, & in ea erraretur, non ualeret impetratum. But. & Imol. hîc per not. infrà eod. Rodulphus. Et credo, q̃ intelligant, quando per alias demonſtrationes non conſtaret de corpore: aliàs ſecus, per not. infrà. eo. ſignificaſti. Et iſtam deciſionẽ ſolco inducere ad probandum, quòd †
2 ubi nõn eſt neceſſarium aliquid exprimere, uel aliquam ſolennitatem adhibere, ſi tamen exprimatur, &
a ineptè[a], actus non ualet. Quod cùm ſeruiat ad multa, & ad hoc uaria dicta collegerim, inſiſto parumper, tanquam ſuper inueſtigatione noua, & confirmo, quod dixi: Deinde declarabo nouo modo, inſertis optimis deciſionibus. Facit pro hoc dictum Inn. in c.fi. de procu. ubi dicit, q̃ ſi in actu, in quo non requirebatur de neceſſitate authoritas ſuperioris, fuit poſtulata à non habente poteſtatem illàm interponendi, nõ ualet actus: & ſequitur ibi Abb. uerſic. nunc deſcendo. Et dicit Bart. in l. edita. C. de eden. quòd licet expreſsio cauſæ non ſit neceſſaria in libello, parte non opponente, l. fi. C. de anna. exc. tamen cauſa expreſſa in libello reddit eum nullum, ſi eſt inepta, ut peto x. quia rex eſt in Francia, propter gloſſ. in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. & ſequitur But. in c. dilecti. de iudi. & Bald. in d.l. edita. in repe. Paduana, & ibi Alex. uerſic. ſimiliter nota. Notat Bart. in l. j. in prin. ff. de eden. Ad idem: quia licet iudex non teneatur exprimere cauſam in ſententia, c. ſicut. de re iudi. Tamen ſi exprimat ineptam, uel falſam, uitiatur ſententia, ut per Inno. & alios in c. in præſentia. de renun. cum ſi. Similiter licet nomen actionis omiſſum non uitiet libellum, c. dilecti. de iudic. tamen ſi exprimitur actio inepta, nec exprimatur alia cauſa, libellus reſcitur, c. examinato. de iudi. Et dicit Rota de reſcrip. xij. in antiquis, q̃ licet de iure non ſit neceſſaria expreſsio ualoris in impetratione beneficij, gloſſ. v. poſt prin. in cle. j. de præben. tamen ſi exprimitur falſus ualor, uitiatur impetratio. Dixi j. eod. ad aures. uerſi. ij. cõcluſio. Et poſſent adduci aliquæ regulæ, maximè l. expreſſa nocent. cum ſuis cõcor. ff. de reg. iur. Et quæ allegantur prò & contrà in regula, utile. lib. vj. cum multis, de quibus per Azonem in libro Brocardicorum, rub. cccxc. inci. De uitiatis, quoniam iſta ſapiunt materiam brocardicã. ¶ Sed aduerte: quia prædicta & ſimilia uidentur cauſalia, ſeu ſpecialia, & habentia in ſe particularẽ rationẽ. Vnde ex ipſis nõ eſt ſumenda regula: imo regula uidetur ſumenda in oppoſitum, ut ſtatim uidebis: nam in caſibus præmiſsis, ſi ſolennitas non neceſſaria nõ fuiſſet attentata, actus carebat uitio, & nõ conſtabat de ineptа uolũtate agentis, in qua erat de ſubſtãtia actus, q̃ eſſet apta: & ſi nõ exprimebat, præſumebat apta. Modò cũ per ineptã expreſsionẽ illa intẽtio, quæ de ſubſtãtia requirit aptitudinem, ſit patefacta, ineptè uitiat actum, per regulã c. cùm ſuper. de offi. dele. quod potuit, noluit, etc. Vnde dicit gl. inutili ad hæc propoſito. in uer. de nouo. in cle. conſtitutionẽ uelle. q̃ plus nocet inepta locutio, quàm ſilentiũ, etiã ubi loqui non eſt opus. Et ita loquuntur omnes deciſiones præallegatæ. Videmus in ſimili, q̃ lex non audit uolentem probare cõtra id, in quo eſt præſumptio iuris & de iure, c. is, qui. de ſponſ. tamen ſi is, pro quo præſumitur, confiteretur cõtrariũ in materia ab eius poteſtate dependẽte, admittit probatio talis cõfeſsionis. Gl. & Doc. in authẽ. ſed iã. C. de do. ante nup. Inn. in c. plericq̃. de immu. ecc. qđ eſt ſolũ ex ea ratione, q̃m patefit defectus in ſubſtãtialibus, ſine quibus lex nõ toleraſſet actũ: ſed ipſum tolerabat præſumens pro eius ualiditate, cui non opponebatur de euidenti cõtrarietate. Et abſq̃ ſpecialiori rẽſione ad predicta potes uidere per te, q̃ oia reducũtur ad id, qđ eſt dictũ. Vnde nunc multis modis oſtẽdo, q̃ inepta attentatio ſolennitatis non uitiat actum, quando actus aſſumit robur aliunde, quàm ex illa ſolennitate. Et ſic eius ineptitudo non tangit uires actus fundatas in aliꝫ cauſis, & ſiue ſolennitas fuerit omiſſa, ſiue ineptè ſeruata, omnino lex erat contenta, & firmabat pedem ſuper ualiditate actus, debito modo expediti. Vnde dicit tex. in l. j. in prin. C. de rei uxo. act. quòd ſicut actio de dote competit, ſi ſtipulatio non fuit expreſſa, ita ſi fuit

a *Et ineptè] Vide tamen domi. Alex. de Imol. ſing. in l. quandiu. C. qui admit. quòd expreſsio inepta nõ uitiat, quando non fuit neceſſaria.*

fuit expreſſa inutiliter. Et uidetur text. arguere ſic, ſi omiſſa ſuppletur à lege: quare non debet inutiliter expreſſa haberi pro ualida. Et dicit text. in l. iij. ff. de mili. teſt. quòd inepta ſolẽnitas adhibita in teſtamẽto militis ex ſuperabundanti, non nocet, cùm non eſſet neceſſaria. Et dicit tex. in c. bonæ. lo ij. de elect. quòd defectus in obſeruantia ordinis iuris nõ uitiat proceſſum, quãdo proceſſus omnino de ſe erat ualidus abſq̃ illo ordine non ſubſtantiali. Et illum text. uide no. Abb. in d.c. fi. de procur. & in d.c. bonæ. uer. ultimò no. inferens, q̃ libellus ineptus non uitiat proceſſum, quando cauſa
3 erat talis, quòd † libellus non erat neceſſarius: & alleg. no. in l. unum. ff. ſi cer. pe. ubi de hoc eſt gl. magna in fi.

a *Per Alex.] Quem etiam uide ad hoc in l. j. de offic. aſſeſ. in addi. ad Bar. contra Innocen. in c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpo. Et adde Bal. in l. & ſi ſine. C. ad Treb. & in l. j. C. de exe. rei iu. et in l. j. ff. de lib. et poſthu. & ibi Imo.*

b *Sit nulla] An & quando ſentẽtia lata ſuper libello ineptо ualeat, uide not. et plenè per do. Soci. conſil. cxlvj. incip. Viſo proceſſu. circa med. in j. parte: ubi etiam, quid, quando in libello accuſationis omittitur locus.*

quam multi ſequuntur relati ibi breuiter per Alex.[a] in fi. inferentem pulchrè ex ea, quòd licet ſententia lata ſu
b per ineptо libello ſit nulla[b], gloſ. magna in fi. Inſt. de obli. in princ. tamen fallit, quando non requirebatur libellus. Et dicit tex. in cle. fæpe. in fi. de uerbo. ſig. quòd ſi in cauſa ſummaria, pceditur plenariè, non uitiatur proceſſus. Not. Bu. in c. cùm dilecti. uerſ. not. ex uer. alioquin. de ele. amplias, etiãſi per omnia iudex non ſeruet modum in illa ſuperflua obſeruantia plenarij ordinis, per illum text. ubi ſi compromiſſarij, qui non arctantur ad ſcrutãdas uoces capituli de facto, ſcrutantur eas, poſſunt pro libito eligere etiã contra uoluntatem maioris partis. Et dixit Inn. in c. inter dilectos. ſuper uer. publica. de fid. inſtru. quòd ſi inſtrumentum habet ſuas partes ſubſtantiales, nõ uitiatur ex corruptione uel amiſsione ſigilli, cùm non eſſet neceſſarium, niſi, ſecundũ Hoſtien. ibi, partes expreſsiſſent in contractu, quòd ſigillum eſſet de eſſentia. Et dicit Bal. in d.l. iij. poſt princ. ff. de teſt. mil. q̃ ſi electus in arbitrium & arbitratorem cœpit procedere, ut arbiter, & proceſſit inordinatè, ualebit proceſſus: quia cùm eſſet etiam arbitrator, non tenebatur ſeruare ordinem iudiciarium, ſecundum Innoc. in c. Quintauallis. ad fi. ibi, item non facio uim. de iureiu. & cum Bal. concordat Bu. in d.c. Quintauallis. in iiij. differẽtia, allegando alias authoritates, de quib. per eum. Et uide multa iura alleg. per Ioan. And. in regula, acceſſorium. de reg. iur. in vj. quæ probant optimè prædicta. Et eius deciſio uult, quòd ubi quis renũciat legi eximenti eum ab aliquo onere, ſi attentat illud onus, debet attentare ſolenniter. Exemplum in Doc. qui non tenebatur diſputare: nã diſputando renunciat priuilegio: & per cõſequens, ſi non ſeruauit ceremonias iniunctas à ſtatuto in actu diſputationis, incidit in pœnam ſtatuti. Et iſtud dictũ poſſet etiam limitare multa ex dictis & dicendis. Et dicit Pet. de Anch. conſil. mihi ccxx. Iſte dominus executor. quòd cùm executor merus nõ teneatur ſeruare ordinem iuris, ut per Inno. in c. fi. de præſump. & gl. in cle. j. de offi. deleg. tamen ſi ex ſuperabundanti ſeruet ordinem, uel citet, non efficitur mixtus: nec nocent talia. Alleg. d.c. bonæ. Item Pet. de Anch. in d. clemen. j. Et ſequitur ibi Imo. uerſic. & hoc inducit. dicens, quòd ſi executor merus cœpit procedere, ut mixtus, poteſt deſiſtere & procedere, ut merus. Inducit ſimile de arbitro & arbitratore ſimul, qui ſi cœpit uti poteſtate arbitri, poteſt procedere, ut arbitrator. Inducit notata in d.c. Quintauallis. & in d.l. iij. & per Bart. in l. ſi dominium. ff. de fur: cum ſi. Et ſicut ineptitudo interueniens in actu nõ neceſſario, non uitiat, ita multo minus uitiatur ipſe actus

c. cùm or dinem.

eden. ubi uide eum ibi, sed præsupposito. Et dicit Ana. in c. qualiter. lo j. ad fi. in prin. de accus. quòd sicut omittere ordinem prę̃mittẽdi inquisitionem famæ ante inquisitionem criminis nõ uitiat parte tacente, c. ij. de accus. in vj. ita si ille ordo seruetur, & ineptè, nõ uitiat parte non opponente: secus dic utroq; casu, si pars opponat, ut per eum ibi per illum text. & per Domi. in c. j. in fin. de accus. in vj. ¶ Et dum dixi de libello inepto, ubi libello non erat opus, adde Bal. in l. & si fine. ad fi. C. ad Trebel. & Bald. in l. j. ad fi. ibi, quæro, quid si in libello. C. de execu. rei iu. Et dicit Spe. de primo decre. §. sequitur. uer. sed quid si apponatur. quòd licet in missione *in* possessionem ex primo decreto iudex adiẽciat, causa custodiæ, tamen ille missus uerè possidebit: nã ex quo *dixit*, mitto te in possessionem, adiectio inutilis non uitiat, arg. l. quæ extrin secus. ff. de uerb. obli. & regula, utile. cum concor. Card. lib. vj. Nec imperitia iudicis potuit mutare formam iurisdictionis. Benefaciũt multa, quæ soleo ponere in c. significante. in princ. j. eod. ostendo, quòd inepta demonstratio non nocet, constito de corpore. Et prædictam accumulationem à nemine alibi usitatam non negligas, quoniam & si certum sit eum uitris eleuati ingenij nauseam parituram, cessabit tamen nausea, quando uarijs occurrentijs in facto pulsati exquirent accurata indagine iuris aperti decisionẽ in diuiduã. Accidit enim sanis, quòd ea sępe fastidiant, quæ postea ægrotantes adorant, & expedire consultantes per regulas generales est officium procuratorum, & eorum doctorum, quos uulgus positiuos appellat. Et hæc uerba habeas pro repetitis, quoties hæ nostræ aggregationes sunt tibi tædio.

4 **Limitata** Causa † priuilegij facit priuilegium non posse trahi extra limites suos. Ita pulchrè probat gl. j. hic ibi, super alia re. facit l. in agris. ff. de acqui. re. do. ubi probatur, quòd limitata causa limitatum parit effectum [a]. Bonus text. in l. & ita. §. ex hoc dicto. ff. nau. cau. sta. ubi nauta tenetur, quando recipit, ut nauta: secus, si ut amicus, uel uicinus. Per quẽ tex. dicit Gul. de Cu. in l. iij. C. quorũ ap. non re. quòd syndici habentes syndicare officiales nõ impediũt se de gestis extra officium. Sequitur Bal. in d. §. ex hoc. inferens, quòd præpositi artium non cognoscunt de non pertinẽtibus ad artem: putà de quadam successiõe. Similiter dicit Bal. in l. fin. C. ad Mace. quòd si statutum dicit, quòd filius fa. mercator possit cõtrahere, intelligitur solùm in factis mercantiæ. Et idẽ Bal. in d. §. ex hoc. dicens, quòd si filius fa. artifex tenetur ex contractu propter statutum, intelligitur, si contrahit in arte sua. Similiter Bal. in l. ij. ibi, confirmatur. C. de consti. pe. dixit, quòd † statuta mercatorum in materia nõ concernente mercantias, non operantur in alio foro: secus, quando concernunt mercantias. Similiter Ang. in l. j. C. si rect. prouin. dixit, quòd potestas non tenetur de gestis per suos officiales extra, uel ante officium. Et idem Bar. in l. j. §. familiæ. ff. de publica. & Pet. de Anc. in c. si episcopus de offic. ord. in vj. & quod no. Bal. in rub. C. de exer. Ista alleg. hîc. And. Sic. cuius copiositates nũquã inuenietis à me usurpatas, sed bene pingui fœnore amplificatas. ¶ Addatis uos Bald. in l. ij. C. ubi de ratiocinijs. ubi dicit, quòd officiales non syndicantur de his, quæ non gesserunt in officio, nec officij contemplatione. Dicit tamẽ Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ij. q. ff. de offi. proconsu. quòd licet de adulterio, uel obligatione extra tempus officij cõmissis, non possint ibi conueniri, tamen de eo, quod est factum intra terminos loci & temporis officij, tenentur. Et dicit Bal. in l. j. §. huius studij. quasi in fi. ff. de iust. & iur. quòd si notarius potestatis Bononiensis uice & nomine cõmunitatis & potestatis, & omniũ, quorũ interest, uel interesse possit, recepit promissionem de nõ cõmittendo maleficio sub pœna mille, intelligitur de personis, quas officium potestatis amplectitur. Et ideo si aliquis deliquit Mutinæ erga Mutinensem, non incurritur pœna: quia licet tabellio sit persona publica non in toto mundo, tamẽ in eo, quod facit in iudicio, attenditur solum officiũ iudicis. Idẽ Bal. in l. non aliter. in fi. ff. de adop. Et dicit Arch. in c. j. super uerb. fautores. in fi. de hære. in vj. quòd pœna ibi apposita fauenti hæreticis, intelligitur in actu ordinato ad finem fauoris: secus, si est factus fauens non ex animo, puta non habere carcerem ex auaritia: & ibi Domi. Et dicit Bar. in l. ne quid. in prin. ff. de incẽ. rui. & nau. quòd † dominus nõ tenetur de delicto familiarij, nisi qũ delinquunt in materia, in qua utebat opera eorũ. Quod no. ad limitationẽ eius, quòd dicitur episcopum teneri de excessib. cõmissis ab officiali suo, ut per Pet. de Anc. & Domi. in d. c. si episcopus. de offi. or. in vj. Rotã de off. uicar. vj. in nouis, & eod. tit. & nu. in anti. & eod. tit. j. in anti quoribus. & Bar. in l. j. C. de executor. & exactor. lib. xij. & Ang. in §. his, qui. in authẽ. de iud. per Old. cõs. cxij. Rex habebat. Abb. in c. ij. de resti. spo. & in cle. ij. in fi. de magis. qui limitant etiã aliter, ut aliàs dicetur. Et dicit Car. post Matth. ã cle. j. de hære. §. fi. offendẽs familiã inquisitionis nõ causa iuuandi hæreticum, sed propter speciale odium, uel ob aliã causam, nõ dicitur uelle impedire officium: & in eo non habet locum illa cle. Et dicit Abb. in c. j. de off. dele. quaſi in fi. q impediẽtes delegatum offendendo eũ, non possunt ab eo puniri, nisi eius iurisdictio ex hoc turbetur: quia uidetur sibi data potestas puniẽdi rebelles solùm in exercitio suæ potestatis. Et dicit extrauagans Inno. V. Apostolicæ. q exemptio cõcessa officialib. Papæ, ut nõ possint per ordinarios adstringi, ut in constitutione Ioan. XXII. cũ Matth. de Pontiano, quã habes impressam post consilia Oldra. intelligitur. qñ talis adstrictio impedit officium eorũ: aliàs non facit c. cùm capella. de priui. Et dicit Bal. qui sint rebelles in uerbo, rebellando. in prin. q rebellis officialib. imperij incurritur pœnas, de quibus ibi, dum modò rebellio concernat petita pro statu imperij: secus, si resisteretur eis non obediendo in alia materia, licet largo modo dici possit rebellio, arg. c. j. de offic. deleg. nõ tamen, quo ad dictas pœnas: quia non rebellat principaliter contra imperiũ. Et dicit Ludo. consil. cccxix. In causa Io. q prouisio disponens super adhibẽda fide thesaurario non procedit, qñ agitur de materia nõ pecuniaria: & facit consi. ibidẽ proximè præcedens. Et dicit Pe. de Perus. in trac. De societate, viij. parte, q. xl. q fideiussor pro parte cambij nõ tenetur pro mercãtia etiã scripta in libris cambij. Et ita dicit cõsuluisse Bald. quia fideiussor in causam certã non tenetur extra illã. Plenè notatur in l. quæro. in prin. ff. locat. Et dicit Lud. cons. cclxx. Pro decisione. in fi. q fideiussor iudicatũ soluí tenetur ad id, in quo reus est condemnatus respectu petitionis datæ super principali negotio, non respectu negationis in iudicio factæ, uel respectu crescentis contumaciæ. Alle. glo. ord. in l. iij. ff. qui satisd. cog. quæ hoc uult: & inducitur ibi per Bal. ad pulchras qq. quas cõmemorat ibi Alex. ante l. si decesserit. immediatè ibi. Alleg. etiã Bar. ĩ aliis locis. Et dicit Dionys. de Perus. in l. cũ duob. §. cùm duo. ff. p socia. q si assessor, uel alius officialis tenetur cõmunicare lucra, intelligit de lucris ex officio obuenientibus: secus, si aliunde: quia est suũ lucrum plenariè, per illum tex. Et dicit Pe. de Perus. dicto tract. parte v. q. viij. quòd lucra obuenientia socio extra materiam societatis non cõmunicantur, per d. §. cùm duo. Et dicit Abb. de iudi. cęterùm. quòd potestas datæ domino in causis uasallorũ, non egreditur controuersias fraudales. Et dicit Lud. consil. xlv. quòd syndicus non cognoscit de gestis à syndicando, ut à priuato. All. Gul. ubi s. Et dicit Lud. cõsil. cccxxxviij. In casu proposito

[a] *Parit effectũ] Adde idem tenentẽ do. Soci. in suo consil. xxxj. inci. prosequendo ordinem. uerſic. secundò probatur. in j. parte.*

5

c. cum oꝝ dinem.

sito. in fi. q cõmunitas nõ tenetur de delicto officialis à se electi, qũ deliquit extra materiã officij. All. tex. & Bal. in d. l. & ita. §. hoc edicto. ff. nau. cau. sta. Et dicit Lu. cons. ccc. In casu proposito. q cõsules artium nõ cognoscunt de causa artificũ non spectante ad artẽ. Alle. Bal. in d. l. Et ita ualeret tñ consuetudo in contrariũ, per c. cùm cõtingit. de for. cõpe. fm eũ. Et dicit Bal. in l. j. prope prin. ff. de magis. cõ. q fideiubens pro fidelitate seruanda à castellano alicuius arcis, nõ tenetur de infidelitate, uel delicto, quod cõmittitur extra custodiã arcis apud priuatos: putà faciendo robariã. Et dicit Ab. j. eo. dilectus: lo j. q licet spoliatus à iudice nõ restituat. ante omnia: gl. vij. q. j. præsentiũ. tñ fallit, si spoliauit nõ ut iudex. Et dicit Io. An. in Spe. de cita. §. j. in prin. q nũcio nõ creditur, nisi circa officiũ. Vnde si dicat citatũ intulisse ei iniuriã, nõ creditur sibi. Sequitur Abb. de ap. cùm parati. Ex quo intuli, in facto nõ debẽre credi nuncio, qui intimauit rusticis sequestrũ, si dicit eos nondũ dedisse dño suo frumentũ, qñ intimationẽ fuit secutus. Et dicit Lu. in l. admonẽdi. ibi, aduertendũ. ff. de iureiu. q si mercator aliquid facit, seu scribat extra suũ exercitium mercantiæ, nõ habet scriptura fidẽ: quæ aliàs datur sibi, ut mercatori: argu. d. §. ex hoc edicto. Idẽ Lud. cõsi. ccv. In puncto. & utrobiq; alleg. Ioã. An. in Spe. dicentẽ idẽ in numularijs. Et dicit Abb. in dispu. Gandulphus. ibi, & attendendũ, q nõ omnis, &c. q dispositio l. fi. C. de iur. om. iud. dans iurisdictionẽ rectori collegij, intelligitur de collegio exercente aliquã negotiationẽ, uel professionẽ, prout loquitur ille tex. Secus in istis collegijs deputatis pietatis causa, uel similibus: quia eorum rector nullam habet iurisdictionẽ, sed præeminentiã quandã fraternalem. De quo per Bar. in l. fi. ibi, sed circa hoc dubitat. ff. de colleg. illici. ubi ponit, an possit priuare beneficio societatis. ¶ Et dicit Maria. de Sen. cõs. mihi xxv. Visa & intellecta. in fi. q statutũ, q frater teneatur pro fratre mercãtore, intelligitur scilicet in factis mercãtiæ. Alle. Bal. in d. l. fi. C. ad Mace. ita dicens decidisse dños octo de Baylia Florentiæ ad consiliũ ipsius Mariani. Et dicit do. meus de Are. in c. post cessionẽ. de proba. q sigillum ordinarij nõ probat, nisi in spectantib. ad officiũ ordinarij, propter dictũ Bald. in d. l. fi. licet aliud innuat Ron. de ꝓba. xij. in nouis. Et dicit Bar. in l. ne quid. in prin. ff. de incẽ. rui. & nauf. q dñi nõ tenentur de delicto suorũ officialiũ, nisi qñ delinquũt in ministerio, in quo dñs utebatur opera eorũ. No. Abb. in c. j. de resti. spol. Sic intellige dictũ Domi. de offi. or. si episcopus. ij. q. in vj. cũ concor. quas posui de homi. c. Petrus. uer. fallit septimò. Et dicit Bal. in l. si aduersarius. C. de fi. instr. q statutũ uoleris bannitũ haberi pro confesso, nõ intelligitur de maleficijs in libro banni nõ descriptis. Et dicit Bar. in l. aut facta. §. j. ff. de pœ. q pœna apposita in instrumento pacis offendenti me, uel meos adhærentes, intelligitur de offensa ex inimicitia tunc sopita: secus, si emergat noua causa iniuriæ. Idẽ Imo. post Bu. in c. ij. ad fi. de renũ. Lu. consil. clxxxiij. In casu proposito. Bart. in dispu. Lucanæ ciuitatis. in j. dubio, Pe. de Anc. in c. nulli. per illum tex. de elec. in vj. Abb. in c. bonæ. lo j. de elec. & in c. quẽadmodũ. de iureiur. Io. An. in Spe. in rub. de treu. & pace. Bal. Imo. Lu. & Alex. ĩ l. semel. sol. mat. Ang. Alb. Pau. & Alex. in l. qui seruũ. quã legunt sub l. qui in sulam. ff. de uer. obl. Alex. cõs. mihi dxcvij. Viso themate suprascripto, & attestationib. testiũ. Latè Alex. ĩ l. si quis mihi bona. §. sed qd. ff. de acqr. hære. Et dicit tex. in l. antepe. ff. ex quib. cau. ma. q restitutio priuilegiata fauore absentiæ causa reip. nõ extenditur ad damna incursa ex alia causa, quàm propter absentiã. Et dicit tex. in l. ij. §. corporalis debilitas. ff. de uac. muner. quòd immunitas cõcessa debilib. corpore, nõ prodest, ubi est opus consilio, nõ uiribus. Et ista sępe inseruient, &, ut puto, non inuenies in apostillis Modernorũ: quia longo tẽpore collegi, & facilè inuenies similia per te: qui si nau-

seatus tantã pinguedinẽ, dixeris hæc sapere laborẽ potiùs, quàm ingeniũ, respondebit tibi causa præcedentis arti. ¶ Per istũ tex. dicit hîc Bal. q † impetratio facta contra priuilegiũ fori, eo tacito, nõ ualet: & ideo rescriptũ super materia feudali tacito de feudo nõ ualet: qa licet rescriptũ ex forma sui non sit priuilegiatiuũ, tñ est priuilegiatæ rei datũ. Habet enim feudũ iudices speciales, c. cæterùm. cùm materia, de iud. Ideo coram iudice impetrato poterit in primis opponi surreptio declinãdo forũ. Et sequitur hic And. Sic. idẽ dicens de foro dato scholaribus, per authen. habita. C. ne fil. pro pat. Nec obst. quòd de ordine nõ est opus facere mentionẽ in aljs religiosis: ut hîc per Doc. quia ex quo speciale est in istis Cistercien sibus, quia habent proprios iudices, ita in scholaribus, ut latius per eum. ¶ Considera primò non esse uerũ, quòd isti Cistercienses habeant speciales iudices. Imò firmat hîc Imol. in fi. quòd nõ sunt exẽpti: quia nõ apparet, neq; præsumitur, per c. ne Dei. de simo. ¶ Considera secũdò, quòd ubi ipsi habeant speciales iudices, rectè posset inferri, qd' est dictũ de scholaribus: & argumentũ, de quo s. non probat, q non sit opus dicere de scholastico ordine, sed quòd non oporteat exprimere, cuius facultatis sit scholaris. ¶ Considera tertiò uerba Io. An. Bu. & Abb. de priui. ex parte. lo j. relata s. eo. c. j. ad fin. ibi, quartò declara. quia uolũt, q de iure non fit mentio exemptionis in rescripto contra exemptos: quia eorum exemptio producit exemptionem peremptoriam, licet de stylo fiat mentio: quia Papa difficiliùs daret contra eos magis unum iudicem, quàm alium, præsertim ordinarium, cui sunt exosi. Modò si ita est, uidetur in casu uasallorum & scholariũ nõ esse necessariã mentionẽ fori specialis eorũ, æquiparãdo eos exẽptis. Vnde distinguẽdũ esset, utrùm materia rescripti tendat præcisè ad uiolãdum uires priuilegij, quo ad merita causæ: & tunc non fit necessaria mentio fori, quia in constrictu causæ salua est ipsa peremptoria, ut hîc per Doc. Si uerò rescriptum solùm repugnat foro, non autẽ materijs, super quib. sunt exempti, tunc procedant prædicta, quòd opponeẽ surreptio propter taciturnitatẽ huius declinatoriæ: & idem fortè in exemptis. In quo cogitabis: quia non reperi declarantẽ. ¶ In quantum Imo. & Abb. latè distinguunt, qñ rescriptum debeat facere mentionem de priuilegio: adde, quæ dixi in c. j. §. eo. additione inci. secũda dispositio cõtraria priuilegio. uer. fallit quintò. & inuenies quatuor declarationes ad c. j. de li. cõtes. in vj. & uide ibidẽ uersi. fallit tertiò. ubi est facta opportuna mẽtio de dictis Doctorũ hîc, & de priuilegijs inseritis in iure, de quibus dicetur aliquid in fi. huius c.

8 **Ad allegandum** Priuilegium, an † isti uenire teneãtur, difficultas est maxima. Varietates Doc. dixi in uoce. Sed pro opi. gl. hîc, quæ est, quòd sic, inducit And. Sicul. l. si quis. allegatã in gl. ubi priuilegiatus debet comparêre allegaturus priuilegiũ [a]. Sed illa lex inducetur j. fortiori uia. Alleg. etiã gl. in uer. aliàs. in cle. appellãti. de app. quæ dicit, q notoriũ debet allegari. Sed ipsam allegat Imo. hîc: postea inducit pro opi. Hostiẽ. contraria dictũ Inno. de iud. cęterũ. dum dicit, quòd d. l. si quis. nõ procedit in uasallo respectu feudi tũcta æquiparatione facta s. post Bald. de istis ad uasallos. Respondet etiã ad l. si quis. quòd nõ habet locũ in delegato citante. Alleg. gl. in c. accusatus. §. sanè. in uerb. manifestè. de hære. ĩ vj. Demũ distinguit, utrùm citans habeat iurisdictionem in loco habitationis citati: & procedat gl. aliàs nõ, propter dictũ Inno. aureũ, de appel. Romana. in vj. dicẽtis, quòd d. l. si quis. procedit solùm, qñ citatus est de territorio citantis. Ita tandem refellit An. Sic. ¶ Considera primò, q Inn. in d. c. cæterùm: non dicit, quòd uasallus

[a] *Priuilegiũ] Adde Bal. ĩ Marga. in uerb. priuilegium. uersi. fi.*

nō teneatur ire ad allegandū specialitatem sui fori, sed quòd de ipsa nō cognoscit citans, ut ibi latiùs per But. ¶ Cōsidera secundò q̄ imò l. si quis ex aliena. procedit in delegato. Patet ꝛ. eo. super literis. ubi cognoscit, an sit sua iurisdictio: & ibi reprobabitur. Hęc sunt gl. in d. §. sanè. propter gl. mag. in c. j. de offi. dele. in vj. Itē oēs Doc. hîc sunt cōcordes respectu priuilegij nō notorij, quod debet allegari à citato, & loquitur propriè in delegato. ¶ Cōsidera tertiò, q̄ si priuilegiatus nō tenetur uenire ad allegandū priuilegiū suum, nisi qñ est de territorio citantis. Ergo citatus à delegato nunquā teneretur uenire: quia caret territorio, quod esset cōtra oēs hîc. Nō obst. dictū Inn. in d. c. Romana. in gl. idē dicimus. quia loquitur in ordinario citāte notoriè nō sibi subditū, ut hominē, qui est alterius iurisdictionis, & in alieno territorio. Et dicit, quòd non uidetur iudicem contemnere non cōparendo. Et de hoc exclamat Ang. in d. l. si quis. dicens, nō exeat memoriā tuam. Sed tu intellige, nisi in literis citationis exprimatur tale quid, quod si esset uerū, citatus esset de iurisdictione citantis. Ita sentit clarè Inn. d. c. Romana. quia qñ dixit, quòd in citatiōe debet exprimi tale quid, quod inferat citatū subesse citāti, opponit de d. l. si quis. & soluit, quòd loqtur in citato, qui est in territorio citātis, nō alterius iudicis, uolens, q̄ in isto nō requitur talis expresio causæ. Ergo ubi citatus nō est sibi subditus, put in delegato, apertè uult, quòd si exprimatur causa inferēs eū subesse, debet uenire ad allegandū priuilegiū, si quod habet. Et hinc est, q̄ citatio delegati nō habens insertā copiā rescripti, nō arctat citatū. Inn. & oēs de dila. præterea. Bart. & alij in l. ij. ff. si quis in ius uo. cū concor. Ex his apparet, nō procedere adducta per And. Sic. Vnde reduco punctū ad hoc, utrùm notoriè priuilegiatus teneatur cōparêre, si citat, saltē ad allegādum priuilegiū afferens ei declinatoriā. Et licet aliqua dixerim, de ap. si duobus. tñ quia pertinētiùs cadunt hîc, reassumēdo illa & plura alia, arguit ad partes. ¶ Quòd nō teneatur, firmant Host. Io. Cald. But. Domi. Abb. hîc, & Io. And. in regula, scienti. de reg. iur. in vj. in Mer. Inn. in c. uenerabili. de cēs. Bu. in c. prudentiā. in prin. ibi, tertiò, q̄ ubi iudex. de offi. del. Host. de dol. & cōtu. §. qualiter deprehendatur. uer. quādoq̄ ratione iudicis. Inn. in extraua. præsenti. quæ hodie incipit, statutū. de rescri. in vj. Abb. in c. si diligenti. de for. cōpe. Bar. in l. iij. per illū tex. ff. de iud. Old. cōl. lxxxviij. An episcopus. quasi in fi. Abb. post Inno. in c. ij. de dila. Bal. egregiè in l. generaliter. C. de epis. & cle. Glo. in c. cō uenior. in uerbo, cōgruent. xxiij. q. viij. But. ꝛ. eo. super literis. ibi, & per hoc patet, q̄ si coram iudice. In quib. locis sæpe exemplificatur in clerico citato à laico. Et dicitur generaliter idē esse, qñ citatus etiā uolens nō posset habere citantē pro iudice: quia nō ualet processus, nec in principali, nec cōtumaciæ punitiuus. Spec. de cit. §. j. uer. sed pone, quòd iudex. & in §. pe. in fi. gl. in c. clericū nullus. xj. q. j. Quinimo dixit Bu. in c. fi. de lib. ob. quòd ad hoc, ut citatio nō arctet citatū, sufficit, quòd nō concludat ipsum regulariter esse subiectū, licet aliquo speciali casu posset esse subiectus. Alle. Inn. in d. c. ij. de dila. Et dicit gl. in c. placita. xv. q. iiij. q̄ citatio notoriè iniusta nō arctet citatum. Et dicit Gof. Host. & oēs in c. olim. de excep. quòd citatus notoriè ultra unā dietam nō tenetur cōparêre ad hoc allegādū. Et dicit Car. post Lap. in cle. ut lit. pen. & ibi Imol. quòd licet processus factus ab habente iurisdictionē edibilem, ualeat, si nō fuit opositū: gl. ibi in uerbo, cōpetente. tñ fallit, ubi illa exceptio notoriè cōpetit: quia non est opus eā proponere. Allegant no. in cle. pastoralis. uer. Pisana. de re iud. & ꝛ. de ap. ex parte. Et dicit Inn. in c. ex parte. lo j. in fi. gl. magnæ, de uerb. sig. quòd citatus ad synodū, si est notoriè exemptus, nō tenetur ire ad hoc allegādū: sed si est dubiū, cōpareat allegans priuilegiū suū, & recedat. All. d. l. si quis. Et dicit Io. And. in Spe. de sen. §. iuxta. uer. item no. quòd citatus, ut ueniat ad respondendū bannito, nō tenetur cōparêre, stante statuto, quòd bannito non reddatur ius. Et dicit gl. ꝛ. eo. super literis. in uerb. forsan. quòd si citat me ultra mare, qui non est iudex meus, nō teneor ire. Et dicit Bal. in l. j. ibi: pone, quòd in causa capituli. C. quomodo & qñ iu. quòd ubi est notorīū, non est disputare, sed disputatū esse. Sufficit enim esse notorium. Nec necesse excipere, fm eum. Et dicunt Arc. in c. nō ita. circa fi. ij. q. vj. & Bal. in l. ciues. C. de ap. quòd appellās à grauamine notorio nō tenetur exprimere causam grauaminis. Quod tñ non affirmo, per ea, quæ ponit Car. in d. cle. appellāti. v. q. propter gl. ibi. Et istis adde, q̄ si Papa facit uocari me absentē, querimonia in genere prolata, si uocatus nō uenio, nō potest contra me procedere: quia citatio nō arctat. Nā sunt casus in genere, in quibus de iure cōmuni Papa potest reuocare: & quidā, in quib. nō potest. Et ideo nō ualet, quod agitur in genere, ut in simili dicitur in l. j. ff. de fer. Ita dicit glos. no. in extrauag. unā sanctam. in uer. potestatē. in fi. quā uide. Et dicit Bal. in c. j. prope prin. de inuesti. in ma. fac. quòd iura dicentia, quòd citatus debet in dubio cōparêre, ut summatim requiratur, an citatus sit iudex suus, l. ex quacunq̄. ff. si quis in ius uo. debēt intelligi, qñ qs citatur corā ordinario generali. Sed qñ est ordinarius singularis, uel inter paucos, sicut est dñs feudi, non tenetur citatus comparêre, nisi uerè sciat iurisdictionē citātis. Ita dicit tenere In. in c. super literis. ꝛ. eo. Et hoc nō reperi alibi. Bene facit, quod no. Inn. in c. præterea. in fi. de dila. Ex cuius uerbis elicit Lud. consil. ccccl xxxiij. q̄ quādo citatio, uel alius actus sit cōtra regulas iuris ex aliqua causa, semper illa causa exprimenda est: aliās actus nō arctat uocatū. Et cū Inn. respectu citationis cōcordant Bart. in l. j. & ij. ff. de fer. & Old. consil. cccxxvj. Quot articuli. allegans Inn. in d. c. præterea. Ex his confirmaꝛ opi. Io. Cal. But. Domi. & Ab. hîc, q̄ Cistercienses nō tenētur uenire ad allegandū priuilegiū: de quo hîc, cùm sit notorium propter insertionem in Corpore iuris. ¶ Contrariū firmat hîc Host. Bald. Gas. Cal. & Io. de Imol. licet ipse minùs firmiter: quia iste tex. inducit dilatoriā, per quā declinatur iudiciū. Patet ibi, teneamini respondere. Ergo si illa non opponitur, uidetur imputandū priuilegiatis, propter gl. aureā in d. cle. ij. in uerbo, cōpetente. per quā dicunt ibi Car. Imo. & Abb. ualere processum iudicis, cuius iurisdictio potest elidi, si nō fuit elisa. Non dicas, Fallit, si est notoria, ut ibi per Lap. Car. & Imol. & dixi §. quia contrarium firmat hîc Imol. præter quā in exceptiōe loci notoriè nō tuti, in qua est speciale, fm eū: secus in alijs. Præterea nō sufficit suspitionē, quæ competit contra iudicē, esse notoriā, sed debet allegari. Io. An. in c. accedens. lo j. ut lit. nō conte. & ibi oēs. Ergo remanet speciale in exceptiōe loci nō tuti. Ad idē gl. trita in d. cle. appellanti. dicēs, quòd notoriū debet allegari, cum qua in suis terminis cōcordant ibi Car. Imo. & Abb. & Domi. in c. cordi. post Io. An. ibi, de app. in vj. & idē no. Bal. in l. cùm fratrem. C. de his, qui. ut indi. & est alia gl. satis similis & malè no. in l. ea quidē. in gl. iij. C. de accus. Ad idē, quod no. Io. An. ꝛ. eo. super literis. ubi reprobando Bu. tenet, quòd imò ille cui notoriè cōpetit exceptio defectus iurisdictionis, tenetur comparêre ad eā allegandā, propter gl. in d. cle. appellanti. & per id, quod de suspicione notoria dictū est. 9 ¶ Considera etiā, quòd † priuilegiū insertum in corpore iuris dicitur notoriū. Ita tenent omnes hîc. Tunc arguo sic: Legati tenentur uenire ad allegandum priuilegium, quod habent de reuocando domū, d. l. si quis. & illud est in iure insertū, l. ij. §. omnes. eo. tit. Ergo priuilegium notoriū debet per citatum allegari. Et ista inductio non fit ab alijs. 10 ¶ Præterea † præsumptiones iuris inducūt probationē liquidissimā, gl. in l. si tutor. C. de pericu. tut. l. licet imperator. & ibi Scribentes, de leg. j. glo. Ang. & alij in l. j. C. de testa. mili. cū si. Et tamen præsumptio

c. cum ordinem.

sumptio iuris debet allegari, l. si adulterium cùm incestu. §. idem Pollioni. ff. de adul. & ibi Bart. Ad idē, quod scribit Bart. in l. j. ff. de excep. dicēs, quòd exceptio, quāuis notoria, debet proponi. Idem Bu. de cēs. peruenit. ibi, aduerte. Tamen no. Bar. in l. eum, qui ita. §. qui ita. ff. de uerb. obl. & l. cùm quid. ff. si cer. pe. Ex quibus uidetis difficultatem materiæ, quam perquisitis multis Modernis non potui inuenire adaptatam.

Ad glos. In cle. appellanti. Pro declaratione huius puncti & similium colligi nouiter ex multis locis antea nòn publicatis, vij. declarationes, quarum secunda, tertia & quarta defendent primā partem, quæ est cōmunis Doctorum hîc contra gl.

11 ¶ Prima declaratio. Notoriū † resultans ex actis nō indiget allegatiōe. Rota de app. ij. in nouis, additione incip. Dic circa istam materiā. in fin. uolens, quòd ubi ex actis apparet iniquitas interlocutoriæ, sufficit dicere, Appello propter iniquitatem sentētię, quæ est euidens ex actis: gl. autē in d. cle. appellanti. intelligitur de alio notorio, quàm de notorio constante ex actis, uel ex tenore sententiæ. Allegat But. in d. cle. appellanti. & dicit hoc esse ualde notabile. Adde. But. in c. bonę. lo j. ibi, , procedunt hęc, quando factum. ꝛ. tit. ij. ubi dicit, quòd si cōstat aliquid iudici, ut iudici, ex actis, potest supplere in notorio, etiamsi pars nō petat. Alleg. Inn. de censi. cùm olim. & sequitur Alex. in l. j. C. ut quę desunt aduoc. Ad quod uide etiā Abb. in c. ex parte B. uer. & ex hoc. & ex tex. de fo. compe. & Card. in c. pastoralis in fi. de excep. quem referam ꝛ. in v. declaratione. ¶ Sed aduerte dupliciter: quia primò istud procedit, dum modò sint talia, quæ non exigant formalem petitionem, uel exceptionem: putà, in tangentibus actum pium, uel in materia peccāti, uel si pars petere non possit de rigore, tamen ei æquitas subuenit, ut in casu Inn. in d. c. cùm olim. de iudice fundāre se in instrumēto impugnato fauore impugnantis. Sed si exigant formalem petitionem, uel exceptionem, seruanda est: gl. in d. cle. appellanti. quia licet notoria non exigant libellum formalem, exigunt tamē partis instigationem. Ita latè But. in d. c. bonę. inferens, quòd si constat ex actis, & est iudici notoriū, quòd testis fuit, pxeneta, uel procurator in materia, in qua deposuit, non potest eum repellere, si pars præsens tacuit: quia nescit, an uelit eum repellere. Ita dicit se pridie respondisse ad intellectum c. fi. de testib. in vj. & gl. fi. in c. j. eo. tit. & lib. & latè loquitur. ¶ Secundò aduerte: quia declaratio procedit, quo ad hoc, ut iudex possit se monere, si uult: sed non tenetur, quando pars non instat, ut dicetur ꝛ. in vj. decla. Dicitur autem instare, si ex libello, uel exceptionibus colligitur notorium. Bart. in d. §. idem Pollioni. & Rota de libel. obl. ij. in nouis, & Abb. in c. si clericus laicum. de fo. compe. ¶ Secunda declaratio. Vbi † materia notoria habet concurrere in actu nō

12 simpliciter, ut de ea habeat notitia, sed ut super ea insistatur, ut fiat prosecutio, tunc debet allegari & proponi. Ita loquitur glos. in d. cle. appellanti. Sed ubi sufficit, quòd materia simpliciter notificetur, nō opus est eam proponere, si de ea notoriè constat. Ita declarat solus Imol. in d. cle. appellanti. ibi, tempora. Tamen ista glos. inducit aureum dictum Inn. in c. j. de offi. uic. ubi dicit, quòd sufficit, quòd notoriè appareat notoria iniustícia ex ineptitudine libelli. Sequitur Bu. in c. per tuas. de sen. excō. Pet. de Anch. consi. mihi ccvj. De iure cōmuni. Bal. in rep. l. ij. uer. sed oppono, quia si iudex. ff. de iure iur. Ludo. in l. lecta. ff. si cer. pet. & in l. cùm mulier. ff. sol. mat. & in l. si Titius. ff. de uerborum oblig. & in l. scire debemus. eodem titul. Imol. in c. super hoc. de renunc. & in c. ab excommunicato. post But. ibi, ꝛ. eod. Abb. in c. cùm inter. de consue. Bald. in c. præterea. post med. de offic. delega. & in l. unica, C. ne ex deli. defun. & in l. j. C. qui accus. & Card. in clemen. j. iij. q. de offic. ordi. Notat Inno. in c. examinata. in ult. glos. de iudi. & Spec. de offic. iudi. §. deseruit. uer. item absoluit. super uer. in sententiæ prolatione. & Abb. in c. cùm ecclesiasticæ. de except. quod dictum Innoc. pulchrè declarat Card. in c. debitores. de iureiur. per illum text. & etiam alio modo But. in d. c. super hoc. Idem etiam dic de libello continēte peccatum, secundum Cardi. in c. ex parte. per illum text. de resti. spo. Et cum Innoc. in d. c. j. uide Abb. in d. c. examinata. & in c. si clericus laicum. de fo. cōpe. & Bald. in l. post quā liti. ibi. septima exceptio, C. de pac. & Ana. in c. intelleximus. in de adult. In quibus locis inuenies gustatum mirificè illud dictum Inno. & etiam declaratum, ut aliās loco pertinentiori extensiùs dici poterit, & soleo tangere in c. dilecti. de iudic. ¶ Considera modò in proposito, quòd quando exemptus non est notoriè exemptus, sufficit, quòd citatus ueniat, & ostensa exemptione recedat. Ita dicit Inno. c. in d. c. ex parte. lo j. Ergo ista materia requirit solam notificationem. Si autem est notoria, non est opus propositione, neq̄ notificatione. Ita de exemptione dicit Inno. ibi. Vnde cùm priuilegiū, de quo hîc, propter insertionem in iure iam sit notorium, & sufficiat talem materiam notificare, & à iure iam sit hîc notificata eius notorietas, releuat ab onere proponēdi & notificandi: & sic pro opi. cōmuni.

13 ¶ Tertia declaratio & magna. Ille, qui † est præsens in iudicio, tenetur proponere notorium, sicut contingit in appellante, de quo loquitur glos. in d. clemen. appellāti. Sed absens citatus, cui competit notoriè declinatoria, uel alia contra partem, non tenetur comparêre, nec aliter proponere, si non uult. Ita Abb. in d. cle. appellanti. & in c. ex parte. lo j. in fi. de app. & in c. si clericus. de foro compe. quia talis citatio, tanquam temeraria, nō arctat citatū ad aliquid, per d. cle. pastoralis. uer. Pisana. & nō. Inno. in c. ij. de dila. facit l. iij. quæ incip. non uidetur. la j. ff. de iudic. Sed quando est præsens, & non proponit, uidetur tacitè renunciare. Non sic absens: quia non cōparendo nō uidetur renunciare. Tamē cogita, fm eū, in d. cle. appellanti. Sed firmiùs loqtur in d. c. ex parte. & ibi Phil. aggrediēs postea solenniter, quando locus non est notoa rię non tutus[2], sed reuera non tutus, an debeat appellari, uel mitti executor? & in hoc sequere eum addita ei Rota, de do. & cōtu, v. in nouis, & pulchrè ponit Alex. post Imo. in l. de ætate. ff. ad Treb. quem uide omnino ad hanc declarationē. Et ideo dicit Bald. hîc, q̄ præsens tenetur allegare priuilegiū suū: absens uerò nō, qñ erat priuilegiatus in non ueniendo, ita quòd exemptus. Allegat l. ij. ff. de in ius uoc. ¶ Est uerū, quòd Imol. hîc, & in c. cum super. in fin. de offic. deleg. restringit hanc declarationem solùm ad exceptionem loci notoriè non tuti, per d. c. ex parte. & dictum uer. Pisana. Sed in alia exceptione competente citato, quamuis notoria, uult, quòd debeat proponi, per id, quod not. Ioan. And. ut lit. non cōtestaccedens. lo j. ubi dixit, quòd notoria suspicio iudicis alleganda est. Et dicit Imol. in d. c. cùm super. q̄ d. l. nō uidetur. habet locum solùm in d. c. exceptiōe loci nō tuti: secus in alijs. Tamē neq̄ hîc, neq̄ ibi firmat ista, quæ dicit, nec sunt ab alijs declarata.

¶ Nihilo minùs tenenda est declaratio, propter theoricam Innoc. firmantem in d. c. ij. de dila. & Hosti. de cōtuma. §. qualiter. ibi, nunquid eo ipso. cum plurib. uersꝰ seq. & Spe. de citat. §. j. ad fi. uer. item generaliter. & Bar. in l. ante sententiam. ibi, secundò principaliter quæro. ff. de app. reci. & But. post antiquos in c. olim. de excep. ubi aliquid dixi. Faciunt multa allegata §. pro opi. cōmuni. Præterea contra Imo. de alia exceptione notoria est decisio Bart. in d. l. non uidetur. ubi dicit, q̄ l. si quis

a Nō tutus] Ad quam materiam adde Bartol. in l. metus. ex quibus caus. ma. Et Panor. in d. c. ex parte. alleg. in text. uersic. unum tamen præ cæteris. & ibidē per do. Phil. Perus. ad appel. & per domi. Alexan. in Lij. ff. de appel. recip. et per Old. in cons. xliij. ij. q.

ex aliena. non habet locum, quando ex forma citationis apparet, q̃ quis non tenetur comparêre, putà si citatio nominat eum clericum, uel citetur talis de Florentia, cùm citetur apud iudicẽ Perusinum de eo, quod alibi factũ est. Similiter dicit Bar. in d.l. si quis paulò post prin. q̃ siue citatus habeat declinatoriã fori ratione iurisdictionis, ut quia non sit de illo foro, siue ratione priuilegij, ut exemptus, non teneatur ire ad allegandũ ista: secus, si est dubiũ. ¶ Si diceretur: fortè citatio prima facie iniusta habet aliquã saluationẽ: putà, si seruus obtinuit citari dñm ob iniuriã intolerabilem. Insti. de his, qui sunt sui, uel alieni iur. §. pe. ergo debet cõparêre: respondet Inn. in d.c. ij. sufficit q̃ cõtineat citatio aliquid, quod sm rationem & regulare cursum est illicitũ & iniustum, non attento casuali euentu: & si prętenditur aliquis casus singularis, debet in citatiõe exprimi, sm eũ. Pro quo facit, sm Io. An. & Bu. ibi, quod dicitur de notorietate, quæ semper potest habere aliquã excusationem. ¶ Si diceretur, Etiã notorium debet allegari, respõdet But. in d.c. ij. ibi, nec obstat, si dicatur, &c. q̃ præsupposita ualiditate citationis nõ excusatur quis à proponendo notorio: Secus, ubi est defectus citationis notoriè iniustæ. Et cum ista responsione transit ibi Imo. notans eã pro limitatione dictæ gl. non facta differẽtia in exceptione loci notoriè non tuti, uel alia. Idẽ Bu. in repet. c. uestra. ibi, sm est principium. de cohab. cle. & mu. ¶ Si diceretur cõtrà: Notoria suspicio iudicis recusabilis debet allegari, Host. d. §. qualiter. ibi, item si euidens est esse iudicẽ inimicũ. iunctis uerbis seq. ibi, sed in istis ultimis. & Car. post Pau. in cle. quia cõtingit. de reli. domi. & ibi Imo. & Io. An. & omnes in d.c. accedẽs. licet gl. ibi, & gl. & Arch. aliter ij. q. vj. quoties. Io j. quam ibi reprobat Domi. nõ tamen assignans differentiam inter notorietatẽ loci non tuti, & notorietatem suspicionis, quare prima non debeat allegari, secunda sic, propter quod Imo. non semper firmauit hanc declarationẽ. Respondetur ex dictis Car. in d.c. ex parte. uer. ego dico, q̃ interdum. & ibi Imo. in fi. & etiã Phil. & Card. in d.cle. quia q̃ eo ipso, q̃ quis citatur ad locum notoriè nõ tutum, statim grauatur. Et idem dicas de omni iniusta citatione: secus in citato à iudice notoriè suspecto: quia nondũ grauat: & fortè nõ grauabit, sicut filius pro patre notoriè suspectus potest esse iudex, si nõ recusetur, in l. in priuatis. ff. de iud. & sicut prælatus in causa ecclesiæ suæ, & omnes, de iudi. cùm uenissent. Nõ dicas etiã, in loco non tuto fortè non grauabitur: quia ibi agitur de corporali læsione, quæ non esset retractabilis. Ideo grauatur eo ipso, q̃ arctat ad comparendũ. Nõ sic, ubi agitur de periculo læsionis, quo ad iusticiã causæ, licet prædicti hoc non declarent. ¶ Remanet ergo firma hęc declaratio iij. ualde quotidiana: & ratio eius nõ est illa, quam sentit Imo. j. eod. super literis. ibi. Dicit tamẽ do. Ant. uidelicet quòd imminet par periculum in comparendo ad allegandũ locum non tutum, sicut ad litigãdum: quia ista dupliciter tollitur. Primò, quia possibile est, q̃ inueniret procuratorẽ, uel nuncium, cũ quib. tutè hoc allegare posset. Secundò, quia sequeretur, q̃ ubi non immineret aliquod periculum, sed aliàs citatio esset notoriè inualida, nõ excusaretur à proponendo cõtra multos præallegatos, sm quos ratio declarationis est: quia citatio notoriè inualida ad nihilum arctat, & sic nec etiã ad proponendũ notorium. ¶ Quarta declaratio. Si† absenti competit notoriè exceptio declinatoria, & tamẽ non apparet, q̃ iudici sit notum esse talem, cui illa exceptio competat, debet cõparêre ad allegandum se esse talem: & hoc nõ est proponere notoriũ, sed proponere id, de quo potest esse dubium, an sit de materia notorij. Ita colligitur ex dictis Card. in d.cle. quia contingit. in prin. in iij. oppos. ad fi. ubi dicit, q̃ si iudici non constabat locum notoriè nõ esse tutũ, debet istud proponi: quia sm Paul. de Cast. consil. xxxix. quasi in fin. potest esse aliquid notoriũ in se, & non constare iudici. Alleg. Spe. de noto. cri. §. j. uer. sed qualiter. & §. fi. & Bal. in l. cùm fratrem. C. de his, qui. ut indi. Et ideo oportet, q̃ etiam apud iudicem sit certũ citatum nõ subesse sibi. Bal. in d.l. si quis. Vnde Bar. dicit in d.l. nõ uidetur. quòd si in citatione, uel processu iudicis secularis non fit aliqua mentio, uel demonstratio noticiæ clericatus, debet citatus comparêre ad dicendum se esse clericum. Et idem sentit gl. in d.c. conuenior. in uerb. congrueret. Sed caue: quia respectu clerici dicendũ est secus: quia nullus processus ualebit detecto clericatu, ut tenent Doc. in locis, de quib. dicã in fin. huius declarationis. ¶ Ex istis puto, q̃ si citatio in casu huius decret. nõ facit mentionem de ordine istorũ, non ualet, sicut nec rescriptum: & procedit opi. gl. quia licet priuilegiũ sit notorium, non tamen est notoriũ iudici, q̃ citati ab eo sint de notoriè priuilegiatis. Similiter licet præiudicium legatorũ sit notorium, tamen possibile est, q̃ citetur legatus, non ut legatus, ab ignorante legationẽ: & tunc illa qualitas debet allegari. Sed ubi citatio appellat eum legatũ, tunc ueluti notoriè iniusta, nõ arctabit etiã ad allegandum priuilegiũ, ut est de mẽte Bart. & aliorum in d.l. si quis. dum intelligunt eam in dubio. Et ideo dicit Bald. in l. generaliter. C. de epis. & cle. q̃ si dubitatur, an aliquis sit exemptus, debet uenire ad allegandum priuilegium suũ. Crederem tamen, quod in dubio qualitas notoria præsumeretur nota iudici, quando esset notorium in quo difficilè caderet ignorantia, quæ non esset supina, uel crassa, licet prædicti non aperiant. Stat difficultas, quando† tutus exceptione notoria non cõparet ad allegandũ, se esse de illis, quibus exceptio cõpetit, an processus teneat? De quo aliquid per Ab. post glos. hîc, sed plenius ipse ponit de app. si duobus. & ibi Phil. quorum dicta plurib. de nouo insertis reduxi ibi ad duas regulas cum fallentijs. Ideo hîc omitto. Sed in casu huius c. est dubium, an ualeat processus delegati ignorantis istos esse Cistercienses: quia tenendo, q̃ ipsi non possint renunciare huic priuilegio, tãquam dato ordini, iuxta c. si diligenti. de fo. cõpe. non ualeret processus. In quo accuratè insistit Bal. hîc, sed adeo intricatè, ut eius intentio uix possit elici. tamẽ magis uidetur sentire, q̃ processus ualeat: quia, ut dicit hîc Inno. huic priuilegio renunciare possunt: nec est dedecus ordini. Et quod dicitur, rescriptum non ualere, intelligitur, si excipiatur. Et pro hoc facit gl. in uerbo, competente. in d.cle. ij. ut li. pen. cũ concor. quas dixi in d.c. si duobus. Et quod dico de istis, puto etiam procedere in casu l. si quis ex aliena. quo ad legatos: & idem in simil. Cæterùm ubi iudex sciret de exceptione, tunc, si illa est notoria, prout hîc, processus non ualet. Lap. Car. & Imol. in d.cle. ij. Si autem non est notoria, licet eam sciat, ualet processus: gl. in d.cle. ij. in uer. competente. Secus, si careret iurisdictione fundatus, & hoc sciret: quia non ualeret processus in negocio principali, nec cõtumaciæ punitiuus. ¶ Quæ omnia intellige, nisi esset processum contra clericum à laico: quia etiamsi de clericatu nulla habebatur noticia, & nunquam comparuerit, nec q̃ appellauerit, totus processus est nullus[a], dereicto clericatu. Bald. in l. generaliter. C. de epis. & cleri. Spe. de cita. §. j. uer. sed pone. Abb. de fo. comp. si diligẽti. Bart. consil. ccxxv. clericus nõ sub nomine. Dixi satis in d.c. si duob.

a *Est nullus*] *Vide tamen Car. in cle. j. §. j. ij. oppo. de excess. præl. et do. Alex. in l. ij. ff. de appel. rec. ubi cõtradicũt. Et ualet processus contra clericũ, si nescitur, an sit clericus, nec allegetur, quia interim habetur pro laico, quòd*

¶ Quinta declaratio. Notoriũ† resultans ex facto hominis, debet ab ipso allegari, etiamsi est notoriũ præsumptione iuris. Ita loquitur glo. in d. cle. appellanti. & tex. in d. §. idem Pollioni. Sed notorium resultãs aliunde nõ indiget allegatione. Bu. in d.c. uestra. ibi, per hoc dicebam pridie. ubi uult,

c. cùm or dinem.

eo. Et adde quòd si non cõpareat, multari potest, et patitur primũ decretum, ut tædio affectus cõpareat ad allegandum priuilegium suum. Sed ga non dicitur latitare, nõ patitur secũdum decretũ, secundum Bald. in d. l. cùm non uidetur. alle. in tex. & ut plenè per do. Alexã. in l. ij. ff. si quis i ius uo. non ie. & in l. si quis aliena. ff. de iudic. & in d.l. ij. ff. de app. recip. & Io. An. in Mer euri. i d. reg. fciẽter. in vj. §. i tex. alleg. & Petr. de Anch. in d. cle. j. de excef. præla.

quòd cùm apparet ex processu, q̃ in iudicio Vti possidetis, ex parte unius erat perdita possessio per longũ tempus, uidebatur inducta obliuio iuris præsumptione. Et licet hoc non esset allegatũ, poterat iudex in ea se fundare, tãquã notoria, ꝓpter theoricã Bar. in l. eum, qui ita. §. qui ita. ibi, moueo tibi unũ dubium. ff. de uerb. oblig. dũ dicit, q̃ nõ est opus, ut reus proponat exceptionẽ, qui ineſt ipsi obligationi, putà qñ à principio contrahitur obligatio in diẽ, uel in pacto appositio incõtinenti: quia uidetur inesse, l. lecta. ff. si cer. pe. Et idẽ in pactis, quæ in obligatione tacitè intelliguntur: sed in exceptione, quæ non ineſt obligationi, sed uenit extrinsecus, ut pacti postea facti: & omnis exceptio, quæ partiũ conuentione non uenit. Et sequũtur multi, quos ibi colligit Alex. Adde Car. in c. pastoralis. ad fi. de excep. ubi idem tenet post Inn. ibi. Cuius dictum reputat sing. ad hoc, quòd exceptio, quæ ineſt ex ipso contractu, est necessariò alleganda. Et istud dictum Inno. sequitur etiã Bart. in l. lecta. uer. sed tunc quæro. ff. si cer. pe. Secus dicẽdum in exceptione, quæ nõ ineſt, ut si fuit apposita post contractum. Tamen in hoc Car. in d. c. pastoralis. tenet contra Bart. q̃ etiam, qñ fuit adiecta ex interuallo, si ex actis de ea cõstat, proderit reo, ut expreſsè uult Inn. ibi, sm eũ: pro quo facit, qd̃ est dictũ §. in j. declarationẽ. Adde etiã istis tex. in c. afferte. de præsump. per quem dicit ibi Abb. in ult. no. q̃ licet ex facto partis non debeat iudex mouerí, nisi pars ipsum alleget, d. §. idem Pollioni. quia fortè pars uidetur illi renũciare[a] tacitè, tamen quando præsumptio oritur aliũde, quàm ex facto partis, potest iudex in ea se fundare, licet pars eam non alleget, per illum tex. & idẽ Inno. de testa. Raynutius. sm eum. Et istam doctrinã Abb. approbat Alex. in l. j. ad fi. ff. de edẽ. in addi. Paduę factis ibi, Vel tu respondẽ. Et Bellenc. in repe. c. si cautio. ibi, circa primũ. de fi. instru. & And. Sic. in rep. d.c. Raynutius. fol. 23. uer. & si dicatur. & in c. ex præsentium. de pignor. addens pro hoc Bart. à nemine ponderatum, sm eum, in l. necessarijs. ff. de acqui. hære. ibi, nec habet necesse hoc opponere, quia ius inducit. Et ideo dicit Bal. in d.l generaliter. q̃ exceptio cõpetens ipso iure, nõ indiget allegatiõe hominis. Et ultra istos facit, quod not. Bal. in l. j. C. de testa. ibi, secundò quæro. & ibi Paul. Lu. & Alex. ubi firmant cõtra Bar. q̃ † sufficit probare testes esse infames infamia iuris, & ita fuisse tempore testimonij, absq̃ eo q̃ probetur, q̃ habebantur pro talibus: quia eo ipso, q̃ propositum est crimen, ex quo dico testẽ esse damnatũ, & factum infamẽ, præsumitur, q̃ pro tali habeatur, nec est opus allegare. Et sequitur do. meus de Aretio in c. testimoniũ. uersi. & quia superius. j. de testi. ubi respondet ad gl. in d.cle. appellanti. q̃ loquitur, qñ expressio, uel propositio alicuius iuris requiritur pro forma: sed in casu isto non requiritur. Et inducit Bar. in l. cùm quid. ff. si cer. pe. dũ uult, q̃ quando præsumptio resultat ex facto tertij, fatis est factũ deducere absq̃ allegatione præsumptionis, quæ ex eo oritur: & firmat, q̃ non est opus allegare, q̃ testis pro tali haberetur, licet prędicti in d.l. j. simpliciter firment, quòd non est opus probare, de allegatione nihil dicentes: & ibi Phil. Cor. in hoc de allegatione remittit ad Bart. in d. §. idem Pollioni. Et istis adde Abb. j. tit. proxi. cùm inter. ad fi. ubi dicit, quòd id, quod resultat ex iure, non oportet allegare, & iudex supplere potest. Similiter dicit Abb. in c. fin. ibi, sed quæro, an sit necesse. de præscriptione, quòd illud, quod præsumitur à iure, uel est de solennitate intrinseca, nõ allegatur. Vide, quæ dixi ibi in quæst. an in præscriptione debeat allegari bona fides? ubi recessi ab opinione Abb. secutus Butrig. de censib. peruenit. Et caue: quia id, quod est intrinsecum actioni, uel obligationi, censetur allegatum, allegata actione, uel obligatione. Pulchrè Cardinal. consil. lxxxiij. Titius: nunc sunt. uersic. ad quintum. Bald. in l. filiæ. la ij. C. de coll. & in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & in l. si pater. C. eodem titulo cum concor. & tunc iudex tenetur super omnibus iudicare. Sed ubi aliquid non ineſt, tunc elicitur ex deductis, & non tenetur, ut in sequenti de-
18 claratione. ¶ Sexta declaratio. Quamuis† notoria exceptio, uel præsumptio oriens ex facto proprio debeat allegari, tamen si non allegetur, potest iudex in ea se fundare, si eam à se percipit. Angelus in l. fin. ff. de pet. hæredita. Imol. in l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infect. Facit glossa mag. in l. age. C. de transaction. & in c. j. in uerbo, publicè. de exceptio. in sexto, & ita Bart. in l. si unus. §. pactus. ff. de pact. & ibi Angel. & Imol. in d. §. qui ita. Et ibi Alexand. dicens, quòd licet exceptio erroris, uel metus debeat proponi, propter gloss. in dicta clemen. appellanti. tamen si proponitur, potest iudex in eis se fundare: & reputat istam declarationem nouam ad illam glossam. Sed reuera ubi ex actis ista apparent, res est clara, per authoritatem But. de qua suprà in prima declaratione, quam postea extollit Alexand. in dicta lege prima. C. ut quæ desunt aduoca. Pro quo uide Cardi. in cap. pastoralis. ad fin. de excep. ubi colligit ex dicto Innocen. ibi† tanquam singulari, quòd exceptio, quæ ineſt contractui, non est necessariò alleganda: quoniam producto instrumẽto ab actore illa statim patebit. Et si fuit apposita post contractum, sufficit, quòd ex actis constet, secundum eum, quicquid dixerit Bartol. in l. si pecuniam. Tamen non tenetur hoc casu iudex supplere: Paul. & Alex. in l. ubi pactum. C. de transact. per l. non quicquid. ff. de iudic. reputantes hoc non tactum ad limitationem gloss. ibi, de repellendo actione carentem. Adde Spec. idem tenentem de offic. iudic. §. impedit. uersic. j. & Angel. in d. §. pactus. quos ad hoc addit Alexan. in dicta lege prima, ut quæ desi. aduoc. ultra quem uide Angelum in l. iustitia. §. j. ff. de iustitia & iure. & Rotam de appella. xlvij. in nouis, & Abb. in c. significauerunt. de except. ubi latiùs insteti. Et ideo sit cautus aduocatus, ut semper exceptionem proponat, secundum Angel. in d. §. pactus. facit gloss. in uerbo, potest. in cle. auditor. de rescript. cum si. ¶ Septima declaratio descendens de men-
19 te quintæ † præsumptionis resultans etiam notoriè ex facto proprio, debet allegari, & non sufficeret libellum præsumptiuè concludere: sed si resultat ex facto alieno, non est opus illam allegare. Butrig. in cap. secũdo. de libel. oblat. & in dicto cap. si cautio. ibi, ex his decidit. Abb. in dicto capitulo afferte. Angel. in l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cre. Imo. in cap. super hoc. de renunc. Lud. consil. lxxvij. post princ. sequentes Bar. in l. cùm quid. ff. si cer. pet. ubi etiam per Alexan. Et ibi habes exemplum de eo, qui petit pecuniam, quam dicit se dedisse, & non dicit, ex qua causa: de quo etiam late per Bellen. in dicto capitulo, si cautio. & facit, quod dicam paulo pòst de allegatione præteriti dominij. ¶ Cætera ad d. §. idem Pollioni. & gl. in cle. appellanti. collige ex his, quæ adduxi in d.c. afferte. quib. nouissimè adde, quæ scribit Alexã. in l. à diuo. §. si super rebus. ibi, itẽ ex hac gl. no. ff. de re. iud. Et dicit Bal. in l. si super longi. uer. illud autem. C. de prescr. lon. tẽp. Illud aũt tene fixum cordi, q̃ ubicunq̃ diximus præsumi bonam

fidem, intelligitur, si allegetur, per d.§. idem Pollioni. Vnde sit cautus aduocatus, ut de bona fide semper articulet, secundum eum. Et dicit glo. in l. certum. in prin. in uer. confessus sis. & ibi Bar. ff. de confes. quòd licet olim dominus, præsumatur nunc dominus, l. siue possidetis. C. de proba. tamen requiritur, quòd ille, qui fuit olim dominus, alleget se de præsenti esse dominũ. Nec sufficeret allegare simpliciter dominium de præterito. Notat Bal. in l. edita. in repe. Paduana, C. de eden. Et ita cõmuniter tenetur, sm Alex. in l. si minorem. ad fi. C. de in integ. resti. mi. Tamen contrarium firmat An. Sic in c. ij. uer. & in quantum dicunt hîc Scribentes. de lib. ob. quia non oportet allegare notorium, quod ius præsumit. Iuducit dictum Bar. in d. l. cùm quid. & alia multa. Pro quibus uide tu Ro. de lib. obla. ij. in nouis, quæ expressè idẽ tenet respondendo ad dicta Bar. in d. l. certũ. quem etiã reprobant But. & Imol. in c. præterea. lo ij. de transac. per illum tex. Et dicit Rot. in ti. de lib. obl. respõdẽdo ad d.§. idem Pollioni. quòd satis dicitur aliquid allegari, quando uenit ex præsumptione iuris orta ex allegatis in libello, uel exceptionibus. Bene faciunt dicta per Abb. in c. si clericus laicum. uer. aduerte, quia secunda & tertia opi. de fo. compe. & quod dixi §. in f. declaratione. Et ad d.§. Idem. adde Bal. in l. uenia. ad fi. C. de in ius uoc. & in l. alia. C. de his, quib. ut indig. dũ dicit, q̃ error debet allegari, post Bar. in d.§. idem. Et dicit Paul. cõsil. clxxv. Contra superiùs consulta. ad fi. quòd petens iuramentum relaxari ratione doli, debet allegare deceptionem: aliàs non præsumitur, quia super non allegatis præsumptio non resultat. Et dicit esse uerba Bal. in l. si certis. C. de pact. Et dicit Pe. de Anc. cõsil. mihi ccclxxxj. In casu præmisso. quòd uolens practicare c. ij. de renun. in vj. debet allegare, quòd renuncians præsumitur mortuus ex in firmitate deducta. Et dicit Bald. in l. non ignorat. ibi, in secundo. C. qui accus. quòd ubi allegatur nuda & rudis possessio, nũquam præsumitur dominium ex ea, uel aliquod ius: quia quod non allegatur, non præsumitur, nisi tacitè includatur. Et dicit Bal. in l. etiam. ibi, & no. C. de excep. rei iudic. quòd licet possessor præsumatur dominus ad impediendum executionem, Cy. in l. ob maritorum. C. ne uxor pro ma. tamen istud est uerũ, si alleget se dominum. Sed si non allegat, nõ præsumitur. Et idẽ Bar. in l. rem alienã. de pig. act. & Bal. in l. si super longi. C. de præscri. lon. tem. Et dixit Alex. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acquir. hæred. q̃ oportet allegare iussum, prout tenet ibi Bar. per d.§. idẽ Pollioni. quicquid dicat Bal. in l. ij. C. de legi. hære. Et dicit Bal. in l. alia. C. de his, quibus ut indig. q̃ in expressa confessione non præsumitur error, nisi allegetur: & dicit Phil. in d. c. ad hæc, lo j. de app. quòd licet ad obtinẽdum in causa recusationis sufficiat probare grauamẽ reipsa, licet non probetur, quòd fuerit ex mente iudicis, ut ibi per Imo. & Abb. contra But. ibi, & Bar. in loco per eum allegato: quia læsiones in dubio præsumuntur fieri malo animo, c. j. de presum. & sufficit, p bationẽ præsumptiuè concludere, c. proposuit. cum glos. pen. de cle. excom. mi. nihilo minùs talis præsumptio debet allegari. Et dicit Ange. de Are. post Ana. in l. eius, qui. in fi. ff. de appel. reci. quòd etiam de iure ciuili grauamen notorium debet exprimi in appellatione ab interlocutoria. Sic ampliatur, quod no. omnes post Io. An. contra Host. in c. accedens. j. ut lit. non conteſt. Et dicit Bal. in c. ex tenore. de testi. quòd non intentatum ab homine, non præsumitur à iure, putà Titium uiuere. Allegat d.§. idem Pollioni. Sufficit tamen allegare uitam & intentare: sed non est opus probare, quia præsumitur uiuere, l. ij. §. si dubitetur. quemad. test. ape. Omnes isti allegant uel d.§. Idẽ Pollioni. uel gl. in d. cle. appellanti. Et prædicta sunt de honore lucrando, & præstant insolitos & amplos modos intelligendi & gustãdi gl. tritam in c. cle. appellanti. nõ apostillatam, nec̃ cõmentatam istis modis ab alio, quẽ legerim, uel audierim. ¶ Vltimò de priuilegijs insertis in corpore iuris, quomõ regulentur, ut ius cõe, uide Domi. in c. ignorãtia. xxxvij. dist. & quæ dixi in c. j. §. eo. in pe. additione, uer. fallit tertiò. dũ probaui, quòd de priuilegio inserto in iure non est necessaria mentio, sicut nec de iure: & quomodo est potentius, quàm priuilegium non insertũ. Et circa priuilegia similia priuilegio hîc inserto, uide Paul. consil. xxxij. Quoniã adiectione. uersũ. in fauorẽ Cartusiæ Pisanæ. qui consuluit post Lau. de Rodulphis, quòd si debet fieri mentio nedũ ordinis, sed locorũ, nulla uis uerborũ sufficit, nisi loca nominẽtur. ¶ Et adde Rot. in isto tit. xlviij. in antiq. & eo. tit. xij. in antiquioribus, à quib. in effectu habes, q̃ † priuilegium datũ certo ordini, ut non teneatur recipere aliquẽ ad suas ecclesias, per literas papæ non facientes mentionẽ de ordine, non procedit tribus casibus. Primùs, qñ impetratur ad collationem prioris, qui in dioœcesi est unicus illius ordinis: quia ualent literæ tacentes de ordine, ex quo non possunt uerificari, nisi in illo. Sed hoc bene percipio: quia nõ sequitur, q̃ Papa sciuerit illum esse de ordine priuilegiato. ¶ Secũdus casus, qñ est facta mẽtio de ordine, à quo præcisè descendit ille ordo, de quo erat faciẽda mentio: & est eiusdẽ naturæ, quamuis diuersi nominis, uel habitus: putà, si fit mentio sancti Benedicti, à cuius ordine descendit ordo Cluniacensis, qui habebat priuilegiũ, de quo s. Et istud gusta ad similia: quia in casu huius decre. si fortè ordo Cistercien sis descẽderet præcisè ab alio ordine, sufficeret mẽtionẽ facere de illo, à quo descendit. Et hoc reputo nouũ. ¶ Tertius casus, qñ quis impetrasset beneficium non regulare, nec̃ spectans ad collationẽ prioris: sed seculare spectans solùm ad eius presentationẽ: quia non est necessaria mentio ordinis. Nam ex quo priuilegiũ dicit, q̃ nõ teneantur recipere, illa receptio importat beneficiũ, in quo religiosi prouident, non in quo præsentant: quia tunc non dicũtur recipere. Est uerũ, q̃ si priuilegiũ diceret, q̃ circa ecclesias suas nõ ualeant literæ tacẽtes de ordine, ille terminus suus, tanquã ualde latus, includeret oẽs, in quib. habent aliquod ius, etiam simplicis presentationis. Ita procedit dictũ Inno. de præb. pro illorum. in princ. sm Rot. quæ in istis utitur latiori discursu. Et ista bene no.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Episcopus non dicitur aliquis ante consecrationem.*
Vide extensiones, quas ponit in uerſic. extenduntur. num. 3. ubi ponit v. restrictiones, & num. 5. 6. 7. 8.
2 *Imperator ante coronationem an possit administrare.*
4 *Rector studij non dicitur rector ante confirmationem, nisi esset consuetudo in contrarium. num. 5.*
8 *Electus & cõfirmatus in episcopum potest aliqua, quæ sunt ordinis, quæ non potest alius.*
Dignitas acquiritur supremis magistratibus absq; alia cõfirmatione. Post num. 8. uersi. quintò restringitur.
An literis nondum habitis, quis dicatur prælatus? Post num. 8. uersi. sed caue.
9 *Mãdatũ directũ ad illũ, qui est in potestate nostra, habet uim iussus.*
10 *Mandatum & præceptum differunt: quia mandatum expirat morte mãdantis, uel mandatarij: præceptum uerò nunquam. Prima differentia inter mandatum & præceptum.*
11 *Commissio facta per uerbum Præcipio, operatur, quòd actus nõ potest per alium expediri: secus, si per uerbum Mando. Et hæc est secunda differentia inter mandatum & præceptum.*
Sequuntur aliæ tres differentiæ inter mandatum & præceptum: uersiculis, tertia differentia, quarta differentia, quinta differentia, usq; ad uersi. infidelitas.
12 *Infidelitas præcedens an noceat promoto.*
13 *Actus cõsistens circa uerum factum potest expediri per canonicos, etiam non capitulariter.*

Et

Et qualiter differat, an aliquid spectat ad singulos, ut uniuersos: an ad singulos, ut singulos. Post nu. 13. uersi. aliud singuli, &c. & iungẽ nu. 14.
Qualiter aliquid fiat, ut à capitulo, uel ut à singulis. Vide post num. 14. prima declaratio.
15 *Clausula, Et quosdam alios, non comprehendit uniuersitates.*
16 *Sacerdos parochialis an debeat reputari de uniuersitate, quo ad cõmoda, uel onera uniuersitatis? & dicit, quòd sic.*
Vicegerens an dicatur ordinarius, & qualiter cognoscatur. Vide post nu. 16. uersi. scriptum fuerat.
Papa si scribit ei, qui conferre non potest de iure, ut conferat, uidetur ei nouam potestatem dare: sed si esset ordinarius collator, & propter certum casum specialem non potest conferre, literæ non ualebunt. Post nu. 16. uersi. si Papa.
Non dicitur actus spectare ad duos, quando habet unus expedire cum consensu alterius. Post nu. 16. uersi. quem textum tanquam.
Actus quasi completus utrum habeatur pro completo utiliter. Post nu. 16. uersi. erat iste.
17 *Capitulum nõ succedit episcopo in mandato facto episcopo eo mortuo, etiam in iam præsentatis.*
Vicarius constitutus à capitulo sede uacante, an possit quendam absoluere à peccato, cuius absolutionem Papa mandauit alternatiuè episcopo, uel eius uicario. Post nu. 17. uersi. sciunt hæc.
18 *Tempus datæ regulariter an & quando inspicitur.*
19 *Dies præsentationis, & non datæ, attenditur, ubi agitur de cognoscenda negligentia, uel inobedientia non adimplentis mãdatum Apostolicum.*
20 *Tempus, quo potuit præsentari rescriptum, inspicitur, non tempus datæ, in computando anno ad utendum rescripto ad lites, ne per secundum reuocetur.*
21 *Præsentatio literarum inspicitur, ubi agitur de attendenda collatione uel reuocatione iurisdictionis.*
22 *Tempus datæ non inspicitur in attendenda natura & qualitate beneficij.*
Tempus datæ primarum literarum nõ inspicitur, quando literæ secundæ ad beneficia habent clausulam derogatoriam ad primas, sicut clausula Anteferri. Post. nu. 22. uersi. fælix sextò.

CAPITVLVM VII.

Iam te. ¶ Si uacãte sede scribitur capitulo, ut gerenti uices episcopi, quòd præbendã alicui cõferat, si creatur episcopus mandato nondum executo, & ad eum spectet collatio præbendarũ, tenetur ipse mãdatum adimplere. Hoc dicit. Et uide Fran. Pauinum in libello De sede uacãte, fol. 17. uersic. ultimò adde, quòd episcopus. & est in antepe. col. j. parte.

1 Ante Consecrationẽ nõ dicitur quis promotus in episcopum, nec̃ pontifex. Abb. hîc post Io. An. & alios, per istum tex. & alia iura. Adde tex. in c. tam literis. de testi. ubi non consecratus appellatur electus, & ibi Abb. in j. not. Vnde Bal. in l. si nondum. post prin. C. de fur. dicit, quòd ciuitas interficiens electum, non incidit in pœnam interficientis episcopũ: de qua xxv. q. ij. c. ita nos. Et ideo dicit Ang. in l. bene à Zenone[a] C. de qua. præscrip. quòd ante coronationem non dicitur imperator, sed Romanorũ rex, per illum text. ibi, ex quo insulas imperiales suscepim⁹. Similiter dicit Bal. post Old. in l. athletæ. in prin. ff. de excus. tut. quòd antè biretũ doctorale quis nõ dicitur doctor, etiam licentiatus, per illum text. in uer. sacris certaminibus coronati. Et ideo dicit glo. in uerbo, doctoratũ. in cle. ij. de ma. quòd appellatione doctoratus non uenit simplex examen priuatũ. Et adde glo. in cle. j. in uerbo, episcopus. de fo. compe. per quam dictum Abb. hîc nõ procedit, quando in electo & confirmato est eadẽ ratio, quæ in consecrato. Ista sunt substãtialiter, quæ ad hoc propositũ ponit hîc And. Sicu. cum multiloquio maiori. Addatis Bal. in l. j. ff. fol. ma. ubi dicit, q̃ ubi agitur de fauore, licentiatus æquiparatur doctorato, quia est in potẽtia propinqua actui. Vnde uidetur in actu, l. pe. ff. de mil. test. Secus, si tractatur de pœna, uel odio, seu spe. Bal. in d. l. pe. dicit contrariũ. Vnde potestas habens secum deducere doctorẽ, non sufficit, si ducat licentiatum, sm eum. Et ideo Bal. in authẽ. habita. ibi, quid ergo de scholari. C. ne filius pro patre. dicit, quòd licẽtiatus potest adhuc dici scholaris. Et dicit ibi Sali. ibi, quæro, quid de licentiato. q̃ si intrat scholas, gaudet priuilegio scholariũ. Rationẽ ponit Alex. post Rapha. in l. mulier. §. j. ff. ad Tre. in l. si cui purè: eo. ti. quia constat, q̃ non doctor nõ habet priuilegia doctorũ: & quia iste nõ est futurus doctor infallibiliter, ut etiam per Bar. in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij. & in l. j. §. nec castrense. ff. de col. bo. & Domi. in proœ. Sexti, in salutatione. Et dicit Lud. conſ. ccxxxvij. opinionẽ. in fi. q̃ ingrediens religionẽ non rectè æquiparatur militi secularis militiæ, sed post ingressum. ¶ Et de episcopo non cõsecrato, q̃ non dicatur episcopus, allegat gl. in c. j. de relig. do. In contrariũ allegat gl. in d. cle. j. de fo. cõpe. & ita remanet. Sed pro do. Abb. hîc, & alijs, addatis Bal. in proœmio Decretaliũ, ubi dicit, q̃ Papa ante coronationem non appellet se seruum seruorũ Dei. Est tex. cum gl. in proœ. cle. in uerbo, pontificatus. ubi dicitur, quòd Papa non appellatur põtifex[b], nisi consecratus, benedictus & coronatus. Et ita no. Ab. ibi, & est glo. iij. in data Sexti libri, de quo tamẽ aliquid j. in secũda restrictione. Vnde dicit Fran. Vercellẽsis in c. accedẽtibus. j. de excess. præla. q̃ electi ad episcopatum non possunt concedere indulgẽtias, per illum text. in uerbo, episcopis. Et idem Arch. in. c. j. de pœ. & re. in vj. de quo j. aliter. Cum istis concor. But. Imo. & Abb. in c. tua, de his, quæ fi. à præla. per illum tex. & Abb. in d. c. tam literis. in j. not. per illũ text. Et adde simile text. in c. nosti. in uerbo, Linconiensis electus. de elec. & ibi Ab. in ij. no. Ad idem est tex. in c. post translationem. de renun. & ibi Bu. in j. no. & in c. cùm post petita. de elec. & in c. ad audiẽtiã. de sponſ. & in c. j. de testi. cog. & in c. dilectus. de purga. cano. &c. quod licet. de elec. & in c. cùm dilecti. de do. & cõtu. notãdæ suprascriptiones. Et ideo dicit But. conſ. xix. In nomine, &c. quia hîc agitur. q̃ in spectantib. ad ordinẽ episcopalẽ, appellatione episcopi nõ uenit nõ consecratus. Alle. gl. j. in c. j. de reli. do. & idẽ Ana. post Car. in c. meminimus. in fi. de accus. & Old. consil. xiiij. & Domi. in c. sicut uitri. xl. distin. per illum. text. & Imol. in clemen. j. de pœnis. post alios ibi, propter glos. in uerb. quemuis pontificem. & est quinta. Et ideo dicunt Arch. Paul. & Domi. in c. j. de de offi. ord. in vj. q̃ ille text. in § pe. non procedit in episcopo nondum cõsecrato, contra Host. ibi: quia nõ est episcopus, & quia priuilegiũ, de quo ibi, qđ concernit pontificale officium, nõ competit, nisi consecratis, pro-

ptex

a *In l. bene à Zenone] Vide ibi ad hoc Bart. post gl. & Cy. & plenè per Salic. ibidem, & Bart. in extraug. ad reprimen. uer. regibus. & in l. ex eo. de test. mili. et in l. sed & reprobari. in princ. de excus. tut. per gl. in §. ij. & Card. tenentes, contra cle. j. de iureiur. Vide in Spec. de rescri. pra sen. §. ix. uers. itẽ quod obtentũ. & Pau. de Cast. in consil. cxv. & Ioan. de Pra. in l. Publius. de condit. & demonst. & plenè per Oldra. consil. clxxx. & consil. cxc. Et uide etiã per Bart. ĩ j. cõst. ff. in fi. princ. & per Spec. in tit. de renunc. §. fin. uersi. item quod fuit obtentum.*

b *Pontifex] De qua materia uide plenè p Spec. in ti. de rescript. præsen. §. ix. uers. item quod obtentum. & Bald. in tractatu de schif. et adde xxiij. dist. enomine. et lxiij. dist. ego. & text. in c. nihil. & c. licet, de elec. et per Bald. in c. j. qui feu. da. pos.*

pter gl.v.in d.cle.dignum.de cele.miſ. quã ſequũtur ibi Pau.Io.de Lig.Imo.& Car.q.iij.contra Stepha.Et appellatione officij, intelligitur potiùs de officio reſpiciente ordinẽ, quàm dignitatem. Allegat Domi. gl.in cle.j. de priui.& eſt in uerbo, ſuſpenſionis.uel in uerbo, presbyteri. Ad idẽ c.ex literis.de excel.præl.ad fi. ubi iſta uerba Pontificalis officij, reſpiciunt ordinẽ. Facit tex.cum gl. pen.in c.cùm epiſcopus.de offi. ord.in vj. per quã dicit ibi Domi.iuncto text.in prin. cũ ſimi. q̃ ſacramentalia, quæ exercet epiſcopus, dicũtur eſſe de ſpectantibus ad officiũ epiſcopale: & quia ſpectantia ad officiũ epiſcopale nõ dicuntur iuriſdictionalia, ſed potiùs ſacramẽtalia. Ex prædictis dicunt Io.de ſancto Georgio, Pet.de Anc.& Domi. in c.fi. de re iud.in vj. quòd priuilegiũ illius decre.de legendo ſententiã per alium, non cõpetit nõ conſecrato: quia datũ eſt dignitati & honori epiſcopali, qui honor reſpicit propriè conſecrationẽ & ordinẽ epiſcopalem. Probatur clarè in c.ij.de tranſla.epiſc. & in c.j.de ordi.ab epiſcopo, qui renun. epiſc. ſecundũ eos. Similiter dicit Domi. poſt Anc.in c.illud. xxiij. diſt. quòd cauſa electi & cõfirmati non dicitur cauſa epiſcopi. Ideo non requiruntur in ea xij. epiſcopi: de quibus per gl.& Doc. de re iud. non poteſt. Allegant d.c.ij. uer. ſed neq;. ubi ante conſecrationẽ eccleſia dicitur uidua, quo ad quædã. Similiter dicit gl.in cle.j.circa med. uer. ego enim.in uerbo, futurus.de iureiur. q̃ electus in imperatorẽ, non appellatur ante coronationem impera-
2 tor, ſed rex. De quo, utrũ † uidelicet imperator ante coronationem poſsit adminiſtrare, uel priuilegia concedere, uide profundiſsimè & meliùs, quàm alibi, Sal. in l.bene à Zenone. C. de quadri. præſ. ubi inuenies, q̃ ante coronationem nihil poteſt in adminiſtratione imperij. Aliquid per Bal. in addi. Spec.de reſc.præſen.§.fi. uer. item quod obtentum. additiõe inci. donatio. poſt Spe. ibi latè ponentem De donatione Romandiolæ facta eccleſiæ ab imperatore nondum coronato. Et dicit Brix.in Reper.in uerſi. epiſcopus.q̃ cùm Baſileæ fuiſſet pronunciatus unus cardinalis, nondũ tamen habuiſſet inſignia, ſeu quaſi poſſeſsionem cardinalatus, fuit ipſe interrogatus, an poſsit ſe gerere pro cardinali? & non dicit, quid reſponderit. Tamen ex allegationibus, quas facit, uidetur dicere, quòd non.

Extẽduntur Prædicta quatuor modis. Habuimus duos. Primus
3 eſt, etiamſi † ſit mentio de promotis: quia non ueniunt non conſecrati. Text. hîc. ¶ Secundus modus, etiamſi ſiat mentio de pontifice. Gl.in cle.dignum.& in cle.j.de pœnis. ¶ Tertiò extende etiam ad illos, quibus hodiè prouidet Papa, pronunciando eos epiſcopos, qui ante conſecrationẽ uocantur electi. Abb.hîc,& in d.c.tua. Differunt tamen ab alijs electis: quia nõ indigent alia confirmatione,& ideo adminiſtrare poſſunt, nõ obſtãte c.auaritię.de elec.in vj. quia illa prouiſio Apoſtolica habet uim confirmationis. Et idem in omni electo à cõfirmatore. Innoc.in c.cùm olim. in princ. de cauſa poſ. Abb.hîc,& in dictis locis. Adde gl.iij.in c.j.de elec.in vj. & ibi Domi.& gl.ij.eo.tit.ut circa.& ibi Domi.& Imol.in c.auditis.iij.col. & quaſi ad finẽ, de elec. Et ideo contra tales nõ proponuntur defectus per uiã exceptionis, ſicut cõtra electos, iuxta c.ſuper his. de accuſ. ſed ſimpliciter directa accuſatio. Ana. in c.accedens.de accuſ. per illum text. Et hinc eſt, quòd aſſumptus in canonicũ nõ in uia electionis, ſed prouiſionis, poteſt exercere ſpectãtia ad ius canoniæ abſq; alia cõfirmatione, uel inſtallatione. Imo.in c.cùm M.ibi,& pro eo, qd̃ dixi.§.ti.proxi. pro quo uide Inno.idẽ tenentem formaliter in c.conſtitutus.lo ij.ibi,& in iſto caſu malè facit epiſcopus. de appel. Et dicit Bal. in l.Barbarius.ff.de offi.præto.in lectu. nõ in repe. q̃ prouiſio eſt nomẽ plurib.adaptabile. Nã quandoq; ſapit electionẽ, quandoq; confirmationem,
4 quandoq; utrũq; ſimul[a]. Et ſubdit, q̃ ille dicitur prouiſus, cui eſt prouiſum cũ effectu: quia hoc uerbum Prouideat, habet plenũ ſignificatum. Alleg. Inno.in c.in literis. de offic. dele. Et adde Rot.de conceſ.præbẽ.xv.in nouis, ubi firmat Rota, & collector, q̃ uerbalis inductio in poſſeſsionẽ facta ab habente poteſtatẽ prouidendi & inducendi, operatur utrũq;. Et idem in actuali, ſm Rot. Sed collectaneus cõtrà. Tamẽ pro Rot. etiã in actuali inductione latè conſuluit Lud.conſ.cccxxxvij. Quo ad primũ. Sed caue: quia iſti prouiſi, licet ſint ueri prælati, Bald.in l.humanũ.in fi.C. de legi. tamen in ſuis eccleſijs non debent recipi, nec de eis quoquo modo ſe impedire, niſi oſtẽſis capitulo, uel collegio literis ꝓuiſionis, per quas non efficiuntur prælati, cùm ſint, ſed probat eos eſſe. Ita declarat. Abb. in c.noſti.de elec.dicens eſſe quãdam extrauag. Voluit allegare extraua. Bonifacij VIII. in iunctæ. de qua ipſe meminit j.eo.in noſtra.ad fi. Vide, quæ ibi dicentur, & quæ dixi §.ti. proxi.in rub.& Abb.in c.qualiter.in j.not. de elec.& gl.in uerſi.uacante.in cle.j.de hære.& ibi Abb. & eſt dicta extrauag. gloſſata poſt tractatũ Fran. Pauí. De uſſitatis, fol.83. In qua memento, quòd conſtitutio, quę indies fit in curia de expediendis literis beneficialibus infra certũ tempus, non intelligitur de literis epiſcoporum promotorũ. Lud.conſ.cccxl. Circa primum.
5 ¶ Quartò extẽde prædicta etiam ad rectorẽ ſtudij: ita† non dicitur rector ante confirmationẽ, ſed electus. Bal. in authen.habita.ibi,& primò quæro, utrùm rector electus. C.ne fil.pro pat.propter glo.ord.in l.priuatorũ. C. de iur.om.iud. Et non debet adminiſtrare, donec iurauerit in manibus eligentium: quia licet priùs recipiat poteſtatem, nõ tamen recipit poteſtatis executionem. Alle.ho.in authen.de his, qui admi.reci.in rubro & nigro. ¶ Limita, niſi eſſet ſtatutum, uel conſuetudo, q̃ eo ipſo, q̃ electus eſt, habeatur pro rectore: quia tunc non eſt neceſſaria confirmatio, niſi eſſent duo in diſcordia electi: quia tunc adeũdus eſt ſuperior neceſſariò. Et ſequitur Abb. in diſpu. Gandulphũ.ibi, an autẽ electus. dicens Bar.in l.ex eo.ff.de mil.teſt. & Inno. in c.cùm ab eccleſiarũ.de offic.ord.ſentire, quod eſt dictum, ſcilicet q̃ eſt neceſſaria confirmatio. Hoc autem de cõſuetudine admittit Abb. in caſu iſto, & ſimili, ubi tractatur ſolùm de præiudicio ipſorũ priuatorũ: ſecus in collegijs eccleſiarũ, uel monaſteriorũ, per c.cùm uenerabilis.j. tit.proxi. Ne contingeret indignũ præfici cum diſpendio eccleſiarũ, ideo cõſuetudo grauoſa eccleſiæ nõ ualet, c.j.j.tit.proxi. ſm cũ. Conſidera, quid ſi rector eligeretur, uel mãdaretur eligi ab eis, qui habẽt eũ cõfirmare, tunc nõ indiget alia confirmatione, per id, qd̃ eſt dictũ proxima extẽſione de prouiſione habẽte incluſam cõfirmationẽ uirtualiter. Et licet prouiſus nõ appelleẽt adhuc epiſcopus: quia reſtat conſecratio, tñ talis appellabitur rector, cùm in eo nõ cadat conſecratio. Illud autem de iuramẽto non ſeruatur, ſm Abb.in d.diſputat.

Reſtringuntur Quinq; modis prædicta. Primo, dũ † modò
6 ſubiecta materia cõcernat exercitiũ, uel decorẽ epiſcopalis ordinis: ſecus, ſi ſimpliciter cõcerneret iuriſdictionẽ: quia cùm iſta cadat in electo cõfirmato, c.tranſmiſſam.cũ gl.de elec. diſpoſitio loquens in tali materia de epiſcopo, uerificatur in cõfirmato tantùm. Ita Io.An.in c.cùm ex eo.ibi,& per id idẽ dicẽdũ in electo.de elec.in vj. uolens, q̃ licentiã, de qua ibi, poteſt dare confirmatus, licet nondũ ſit epiſcopus. Adducit gl.quartã ibi,& idẽ puto in cle.j.de reſcri.& gl.v.in d.cle.j.de for.cõpe.& refert ibi Domi.& ſic uidet Io.An. declaraſſe gl. ſuas in dictis locis, licet hãc declarationẽ attribuat ſibi Ab. in d. cle.j.& And.Sic.hîc nullũ iſtorũ allegãs. Addatis Ro. de off.dele.ult.in nouis:& de reſcr.xxiiij.in antiqs:& Aegidiũ Belle.

Belle.concluſ.cclxij. mandatum.ubi dicunt, quòd confirmatus tantùm poteſt adimplere mandatum factum prædeceſſori ſub nomine dignitatis: quia nõ eſt materia concernens propriè decorem dignitatis, ſed iuriſdictionis. Fortiùs probat glo.ij.de foro compe.uerum, q̃ etiamſi in tali materia fieret mentio de epiſcopo conſecrato, nõ excluderetur cõfirmatus. Et dicit Abb.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs.de iud.ibi,& ita puto. q̃ ubi epiſcopi poſſunt diſpenſare, poteſt etiã diſpenſare confirmatus tantùm. Alleg.Inno.in c.ſuffraganeis.de elec. Similiter dicit beatus Tho. in iiij.ſentẽ. diſt.xx.q.j.art. iiij. uer.ad ſecundã. q̃ confirmatus tantùm poteſt dare indulgentias: quia hoc cõpetit ratione iuriſdictionis. Sequitur Abb.in d.c.ſuffraganeis.& Bu.& Abb.in d.c.accedentibus.de excel.præla.& Cald.in repe.c. noſtro.de pœ.& remiſ.& Pet.de Anc.in cle.abuſionibus.de pœni. & remiſ.& in regula, ea quæ.ij.oppo.& in regula, peccatũ.iij.opp.de reg.iur.in vj.& alij, de quib. diffuſè per Ia. de Zochis, in repe. c. omnis utriuſq;. fol. paruo 94. ibi, ſed quæro, quid de electo in epiſcopũ, de pœ. & remiſ. Bene facit gl.xvj.q.j.adijcimus.dicens, q̃ ſubdiaconus beneficiatus poteſt in eccleſia ſua prædicare: quia non prædicat ratione ordinis, ſed ratione prælationis. Similiter dicit gl.in cle.j.in uerbo, presbyteri.de priui. q̃ aſſumptus ad curatã eccleſiam nondũ ſacerdos, poteſt dare licentiã, de qua ibi: quia non cõcernit ordinẽ. Pro hoc facit etiã, quia licet ante receptũ pallium non dicatur quis archiepiſcopus, d.c.niſi.de autho.& uſu pal. tamen poſt cõfirmationẽ poteſt præcipere ſuffraganeis, ut conſecrent electũ, quod ipſe facere nõ poſſet: quia cõſecratio eſt ab ordine præceptũ à iuriſdictione, d.c. ſuffraganeis. Facit etiã ad conſil. Old. cxciij. Factũ tale eſt ſuppoſito. dicens, q̃ nõ poteſt dici eccleſia uacare, quæ habet epiſcopũ cõfirmatũ, uel ꝓ confirmato habitũ: & q̃ obuentiões debitæ archidiacono ex cõſuetudine uacante ſede epiſcopali, non debeantur electo epiſcopo & confirmato duntaxat. Adde etiam, quòd non conſecratus poteſt dici prælatus, licet nõ epiſcopus, Abb.in c.tam literis.in antepen.no de teſti. per illum tex.in uerbo, à prælatione. ¶ Nouiſsimè autẽ excipiatur unus caſus ab iſta reſtrictione, uidelicet quando ſumus in materia odioſa & ualde exorbitanti, in qua uerba debent capi propriè: quia tunc appellatione epiſcopi, etiamſi agatur de exercenda iuriſdictione, intelligitur ſolũ de conſecrato. Ita ampliſsimè diſputando firmat do. Maria. de Senis, in diſpu. quæ incipit, à ſacroſanctæ. & eſt tertia in ordine, decidens, quòd ſi Papa cõcedit epiſcopo Senenſi, ut poſsit punire exemptos criminoſos notoriè Senenſis territorij, electus & confirmatus non poteſt punire exemptos territorij Senenſis, alienæ tamen diœceſis: quia reſpectu iſtorũ materia eſt exorbitans. Ideo uerbũ Epiſcopo, debet intelligi de illo, quem iure appellant epiſcopũ: & ſic de conſecrato. Reſpondet ad gl.in d.c.uerũ.& in d.cle.j.de foro compe. q̃ loquuntur in materia, in qua eſt per omnia cadẽ ratio in cõfirmato, quæ in conſecrato. Ideo nõ dicitur fieri extenſio. Poteſt etiam dici, q̃ glo.in c.uerum.non ſit uera: & capitur ibi uerbũ Conſecratus, non propriè, ſed largè. Dicitur enim cõſecratus eccleſię, cùm ſit deputatus ad eius obſequium: ſicut res inanimata dicitur conſecrata Deo, quando dedicatur eccleſiæ, xij.q.ij.nõ liceat. Et alia plura inducit nihil allegãs in terminis. ¶ Pro iſta cõcluſione, quæ poſſet multùm conferre, addatis Imol.in cle.ij. ibi, demũ quærit gl.de reſcrip. ubi poſt Butri. reprobat gl.iiij.ibi, motus. quia illa cle. tanquam exorbitans à regula c.ſtatutum.de reſcri. in vj. non eſt extendenda extra uim uocabuli. Ita in propoſito ſi diceres, non eſt extra uim uocabuli, cùm in talibus appellatione epiſcopi ueniat confirmatus, ut ſuprà, Reſpondetur, hoc eſſe uerum in iuriſdictione exercenda iure cõmuni: ſecus, ſi iure ſpeciali, uel exorbitanti: quale eſt iſtud, ꝓpter uio-

c. eam te.

lationẽ alterius diœceſis, cui ſuſpẽſa exemptione fit iniuria puniendo ſibi ſubditos. Facit l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de mili.teſt.cum his, quę dixi in c.j.§.eo.circa reſtrictionẽ priuilegiorum, quæ tertio prædicant. Et ſufficit, q̃ etiam in cõfirmato tantùm poſsit hoc priuilegiũ aliquid operari, ut ſtatim dicetur. Præterea electus & confirmatus ſingitur epiſcopus, quo ad iuriſdictionalia. Cardi. poſt Zenzel.in cle.j.vj.q.de pœnis. per d.c.ij.de tranſla.prælato. Modò in materia exorbitanti regulariter nõ uenit caſus fictus, Bar.in l.iij. hęc uerba, ff.de nego.geſt. Et hęc adde dictæ diſputationi, per quę remanet falſa gloſ. in dicta cle. ij. de reſcrip. ſuprà allegg. ¶ Subdit tamen latè Maria. ubi ſuprà, & in c.ad abolẽdam.de hære. q̃ dictus electus Senenſis poterit procedere cõtra exemptos, qui ſunt in ſua diœceſi: quia materia non eſt exorbitans, & cùm nõ ceſſet ſoli concedẽti, fit lata interpretatio, attento quòd res de facili reuertitur ad ſtatũ primæuũ, xxxv. diſt. ab exordio. l. ſi unus. §.pactus.ff.de pac. dixi §.ti.proxi. cùm acceſsiſſent. & c. cùm oẽs. Et iſta ſigna, tanquam noua, & quæ te facient

Digito monſtrari, & dicier, Hic eſt.

7 ¶ Secundò reſtringuntur prædicta, ut† non procedant hodie in Papa: quia ipſe etiam ante coronationem eſt epiſcopus, & ſeruus ſeruorũ Dei: & non appellatur electus, ſed Papa. Contrariũ dicens incurrit Papalem excõmunicationem, ut uult extraua. Clementis VI. quia nonnulli. fol. impreſſarum u3. de qua ſtupet gl. ibi nouiter facta: quia de ſtylo curiæ etiã moderno ante palliationem, & coronationem non exprimit Papa nomẽ ſuum in bulla, ſed dimidia bulla utitur, & appellat ſe electum. Ideo de illa conſtitutione iudicet Apollo, ſm gl. Et hoc modo declaratur opi. gl. in d.proœ. Clementinarum, & in data Sexti: & ibi Io. in Mercu. paulò poſt prin. facit mentionẽ d.extrauagantis. ¶ Tertiò reſtringuntur prædicta in abbate: quia† ante benedictionem
8 appellatur abbas. Oldra. conſil. xliij. allegat c.j. de ſup. negl. prela. & c. quoniam. lxix. diſt. & reprehendit Hoſt. qui tenuit contrariũ, de ætate & quali. tuã. & de re iudi. inter monaſterium. Et licet poſsit per exceptionẽ reſiſti, ne benedicatur, c. meminimus. de accuſ. tamen non excipitur: quia non fit abbas. Et ideo per electionẽ acceptatã uacant eius beneficia, licet in epiſcopo non uacent ante conſecrationẽ, c.cùm in cunctis. de elec. Et idẽ firmãt Io.An. But.& Car. in d.c.inter. licet Arc. dubitet, xij.q.ij. alienationes. ſuper gl.j. quia aliquando appellatur electus, d.c.inter. ſed nõ ſequitur, quòd nõ ſit abbas, ſecundum Old. ¶ Rationem differentiæ inter epiſcopum & abbatem ponit Ana. in d. c. meminimus. in fi. quia conſecratio confert ordinẽ in epiſcopo: gloſ. in proœ.vj. Ideo adhuc reſtat, quod eſt magis dignũ. Nõ ſic in benedictione, ſecundum eum. Pro quo uide Car. in cle.attendẽtes.§.ſtatuimus.q.v.& ſeq. de ſta. mo. ubi dicit, quòd abbas etiã ſine benedictione poteſt ea, quę ſunt officij, d.c.j. de ſup. negli. prel. Et benedictio potiùs eſt de ſolennitate, & ad bene eſſe, quàm de ſubſtantia: & ante benedictionem poteſt uti paſtorali baculo, ut ibi per eum, & etiam Imo. tenentes hanc reſtrictionẽ poſt Gul.& Zenze. ibi cõtra Hoſt. in d.c.tuam. & in d. c. inter. Et idem pulchrè Abb. ibi, & in c. quando. de offi. ordi. ubi etiam tenet regulam §. poſitã de epiſcopo. Et iſtam reſtrictionem licet æquiuocet, allegando pro ea Hoſtien. in d.c.inter. Et eadem dicas de abbatiſſa, propter gloſ.d.cle.attẽdentes. in uerbo, benedicti. Reliqua de iſta benedictione dixi in d.c.inter. poſt Abb. ibi in fi.

¶ Quartò reſtringuntur, ſeu declarantur allegata in re
9 gula, Niſi † forte eſſet electus & confirmatus in epiſcopum aliquis abbas: quia licet etiam iſte appelletur electus, tamen differt ab alijs: quia poteſt aliqua, quæ ſunt ordinis, quæ non poſſet alius. Ita puto inferri poſſe ex not. deciſione Dominic. in cap. is, cui. ibi, uidi dubitari, de electione. in ſexto. ubi dicit, ſe reſpondiſſe

in

in facto, quòd abbas datus adminiſtrator eccleſiæ cathedrali uacanti, poteſt conferre ſubditis illius eccleſiæ illos ordines, quos abbates conferre poſſunt ſubditis ſuis: de quibus in c.cùm contingat.de æta.& qual.& in d.c.quoniam.lxix.diſt. Quia hoc habet ex ſua propria uirtute. Non poſſet autem priùs iſtos ordinare ex defectu iuriſdictionis, non autem ex defectu, quo ad habitum poteſtatis. Patet in c.abbates. in fi.de priuile.in vj. Cùm ergo datio adminiſtrationis tribuat ſibi iuriſdictionem, concurrit utraq; poteſtas requiſita ad collationem ordinum. Non obſt.ille tex.dicens, quòd ſi adminiſtrator non eſt epiſcopus, faciat per epiſcopũ adimpleri concernentia miniſterium cõſecrationis: quia dicit de epiſcopo, tanquam interrogatus legiſlator de perſona, quæ poſſet omnia concernentia conſecrationem. Non negat de alio, qui poſſet exercere partem de illis, ut eſt abbas. Ita in proposito, ſi abbas electus eſſet, poſſet ante conſecrationẽ ea pauca, quæ poteſt ut abbas, quo ad ordines, in ſubditis epiſcopatus. Eadem ratione uideretur idem in epiſcopo ad alium epiſcopatũ trãslato, quòd poſsit ea, quæ ſunt ordinis, & ueniat appellatione epiſcopi poſt confirmationem: quia conſecratio non reiteratur. Gl. maior in c.prouida. de elec.in vj.& gl. antepen.in c. poſt translationem. de renunc.& dicetur ti.proxi.quanto. Et dicitur translatus poſt confirmationem & poſſeſsionem adeptam, quo ad datione beneficiorũ, quæ habet gl.j.in c.ſi quis iam translatus.xxj.q.ij Facit glo.ſi.in princ.in c.ſi tibi conceſsio. de præben.in vj. latè Lud. conſil.cclv. & Ioan. And. in regula, quod ob gratiã.in Mercu. Cal. de transla.præla. conſil.j. Abb. conſil.cccix. Factum, ſuper quo conſilium petitur. Dubito magis de archiepiſcopo translato ad alium epiſcopatũ: quia requiritur noua palliatio, c.bonæ.el ij.in fi.de poſtul. præla. Ergo ante ſecundam palliationem dicitur adhuc electus, c.niſi. de autho.& uſu pal. Tamen forte poſſet ea, quæ ſunt ordinis, ratione conſecrationis, quæ non reiteratur. Sed non dicetur archiepiſcopus ante palliationem. Cogita: quia nullum ex prædictis reperies tactũ. ¶ Quintò reſtringũtur prædicta, in quibuſdã ſupremis magiſtratibus temporalibus, putà cõſulatus, in quibus ex electione acquiritur dignitas abſq; alia confirmatione. Bart. in l.j.§. diuus. ibi, quæro, quid ſi ſtat per electum. ff. de uar.& extraor. cog. dicens, quòd poteſtas & capitaneus, qui hodie aſſumuntur, tenent locum maiorum, & conſequuntur dignitatem à die electionis ſibi præſentatæ. Facit l. ex eo. & ibi gl. & Bart. ff. de mili. teſt. & l. fi. C. de decu. lib. x. & l. Publius. in princ ff. de condi. & demon. & ibi Bart. aliquid do. meus de Are. in c. fi. de iudic. ¶ Sed caue: quia iſtud procedit in ſupremis dignitatibus, de quibus in dictis iuribus, non in alijs etiam poteſtatibus, uel capitaneis. Imol. in c. propter ſterilitatem. de loca. Et Alexã. poſt Bar. in l. diem functo. ibi, iuxta prædicta. ff. de offi. aſſeſ. quia hodie multoties præſentantur talium electiones etiam ante finitum tempus prædeceſſoris. Vnde non eſt poſsibile dicere, quòd ſit tunc collata dignitas: quia eſſet in duobus eodem tempore. Et in hoc ipſi latiùs inſiſtunt propter illud dubium maximũ, utrum ſalarium debeatur eis, uel hæredibus, ſi poſt electionẽ morte, uel alio impedimento prohibeatur magiſtratũ exercere, de quo dic, ut in dictis locis. ¶ Considera: q aliquæ ſunt dignitates etiam ſupremæ, quæ confirmationem requirunt, ſicut imperium, rectoratus, & ſimilia: & in iſtis ſequere prædicta. Aliquæ non requirunt confirmationem, ſed fiunt ab electoribus, quorum electio eſt potiùs prouiſio: & tunc ſi fit ad magiſtratũ nõdum uacantem, procedent proximè dicta: ſi uerò uacat, uidetur quòd dicantur magiſtratum adepti: quia ceſſat dicta ratio officij non uacantis, & non exigitur confirmatio. Tamen cogita. Et ex iſtis habes hanc materiam clariùs, quàm alibi: de qua etiam per do. meum Bar. Belle. de Mutina, in c. tua. de his, quæ fiunt à præla. ubi allegat ea, quæ ponit hîc And. Sic. ſ. relatum. cum quibus concor. Abb. de elect. tranſmiſſam. in tit. Sed erat allegando gl. in cle.j. de baptiſ. Vult dicere in cle.ij. de cel. miſ. quæ præcedit. ¶ In quantum But. Domi. & Abb. dicunt per iſtum tex. quòd appellatione bis allegat hîc Abb. Vide eundem in ſalutatione Gregoriana, ubi poſui iſtam materiã, & inuenies generaliter, quando appellatiõe collegij ueniat caput: & inter alia, quòd appellatione capituli nõ uenit præpoſitus, & decanus, & ſimiles, ut per Domi. in c. fi. de præben. in vj. per text. hîcibi, decano & eccleſiæ. & tales non habent uocem, ut per Inno. in c. ij. de inſti. & Abb. de re iudi. cùm olim. niſi conſuetudo aliud dicat. Satis dixi in d. proœmio.

9 **Inter mandatum** Et† præceptum uidemus breuiter quinq; nouas differẽtias, propter ea quæ ſcribunt hîc Doct. per iſtum tex. Et primò præſuppone uerba Paul. de Caſt. in l.j.§.j. ff. quod iuſſu. quòd mandatum directũ ad illum, qui eſt in poteſtate noſtra, habet uim iuſſus, quibuſcunq; uerbis dominus, uel pater loquãtur: ſed mandatum propriè cadit in eo, qui non eſt ſubiectus poteſtati alterius, l. atqui natura. §. ſi liber homo. ff. de neg. geſt. ubi ſi mãdo homini libero, qui mihi bona fide ſeruit, non cadit ibi actio mandati: quia quaſi ex ſeruili conditione tenebatur obedire, ſed cadit actio negot. geſt. & ſic mandatum propriè dirigitur ad non ſubiectum: præceptum uerò ad ſubiectum. Et hoc in cõtractibus. Et ita intellige Bart. in l. ſæpe. ff. de offi. præſi. dũ dicit, quòd in contractibus, Mando, lubeo, uel Præcipio, non neceſsitant, per l.j. ff. man. quia intelligitur, quando non dirigitur ſubiecto. Et dicit Card. in cle.j. in vij. not. de iudic. quòd mandatum & iuſſus aliquan

a do capiuntur pro eodem[a], per illum tex. Et dicit Lauren. Vallen. ſua elegãtia cclxx. quòd mandata dicuntur propriè cõmiſsiones, & fiunt etiã per filium patri: ſed præcepta pertinẽt ad magiſtratus. Et quòd lubeo, ſæpe ponitur pro exhortatione. Allegat multa exempla, & ipſum abbreuiat Iunius in ſuo Reper. in uerbo, edicere. Et uide eundem in uerbo Præcipere, ubi b dicit, quòd aliquando importat Prẽuenire, ut apud Verg. in xj.

Exultat animis, & ſpe iam præcipit hoſtẽ.
Et in vj.
Omnia præcepi, atq; aïo mecũ ante peregi.

Allegat Nonium Marcel. Dicit etiam Brix. in uerbo Delegatus, quòd differt Mandare & Delegare: nam Mandare concernit plures cauſas, Delegare unam. Allegat. glo. ſi.in l.j.§. qui mãdatum. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſdict. Item per uerbũ Mando fit delegatio, l. cognitio. ff. de offi. eius, cui manda. & l.ij. ff. de iuriſdic. om. iudic. ſecundũ eum. ¶ Sed in iure differunt Mando & Præcipio, his modis. Prima differentia. Mandatum † expirat

10 b morte mandatarij, uel mandantis[b], c.gratum. iuncto c.quoniam. de offic. deleg. diſtinguendo, ut ibi: præceptũ uerò nunquam, gl. j. in c. dudũ. xvij. q.ij. Spec. & Io. And. de deleg.§. reſtat. uer. item mortuo mandatore. Allegat Io. An. gl. in d.c. dudum. & in c. quod præcipitur. xvij. q.j. quæ mouetur per text. in §. & hoc uerò iubemus. in authen. ut nulli iudic. De cuius intellectu uide Ioan. And. in d.

a *Pro eodem*] *Adde Alex. in d. l. ſæpe. alleg. in text. ff. de offic. præſt. & Bar. in l. ij. C. cõmu. de leg. & Lud. in l. j.§.j. de offi. eius.*

b *Vel mandantis*] *Adde do. Soci. conſi. xxxj. incip. proſequendo ordinem. uerſic. ſextò probatur. i j. parte. Sed nunquid per mutationem ſtatus ipſius perſonæ mãdantis: Dic, quòd ſic. Et quibus modis & caſibus, et an per mortẽ, & in quib. caſibus, & in quibus nõ: uide plenè et no. per præfatũ do. Soci. cõſil. clxxij. inci. multũ abundè & elegantèr. uer. tertium eſt, quando. uſq; ad uerſic. ſecũda difficultas. in ij. parte.*

in d.c.quoniam, ubi uidetur intelligere dictas gl. quando præcipitur actus nudi miniſterij: non, quando exigit cauſæ cognitionem: quia tunc mortuo mandante, diſtinguetur, an re integra mortuo mandatario. Et diſtinguetur, an ſub nomine dignitatis. Ad idem uide omnino Car. in cle.fi.in j.q. de procur. ubi poſt Paul. accurate inſiſtit ſuper iſta expiratione per mortem. Tandem dicit, quòd in reſcriptis præceptum neceſſariò ſtringit, mandatum non ſic. Sed quo ad finiendam poteſtatem morte differunt in hoc: quia præceptum communiter fit in materia, in qua is, cui præcipitur, habebat poteſtatem. Vnde ſtatim, cùm præceptũ emanauit, habuit ſuũ complementum: & ideo indiſtinctè durat, quandocunque moriatur, etiamſi non ſit ſub nomine dignitatis. Sed ubi eſt uerbum Mando, diſtinguitur, ut ſ. ¶ Non aperit, quid ſi præciperetur in materia, in qua quis non habebat poteſtatem, licet hoc non ſoleat fieri: tunc crederem, q; facit illum delegatum propter quartam differentiam, de qua j. non quidem ſimpliciter, quo ad omnia, ſed quo ad cognoſcendam poteſtatem & naturam actus, non quantum ad expirationem per mortem, per c.ſi ſuper gratia. de off. dele. in vj.& dicet j. Et adde Imol. in l. qui aliena. §. is putat. ff. de acqui. hære. ubi dixi per illum text. q; ſicut mandatũ expirat morte mandantis, l. mandatum. C. man. ſic etiam iuſſus

a *Iubentis] Adde text. in l. ſi per epiſtolam. & ibi Bart. & Doct. ff. de acqui. hære.*

a morte iubentis[a]. Quod dicit notabile ad intellectum tit. quod iuſſu. Et intelligе in cõtractibus, ſed in reſcriptis tene prædicta. Et adde Hoſt. in c. tum ex literis. de reſtit. in integ. ubi dicit, q; mortuo Papa nõ expirat legatio, quã iniunxerat cardinali ultra mare in fauorem fidei. Et ſequitur Ioan. An. ibi, & in addi. Spec. de lega. §. finit. uerſi. ſed pone de facto. ubi etiam Spe. refert fuiſſe in facto. Et iſtis adde Cal. de off. dele. conſ. iiij. ubi diſtinguit, quando mandatum expiret re integra morte morientis. Et in primis uerbis uidetur, q; non ponat in hoc aliquam differentiam inter mandatum & præceptum. ¶ Secun

11 da differentia. Commiſsio facta † per uerbũ Præcipio, operatur, q; actus non poteſt per aliũ

b *Verbũ Præcipio, &c. nõ põt p alium expediri] Adde tu, q, iſtud procedit etiã, quãdo delegatio fit p uerbum lubemus: qd' uerbum importat neceſsitatem: tunc non poteſt fieri ſubdelegatio. Ita dixit gl. in d.l. ſæpe. ff. de offi. præſi. & ibi Bart. & Bald. & Imol. in cle. ſæpe. de uerb. ſig. reputant ſingul. gl. illam.*

b expediri[b]: ſecus, ſi per uerbum Mando, per l. à iudice. C. de iudi. Ita gl. ij. in l. ſæpe audiui. ff. de offi. præſi. dicẽs ita ſeruare curiales domini Papæ & domini imperatoris. Et ſequitur Bal. hîc, & An. Sic. dicens eam approbari per Imo. in cle. ſæpe. de uerb. ſig. Sed caue: quia Imol. ibi, uer. ſed aduerte. dicit, q; de iure non uidetur uera iſta differentia, per not. in l.j. §.j. ff. quod iuſſu. ubi iuſſus & mandatũ nõ differunt, quando diriguntur ſubiecto. Et per iſtam rationem idem tenebat Rof. Beneuentanus, ut refert Car. in d. cle. fi. Nihilominùs dicta differentia communiter approbatur. Et dicit Bald. in d.l. ſæpe, q; illa gl. non reperitur alibi, & cum ea tranſit ibi Ang. & pulchrè Bart. & Bal. in l.j. ibi, modò quæro. C. quomodo & quando iud. Et Bar. in l. ij. in j. not. C. communia dele. & Lud. in l.j.§.ij. ff. ſi quis ius di. non ob. Negari non poteſt, quin gl. in d.l. ſæpe. ſit mirabilis, & multùm limitãs l. à iudice. C. de iudic. ubi delegatus principis regulariter ſub delegare poteſt: quia fallit in commiſsione facta per uerbũ Præcipio, per prædicta. Ex quibus limitatur gl. xj. q. iij. rogo. cum concor. quas dixi ſ. tit. proxi. nam concupiſcentiam, q; quomodocunq; ſuperior mandet inferiori, uidetur præcipere. Sed non eſſet tutũ recedere à gl. in d.l. ſæpe. quam totus mundus approbat, ſecundum Alex. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. quamuis And. Si. ab ea recedat in c. quoniam. de off. dele. per tex. hîc in uerbo, præceptum dedimus & mandatum. qui potiùs facit pro d.gl. intelligendo, q; mandatum monet, præceptum arctat: & ſic differũt. Adducit etiam quædam alia non urgentia. ¶ Tertia differentia: quia præceptũ, uel iuſsio emanat propriè circa ea, quæ incumbunt ex officio, mandatum uerò non, ſecundũ Imol. in d.cle. fi. ibi, ſecundò quæro. de procu. Vbi etiam dicit poſt Bu. q; licet in actibus priuatorum non differant iuſsio & mandatum, ut ſ. dixi, tamen in ſuperiore differunt, quo ad poteſtatem ſubdelegandi. Et extollit gl. in d.l. ſæpe. Item differunt, ut in hac iij. differentia: pro qua inducit l. fun di. §. item ſi amicus. ff. de acqui. poſſ. per quã Bart. & alij ibi limitant regulam l. mandatum. C. man. ut nõ procedat, quando iniungitur id, quod quis habebat facere: quia non expirat commiſsio morte eius. Vnde ſi iudex cõmiſit nuncio miſsionẽ in poſſeſsionẽ, non expirat cõmiſsio iudice mortuo; uel officio functo. Et idem Bart. in d.l. & quia. & alij, de quibus per Lu. Alex. & Aret. in d. l. fundi. Et idem, ſi nuncius moritur re integra: quia trãſit in ſucceſſorẽ. Ang. in §. & hoc uerò. in authen. ut nulli iud. ibi, & not. quia hîc uidet caſus. Cum iſtis uide Bart. in d.l. & quia. ibi, declaro, ut ibi. ubi dicit, q; ubi mandatum fit ei, qui alias habet iuriſdictionẽ in his, quæ pertinent ad ſuum officiũ, dicitur propriè iuſſus, nõ autem delegatio: quia antè ſibi cõpetebat, etiamſi dicat Mandamus. Ideo nõ expirat morte mandantis, ut in j. differentia. Et idem Ant. & Bald. in d.l. & quia. per d.§. & hoc uerò. & But. in d.c. quoniã. & Raph. in l. ſi per epiſtolã. ff. de acqui. hære. & in d.l. fundi. ¶ Conſidera: q; licet iſte non dicatur delegatus, quo ad expirationẽ, tamẽ actus ab eo fiendus dicetur factus authoritate mandantis, quando nõ eſt uſus uerbis ſimpliciter excitantibus iuriſdictionẽ, ſed præceptiuis, ut in ſeq. differen. ¶ Quarta differentia: quia ubi ſuperior cõmittit aliquid ordinario, quod priùs ad eum ſpectabat, non efficitur delegatus, c. graue. & c. licet. & ibi Docto. de off. or. & ibi latè dixi. Tamẽ ſi fit per uerbũ Præcipio, dicet fieri actus authoritate præcipientis, nõ ordinaria exequẽtis. Gl. in c. cùm aliquib. in uerb. cõcedimus facultatem. de reſcr. in vj. & ibi Domi. & ſentit gl. ſi.in fi. c. hi, qui. de præb. in vj. & ibi Doct. Contrariũ tenet Gul. de Cu. in d.l. ſæpe. quia cùm iudex teneretur miniſtrare iuſticiam, exprimitur id, quod aliàs inerat, l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. Ergo expreſsio nihil debet operari, l. iiij. ff. de leg. j. Reſpondet Alex. in l.j.§. ſi quis ſimpliciter. ad fin. ff. de uerb. obl. q; expreſsio fit aliter, q; in ſit: quia ubi ſine expreſsione tenebatur cognoſcere per ſe, uel per delegatum, nunc propter uerbũ præceptiuũ tenebitur cognoſcere per ſe, propter gl. in d.l. ſæpe. ¶ Conſidera duos caſus: aliquãdo præcipitur id, quod ordinarius priùs poterat, & facere tenebatur, ſed non eo modo, quo fuit præceptũ: & tunc conſonũ eſt, q; uideatur fieri actus authoritate præcipientis. Ita loquuntur d.gl. quia ordinarius tenebatur cõferre, ſed non illi, pro quo fuerat aſtrictus. Aliquando, & ſecundo caſu, tenebatur aliquid facere, prout eſt præceptũ, putà miniſtrare iuſticiã in cauſa, & tunc forte nõ dicet delegatus aliquo reſpectu. Primò, quia Bar. & alij in d.l. & quia. dicũt, q; talis iuſsio in materia omninò cõpetente ordinario nõ eſt delegatio. Secundò, quia reuera exprimit, quod ineſt. Si diceres, nõ poteſt ſubdelegare, reſpondebit, q; materia, quæ cõmittit, eſt cõmiſſa eo modo, quo inerat, licet exercitium cõmiſsionis ſit alteratũ: & ideo quælibet iſtarũ rationũ infert, q; nõ ſit delegatus, niſi in primo caſu. Cogitabis: quia nõ reperi iſtũ punctũ à ſucceſſoribus Alexan. tactũ. ¶ Quinta etiã ultima differẽtia ponitur per Abb. hîc, & clariùs per Arch. in c. quod præcipit. xiij. q.j. ubi dicit, q; mandatũ eſt quoddã mediũ inter cõſiliũ & præceptũ: quia eſt ultra conſiliũ, & citra præceptũ. Mandatũ enim cogit, ſicut præceptum: & peccat, ſi nõ adimpleat: & in hoc differt à conſilio, & accedit ad præceptũ: ſed pœna

non infligitur, ante quàm uerbo præceptionis præcipiatur & contemnatur. Et in hoc differt à præcepto, secundum eum. Quando autẽ uerba legis, uel superioris dicantur consilij, uel necessitatis, dixi plenè ti. prox. nam concupiscentiã tangendo etiã aliquid de uerbis Mando & Præcipio. Sed nõ dixi prædictas differẽtias, quas bene no. quia important: & non reperi ab aliquo reductas. Et adde, ꝙ si episcopus, cui Papa mandat, ut prouideat Titio, cõmittit alteri, ut puideat uice sua de primo uacaturo, & eueniente casu cõferat ipse ante illũ suũ delegatũ, collatio ualet, per l. iudiciũ soluitur. ff. de iudi. & quia mandatum nõ arctabit episcopũ. Ita fuit iudicatũ Romæ cõtra Gui. de Suza. fm Alb. in d. l. sæpe. in fi. quia Guido nõ aduertebat d. l. iudiciũ. Et istud est fortius, q̃ id, quod dicit Cal. de off. uica. cons. ij. quẽ allegaui j. eo. c. quia non abdicauerat in casu illo episcopus à se potestatem conferendi beneficia, prout in casu Alb. ubi dando delegatum respectu certę personæ uidetur abdicare à se iurisdictionẽ uoluntariã in illa specie, in qua committit illi uices suas.

12 **Infidelitas** Præcedens † nõ nocet cõuerso, in ꝓmotionib. Tex. hîc, quẽ simpliciter no. gl. & Doc. ¶ Limita tripliciter ultra omnes. Primò in eo, qui reuertitur ab hæresi, j. q. vij. c. j. & per totũ: quia prohibetur ordinari. Et si prius erat ordinatus, nunc est aliorũ ordinum incapax, c. si quis omnem. ea. q. j. & causa, ubi pulchrè inducuntur exempla, per quæ etiam peracta pœnitentia durat inhabilitas. Tamen dispensari potest cum eis, nõ passim, sed gradatim, secundum merita. Gl. fi. xij. dist. nos consuetudinem. Vnde dispensatus in uno gradu, non est capax minoris etiam illi proximi, ut ibi in tex. ¶ Limita secundò, Nisi de recenti aliquis esset ad fidem cõuersus:

a *Est inhabilis]* *Adde, quòd prohibetur talis ordinari dua. de casis, ut ponit Goff. in sum. de temp. ord. §. sequitur. Et adde, quòd dicitur neophytus, nouus ĩ fide. ead. dist. allega. in tex. quoniam à neos, & phytos deducitur.*

a quia dicitur, neophytus est inhabilis[a] ad ordines, xlviij. dist. c. j. & per totum: ne existimet religionem Christianam plurimùm eo indiguisse, ut in §. j. ea. dist. Et quia ruit murus, cui pondus ignorum apponitur humore nondũ exiccato, c. ij. ea. dist. Ad idem tex. cum gl. in c. constituit. xvij. q. iij. ubi secundum intellectũ gl. Iudæi de nouo conuersi prohibẽtur assumi ad officia publica inter Christianos. Et est tex. sing. secundum Lu. in sing. dclxiij. scias, ꝙ Iudęis. & per alphabetum in uerbo Iudæus, & latè Ana. de Iudæis. cùm sit. ad fi. ¶ Videmus in simili plerunq̃ æquiparari, aliquid factum non esse,

b *De recenti facto]* *Adde, quòd factum recens dicitur infra biennium. Host. c. cùm inter. & ibi Docto. de re iudic.*

b uel esse de recenti factum[b]. Facit gl. in cle. ne in agro. §. sanè. in uerbo, nouitijs. de sta. mona. Per quã dicit ibi Ab. in uer. appellatione nouitiorũ. ꝙ professus de recenti habetur pro nouitio. Facit tex. ad hoc nõ usitatus in l. j. uer. cæterùm. ff. de his, qui defe. uel effug. ibi, cùm adhuc secreta loca essent. modò cœpit cõmeari, nõ debet hoc edicto teneri, ubi, quo ad illam pœnã, paria sunt, uiam esse secretam, uel de recenti cœptã frequentari. Facit text. in c. accusatores. lo j. iij. q. v. & gl. pe. de accus. cùm oporteat. & ibi Abb. in fin. & Ana. & gl. in uerbo, capitalis. in c. per tuas. el grandi, de simo. & loã. An. de elect. §. sequitur uidere. uersic. item quod fuit. ubi ita repellitur inimicus nuper reconciliatus, sicut nõ reconciliatus. Facit dictũ Bald. in l. obseruare. §. proficisci. vij. q. ff. de off. procons. ꝙ statutum cõtra offendentem officialem habet locum in offendente officio functum durante syndicatu: secus, si non est in syndicatu, licet de proximo remotus, ut per eũ, & latè per Ang. & August. in li. Malefi. fol. 93. facit. c. illud. l. dist. ubi prohibentur sacra instrumenta susciperé nuper à contagione mundati. Faciunt denicꝙ multa, quæ in simili posui tit. præce. ecclesia. in fi. arti. de iudice sententiam præcipitante. Hæc autem nota, ut noua. Si diceretur, Doct. hîc in discursu appellant istum de nouo conuersum: solue, diuinant: uel Papa pro eo scienter scribens, dispensat. ¶ Limita tertiò, nisi agatur de præficiendo ad prælaturam, & sit alius, qui semper fuit Christianus: quia cęteris paribus est præferendus, qui semper fuit Christianus. Ita potest inferri ex dicto Domi. in c. fidelior. l. dist. ubi post Ioan. de Fiton. soluens difficultatem non solutam ibi in glo. dicit, quòd si in simul concurrant, ille qui deliquit & est emendatus, & ille qui nunquã deliquit, secundus præfertur. Si autem simul non concurrant, tunc ille conuersus non repellitur, si crimen non impedit promotionẽ, uel executionem ordinum post præsentiam. Et quę sint illa crimina, habes gl. ordina. & Doct. de renun. nisi imo faciliùs debet talis promoueri, quia didicit lapsorum misereri, d. c. fidelior. cum seq. iuxta illud Poetæ,

Non ignara mali, &c. Et ideo gloss. super illo dicto Apostoli ad Hebræos c. iiij. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, dicit, impossibile est eum scire afflictorum afflictiones, qui afflictionis experimenta non sustinuit. Hoc modo nõ procedit gl. in §. fin. in gloss. mag. ad fin. lxiij. dist. quæ firmat debere præferri emẽdatum illi, qui semper fuit bonus: & idem simpliciter Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. quasi in fin. de iudic. licet non alleget glossam istam, sed aliam, in d. c. fidelior. quæ potiùs innuit contrarium. Faciunt uerba sancti Tho. ij. ij. q. cvj. art. ij. dum ponit, quis magis teneatur ad reddendas gratias Deo, an innocens, an pœnitens? Ad hæc facit c. quia tua. l. dist. ubi habetur illud Euangelicum, Gaudium est angelis super uno peccatore pœnitentiam agente magis, quàm super multis iustis. Et crederem, quòd ubi concurreret emendatus & semper bonus, si in cæteris non essent pares, & in emendato præponderarent plura alia merita compensantia errores, deberet præferri alteri, quamuis semper bono, non tamen tot meritis decorato, per d. c. fidelior. cum seq. Quæ omnia bene not. hîc ultra Domi. hîc. ¶ Circa uarios intellectus huius decre. diffusè insistunt hîc Scribentes, quos omnes ad literam recitat An. Sic. nihil ultra eos addens. Sed omissa tali recitatione satis discussa in uoce, uideamus quædã fructuosa, quæ colligi possunt ex isto discursu indigentia gustu & additione.

Mandatum Factum capitulo, nõ ligat singulares de capitulo, quo ad iura singularia. Omnes hîc post Innoc. & addunt c. fin. de præb. in vj. Intellige sanè, nisi aliquis singularis haberet cõferre uice & authoritate capituli: qui tunc mandatum directum capitulo extenditur ad talem. Rota de consti. j. & de concess. præben. xij. in anti. uolens, quòd si hebdomadarij, qui cantant missam uice capituli, habent cõferre beneficia uacantia in illa hebdomada nomine capituli, mandatum de beneficio spectãte ad collationem capituli includit talia, etiamsi esset beneficiũ, quod testator disposuisset esse conferendum ab istis hebdomadarijs: quia uidetur cõsiderasse collationem capituli. Et sequitur Domi. in d. c. fi. quia ubi aliquis habet generalem potestatem exercendi actum, si superuenit noua dispositio dans sibi alium actum, iste actus super additus censetur eiusdem naturæ & potestatis, cuius erat primus, per c. cùm ab ecclesiarum. de off. ordi. iuncto c. ad abolendam. de hęre. quia si episcopo datur per l. potestas noua, intelligit ordinaria, sicut prima. Facit de testa. requisisti. ubi si prælato legat ab extraneo, intelligitur legatum eo respectu, quo administrat bona ecclesiæ.

13 **Actus** Consistens † circa merum factum potest expediri per Canonicos etiam non capitulariter,

tulariter. Innoc. Compos. Ioa. And. But. Imol. & omnes hîc. Addatis Inno. in c. bonæ. lo ij. super uerb. temerè recedit. j. tit. ij. Arch. in c. j. in fi. lxiij. dist. Fed. consil. ccxcj. de rescr. in vj. Imol. in c. cùm omnes. ſ. tit. proxi. Domi. in c. eum, qui. quasi in fi. de dol. & contu. in vj. & Abb. in sermone incip. Maximum. habito in cõcilio Basilien. fol. 27. uer. præterea in schedula dicebatur. Et dicit Domi. in c. Romana. §. in uniuersitatem. post Inno. & Ioan. An. ibi, de sent. excom. in vj. ꝙ in cõsistentibus in facto quilibet canonicus tenetur, & compelli potest specialiter consentire. Exemplifica, ut per Doc. hîc, & latè But. in d. c. bonæ. ibi, no. gl. Ad hęc, quod no. Innoc. in c. irrefragabili. in prin. de off. ordi. dicens, ꝙ actus consistens in facto, ut eligere, est penes singulos: consistens in iure, ut electio, est penes capitulum: & sequitur Flor. in repe. l. ciuitas. ff. si cert. pe. Cum istis etiam cõcordat latè Fran. Pauinus in tract. De potestate capituli sede uacan. fol. 5. ult. col. in prin. Fortiùs dixit Ioan. An. in c. fin. de concess. præb. in vj. ꝙ ubi canonicus est recipiendus de necessitate, etiamsi ex receptione tradatur titulus, putà quando fit ad mandatum Papæ, qui non cõtulit, tunc præsentes faciunt capitulum, & capitulariter illum recipient etiam non uocatis aliter absentibus, qui non poterunt dicere se contemptos, cùm nulla propterea electio eis competeret: imò si fuissent præsentes, oportuisset parẽre: tamen præsentes non recipient illum hoc casu singulariter, id est, per cõsensus separatim præstitos, secundum eum. Et ita in hoc ultimo uerbo concordat cum prædictis, sentiens, secus esse in receptione tituli nõ collatiua. Sed Domi. ibi reprobat post Lapum hoc, scilicet quòd non sint uocandi absentes in receptione capitulariter fienda, quæ est collatiua tituli: quia ubi actus habet fieri capitulariter, debent uocari absentes, qui sunt in diœcesi, quouisq̃ faciant saltem maiorem partem: quia, secundum Ioan. An. in c. j. de his, quæ fi. à maiori parte cap. in actu uniuersitatis debẽt esse præ-

14 ꝙ † illi de uniuersitate possunt testificari in causa uniuersitatis, si materia non cõcernit singulos. No. in l. j. de testi. in super. ubi dixit, uer. fallit quintò. Per istam differentiã dixit Pe. de Anc. cons. mihi cc. Visis & ponderatis. ꝙ si domini Veneti ꝓmiserunt nõ ponere officiales in certis terris regis Hungariæ, nec se impedire de eis sub pœna, tamen si unus ciuis Venetus est electus ab hominibus illius terræ, potest acceptare officium: quia nil fit nomine dominij Veneti, tanquã nomine uniuersitatis, sed ab illo, ut à singulari. Per istã differentiã dixit idem Pet. cons. cclxxiij. Ad prædicta dubia. ꝙ uolẽs ꝓbare, ꝙ capitulũ aliquid fecit, nõ obtinet, nisi deducat, ꝙ capitulariter fecerit: quia aliud singuli, &c. Concordãt plures, quos allegaui ad hoc in d. c. cùm oẽs. Per istam differentiã dixit Tho. Fastoli dubio Rotæ xxiij. itẽ fuit cõsultũ. ꝙ ꝓcurator generalis, cui est data potestas ꝓ ordine, & ꝓ singulis personis de ordine, nõ censeꝫ habere mandatũ ad agendũ pro uno conuentu illius ordinis: quia aliud est ordo in genere, aliud singularis conuentus, & aliud singularis de ordine. Per istã differentiã decidunt etiam plura, de quib. statim maximè in fi. declaratione. ¶ Cæterùm ista & his similia recipiunt quatuor ualde notabiles declarationes ab aliis nõ reductas. Prima declaratio sumit ex uerbis Aegidij cõclusione Rotæ x. Canonici capitulariter. ubi dicit, ꝙ cognoscit, quando aliquid fiat, ut à capitulo, uel ut à singulis, hoc modo: putà, si cõstituitur ꝓcurator in materia cõcernente totũ capitulũ, censeꝫ cõstitutus nomine capituli: si cõcernit singulares nomine singulariũ, uel si cõcernit capitulum & singulares, attendit, qđ principaliter: si non apparet, & præcesserũt aliqua signa capitulãdi, putà sonus campanæ, locus capituli, ordo in capitulo, tũc præsumit capitulariter factũ: aliàs præsumit totũ singulariter præcessisse. Postea decidit, ꝙ capitulariter cõstituit ꝓcuratorẽ in causa, quæ principaliter nõ cõcernit, nisi certos de capitulo in ꝓcuratorio nominatos, nõ uideꝫ cõstituere ab

illis particularibus: quia non fuerunt ibi, ut particulares, sed ut capitulum repræsentantes. Quod bene not. ¶ Intellige tamen, dum modò cõstet, q̃ faciunt hoc capitulariter, scilicet respectu loci & numeri: secus, si faciunt hoc, nõ ut capitulũ, sed ut canonici, dando mandatum ad causas præbendarũ suarũ, etiamsi sint capitulariter cõgregati, nõ tamẽ capitulari numero: quia nõ dicetur ꝑcurator datus à capitulo, etiamsi in mandato obligẽt bona capituli. Ita pulchrè Aegid. decis. cviij. Si canonici. ¶ Considera primũ dictũ: quia videt difficilis intelligentiæ. Vult enim Aegi. q̃ si materia cõcernit singulares, dispositio facta à pleno capitulo dicatur fieri ut à singulis. Postea in exemplo de ꝑcuratore sentit oppositum. Vnde videtur simpliciter sequenda sua prima doctrina, habito semper respectu, nõ, utrùm capitulum sit cõgregatũ, quia hoc solùm non facit actũ capitularem: sed utrùm sint uocati absentes, & tunc dicatur actus uerè capitularis. ¶ Secunda declaratio: q̃ capitulum dicitur repræsentare personas uiuentes, nõ tamen est persona uera, sed ficta & repræsentata, carens anima. Imol. in l. mortuo. in fin. ff. de fideiuss. Vnde

a *Non potest*] *Adde Spec. in tit. de sentent. excom. uer. item nota. & Card. in cle. j. §. pen. de hæret.*

a excommunicari nõ potest [a], per c. Romana. §. in uniuersitatẽ. de sent. exc. in vj. fm eum. Pro quo uide omnino Domi. in c. sicut uit. vij. q. j. ubi dicit, q̃ actꝰ & passiones, prout cõsistunt in facto, sunt singulorũ, nõ aũt collegij, uel uniuersitatis. Bene probat in c. ij. de testi. in vj. Constat autẽ, q̃ uniuersitas, uel collegium non est quid singulare, nisi ꝑ repræsentationẽ, d. l. mortuo. Excõmunicatio aũt ligat solùm uerã personã, nõ repræsentatam, c. pe. & gl. de off. dele. & habentẽ animã rationabilem, c. si quis. de reb. eccl. nõ alie. & baptizatã, xj. q. iij. Christianꝰ. Quæ omnia cessant in uniuersitate. Ergo licet sit persona repræsentata, est tamẽ incapax excõmunicationis, fm eum. Similiter dicit Bal. i rub. C. ad Treb. q̃ si iurauit te defendere cõtra omnẽ personã, uel feci ꝑcuratorẽ cõtra omnẽ personã, non uenit uniuersitas, uel respub. quia fit interpretatio stricta absq; iuris fictione. Et idem Bald. in authen. item quæcunq;. C. de epis. & cle. Et dicit Arch. in c. ij. de rescrip. in vj. super uerb. tres, uel quatuor. quòd † clausula, Et quosdã alios [c], nõ cõprehendit uniuersitates. Et sequit ibi Io. An. & ibi Domi. Bal. j. eod. sedes. & in d. authen. idem. & in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. dicẽs, q̃ per rescriptũ cõtra homines de tali collegio nõ potest cõueniri collegiũ, sed tantùm singuli. Alleetiã notata hîc. Et dicit Bal. in c. j. §. con uenticulas. ij. no. de pa. iu. fir. q̃ nomine personæ non cõtinetur ciuitas, uel uniuersitas, cùm ponãtur ut diuersa, ibi & in l. fi. C. de erog. mi. ann. Et dicit But. de præb. graue. iij. no. q̃ statutum pœnale loquẽs de uera persona, nõ ligat repræsentatiuã, per illũ tex. ubi statutũ de prælatis nõ ligabat capitula: & ideo ponit ibi, uer. & hoc ipsum circa capitula. & no. Pet. de Anch. de his, quæ fiu. à præla. nouit. & Fran. Pauí. in tract. ne sede ua. fol. 5. ibi, & no. q̃ statutũ. Et dicit Io. An. de elect. ꝑ inquisitionem. super ult. gl. q̃ pendente inquisitione cõmissa contra collegium, possunt ꝑmoueri singulares de collegio, nisi sint nominati in cõmissione. Et idem Spe. in loco per eũ alle. Et est pulchra limitatio ad c. omnipotentis. de accus. de qua etiã per But. in d. c. per inquisitionẽ. Cui adde Arch. idem tenentem in c. tantis Daniel. ad fi. lxxxj. dist. & alleg. Vinc. in d. c. per inquisitionẽ. Et dicit Bal. in l. omnes populi. ibi, sed nunquid sub isto uerbo. ff. de iust. & iu. q̃ statutũ loquẽs de persona, nõ intelligitur de ficta, nisi statutũ nominatim se ad fictã extendat. Et ideo comprehendit ciuitates, & cãstra: quia nõ sunt personæ, sed uiceꝑsonæ [d], d. l. mortuo. Et dicit Lu. cõsilio ccccxxxvj. Quod indultũ Petri, q̃ priuilegia derogantia quibuscunq; personis, nõ derogant collegio auditorũ Rotæ: quia nõ uenit appellatione personæ. Et dicit Lud. consil. cccc. Quæritur, an statutũ. q̃ statutũ cogẽs ad cõpromissum litigantẽ cum persona, cessat in litigãte cum uniuersitate. Est enim quoddã corpus, qđ ex multis cõstituit, & caret anima, d. §. uniuersitatẽ. Item quia aliud singuli, &c. Vnde ꝑcurator cõstitutus ab uniuersitate, non est idoneus in causa singulorũ de uniuersitate. Dicit esse casum not. in l. ij. ff. qđ cuiusq; uni. nomine. ¶ Tertia declaratio. Aliquando dispositio legis de persona loquẽtis ꝑcedit in uniuersitate, non ui uocabuli, sed legis extensione. Ita probant uerba But. in d. c. graue. ꝑ illũ tex. ibi, & hoc ipsum. qui ꝑbat, q̃ si nõ fuisset facta extẽsio, staret regula prædicta. Similis tex. in l. j. iuncta l. nihil interest. ff. ad Mace. ubi dispositio de personis trahit ad ciuitates, sicut etiã appellatione hominis nõ uenit fiscus, l. si quis in tantã. ibi, apud fiscum, uel homines. C. unde ui. & tamẽ tex. loquens de persona extendit ad eũ. Gl. in l. eos. §. ceteros. in uerb. usurarũ. & ibi Bal. C. de usur. Et ita per ista iura declarat Lu. in l. ij. ibi, secũdò, an statutũ. ff. de uer. obl. licet ibi noluerit decidere id, quod de compromisso decidit in d. cons. cccc. in quo replicant eadẽ, l. q̃ in illis iuribus & similib. cõprehendit uniuersitas ex ipsius legis extensione, sicut etiam in l. fi. §. sed & si quis sit nauta. ff. nau. cau. sta. ubi edificiũ de nautis extendit ad nautabatas, id est, maiores nautas, qui exercẽt operas suas in nauí, ut exercitor patiat eos portare res suas in nauí. Hoc modo respõderi potest ad l. quid ergo. §. fi. ff. ex quí. cau. ma. iuncta l. item ait. in prin. eo. ti. ubi ædificiũ prætoris habens uerbum, Si quis, extendit etiã ad ciuitates, licet Bal. post Dy. per illũ tex. recedat à prædictis in l. metũ. la ij. §. animaduertendũ. ff. quod me. cau. uolẽs ꝑcuratorẽ cõtra personas, experiri posse cõtra uniuersitates. Et dicit Bal. in l. quicunq;. ibi, not. tertiò. C. de ser. fu. q̃ nomine personæ significatur masculi & fœminæ [e]. ¶ Quarta declaratio. Quãdo materia subiecta est apta recipere extensionẽ, quia nõ agit de odio, dispositio loquens de persona poterit trahi ad uniuersitatẽ, eadẽ ratione, qua lex in dictis casibus plerunq; extenditur. Ita puto sentire Lu. in dictis locis. Pro quo uide Per. de Anc. Imol. & Abb. in d. c. nouit. & Fran. Pauí. in d. tract. dicentes, q̃ in materia larga prædicta non procedunt. Faciunt not. per Domi. in c. cùm in illis. §. j. ante fin. de præb. in vj. ubi dicit post Imol. q̃ si rescriptũ esset generale, & in materia fauorabili, qualis est cõseruatoria, appellatione personarum uenient capitula & eorũ capita, ut episcopi. Secus in materia odiosa. Vnde si impetratur de beneficio ad quorumcunq; collationẽ spectante, nõ uenient spectantia ad capitulũ, uel collegia. Ex quo puto fortè idem in derogatione facta iur. pat. laicorũ, ut non intelligãt de patronatu collegij, uel uniuersitatis secularis: quod tamẽ non repetio tactũ. Similiter dicunt Imol. & Abb. in d. c. nouit. q̃ in materia larga appellatione personæ uenit uniuersitas. Vnde dicit Per. de Anch. in c. dilecti. de foro compe. q̃ priuilegiũ datum ibi ciuibus Anglicanis cõprehendit etiam communitates & populos Angliæ. Et ita sentit Lud. d. consil. ccccxxxvj. dum dicit, maximè si priuilegia sunt odiosa. Et in casibus istis nõ extenditur materia

b *Vel respublica*] *Adde plenius do. Alex. de Imol. in d. l. mortuo. sepius in tex. alle. et uide etiã Bal. in l. metum. §. animad uertendum. quod met. causa. & in l. quicquã. de seruis fug. & gl. in l. eos. C. de usur.*

c *Et quosdã alios.*] *Sed nunquid dicta clausula cõprehendat clericos in rescripto posita contra laicos? Dic, quòd sic. Rot. in decis. lxxiiij. si clericus. in nota.*

d *Vice personæ*] *Ad quod adde do. Soci. in suo cõsil. cccvj. inc. circa præsentẽ consultationẽ. uersi. bene sicit tex. statim post medium, in ij. parte.*

e *Et fœminæ*] *Adde idem tenentem do. Soc. cons. lviij. incip. casus L. municipalis. uersic. j. alienatione. circa fi. i j. parte.*

materia per uerbi impropriationem, sed per largam significationem sumptam ex d. l. mortuo, prout etiã declarat Bart. in l. aut facta. §. fi. circa prin. ff. de pœ. quem reassumunt Abb. Maria. & Ana. de simo. dilectus. Io ij. examinando, quando uniuersitas puniri possit: & ibi aliàs dixi. Et q̃ dicatur uniuersitas persona repræsentata, no. etiã Bar. in l. ususfructus. post prin. ff. de stip. ser. & in l. j. uersũ, quæro etiam, an capitulum. ff. ad inut. incip. ¶ Ex his inferẽt ad iurã, quæ aliquãdo dicunt, Vniuersi & singuli, sicut in c. generali. in prin. de elect. in vj. & in c. j. de sup. neg. præla. eo. lib. & in c. nimis. Io j. in fi. de excess. prela. Et ibi dicit Host. q̃ sufficiebat, quo ad mentem, dicere Vniuersi: sed fuit additũ, Et singuli, ad cuitãdas friuolas, licet subtiles, occasiones, ne quis fortè diceret, aliud Vniuersitas, aliud Singuli. Alle. istũ text. Vnde in instrumẽtis & priuilegijs non possunt nimis specificari specificãda ad tollendã sophisticã interpretationẽ malignorũ, fm eum, ut refert ibi Io. An. quasi in fi. & transibit Bu. in ij. oppos. de quibus etiã memini de off. deleg. uenerabili. & sunt uerba accommodabilia ad multas ponderationes, quæ fiunt sæpe, maximè à Dominico, quãdo lex utitur inculcatione synonymorum, & arguitur, q̃ unum nõ cõprehenditur alio expresso, dicendo, Aliàs hoc uerbũ superflueret: nam talis argumentatio plerunq; est fragilis, ut uides. Facit cle. j. in fi. de pœ. Nõ tamen aperiunt Doct. in d. c. nimis. an præceptũ factum uniuersis, cõprehendat singulos: & dicendo, q̃ est exceptio friuola, innuũt, q̃ sic. Contrariũ sentiunt dicendo, q̃ sufficiebat, quo ad mentem, dicere uniuersi: quasi secus, quo ad uerba: quod uerius puto in materia stricta, per prædicta. ¶ Quibus adde tex. in c. quoniam. xlvij. dist. iuncto c. conquestus. de usur. ubi probatur rectè intuenti, q̃ dictio Si quis [a], nõ cõprehendit uniuersitatem in materia stricta, nisi per extensionẽ: licet illius tex. aliter inducat An. Si. in d. c. dilecti. in fi. recedens ab opinione cõmuni. ¶ Potest etiam dici, q̃ c. conquestus. nõ emanauit ad declarationem c. quoniam. sed iuris diuini prohibentis usuras. Et ex istis alibi non accumulatis posset multa fabricare ociosus cõtemplatoriã exoneratus à prædictorum laboriosa inuentione.

a *Si quis*] *De hac dictione, Si quis, uide Bart. in l. qui filiabus. §. j. & ibi Ray. de leg. j. & Bart. in l. si necessarias. §. si annua. in j. oppo. ff. de pignor. act. & in l. j. uersic. sed cõtra prædicta. ff. de cõdi. & demonstra.*

16 ¶ Cæterùm, quãdo † de materia uniuersitatis imminet aliquod dubium, ultra ea, quæ sunt in Reper. in uer. uniuersitas. uide Alb. de Ros. in toto tit. ff. quod cuiusq. uni. no. & dicta sua collígunt summatim ab eo ibi in ru. more suo. Et inter cætera memento decisionis suæ non uulgatæ, quam ponit in l. j. uer. uidi etiã dubitari. eo. ti. ubi dicit, se uidisse dubitari, an sacerdos [b] parochialis deberet reputari de uniuersitate, quo ad cõmoda, uel onera uniuersitatis? & concludit, q̃ sic, per plures rationes, quas ante ipsum formaliter ad literã posuerat Old. cons. xxxij. q. est, utrùm sacerdos. ¶ Non insisto: quia oppòrtunè scripsi in c. ecclesia. in iij. q. de cõsti. Et ibi dictis adde hoc uerbũ Albe. & etiã quod no. Bal. in c. j. ad fi. de mi. uas. qui bel. ar. depo. ubi cõcordat cũ cons. Oldra. Et dicit Bar. ĩ l. j. uer. quæro etiã, an capitulũ. ff. ad mu. q̃ appellatione ciuiũ uenit capitulũ Canonicorum. An aũt dicant clerici de districtu, dixit Io. An. q̃ sic, in c. fi. de off. deleg. in vj. Tetigi j. eo. Rodulphus. ponendo, quid sit districtus. Et uide Alb. in ij. parte, in statutis, q. j. illius longæ q. uer. & est attendendũ, q̃ clerici. ubi dicit, post Cu. epi-

b *An sacerdos*] *Adde tu, an forensis præbẽdatus in aliqua ciuitate dicatur ciuis illius ciuitatis? Vide Bartol. in l. hæres absens. in fi. ff. de iudic. Innoc. in c. ex ore. de priuil. & quod no. in c. fi. de eo, qui mit. in poss. causa rei seruan. Vide per Scribentes in c. dilectus. el ij. de rescrip. & c. ex parte. de fo. compe.*

scopum, q̃ clerici in odiosis nõ sunt de uniuersitate, sed solùm in fauorabilib. Et ibi etiã istius q. uer. nec obstat, reprobat dictũ Io. An. in d. c. fi. de offi. deleg. in vj. dicens esse manifestè cõtra c. accedens. Io ij. ut lit. nõ contest. Dicit tamen Alb. in d. l. j. q̃ contra illas rationes, quæ sunt Old. facit, qđ ipse not. in ij. parte statutorũ, q. xc. incip. Si statuto cauetur, q̃ cõmunitates. ubi tenet, q̃ statutũ obligans cõmunitatem ad damna data in suo territorio, nõ intelligitur de damno dato in ecclesijs. Et ita dicit se obtinuisse post Gandinũ. Vult dicere, q̃ sicut ecclesiæ nõ sunt de territorio, ita clerici non sint de uniuersitate. Sed hoc nõ obstante teneret cons. Oldra. quia imo ecclesiæ dicuntur esse in territorio, licet nõ sint subiectę, sicut dicitur de ecclesia exempta, quæ est in diœcesi, ut examinaui in c. graue. de offi. ordi. Item si ecclesiæ dicuntur in fauorabilibus esse de districtu & de pópulo, ut dixi in d. c. ecclesia. profectò ita etiã dicentur de territorio in fauorabilibus: Cùm territorium & districtus largo modo cõueniant, sicut terrere & distinguere, ut dicetur j. eo. Rodulphus. Et in hoc non egredior aliter, ne incidam in uitiũ impertinentiæ. ADDITIO. ¶ Et supradicta adde ad Ant. de Alex. in l. ij. §. hoc etiam. C. de iu. cal. ubi dicit, q̃ appellatione personæ nõ uenit uniuersitas: & allegat circa vj. ex allegationibus s. eod. nondũ uisodatis, quas dicit nõ ita plenè reperiri alibi, & q̃ requirent altiorem considerationem. Allegat etiam Bal. non allegatum fortè s. in l. ij. C. de impu. & alijs substi. & in rub. C. ad Trebell. ADDITIO.

Scriptum fuerat Hîc, ut uicegerenti, secundum communem intellectum Docto. hîc. Adde primò de materia uicegerentis, Vtrùm dicatur ordinarius, & quomodo cognoscatur? Car. in cle. j. in vj. oppos. de off. uic. cum concor. de quibus per eum, & Ang. Aret. Insti. de except. in rub. fol. 2. Bart. in l. si filius. ff. de leg. præst. And. Sicu. in c. sanè. Io ij. in j. no. de offic. deleg. & in c. j. de off. leg. cum alijs concor. de quibus ad saturitatem per Alex. in rub. ff. de off. eius, cui man. est iur. Et omitto: quia non tangitur hîc. Per istum intellectum dixit Abb. anti. quem sequuntur hîc omnes, ante Abb. Modernum, qui non ponit, quòd si præpositus Magolensis, uacante sacristia Magolensi, quam ipse tenet de cõsuetudine, quando uacat, reciperet mandatum Papæ super aliqua materia sacristiæ pertinente ad sacristiam, si ante executionem sit creatus sacrista, ipse habebit exequi, non præpositus. Ex quo intellectu habemus hîc text. ualde singul. quòd scribendo illi, qui repræsentãt aliũm, nunquam uidetur in dubio scriptum, ut executori, sed ut uicegerenti: quia si esset scriptum ut executori, creato domino non transiret in eo mandatum, & tamen transit, ut in isto text. quem in hoc meritò omnes extollunt: secus dicentes, si scriberetur capitulo subsistente episcopo: quia non posset episcopus compelli plus, quàm si scriptum esset extraneo: quia non est scriptum capitulo, ut uicegerenti, sed ut capitulo. Similiter si sede ua. scriberetur extraneo, ut conferret loco, & uice episcopi, & hoc constet, ut si dicatur Tibi gerenti uices, tunc poterit conferre, ante quàm superueniat collator, nõ eo superueniente, secundum But. Et caue: quia si scribitur capitulo, ut conferat sede non uacan. uidetur dari pro tunc noua potestas cõferendi: quia scit Papa, quòd capitulum solum conferre non potest. Item, quia non gerit uices episcopi: secus, si scribit uacante sede: quia nõ uidetur dare nouam potestatem cõferendi, sed respicere potestatem illius, cuius in genere uices gerunt, ut clarè patebit in additione mediante seq. uer. in quantum dicit hîc, &c. Illud autem, quòd literæ respicientes uicegerentem extendantur ad nouiter creatum: limita uerum in mandato: secus in iurisdictione delegata: quia per rescriptũ contra uicegerentem non conuenietur dominus nouiter

uiter creatus.Ita utiliter dicit hîc Innoc.Ioan. And.But. & Imol.& Domi.per c.j.de alie.mu.iud.causa fa. Vbi innuitur à contrario, quòd si ille,contra quem literæ impetrantur,transferat in alium possessionem,super qua impetrans uolebat eum conuenire, non conuenitur ille,nisi malitia eius interueniret, licet transferēs gesserit priùs uices suas. Item quia rescriptum non extenditur ad alium, ff.de off.deleg.c.P.& G.Neque ad multos,c.ij. de rescript. in vj. Assignant rationem differentiæ, quia iurisdictio delegata restringitur,d.c.P.& G.& j.eo.c. fin. Mandatum uerò non:quia non debet restringi in obedientia,sed potiùs ampliari, viij. q. j. sciendum. uti hîc per eos. ¶ Ab ista limitatione excipiuntur aduerter duo casus.Primus est,ubi rescriptum impetratur cõtra prædecessorem:quia si res non est integra, transit in successorem in beneficio,& ad alium successorem uniuersalem.Innocen.But.& Imol.hîc per d.c.dilecti.de fo. comp.& j.eod.significauit.& ibi dicetur.Ratio differentiæ est,quia maior est unitas inter habentem dignitatẽ & successorem,quàm inter gerentẽ uices,& nouiter creatum. Nam successor censetur eadem persona cum defuncto,in authen.de iureiur.à moriente præstit.§.j. & iura, quæ habet à prædecessore, l. hæreditas. ff. de re iud. Sed hîc episcopus non habet sua iura à capitulo,sed alias ex dispositione iuris cõmunis.Ideo nõ dicitur ipsius successor,secũdum prædictos.Et caue:quia omnia uerba eorum non rectè adaptantur ad successorem in beneficio:quia bene uerum est, quòd nil trahit à uicegerente,sed nec etiã à prædecessore,sed à collatore. ¶ Secundus casus est, quando contra gerentẽ uices esset lis cõtestata.Ita simpliciter Innoc.Ioan.An.& Imol.hîc:Bu. nõ ponit hîc.Sed Domi.intelligit,quando lis esset contestata cum defuncto.Quæ uerba sunt obscura,& fortè loquunt̃ solùm in successore, qui trahit ius à defuncto: quia in illo bene distinguitur, Vtrùm esset cum defuncto lis cõtestata uel non,j.eo. significauit. cum materia. Sed si diceres,q̃ litis cõtestatio contra uicegerentẽ operaretur transitũ iurisdictionis delegatæ in nouiter creatum,esset maxima restrictio ad prędicta.Et ideo cogita. Et adde istis Alex.in l.& quia.in fin. ff. de iu. om. iu.ubi ponit,an mandatũ factum potestati, transeat in uicegerentem.Et adde,q̃ licet aliquis prælatus gerat uices alicuius curati, sede eius uac.per hoc solum nõ dicitur iste uicegerens habere beneficium curatum,etiamsi ad hoc teneatur ex cõstitutione:Old.cons.ccij. Factum tale est: statutum est.Quod not.ad multa.

Si papa Scribit ei,qui de iure cõferre nõ potest, ut conferat,uidet̃ nouã potestatẽ dare: sed si esset ordinarius collator,& ꝓpter specialẽ certũ casum cõferre nõ posset,literæ nõ ualebunt: quia cùm illum casum non ignoret Papa,nõ potest uideri dare potestatẽ de nouo.Ioan.An. hîc post Bu.Adde Domi.in c. cùm aliquibus.ad fi.de rescri. in vj. ubi idem tenet post Io.de sancto Georgio. Per quã doctrinã dicit hîc Imol. ibi, tu potes etiam attentare. quòd excusatio capituli fuit bona hîc, etiam non creato episcopo: quia habebant potestatem ordinariam conferendi ua. sede. Sed fortè ex aliquo casu speciali ad episcopũ spectabat collatio.Vnde cùm Papa hoc nesciret,meritò se excusabat: quia non dabatur potestas ex isto rescripto.Quòd autem de iure haberent conferre,probat sic:Episcopus habet conferre beneficia cum consensu capituli, ut plenè tractatur per gl.& Docto.in c.eccl.Io ult.de elect.Sed capitulum uac. sede potest conferre beneficia spectantia ad episcopum & capitulum, c.unico, ne sede uac. in vj. Ergo est ordinarius collator. ¶ Sed certè somniauit in hoc Imol.licet ipsum simpliciter sequatur And.Sicu. Primò : quia sequeretur ex his, quòd non esset hîc scriptum capitulo ut uicegerenti,sed ut ordinario collatori.Ergo episcopus creatus non teneretur.Cuius contrarium hîc firmant omnes,& ipsemet Imol. ¶ Secundò: quia nõ est uerum, ꝙ capitulum de iure communi uacante sit ordinarius collator beneficiorũ. Imò dicit text. ne se.ua.c.ij.quòd hoc non est iure cautum. Et hoc prò indubitato præsupponit hîc But.& Domi. in euidentia libus. Et sæpe ipsemet Imol. licet illa regula ex aliquo iure speciali[a] posit fallere, de quo Papa non præsumitur scire. Et ita loquit̃ d.c. unicũ, in princ. ne sede uac.in vj. ¶ Tertiò: quia nõ sequitur,Episcopus habet cõferre regulariter requisito capitulo : ergo capitulũ semper succedit:qa hoc modo nihil importaret regula d. c. ij. Præterea non est simpliciter fatendum,quòd habeat requirere capitulum.Imò fit longa distinctio præsupponentis pro regula contrarium, ut latè Ro. de concess. præb. iiij.in nouis:Domi.in §.j.xxj.dist.omnes.in c.cùm ecclesia Vulterana.de elect. ¶ Præterea posito,sed non concesso,quòd episcopus haberet semper cõferre cum consensu capituli,non sequitur,quod dicit Imol. & An.Sic. uidelicet.Ergo sumus in casu d.c.unici,scilicet ꝙ capitulum sede ua.poterit conferre:quia text.ibi in princip.in uerb. communiter pertineat. loquitur de collationib. competentibus episcopo & capitulo communiter,nos loquimur,ubi requirit̃ consensus capituli.Et ista ualde differunt : quia requisitio illius consensus non facit, ꝙ collatio non spectet ad solum episcopum, ut apertè dicit text.in d.c.unico,uer.cùm uerò.Et hinc est,quòd sufficit impetranti exprimere collatorẽ, licet cum aliquorum consensu habeat conferre, ut optimè declarat Io. And.in c.cùm in illis.ibi,in cõtrarium ponderanda uidetur.de præben.in vj.& sequitur ibi Domi.in §.fin,per d.c.unicum:ut not.per Maria. in repe. c. postulasti. uer. quæro.j.eo. ¶ Similiter dicit Rot.hoc tit. lxxiij.in antiq.ꝙ non uidetur collatio spectare ad te & me communiter,licet in eius expeditione habeam te consulere. Et idem Abb.de re iudic.non potest.in fi. ¶ Similiter dicit Rot.de præb.x.in antiquioribus,quòd impetrãs beneficium spectans ad collationem certi abbatis, potest petere illud,quod Abb.habet conferre cum cõsensu alterius,sicut si haberet solus conferre,per d.c.unicũ,uer. cùm uerò. ¶ Similiter dicit Rot.de concess. præb.ij. in antiquioribus ꝙ si fit mentio de beneficio spectante ad præsentationem Abbatis,uenit illud,ad quod præsentat cum consensu alterius.Secus,si ad ipsum & aliũ spectat communiter collatio, per d. c. unicum. ¶ Quem tex.tanquam malè gustatum,not.perpetuò ad materiã l.serui electione.§.j.ff. de leg.j. uidelicet, quòd non dicitur spectare communiter duobus id, quod unus facit cum consensu alterius.Et ex his remanent dicta Imol. multipliciter defectuosa, & quasi æquiuocantia in cognitione nostrorum terminorum. ¶ Scias tamen, ꝙ in materia fauorabili,si fit mentio de beneficijs spectantibus ad episcopum, ueniunt,etiam ea, quæ spectant ad episcopum & capitulum communiter:putà,si Papa reseruat omnia beneficia exceptis spectantibus ad collationem capituli & episcopi.Ita latè Cal.de præb.cons. xx.scias etiã circa istud,ꝙnon dicitur spectare ad duos, quando unus facit requisito consensu alterius: & nihilo minùs actus potest etiam attribui tunc duobus, per id,quod dixit Host.in c.graue.de præb. & sequũtur ibi alij,maximè Imol.& Arch.& Domi.in §.j.xvij.dist. dum dixit,ꝙ ad hoc, ut constitutio dicatur concilij prouincialis,paria sunt dicere,Nos archiepiscopus de consensu coepiscoporum:uel,Nos concilium.Secus, si diceret De concilio:quia cõcilium non tenetur sequi, c.cùm in ueteri.de elect.Ex quo intulit egregiè Abb. in sermone, Maximum.habito in concilio Basileæ contra oratores Eugenij, quòd ita dicitur constitutio concilij illa, quæ fit per Papã cum his uerbis,uidelicet De patrũ cõsensu, uel concilio decernente,ut in c.scelus.ij.q.j.& in c.nimis.

[a] *Iure speciali* *Vide no.per Car. in cle. si de benefi cio.de præben.*

de

de iureiur.sicut de illa,quæ intitulatur, Concilio:quod etiam retuli in c.j. in princ.de pact. Et est dictum nouissimum,& non tritum.

Erat iste Electus tempore huius mandati. Io: An.super uerbo, cõmissæ. post Fran. Vercel.Adde glo.quæ sentit oppositum,c.dilectus.Io ij. in glo.maiori paulò ante tit.j.de præben.Et idem sentit But.hîc & in iij.no.dicens hîc esse arg.euidẽs,quòd electus & confirmatus non potest cõferre.Quod reprobat Imo.uer.aduerte.quia sufficit cõfirmatio,ut per glos. & omnes,de elect. transmissam. ¶ Sed unum pondera accuratè,quod dicit hîc But.ibi,no. ꝙ mandatũ, quòd sicut uicegerens nõ potest adimplere mandatũ subrogato principali, ita quando cœptus est subrogari, licet nondũ sit perfectè ꝓmotus, propter spẽ proximæ promotionis, per quam differt, donec subrogeť in totum. Idem Bu. hîc dicens,ꝙ expirat potestas uicegerentis, si est ꝓpinqua subrogatio, putà iam cœpta, per istũ text. Idem Domi.hîc in xij.no. dicens, quòd ante perfectam promotionem debet uicarius differre executionem,do nec dominus subrogetur, quando iam cœptus est subrogari.Et idem Domi.hîc ad fi.& Imo.licet ista dicta attribuat Io.An.qui in lib. meo non dicit hoc de propinquitate.Et est dictum aureum. ¶ Non aperiunt isti,in quo gradu erat ista propinquitas . Si enim intelligeretur,quòd esset electus & confirmatus, prout uidetur aperire Imo.ista parum importarẽt:primò, quia licet nõ sit consecratus, tamen non dicitur esse propinquus potestati conferendi imo perfectus est,quo ad hoc,secundum gloss.in d.c.transmissam.bene propinquus est integritati tituli & dignitatis episcopalis:sed respectu huius potestatis nõ est propinquus metæ, sed iam ad metam.Vnde credo mentem But.& Domi. fuisse, quòd eo statim electo expiret potestas uicegerentis : quia dicũt, quòd propter istam spẽ proximi euentus debet differri executio mandati. Ergo sentiunt,quod non esset confirmatus:quia non esset opus dilatione. Ad idem gloss. Io.An.hîc super uerbo, commissæ. ¶ Resultabit ergo ex his conclusio ualde solennis , quòd sicut creato domino expirat potestas locum tenentis,ita creatione cœpta,licet ille actus inchoatiuus adhuc non faciat habilem ipsum cœptum creari.Bene facit,quod no.Bald.in l.pe.ff.de mil.testa.ubi dicit,quòd potentia propinqua actui reputatur pro actu. Vnde consecrandus de proximo habetur pro consecrato.Et dicit Angel.in l.ex eo.ff. eod.tit.quòd pœna statuti de offendente eum,quem rector iusserit matriculari,licet nondum esset descriptus.Et dicit Domi.in c.ponderet.in fi.l.dist. ꝙ qui dicit in supplicatione, quòd scribebat in registro Papæ, nõ dicitur mentitus,licet nõdum cœpisset scribere,dum modò esset deputatus.Et idẽ Maria.in rep.c. de multa. de præb. allegando Domi.in c.cum illis.§.j.in prin.de preb.in vj. per illum tex.in uerbo,scribimus.& comprehendit,qd nondum erat scriptum.Et dicit Ab.in c.ecclesiæ.iij.not. de immu.eccles.per illum tex.quòd basilica gaudet priuilegio ecclesiæ,licet nondum consecrata:quia est irreuocabiliter dedicata Deo, & de proximo consecranda. Et dicit Bald.in l.si pro ea.vj.q. C.man. quòd sicut fideiussor condemnatus agere potest, ita quando euidenter apparet,quòd in breui condẽnabitur. Et dicit Bald. in l.ij.quasi in fi.C.de exhi.re.quòd quãdo quis est plenè conuictus & confessus;non solùm mittitur ad carceres, sed etiam in compedibus : quia tunc destinatus est & dignus pœna.Et dicit Bart.in l.emptor. §.j. in fi.ff. de pac.& Bald.in l.si creditores.in prin.C.de fideicom.& Imo.in l.j. ff. de his, quæ in test.delen.quòd bãnitus,qui soluit & liberatus est à principe, uel à iudice , non dicitur amplius bannitus , etiamsi actualis cancellatio nõdũ sit secuta:secus, si simpliciter soluisset,& nec̃ uerbo, nec̃ facto esset cancellatus.Bal.in l.Labeo.§.j.in fi. ff.de pac. Et ita intelligo ipsum in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de leg.j. & ibi per Alex. Et ita intelligas multiloquium, qd ponit Lu. de bannito in rep.l.j.C. de hæ.inst. cõcludens istum posse impunè offendi ante cãcellationem.Et ad de Pe.de Anc.cons.mihi ccccxxj. Fuisset expediens. ubi certo respectu æqparat proximũ articulo mortis mortuo : Hæc & his similia faciunt pro doctrina s. elicita ex dictis Bu.& Domi.hîc:pro quibus etiam uide,quæ latè dicentur j.eo.cùm adeo.in q.an destinatus ad clericatũ habeat pro clerico:& idem in similibus destinatis. Tamen diuersis modis limitantur prædicta, quas rationẽ impertinentię omitto.Sed inter alias limitationes una est,nisi lex requirat certum actũ pro forma cõpletum,ꝙ l.ex eo.ff.de mi.test.ubi nõ sufficit, quòd sub militari stipẽdio iter fiat, nisi etiam in militum numero referatur supple,uel fit iussus cingi,per l.quæ sequitur.Et ideo dicit Pe.de Anc.cons.mihi cccxciij. quòd ante lapsum tẽpus de consecrandis episcopis non uacãt prisora beneficia : quia requiritur pro forma consecratio,uel lapsus temporis ad consecrandum, sicut in excommunicato requiritur absolutio pro forma,de sen.excom. cùm desideres. & c. quod in dubijs. ¶ Alia est limitatio,nisi agatur de pœna incurrenda: quia non sufficit processus sine effectu,c.perpetuę.de elec.in vj.iuncto c.cùm in cunctis,§.quod clerici.de elec.& quod ibi Ab.in j. col.ibi,& per istum text. facit c.cõmissa.in prin. de elec.in vj. cum concor.quas posui de præsump.c.j.iiij.fal.tractando, quãdo conatus puniatur pro effectu. Alia est, dum modò spes ,proximi effectus sit certa & infallibilis : secus, si illud, quod restat, posset non sequi ob impedimentũ iuris.Ita sentiunt Doc.in d.locis,maxime Ab.in d. c. ecclesiæ.& Bal.in d.l.si pro ea.& Alex.in l.j.§.si seruus. ff.de acqui.posi.in lec.noua,dicens contra Paul.ibi, ꝙ si omnia necessaria ad bannũ expedita sunt, & sola pronunciatio restat,non potest bannitus dici,nec̃ ut bannitus offendi : quia si pendente tempore ad appellandum à banno offendi non potest,gl.& Bar.in l.ex iudiciorũ. ff. de accus.cum concor.multo minùs ante bannum:& sic cùm possibile sit,quòd bannum retractet̃, spes non est de infallibili. ¶ Sed dices,ubi quis est electus,spes integræ promotionis est fallibilis:quia fortè non confirmabitur,sed in cõfirmato spes bene est certa.Ergo prædicta non procedunt:quia uolunt But.& Domi. ꝙ sufficiat quem esse electum. Respondeo , ꝙ non dicunt, ꝙ electus nõ habeať pro prælato, quo ad hoc,ut ipse possit exequi,sed ꝙ debet superseděri usq; ad confirmationem: & hoc operabitur ista cœpta creatio . Vnde stabit executio in suspenso . Propter quod crederem potestatem uicegerentis non expirare ipso facto,sed stare in suspenso,& posse ad eum redire, si confirmatio nõ sequeretur. Quamuis prædicti non declarent ista,super quibus cogita,tanquam super rebus nouis.

17 **In mandato** Facto † episcopo,nõ succedit capitulũ eo mortuo, etiã literis iã præsentatis.But.hîc in fi.cõtra Io.An.& firmiùs sequit̃ Imol.& Domi.hîc in fi.& An.Sic. Addatis Arch.in tracta.De hęresi,quę edidit ad instantiã Bonifacij viij. infamati de simonia,sub §. post hoc quæro.ad fi.ibi, ex quib⁹ iurib⁹ satis planè patet. ubi dicit se nõ credere, ꝙ mortuo episcopo iurisdictio delegata episcopi deuoluatur ad capitulũ : imo reseruabit futuro successori. Et sequit̃ Fed.cons.xxx.an capitulũ se.ua.post prin.& cõsi. cxxx.Factum tale est:quædã domus. in fi.dicens,ꝙ potestas delegata,quamuis ꝓpetuata nõ sit, transit ad capitulum : & subdit,ꝙ episcopus dãdo generalem uicarium dedit ei cõmittere ea,quæ competũt ratione iurisdictionis ordinatię,non autem ex potestate delegata. ¶ Pro quo ultimo uide omnino Rot.de off.uic.ultima, in antiq.& eod.tit.iij.in antiquioribus, ubi dicit, ꝙ licet pro futuris occurrentijs possit episcopus aliquid com-

mittere uicario de cõpetentibus epiſcopo ſolùm in habitu,tñ competitura nõ habitu & actu,ut futuras commiſsiones Papæ,non poteſt ei committere: & ideo licet mandatũ uicarij diceret, quòd poſſet diſpenſare in omnibus caſibus,in quibus ipſe epiſcopus diſpenſare poſſet ſine authoritate ordinaria,ſiue delegata, etiã ſibi ab Apoſtolica ſede commiſſa,uel committenda, tamen diſpenſationem poſtea commiſſam epiſcopo circa illegitimum, non poterit uicarius adimplere. Multa allegãt, maximè de off. or. Romana. §.j.lib.vj. Reſpondent ad c. confirmationem.de elec.in vj. ubi põt Metropolitanus committere poteſtatem cõfirmandi electiones futuras, quòd ille habitus poteſtatis competebat ſibi ordinario iure. Sed hîc nullam habebat in talibus poteſtatem incluſam ſub poteſtate ordinaria. Quod bene no. Adde etiam Car.in cle.j.uerſ.duro.viij.q.de hæret. ubi poſt Pau.latè firmat idẽ,quòd But.hîc, licet in poteſtate delegata à canone non firmet. Sed in ea idem tenet Domi. latè in c.unico,iij.q. ibi: ſeptimò, an ſuccedat. de ma.& obe.in vj. Et adde Lud.conſ.dcvj.in repræſenti.in fi.ubi pulchrè concordat cum prædictis,extollens uerba Bu. de fo. compe.uerum,ibi,per quæ pluries dixi.ubi dicit, ſe pluries dixiſſe,quòd capitulum ua. ſe. nõ ſuccedit in poteſtate literarum executoriarum,quę dantur in perſonam epiſcopi,ſi conferunt poteſtatem,quæ non concurrit cum poteſtate iuris communis, ꝓpter famoſum dictum Inn.ibi, quòd capitulum ſuccedit ſolùm in cõpetentibus epiſcopo iure communi, non iure accidentali. Et eſt gloſ.in c.ſcriptum.in uerbo,ſpeciali.de elec.& ibi Abb. & Fed. d.conſil.xxx. cum concor.multis,quas reduxi in d.c.uerum. Scias etiam circa iſta, quòd in materia indifferenti appellatione epiſcopi intelligitur de ſolo epiſcopo,nõ de epiſcopo & capitulo. Ab. in c.cùm Apoſtolica.in fi.de his,quæ fi.â prę.inferens,quòd ſi cõceditur epiſcopo facultas doctorandi,non intelligitur, quòd faciat doctores cum conſenſu, uel conſilio capituli. Quod no. ¶ Faciunt hæc ad q.nõ tactam,utrùm uicarij datus à capitulo ſede ua.poſsit abſoluere quendam à peccato,cuius abſolutionem Papa mandauit alternatiuè epiſcopo,uel eius uicario. Mihi de hoc interrogato uidebatur primò,quòd ſic, propter gloſſ. iiij. in cle.ij.de reſcri.quæ dicit, quòd appellatione uicarij uenit uicarius capituli uac.ſede: quia eſt uicarius epiſcopalis iuriſdictionis. Et ſequitur ibi tandem Car. q. xiij. Item quia uicarius datus à capitulo poteſt abſoluere de caſibus reſeruatis epiſcopo.Fed.d.conſil.xxx. quem extollit Ab.de ma.& obe.his,quæ.in fi.Ergo ſicut iſte caſus competeret epiſcopo,ſi adeſſet: ita & iſti. Item quia non præiudicatur epiſcopo. Ergo, &c. ut per Abb.in d. c.his, Et gloſſ.in uerb. caſus. in cle.j. de hæret. reſpondit contrarium: quia capitulum nõ poteſt iſtum abſoluere.Ergo nec eius uicarius. Conſequẽtia not.per l.nemo poteſt.ff.de re.iur.j.de iur.pa. quod autem. cum ſi. Antecedens probatum eſt ſ.quia in mandato facto epiſcopo in materia non cõpetente ſibi de iure communi, capitulum non ſuccedit. Contraria proceduntin his, in quibus capitulum ſuccedit de iure. Non obſt.gloſ.in d. cle.j.quia imo negat,quòd uicarius capituli, dicatur uicarius epiſcopi. Sed dicit,quòd eſt uicarius iuriſdictionis epiſcopalis. Et intellige de illa iuriſdictione,quæ eſt in capitulo,in quantum repræſentat epiſcopum, nõ de omni iuriſdictione epiſcopali, quæ non tranſit in capitulum: quia maiorem non poteſt habere capitulum ipſum conſtituens. Non dicas ergo: licet capitulum nõ poſsit, tamen iſte poteſt,cùm ſit uicarius epiſcopi: quia hoc eſt falſum. Nam eſt uicarius iuriſdictionis epiſcopalis & ordinariæ:& ſic illius,quam aſſumpſit.à capitulo,non delegatæ, quæ non eſt in capitulo, nec in eo. Et hæc no. tanquam noua & utilia. ¶ In quantum gloſ. ponit, utrùm attendatur dies datæ,remittũt omnes ad c.dilectus,lo ij.de præb.ubi domi. Abb. pulchrè ponit, quem formaliter recitat hîc An. Sic.eum non nominando,& nihil addendo. Aliquid etiam ponit hîc Imo.quẽ etiam recitat. Sed quia dictum d.c. dilectus. pertinet ad lectiones ordinarias: ideo omiſſo opportuno diſcurſu ſolùm,ut habeatur notitia aliqualis huius articuli,collegi regulam cum vj.fal.pluribus de nouo inſertis ultra Scribentes in d.c.dilectus.quibus tamẽ ex infrà ſcriptis aliquid addes.

18 Tempus Datæ † regulariter attenditur. Text. hîc, & in cle. fi. de reſcrip. ubi attenduntur beneficia, quæ erant tempore datæ,non hodie. Facit c.ſi ſuper.de off.deleg.in vj.ubi quando gratia eſt perfecta in reſcripto,attenditur tempus datæ,licet tempore executionis deceſſerit cõcedens. Ad idem c.fi.j.eo. ubi non attenduntur actiones fortè poſt datam. Ad idem c.tibi,qui.& c.duobus.de reſcr.in vj. ubi in prælationibus gratiarum inſpicitur data. Facit c.ſi eo tempore.eo.tit.in vj.ubi ſurreptio conſideratur reſpectu datæ. Facit gl.eo.ti.ſtatutum.in uerb.canonicis.ad fi.quòd in conſideranda habilitate delegati attenditur epiſcopus datæ. Et iſtam regulam in beneficialibus firmat Imol. j. eo.c.& j.eo.c.in noſtra.reprobando gl.ij.in prin.& ibi,& j.eo.abbatem.reprobando gl.ij.ibi. ¶ Fallit primò,in conſideranda habilitate impetrantis: quia attenditur tempus uacationis,c.ei,cui. de præben. in vj. Facit c. is, cui.eo.tit.& lib.ubi ille dicitur idoneus,qui eſt idoneus tempore collationis,non tempore datæ. Facit gl.in cle. ij.in uerb.conſtitutus. de ætat. & quali. ibi, tu dicas. Ex qua colligit Imol.poſt But.ibi,uerſi.ex gl.no. quòd ubi perſonæ habilitas requiritur ad certum actum, ſufficit, quòd adſit tempore exercitij actus, ad quem exercitiũ applicatur. ¶ Intellige ſanè, dum modò impetratio fuerit ſine ſurreptione:putà, quia ſimpliciter petijt primùm uacaturum,& nihil expreſsit:quia poterat habere beneficium, cuius non erat capax, qñ impetrauit, ſi hodie eſt capax:ſed ſi tunc expreſsiſſet,putà petẽdo curatum,uel nõ curatũ, nõ poſſet hodie habere curatum, ſi tunc erat inhabilis.Ita lo.An.in d.c.dilectus.inferens, ꝙ ſi Papa motu ꝓprio ſcripſiſſet pro curato,uel non curato,nõ haberet locum d.c.ſi eo.de quo facit feſtũ Abb. in d.c.dilectus.Sed caue,per ea,quę ponit Domi.in d.c. ei,cui.ubi inſiſtit in cõcordia illius text.& d.c.ſi eo.Tandem ſequitur ſolutionem gl.ibi, cõcludendo poſt Imo. quòd ſi in caſu c.ſi eo. concedens nihil dixiſſet de curato, nec etiam impetrãs, per hoc nõ habebit curatũ, ꝙ c. cùm in illis. in princip.de præben.in vj.ſecus in præbẽda ſacerdotali:quia ſi de ipſa nihil fuit dictũ,ſufficiet quẽ eſſe habilẽ, quando uacabit: quia in eo requiritur minor idoneitas.Et ſic loquit̃ c.ei,cui. ut latiùs per eum. ¶ Non aperit,ſi ſcriberet̃ Motu ꝓprio, utrùm ueniret curatũ de quo dicet̃ poſt Ab.j. c. proxi. uer.qnta concluſio.Et ꝙ in ſurreptione attendat̃ data, no. Io. An.But. & Imol.j.c. prox.dũ loquunt̃ de eo, q tacet dignitatẽ, quã habet tẽpore datæ, licet nõ hodie. Nec obſt. huic fallẽtiæ gl.in d.c.ſtatutũ.qa,ſm Imol. in d.c.ſi. de reſcrip.loquit̃ in delegatione iuriſdictionis, in qua imprimit̃ habitus tẽpore datæ reſcripti. Ideo ſm illud tempus exigit̃ habilitas,ut latiùs ꝓ eũ diſtinguentẽ pulchrè, quo ad hanc fallentiã. ¶ Fallit ſecundò, ubi † agitur de cognoſcẽda inobediẽtia, uel negligentia nõ adimplẽtis mandatũ Apoſtolicũ: qa attendit̃ dies præſentationis,non datę[a].Ita tex.in c.ſi capitulo. de conceſ.præben.in vj.& in d. c. dilectus.

a Nõ datæ] Pro qua materia uide Bart. in l.ſi duas. in princ. in lec. Nic.de Neapo. ff. de excuſ. tut. et in l.falſus.in uerſ.ſcias tamẽ. C.de fur. et Bal.in §. die Lunæ.de pa. Cõſtan. & Specul. de reſcrip. præſ.§. fin. uerſic. ſi. & per Arch. Io. An. & Gemi. in proœ. vj.li.& uide Car. in cle. fi. in prin. de reſcrip. & in cle.j.in fi.de præben. & in cle. j. not. de cenſi. & Alex.de Imo. cõſ. xlj.iiij.parte.

ctus.Io ij.Idem in reſcriptis ad lites, ubi attenditur dies receptionis in computando tempore præfixo expeditioni cauſæ,de appell.ſuper eo.Io ij. dum modò apponatur tempus numero dierum,uel menſium:ſecus,ſi diceretur, ſit cauſa expedita tali die, uel ante tale feſtum: quia tempus currit à die datę.Ioan.And.ibi,& alij,cum quibus tranſit Phil. inſtruens impetrantem, ut differat præſentationem, donec uideat tempus idoneũ ad expeditionem,quando habet currere à die receptionis.

20 ¶ Fallit † tertiò in computando anno dato ad utendum reſcripto[a] ad lites, ne expiret per ſecundum impetratum ab aduerſario: quia non computatur à tempore datæ,ſed poſsibilitatis præſentandi,j.eo.ſi autem. & c.plunq̃.ubi dicetur. Et adde Old.conſi. lvj.ubi ponit,quando incipiat currere tempus gratiæ de percipiendis fructibus in abſentia per biennium.

a Reſcripto] Ad de tu, q̃ literæ Papales præſentandæ ad lites, ſi non ſunt præſentatæ intra annum, habent robur tãtùm in perpetuum,ita demum, niſi aliæ ſint præſentatæ contrariæ: Paul. de Caſt.conſil.ſuo clvj.

21 ¶ Fallit quartò, ubi † agitur de attendenda collatione,uel reuocatione iuriſdictionis: quia inſpicitur literarum præſentatio,ut d.c.ſuper eo. & ibi Phili.& c.audita.de reſti.ſpol.gl.pe.in c.ſæpe.xxiij.q.ult. Habuim[b] opportunè ſ.eo.cæterùm.quo ad reuocationem iuriſdictionis. Et dicit hîc Ioan. And. quòd delegatus ſortitur habitum iuriſdictionis à tempore datæ,ſed exercitium tempore receptionis,per d.c. ſuper eo.& j.eod. paſtoralis. Propter quod dicit Domi. hîc,non ualere collationem executoris,qui confert beneficium non receptis literis ſuæ poteſtatis:quia ſi non habet exercitium priùs,ergo proceſſus nullus,de offic. deleg.prudẽtiam. Et ita dixit ſe dixiſſe in facto. Et idem ponit in c.j.ſ.j.de offic.ordi.in vj.Pro quo uide Rot.ampliſsimè concluſ.ccccxlvij. Circa tertium.in nouis,ubi idem decidunt ualde ſolenniter. Et de ipſa loquitur Myus in uer. gratia. in princip.& eſt una de illis,quas non reperi in rubricatis de nouo. In quo etiam uide Rot. de offic.deleg.iiij.& vj.in nouis,quæ in hoc uidentur contrariæ. ¶ Quinimo eſt alia deciſio de conceſ.præben. iiij. in antiquioribus, ubi deciditur punctualiter contrarium eius,quod dixit Rota,ubi ſuprà.& Domin.hîc: & dicitur per tres inſtantias ita fuiſſe obtentum in Rota,quòd ſi data literarum præcedit proceſſum executoris, ualet, licet tempore proceſſus nondum eſſent præſentatæ: imo, etiamſi tempore proceſſus nondum erant dati executores,dum modò gratia eſſet ſignata, & bullę emanauerint ſub data anteriori ipſius proceſſus. Et eſt deciſio mirabilis,in qua habeo noua prò & cõtrà ultra prædicta,& aliquid dixi infrà eod. ſciſcitatus.

22 ¶ Fallit † quintò in attendenda natura & qualitate beneficij: quia non inſpicitur tempus datæ, ſed hodiernum. Old. ſolenniter conſil.lviij. Quidam impetrauit. dicens, quòd ſi ſcribitur pro beneficio certi ualoris, & tempore datæ excedebat,ſed hodie nõ,attenditur tempus præſens: quia tunc quæritur plenum ius in beneficio,c.fi. de conceſ. præben.in vj. Inducit d.c.ei, cui. & alia multa, quæ latè reaſſumit Rom. de conceſ. præb. in vj.in antiquis. Vrbanus Papa V. loquens de inſpiciendа taxa mutata,reſpondet ad c.ſi eo. quòd ibi reſpectu curati gratia erat ab initio ſurreptitia.Ideo tempore nõ conualeſcit. Et iſta dicta Old.ponit Ioan. And. in Spec. ſuper rub.de conceſ.præb.& Pet. de Anch. in cle. unica, de conceſ.præ.Et idem tenet Old.conſil.clxviij.quæſt.ij. loquens de cognoſcendo ualore beneficij. Et idem no. Old. conſil. ccxxix. Hîc ſunt dubia.ibi,ad quartum.

¶ Bene facit longa diſputatio Cald. quæ incip. impetrauit Domi. beneficium curatum. & eſt fol. cv. ubi dicit,quòd qui impetrauit curatum,non poteſt petere illud,quod hodie eſt ſimplex,licet tempore datæ eſſet curatum.Et eius dicta colligit Pe.de Ancha.in d. cle.j. Bonus text.cum gl. in l.ſi mater.C.ne de ſta.defun.Per quẽ dicit ibi Baid.quòd ubi beneficiũ aliquando fuerit curatum,& nunc regitur ut ſimplex, debet haberi pro nõ curato,& econtrà: quia attendit̃ ultimus ſtatus. Et alle. tex.in l.mella.§.ſed ſi alimẽta.ff.de ali.& cib.leg. ubi dato diuerſo ſtylo præſtationis alimentorum,attendit̃ ultimus.Similiter dicit Rota de prob.xix.in ant.ꝙ in materia c.cùm de beneficio.de præb. in vj. ſufficit probare beneficiũ fuiſſe rectum per clericos ſeculares decẽ ꝓximis annis,ut dicat̃ ſeculare,niſi probet̃ contrariũ. Similiter dicit Lu.in l.poſt dotem.ſol.mat.ꝙ facta mentione conſuetudinis,ſi allegant̃ in eodem loco cõtrariæ conſuetudines.prævalet ultima, tanquã derogatoria aliarum,ꝙ d.§.ſed ſi alimenta. Similiter dicit Rota de ſepul. j.in anti,ꝙ ſic eccleſia parochialis erigit̃ in collegiatam, portio,quæ ſoluebat Antonianis,ſoluet̃ tanquã de collegiata,non tanq̃ de parochiali. ¶ Similiter dicit Ro. de reſcri. xliij. in antiq. & de iure pa.xiij.in eiſdem,& de præb.v.in antiqoribus,& Old.conſ.cccxij.Thema queſtionis tale eſt:ad reges Romanorũ: ꝙ ſi Papa ſcribit de beneficio pertinente ad collationẽ, talis nõ intelligitur de collatione,quæ ptinet, quo ad proprietatẽ,ſed quaſi poſſeſsionẽ:quia præſens & ultimus ſtatus inſpicitur. Quod bene no. Et pulchrè ponit Cal. de hoc, de præb. conſ.xxxiij. An ſi Papa. Similiter dicit Lu.conſil.ccclxx. Non uideo,&c.ꝙ iſta clauſula,uidelicet Dũ modò,non fiat præiudiciũ alicui graduato in facultate licita,intelligitur etiã de illo,q hodie eſt graduatus,& habet gratiam,licet tẽpore dictæ clauſulæ nõ haberet gratiã,nec eſſet graduatus:qa ille fauor nõ reſpiciebat gratiã, ſed perſonam.Ab iſtis excipit̃ caſus extrauagãtis Io.xxii. Sedes Apoſtolica.fol.impreſſarũ 101. ubi dicit̃, ꝙ dimembratio diœceſiũ nõ nocet expectatiuis priùs datis,quarum fauore nõ attendit̃ præſens ſtatus,ſed antiqu[a].Excipit̃ etiã ſimilis caſus,quẽ dixi j.eod.in noſtra.corollario xxxix.uer.fallit quintò.Et ex iſtis apoſtillabis Bald. in d.l. ſi mater. Nec reperies iſta ab alio cumulata.

¶ Fallit ſextò,ubi literę ſecũdæ ad beneficia,habẽt clauſulã derogatoriã ad primas,ſicut clauſula Anteferri:qa tũc nõ inſpicit̃ data primarũ,c.ſi capitulo. & c.ſi ſoli. de præben.in vj.latè Fed.cõſ.ccxcj.quia in præſenti.ibi,ſumus modò expediti de duobus. ponens multa in hac materia.Et de clauſula Anteferri,dicet̃ j.eo.c. Et ubi nõ conſtat de prioritate datæ,recurre ad c.ſi duobus. cum materia,de reſcri.in vj.Hæc omnia proceduntin conſideranda natura unius reſcripti. ¶ Quid autẽ, ſi plura concurrunt,an & quando ſtetur datę,dicet̃ j.eo.cap.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Reſcriptum impetratum ad beneficia, non ualet, ſi in eo tacetur qualitas dignitatis impetrantis.*
2 *Mentio debet fieri in reſcripto de qualitatibus beneficij obtenti, & non ſufficit generalis.*
3 *Vbi lex requirit expreſsionem alicuius rei pro forma, oportet rem ſpecialiter & non generaliter exprimere.*
4 *Valor beneficij an & quando ſit exprimendus habiti,uel habendi.*
5 *Valor debet exprimi nedum beneficij uacantis, uel uacaturi, ſed etiã ualor omniũ beneficiorũ,quæ quis obtinet tẽpore impetrationis.*
6 *Gratia ubi conceditur motu proprio,non eſt neceſſaria aliqua mentio ualoris.*
7 *Gratia motu proprio facta, quando tacet inhabilitatem concernentem perſonam,pro qua ſcribitur,ueluti defectum natalium,bigamiam,tunc non præſumitur Papa habilitare.*
8 *Motus proprius non præiudicat, quando tacetur qualitas beneficij reſpiciens ius tertij,putà ſi eſt iuris patronatus laicorum.*
9 *Motus proprius nihil prodeſt,quando qualitates beneficij nõ tacentur, ſed exprimuntur cum clauſula Motu proprio, & exprimitur falſum,&c.*

10 *Mentio ualoris non est necessaria in literis Papæ beneficij obtenti, quod quis tenet, sed offert dimittere.*

11 *Cardinalis impetrans beneficium, si exprimit falsum ualorem, nõ astringitur dicta regula, imo ualet impetratio.*

12 *Mentio falsa ualoris non nocet, quando uerba literarum multipliciter denotant, quòd Papa libentiùs & iustiùs concessisset beneficium longè opulentius.*

13 *Beneficium si est minoris ualoris, quàm sit dictum, gratia nihilominùs est subreptitia.*

Valor beneficij dicitur deductis oneribus ipsius beneficij. Post num. 13. uersic. duodecima conclusio.

14 *Distributiones quotidianæ nõ computantur inter ualorem beneficij.*

15 *Valoris beneficij taciturnitas non utiat impetrationem, quæ fit ab ordinario.*

16 *Valoris beneficij expressio requiritur in beneficio uniendo, et beneficij, cui petitur uniri.*

17 *Possessio attenditur, quando quis debet conferre beneficium: non autem, an habeat ius conferendi.*

CAPITVLVM VIII.

1 AD aures. ¶ Non † ualet rescriptũ impetratũ ad beneficia, si in eo tacetur qualitas dignitatis impetrantis. Solus Abb. hîc insistit præ cæteris circa mentionem qualitatum beneficij impetrandi & obtenti. De qua materia plus habebimus j. eo. in nostra. ubi omnes ponunt. ¶ Solùm hîc uidebitur de tactis per Abb. & primò, in quantum dicit post Ioan. And. & alios, quòd non est opus facere mentionem de nobilitate. Contrarium tenet hîc And. Sic. quia facilius reddun tur nullæ literæ ad beneficia, quàm ad lites, ut dicetur j. eo. d. ad audientiam. lo ij. Et in literis ad lites, debet fieri mentio nobilitatis, de offic. deleg. significantibus. Ergo & in istis. Postea contra hos inducit no. j. eo. postulasti. ubi traditur, quòd diuitiæ non impediunt beneficiorũ retentionem. Tandem concludit, quòd si habet patrimonium amplum, debet de ipso fieri mentio. Prima ratio non obst. quia non est uerum, quòd in literis ad lites, sit necessaria mentio nobilitatis: sed c. significantibus. loquitur in persona, quæ dicit se pauperem, uolẽs fauores datos pauperibus, & erat nobilis & diues. Ergo secus, ubi impetratio non fundatur in paupertate. Et ideo fatentur hîc But. & Imo. quòd quando quis impetraret literas beneficiales, dicens, se pauperem, si mẽ titur, non ualent literæ[a], per c. si clericus. de præben. in vj. Præterea est falsum, quòd de patrimonio, quamuis amplo, sit necessaria mentio, ut dicetur in d. c. postulasti. Item non sequitur: est fienda mentio diuitiarum, ergo & nobilitatis: quia multi uerè nobiles carent diuitijs: & multi diuites carent nobilitate. Præterea nobilitas potest esse causa magis inducendi concedentem, non autem retrahendi, infrà. de præben. c. de multa. in uer. sublimes. Idem in diuitijs: quia, secundum gloss. de appe. constitutus. in uerbo, impotentiam. per manus diuitum ecclesiæ sustentantur & augentur, sed à clericis pauperibus spoliantur pro subleuandis eorum familijs. Facit, quod no. Lu. sing. xxxvij. utrùm mobilis. Et faciunt plures regulæ cancellariæ præsupponentes nobilitatem potiùs iuuare, quàm impedire impetratores. Facit gloss. de pig. ex literis. cum si, dicens, quòd bona prælati sunt hypothecata ecclesiæ, si malè administrabit: & in prælato paupere ecclesia caret refugio talis hypothecæ. Et de his aliàs plenius.

a *Non ualent literæ] Ad qd' adde Specu. de rescrip. præsen. §. v. uersi. item quod dixit.*

2 De qualitatibus [b] Beneficij [b] obtẽti † debet fieri mentio, & non sufficit generalis. Abb. hîc post Cald. j. eod. in nostra. Contrarium firmat hîc And. Sí. per text. in c. is, cui. in prin. de præben. in vj. in uerb. personæ aliàs beneficiatæ. non dicit, qualibus beneficijs. Et per tex. in eod. c. §. fi. in uerbo, alia beneficia noscitur obtinere. non dicit qualia. Respondet ad cle. ij. de off. or. in uerbo, specialis. & ad c. in nostra. j. eo. in uerbo, expressam mentionem. quòd sufficit dicere, se habere dignitatem absque eo, quòd dicatur nomen dignitatis. Et dicetur mẽtio specialis & expressa, propter theoricam Bart. in l. j. ff. de uul. & pu. dum loquit de expresione multiplici. Et optimè facit dictum Bart. in l. j. ff. si quis in ius uo. non ie. ubi dicit, quòd si scholaris renunciat omni priuilegio fori, sufficit, & est satisfactũ illi legi in uerbo, specialiter. licet non dicat qualitatem sui priuilegij, s. scholastici: quia non requiritur ibi mentio singulariter, & indiuiduliter. Et si diceretur, ergo sufficit dicere, non obstãte, quòd sit alibi beneficiatus absque mentione beneficij, per d. c. is, cui. Respõdet, quòd debet intelligi de beneficio citra dignitatem. Sed si est dignitas, oportet ipsam, sed non eius qualitatem nominare, nisi impetrentur beneficia minora. Et ita text. hîc, secundum intel. Card. Et ista latiùs reassumit And. Sí. j. eod in nostra. motus inter alia urgentia per d. cle. ij. de off. or. subtiliter inductam: quia Ioan. And. in d. c. in nostra. respondendo ad d. c. is, cui. dicit, quòd loquitur in gratia facta conferenti, nõ ei, cui fit collatio: meritò sufficit mentio generalis: tunc: sic d. cle. ij. loquitur de legato conferente. Ergo uerbum Specialis, in ea positũ, non requirit mentionem indiuiduam. Vnde Ioan. An. percussit se proprio ligone, secundum ipsum inducentem alia sine labore solubilia. ¶ Nihilo minùs sequenda est opi. cõmunis, pro qua uide Ioan. And. j. eo. in nostra. uersus fi. & ibi Do

3 mi. & But. & Imol. in fi. quia † ubi lex [c] requirit, p forma expresionẽ, nõ sufficit prolatio sub uerborũ inuolucro. p l. sed & si qs. §. quæsitũ. ff. si quis cau. & c. quia ad agendũ. de procu. in vj. & c. fi. eod. ti. & li. cũ casibus ibi signatis. Respondẽt ad c. nõ potest. q, ibi Papa non recitat formaliter id, qd' continebat in dispensatione, in qua bene fiebat mẽtio specificata: sed in genere Papa respondendo soluit dubium tantùm, de quo quærebatur, uidelicet qd operet illa clausula Non obst. nõ aũt dubitabat de modo exprimẽdi. Simi liter ad d. c. is, cui. respõdent, q, fiebat gratia cõferenti, nec debuit, nec potuit beneficiũ nominari. Et idem Domi. in d. c. nõ potest. §. fi. licet dicat, & malè, q, ad illum text. nõ respõdet Io. An. & ipse respõdet, ut s. Cum istis cõcordat Car. in d. cle. ij. xiiij. q. dicẽs, illam esse specialẽ mentionẽ, quæ exprimit circumstãtias & cõditiones, quæ possent principẽ alterare: & hoc ꝓpter odiositatẽ taliũ literarũ. Et idẽ Imol. ibi post Zenze. & Mari. in repe. c. postulasti. ibi, decimo qnto, trãseundo nũc ad qualitatem. j. eo. & Car. tandẽ in d. cle. ij. & ibi etiã Imol. licet gl. ibi uideat uelle, quòd de qualitatibus primi uacaturi

b *De qualitatib.*

c *Vbi lex] Adde tu, quòd ubicunque l. negat aliquid ualere, nisi illud fiat expresse, nõ possunt partes ei renunciare, quasi censeatur ꝓ forma requisitũ. Ista est doctrina Bart. & aliorum in l. penult. C. de pact. & in l. ius publicum. ff. eod. Adde etiam, quòd ubi l. requirit, q, specialiter aliqd fiet, quòd illud dicetur specialiter factum, quod est remotum à generalitate, l. seruus urbanus. §. fi. ff. de leg. ij. Dy. in in regul. qd' semel. de reg. iur. in vj.*

caturi non sit necessaria mentio. Cum istis concordat Ab. in d. c. in nostra. ult. no. & Nic. Myl. in repe. fol. 74. ibi, gratia in beneficialibus. per d. cle. ij. in uerbo, specialis. & idem Rota hoc tí. xxxj. in antiq. no. quòd Papa. Et dicit Nic. Myl. in rep. fol. 77. ad fi. ibi, gratiam beneficij. quòd de tribus qualitatibus obtenti debet fieri mentio, uidelicet dignitatis, continuæ residentiæ, & curæ. Al leg. But. in d. c. in nostra. qui dicit secus de qualitate ordinis beneficio annexi, per c. ei, cui. de præben. in vj. & sequitur Nic. in d. repe. fol. 68. in prin. Dixit tamen Rota de rescrip. x. in nouis, quòd expressio qualitatum superfluarum non est necessaria, nec nocet earum falsitas, si exprimantur: & retuli in c. ij. §. eo. Dixit etiam Domi. in c. si Apostolicę. in fi. de præben. in vj. propter glos. pen. ibi esse regulam, quòd in omnibus literis, per quas ius antiquum augmentatur, uel conseruatur, debet fieri mentio aliorum beneficiorum. Dixit etiam Domi. in c. non potest. in fi. prin. de præb. in vj. quòd omnia iura arctantia ad expresionem certarum qualitatum in acquisitione beneficiorum habent locum etiam in impetrationibus dispensationum, propter glos. ij. ibi, quam extollit ad ampliationem illorum iurium. Dixit etiam Cald. de rescrip. consi. x. quòd taciturnitas qualitatum non nocet, quãdo sunt qualitates, de quibus exprimẽdis iure non cauetur. Et idem repetit de fi. presby. cons. j. allegando gloss. v. in cle. j. de præben. Et istas theoricas not. Aliam habebimus j. conclusione ix. Ex quibus remanet probata opi. communis. ¶ Non obst. dictum Bart. in l. j. ff. si quis in ius uo. Primò: quia contra ipsum facit gloss. in d. cle. ij. in uerbo, specialis. & in c. inquisitores. in uerbo, expressè. de hæretic. in vj. cum multis, quæ posui s. tit. proxi. translato. Sed quia ibi posui alia facientia pro Bart. quem etiam Legistæ sequuntur in d. l. j. ideo sit alia solutio, quòd Barto. loquitur in materia, in qua lex requirit mentionem adeo specialem, quòd resultet informatio & claritas opportuna absq; specificatione indiuiduali. Satis est enim, quòd quis renunciet omni foro, nec est necessaria scientia qualitatũ fori, sed loquimur nos, ubi lex requirit mentionem specialem tanta specialitate, quæ excludat subreptionẽ. Vnde dicendo, talis beneficiatus petit beneficiari, non dicetur superior informatus informatiõe adeo opportuna, q, possit discernere, utrùm iste meritò sit exaudiendus, an non, nisi intelligat naturã beneficij obtẽti: & hoc, quãdo uult utrunq; retinere. Idem fortè est, quando primũ habet uacare: quia posset esse tale, à quo Papa non uellet istum remouere, & congruentiùs deberet manere in ea uocatione, in qua uocatus est, cle. j. de regu. fortè magis aptus beneficio habito, q, ambito: meritò simplex nominatio primi beneficij dicitur specialis specialitate opportuna. Ita adaptabis nouiter gl. in d. cle. ij. cum no. dicto Barto. in d. l. j. cũ aliis, quæ dixi in d. c. translato. Et bene facit decis. Rotæ, de of. ord. iij. no. quòd episcopus. in antiquis. Et quòd qualitates obtẽti beneficij sint exprimendæ, probat optimè à contrario cle. si Romanus. de præben. in uer. qualiacunq;. Neq; apparet, quòd ibi ageretur de primis retinendis: qa motus proprius non dispensat, d. c. non potest. Et ista bene gustabis. ¶ Neque urget inductio facta de dicta cle. ij. quia licet declaret uires collationum legati, tamen respicit impetratores, sicut facit c. fi. de off. leg. in vj. in uerbo, tibi. ad cuius declarationẽ emanauit d. cle. ij. Et quòd ita sit, uide Mari. consil. xiiij. Quæritur à me Mari. ubi fortiùs cõsuluit, quòd etiamsi legatus non de latere habet facultatẽ cõferendi beneficia personis aliàs beneficiatis, tamen si impetrans ab eo non facit mentionem de beneficio habito, non ualet legati collatio: quia sicut Papa, q, potest prouidere aliàs beneficiatis, non præsumitur uelle hoc facere, nisi cum causæ cognitione, ita nec eius legatus, ut ibi latiùs per eum: licet Domi. quem ipse nõ allegat, latè firmet contrariũ in c. is, cui. de præben. in vj. dicens non reperisse istud tactum. Sed eum reprobat Nic. Myl. in repe. fol. 68. in princ. ibi, gratiam impetrans. ¶ Item in quantum Abb. extollit dicta Host. j. eod. postulasti. quòd in gratijs non arguitur à maioritate rationis, adde, quæ ibi dicentur.

c. ad aures.

4 De expresione Valoris† pulchrè scribit hîc Abb. quem uide: & eius dictis addit hîc And. Sí. quòd attenditur ualor hodiernus, secundum Old. & non dicit, ubi dixi, in c. præcedenti, v. fal. Et addit Card. in c. fi. de præsump. ubi dicit, quòd expresio falsi ualoris nocet, etiamsi fuit dictum, Vt asseritur: quia semper impetrans faceret illusionem. De hoc j. concluí. vij. Et dicit And. Sic. se consuluisse, quòd onus probandi ueritatẽ ualoris in cumbit opponenti. All. Bal. in consi. nci. Plurima dubia sunt examinanda. quia non præsumitur subreptio, nisi probetur, l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. nisi Papa scribe ret conditionaliter: ut, Si tibi constiterit, quòd tantum ualorem non excedat. Sed de hoc j. cõclusione iij. Subdit etiam And. Sí. se mirari, cur oporteat ualorem exprimere semper: quia si pauperibus ecclesijs deseruiẽdum est per pauperes, non est opus mentione tenuis ualoris. Et si beneficiũ est pingue, & impetrator nobilis, uel doctor, non est opus exprimere ubertatem ualoris: qa non retraheret concedentem, de præb. de multa. nisi qũ abundans clericus impetrat beneficiũ tenue, per istum tex. Et ita resident latioribus uerbis.

¶ Addatis xvj. nouissimas conclusiones circa istam expresionem ualoris, de qua in curia, & extrà, quotidie fit mentio, nec per aliquem scribentem est per ordinem dilatata. Et in sistam reformãdo, quæ aliàs dixi de præsum. c. fi. ubi posui aliqua ex infrà dicendis, maximè in tribus conclusionibus. ¶ PRIMA conclusio. De iure cõmuni non est necessaria expresio ualoris [a] in impetrationibus.

a *Valoris] Adde Rom. in decis. lxiij. impetrans. decis. ccxc. in no. & adde Bald. in l. si is, qui res. §. eum, qui. ff. de excus. tut.*

Gloss. v. post prin. ibi, sicut nec habetur in cle. j. de præb. Et ibi Car. & Imo. & Cal. But. Imo. & Domi. j. eod. in nostra. & Abb. hîc, siue loquamur de ualore beneficij obtenti, sine obtinendi, per rationes, de quibus per eum.

¶ SECVNDA conclusio. Licet de iure dicta expresio non sit necessaria, tamen si exprimitur, & sit maioris ualoris, non ualet impetratio. Rota in antiquis de rescrip. xlj. Nota, secundum opi. aliquorum, & sic expressa nocent. Facit gloss. in uerbo, de nouo. in cle. constitutionem. de elec. quæ dicit, quòd plus nocet imperfecta locutio, quàm silentium, etiam ubi loqui non est opus. Et idem Cardi. latè consil. xxxiiij. incip. M. cccl xxxij. die x. mensis Iulij. ubi inducit c. cui de non. de præb. in vj. & quia in gratijs Apostolicis causa habet uim conditionis, cùm subintelligitur clausula, Si ita est, c. ij. s. eod. Et causa adiecta in uim conditionis, si est falsa, uitiat, l. demonstratio. §. j. ff. de condi. & demon. Ita dicit consuluisse Gas. Cal. & Ioan. de Fan. & se ita obtinuisse Florentiæ in quæstione ardua, etiamsi talis obreptio fit per simplicitatem. Alleg. no. gloss. pe. in c. si motu proprio. de præb. in vj. Et licet aliàs ignorantia excuset, c. gratia. de rescrip. in vj. non tamen potest hîc prætendi ignorantia iusta: quia impetrans debuit se informare, ut latiùs per eum. Et idem ipse no. in d. c. fi. quæst. ij. & ibi Abb. quia licet constet de corpore beneficij, tamen nõ constat de bona informatione Papæ. Et pro ista conclusione facit, quod dicetur j. uer. quartus casus. & in prima consideratione octauæ conclusionis. An autem procedat in collatione legati, uel ordinarij, dicetur j. conclusione xiiij. Et pendet multùm ista conclusio ab his, quæ habentur in materia brocardica, quando solennitas non est necessaria, tamen attentatur, & ineptè, an uitiet ꝙ de qua

scripta

scripsi ſ. eo. cùm ordinem. in prin. ¶ TERTIA concluſio: Impetrãti dicenti beneficium nõ ualere, plus quàm expreſſerit, incumbit onus probandi. Card. in d. c. fi. dicens ita conſuluiſſe Gaſ. Cal. & Io. de Fan. propter doctrinam Io. An. in c. j. de lit. conteſt. in vj. & in regula, infamibus. lib. vj. cum concor. quę dicentur j. eo. cõſtituto. ubi dicitur, quòd impetrans habet regulariter probare id, qd̃ aſſeruit: quia eſt cauſa ſuæ intẽtionis. Non obſt. text. in l. cùm de l. Fal. ff. de proba. ubi ſi dico, patrimonium nõ ualere, niſi tantũ, eo ipſo dicor probaſſe, q̃ cõtrariũ non probatur: quia illud procedit propter præſumptionem iuris. Nullus enim præſumitur ſoluendo, ut traditur in l. ſi uerò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſ. cog. Sed iſta præſumptio ceſſat in beneficijs, in quibus præſumitur eſſe reditus, p̃ uita duorũ, c. ut quiſq̃. de ui. & ho. Ergo ſublata illa præſumptione, qua dicitur præſumi nõ ſoluendo, remanet regula, quòd quis probet, quod aſſeruit, ſm Car. in d. c. fi. Idem ipſe ponit conſ. lxxj. Vacãte. in fi. & Ab. in d. c. fi. Neq; agit̃ hîc de dolo probando: quia etiam ſimplicitas nocet, ut ſ. ut no. Aegi. deciſ. iiij. Cum iſtis cõcordat etiam Myl. in uerbo, gratia. §. vij. & Ro. de præb. vj. in antiquioribus: quia ſumma expreſſa in gratia, eſt pars gratiæ: ideo ſuam aſſertionẽ debet p̃bare. Facit in ſimili conſi. Ang. mihi cclxx. Bonifacius epiſcopus. ubi dicit, q̃ narranti in reſcripto reditus eſſe diminutos, incumbit onus probandi, per tex. in §. quia uerò. in authen. de æquali. dotis. & no. Cald. egregiè de probat. conſ. x. Similiter dicit Ro. de proba. ix. in nouis, quòd impetrans à collatore, uel nuncio habente poteſtatem conferendi beneficia certi ualoris, tenetur probare, quòd illud ſit infra taxam in literis collatoris comprehenſam. Similiter dicit Aegi. concluſ. Rotæ cccclxxj. teſtis cum fama. quòd petens adiudicari ſibi beneficiũ ex mala expreſſione ualoris alij facta, habet hoc, p̃bare: ſecus, ſi petit ſe abſolui tantùm: putà, quia poſsidet: tunc actor debet plenè probare. ¶ Recipit tamen iſta concluſio duas fallen. Fallit primò, quando nullus ponit de falſitate ualoris: quia nulla eius probatio requiritur, nec eius proceſſus ex hoc foret iniuſtus, dum modò de alijs plenè conſtet. Ro. de præben. xix. in nouis, licet eam ineptè alleget Mylus in contrarium in d. uerbo, gratia. §. vij. Et iſtam fallentiam tenet Ro. de conceſ. præben. lvj. in antiquis. Sed cauc: quia ſi uerum eſt, quòd ualor uideatur exprimi in uim conditionis, ut dixi in ij. concluſione, fortè hæc fallentia non procederet: quia talia debent iuſtificari, cle. unica, de cõceſ. præben. Et iſtis adde Ro. de proba. x. in antiquis, quę concordat cum conſil. Bald. relato ſ. per And. Sic. Tamen prædicta ſunt tenenda. ¶ Fallit ſecundò in gratijs conceſsis in forma pauperum, de quibus dicetur j. eo. poſtulaſti. qa ibi datur gratia generalis de omni beneficio competẽti: poſtea dicitur, Noſtræ intẽtionis exiſtit, ut prouideatur de beneficio, cuius reditus talem ſummam non excedant: Ideo cùm omne beneficium cõtineatur ſub regula, debet qualecunq; poſſe acceptare, niſi aduerſarius opponat, quòd excedit dictam ſummam, & probet: quia pauper nihil aſſeruit circa ualorem. Ita Ro. præal. de præben. vj. in antiquiori. & per Cal. de præben. conſ. xvj. ¶ QVARTA concluſio: Per † ordinationem Vrbani VI. nedum debet fieri mentio de ualore beneficij uacantis, uel uacaturi, ſed etiam de ualore omnium beneficiorum, quæ quis obtinet tempore impetrationis, aliàs gratiæ nullius ſunt roboris: & idem in confirmationibus. Ita Ro. præall. de præben. xix. in nouis, & Ab. hîc: quæ ordinatio etiam hodie uiget, ut in regula cancellariæ lxj. Item uoluit, quòd in gratijs, ubi etiam dicitur idem de expectatiuis, in quibus debet fieri mentio de ualore beneficiorum obtentorum, & in quibus, ſeu ad quæ competit ius impetranti: & iſtum ſtylum curiæ præſupponunt omnes j. alleg. ¶ Fallit v. modis iſta concluſio, qui patebunt ex quinq; concluſionibus ſta-

5

commune, putà præcipiẽdo clericis residentiã: quia operaꝛ monitionẽ, ut aliquid operẽt. Fe. consil. cviij. quòd non fecit residentiã. Faciunt dicta s. eo. c. j. ad fi. ¶ Secundò limitat, ut nõ procedat, quo ad Deum: qa absq; monitione punit omnis negligẽtia: [a] qa ei nihil est occultũ. Abb. de rap. excommunicationi. & ultra Alex. uide Aug. & Angel. in maleficijs, fol. 195. Quibus adde Ab. in repet. d. §. qui ue rò. cum duabus seq. ubi ualde declarat dictam doctri. Aliquid etiam per do. meum de Are. de testi. cùm olim. uer. sed quæritur. Et considera, utrùm ex dictis suis posset elici alia limitatio, uidelicet nisi ageretur de continuenda negligentia, quę nõ puniretur: qa dicunt ibi Doc. post Inn. q; prælato negligente inferior potest agere: & nõ dicitur aliqd de monitione. Vide, quæ dixi ibi, & in c. ij. de magis. ubi Ana. in fi. post Abb. colligit ex dicto Io. An. ibi, q; ubi non præfixo tẽpore deuoluit ad aliũ potestas aliqd faciendi ꝓpter negligentiã alterius, debet ad cõuincendum negligentiam præcedere monitio. An aũt requratur trina, uel sufficiat unica, dixi latè tit. præced. ex literis, posita regula, q; sufficit unica, iuxta gloss. in uerbo, regia. xviij. dist. si episcopus. & in cle. j. in uerb. requisiuerit. de hær. subiunctis nouẽ fallentijs, de quibus ibi. ¶ Et quòd in dubio præsumaꝛ negligentia, ubi quis non fecit actũ debito tempore, dixi satis de excep. pastoralis. Et caue: quia nõ sufficit in hac decretali probare impedimentũ, nisi probeꝛ, q; impedimentum fuerit causa immediata, quare nõ egerit: & hoc ꝓbando diligentiã tempore impedimenti. Inn. & ibi dixi, de præscri. ex trãsmissa, Ab. j. eo. in c. plerunq;. Et ibi etiã, an iste impeditus debeat, ptestari in quo dicit hîc Domi. q; non: & fortè nõ bene, ut ibi dicetur. ¶ Et adde istis tex. in l. si fideiussor. in prin. ff. man. ibi, dissoluta negligẽtia prope dolum est. Et de negligentia in utendo literis ad beneficia, dicet in d. c. plerunq;. ut j. eo. capitulũ. Et ad prædicta uide latè Pari dẽ de Puteo in trac. De syndicatu, fol. 9. uer. Intra quantum tempus. ubi latè ponit modos puniẽdi iudices de negligentia. Et generaliter dicitur, q; † pœna imposita iudici aliqd non facienti, intelligit ita demũ habere locum, si fuerit requsitus, ut id faceret: aliàs nõ: ita dicit In. post But. in c. fi. j. eo. motus per gl. fi. ibi in prin. dum dicit, q; ita demũ possunt à iudice repeti expensæ, in quib. non cõdemnauit cõdemnandũ, si fuerint petitæ coram eo: aliàs nõ. Et de ipsa in illis terminis fit mentio seriosa in plerisq; locis ordinatis per Alex. in l. properandũ. §. fin aũt alteruter. C. de iudic. cõcludentem cõmunem opi. esse ꝓ d. gl. qd ultra eum no. Ab. in c. significauerũt. de excep. & in c. cùm sit generale. de fo. compe. & in c. audit is. in fi. de procu. & in l. licet causam. de ꝓba. & in c. fi. uersic. circa ultimum. de do. & contu. & ibi But. & Bald. in §. hæc aũt omnia. Instit. de pœna te. litigan. Similiter dixit gl. iij. in l. uniuersa. C. de prec. impe. off. q; satisdatio, de qua ibi, ita demũ necessaria est, si petat. Et cõsuluit Fran. de Ramp. & eius consilium est inter cõsilia Cal. de pœn. iij. q; statutũ puniens iudicẽ nõ facientẽ certã condemnationẽ, intelligit, si fuerit petita. Et dicit Bal. in c. j. §. iudices. de pa. iur. fir. q; iudex negligens facit litẽ suam. Sed non dicit negligere, si pars nõ petit [b]. All. gl. in l. q; cunq; in uer. interrogari. C. de ser. fu. & alia. Et ita intelige Bal. in l. j. §. sciendum. ff. de magis. cõue. dum dixit per illũ tex. sing. teneri iudicẽ, q causas, quas potuit expedire, reseruauit successori, sm Alex. in d. l. properandũ. in prin. uer. itẽ facit iste tex. ubi etiã concordat cum prædictis, alle. glo. in d. c. fi. j. eo. Idem Phil. in c. ex ratione. in fi. de ap. quẽ uide. Et ita intellige multa, quæ de iudice negligente cumulat elegantissimè Ana. in c. excõmunicamus. §. moneantur. de hęre. & clariùs ꝑ Alex. in l. iiij. §. in eo. ff. de dam. infe. & multa etiã ipse aggregauit in l. fi. ff. de uar. & extra. cog. in apostil. Et dicit Ang. consil. mihi cxxxviij. Quidã Matthæus. q; statutũ disponẽs causam ap. debere cõmitti per priores intra tres dies sub pœna, intelligit, si fuerit petitũ. Et sequit Alex. in d. l. de pupillo. §. si qs ipsi. ff. de ope. no. nun. & cons. xix. Viso processu. Et dicit Ro. de app. xxv. in fi. in antiq. q; licet iudicare cõsistat in iudice, tamẽ si non iudicat, ascribit culpę partis, quæ non petijt, nõ sibi. Et caue: quia per hoc uides, quòd etiamsi est apposita dies, intelligitur, quòd procedat petitio: & sic in actu per iudicem expediẽdo dies non interpellat, nec currit, nisi à die partis interpellantis. Non est sic in actibus extraiudicialibus, quoniã ubi dies est apposita, inducit mora lapsu diei absq; alia interpellatiõe, per c. potuit. de loca. & in l. magnam. C. de contrahen. & con. stip. gl. in c. cupientes. §. si uerò. in uer. contemptserint. in fi. de elec. in vj. in cle. quia cõtingit. in uerb. annis singulis. de rel. do. in cle. j. in uerb. exigere. de test. & ubiq; Scribentes, & per Alex. in l. si mora. ff. solma. & Petr. de Anc. consil. mihi ccxxx. prima facie uidetur. cum concor. Quas limita, nisi pars se obligãs cum temporis præfinitione obligaret se ad faciendũ actum concernentem quodam modo præparatorium ad actum iudicis: quia si iudex non interpellet eum, non dicitur in mora, sed præfixio tẽporis operatur, quòd currit à die interpellationis. Sic procedãt iura, & rationes, de quibus per Pau. consil. clxvj. Videtur, quòd dictus Io. Pau. dum eleganter uult, q; qui promisit præsentare alĩ quem iudici intra octo dies, intelligitur, si fuerit petitus. Prædictis etiã adde tex. in c. j. ibi, si fuerit requsitus. de sen. ex. in vj. & in c. j. ad fi. ibi, sepultorũ corpora si petantur. de sepul. in vj. & gl. in c. cupientes. §. j. in uer. cõtingentibus. de elec. in vj. & tex. in c. cùm personæ. §. j. ibi, à locorum ordinarijs requisiti. de priui. in vj. & qd ibi no. Io. An. & Specu. de aduoc. §. j. uer. sed nunquid is, qui iurat. Et istis adde Abb. consil. mihi cxliij. In quæstione, quæ uertitur. ubi dicit, quòd obligatus ad defendendum aliquem, intelligitur, si fuerit interpellatus. Nec sufficit, quòd sciat. Bene faciunt, quæ aggrauaui in c. cùm M. uers. quarta conclusio. ibi, ex his infertur. de consti. firmãdo, quòd uenditor, cui cùm fuit denũciata litis motio, non tenetur de euictione, etiamsi eam sciuerit. Et dicit Pau. de Cas. in l. peto. §. fi. in fi. per illum text. de leg. ij. quòd stante statuto, q; † appellãs, uel petens restitui in integ. debeat cauere de expensis restituendis, aliàs processus non ualeat, debet intelligi, si petatur cautio: aliàs non. Pro quo etiam adducit: quia usufructuarius non facit fructus suos, nisi cautionem præstiterit de utendo arbitrio boni uiri, & tamen si sciente & patiẽte proprietario usus est, nõ præstita cautione, facit fructus suos, ut plenè no. in l. uxori. ff. de usuf. le. & ibi Bar. Et hoc no. qa pluries fuit in facto, secundum eum. Et dicit Io. An. in c. ego N. super uerb. uocatus. de iureiur. q; si episcopus uideret omnes episcopos ire ad synodũ, ipse nõ teneꝛ ire, nisi uoceꝛ, ꝓ illũ tex. in uerb. uocatus. Et dicit Ro. decis. j. in ant. q; si decimæ prædiales suo tẽpore nõ fuerũt petitæ, nõ possunt peti: qa ad ipsas qs nõ teneꝛ, nisi tẽpore suo petanꝛ. All. Archi. in c. j. de deci. in vj. Tñ hoc nõ firmaꝛ ꝓ Rot. Pro hoc etiã facit, qd dicit de cõpensatione, quæ licet ipso iure cõpetat, tñ ab homine peti debet, l. si cõstat. C. de compens. secundum Ro. decis. xxv. §. all. Et procedũt hæc, etiamsi dispositio dicit, quòd aliàs actus non ualeat, ut dicit Paul. in d. l. peto. & probat gl. relata ad text. in d. l. uniuersa. quod no. Ad hæc etiam, quòd

[a] *Omnis negligentia*] *Facit, qd habetur ꝓ do. Soci. consil. ij. incip. Sequẽdo ordinẽ. uers. concluditur. in j. part. q. negligentia in administratione in eo, q tenetur diligentiã præstare, dicitur peccatũ mortale. Et unde dicatur negligẽs, uide per eum in suo consi. xxxj. inc. Prosequendo ordinem, uersi. septimò ꝓbatur. in fi. in d. part.*

[b] *Nõ petit*] *Ad de Bal. in l. mancipia. C. de ser. fu. et do. Alex. in l. argentarius. §. fi. ff. de eden. & Bald. in addit. ad Spec. in ti. de app. uer. mora. & in suo consil. Domino Papæ.*

notat Abb. in c. pe. ibi, & no. unum. de iudic. dicens, pœnam impositam iudici intra tempus non iudicanti, nõ incurri, si pars non institit. Facit c. breui. cum ibi no. per gloss. & Doct. de iureiur. & l. fi. C. ut intra cer. temp. & dictum Bart. in l. Seius. ff. ad leg. Fal. text. in c. ab eo. in uer. requisitus. de appel. in vj. Cætera uide in Repertorijs, in uerb. negligentia.

[6] Temporalia Ad † agendum, sunt perpetua ad excipiendum: §. ult. l. purè. ff. de doli except. alle. in gl. quia in potestate rei nõ est excipere contra actionem non productam: secus in potestate actoris, ut hîc per Scribentes. ¶ Limita primò, dum modò actio nunquam fuerit ab actore intentata: nam si actor intentauit actionem, & reus non allegauit exceptionem, expirat ius excipiẽdi, sicut ius agendi, gl. tit. præce. cùm accessissent. in gl. pe. post princ. ibi, quod est uerum, si nemo agat, per iura, de quibus in ea. Et dicit ibi Imol. quòd idem est generaliter, ubicunque posset imputari negligentia excipienti. Alle. text. hîc, & j. eo. plerunq;. Melius adaptantur sub v. limit. ¶ Limita secundò, Nisi tempus ipsius exceptionis sit limitatũ. Imol. ibidẽ per l. quoties. C. de preci. impe. off. Facit, secundum Imol. hæc l. si ex cautione. & l. in contractibus. C. de non nu. pec. ¶ Limita tertiò, Nisi agatur de replicatione: quia cùm replicatio sit connexa actioni, illa finitur cum tempore actionis. Tex. cum gl. ij. in l. quæsitũ. §. in dolo. ff. de pecu. qa in potestate actoris est, replicare quando uult, agendo. Et est menti tenenda, secundũ Paul. de Cast. ibi, q; replicatio doli est temporalis, sicut actio doli: quia sicut fuit negligens in agendo, ita in replicando. Idem gl. in uerb. tempus. in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur. ¶ Declara, ut per Ioan. An. de except. à nobis. q. iij. ubi dicit, q; replicatio se habet ad exceptionem, sicut exceptio ad actionem: quia nõ potest replicari contra id, quod non excipitur. Hoc modo replicatio est perpetua, cõpetens, quandocunq; excipiet, nisi fit quid imputandum actori, si non egit: quia qua ratione expirat actio, eadem extinguetur replicatio, d. l. quæsitum. Et in hoc replicatio differt ab exceptione rei originalis. Vnde si contra exceptionem rei iudicatæ replico de appellatione mea, quã deserui, uel neglexi, psequi, sicut mihi obstaret hoc agenti, ita replicanti, nisi replicatione pareꝛ mihi perpetua exceptio: putà nullitatis, iuxta no. in c. licet. de sent. excom. in vj. Et ista dicta sequitur Ang. Aret. Insti. de repli. in prin. ibi, ex hoc apparet. & But. & Abb. in d. c. à nobis. Sentit Bar. in l. j. ff. de except. Et dicunt hîc But. & Dom. quòd replicatio mensuratur uice actionis. Alle. l. j. in fi. ff. quando act. de pe. est an. Facit, secundum Imol. quod habetur in l. si quando. C. de dilat. ¶ Limita quartò, dum modò opponaꝛ ante lit. contest. quia licet sit perpetua, tamen nõ est perpetua post lit. contest. Arch. in c. si quis Episcopo. §. exceptio. iij. q. vj. dicens ita debere limitari hanc regulã. ¶ Limita quintò, dum modò exceptiones sint natæ, & inceperint cõpetere: quia regulariter sunt perpetuę, d. l. purè. sed antequam nascantur, potest impediri earum natiuitas per lapsum certi temporis. Ita declarat Paul. de Cast. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu. dicẽs, ita esse casum ibi: nam ante quàm restitutio fit cõcessa, nec exceptio, nec replicatio orta est, sed speratur oriri. Si ergo per lapsum temporis excluditur à restitutione petenda, non oritur sibi exceptio, secundum eum. ¶ Limita sextò, nisi ius excipiendi competat, ex quo competit ius agendi: quia sublato iure agendi tollitur ius excipiendi. Car. But. Imol. & Abb. hîc, per l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoff. testa. ubi filius exhæredatus possidebat, & si hæres scriptus aget pro hæreditate, filius contradicendo excipiet: de inoff. test. inducendo querelam intra illud tempus, intra qd ageret. Vnde si est lapsum tempus agendi, scilicet quinquenniũ, iuxta l. cõtra maiores. C. de inoff. testa. est finitũ ius excipiendi. Et est text. notabilissimus sm Bal. ibi, ꝙ possessor posset intentare querelã per modũ exceptionis. ¶ Per illum tex. dixit Innoc. de ap. dilecti. Io. ij. in fi. ꝙ qui appellauit à sententia, potest eam ꝓsequi excipiẽdo, putà dicẽdo, Non exequaris hanc sententiã, uel, Non cõfirmes electum: quia appellaui, dum modò excipiat intra fatalia. Et sequitur ibi simpliciter Phil. ibi, quintò quæritur. Per illum text. dixit Innoc. de app. sæpe. super uerbo, peremptorię. ibi, arg. cõtrà pro prima parte, q; quãdo causa nullitatis est mixta causæ appellationis post tempora fatalia, nõ potest appellãs prosequi causam nullitatis: quia perit eisdem fatalibus, quibus perit iniquitas. Quod, sm Ang. in d. §. si filius. est uerũ ex eisdẽ actis. Sed de nouo bene posset intentari nullitas, nõ obstante lapsu fataliũ. Alle. no. ff. de ap. si expressum. Est gl. de sent. excom. licet. lib. vj. cum cõcor. per d. §. si filius. Dixit Inno. de or. cog. cùm dilectus. super uerb. exceptionis. ibi, item hãc exceptionẽ, ꝓponet, q; licet exceptio spolij possit opponi agendo, & etiã excipiẽdo, ut ibi in tex. tñ circa tẽpus excipiẽdi distinguit: q; aut ꝓponit de eo, qd peruenit ad spoliantẽ, & potest opponi in perpetuũ: de eo aũt, quod ad eum nõ peruenit, potest excipi usq; ad annũ, sicut in interdicto dicit, in l. j. in prin. ff. de ui & ui ar. quia intra idẽ tẽpus, ꝓponi debet exceptio, intra quod agi potest, d. §. si filius. Et ibi hoc extollit An. Per illũ text. dicit hîc Car. & Imol. q; cõtra ꝓcessum iudicis à quo, potest excipi dependentia appellationis: secus, si est deserta: quia expirat tunc exceptio, cùm oriat solùm ab appellatione. Et dicũt hîc Car. Imol. & Abb. sub ista limita, adaptari istũ tex. quia primo impetratori cõpetit exceptio cõtra sm, ex eo, quia ex primo rescripto competit actio: & ideo eo extincto lapsu anni, expirat exceptio olim ex eo orta. Sed caue: quia nõ cõpetit hîc actio ex rescripto, sed datur iurisdictio delegato super intentãda pristina actione, sm Ioan. An. & But. & Domi. hîc. Tamẽ, sm Imol. satis seruit: quia agit saltẽ de extinguenda uia agendi opere rescripti, qua sublata auferet uia excipiẽdi de rescripto, tanq; præcisa radice. Cum istis cõcordat Ang. in l. licet. C. de except. & in l. ij. C. unde ui. allegando Innoc. in d. c. cùm dilectus. ¶ Quare dixit Bar. in l. ij. in prin. ff. de except. q; quædã est exceptio ideo, quia est actio, ut est exceptio cõpensationis: & huic exceptioni præscribitur, quia est in potestate tua, quãdo agas. Allegat l. quicunque. ff. de cõpens. quã etiã ad hoc ipse alle. in l. si pacta. ff. de cõpens. dicẽs, q; exceptio mera indubitãter est perpetua. Si uerò nõ esset exceptio, sed ideo exceptio, quia est actio: tunc eatenus duraret exceptio, quatenus durat actio. ¶ Procedit ergo regula in exceptionibus, quæ nõ possunt opponi, nisi excipiẽdo, ut exceptio pacti, & iusiurandi: secus in his, quæ possunt ꝓponi etiam agendo. Exemplificat Paul. de Cast. in d. §. si minor. in fi. in officio iudicis, quo petitur restitutio: nam potest ꝓponi principaliter agendo, & etiam excipiendo per modum contradictionis. Si ergo per lapsum temporis excluditur à proponẽdo per modum agẽdi, ita per uiam excipiendi. Idem in exceptione nõ nu. pec. quæ utroq; modo potest opponi: authent. hanc querelam. C. de nõ nu. pec. Idem in exceptione cõpensationis, sm eum. Si diceres, deceptus potest de dolo agere & excipere, & tamen elapso tempore agendi de dolo, adhuc potest excipere, d. l. purè. in fin. respondẽ, quòd exceptio fundãtur ibi super alia æquitate, quàm actio. Ideo de una non infertur ad aliam: quia, secundum Card. & Imol. hîc, licet actio doli sit temporalis, non tamen exceptio de dolo: quia nõ cõpetit ex eo, quia competat actio de dolo, sed ex alia æquitate. Vnde est perpetua. Ratio differentiæ est: quia actio de dolo nõ causatur simpliciter de æquitate, sed etiã à rigore, ut puniatur dolosus, & ne cõsequatur commodum ex dolo, sed exceptio surgit ab æquitate, ut deceptus conseruetur indemnis. Et idem sentit hîc

Abb. ¶ Fortiùs obstat prædictis dictũ Hostien. But. & Abb. de sent. excom. ea noscitur. dum dicunt, quòd licet actio iniuriarum expiret anno, l. si non conuicij. C. de iniu. no. in c. fi. ĩ. de iniu. tamen per uiam exceptionis cõpellitur iniurias excommunicatus satisfacere etiã post annum: quia non debet absolui, nisi primò satisfaciat, ut ibi: & sic indirectè consequetur excipiendo, quod directè consequi non posset agendo: & re uera non uidetur dicta exceptio competere, nisi quia competit actio, nisi dicas, uel quòd hoc dictum non procedit per prædicta, uel quòd sit falsum propter decis. Rot. de iniur. ij. in nouis: ubi dicitur, quòd per lapsum anni est sublata actio iniuriarum, & obligationis ciuilis: & naturalis, adeo quòd tacendo per annum uidetur iniuriatus remisisse omnem iniuriam. Et dicit ibi collector, hoc semper fuisse seruatum in Ro. contra Benedict. de Plum. in repe. l. cùm quis. C. de iur. & fa. igno. Et ideo excommunicatus dicet, non est opus satisfactione de eo, in quo per l. eram obligatus. & per l. totaliter liberatus. Cogita: quia nullus tangit. Vide etiam, quæ dixi de except. pastoralis. in j. limi. ad c. in sinuante. de off. deleg. ubi posui, quòd exceptio dilatoria apta deduci, etiam agẽdo, potest deduci excipiendo, si oritur de nouo, contra Innocent. in d. c. cùm dilectus. & nõ sequitur propter hoc, quòd finita uia agendi non esset finita uia excipiendi. ¶ Vltimò circa glos. ij. in l. si contendat. ff. de fideiuss. & in l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. leg. quas sequuntur hîc Bald. But. Imol. & Abb. & Domi. & adde Imol. in d. l. si contendat. ubi eas reprobat: quia si quis dubitat, ne probationes pereant, ut quia habet solùm testes, faciat eos examinari, iuxta c. Albericus. de testi. Et non debet esse in potestate rei prouocare ad iudicium, d. l. purè. §. fi. Sufficiat sibi suam exceptionem esse perpetuã. Idem Salic. in l. si pater. C. qui bo. ce. poss. per l. j. C. ut ne. inui. Nisi creditor iam mouisset litem, uel diffamaret debitorem. Communem opi. tenet in distinctè Paul. in d. l. si contendat. & Alexand. optimè in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infe. quia uerum est, quòd non potest compelli inuitus agere: sed ob exceptionem, quam habeo, possum agere contra te inuitum, iudicis officio [a] implorato, ut declaret me tibi non teneri. Ita text. in d. l. si pater. ubi nondum inquietabatur, nec uexabatur. Et posito, quòd probatio non periret, nec me diffamares, necp̃ litẽ inchoasses, non dicor temerè mouerí, uolendo prouidere futuris inquietationibus, sicut possessor iustus à nullo inquietatus, potest petere, pnunciari se esse possessorem, in l. iij. §. missum. & ibi Bart. ff. de Card. edicto. Gloss. & Bartol. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. Et post transitum in rem iudicatam, potest uictor petere, ut sententia confirmetur & declaretur ualida. Innocen. in c. j. de confir. uti. Et appellatione deserta potest appellatus petere pronunciari super desertione. Imo. ĩ. eod. ex parte S. Non obst. l. purè. quia non facit reus, quòd actor ipsum conueniat: nec istud petit, sed ei silentium imponi. Quinimo potest petere eum cogi ad faciendum instrumentum quietationis, ut latius per Alexand. in d. §. eleganter. ¶ Cuius dictis adde, quòd intentãs ista remedia potest uti foro proprio, in quo eum cõuenire habeat actor: quòd licet iste sponte ueniat, tamen uenit ut reus, sed uoluntarius. Ideo forus rei originalis sequendus est. But. de fo. compe. si clericus, in fin. Cuius dicta usurpat sibi Abb. eod. tit. si quis contrà, ubi etiam dixi.

[a] *Iudicis officio] Adde tu, quòd debitor tuus opponere exceptionis potest implorare officium iudicis, etiamsi non perueniatur, ne ab aduersario inquietetur. Ita Bart. in l. j. §. j. uerf. item aduerte. ff. quod ui, aut clàm. & Bart. in l. si societatem. §. arbitratorũ. uerfic. quæro, quo iu. ff. pro socio.*

SVMMARIVM.

1 ¶ *Verbum subiunctiuum exponitur in præteritum, uel in futurum, secundum quod melius conuenit materiæ, ad euitandas absurditates, & in odiosis restringendis.*

2 *Actus quando annullatur sub conditione, nisi aliquid interuenerit, sufficit illud interuenire etiam post actum, si lex annullans non expressit, quòd interueniret in actu.*

CAPITVLVM X.

AD hæc. ¶ Non ualent rescripta, per quæ incerti iudices dantur, uel futura negocia committuntur. H. D.

1 Subiunctiuum Verbum † ad euitandas absurditates, & in odiosis restringendis, exponitur in præteritũ, uel in futurum, secundum quod melius conuenit subiectæ materiæ. Abb. hîc, & glos. ij. allegando etiam Bar. ut hîc per eum: & idem not. hîc Domi. allegando glo. in c. ij. in uer. cõmiserint. de consti. in vj. Addit hîc An. Sic. gl. in l. cùm tale. §. fi. in uer. dixerunt. in fi. ff. de condi. & demon. quæ dicit, quòd subiunctiui accipiuntur pro futuro tempore in statutis. Et eam extollit Bald. in l. leges. la ij. C. de legib. no. Abb. & Imol. tit. præced. c. fi. & ibi aliquid dixi in j. ampliatione. ¶ Adde Innoc. de testi. significauerunt. ubi dicit, quòd si aliquis dicit, peto aliquam dilationẽ, & si non datur, appello: non ualet appellatio, quia est à grauamine futuro. Sed si iudex denegauit quartam dilationem, & peto reuocari istam interlocutoriam, & ex nunc appello, si nõ reuocauerit, ualet appellatio: quia est à grauamine iam illato per illam de negationem. Et si diceres uerbum Reuocauerit, est futurum subiunctiui, & sic extenditur ad tempus futurum, l. filij mater. §. fin. ff. ad Tertul. respondet, quòd hoc uerbum ponitur ad cautelam: & sic superfluò: non enim appellat, quia non reuocat, sed quia, denegauit quartam productionem. Et ista denegatio præcesit appellationem. Quæ uerba gustat ibi solus Card. inferens, quòd si statutum diceret, quòd maritus habens filios ex prima uxore, nõ posset constituere dotem secundæ, nisi de his, qua euidenter receperit: pone, constituit dotem, postea ex interuallo recepit, An iustificetur instrumentum confessionis dotis? Dicit quòd sic, propter illud Receperit, quod est futurum subiunctiui extensiuum ad tempus
2 futurum. Item † quia quãdo annullatur actus sub conditione, nisi aliquid interuenerit, sufficit illud interuenire etiam post actum, si lex annullans non expressit, quòd interueniret in actu. Alle. tex. glo. & Bar. C. de pre. imper. off. uniuersa. Et dicit pridie fuisse decisum publicè Ferrariæ, quòd ualet testamentum usurarij manifesti, qui decesit nõ præstita cautione, iuxta c. quanquã. de usur. in vj. Sed dimisso procuratore ad præstandum post mortem, qui si præstabit, iustificabit testamentum: quod reputat dictum nouum. Faciunt not. per Bart. & Imol. in l. filio præterito. ff. de iniust. test. Et de hoc aliàs: & uide, quod extensè reduxi in c. quoniam. in princip. ut lit. non contest. circa doctrinam Bart. in d. l. uniuersa: ¶ Istud autem, quod regulariter subiunctiuum importet tempus futurum, limita attentè, nisi cesset uerbum præteritum imperfectum subiunctiui, & præsentis temporis optatiui: quia tũc distingue duos casus. Primus, quãdo illud uerbum potest ualere & operari faciendo relationem ad tempus præsens: tunc enim non porrigitur ad futura: putà, promittis, quicquid te dare, uel facere oporteret: tunc intelligitur de eo, quod debetur præsenti die, si aliquid debeat, l. cùm stipulamur. ff. de uerb. obl. intelligendo, quòd text. ibi dicat, oporteret, prout communiter habetur, secundum Doctos. ibi, faciẽtes festum de hoc. ¶ Secundus casus. Quando non posset ualere,

ualere, seu aliquid operari, faciẽdo relationem ad tempus præsens: quia tunc uerbũ Oporteret, bene trahitur ad futurũ, sm Bar. ibi. Pro quo alĩ allegãt tex. in l. si debitor. §. uerisimile. ff. de cõtrahen. emp. ubi dicit, Vendidi fructũ pendentis oliuæ, & stipulatus sum pro decem pondo olei, quod natum esset: illud Esset, intelligitur in futurũ, licet sit præteritum imperfectũ subiunctiui: quia tunc nihil erat collectũ. Vnde si nõ colligeret, nisi quinque, non erit emptio, nisi de quinq̃. Idem si esset uerbũ

[a] *Præteriti pluſquãperfecti] Adde Bar. in l. si debitor. in iij. no. ff. de contra. emp. et Bal. in l. fi. in uer. deinde recipiamus. C. de codicil. & uide omnino Alex. in d. leg. stipulamur. alleg. ĩ tex. ubi post Paul. de Cast. infert ad q. de uer. restaret. de qua ĩ.*

[a] præteriti pluſquamperfecti [a], l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uer. obl. ubi ista uerba Promitto, quicquid cõstitisset Titium tibi debere, respiciunt tempus futurũ. Tamen ex suo regulari significatu tempus pluſquãperfectũ subiunctiui, uidetur cõprehẽdere præteritũ, l. ij. cum gl. ff. si liber. inge. esse di. secundum Ang. & Imol. in d. §. Augerius. & Bartol. in l. j. vij. q. ff. de iur. cod. ¶ Et ista important: quia cùm testator iussisset solui debita de pecunijs, quas habebat in monte Florẽtiæ, postea dixit, cp̃ illud, quod restaret solutis debitis de dicta pecunia, relinquebat cuidam hospitali, & rempore testamenti solutis debitis restitissent mille, tamẽ postea testator superuixit per plures annos, & plures alias pecunias in monte acquisiuit, ita cp̃ solutis debitis restabant tria milia, fuit iudicatũ, cp̃ hospitali deberentur solùm mille, secundum Paul. de Cast. in d. l. cùm stipulamur. quia in illis potuit tũc operari dicta dispositio tempore testamenti propter uerbũ Restarẽt, quod est præteriti imperfecti subiunctiui, & præsentis temporis optatiui: secus, si tempore testamẽti nihil superesset, per d. §. uerisimile. Ad quod uide Bar. in l. si ita. ff. de aur. & ar. le. per illum tex. dum ponit, quãdo testamentũ cõprehendat quæsita post testamentum. Item dicit Paul. secus, si esset uerbũ præteriti subiunctiui, & futurũ eiusdem subiunctiui: putà, si dixisset illud, quod superfuerit, per l. solemus. cum ibi no. ff. de condi. & demon. Sed in casu præmisso loquimur in uerbo Quod reperiret, in præsenti optatiui, & in præterito imperfecto subiunctiui, non autẽ futuro. Et hæc quotidiana sunt. Quibus adde Old. cons. cccx. Thema tale est: uacante præpositura. ubi dicit, cp̃ si rex Franciæ habuit priuilegiũ super beneficijs, quæ à tali die antea in regno suo uacare contigerit, illud subiunctiuũ Contingerit, nõ comprehendit beneficiũ, quod uacabat ante priuilegiũ, & hodie etiã uacat, eadẽ uocatione, sed intelligitur de his, quæ incipient uacare à die dicta in priuilegio. Mouetur rationibus, de quibus per eum, seruientib. ad multa similia in hac materia. ¶ Adde etiã istis, cp̃ uerbũ aptũ importare præteritum & futurum, importat utrunq̃, sm Lu. cons. cccxxxiij. Quo ad primũ. dicens, cp̃ cõstitutio cõcilij cõcedens certas prærogatiuas his, qui per annũ laborauerunt in concilio, uerificat̃ tam in his, qui laborauerunt ante constitutionẽ, quàm in his, qui laborauerũt pòst. ¶ Adde etiã text. in l. Plotiano. ff. de iu. codicil. ubi sunt uerba, si quid ad hoc testamentũ pertinẽs reliquero, uolo: & ea, quæ ante testamentũ scripta sunt, cõprehendunt̃. Ad idem lex, uerbũ Erit. ff. de uer. sig. ubi si dicitur, cõfirmo, quod in codicillis scriptũ erit, fit demonstratio præteriti temporis & futuri. Vnde dicit gl. in cle. j. in uerbo, Intra mensem, in fi. de concess. præb. cp̃ gratia de præbẽda uacatura cõprehendit illã, quæ uacat tempore data: quia ex quo etiã postea uacat, dicit̃ uacatura, de quo dicet̃ j. eo. cõstitutus. quia gl. iij. de præben. si post̃q̃. lib. vj. fortè aliter sentit. ¶ Ex his dicunt Imol. & Paul. de Cast. in l. hoc articulo. ff. de hær. instit. & Paul. in l. fi. C. de ind. ui. & Paul. & Alexan. in d. l. cùm stipulamur. cp̃ si dicitur Lego filiæ meæ, quę uidua fuerit, uenit etiã illa, quæ uidua erat tẽpore testi. Facit disputatio Ia. But. Quidã pater habẽs. ubi uoluit, cp̃ si dicit Lego filiæ meæ, quæ maritata nõ fuerit: & tempore testamẽti habebat quandã filiã uiduã, & aliã innuptã, ambabus dabitur legatũ. ¶ Limita, Nisi tempore testamẽti testator sciret filiã esse uiduã: quia in casib. prædictis dicti subiunctiui stabũt solùm in futurũ. Imol. in l. si ita legatũ. la ij. ff. de condi. & dem. per illum text. ubi si ita legatũ esset, cùm nupserit, si nupta fuerit tũc, & hoc testator sciebat, alterũ matrimoniũ erit expectandũ. Ad idem l. hæc conditio: filiæ. §. fin. cum l. seq. quæ incipit, si iam facta. ff. de condi. & demonst. ubi si dicitur, Lego, si nauis uenerit, & iam uenit ignorante testatore, debetur legatũ: secus, si sciebat: quia expectabitur alius aduentus. Et ideo si Papa sciret, cp̃ nũc aliquid uacat, & scribit de uacaturo, non intelligit de tunc uacante. Imol. in d. l. hæc cõditio. Cy. in l. cùm uxori. C. quãdo dies leg. ced. Bal. & Ang. in l. Titius. §. j. ff. lib. & posthu. Expectat aũt secundus euentus, quãdo materia est apta reiterari: sicut aduentus nauis, matrimoniũ, uocatio, & similia. Sed ubi non caderet reiteratio, inspicietur tempus præsens: & dato, cp̃ loquens per uerbũ futuri subiunctiui sciat tunc cõditionem extare, refertur ad tempus præsens. Ita text. in d. l. si iam facta. uerbi gratia, lego Titio, cùm pubes erit, si tũc iam est pubes, habebit legatũ, etiamsi testator sciebat: quia amplius non poterat de nouo pubescere, ut ibi dicitur. Facit d. l. Titius. §. Lucius. ubi uerba directa ad nasciturũ, includunt iam natum, etiamsi testator sciebat, ut ibi per Bal. Et hæc no. tanquã utilia, & apud nostros non reducta. ¶ Vtrùm certa scientia æquipolleat plenitudini potestatis, & utrùm debeat exprimi certa scientia, & utrùm Papa possit committere recusatione remota: hęc omnia posui de excep. cùm inter. discussa materia gl. hîc, quæ ab omnibus quotidie & meritò extollitur. Et dum Abb. allegat dictum Innoc. j. ti. prox. quanto. uide, quod ibi dicetur. Et hanc gl. sequitur Ludo. cõsilio cclxix. ¶ Et procedit iste tex. ubi est incertitudo respectu partiũ, ĩ. eo. pastoralis. §. j. Et ibi habetis exemplum. Et limita, nisi daretur unus iudex cum facultate eligendi collegam, quem uoluerit: quia talis incertitudo non uitiat. Domi. l. dist. studeat. per illum tex. in uerbo, studeat fraternitas tua collegarum numerum sibi sociare. Et si diceretur, cõmittimus tibi, & ei, quem partes elegerint, fortè adhuc procedit iste tex. quia uidetur collega incertus, sicut de compromisso dicitur, de arbi. in nouit. Sed si diceretur de collega, quem iudex & partes elegerint, uidetur, quòd ualeat, id est, non sit incertitudo causans dubium surreptionis, propter not. uerbum Bartol. in l. si merces. in princip. ff. loca. ubi dixit, quòd si locaui arbitrio eius, quem eligemus, non ualet actus: quia possemus in eligẽdo discordare: secus, si diceretur arbitrio duorum, quorum unum eliges tu, aliũ ego: quia non possumus discordare: tamen non affirmo in proposito, quia in eligendo per partes unum ultra eligendum à iudice possent partes discordare.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Falsa Latinitas uitiat rescriptum Papæ, etiamsi constaret de mente Papæ, & etiamsi falsitas Grammaticæ esset solùm in uno c. separato: quia uitiat totum rescriptum.*

Etiam in statutis: quia per falsam Grammaticã uitiantur. nu. 2. 3. 4.

Et limitatur hæc regula xj. modis, quas limitationes uide usq; ad c. ex parte S.

5 *Rescriptum uitiatur per falsam Grammaticam, nisi falsa Grammatica posit saluari per figuram: & , nisi falsa Latinitas posit saluari per subauditionem. num. 6.*

7 *Falsa Grammatica non uitiat in scripturis diuinis.*

Item nec uitiat in ultimis uoluntatibus. num. 8.

C A-

CAPITVLVM XI.

Audientiam. j.

¶ Falsa Latinitas uitiat rescriptum Papæ. H. D. Et colligendo totam materiã, reductis pluribus hinc inde sparsis, amplia tex. quinq; modis: postea limita xj. modis. ¶ AMPLIA. Igitur primò: Etiamsi † constaret de mente Papæ. Lud. latè cons. cccl xxvj. Quæstio est, nunquid. ad fin. Et isto casu perfectio intellectus nõ supplet imperfectionem scripturæ, iuxta l. cùm pater. §. cùm imperfecta. de leg. ij. quia militat ratio huius c. s. maturitas, ppter multorũ oculos, ut hîc in gl., ppter qd præsumitur falsitas præsumptione iuris & de iure, fm eũ. Sed si esset defectus orationis aliter, q̃ per falsam Grammaticam, nõ nocet, dum modò colligat mens Papæ. Ita intelligit Inno. de fi. instr. ex parte. dum dicit, q̃ defectus dictionis, seu orationis [a], nõ nocet, dum modo colligatur mens Papæ. Exemplũ. Si dicit, Volumus prouideri Titio de spectante ad talem ecclesiã, deficit beneficio, nõ nocet. Vel si diceretur, Volumus Titio de beneficio spectãte ad collationem episcopi, deficit Prouideri, non nocet: qa cõstat de mente Papæ, fm eũ. Et reuera illud est mirabile, q̃ præsumat falsitas ex eo, quia nõ credit transisse per tot manus materia malè cõstructa. Et hoc nõ habeat locũ in materia aliter defectuosa: Nisi dicas, q̃ cituus corrigeret uir doctus manifestũ errorẽ Grãmaticæ, ppter horẽ cancellariæ, q̃ defectũ taliũ uerborũ, quæ subintelligunt, uel non arguunt ignorantiã, sed inaduertentiã. ¶ Amplia secũdò, etiam in literis aliorũ principũ. Abb. hîc in fi. quia cùm cõmuniter habeãt cancellarias ordinatas, & uiris doctis repletas, est cadẽ ratio, quæ in literis Papæ. Idẽ sentit Bar. in l. Plautius. in fin. ff. de au. & ar. le. & Bal. in l. eam, quam. in princ. C. de fide ic. lib. Sed de hoc dubito: quia licet habeãt multos & doctos scribas, tamẽ unus nõ uidit literas, quarũ expeditio alteri committit. Non sic in cancellaria Papæ, ubi transeũt per ix. manus. Et ideo nõ uidet æquiparatio bona, nisi stylus inter scribas principũ haberet saltẽ de more reuisionẽ literarũ, prout aliquãdo fit. ¶ Amplia tertiò, etiamsi † falsitas Grãmaticæ esset solùm in uno capitulo separato: quia uitiat totũ rescriptũ. Bal. hîc: quia deficiat tota authoritas & fides, ideo nõ ualet: quia fides ejusdẽ scripturæ est indiuisibilis, per tex. hîc, ibi, fidẽ nolumus adhibere. & ix. dist. si ad sacras. Est uerùm, q̃ de hoc dubitat An. Sic. hîc, ppter c. si eo tempore. de rescri. in vj. ibi, surreptio in una parte nõ uitiat totum rescriptũ in partibus separatis. Sed respõde dupliciter: Primò, q̃ aliud surreptio, aliud falsitas: surreptio nõ tollit, quin cõstet de uolũtate principis, in c. separato. Sed falsa Grãmatica facit uideri rescriptũ esse extra uoluntatẽ, & extra cancellariã principis: quia est signũ, q̃ totũ rescriptũ caret examine: nam examinantes uidissent errorẽ. Vel dic, q̃ imo surreptio in una parte uitiat totum, sicut de instrumento & testimonio dicũt Inno. & alij de hære. fraternitatis, & omnes, C. de trãsact. si ex falsis. Ad c. si eo. respondet Abb. j. eo. sedes. quod loquit, ubi est surreptio in tacendo uero, nõ aũt in falso exprimẽdo: uel quod loquitur, ubi surreptio est in parte, quæ nõ causat principaliter cõcessionem gratiæ, sed Papa aliunde mouet. Vide, quod dicet ibi. ¶ Amplia quartò, etiam in priuilegio. Gl. & omnes Doc. hîc: pro quibus facit, quod no. Dom. in c. j. ibi, quærit Lap. de rescr. in vj. dicens, q̃ ille tex. habet locũ in priuilegio: quia appellatione rescripti etiã cõtinetur priuilegiũ. Alleg. not. per Inno. & Compos. j. eo. super literis. Facit c. ex literis. de fide instr. & ibi Abb. ult. no. dicẽs, q̃ strictiùs iudicaẽ priuilegiũ, q̃ rescriptũ ad lites: & faciliùs præsumitur falsitas in priuilegio, per tex. ibi, & c. pe. de cri. fal. & quod no. Innoc. in c. episcopi. de re. eccl. nõ alie. licet gl. in c. Apostolicæ. hîc alleg. in gl. faciat differentiã [b] inter rescripta & priuilegia: cum qua simpliciter transit Bal. in l. imperator. la j. in primo commento, in prin. ff. de statu ho. ¶ Amplia quintò, etiã † in statutis: quia per falsam Grammaticã uitiant. Bal. hîc æquiparando statuta & rescripta, nisi fortè essent statuta rusticorũ, qui nõ cognoscũt literas: arg. l. fin. C. de test. mi. Contrariũ in primo dicto tenet hîc An. Sic, qa statuta magis æquiparantur ultimæ uolũtati. Bar. in l. fi. ff. de reg. Cato. cũ cõcor. de quibus per Lu. in l. j. in iiij. q. C. quãdo nõ pẽ. par. Et in ultimis uoluntatibus nõ habet locũ iste tex. ut hîc in glo. Ergo, &c. Et ita residet. Sed pro Bal. facit: qa sicut iste tex. extenditur ad priuilegia, item ad rescripta principũ propter maturitatẽ in eis præsumptã attentis plurib. manibus, per quas transeũt: ita uidet in statutis, in quib. cõdendis, dictãdis, & publicãdis plures cõcurrunt. Tamen cõtra Bal. facit alia ratio: quia approbato uolumine statutorũ error Grammaticæ nõ potest inducere præsumptionẽ falsitatis in particularib. statutis, sicut in rescriptis, & priuilegijs, in quib. ideo notatur falsitas Grãmaticæ, ut denoteẽ, q̃ carẽt ueritate. ¶ LIMITA undecim modis hanc decretal. ¶ Primò, dum modò falsa Latinitas sit manifesta: secus, si dubitabilis. Bu. Abb. Imol. & Domi. hîc, per istũ text. in verb. manifestè. Idem Bar. in d. l. Plautius. in fi. dicẽs istũ text. ꝓcedere in uitio euidenti: secus, si nõ sit euidẽs, sed eliciatur per aliquam subtilitatẽ. Et dicit Bal. hîc, q̃ in dubio uerba debent intelligi, ut non inferaẽ peccatũ in cõstructione, si fieri potest, arg. d. l. Plautius. ubi dicit esse tex. not. Sic in c. causam. j. eo. uerba rescripti, peruertentia ordinẽ iuris reducuntur ad sensum iuris per interpretationem. Et facit l. talẽ. ff. de hær. instit. secundũ eum. Et facit limitatio seq. ¶ Limita secundò, nisi error Grammaticæ procedat ex defectu unius literæ, siue litera deficiat, siue loco unius literæ sit posita alia. Abb. hîc, & eleganter Car. cõsil. xcv. Nobilis & præstans amice optime. Inducit c. ex parte. de fi. instr. dicens, per illum tex. limitari istũ. Et loquitur Car. de una indulgentia, in qua dicebatur, Præsentibus literis perpetuis temporibus duraturas: debebat dicere, duraturis: dum modò uarietas literæ nõ mutet substantiã, uel inducat æquiuocationem, propter c. inter dilectos. de fid. instru. ubi defectus unius literæ in uerbo Luitardus, uitiat: quia inducit mutationẽ nominis, & uariationem personaꝝ. Et subdit, q̃ ista exceptio falsæ Latinitatis hodie nõ admittitur in curia. Et quòd hæc opinio est æquior, sed ad sustinendũ non facilis, & de rigore, dicit, q̃ plures cõsulerent contrariũ: ad quod euitandũ suasit, ut dictæ literæ indulgentiæ reficerẽtur: quod nõ puto necessariũ: quia responsio data ad c. inter. est approbata per omnes in d. c. ex parte. & Arc. xix. dist. in memoriã. circa med. Et istud factum dictæ indulgentiæ ponit etiam Abb. in d. c. ex parte. attribuens Car. ibi, qui in lib. meo non ponit. ¶ Limita tertiò, nisi sit defectus orationis aliter, quàm per falsam Grammaticam, & non impediat perceptionem mentis literarum. Inno. in d. c. ex parte. Et Ludo. consil. præal. & Arc. in d. c. in memoriã. quia oculus officialiũ sæpe fallitur, & magis inspicit sensus, quàm scriptura, & bulla tollit suspicionem. Tamen ubi est talis Grammatica erronea, uitiatur rescriptũ, & est speciale, secundũ eos sentientes, q̃ etiã defectus literæ inducẽs falsam Grãmaticã uitiat, de quo j. Et ista sequit Arc. latè in c. Apostolicæ, alleg. in gl.

¶ Est

1 dis.

2 *Seu orationis] An & quando uitiatur per defectũ unius dictionis, seu orationis, uide plenè & not. per do. Soci. cons. xv. inc. Visis præ dictis publicis instrumentis. uers. quæ quidem omnia. cir. med. in j. part.*

a *Differentiã] Pro qua differentia uide omnino per do. Ias. May. in l. fin. ff. de consti. prin. & ibi etiam Bart. in fi. in uer. quæro, quæ est dif. & Bar. in l. præscriptione. in fi. uers. dic ergo breuiter. C. si cõtra ius, uel util. publ. & Spec. in tit. de rescript. in princ.*

3

a *Constat] Sed quid, si quis sit uocatus sub nomine familiæ, omisso nomine patris, ut putà si diceretur, do. Benedictus Vadi. dum dici deberet, do. Benedict. Philippi de Vadis? Dic, quòd nõ uitiat, ut not. per do. Soci. consilio lxxxix. incip. in causa agitata. uers. præterea ista conclusio. in fin. in j. parte.*

4

5

6

c. ad audientiã. j.

¶ Est uerum, quòd Domi. in d. c. in memoriam. restringit hoc ad literas contentiosas, in quibus non ita facilè præsumitur falsitas: quia ius non cõferunt: secus in gratiosis, quia licet bulla faciat aliqualẽ probationem de mente Papæ, tamẽ iudex habebit eam suspectam, cùm per ea tribuatur ius impetranti: & tales literæ transeũt per multas manus. Alle. Host. qui ita uult in d. c. ex parte. & sequuntur ibi Bu. & Imol. Sed Car. ibi putat illum tex. procedere etiam in literis gratiosis, Ex quo non matur sensus: & etiam in defectu syllabæ, ut ibi per gl. uel dictionis, uel orationis, ut ibi per Innoc. Vnde refert se uidisse decidi duo dubia Florentiæ. Primum, quòd impetratio plebanatus sancti Pancratij ualeret, licet in literis diceretur Pancratij, posito eo. pro c. Respondet ad c. inter dilectos ꝓ ibi mutabatur sensus: secus, ubi appareret per aliàs cõiecturas de mente Papæ. Aliud est, quòd dum mandaretur executori, ut induceret in corporalẽ, deficiebat possessionem: fuit obtentum, ꝓ non uitiaretur rescriptum: quia præcedentia & sequentia ostendebant mentem scribentis, maximè dicendo, & inductum defendas. Et ista sequitur ibi Abb. dicens, q̃ † iste text. procedit, quando Latinitas est falsa apparenter, nõ autem ex transcursu pennæ, seu mutatione unius literæ loco alterius: quod facilius contingit. Et sic uult, q̃ defectus literæ etiam inducens falsam Grammaticam, non uitiat, sed peccatum falsitatis debet esse manifestum & importans, licet non oporteat, q̃ turbet intellectum rescripti. Obst. dictum Bar. in l. præses. C. de sent. & Lud. in rep. l. j. ff. de re iud. Bald. & Ang. in l. j. §. fi. ff. de hære. instit. ubi per multa dicunt, q̃ dispositio l. uerbum Volo. C. de fideic. & dicti §. fi. & l. Titia. §. qui Marco. ff. de annu. lega. ubi dicitur, defectum uerbi principalis non uitiare ultimam uoluntatem, procedit ex ratione speciali: quia plerunq; testatores anxij debilitate, non proferunt omnia: sed in alijs materijs secus est, secundum eos, ubi dispositiones, quæ aliàs solenniter fiunt, non recipiunt subauditiones, sed truncatus sermo uitiat eas, l. si quando. C. de consti. pec. Vnde si in sententia sunt omnia, excepto uerbo Condemnamus, erit nulla, nec subintelligitur. SOL. Non obst. hoc dictum: quia contrarium tenet Bar. & Rapha. Paul. in d. §. fin. Nic. de Mathe. Bald. Paul. de. Cast. Alex. & Corneus in l. errore. C. de testa. per id, quod dicitur de ultima uoluntate. Quod est duplici ratione: tum propter debilitatẽ, uel fauorem testamenti, & ista bene cessat in sententia: tũ propter reliqua uerba testamenti operantia mentem testatoris, & ista non cessat in casu prædicto: secundum Imol. in d. §. fi. facit §. affinitatis. Insti. de nup. Et sufficit, q̃ ex æquipollẽtibus constet de mente, ut latè in sistunt Moderni in d. l. errore. Quibus adde c. in his. de uer. sig. ¶ Propterea dixit Bal. in d. l. imperator. in primo commento, in princ. loquens in rescriptis & priuilegijs, quòd nõ dicitur falsa Grammatica, licet deficiat uerbum perficiens orationem: quia, secundum eum, subauditur, & sufficit perfecta oratio mentalis: quia uirtus humanorum actuum non stat in uno modico atramento, sed in eo, quod maximum est, scilicet in mente hominis. Et paulò infrà ponit de notario, qui dixit Facinia, pro Falcidia, & Valeriano, pro Velleiano. Vnde dicit Ang. in l. qui habebat. ff. de manu. test. q̃ si literæ dicunt De ecclesia sancti Martini, cùm deberent dicere Martini, non nocet, per illum text. ubi idem dicitur de illo, qui posuit Catinum pro Cratino. Et dicit Spec. de rescript. præsenta. §. primò igitur. uer. item quòd literæ. q̃ licet cõtra rescriptum posit opponi, q̃ literæ in syllabis, & syllabæ in dictionibus, & dictiones in lineã magis discretæ sunt in uno loco, quàm in alio, & inducitur æquiuocatio, d. c. inter. tamen defectus literæ nõ habet obstare [a]. Et idẽ dicas de defectu puncti, uel tituli. Bal. in d. c. ex parte. per illum text. Vnde dixit Bald. C. de do. ante nupt. cùm antè. q̃ si tabellio dixit, iure restitutionis, pro institutionis, nõ nocet. Et dicit Bar. in l. demonstratio. in fin. princ. ff. de cond. & de. q̃ si dicitur Conradus, pro Conradino, nõ nocet, si aliàs de corpore constat [b]. Et dixit Bald. in proœ. C. in fin. principij, q̃ syllaba superflua non nocet. Et dicit Bald. hîc, q̃ superfluitas in una litera, uel syllaba, uel uerborum inculcatio non nocet, nisi daretur alteratio sensus, per d. c. inter. Et ideo dicit Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. q̃ si instrumentum dicit, In nomine, & deficit Domini, non nocet. Idem, si dicat Domini, subintelligit In nomine. Vnde inquit Bar. in l. item apud. §. sed qd dicitur. ff. de iniur. q̃ si dico Meretrix, uel Latro, subintelligitur es, licet non dicatur. Et Bal. in l. contractus. ibi, sed quæro. C. de fid. instr. dicit, q̃ defectus uerbi promissiui in instrumento, in quo quis asserit se debitorem, non nocet. Et dicit glo. in c. & hæc diximus. in uerbo, si cognouisses. xvj. q. vij. q̃ imperfecta locutio nõ uitiat testimoniũ, uel instrumentũ. Bonus tex. in l. iij. in princ. ff. de annu. leg. ubi si dicit Volo ea præstari, æquis subauditur portionib. ¶ Limita quartò, Nisi literę Papæ transirẽt extra suã cancellariã, putà per camerã. Bu. & Domi. hîc, & Domi. in d. c. in memoriã. quia cessat ratio gl. hîc. Dic cõtrà, fm Imol. & Abb. hîc: quia ueriùs. ille est, q̃ etiã præfecti literis cameræ sint plures & periti: & licet tex. in c. præce. ponderet literas emanãtes de cancellaria, retulit tamẽ se ad id, qd cõmuniter accidit: sed non negat, quin extra cancellariã posint cõcedi literæ: & istæ sunt magis suspectæ, ut ꝓbat hîc sufficiẽter Abb.

¶ Limita quintò, Nisi † falsa Grammatica posit saluari per figuram. Abb. hîc, & in c. j. de iud. per illum tex. cum gl. ubi exponitur Quem per Qui. Et dicit Bal. hîc, q̃ per figurã potest saluari mala Grammatica legalis. Alle. l. eam, quam. C. de fidei. ubi idem tenet glo. j. & An. in lectu. circa prin. & in rep. ponẽs latè de antiptosi, per quã ponitur casus pro casu, ut in glo. j. c. unico, in uerb. unctionẽ. de sac. unctio. per illum tex. ibi, unctionẽ, quã accepistis, maneat in uobis. & Ioãnis xiiij. Sermonem, quẽ uos audistis, &c. & apud Poetã, *Vrbem, quam statuo, etc.* & in Psalmo, Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hîc factus est in caput anguli. ¶ Limita sextò, Nisi † falsa Latinitas posit saluari per subauditionem. Bald. in d. l. eam, quam, circa princ. subdens, q̃ melius est saluare per subauditionem, quàm per figuram: quia figuræ corrumpunt regulas. Et de quadruplici subauditione uide Bal. in d. l. errore. Et scias, quòd per subauditiones non est inducenda iurium correctio. Glos. trita in c. cupientes. §. quòd si. in uerbo, petere. de elect. in sexto. quam Imol. facit singul. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. & in l. si cùm dotem. in fin. princip. eod. titul. & Ana. in c. quia in omnibus. de usur. & in c. Iudæi. lo j. de Iudæ. Tamen est alia similis in d. §. quòd si. in uerbo, priuatos. quasi in medio. ¶ Limita septimò, Nisi esset erratum in orthographia: quia licet sit pars Grammaticæ, non uitiatur rescriptum. Bald. in d. l. imperator. la j. primo commento, circa princip. quia mala circumscriptio literarum non uitiat: & licet sit error orthographiæ, non tamen est Latinitas mala: quia est ars rectè scribendi, secundum eum. Intellige, nisi per talem defectum haberi non posset intellectus uerborum: putà, quia esset multipliciter intelligibilis. Bald. hîc, non in lectura, sed in apostilla: quem ita allegat hîc Andreas Sicul. post Petrum de Ancha. ¶ Limita octauò, nisi sit rescriptum in

corpore

a *Obstare] Ad quod uide no. per do. Soci. consilio cxlvij. incip. Viso processu. uer. præterea. ex prædictis. j. parte.*

b *Constat] Sed quid, si quis sit uocatus sub nomine familiæ, omisso nomine patris, ut putà si diceretur, do. Benedictus Vadi. dum dici deberet, do. Benedict. Philippi de Vadis? Dic, quòd nõ uitiat, ut not. per do. Soci. consilio lxxxix. incip. in causa agitata. uers. præterea ista conclusio. in fin. in j. parte.*

corpore iuris clausum: quia per malam Latinitatē non uitiatur. Ita Bal. in d. l. eam, quam, in prin. Et licet apertè nō firmet, sed dicat ibi posse saluari per subaūditionem, tamen puto dictum esse uerum: quia sicut dixi de statuto, non possumus dicere, ꝙ lex sit falsa, uel ꝙ emanauerit ab alio, cū à iurisconsulto, ex quo est inserta in iure: & ideo nō est æquiparatio de tali rescripto ad alia, quæ ideo uitiantur propter falsam constructionē, quia præsumuntur falsa, & non transiisse per manus peritorum. Sed ista præsumptio non cadit in rescripto in corpore iuris inserto: quia sumus certi, ꝙ emanauit per manus peritorum. Et ideo si per subauditionem, uel figuram saluari non posset, adhuc crederem ualere rescriptum: quia in diffinitione & essentia legis, de qua quarta dist. erit autem. nō ponitur de bona Grammatica. Et rescriptum insertum habet uim legis, ut diximus s. eo.
7 cùm ordinem. ¶ Limita nonò hanc materiā, ut † nō procedat in scripturis diuinis, secundum Ioan. An. hîc per tex. in palea: indignum. xxxvij. dist. ubi dicit Ang. indignum uehementer existimo, ut uerba cælestis oraculi restringantur sub regulis Donati. Et ante August. fuit dictum Greg. super Iob in fine prologi. Bonus text. in c. retulerunt. de consec. dist. iiij. quòd illa uerba, In nomine patria & filia & spiritus sancta, &c. non uitiant baptismum. Ad idem c. si non sanctificatur. ea. distinct. & in c. sedulò. xxxvij. distinct. ubi tex. exclamat contra Iacos, qui mordent prælatos, uel ministros ecclesię inuocantes Deum cum barbarismis, uel solœcismus. ¶ Et dicitur barbarismus, secundum Arch. ibi, unius uerbi corruptela, ut Cognoscēre penultima producta, & dicitur à barbaris gentibus. Solœcismus uerò est uitiosa uerborum cōpositio, ut si dicitur Inter hominibus, pro Inter homines: & dicitur ab urbe Soloë, quæ nun dicitur Pompeiopolis: quia apud alios cōmorātes suam & aliorum linguam confuderunt, secundum ipsum.
¶ Et dicit ibi Domi. ꝙ licet sacerdos in sacramentis ecclesiasticis peccet contra regulas Grammaticæ, per hoc non uitiantur sacramenta. Alle. d. c. si non sanctificatur.
8 ¶ Limita decimò materiam, ut † non procedat in ultimis uoluntatibus. Gl. hîc communiter approbatæ: plenè ponunt omnes in l. errore. C. de testa. maximè, quando defectus uerbi principalis, uel aliorum uerborū uitiet testamentū: de quo ibi latiùs cæteris per Corneum.
3 Ideo secunda ratio melior, secundum Imol. ¶ Et † habet locum opinio cõmunis etiam in prælato notoriè criminoso & incorrigibili, per d. c. nonne. secundum Abb. hîc contra Hostien. in cap. j. de censi. in vj. Et si diceretur, propter hæresim manifestam, licitè receditur à prælato: gloss. j. in d. c. cùm non liceat. Et istud sapit hæresim, scilicet, habere crimen notorium, & esse incorrigibilem, gloss. fin. in c. si Papa. xl. dist. responde, quòd ubi fit mentio de depositione, uel subtractione obedientiæ propter hæresim, debet intelligi de hæresi propriè, prout est error in fide, non de alijs, quæ largè dicuntur hæreses, ut simonia: gloss. j. in c. si quis pecunia. lxxix. dist. & Domi. in d. c. si Papæ. Et dum Ab. allegat gloss. in c. sacerdotes. ij. q. vij. adde, quæ dixi post ipsum de præscript. cùm nõ liceat. Et ad prædictam regulam oppone & solue, ut dico in fin. huius c. ¶ Limitantur primò prædicta, in excõmunicatione: quia illa semper opponi potest contra quemlibet iudicẽ in omni parte iudicij, ut plenè tradit̃ de re iudi. ad probandũ. Facit c. pia. in fin. de excõ. in vj. cum ibi no. Et ita omnes hîc. ¶ Secundò limita, nisi excipiat̃ de crimine inducente priuationem officij ipso facto, putà si fuit condemnatus de crimine infamante: quia talis sententia priuat ipso iure. Abb. hîc. ¶ Tertiò limita, nisi iudex commisisset crimen inducens ipso facto nullitatem tituli dignitatis suæ, per id, quod dictum est suprà, de simoniaco, apostata, & simil. In quo aduerte, qa non sufficit talia fuisse commissa, ad hoc, ut habeatur pro priuato: sed requiritur sententia, non dico, priuatiua, sed declaratoria commissi criminis, per d. c. cùm secundum. de hæret. in vj. & l. eius, qui delatorem. ff. de iu. fis. & ibi Bar. Tamen talis declaratoria non est necessaria in iij. casibus, quos nouiter reduxi infrà, eod. Rodulphus. uer. sed sententia declaratoria. ADDITIO. ¶ Quartò limita, nisi opponatur ordinario impedimentum naturæ inhabilitans funditus ad iudicandum, per id, qđ dicetur in seq. addi. ¶ Quintò limita, nisi opponatur seruitus, ut in ea. addi. ibi, considera bene. Et prædicta not. quia non traduntur per alios ita claré.

Valet

4 Valet processus iudicis, qui † patiebatur defectum impeditiuũ suæ potestatis non occultum, si non fuit oppositum. ¶ Primò considera, quòd ista conclusio procedit in delegato, non in ordinario, per prædicta, & de hoc aliquid infrà. ¶ Secundò dic cõmunem opi. esse istam, q̃ processus ualeat. Et ita Inn. But. Imo. & Domi. hîc: quia istę sunt exceptiones dilatoriæ inductæ à iure positiuo. Et ideo si non opponantur, ualet processus. Et sequitur Spec. de excep. §. ij. uer. sed quæro de his. & Arch. iij. q. vij. in summa: & Bar. in l. quidã consulebant. ff. de re iudic. ibi, & in istis casibus. & ibi, tu dic, & Pet. de Anch. hîc propter gloss. in simili in l. ita demum. C. de procur. Et sentit Bart. in l. j. C. de testa. in quantum dat practicam opponendi contra iudicem. Simile dixit But. in c. j. de accus. ualere iudicium cum accusatore inhabili, si non opponatur. Et simile dixit gloss. in c. j. de iudic. in vj. in l. quamuis. C. de adult. & l. filiusfamil. §. ueterani. ff. de procur. cùm simi. ualere iudicium cum procuratore inhabili, si non fuit oppositum. ¶ Limitatur ista opinio cõmunis, nisi inhabilitas causetur à defectu naturali: puta, quia furiosus, surdus, pupillus, uel aliud sim. le: quia processus talis iudicis est nullus: & de tali exceptiõe semper opponi potest, quia reddit iudicium retro nullum, secundum Inn. hîc, quem prædicti extollunt: & sequitur Angel. in l. fin. C. de excep. & Lud. in rub. de arb. ibi, decimooctauò pone. uolens, quòd etiamsi arbiter habet potestatem cum clausula, Non obstante aliqua iuris solennitate, tamen non censetur remissa inhabilitas iuris naturalis, ut si est furiosus, surdus, etc. Alleg. Innocent. hîc: secus in impedimẽtis iuris ciuilis, ut quia infamis, seruus, fœmina, etc. & dicit, quòd Ang. sequitur ista dicta in l. cùm prætor. ff. de iudic. & hoc est falsum, ut statim uidebis. Et ideo Bal. in l. bonorum. la ij. C. qui admi. dicit, quòd contra defectus iuris naturalis non cadit dispensatio iudicis. Alleg. Innocen. hîc. Facit dictum Hostien. in cap. j. de translat. dicentis, quòd clausula supplens omnem defectum, non purgat tales defectus: & sequitur Archid. in c. Cænomanensem. lvj. dist. & omnes in d. c. j. dixi in c. ij. ad fin. uer. leges insertæ. suprà, eod. ¶ Ampliatur ista limitatio, etiamsi talis iudex pronunciaret se competentem. Bart. in d. l. quidam consulebant. But. infrà, eod. super literis. ibi, sed ij. contrarium. & ibi dicetur. ¶ Probant ista generaliter, quòd licet exceptio defectus iurisdictionis sit dilatoria, tamen potest opponi post lit. contest. quia reddit iudicium retrò nullum. Et idem dicas de omni exceptione, quæ possit hoc operari, secundũ Domi. in c. si quis episcopus. §. exceptio. iij. q. vj. dicentem esse text. optimum in c. ad petitionem. de accus. ubi quando iudicium esset nullum ex defectu iurisdictionis iudicis, potest hoc opponi etiã post receptas probationes super causa principali. Alleg. etiam gloss. pen. in l. licet. C. de procur. & in cap. in nostra. in uerbo, momenti. de procur. not. Salic. in l. j. C. de iu. om. iudic. & in l. exceptionem. C. de proba. But. Abb. & Imol. in c. exceptionem. de except. & ibi dixi in viij. limita. Et istis adde Bald. in rub. C. qui accus. ibi, sed an post litem. ubi loquens de accusatore, dicit, q̃ exceptio inhabilitatis ortæ à iure naturali potest opponi post lit. contest. secus, si prouenit à iure ciuili. Alleg. Innocent. hîc. Sed contra opinionẽ cõmunem insurgit hîc Abb. rationibus efficacibus, de quibus per eum, quem sequitur latè And. Sicul. inducens l. ij. ff. de reg. iur. & alia. Non obstat dictum But. in c. j. de accus. quia cõmuniter probatur, ut per Moder. in lib. Malefi. fol. 165. & per Ang. in l. j. §. accusationem. ff. ad Turp. cum concord. Similiter gloss. in d. c. j. de iudic. in vj. reprehenditur accuratè per Sali.

a Volentẽ] Ad de, quòd ideẽ tenet

a in l. quamuis. C. de adult. uolentem a, q̃ imò iudicium criminale actum cũ procuratore est nullum nemine oppõnente. Et istam partẽ firmat etiã Ang. in l. cùm prætor. ff. de iudic. dicens, nõ placere sibi dicta Innoc. hîc, quamuis subtilia: quia lex resistit potentiæ delegandi, & reddit istos inhabiles & incapaces iurisdictiõis. Ergo iurisdictio non confertur in eos: & ideo obiectus partium non est de substantia: quia priuati sunt unditus radice iurisdictionis, secundũ cum, quem sequitur Alexand. in d. l. quidam. dicens idem tenere Imol. hîc, qui in libro meo hoc non tenet, sed sequitur But. uer. circa secundum. Et hanc partem sequamur, per quam nihil erit speciale in impedimento iuris naturalis, sed idẽ in quolibet alio. ¶ Considera bene, dũ Ab. te-
5 net, nullum † esse ipso iure processum delegati impediti impedimento iuris non occulto: quia aliqua ex suis motiuis uidentur inferre idẽ in ordinario, maximè dũ ponderat l. Barbarius. ff. de offi. præt. & uult, q̃ si seruitus fuisset ibi nota, processus Barbarij non ualuisset, & tamen illa l. loquit̃ in ordinario. Istud aũt esset contra ea, quæ diximus §. quòd contra ordinarium impeditũ impedimento nõ occulto non potest opponi inhabilitas. Sed dicit, q̃ illa conclusio loquens de ordinario, non procedit in seruo: quia eius processus est nullus, licet non opponat̃, dum modò non habeat̃ pro libero. Ita firmat Ang. in d. l. cùm prætor. §. non aũt. per d. l. Barbarius. & latiùs Bal. in d. l. Barbarius. in lec. dicens, quòd subditi nihil possunt opponere contra ordinarium, quamdiu à superiore tolleratur, nisi in exceptione seruitutis, in qua est speciale: quia iurisdictio æquiparat̃ dominio, l. qui furere. ff. de sta. ho. Ergo uera acquisitio, s. perpetua, non cadit in seruum. Aliæ rationes Ab. ideo non operant̃ in ordinario, qui propter utilitatẽ publicam, quãdiu tolleratur à superiore, iurisdictionẽ habet, per d. c. nonne. viij. q. iij. Et hanc differentiam in specie firmat hîc Imol. nisi in casibus s. positis. Et ista no. ¶ Dispositio l. Barbarius. ff. de offic. prætor. habet locũ etiam in delegato. Glo. & omnes hîc. Fallit istud primò, quando ignorantia inhabilitatis esset supina. Inn. & alij hîc. ¶ Secũdò fallit, ubi partes sciunt inhabilitatem: quia licet cæteri ignorent, tamen gesta in fauorem scientis sunt nulla, aut irritanda. Cal. de re iudic. ad probandũ. & Abb. hîc, dicens ita limitari eleganter d. l. Barbarius. Vide omnino, quæ dixi in d. c. ad probandũ. ¶ Tertiò fallit, qñ inhabilitas nõ causat̃ ex defectu personæ delegati, sed ex nullitate rescripti: quia licet putaretur esse ualidus processus, erit nullus. Imo. j. eo. cũ dilecta. ibi, potes tamen dicere per illũ tex. Sed de hoc uide latiùs Ab. ibi, sed contra prædicta. Cętera ad materiã dictæ l. Barbarius. uide per Scribentes ibi, & per Inn. j. de elec. nihil.

6 Non se Excusat † is, cui fit commissio prætextu infamiæ, uel alterius inhabilitatis. Inn. hîc, & cõiter alij. Et Spe. de deleg. §. excipi. uer. sed nunquid. per l. nec infames. C. de decur. lib. x. Et ita uidetur præsupponi, p regula ab alijs statim alleganda: quorũ uarietas uidet̃ adaptabilis limitando regulã vj. modis. ¶ Limita primò, dũ modò inhabilis eligat̃, uel promoueat̃ per superiorẽ, put fuit in l. Barbarius. Secus, si impetret officiũ: quia punit̃ tacendo se inhabilẽ, Bal. in l. quos, phibet. ff. de postu. Et hoc in apostil. & in l. Cassi⁹. ff. de sena. dicens ita intelligi debere l. ij. C. si seruus, uel liber, ad dec. as. lib. x. ¶ Limita secundò, uel declara,

c. scisci-tatus.

Bart. in l. pen. §. ad crimen. uer. ste. quæro, qd si procurator. ff. de publicius. iudic. & Bal. in l. ita demũ. uer. sed quid dicemus. & in l. licet. in uer. sed quo ad secundũ membrũ. C. de pœ. & Bal. in l. falsus. uer. sic. uenio modò. C. de furtis. Adde Bar. in l. filiusfamil. §. ueterani. in fin. ff. de proc. qui facit differentiam inter procuratorẽ, qui totaliter esse nõ potuit, & aliũ procuratorẽ. Ade etiam, q̃ Papa, uel imperator de potestate ordinaria nõ potest procuratorem admittere ex parte reỹ in causa criminali: tex. est in c. uenientes. de accus.

nisi tertius opponat de tali defectu. Ita no. An. Sic. hîc ꝓpter dictũ Bar. & sequaciũ in l. ubi pactũ. C. de transa. dũ dicunt, ꝙ tertius põt opponere in fauorẽ inquisiti, ꝙ occisus erat bãnitus, & impunè offendibilis. Et subdit An. Sic. ꝙ si officium est honorabile, põt se excusare: secus, si est onerosũ. Sed utrąq; pars huius dicti est expugnabilis per ꝛ. dicenda. ¶ Limita tertiò, dum modò assumat quis, ut delegatus: quia non tenet se excusare, cũ non deferat ei dignitas: secus in ordinario: quia nõ est licitũ inhabili aspirare ad dignitatẽ ordinariã, imò punit. Ita Ang. in l. cũ prætor. §. non aũt. ff. de iudic. cũ concor. Hoc modo intelligat Inn. hîc cum Bar. in d. l. ij. ¶ Limita quartò, nisi impedimentũ fuisset prius detectũ: putà, quia condemnatus: quia tunc põt & debet se excusare. Neq; dicit allegare suam turpitudinẽ, adeo, ꝙ ex hoc nõ sit audiendus. Bar. in l. ij. C. si ser. uel. lib. & Ab. hîc. Facit dictũ Bar. in l. iusiurandũ, qd' ex cõuentiõe. §. ꝓcurator. per illũ tex. ff. de iureiu. ubi

a dicit, licitũ [a] esse allegare turpitudinẽ detectam: de quo ipse facit festũ, & referunt ibi Scribentes, & sequit Lud. in l. fi Stichus. ff. de uerb. obl. & Abb. in c. cũ super. de cõtest. præb. Vñ dicũt Bal. & Sal. in l. fi. C. de nõ nu. pe. ꝙ licet ubi iuratum est oĩa esse uera, nõ possint iurantes uenire ꝓ iuramentũ allegando simulationẽ, ut ꝓ But. in c. cũ cõtingat. in vij. mẽbro, de iureiur. & Imo. in c. ad nostrã. ad fi. de emp. & uẽ. tũ si ꝓbationes allegãtis simulationẽ fuerint receptæ & admissæ, tunc post detectã turpitudinẽ licitũ est allegare iuratã simulationẽ. Et dicit Bal. in c. intelleximus. de iudic. ꝙ excõicato licitum est allegare excõicationẽ suã: quia est detecta per sniam excõicationis. Et dicit Bal. in l. fi creditoribus. in fi. C. de ser. pi. da. ma. ꝙ quis põt allegare sniam, quę cõtinet turpitudinẽ suã: quia est detecta. Et cũ istis cõcordat Bal. in rep. l. ij. uer. ad solutionẽ. ff. de iureiur. Alios aũt casus, in quibus licet allegare propriã turpi-

b tudinẽ [b], dixi aliàs in c. tertio loco. de ꝓsump. ¶ Limita † quintò in teste: quia põt se excusare dicendo, nõ sum habilis. Ita sentit beat⁹ Tho. ij. ij. q. lxx. art. iij. in fin. dicens, ꝙ nihil prohibet aliquẽ excusari à testimonio ferendo, si non reputet idoneus sm iura. Et idẽ sentit glo. j. in fi. in c. quærendum. ij. q. vij. & Innoc. de accus. super his. ¶ Li-

8 mita sextò & ultimò, nisi † impedimentum sit tale, quod impediat exercitiũ officij, uel dignitatis: qa quantũcunq; sit occultũ, debet electus ipsũ pandere. Imò tenet: aliàs peccat. Ab. hîc pulchrè per iura, de quibus per eum. ¶ Adde tex. glo. & Bar. in l. generali. C. de tab. lib. x. ubi habet, ꝙ qui patit se rogari de aliquo instrumẽto, & scit se habere aliquam qualitatẽ, uel defectum, propter quem instrumenta ab eo confecta non ualent, tenet parti ad interesse: quod dicit ibi Bal. esse ualde notandũ: & sequitur Lud. in sing. cclx. si sit aliqs notorius, & per alphabetũ in uerbo, notorius infamis. Et ideo Ana. de usur. quã pernicioſum. latè refert se uidisse consultum, ꝙ manifestus usurarius electus ad regimen magistratus, qui acceptauit & exercuit officiũ, potest puniri: quia non allegauit infamiã suam notã: de qua in l. improbũ. C. de infa. Tamen nõ bene firmat, quando eligentes hoc sciebant, ut ibi latiùs per eum. Et ideo dicit Bar. in d. l. ij. C. si ser. uel liber. ꝙ seruus, qui patitur se eligi ad dignitatem, & non manifestat conditionem suam, debet remoueri & puniri. Sequitur Ab. hîc, & in c. fi. de coniu. ser. & in c. consulti. de procura. & in c. præterea. de testi. cog. ponens idem, quod Host. de teste, qui tacuit suam inhabilitatẽ: & sequit etiam Maria. in repet. c. qualiter. lo ij. q. v. art. xvij. ad finem. Quibus adde Bald. in d. l. Cassius. ubi dicit, ꝙ qui patitur defectum, qui reddit eum inhabilẽ, ut deportatus, uel bannitus, si acceptat officium publicum autoritate & utilitate, meretur pœnam capitis. Alleg. l. qui cum uno. §. insulam. ff. de remil. ibi, Iaco. de Are. quod alibi non reperitur, sm eum, qui ad idem dicit facere l. j. §. qui aduersus. ff. de postul. ¶ Considera, quòd prædicti aliquando utuntur uerbo Potest, aliquando uerbo Tenetur. Et uidetur, ꝙ nunq; teneatur allegare inhabilitatẽ, nisi sit talis, qua detecta gerenda per ipsum corruerent. An autem in notorio putatiuo procedat l. Barbarius. est quæstio multùm difficilis, de qua per Bald. Imol. & Paul. in l. ad testium. ff. de test. & remissiuè per Alex. in l. j. in fi. C. de testa. latè And. Sicul. in rep. rub. de fide instru. fol. 27. cum quinq; sequentibus, & Bellenci. in c. j. de fide instru. & omnes in d. l. Barbarius.

9 c **Illiteratus** Põt † esse iudex [c]. Gl. & omnes hîc, & Spec. de legato. §. excipitur. uer. item quòd est illiteratus. & Abb. in c. ex literis. j. no. de sponsa. glo. magna in l. certi. C. de iudic. & gloss. & Doct. in l. fi. C. de senten. ex breuic. reci. gloss. mag. circa medium, l. ij. ff. quod quisq; iur. glo. ij. in c. ad nostrã. j. tit. proxi. & gl. in uerb. sciunt. in c. qui uult. de pœn. dist. vj. Bald. in proœ. Insti. § omnes uerò populi. in fin. Angel. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. & alij, de quibus ꝛ. ¶ Et potest illiteratus facere sententiã legi. per aliũ [d], & per seipsum proferre uerbũ Condemno, uel Absoluo. Spe. de sent. §. sequitur. circa princip. & sequitur Imol. hîc. Adde Archi. xj. q. iij. summopere. ubi ita dicit sepe fecisse Innoc. III. cùm prolixas ferebat sententias, & ita uidisse Bononiæ fieri à peritissimis legum Doctoribus. Et ideo dicit Pet. de Ancha. in cap. fin. de re iudic. in vj. quòd princeps committendo causam illiterato scienter, uidetur dispensare, quòd legat per alium. Alleg. Bartol. in l. fin. C. de senten. ex breuic. reci. ubi dicit, quòd ex quo ciuitates communiter eligunt uiros illiteratos in potestates terrarum, uidetur uelle, quòd per alium legant: & refert se ita respondisse in facto. Et si talis iudex pronũciauit uerbo, & statim dixit notario, & tu redige in scriptis in præsentia testium, non ualet sententia. Salic. in d. l. fin. C. de sent. ex breuic. recl. per illum text. ibi, de rescripti recitatione proferant. Et adde Domi. xx. dist. in summa, ubi dicit post medium, quòd sufficit in iudice peritia causarũ: quia defectũ scientiæ supplet assessor, quicquid dicat gloss. ibi. Et uidetur hoc intelligere etiam in causis matrimonialibus. Quod not. ad intellectum c. j. de consangui. & affin. ibi, & statuta canonum non ignorent. Et subdit, quòd † qui nescit legere, per hoc non est inhabilis, sicut accidit in potestatibus Italiæ, secundum eum. Et dicunt Hostiẽ. But. & Abb. in d. c. j. quòd si iudex ignarus canonum iudicat in causa matrimoniali, sententia tenet, sed peccat, quia debebat alteri delegare, uel peritos cõsulere. ¶ Adde etiã Io. And. in d. c. fi. ubi dicit de consuetudine seruari, quòd illiteratus possit legere per alium, dum modò dicat, Et ita pronuncio. Et ita etiã de iure tenet Bal. in l. iubem⁹. C. de testi. & in l. j. C. de sen. ex bre. recl.

Et ita

c *Iudex] Adde tex. & ibi Bartol. in l. ex parte. C. de decu. lib. x.*

d *Per alium] An per notariũ ꝓsit pronunciari, uide Bart. in l. j. §. j. de postul. & per Cy. in l. certi iuris. C. de iudi. et ibi uide glo. & glo. in authen. de iudi. §. j. et aliquid per Angel. & Imol. in l. quidã consulebat. ff. de re iud.*

Et ita in l. statutis. eod. tit. & Bald. Salic. & Alexand. in l. hac consultissima. C. qui test. fa. pos. quia ubi requiritur expressio, sufficit implicita per relationem ad certum, ut per Bart. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. Sed si iudex recitaret per alium, & ipse nihil diceret, procederet regula d. cap. fin. cum concord ¶ Contrarium: quòd imò illiteratus debet legere sententiam in uerbis substantialibus, firmat Domi. in d. c. fi. per illũ text. in uerbo, de rescript. recitatione. & Sal. in l. ij. C. de sent. ex breuic. re. & Fulgo. in d. l. hac consultissima. & ibi Phi. per illũ tex. Fatetur Domi. ꝙ consuetudo in cõtrarium ualet. Ita intelligas Archid. in d. c. summopere. ¶ Considera pro prima opi. ꝙ illiteratus dicitur, qui nescit legere: imperitus uerò literarũ, qui scit, solùm legere & scribere. Bar. in authen. sed nouo. C. si cer. pe. Si ergo de iure illiteratus potest esse iudex, sequit, ꝙ etiã de iure est dispensatus ab eo, quod facere nescit, s. à legendo sententiã. Qñ autẽ sciret legere, procederet ista secunda opi. nisi aliquid haberet cõsuetudo. ¶ Et unũ no. ꝙ licet aliàs nõ teneat iudex sequi consiliũ sapiẽtis, nisi forma cõmissionis aliud dictet, ut plenè per Bar. in l. j. §. si plures. ff. de exerci. & per oẽs s. tit. proxi. ex parte. ubi posui. tamen fallit in istis iudicibus illiteratis: quia si statutũ simpliciter dicat, ꝙ habeant requirere cõsiliũ sapientis, intelligit eos arctare, ut ipsum sequantur: Bu. de arbi. cùm olim. quia uidet exigi hoc consiliũ, quasi pro homine insensato, sm eum. Intellige, dum modò cõiter in loco illo soleant eligi iudices & illiterati: aliàs secus: quia in dubio præsumptio est, ꝙ peritia iudicis, l. j. C. de offi. ciuil. iud. & statutum uidetur se retulisse ad cõiter accidentia, l. nam ad ea. ff. de legi. sm Imo. in d. c. cùm olim. Et istud bene no. propter iudices, qui dant extra ciuitates, qui cõiter sunt imperiti. ¶ Et licet in laicis sit tolerabilis ignorãtia iuris, non tñ ignorantia consuetudinis, uel iuris naturalis. Glo. in c. fi in laicis. xxxviij. dist. Et ibi dicit Arch. ꝙ etiã in laicis constitutis in dignitate est imputanda imperitia, cùm in scriptis debeant ferre sniam. Sed hoc nõ importat, per prædicta. Dixit etiã Bal. in l. fi. ibi, decimo sextò quærit. C. de hære. insti. ꝙ causæ subtiles non sunt cõmittendę grossis doctoribus: quia ꝓpter ignorantiã sunt suspecti. Ex quo no. causam iustæ suspicionis. Sed cogita, ꝙ in casu isto, & in casu, quẽ ponit hîc Abb. de delegato Papæ ignorante theoricã & practicã, posset prouideri per assessorem, ut in §. assessorẽ. allegato per Ab. Sed cõtra ipsum assessorẽ bene possent talia opponi, an imperitia assessoris excuset iudicẽ, quin faciat litem suã. Omitto: quia non tangit hîc. Ponit satis Alex. in l. ij. in fi. ff. qd' quisq; iur. Cui adde Mod. in lib. Maleſi. fol. 187. ad fi. & ipsum Alex. pulchrè consi. mihi lxv. Habita super cõtentis in

11 superiore themate, etc. ¶ Et adde, ꝙ †

a *Illiteratus] Ad de Bart. in l. j. ff. de uari. & extra cog.*

a illiteratus [a] nõ potest esse aduocatus. Ab. in rub. ꝛ. de postul. Pro quo uide gl. & Bart. in l. ij. C. de postul. & not. ꝙ actus occasione literaturæ potest reuocari, si cõstet de defectu literaturæ illi⁹, qui putabatur doctus. Bar. in l. Grãmaticos. per illum tex. C. de profes. & me. lib. x. dicens, ꝙ promotus ad lecturã, qui reperit indoctus, potest priuari, & etiã degradari à doctoratu. Vnde refert Nico. de Neap. in l. sed & reprobari. ff. de excus. tu. ꝙ episcopus Capuanus reuertentes à studio cũ priuilegio doctorat⁹ faciebat denuò examinari, & indoctos priuabat dignitate doctoratus: & subdit, Vtinã ita fieret hodie. Plura alia ad hoc dixi tit. præceden. ex literis. ult. no. ad fi. Quæ aũt literatura requirit in prælatis. Vide Innoc. & alios ꝛ. de elect. cùm in cunctis. ¶ Dum dicit hîc de infamia, intellige de infamia iuris, non aũt facti: quia illa non repellit à iudicando, licet repellat testẽ, per no. ꝛ. de testi. testimoniũ. Bu. hîc. ¶ Contrariũ dicit Imol. hîc: quia licet iudicare sit onus, l. munerũ. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. tamẽ est etiam honor, ut tangitur de ap. ut debitus. per illũ tex. Et infamia facti repellitur ab honoribus [b] l. ij. C. de dig. lib. xij. Et ideo dũ b dictũ est suprà, nõ posse obiici crimen contra delegatũ, intelligit, nisi ex tali crimine resultet infamia iuris, uel facti apud bonos & graues: nisi fortè dicas, sm eum, infamiã facti bene posse opponi, ne quis fiat iudex. Et ita loquitur d. l. ij. Sed postquam factus est iudex, nõ possit opponi. Et ita loquit Bu. & ita limitabit l. ij. secundum eum. ¶ Adde gl. j. in l. Cassius. ff. de sena. quę dicit, ꝙ ille text. repellens infamem à iudicando & testificando, procedit in infamia iuris & facti. Quinimò Cy. in l. j. in ij. op. C. de sum. tri. intelligit dictã l. Cassius. de infa. facti solũ, dũ loquit in iudice, sed in teste non operat inhabilitatẽ. Sed eius dictũ debilitat, iuxta gl. in l. ij. §. duæ causæ. in uerbo, fidem firmat. ff. de Car. edi. & latè Bar. in d. l. j. cũ cõcor. de quibus, ꝓfundè per And. Si. repe. d. c. testimoniũ. Et istud de iudice nõ reperio multùm actũ, & fortè ꝓcederet indistinctè opi. Imo, hîc, etiã postq; iudex est assumptus. Et ꝙ infamia facti repellat ab honoribus, uide Lu. cons. ccxcvij. In casu, ꝓpositæ. ad fi.

b *Ab honoribus] Adde Bart. in l. si cui. §. si quis dias. l. qui à latronibus. §. si qs. ff. de testi. & in suo consilio, super Io. de dirutto, etc. et per Paul. de Cast. consi. cxcvj. Qui autem dicãtur de iure canonico infames & uide vj. q. j. c. oẽs. & c. illi. & sequ. cũ gl. Et prædicta limita, ut per Bar. in l. j. de excus. tu. nisi per penuriam personarum. Sed nunquid ꝓsit infamis habere officia publica, quæ nõ sunt dignitatis, uide Paul. de Cast. in consil. 5. alleg.*

12 **Oportet notum** Esse † aliꝭ collegis impedimentũ collegæ, ad hoc ut ualeat processus eorũ: & nõ sufficeret, ꝙ in ueritate impedimentũ subesset. Ita Pet. de Anc. hîc, & sequit And. Sic. allegando etiã Pet. de Anc. in c. prudentiam. de off. dele. & ibi etiã Ab. ad fi. prin. & Bar. in l. multùm. ff. de cond. & demon. & in l. hoc autem. §. non defendi. ubi bonus text. in uer. constare prætori. ff. ex qui. cau. in pos. ea. ¶ Adde in primis, quæ latè dixi in c. ecclesia. uer. nonò ad hanc partẽ. s. tit. prox. ubi plura adduxi circa dictum Bar. in d. l. multũ. Sed in istis terminis adde Lu. sing. xv. Si causa cõmittit. ubi idẽ tenet. ¶ Fallit, sm eum, in causis beneficialibus, in quibus processus & sententia tenent, si emanant ab uno alio impedito, uel nolente, licet de impedimento, uel uoluntate alteri non constet. Alle. Rotã, quã in rubricatis non reperi: sed est decisio Aegi. quæ allegabit ꝛ. in uer. est tamen casus. Et facit aurea decisio Rotæ de præbẽ. xxxv. ih antiquis, dicens, ꝙ ualet processus executoris de bñficio uacante, licet ignoretur uacatio. Respondet ad l. qui hæreditatem. ff. de acqui. hære. ubi aditio hæreditatis defuncti requirit certitudinem mortis, quòd loquitur in causa prophana & in successione, quæ successio ius habet prædecessoris: secus in proposito. Itẽ, quia in istis beneficialibus non curatur ita solennis aditio, uel acceptatio, uel successio, sicut in prophanis. Quod uerbum not. ad multa. Et hinc est, quòd hæreditas prophana non potest adiri sub conditione, per l. actus. ff. de reg. iu. Secus in aditione beneficij, ut per Io. Mo. de præben. si tibi. lib. vj. secundum eos. Vide etiam Lud. consilio cccliij. ¶ Sed dicas regulariter, quòd imò in casu huius decretalis sufficit impedimentum existere, dato quòd ignoretur, ut pulchrè per Dominic. in cap. cùm plures. de offic. deleg. in vj. quia, secundum Archi. ibi, ex existentia conditionis. uerum est dicere illum esse iudicem: nec sit hîc prorogatio iurisdictionis, sed sola remissio probationis, ut ibi per eum. Pro quo uide Rotam de proba. j. in antiquioribus: quæ dicit ualere processum duorũ, si probabitur tertium fuisse impeditum, etiamsi ipsi in processu nesciuerint de excusatione, uel impedimento tertij.

¶ Adde

¶ Adde etiã Rotã cccclxxvij. si executor. in nouis, quã non reperi in rubricatis, ubi dicitur, q̃ ualet processus executoris contra intrusum, licet de intrusione nõ constet, si uerè est intrusus. ¶ Sed caue: quia loquuntur in executore mero, cui non erat cõmissa causæ cognitio. Patet, dũ allegant gl. & Doc. in cle. j. de off. deleg. & Inn. in c. fi. de præsump. Vbi aũt ferreť sẽtẽtia cõtra aliquẽ, tan quã intrusum, licet uerè esset intrusus, tñ si de intrusione nõ constitit, non putarẽ sententiã ualere, tũ ꝓpter dictũ Bar. in d. l. multũ. cũ concor. positis in d. c. ecclesia. tũ etiã, & fortiùs, ꝓpter gl. solennẽ Io. Mo. in extrauag. Bonifacij VIII. rem non nouã. in gl. mag. post medium, ubi firmat post multa, q̃ si Papa deponit dignum depositione, & tamen non constitit sibi de causa depositionis, sententia est iniusta, & debet rescindi. ¶ Limita hanc partẽ duobus modis. Primò, qñ uerificatio conditionis inducit incrementũ, uel consolidatẽ iurisdictionis: secus, ubi agitur de iurisdictione, uel potestate danda. Rota de off. dele. vj. Itẽ si unus. in nouis, dicens,

a ꝙ etiamsi quis sit datus delegatus[a], & hoc sciat, tñ si procedit ante præsentationẽ rescripti, processus est nullus: quia nõ attendit hîc scientia, uel ignorantia, sed iurisdictio pendet à productione rescripti, per c. super eo. in fi. de ap. Et idem Bar. & Bal. in d. l. multũ. & Rota latissimè cccclvij. Circa tertiũ dubium. quã etiã nõ reperi in rubricatis, ubi firmat longo discursu, q̃ quantũ ad translationẽ iurisdictionis in iudicem, non requirit̃ præsentatio literarũ, seu sciẽtia iudicis, uel executoris: quia ex sola uoluntate principis transfundit habitus iurisdictiõis in ipsum etiã inuitum: sed quo ad acquirendũ exercitiũ iurisdictionis necessaria est literarum præsentatio, & ideo iudex, uel executor ante ipsã nihil põt, ut ibi ꝓ eos. Et idẽ firmat Domi. post Pau. in c. j. §. j. de of. or. in vj. ¶ Pro tanto dixit Domi.

13 pulchrè s. eo. eam te. in fin. q̃† collatio executoris ante receptas literas est nulla: quia si nõ habet exercitiũ potestatis ante præsentationẽ, ut dicit ibi Ioã. An. ergo nõ ualet actus, etiamsi habet in habitu. Alleg. d. c. prudentiã. Idem Lud. consi. cccliij. uer. Quo ad tertium. ¶ Non dicas, istud repugnat ei, quod est dictũ s. de collatione beneficij uacantis, qñ ignoratur uacatio: quia ibi existentia cõditionis non dabat potestatem, sed exercitium potestatis. ¶ Est uerum: quòd Rota de præbend. iiij. in antiquis, in effectu firmat oppositũ, dicens ita fuisse obtentũ per tres instantias; & puto retulisse in d c. eam te. in fi. Sed fortè nõ procedit, tũ per prædicta, tũ ꝓpter plenã decisionẽ Rotæ cccclvj. Circa secundũ. in nouis, quã non repertã à me in rubricatis refert Nico. Myl. in repertorio fol. 69. uerbo, gratia Apostolica. ubi late firmat, q̃ quo ad dandã iurisdictionẽ & potestatẽ executori gratia Apostolica nõ censeť perfecta per signaturã supplicationis factã à Papa, sed tunc demũ perficit, qñ sup ea literæ sunt confectæ. Et latissimè rñdetur rationibus, de quibus per Rotã, ubi s. ostendẽdo, q̃ in datiõe executorũ partes nihil operantur. Et postea decisio sequens, s. cccclvij. latè probat necessariã esse pñtationẽ. No. etiã Bal. in rub. qui suc. te. aliàs est in fi. c. prædictis, Generaliter aũt an & qñ cõcessiões Papę operenť à die quo concedunť, an à die notitiæ earũ, uide oino Albe. de Ros. in l. bñficiũ. uer. de primo, s. de tpe acquisitionis, ff. de consti. prin. & in alijs locis allegatis per Alex. post. Lud. in l. qui absenti. in prin. de acqui. pos. & in l. diem functo. uers. iuxta prædicta. ff. de off. assel. & in l. absenti. ff. de donat. in apostil. & quæ dixi plenius in c. j. uer. tertiò limita, nisi sit constitutio priuilegiatiua. s. tit. proxi.

14 ¶ Quomodo † aũt differant ista, uidelicet utrũ agať de danda, uel de cõsolidanda iurisdictione, uide Rotã de off. deleg. iiij. in nouis, Itẽ si duo ex tribus. iuncta additione, quę est ibi facta ex dictis Bald. in l. falsus. ibi, sed pone cãm. C. de fur. quia iurisdictio ista apud duos resident insolidũ, quo ad iurisdictionẽ indiuisibilẽ, sed exercitiũ debet esse cõmune, ut latè tradit̃ in d. c. prudentiã. & ideo uerificatio istius clausulæ impotentiæ nõ accrescit iurisdictionẽ, sed exercitiũ, & in iure accrescendi in indiuiduis nõ requirit̃ scientia, quia ius accrescendi est de appẽdicijs rei principaliter scitæ: & ideo ualet, q̃ fit, sicut qñ accrescit per prorogationẽ. ¶ Limita secundò, dũ modò agať de impedimento perpetuo, uel tẽporali ineuitabili: quia illud nõ oportet intimare: & ratio est, quia sine ope exceptionis impedit exercitiũ iurisdictionis, & ideo sufficit existentia, quæ statim uerificat clausulã impotentiæ. ¶ Sed secus, si est impedimentũ tale, in quo est necessaria protestatio, uel exceptio: putà, recusationis, incommoditatis, uel uoluntatis, ut per Ioan. Andr. in regula, eum, qui. in Mercur. ubi in hac materia scripsit latiùs cæteris oĩbus: quia licet collega sit suspectus, non tamen dicitur adhuc impotens ad iudicandum, nisi priùs recusetur. Ergo non priùs existit conditio transferens iurisdictionem. ¶ Similiter in impedimento incõmoditatis, ut quia non uult perdere lectionem: quia etiam tunc conditio non dicitur existere per solam incõmoditatem, sed per executionẽ. Et ita, fm eum, propriè loquitur iste text. in uersic. dum modò qui pro necessitate. quem ipse intelligit de intimatione impedimenti incõmoditatis, uel aliàs euitabili: & maximè, cùm tunc subdelegare possit: & collega tenetur clausula non obstante admittere subdelegatum: gloss. in c. coram. de offic. delega. ¶ Similiter in impedimento uoluntatis: quia de ipsa debet constare, uel per contumaciam ipsius requisiti non uenientis, uel per apertam resistentiam, & priùs non defertur iurisdictio collegæ. Et in istis casibus si impedimentum non notificaretur, uiderentur partes prorogare iurisdictionem, quod in delegato fieri non potest, de offic. deleg. P. & G. fm ipsum, quem semper uide. Et pondera: quia ipse & sequaces apertè uolunt, quòd uerbum Constituerit, de quo hîc in tex. nõ importet, quòd constet per intimationem, sed constet in rei ueritate: quando impedimentum inhabilitat sine exceptione. Et istam limitationem sequitur etiã Domi. in d. c. cùm plures. ¶ Sed dum Io. And. ponit, quòd constabit de uoluntate, uide additionẽ Rotæ de offic. dele. v. Item si episcopus. in nouis, ubi dicitur, quòd debet constare per trinã requisitionẽ, propter gl. in uerbo, recusarunt. in cle. dudum. de sepul. de quo dubito propter gloss. in cle j. in uerbo, requisierit. de hære. Per quam probatur singulariter, fm Car. ibi in uer. duro tamen. ibi, decimooctauò quęro, quòd quando quis tenetur interesse ad certum actum iudicialem, sufficit unica requisitio, quando non citatur litigator. Et istam conclusionem approbant multi, & est cõmunis, ut satis dixi tit. præcedenti, ex literis. uer. est enim regulare. & uer. fallit enim primò, contra gloss. in d. cle. dudum. ¶ Est tamen casus unus, in quo sufficit constare de uoluntate collegæ, licet non fuerit aliịs intimata, uidelicet in executoribus ad beneficia. Aegid. Belle. decisi. Rotæ cclix. Condemnatus per procuratorem. ubi dicit, quòd si tertius executor requisitus de procedendo pro paupere respõdet se procedere nolle, & alij duo executores hoc ignorantes processerunt, ualet processus, & purificant gratiã, iuxta cle. ij. de consti. preb. Respondet ad no. per Io. An. in d. reg. eũ, qui, & Bar. in d. l. multum. ꝙ loquuntur in

a Delegatus] Ad de tu, q̃ delegatus incipit habere iurisdictionẽ in habitu tempore dati rescripti, sed in actu die præsentationis: Doct. ubi Ang. in l. cùm furiosus. ff. de iudic. Imò dicit Ang. in d. l. cùm furiosus. q̃ delegatus ante præsentatum rescriptũ non potest procedere. Quod est uerũ ex parte opponentis de rescripto non præsentato: aliàs processus ualet. Ita Bal. in l. ne quicquã. §. ubi decretum. ff. de off pro cons. cer leg. a. Ad de Bal. in l. falsus. C. de furtis. Innoc. in c. uenerabili. de censi. & in c. prudentiam. de offic. deleg.

tur in iudicibus. Et subdit, q̃ in dubio isti præsumunť scíuisse uoluntatem, nisi contrariũ probetur, cùm non teneať ꝓbationes recipere. Et cũ hac decisione Aegidij concor. Lud. sing. xv. Si causa. s. allegato. Et no. q̃ non ualet prouisio, uel acceptatio nõ uerificata conditione literarũ, qñ est conditio, iuxta dictã cle. j. etiã conditio subsit: quia literæ exigunt pro forma præambulã uerificationẽ conditionũ. Rota de concess. præb. xxij. in antiquis. Intellige, ubi fit gratia in forma pauperũ: secus, si in forma cõmuni dignũ arbitramur: quia ualet acceptatio, licet gratia non sit purificata propter uirtutem clausularũ, quæ in ea ponunť. Ro. de concess. præb. xxv. in antiquis. ¶ Adde etiã in materia, q̃ procurator nihil potest ante notitiã mandati, sicut nec delegatus. Rot.

15 de procu. vij. in nouis. ¶ Subditur tñ in fi. q̃ † de stylo sacri palatij ualent actus gesti per procuratorẽ ante receptũ mandatũ, si uerè erat ꝓcurator, & ante sententiã exhibuerit mandatũ, licet per rationes ibi adductas, de iure uideať contrariũ. Et de dicto stylo ponit etiam Rota de procu. vij. in antiquis. Et istis adde, q̃ licet nõ sufficiat collegã nolle adesse, nisi de hac uoluntate constet; tamen si notarius attestať in actis, illũ fuisse requisitum & debito tempore expectatũ, præsumit̃ nunciũ retulisse eũ nolle uenire, fm Ab. consi. cxxvij. Præsidio Altissimi. Item q̃ clausula impotentiæ uerificet collega nolente interesse, habes tex. & Doc. in c. prudentiam. §. adijcimus. j. de offic. deleg. Ex istis apostillabis Bar. in d. l. multũ. iunctis his, quæ dixi in d. c. ecclesia. Et addes illis & istis omnino Nico. Myl. in repertorio, fol. 85. ibi, iudex delegatus, si ignoret. & Alex. latè in l. sed si de sua. ff. de acqui. hære. post Imol. & Ro. ibi & omino An. Sic. in c. si clericus laicũ. de foro cõpe. & Phi. de ap. cùm parati. ad fi. ubi ponit quatuor casus, quibus ualet processus contra contumacẽ uerum, licet iudici de contumacia nõ constet, uidelicet nisi citatus esset postea illi actui præsens: item, si iudex haberet de contumacia probabiles cõiecturas: item, si periculũ fuisset in mora: item & quartò, si consuetudo esset, q̃ primò notaretur in actis actus iudicis, postea relatio, ut ibi per eum. Et ideo docet Ang. cautelã in l. bonorũ. la ij. propter glo. ibi, C. qui admit. q̃ facias semper describi in actis, q̃ iudex sciens fecit. Adde etiã mirabile dictum Bal. in rub. qui suc. te. aliàs est in fin. c. præcedentis, dũ dicit, ualere collationẽ episcopi de beneficio uacante, licet non uacaret, ut credebat episcopus. Et ista nota, tan quã utilia, & alibi non ordinata. ¶ Circa istã clausulã impotentię uide Rotã de offic. deleg. quarta, in nouis: ubi dicitur,

16 q̃ sit̃ cõmittit̃ uni soli potestas, deputatis alijs duobus, casu quo ipse nolit, uel non possit expedire illa uerba, intelligunť, q̃ non possit, scilicet per se, uel per alium: & ideo si cõmittit alteri uices suas, ualet cõmissio, & illi duo nihil possunt. Et ibi est longa additio, uolens in effectu, q̃ ista clausula, Si non potes, uerificať, quando de iure, uel de facto nõ potest, nec per se, nec per alium, ut excõicatus: secus, si potest per aliũ, licet ipse de facto nõ possit, ut ibi latiùs, ubi nõ fit mẽtio de tex. in c. corã. de off. deleg. qui in fi. uideť probare contrariũ. Sed respondet ex dictis Doctorũ ibi, de quibus per Ab. ibi in pe. col. ¶ Et no. q̃ cessante impedimento debet collega requiri, & cũ eo procedi. Ab. ne offi. dele. qñ abbas. per illũ tex. cũ gl. j. in fi. quã extollit: & hoc, ubi est clausula, Quòd si nõ oẽs: secus in clausula hodie usitata, Vnus, uel alter, etc. quia si unus incipit, alij nequeunt se impedire, nisi data eius infirmitate, uel malitia, uel alia iusta causa, c. cũ plures. de off. dele. in vj. ¶ Vltimò dũ est dictũ, q̃ regulariter ꝓpter crimen iudex nõ repellit̃, obst. gl. de off. deleg. insinuante. dicens, q̃ facilius repellitur iudex, quàm testis, iũcto c. testimoniũ. de testi. ubi propter crimẽ testis repellit̃. SOL. Facilius repellit̃ iudex, quo ad causas inducentes suspicionẽ, nõ quo ad alias inhabilitates: quia maior requirit̃ inhabilitas in repellendo iudicẽ, ut hîc per But. & Imo. Quibus adde gl. in §. his autoritatibus. in uerb. gladio. xxiiij. q. j. quæ dicit, q̃ exceptio, per quã possem aliquẽ repellere à testimonio contra me, non prodest, ut possim eum repellere à iudicando cõtra me, etiamsi sit criminosus, quamdiu tolerať. Et potest assignari ratio: quia cũ à dicto testis non appelleť, potest magis nocere: ideo in eo exigitur maior integritas. Tamen cogita: quia finis suspicionis respicit integritatẽ conscientiæ & morũ. Ergo qua rõne iudex facilè est suspectus de iniustitia, eadem ratione uideť suspectus testis de mendacio. Vnde uidentur debere parificari. Tamen ratio præcedens cõmunis est. Sed cogitabis: quia nunc occurrit.

c. pastoralis.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Quæstio reuocationis rescriptorũ pertinet ad arbitros, si iudices in cognitione sibi non deferant, nec in unam possunt concordare sententiam.*

2 *Quatuordecim sunt causæ, propter quas pater potest exhæredare filium: tamen idem est in alijs causis similibus, uel grauioribus. num. 3.*

4 *Si dubium est, an iurisdictio pertineat ad iudicem ecclesiasticum, uel secularem, non coniunguntur: nec uterq; cognoscit, sed maior præfertur.*

5 *Rescriptum unum potest dici posterius altero, ratione unius horæ. Literæ plures si habeant eandem datam, quæ debeant præferri. Vide post num. 5. uer. ad identitatem datæ.*

6 *Rogationes plures si reperiũtur factæ uno die, quæ debeat præferri.*

7 *Testamenta duo si reperiãtur uno tempore facta, qd debet præferri.*

8 *Inuestituræ duæ si reperiantur factæ eodem tempore, prævalet illa, quæ est plenior.*

9 *Corpora duo quando confusa in unum habent exercere actum, ita quòd non remanent ambo integra, statur maiori parti respectu omnium personarum simul unitarum.*

10 *Arbitri electi ad cognoscendum de competentia iudicum, si pronuncient illos esse iudices competentes, illi erunt iudices, si à talibus arbitris non appelletur.*

CAPITVLVM XIIII.

Dastoralis. ¶ In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros, si iudices in cognitione sibi non deferant, nec in unam possunt concordare sententiã. H. D. usq; ad §. qñ. ¶ Et addendo per ordinem tactis hîc per Abb. pro opinione Ioan. An. in c. pia. de except. in vj. q̃ arbitri iuris non eligunť, nisi in casibus à iure expressis, uide Arc. iij. q. v. quia suspecti. in prin. ibi, tu dicas. & ibi Domi. Idem Abb. de fo. cõpe. uerũ. & Domi. in c. ab arbitris. in fi. de offic. deleg. in vj. & d. c. pia. §. ij. ibi, secunda est opinio. Et ibi Pet. de Anc. & Lu. in fin. g. cccclxvij. Si allegať causa suspicionis, quia nemo inuitus

a cogit̃ compromittere[a], l. iij. ff. de arb. ¶ Contrariũ probat gl. in c. statutum. in prin. in uerbo, copia. ad fi. de rescri. in vj. cum qua transit Domi. ibi post Imol. in fin. principij, & sequitur Abb. hîc, & in c. j. in j. notabili, de arbi. in c. cùm speciali. in ij. notabili, de app. & ibi Phi. iij. notabili, allegando Ab. hîc. ¶ Pro quibus facit primò, quia licet à iure sint expressi certi casus, in quibus uocari debent Canonici absentes, de quibus per gloss. in uerbo, ipsorum,

a Cõpromittere] An & quando qs ad compromittendum necessitatur, ex quo de iure cõmuni cõpromissa sunt uoluntatis, nõ necessitatis, uide not. & plenè, per do. Soci. suo cõsil. iiij. incip. Visis actis & actitatis. Circa princip. j. parte. Et adde gl. in l. furti. §. qui iussu. ff. de infa. et ibi uide Angel. & adde text. & ibi etiam Ang. in authen. ut dif. in §. j. & But. & Imo. in §. j. de mu. pet. & Lanfranc. in tractatu De arb. vij. parte, xlv. qu. & adde etiã do. Soci. consil. ccxxj. inci. Visa et diligenter fac. uer. concurrit, et, q̃ in ij. parte.

in c. ij.

in c. ij. de teſti. in vj. tamen debent etiam uocari in aliꝭ caſibus, ubi eſt ſimilis ratio. Inn. in c. ij. de ope. no. nun. cum concord. quas dixi tit. præcedenti, cũm omnes. Secundò facit, quod no. Inn. de ap. cum ſpeciali. ſuper uerbo, ſuſpecti. & ibi aliꝭ, & Paul. conſi. xxij. dicentes, ꝙ licet in iure exprimant certæ cauſæ ſuſpicionis, tamen
2 idem in ſimilibus. ¶ Tertiò † facit, quod no. ſolus Guli. de Cu. in authen. licet. C. de libe. præter. ubi dixit, licet ſint in iure ſpecificatæ quatuordecim cauſæ, ex quibus poteſt pater filiũ exheredare, §. aliud quoq; capitulũ. in authen. ut cũ de ap. cog. gl. de iureiur. Quintauallis. tñ idẽ eſt in aliꝭ cauſis, quæ ſũt ſimiles, uel grauiores illis.

a *Alex.*] *Vide eũ l. maximum. C. de li. præte. qui tenet contrarium.*

a ¶ De quo facit feſtũ Alex. [a] in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſd. om. iud. dicens, ſe idẽ conſuluiſſe in Tuſcia in facto ponderoſo, & eſt conſilium mihi ccclxiiij. Super themate & dubijs. licet in contrarium ego habeam Hoſti. à nemine allegatũ in ſumma, de teſta. §. qualiter infirmentur. ibi
3 ſed & ſi alia cauſa. ¶ Quartò † facit gl. in l. fi. in uerbo, uoluerit. C. de reuo. dona. quã pro ſing. extollit ibi Sal. qui dicit, licet ibi enumerentur certæ cauſæ ingratitudinis, & poſtea tex. dicat, ex his tantũmodò cauſis poſſit donatio reuocari: tñ idem erit in habentibus eandem rationẽ, licet ibi nõ enumerentur. ¶ Quintò facit, quod ſcribit Abb. Ana. & Maria. de ſimo. cùm ſit. dicentes, ꝙ licet procuratio debeat ſuperiori in caſibus à iure expreſſis, tñ idem in ſimilibus, licet contrariũ dixerit ibi Vin. & in c. conquerente. de off. ordi. Bu. in c. ꝓpoſuiſti. de conſe. eccl. uel alta. ¶ Sextò facit c. cùm dilecta. & ibi Ab. de confir. util. uel inutil. ¶ Septimò facit, quod no. dictus Abb. poſt Io. An. in c. ex parte Adæ. uer. & ſic no. ex hoc dicto Io. An. de teſti. Et multa & ſimilia poſſent adduci, in quibus fit extenſio ad aliũ caſum, in quo eſt eadẽ ratio, de quibus ad ſaturitatẽ ꝓBu. in c. fi. de cõſue. Sed prædicta ſeruiunt in ſpecie: quia loquunt, qñ certi caſus ſunt ſpecialiter à lege expreſſi contra regulas, & tñ extenduntur ad ſimiles. ¶ Tenendo hanc opinionẽ reſponde ad rationem in contrariũ, licet prædicti non reſpondeant, qñ dicitur, Nemo cogit compromittere, hoc eſt uerũ in coactione, quæ fit ab homine, ita ut cõpromittens dicat habere arbitrũ, qui non ſit iuris: ſed ubi talis arbiter, erit arbiter iuris, uel ſtatuti, prout in ꝓpoſito nõ erit coactio ſimilis illi, de qua loquit d. l. iij. Patet, quia electio arbitri qui non ſit arbiter iuris, præiudicat compromittenti, l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. l. ſi dictũ. §. ſi cõpromiſero. ff. de cuic. ſed ubi eligit arbiter iuris, uel ſtatuti, minùs præiudicat: quia ſuccurritur coacto. Vnde ab iſto poteſt appellari, d. c. ab arbitris. Bart. in l. fi. C. de iudi. cũ concor. quas poſui in c. fi. ad fi. de re iudi. ¶ Conſidera duo. Primò, ꝙ ad gl. in d. c. ſtatutum. poſſet reſponderi, ꝙ in caſu illo bene loquitur: quia, ut dicit ibi Domi. poſt Imo. in fi. prin. de cauſa cõmiſſa uni delegato, ordinarius ſe intromittit, c. ſanè. lo ij. de off. deleg. c. ſtuduiſti. de offic. lega. Tradit in c. ſignificauit. de offi. ordi. meritò recurrendũ erit ad arbitros. Et ſi diceres diſputare, an locus ſit inſignis, de quo agitur in caſu illius gl. non eſt diſputare de cauſa cõmiſſa: reſponderetur, licet iſti nõ tangãt, ꝙ ſicut ipſa cauſa per cõmiſſionem Papæ eſt abdicata à manibus ordinarij, c. ut noſtrum. de ap. ita etiã iſta, quæ ſunt de appenditijs cauſæ, arg. c. ſi annum. de iudi. in vj. & cle. ij. de iudic. in uerbo, eas quoquo modo tangentibus. ¶ Conſidera etiã, ꝙ caſus illius glo. modicum differt à caſu c. ſuſpicionis. de offi. deleg. quia ſicut ibi arbitri eligũtur ſuper ſuſpicione iudicis, ita in caſu illius gloſſ. eligunt propter ſuſpicionẽ iudicis, licet non ſuper ſuſpicione: quia ſolùm, quando facit ſeparatim, recurritur ibi ad arbitros. ¶ Conſidera ſecundò, ꝙ ex prædictis uidetur aperiri uia ad hoc, uidelicet quòd ubi in iure ſunt aliqui caſus ſpecialiter exceptuati à regulis, licet dicatur ſtandum eſſe regulæ, niſi in caſibus à iure expreſſis, tamen illi caſus expreſſi ſemper poterunt extendi ad ſimiles paris, uel maioris rationis. Quã illationem puto periculoſam, tum propter regulam, quæ à iure. lib. vj. tum, quia ſequeretur, ꝙ in caſu gl. maioris, de reſcri. ſuſceptum. lib. vj. mors ciuilis æquipararetur naturali in caſibus ſimilibus expreſſis in iure. ¶ Similiter doctrina But. de preſcri. ſi diligenti. approbata per plures, quos retuli tit. præced. eccleſia. in princ. ꝙ bona patrimonialia clericorum gaudent priuilegio bonorũ eccleſiæ ſolùm in caſibus in iure expreſſis, haberet locũ in ſimilibus. ¶ Similiter licet dicatur archiepiſcopũ nihil poſſe in dioceſibus, uel ſubditis ſuffraganeorũ, niſi in caſibus à iure expreſſis, c. j. de ſuppl. negli. prela. in vj. gl. de off. or. paſtoralis. tñ idem eſſet in ſimilibus. Modò concedere, ꝙ in iſtis exemplis, & ſimilibus, quæ dixi in uoce, poſſet fieri talis extenſio, eſſet firmare concluſionẽ, quam nullibi reperio firmatã. Vnde in effectu uolens ſubtilizare materiam, haberet neceſſariò eam reducere ad materiã extenſionis, in qua datur regula, ꝙ caſus correctorij, uel exorbitantes nõ extenduntur, l. ſi uerò. ff. de uiro. cũ uulgaribus, ff. ſol. matri. Dantur fallentiæ plures, de quibus ponit Domi. xij. ni fallor, c. j. de tempo. ordi. in vj. Plenè Imol. in d. §. de uiro. & But. in d. c. fi. & do. meus de Are. in tractatu De extenſione, & aliꝭ, de quibus puto me dixiſſe tit. precedenti, translato. Vnde iſtæ extenſiones poſſunt fieri, quando concurrunt rationes & ſpecialitates, de quibus in dictis locis.

4 **Limitatur** Iſte † text. ut non habeat locũ in ordinarijs. Inn. j. eo. ſuper literis. ibi, aliꝭ dicunt, ꝙ ſimul. & ſequitur Imol. hîc, & But. de for. compe. ſanè poſt medium, & Abb. eo. tit. uerum. & ſentit Inn. de iudic. cæterùm. & ibi extollit But. ibi, not. hoc. colligens, ꝙ ubi eſt dubium, an iuriſdictio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, an ad ſecularem, non coniunguntur, prout hîc: neq; uterq; cognoſcit, ſed maior præfertur, & maior cenſetur eccleſiaſticus, ſi concurrat cum ſeculari, ſm eum, de quo nunquam ſis oblitus. ¶ Sed Io. And. in regula, in obſcuris. in fine, in Mercur. & in c. j. de priuil. in vj. & in d. c. ſanè. tenet, quòd hoc c. locum habeat etiã in ordinarijs. Facit c. cùm illorum. de ſen. excõ. ſi abbatis diſcretio non ſufficit, dioceſani epiſcopi prouidentia eſt adhibenda. Facit gl. in uerbo, ortus. in l. nulli. C. de epiſc. & cle. dicens, quòd ſi teſtator erat ſubditus uni epiſcopo ratione originis, alteri ratione domicilij, ambo conuenient in executione relicti pij. Sed de hoc aliàs. ¶ Prima opi. uidetur communior. Tamen dicit But. in d. c. ſuper literis. ibi, aduerte tamen ad practicam. quòd ſi alter præoccupat, ille cognoſcet de hoc articulo, per l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. Sed ſi ambo eodem tempore cœperunt, puto ſatis procedere hanc decretalem: quia eadem eſt ratio in ordinarijs. Et hoc ius non eſt exorbitans, ſed nouiter diſponens. Et iſtam opi, cõmemorat etiam Bu. j. eo. cùm contingat. ibi, ultimò quæro. Et tenendo hoc limitarem, niſi concurrat eccleſiaſticus & ſecularis, propter dictum Inn. in d. c. cæterùm. maximè propter autoritatẽ & prærogatiuam fori eccleſiaſtici. Et hæc nota.

Ratiõe unius horę

5 unum † reſcriptum [b] poteſt dici poſterius, licet habeat datam eiuſdem diei cum alio. Ioan. And. But. Imol. Abb. & Domi. hîc, ſaluantes ſecundam lect. quam gloſſ. hîc non firmat, ibi, ſed certè ſecundum dictum propter gloſſ. in uerbo, ſi non appareat. in cap. pen. de reſcript. in vj. & in cap. ſi à ſede. in uerbo, apparet. de præbend. eo. lib. ¶ Adde gl. in glo. fi. in l. ſi ex pluribus. §. fi. ff. de ſol. quæ dicit

b *Vnũ reſcriptũ*] *Adde, quòd idem tenet gloſſ. in c. ſi à ſede. de præben. in vj. et eſt in uerbo, appareat.*

dicit, ꝙ ratione horæ unum inſtrumentũ dicitur prius altero: & ipſam extollit Bal. pro ſing. in l. imperator. la j. §. cõmento, ibi, & no. ꝙ dies. ff. de ſtat. ho. & in l. præſcriptione. C. ſi cõtra ius. & in l. fi. ibi, quapropter interdũ. C. de edic. diui. & in l. cùm proponas. in fi. C. de interdi. matri. & j. eo. c. & iſta alleg. hîc And. Sic. dicens ꝓ ipſa ſe conſuluiſſe ſuper quadã præbenda. Et eadem ponit in c. conſuluit. de offic. deleg. addens Bald. in c. ego N. in prin. de iureiur. & in c. licet. & c. quoniã. de proba. & in c. ij. de confeſ. & hîc, & in d. c. cõſuluit. facit l. Titius. §. Lucius. in uerbo, hora diei ſexta. & in uerbo, caleſcente cælo. aliàs, albeſcente, i. in aurora, ſecundum glo. ibi, ff. de lib. & poſthu. ¶ Sed aduerte: qa gl. prædictæ præſupponunt, ꝙ cõſtet de hora utriuſq; reſcripti. Ergo à contrario, ſi conſtet de hora unius, & non alterius, nõ uidetur cõſtare de prioritate. Et eſt ratio: qa ex quo habent datam eiuſdem diei, potuit aliud reſcriptũ eſſe ante, & etiam poſt illam horã. Tamen uidi conſultum contrarium. Primò propter dictũ Bal. in l. ab hoſtib. §. ſed qđ

a *Dictio Plus*] *De hac dictione Plus, uide omnino Alex. in l. cùm furti. ad fin. cum concor. ibi per eum ſignatis, & in conſilio ſuo xc. quarta parte.*

a ſimpliciter. ff. ex qui. cau. maio. ubi dicit, ꝙ licet aliàs dictio Plus [a], nihil releuet in teſte, ut per Bar. in l. Celſus. ff. de uſucap. & per Doct. in c. fi. de dila. tamẽ ſi in interdicto Vti poſſidetis, teſtes ſunt hinc inde pares, ſed teſtes unius partis dicunt de eodem tempore, cum dictione Et plus, meliùs probant. Sequitur do. meus de Are. de teſti. cùm cauſa. Pro quo facit dictũ Sal. in l. ij. C. de reſcin. uend. ubi dicit, ꝙ teſtis deponens in materia illius l. per dictionẽ, Et plus, probat exceſſum dimidiæ: qa ſufficit exceſſus etiã in uno nummo: & ſequitur Alex. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. contra Bal. & Imo. in locis per eum allegatis. ¶ Secundò allegabatur in dicto conſilio dictũ Ioan. de Platea in l. j. C. de iure fiſci. lib. x. ubi dicit, ꝙ licet ibi præferatur fiſcus prætendens rem ſibi obligatã aduerſus alium, ꝙ dicit ſibi donatam, ſi nõ apparet de prioritate, ut ibi ſecundum unam lec. tamẽ non obſtante tali priuilegio fiſci, ſi donatarius probat de certo tẽpore, & fiſcus de incerto, licet poſſet ſe habere ad prius & poſterius, tamen præfertur donatarius, ꝙ probat de tempore certo. Alleg. Martinum in ſimili in l. de rebus. C. de dona. ante nupt. Facit, quod no. ibi Cyn. & Bal. dicentes, ꝙ probatio certi & determinati temporis obtinet cõtra illum, ꝙ probat de tempore, quod potuit ſe habere ad prius & poſterius. ¶ Sed dubito de iſtis: qa in caſu Bal. in d. l. ab hoſtibus. propter dictionẽ, Et plus, conſtabat de ulteriori tempore, ex quo nõ apparet de hora alterius. ¶ Similiter quo ad caſum Doc. in d. l. de rebus. poteſt dici, ꝙ qui in propoſito probat ſolùm de die, ſatis dicitur facere probationem certã & liquidam, ex quo lex contentatur de illa circa datam reſcriptorũ. Et ideo probatio horæ facta ex aduerſo non obfuſcat in aliquo hanc ꝓbationẽ: qa potuit illa hora fuiſſe poſterior. Ergo ꝓbatio nõ cõcludit, prout debet neceſſariò, de ꝓba. in præſentia. Itẽ obſtat deciſio Rotæ ſtatim alleganda. Et ideo cogitabis.

Ad identitatem

Datæ ultra doctrinas, quæ ponuntur in d. c. pen. de reſcrip. in vj. nota aliquas. Et primò, ꝙ ubi ad eſſentiam ſubſtantialem actus aliquid debet eſſe prius altero, ſi utrunq; reperitur factum eodẽ die, præſumitur in dubio præceſſiſſe id, quod præcedere debuit: putà, ſi apparet, ꝙ certa die collega notificauit collegis impedimentũ euitabile, & ipſi eadem die pronunciauerunt, præſumitur notificationem præceſſiſſe: ſed ubi de ſubſtantia actus illud non debeat præcedere, tunc debet probari præciſè, ꝙ præceſſerit, prout in caſu d. c. ſi à ſede. Hanc theoricam expreſsè ſentit Rota de de præſump. j. in antiquioribus, propter gl. pen. de ſenten. excom. uenerabilibus. in vj. & in clem. fin. in uerb.

c. paſtoralis.

creatum. de reſcript. quod facit ad proximè dictum. Et hinc eſt, ꝙ ſi apparet fuiſſe una die datã à delegato Papæ licentiam abbati dandi fundum in emphyteuſim, & eadem die fuerit datus, præſumitur, ꝙ licentia præceſſerit: quia debuit præcedere, aliàs nõ ualuiſſet actus tanquã forma non ſeruata. Alex. conſil. mihi ſecũdum unicum numerũ 445. Lecto & diſcurſo laborioſo proceſſu. Allegat, quod no. Bal. in l. cùm in teſtamẽto. §. hęc uerba. ff. de hære. inſtit. dicentẽ per illum text. ꝙ in dubio ille actus præſumitur præceſſiſſe, qui debebat eſſe præambulus ad alium. Dixit etiam Rota de except. ſecunda, in nouis, quæ meliùs ſtetiſſet in tit. de præſump. ꝙ ſi apparet fuiſſe appellatũ una hora, & in eadem impetratam cõmiſsionem appellationis, præſumitur appellationẽ præceſsiſſe: qa præcedere debet. Dixit etiam Rota, ut lit. pend. xiij. in nouis, & Aegi. Belle. deciſ. dcxcix. Superpoſita. ꝙ ſi eodẽ die curſor citauit, & citatus impetrauit cõmiſsionem illius cauſę, pro qua fuit citatus, præſumitur, ꝙ impetratio præceſſerit. Et dixit de hoc j. eo. ſuper literis. ad fi. ſextæ regulæ. ¶ Eſt etiam alia doctrina, ꝙ ſi in literis ſit mentio reuocationis, illæ ſem per præſumuntur poſteriores. Bal. hîc allegat notata in l. cùm proponas. C. de codicil. Sed caue: quia glo. j. ibi probat contrarium: ſed tamen reprobatur per Iaco. de Aret. Pet. Cyn. & aliós ibi: qa codicillus, in quo eſt facta ademptio legati, cenſetur poſterior. Sicut enim in natura ademptio eſt poſterior, ita præſumitur ſecundũ Bal. ibi. ¶ Et ſi diceretur, ꝙ in caſu illius gl. non dixerit, Ad imo, ſed non lego: reſpondet ibi Salic. ꝙ licet loquatur negatiuè, tamen apud intelligentes illa uerba habent uim ademptionis: aliàs forent ab incipiente prolata, & ideo utroq; caſu procedit opinio Doctorũ ibi, quam etiam ſequitur Bal. in c. ij. de offic. deleg. dicens, ꝙ ubi in diuerſis ſcripturis cõcurrit priuatio & habitus, priuatio ſemper præſumitur poſterior. Et idem Bal. in prœmio C. §. quibus. dicens, ꝙ ſi eodẽ die reperitur promiſſio & refutatio, præſumitur promiſsionem præceſsiſſe.

6 ¶ Eſt etiã alia doctrina, uidelicet † ubi unũ prius eſt ſcriptum, ꝙ aliud. Bal. poſt Bar. in d. §. quibus. dicẽs, ꝙ ubi eodem die reperiuntur plures rogationes, non præſumitur prius & poſterius, niſi unũ ſit priùs deſcriptum in uno libro, per tex. ibi in l. ſi quis. §. ſi initiũ. ff. de eden. & idem Bal. in d. l. de rebus. Pro quo uide c. pen. de elec. in vj. ibi, is, q in inſtrumento primò extitit nominatus. Faciunt, quæ dicentur de ordine literæ, j. eo. cùm dilecta. ¶ Limita, niſi ex ordine intellectus appareat inſtrumentum ſecundo loco ſcriptũ debuiſſe præcedere: qa præſumitur errore ſecundò ſcriptũ. Bal. Ang. & Imol. in d. l. cùm in teſtamento. §. j. ff. de hæredi. inſtit. dicentes, ꝙ inſtrumentum emancipationis præſumitur præceſsiſſe donationẽ factam à patre filio: qa aliàs non ualeret, l. ij. C. de inoffi. dona. Et bene facit, quod eſt dictum ſ. poſt Rotã de præſump. j. in antiquioríb. Et idem puto in caſu priuationis & habitus, ꝙ priuatio præſumitur poſterior, etiãſi priùs fuit ſcripta. ¶ Eſt etiã alia doctrina, putà ſi agitur de fauore priuati contra fiſcũ. Text. eſt in l. nõ puto, in prin. ff. de iure fiſci. Et ibi dicit Bar. ꝙ ſi fiſc⁹ opponat inſtrumentũ cõtra priuatũ, & priuatus oſtendat aliud eodem die confectũ, & non apparet de prioritate, inſtrumentũ priuati præſumitur prius. Et hoc ꝓ mirabili extollit Mathe. no. lxxvj. nota unam regulam, etc. dicens, ꝙ licet fiſcus habeat multa priuilegia, tamẽ in caſu dubio magis fauetur priuato. Similiter Bal. in l. dotis. C. de iure do. dicit, ꝙ ſi cõcurrit unũ inſtrumentum ꝓ fiſco, aliud pro dote, & non apparet de prioritate, præſumitur prioritas pro inſtrumento dotali. ¶ Sed caue: quia licet ita ſimpliciter dicant iſti, tamẽ lex, non puto, intelligitur, quando tractatur de lucro fiſci, & de damno priuati in pœna applicanda fiſco: ſed ubi agitur de damno fiſci, in dubio præſumitur pro fiſco. Iac. de Bel. in l. unica, in fi. de cadu. tol. per tex. in d. l. j. C. de

iure fisc. lib. x. secundum unã lect. quam sequitur etiam Bar. ibi, & Salic. in l. si debitor. C. de pri. fisci. & Alex. in l. j. in prin. ff. sol. mat. ¶ Est etiam alia doctrina, q̃ ubi non constat de prioritate, si unũ instrumentũ continet obligationẽ dotis, præsumitur præcessisse. Bar. & alij, in d. l. j. sol. mat. Et idem, si unũ loquatur de conducta, uel salario alicuius doctoris. Bal. ibi: quia causa studij & dotis æquiparãtur, ut colligit ibi Bar. ex gl. fi. ¶ De † duobus aũt testamentis cõtrarijs ab uno eodem tempore confectis, uide plenè Dom. in d. c. pen. de rescript. in vj. Cui adde, q̃ si unũ est ad pias causas, præsumitur posterius. Lu. in authen. simpliciter. ibi, duodecimò. C. ad l. Fal. Et si unus est institutus in duobus testamẽtis, quomodo debeat adire, uide Ang. & Imo. in l. eũ, q. in princ. ff. de acqui. hæred. rememorãtes factum arduũ. ¶ Scias etiam, q̃ si instrumentũ incipitur ante mediã noctem, & finitur post, debet poni tempus actus cõsummati, & sic dici sequẽtis. Inno. de offi. dele. consuluit. & sequitur Bald. in l. si quis eum. §. j. ff. de uul. & pup. quia semper attenditur momentum, quo actus perficitur. Et istud no. quia fuit in facto, secundũ eum. ¶ Scias etiam, q̃ si unus [2] cõtractus sequit alium inter easdem personas, eodem die, loco & testibus, præsumũtur facti incontinenti unus post aliũ. Bart. in l. pe. §. si uir. ff. sol. mat. Et ideo dicit Bar. cõsi. clxj. Proponitur, q̃ syndicus, etc. q̃ quando duo contractus sequũtur, unus post alterum incontinenti, licet non dicatur inter partes, q̃ secundus fiat propter primũ, tamẽ præsumitur, q̃ unus sit factus gratiæ alterius, & q̃ inuicem correspondeant. No. Pet. de Anch. cõsi. mihi liij. Dominus Nic. uerus Abb. & Bald. in consil. thema præ dictum, in quo de duobus quæritur. & Rapha. cons. Videtur prima fronte. & Bal. in repe. l. petens. C. de pac. Et de 8 his aliàs. ¶ Et scias, q̃ † quando apparent duæ inuestituræ factæ eodẽ tempore, prævalet, quæ est plenior. Bal. in c. j. in prin. quid sit inuesti. Item cæteris paribus data duplici collatione eodem tempore duob. facta, illa præfertur, quæ primò fuit acceptata, Cal. de præben. consil. vij. ad fin. Et prædictis adde omnino multa, quæ dixi §. eo. c. pen. char. uers. de concursu. ubi posui uarias quæstiones de ista materia cõcursus, maximè in collationibus beneficiorũ. Et dicit Bal. in l. si duas. circa mediũ, ff. de excu. tuto. q̃ id, quod fit una die, simul fieri uidetur, nisi appareat, quod prius, & quod posterius. Et est utile ad plures impetrãtes eadem die, secundum eum dicentẽ etiam illum tex. non esse contra c. si à sede. de præben. in vj. quia illa decre. loquitur in beneficio & fauore: sed illa litera loquitur in onere, & ubi constat de ordine. ¶ Circa casus positos hîc per Abb. super gl. maiori. a dde ad secundum, Imo. §. eo. cæterum. ubi probat post antiquos, q̃ si pendente lite super prævaliditate literarũ, uel etiam illa non pendente secundus impetrans patiatur, q̃ procedat in principali, ualet processus. Et adde Angel. in l. ij. in princ. ibi, sextò fallit. ff. si quis in ius uo. nõ ier. ubi ex isto tex. colligit casum, in quo delegatus nõ cognoscit, an sua sit iurisdictio: & subdit, q̃ si non proponitur exceptio reuocationis, sed producitur solũmodò rescriptum secundæ delegationis, & tam delegatus in primo, q̃ in secundo, procedit in causa, & contrarias sententias ferunt, illius sententia prævalebit, ad quem declaratũ fuerit iurisdictionem spectare. Sed si rescriptũ non fuit productum, ualet sententia illius, qui primò incepit procedere, per c. audita. de rest. spo. & c. cùm in iure. de offi. dele. & per Inno. §. eo. cæterùm. Ad istud attende singulariter, secundum eum. ¶ Dicit etiã Inno. hîc, q̃ si partibus placuerit, possunt prorogare iurisdictionẽ istorum omnium delegatorũ utriusq̃ rescripti, ut de principali cognoscere possint. Et sequũtur hîc Ioan. de Lig. Card. & Imo. per id, quod habetur in l. j. ff. de iudi. & in c. j. ẽ. de iudi. ¶ Non obstat c. cùm super. ẽ. de offi. dele. per quod Host. hîc tenet contrariũ: quia secũdum prædictos ibi, ille, q̃ erat iudex, associabat sibi alium omnino nõ iudicem: hîc secus. ¶ Limita, secundũ But. & Imol. dum modò secundæ literæ nõ fuerint præsentatæ: uel si fuerint præsentatæ, fuerunt cõcessæ ad impetrationem partis, quæ fauori suo renũciare potest: secus, si secundæ reuocantes primas fuissent concessæ motu proprio & ostensæ: qa tunc cùm iurisdictio deficiat funditus in primis iudicibus, nõ potuit prorogari tacitè, uel expressè: qa esset de nouo dare, contra c. si diligenti. de for. comp. de quo latiùs dixi in d. c. cæterùm. prima restrictione. Vbi etiã inuenies, an oporteat istas fuisse ostensas. ¶ Limita etiã hanc decretalem, Nisi geminata rescripta impetrentur ad diuersos iudices super diuersis causis: quia non habet locũ dispositio huius c. Lud. consi. clx. Breui ter dicitur. inferẽs, q̃ cùm unũ rescriptum fuisset impetratum in causa principali, aliud in causa restitutionis tendens ad rescisionẽ latæ sententiæ, non habeat locũ iste tex. Inducit uerba Inno. hîc, dum dicit, q̃ istud procedit, ubi æqualia sunt iudicia, & consequenter iudices pares. Ad idem ponderat Innoc. hîc, dum dicit istud c. nõ procedere, dum dubitatur, an iurisdictio primi iudicis sit reuocata per literas ad iudicẽ appellationis impetratas: quoniam tunc solùm iudex appellationis cognoscet: qa in diuersa causa sunt factæ istæ impetrationes literarum. Quòd non possit appellari à iudicibus, quib. alij detulerunt, tenet Inno. Io. de Lig. & Card. hîc, dicens dictũ Inno. esse subtile, & secundum illud consuluisse Sali. ¶ Ad illud de modico grauamine respõdet, q̃ licet prosit habere iudicẽ fauorabilẽ, tamen hoc non uidetur interesse æstimabile. Et ideo nulla pars potest dici grauata, cùm nihil sit diminutũ de iure suo: secus, si diminueretur. Ita loquitur c. de appellationibus. ẽ. de appel. Contrarium tenent Host. Imol. & Abb. qa à iudice unius rescripti pronunciãte suam esse iurisdictionẽ, appellari potest, c. dilecti. & c. significauerunt. de excep. Ergo ita hîc. Pro hoc glo. hîc in uerbo, sopiatur. uolens, q̃ à sententia arbitrorũ possit hoc casu appellari: & tamen attenta ratione Inno. uideretur idem in sententia eorum super articulo reuocationis. Facit c. ab arbitris. de offic. deleg. in vj. per quod renet hîc Abb. in notabilibus, posse ab istis arbitris appellari.

a *Si unus*] *Adde tu, q̃ si duo testamenta reperiãtur eadem die confecta, & quod prius uel posterius, non apparet, neutrum ualet, l. j. §. j. & ibi Bart. ff. de bon. pos. secũdum tab. & in l. si duas. in prin. in lec. Nic. de Nea. uer. ultimò dicit glo. ff. de excus. tuto. licet cautela est, q̃ hæres adeat ex utroq; secundũ Ang. in l. eum, qui. ff. de acquir. hære. Fallit hoc, quando in uno sunt scripti extranei, & in alio instituti uenientes ab intestato, tunc in dubio debemus præsumere pro uenientibus ab intestato. ita Bar. in d. l. j. §. j. ff. de bon. poss. secũdum tab. Item fallit, quãdo in altero continetur ademptio ad alterum, q̃ illud prævalet ex coniectura posterioritatis. Ita Bal. & alij in l. ij. C. de codicil.*

9 **Vbi duo corpora** Confusa † in unum habẽt exercere actum, ita q̃ nõ remanẽt ambo integra, statur maiori parti respectu omniũ personarum in simul unitarum: secus, quando plura corpora, quorũ unũ in aliud non confunditur, iunguntur: qa oportet, q̃ habeatur maior pars utriusq̃ corporis, cõsiderando utriusq̃ partis utrunq̃ corpus. Ita probat gl. hîc in uerbo, plures. quam extollunt pro sing. But. Imo. & Ab. hîc, quos simpliciter refert & sequitur And. Sic. ¶ Adde Bal. in l. si ad scribarũ. ad fi. C. de app. ubi dicit, q̃ quãdo actus debet expediri à duobus collegijs, nõ sufficit maior pars, iungendo unũ collegium totũ cum minori parte alterius: sed requiritur maior pars utriusq̃: qa minor non reputatur membrũ collegij. Et ideo dicit Abb. consi. lvij. Ex infrà scriptis literis. q̃ si Papa mandat episcopo, ut aliquid expediat cum consulib. populi, nõ sufficit, q̃ episcopus

scopus cum aliquibus facit maiorẽ partem, sed requiritur maior pars ipsorũ consulum, per istum text. cũ glo. ¶ Et adde Ab. post alios in c. fi. ẽ. de parochijs. ubi per illum tex. ponit, quod est dictũ, quando corpora coniunguntur, ut faciant unũ corpus: qa tunc inspicitur maior pars personarũ congregatarũ. Et idẽ dicit sentire Bart. in l. fi. ff. de collegijs illi. ¶ Adde etiã tex. in c. scriptum. ẽ. de elec. q̃ quem Abb. ibi repetit prædicta, addens, q̃ ubi diuersa corpora cõiunguntur in unũ ad actus expeditionem, nõ ut diuersæ uniuersitates, sed ut unum corpus, cõputantur uoces p̃ capita, & postea infert ad cõsilium generale, in quo p̃cedit̃ p̃ nationes, & oportet ad ualiditatẽ actus, q̃ cõcurrat maior pars nationum, licet fortè in maiori parte nationũ essent pauciores p̃sonæ numero, ut qa fortè aliæ nationes cõtradicentes sunt plures in numero personarũ. Et subdit, q̃ ex circũstantijs cognoscitur, an cõueniant in diuersa corpora, an ut facientes unũ corpus. Si. n. dantur uoces in unũ, nõ potest dici, ut cõueniant, nisi tanquã unum corpus. Et ista dicta, reputat importantia Baptista de S. Seuerino in repet. l. oẽs populi. ff. de iusti. & iure. Aliquid etiã ponit Abb. de offi. dele. cùm te. uersus fi. ¶ Et istis adde omnino Abb. cõs. mihi cxxxij. Casus in effectu talis est: quidam testator. ubi latè ponit, qũo computentur uoces diuersorũ corporum, ad hoc, ut quodlibet corpus uideat repræsentari debito numero uocũ. Et uult post multa, q̃ si certis consulib. & hæredib. cõmittitur distributio piorũ relictorũ, ueniunt consules, ut principales, habito maiori numero eorũ, & hæredes requirũtur ab eis. Multũ inducit dicta Io. And. de elect. scriptũ. quem uide. Ad hæc etiam uide Ab. in c. in singulis. de sta. mo. & in c. fi. de maio. & obe. & Lud. consi. xcix. Viso proposito quæstionis. ubi p̃ istum tex. & per d. c. scriptũ. & alia iura uult, q̃ si testator cõmittit distributionẽ consulib. certæ artis & hæredibus suis, cõsules habebunt unam uocem tantùm, & unã hæredes: & uidetur loqui de eodem casu, de quo loquitur Abb. in d. cõsi. Et dicit Ang. in l. ij. ff. de rei uend. q̃ si duæ uillæ, uel duò castra, uel duo monasteria religiosorũ confluunt ad habitãdum in unum, nõ erit una uilla, non unũ castrum, nõ unum capitulum. Et idem de populis, & similibus, propter gl. ij. ibi, dum dicit: & tamẽ quilibet durat populus. Non reperitur ad hoc melior gl. in iure, secundũ eum intelligentem, nisi ita se miscuerint ad cohabitandũ, ut constituerent unũ corpus, sicut uidemus in unico grege, ut sit unus grex. Alle. Inno. in c. dilecta. de excess. præl. ¶ Circa prædicta tamẽ scias, q̃ ubi actus cõmittitur uni nomine collectiuo, & alteri personæ, illud collectiuũ est, p̃ alia dimidia. Ang. & Imo. in l. liber homo. §. Titius. el j. ff. de hæred. instit. dicẽtes per illum tex. q̃ si rectori & uniuersitati scholarij daretur potestas

a *Tantam*] *Adde, quod no. Host. Ioan. And. & do. Abb. in c. postulasti. de concess. præben. Fede. de Sen. in cons. suo incip. Ad episcopum & capitulũ. do. Abb. in consi. suo xxxvij. incip. Casus in effectu talis est.*

4 eligendi notarij, tantam [a] uocem habet rector solus, quantã tota uniuersitas, nisi, secundũ Imo. de mẽte statuentium appareat aliud fuisse, arg. l. cùm uirum. C. de fideicom. Similiter dicunt Ang. & Imo. in l. interdũ. in prin. ff. de hære. instit. q̃ si in aliquo actu dãtur uoces capitaneo & antianis, unã habebit capitaneus, & unã antiani. Similiter dicit Bal. in l. fin. in princ. C. de impu. & alijs subst. q̃ nomen collectiuũ ponitur pro singulari persona. Ideo si ei adiungitur alius specialiter nominatus, ille habebit dimidiam uocum, & tota uniuersitas illa aliam: quia apud intellectum habetur pro singulari persona. Bonus textus in l. si quis Titio. ff. de usufr. accrel. ubi tantum habet unus nominatus, quantum plures innominati coniuncti per nomen collectiuum. Et ideo ibi Baldus infert de pœna imposita capitaneo & antianis, & de arbitrio dato capitaneo &

b prioribus [b]. Nam in istis exemplis q̃libet est, p̃ dimidia, ac si essent duæ singulares personæ, secundum eũ. Et dicunt Iac. But. Bal. & Ange. in l. quoniã. la ij. C. de ap. q̃ si Papa condemnauit abbatẽ & conuentũ in centum, dimidiam soluet abbas, & aliam dimidiã conuentus. Et dicit Salic. q̃ si potestas cum suis officialib. condemnatur in centũ, potestas soluet dimidiam. Similiter dicit Bal. in c. j. qui feu. da. poss. q̃ si prælatus cum capitulo incidit in pœnã l. si quis in tantã. C. unde ui. capitulũ tenetur pro dimidia, & prælatus pro alia. An aũt in illam pœnã incidere possint, uide Abb. in c. j. de dol. & contu. ¶ Et illa persona, quæ habet secũ uocem unius p̃sonæ alterius corporis, obtinebit: qa ibi est maior pars propter dimidiã iunctam unà cum uoce alterius dimidiæ. Alberi. de Rosa. in secũda parte statutorum, q. clxxxviij. Paduæ est statutũ. dicens, q̃ si quis nõ potest torqueri, nisi fit deliberatum per potestatẽ & priores, obtinet uox potestatis & unius prioris: qa ibi est maior pars. Et ista fuit opinio Host. in c. postulasti. de cõcess. præb. Sed est cõmuniter reprobata, tum propter glos. hîc. & prædicta, ubi oportet, q̃ illud nomen collectiuũ uerificetur in maiori parte, tum propter multas alias rationes, quas pulchrè cõtra Hostien. dilatat Io. And. in c. à collatione. de appel. in vj. p̃bans, q̃ si episcopus habet secum unũ canonicum cordẽ, non prævalet uotũ suum uoto aliorũ canonicorum: qa ad hoc, ut cognoscatur uox capituli, requiritur maior pars. Ergo habẽdo uocẽ unius canonici nõ habet uocẽ capituli. Et dicta Ioã. And. reassumit ibi latè Dom. Sequitur etiã Fed. cõs. ccxxxij. In Christi, etc. uacantib. canonicatu, & præbenda. in fi. & Lap. alle. xxxij. in fi. But. & Abb. in d. c. postulasti. & in c. quanto. de his, quæ fi. à præla. & Dom. in c. fi. circa mediũ, de reg. iur. in vj. & Bal. in c. j. in fi. prin. in tit. cui dabitur sacramẽtum. & gl. in c. unico, in uerbo, à sensu. ne sede ua. in vj. & Ab. hîc, & in d. c. scriptũ. & per Lud. consi. cccl xvj. ad fi. Quæ omnia bene no. ¶ Dicas etiã ad materiã huius decre. q̃ si † arbitri pronũciarent illos esse iudices, q̃ non sunt, & ab eis nõ appellaretur, illi possent cognoscere de causa. Gl. fi. & oẽs hîc. ¶ Sed finge, q̃ unũ rescriptũ reuocet aliud ipso facto, sicut quãdo est datũ motu proprio, ut latè dixi ẽ. eo. cæterùm. in prima restrictione, tunc dubito de ista gl. qa si illi iudices reuocati funditùs carẽt iurisdictione, consensus partiũ expressus, uel tacitus, non uidetur eam posse reuocare, per l. priuatorũ. cum si. C. de iur. om. iud. maximè cùm præsentatio illius rescripti semel denotauerit animũ imperatoris, quod magis irritat aliud rescriptum. Cogitabis: quia nunc occurrit. ¶ Demum adde, q̃ nullus istorum potest alteri mandare, quòd in causa non procedat, quia sic mandando ingereret se officio. Ang. in l. quæ omnia. per illum tex. ff. de procur. Allegat Innoc. hîc.

b *Et prioribus*] *Facit, quod no. habetur per do. Soc. consil. iiij. uersic. ex quibus uerbis. circa medium, in j. parte.*

c. pastoralis. §. quoniam.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Habitus iurisdictionis potest delegari.*
2 *Perpetuatio iurisdictionis circa expressa an operetur in non expressis? Cõcludit, quòd non: quæ regula patitur quinq; fallẽtias. Citatio facta contra unum ex correis, perpetuat actum cõtra alium correum. Post. nu. 2. uer. fallit primò.*
3 *Perpetuatio iurisdictionis fit per solam citationem.*

§. Quoniam.

¶ Per clausulam generalem positam in rescripto ante expressionẽ rerum & personarũ delegatus habet iurisdictionem in habitu, & non in actu [c]. Hoc primò. Speciales literæ derogant literis generalibus, quãquam de illis nullam faciãt mẽtionem. Hoc secundò. Non dicitur dispositio gene-

c *Non in actu*] *Ad huius tex. materiam uide Doct. & Pet. de Su. & omnino*

eminno per Ang. in l. cùm furiosus. ff. de iudi. et quod per Bar. in l. multum. de condi. & demonst. & do. de Rot. in decis. cccl. vij. Circa tertium dubium, etc. & in decis. cccxlvj. si unus. in no. & Bal. in. l. nec quicquã. §. ubi decretũ. ff. de offi. proconsul. & leg. et l. falsus. & Bal. in Marga. uerb. delegat⁹. uer si. viij. & uers. ix. Et quis dicatur delegatus, & quando potestas dicatur delegata, uide no. per do. Socin. consi. cclx. incip. In causa manuten sis. uers. j. quia cõcessa. cũ uer. seq. & in uer. aliquando, & quintò. ibi, pãm.

ralis, quando non comprehendit totum genus, sed uenit uerificanda solum in una specie cõprehensa sub genere. Bar. in l. si dño. ff. de leg. j. per text. ibi, & in l. si hæres. ff. de op. le. bonus tex. cum gl. de of. dele. ex parte. el j. & ibi exemplum utile, de quo hîc p Abb. ¶ Adde Paul. de Cast. in d. l. si dño. ubi dicit idem, quod Bar. ibi de illo, q habet expectatiuã. Et pro ipso dicit esse casum in d. c. ex parte. qui, secundum eum, est fundatus in dictis legibus. Idem Abb. in d. c. ex parte. faciens festũ de illo tex. pro opi. Bar. Dicit etiã Pau. ubi s. q si post gratiã primi placet prebenda, quã Papa alteri conferat, non facta mentione de primo expectante, q poterat acceptare eam, nõ ualet gratia tanquã surreptitia. Alle. d. c. ex parte. Et hæc nõ. ad intellectũ regulæ generalis, de reg. iur. in vj. Sensus glo. in uerbo, eneruatur. est, q si p literas speciales fit citatio, procedatur authoritate ipsarũ: secus, si fiat p primas. Contrarium tenet Ioã. Mo. in rub. de rescr. in vj. uidelicet q habẽs secundũ rescriptum speciale citatus à primo, potest excipere, q primus nõ est iudex: quia materia, de qua loquitur secundũ rescriptũ, est specialiter cõmissa. Et ista sunt paria, q qs nõ habet iurisdictionem, uel habeat, sed nõ quo ad id, de quo agitur in speciali casu, c. cùm olim. de offic. deleg. & ita But. Abb. & Dom. hîc. Tamẽ dicit Imo. q in practica difficilè obtinetur cõtra gl. qa Io. And. & antiqui trãseunt cũ ea. ¶ Salua gl. duob. modis. Primo sm Abb. hîc, quando secundus impetrator specialis esset negligẽs: qa sicut primæ tollunt aliàs per solicitudinẽ secũdi & negligentiã primi, s. eo. si aũt. ita secundæ reuocatoriæ possunt tolli p negligentiã secundi, & solicitudinẽ primi: sed ubi non potest secundò ascribi negligentia, gl. malè loquit, qa primus semper obtineret: qa facilius potest ad iudicẽ recurrere. ¶ Dubito de ista saluatione, propter uerbũ Penitus, de quo in tex. quod importat ipso iure. Gl. fi. in l. si aduocationum. C. de postu. Ergo si primæ generales, quo ad ipsam speciẽ, sunt ipso iure reuocatæ, nõ uidentur posse reuiuiscere, arg. l. si res. §. areã. ff. de solut. ¶ Posses respondere hoc modo: qa uidemus tex. s. eo. cæterùm. quod secundæ nõ facientes mentionẽ de primis, nõ obtinent alicuius roboris firmitatẽ, & tñ per negligẽtiam primi ualent. Ergo non sunt ipso iure nullæ: qa per alia iura sic declarat. Vnde hîc potest dici pariter ecõuersò, q primæ reconualescãt p negligentiã secundi impetratoris: sed certè illud, quod de negligẽtia dicitur, s. eo. si aũt. & j. eo. plerũq. non loquitur præcisè in casu isto, in quo uidet iste tex. ultrà determinare, dicendo, q circa speciem specificatã in secundis literis primæ penitus eneruant. Tñ opinio Abb. est æqua, & fuit priùs Car. hîc. ¶ Secundã saluationẽ ponit hîc Domi. uidelicet si ante præsentationẽ secundi est facta specificatio per primũ: qa primũ rescriptũ obtinebit in illa specie, ex quo ante præsentationẽ secundæ literæ nõ operant effectũ, c. audita. de rest. spo. dixi s. eo. cæterùm. Sed cogita: qa, ut dicit ibi Abb. primus semper obtineret: qa facilior est sibi aditus ad iudicẽ. Vnde si nõ potest imputari negligentia secundo, non uidet, pdesse ista festinãtia primi: sec⁹, si fuisset negligens secũdus. Et intellige, q primus dicat esse solicitus p specificationẽ factã de personis, uel rebus, & nõ aliter, propter dictũ Dñici, de quo s. Et considera, q de iuris rigore multi tenerẽt hanc saluationẽ indistinctè, præsupposito, q ante præsentationẽ secũdæ nõ operent effectũ. ¶ Habitus † iurisdictionis, de quo hîc põt subdelegari. Gl. hîc cõmuniter approbata, & ultra responsionẽ Ab. ad c. Romana. de offi. ordi. in vj. respõdet hîc But. & Imo, quod archiepiscopus habet ibi iurisdictionẽ sub cõditione, si appelleť, & sic nõ habet habitu iurisdictionẽ, quo ad determinatas personas. Adde in primis gl. fi. in c. ex tenore. de fo. cõp. & gl. j. i c. licet ex suscepto. eo. tit. quæ ponit specialẽ casum, in quo habẽs iurisdictionẽ in habitu delegat habitũ & exercitiũ, s. in Papa, quo ad iurisdictionẽ temporalẽ. Sed istud pẽdet ex notatis de iudi. nouit. utrùm imperatori fit concessum exercitiũ iurisdictionis tẽporalis accumulatiuè ad Papã, an priuatiuè. & p extrauag. Bonifacij VIII. unam sanctã. uidet, q accumulatiuè. Adde etiã pulchra uerba Io. And. de elec. si cõfirmationẽ. in vj. dum, pbat, q archiepiscopus põt delegare potestatẽ confirmandi suffraganeos in posterũ eligendos: qa sicut negotia futura p uniuersitatẽ causarum delegari possunt, c. p hoc. de hæreti. in vj. l, solent. & l. seq. ff. de iurisd. om. iud. ita & ista. Ad c. fi. j. eo. respondet, q ibi præiudicat ordinariæ potestati, hîc nõ. Præterea ibi nõ extenditur ad futura: qa nõ fuerunt cogitata, neq; expressa. Ad d. c. Romana. respondet, q nõ, phibet cõmissionem futuram: appellationũ simpliciter, sed in dioecesi suffraganei, & de illis, q non sunt sibi subiecti. ¶ Præterea pmittitur ibi facere, ubi hoc uult cõsuetudo. Ergo talis cõmissio nõ est contra substãtiã rei: qa nõ ualeret cõsuetudo, c. ij. cũ gl. maiori, de cõsue. in vj. Quã responsionẽ no. qa fortè clarior est responsione Doc. hîc. Et adde Rotã de of. uicarij. ultima, in antiquis: & tertia, in antiquioribus, ubi habet, q episcopus põt cõmittere uicario exercitiũ ex causis futuris, si descendat ab habitu suæ ordinariæ potestatis: sed nõ posset cõmittere aliquid, in quo nõ haberet adhuc habitũ, neq; exercitiũ: putà causas sibi p Papã delegandas, uel dispẽsationes ei cõmittendas: qa potestas nullo modo cõpetens cõmitti non põt. Non est sic in casu Io. And. in d. c. si confirmationẽ. qa ibi confirmatio, uel cõsecratio cõpetebat in habitu potestatis ordinariæ: sed ista nec actu, nec habitu includit sub ordinaria, sm Rotã. Similiter dixit Paul. in d. c. Romana. §. j. q q põt esse delegatus Papæ, si eũdo ad studiũ cõmittit uni causas, quæ sibi cõmittent in futurũ, nõ ualet cõmissio: qa nõ habet in illis habitũ iurisdictionis, sed capacitatis tãtùm. Respõdet ad illũ tex. quatenus, pbaret cõtrariũ, q loquit de ordinario, qa bene potest cõmittere causas futuras. Similiter dicit Rota de of. dele. vj. in nouis, q executor ad beneficia nõ põt dare potestatẽ collegijs sup purificatione gratiarũ, quæ sibi cõmittentur. Respondet Rota ad dictũ Io. And. ubi s. q loquãtur in cõmittente causas, siue negocia futura expedẽda iure, proprio: secus, si alieno. Similiter dicit Aegi. concluſ. xxij. sm magnã partẽ, etc. q iudex dat⁹ in causa appellationis, de qua nõ constat, nihil põt in negotio principali, sed bene põt, pnunciare se incõpetentẽ. Et subdit Aegi. concluſ. xxviij. & c. q cõmissio facta super appellatiõe nondũ interposita, est nulla: & si eadẽ die fuerit interposita appellatio, & facta cõmissio, in dubio præsumitur appellationẽ præcessisse, sm eũ. Cõcor. Rota de except. secunda, in nouis allegata s. ¶ Cõsidera responsionem Docto. hîc ad d. c. Romana. in qua uidentur uelle, q ibi adhuc nõ cõpetebat iurisdictio etiã in habitu: nã istud uidet dubium. Primò p id, qđ no. Rota, ut dixi de uicario: qa uult, q potestas, p causis futuris põt cõmitti, & in illis uidet cõmittens habere habitũ, sicut in istis. Præterea in casu gl. & Doc. hîc nõ uidet differentia, quo ad casum c. Romana. qa iste habet iurisdictionẽ in habitu cũ cõditione, si genus specificat. Ita ibi archiepiscopus cũ cõditione, si fuerit appellatũ. Præterea si nõ haberet ibi potestatẽ in habitu, nõ ualeret cõsuetudo, q cõmitteret id, quod nõ habet, tanquã contra naturã rei, ut est dictũ: & ideo magis uidet plena responsio Ioã. And. in d. c. si

d. c. si confirmationẽ. q ibi, phibetur cõmissio in dioecesi suffraganei, & de illis, q non sunt sibi subiecti: non, qa deficiat habitus, sed, propter honorẽ suffraganeorũ, non in, prio territorio posset fieri talis cõmissio, ut expressè sentit Io. And. ¶ Et circa d. c. Romana. uide, quod no. Abb. de testib. significauerunt. ubi dicit, q licet à futuro grauamine nõ possit appellari, c. dilecto. & c. cùm cessante. de ap. tamen potest appellari sub cõditione, si grauabitis. qa uidetur perinde, ac si diceret, Appello ex tunc. & tenet appellatio. Vnde licet, propter honorẽ iudicis nõ debeat ita appellari, tñ si appellat, ualet, ut ibi p eum. ¶ Contrariũ tenet ibi do. meus do. Franc. de Are. per d. c. Romana. §. j. ubi nõ potest cõmitti causa sub cõditione, si cõtingat appellari. Vnde sicut ibi non potest fieri cõmissio in causa appellationis, ne aliquo modo lædatur iurisdictio suffraganei: ita nec talis appellatio, ne lædatur honor iudicis. ¶ Posset responderi, q ibi est specialiter, puisum propter dictã rationẽ, non qa de iure actus nõ posset ualere. Patet: qa potest ualidari cõsuetudine, & ideo nõ uidet extendendus. Tamẽ non affirmo dictã opi. Abb. qa obstãt aliã multa, de quib. ibi p do. meũ. Et si diceret, delegatus in casu huius gl. potest cõmittere habitũ: ergo episcopus potest cõmittere uicario habitũ, p futuris delegationibus: cuius contrarium est dictũ s. responde, q in casu isto cõpetit habitus mediãte rescripto: sed in alio casu nõ cõpetit aliquis habitus, sed mera capacitas futurarũ cõmissionũ. Et sic etiã in casu Pau. & Dom. in d. c. Romana. §. j. dũ loquũtur de eunte ad studiũ. ¶ Et no. q iurisdictio cõpetens solùm in habitu potest, progari. Ita Pet. de Anc. hîc: qa licet iurisdictio extincta nõ possit, progari, tamẽ suspensa potest, qa aliud est ius finiri in aliquo, aliud exercitiũ impediri. Alleg. l. q si fortè. §. fi. ff. de solut. & l. si plurib⁹. ff. de admi. tut. & refert se consultũ in facto nullibi hoc reperisse, nisi in certis scriptis Bar. nõ in lectura, in l. nec ille. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. & idẽ Pet. de Anc. de of. del. cùm plures. lib. vj. ¶ Contrariũ firmat hîc And. Sic. qa iurisdictio, progata intelligit, progari cũ eisdẽ qualitatib. & formis, cũ quib. erat iurisdictio prima. Gl. fi. ppe fi. de præbẽ. hi, q. lib. vj. fæpissimè allegata à Bal. Sed prima iurisdictio hîc erat solùm in habitu. Ergo illa sola est, progata. Ad istud dic fatendo, q prorogeť solus habitus: sed sicut habit⁹ priùs erat reducibilis ad actũ, ita nunc post, progationẽ, sicut & hîc in subdelegatione. Mouet etiã, qa prorogatio est extensio, l. sed si manẽte. ff. de precario. Sed iurisdictio non põt extendi. Ergo nec, progari. Vnde lapso tẽpore præfixo delegato non poterit exercere iurisdictionẽ, quo ad ea, quæ sibi cõpetebant in habitu tũ, sm eum. ¶ Cõsidera, q licet post tẽpus nõ possit fieri, progatio, d. l. sed si. tñ priùs põt fieri & progatio & extensio, quę uident synonyma, c. de causis. de of. deleg. Sed aduerte: qa And. Sic. præsupponit unũ, quod uidet impossibile, uolendo exẽplificare dictum Petri: qa, progatio tẽporis debet fieri de cõmuni partiũ consensu, d. c. de causis. Si ergo, progatio debet fieri de iurisdictione, quæ est in habitu, oportet, q consentiant pſonæ exprimẽdæ. Et sic expressio personarũ præcedet, progationẽ. Ergo non, progabit habitus, sed exercitiũ: qa facta expressione personarũ habet exercitiũ. Tex. est hîc. Ergo exemplũ istud uidet indoctè positum. Si diceres, fieri, progatio cũ cõsensu partiũ expressarum, ut operetur, quo ad personas nondũ expressas: soluet, qua ratione perpetuatio in expressis nõ operat in non expressis, cadẽ nec, progatio. Si diceres, sicut actus cõmunis uniuersali iurisdictioni, ut electio notarij perpetuat etiã quo ad nõ expressa, ut dicet j. in ij. fallentia, ita, progatio facta cum consensu expressorũ, tanquã actus generalis ad omnia cõmissa operabit, quo ad personas non expressas. SOL. Hoc modo esset dare casum, in quo, progatio tẽporis fieret sine cõsensu partiũ, quarũ interest: qa illi non expressi ad hoc non consenserunt. Ergo cùm causę sint diuiduę, cõsensus unius partis nõ præiudicabit alteri: qa nimiũ restringeretur d. c. de causis. Vnde dictũ Bar. & Pet. de Anch. de, progatione habitus debebit alio modo exemplificari.

c. pastoralis. §. quoniam.

2 **Perpetuatio** Circa † expressa in rescripto non operat regulariter, quo ad nõ expressa. Gl. hîc. Io. And. But. & cõmuniter oẽs, & Bal. in c. licet undiq; de of. deleg. dicens, q si sit generalis delegatio, putà in causis pupillorũ, & cõtinet in se uniuersa capitula, tunc ppetuatio in uno non operat in alio, per l. quid tñ. ff. de arbi. Idem Bal. in l. mandatũ. C. mã. dicens, q mandatũ factũ ab officiali ratione officij finitur morte mãdantis in his, quæ non sunt inchoata. Et dicit esse gl. notabilẽ in c. ne aliq, in uerbo, cœpta. de hære. in vj. & idem Sal. ibi, oppono octauò. & fuit Lud. & Alex. in l. & qa. ff. de iur. om. iud. Quib. ex infrà dicendis poteris plura addere. Et, p prædictis est tex. in d. c. ne aliqui. p locum à speciali: & est tex. clarior in c. fi. §. ut officiũ. de of. dele. in vj. ubi potestas cõseruatoris, q præponitur uniuersitati agendorũ extinguit morte præponentis re integra, quo ad non cœpta. Contrariũ tenuit Bar. in d. l. & qa. ibi quæro, quid si cõmittatur. dicens, q si cõmissio est uniuersaliter facta, uidetur unica cõmissio: & ideo incipiẽdo in una causa, ita uidet induci perpetuatio, quo ad oes, sicut quo ad illam. Et eadẽ ratio, sm eum. Secus dicit, si plures causæ fuerint nominatim cõmissæ: qa, propter unã perpetuatã nõ perpetuant aliæ. Ita intelligit gl. & Inn. in d. c. licet. quia fuerũt plures delegationes, arg. l. scire debemus. ff. de uer. obl. Et istã partem tenet etiam Inno. in l. ij. §. sed & si quis. ff. de do na. & Ang. & Sal. in d. l. & quia. & And. Sic. hîc: mouet ipse, propter gl. ij. in cle. j. de testa. dicentẽ, q ubi actus est gestus & gerendus, sicut lex noua nõ ligat gesta, ita nec gerenda. Et ideo à simili in casu nostro cùm aliqua sunt cœpta, aliqua incipiẽda, sicut mors Papæ, nõ operatur in cœptis, ita nec in incipiẽdis. Nihilominus prima pars cõmuniter tenet, propter tex. in ea allegatos. Nec obst. gl. in d. cle. j. quæ reuera est alterius, ppositi, ut satis fuit dictũ de ea tit. præcedẽti, c. ult. fallen. quinta. Sed dic, q in ductio eius infert solùm hoc, quod perpetuatio in expressis operatur in alijs, quę sunt cõnexa illis. Et hoc fatendũ est, ut statim dicet in j. fallẽtia. Et istã partẽ tanquã communẽ, sequũtur alij j. allegandi. Sed super dicta cõmuni opinione ordinaui nouissimè quinq; fallentias. ¶ Fallit primò in cõnexis. Ioã. And. But. Inno. & Abb. hîc, arg. l. fi. C. de duob. reis. allegato in gl. ubi citatio facta ꝯ unũ ex correis, perpetuat actũ ꝯ alium correũ. Bene facit dicta Cy. in l. mandatũ. C. de mand. ubi uult, q si delegatur iudiciũ uniuersale, ut petitionis hæreditatis, perpetuatũ super una re, est perpetuatũ super omnib. reb. eiusdem hæreditatis & accessoriis, tam præsentibus, q̃ futuris: qa propter naturã uniuersalis iudicij uident repetita omnia etiã minima. Est. n. una actio inspecto iure, quod metimur ex persona agentis, l. j. in prin. ff. si pars hære. pe. Idem, si delegat iudiciũ generale, ut negotiorũ gestorũ, uel tutelæ, ut ibi latiùs, & sequitur latè Bal. hîc. Similiter dicit Fede. consi. xiij. Quæstio talis est. in fi. q cõmissio facta de absoluẽdo plures excõmunicatos, expirat morte cõmittentis, quo ad nõ absolutos, licet cœpta sit in aliquib. absolutio, nisi negotiũ omniũ, q debuerunt absolui, sit connexũ. Ad idem, qđ in alio, posito notãt hîc Cõpost. Ioã. And. But. Imol. & Dom. dicẽtes, q si executor habens potestatẽ, puidendi ad beneficia, in, puincia, fecit inhibitionẽ in duab. ecclesijs, postea moriť delegans, poterit iste prouidere etiã in alijs ecclesijs, in quib. nõ inhibuit, dũ modo inhibitio fuerit generalis: qa licet fuerit in certis locis, tñ est unicũ negotium, s. prouisionis in, puincia faciendæ: secùs dicunt, si in una, uel plurib. inhibuisset, dicens, se uelle in altera ea⁹ procedere: qa tunc nec mortuo, nec uiuente mãdatore, poterit in alijs exequi: & remittunt

no.j.eo.c.¶Fallit secundò, nisi fecisset actum cõmunem tam ad expressa, cp ad nõ expressa, prout est acceptatio rescripti, uel electio notarij. Ita But.& Dom.hîc, dicẽtes, se non uidere, cp tales actus nõ sint cõmunes, etiam ad contentos sub clausula generali. Et sic est perpetuata, quo ad oẽs. Idem dicunt, si solùm facit exprimi res, uel personas. Nec obst. iste tex. ubi ante expressionẽ nõ habet exercitiũ: quia uerum est super principali, sed super præambulis bene habet. sicut actu habet iurisdictionẽ ad subdelegandũ, ut ſ. dixi. Et ista etiã ad faciẽdum exprimi res, uel personas. Idem But. de offi. dele. licet unicuicp. ibi, quæro, plures causæ. dicens, cp ubi delegato sunt cõmissa plura negotia, perpetuatio in uno non operatur in alijs, nisi antea esset factus actus cõmunis omnibus negotijs. Idem Imo. hîc, & Dom. in d. c. ne aliq. Bene facit, quod no. Ioan. And. & But. de fil. presbyt. extua. ad fi. dicentes, cp habẽs potestatẽ dispensandi cum illegitimis, ut promoueantur, si fecit actum cõmunem omnibus dispẽsationibus, nõ perdit hanc potestatem mortuo Papa, aliàs secus. Et idem Ioã. And. in Spec. de deleg. ſ. uidendum. uerſ. quid si is. ita intelligens Spec. ibi. Et intelligũt isti de potestate data per uiam cõmissionis, putà de dispensando cum certis: quia gratia nõdum est facta, sed cõmittitur fienda: secus, si p uiam gratiæ factæ, putà de dispensando cum incertis: nam quo ad habentẽ dispensare, gratia est facta: ideo non expirat mortuo Papa, etiam re integra, per c. si cui nulla. de præb. in vj. & firmat Fede. consi. lxxxviij. Casus talis est: Papa concessit. Et ista sunt de mẽte Arch. xviij. q. ij. dubium. ibi, & istud, an argumentũ est ad quæstionem. Et pulchrè no. Domi. in .c.ij. de prob. in vj. dicens, cp gratia de conferendis beneficijs uacãtibus in curia personis incertis, durat mortuo Papa etiã re integra. Et ista fallentia de actu cõmuni posset etiam fortè procedere in casu, de quo per Feder. d. cõſi. cxj. ¶Aduerte duobus modis. Primo, cp exemplum de acceptatione rescripti non est bonum: quia secundum Imo. hîc, per hoc non exercetur aliquis actus iurisdictionis circa cõmissa sub clausula generali. Et ideo pro hoc multùm urget alia ratio: quia si acceptatio esset actus cõmunis, sequeretur quasi semper perpetuatio, quo ad omnia: nam iurisdictio non exercetur ante præsentationẽ rescripti, de restit. spol. audita. Vnde semper perpetuatio in uno actu operaretur in alijs: quia illum actũ præcessit acceptatio, & sic actus cõmunis. Vnde uix posset dari actus qui non esset cõmunis, cum omnis actus sequatur præ

a Per solam] *Ad de tu, cp. do. Abb. hic in isto ſ. quoniam. in fi. qui dicit, cp si expressio personarum fit sine citatione, non est iurisdictio perpetua, tenẽdo maximè, cp iudex nullum actum iurisdiction alẽ exercuerit in expressione personarum: & sic tenet ipse, cp iurisdictio non perpetuatur, nisi per citationem. Idem tenet hic Imo. Io. And. Contrariam opin. tenet Archi. in c. cùm in multis. de reſcri. in vj. & malè.*

sentationem & acceptationem. Est uerum, cp acceptatio operatur perpetuationem, & dicitur actus cõmunis, quo ad specificata in rescripto, sed nõ quo ad specificãda, secundũ Imo. ¶Secundò aducrte: quia ista fallentia procedit, tenẽdo, quod ad perpetuandã iurisdictionẽ delegati sufficit actus anterior citatione, ut per glo. iij. in d.c.ne aliqui cum suis sequacibus: secus, si teneremus, cp solùm per citationẽ: quia citatio non est actus cõmunis, nisi in casu sequentis fallentiæ: & ideo operaretur solùm in causa, in qua cõmittitur citatio. Quæ aũt sit uerior opinio, dixi satis latè de offi. dele. relatum. tenendo cõmuniorem, cp per solam[a] citationem inducitur perpetuatio, tum ꝓpter c. fi. in fin. de offi. leg. cui in effectu nõ datur accõmodata responsio, tum ꝓpter multa, quæ accuratiùs cæteris adducit Dom. in d.c.licet. Et ideo ista fallentia haberet tantam difficultatẽ in practica, quantã in se habet ille

3 passus. ¶Sed posito, cp † in cõmissio-

ne iudicialiter expediẽda requiratur citatio, tamen in expediẽda extraiudicialiter est secus: & tunc procedẽt, quæ dicta sunt de dispẽsatione & potestate, in qua præcessit actus cõis, putà acceptatio, ut est de mente prædictorũ, licet nullus clarè insistat in hoc, scilicet qui sint actus cõmunes in extraiudicialibus. Et si acceptatio est actus cõmunis, profectò ut plurimùm perpetuabitur. Posset etiã dici actus cõmunis, si mandarent uocari illi, cum quib. habet dispẽsari, uel fieret actus similis. De acceptatione nõ affirmo, licet Imo. hîc, quo ad iam specificata, fateat cũ aliis acceptationẽ esse principiũ aptũ ad ꝓpetuandũ. Cogitabis. ¶Fallit tertiò ista materia, nisi facta sit ista citatio ad exprimẽdas res, uel ꝓsonas: qa tunc est perpetuata iurisdictio in omnib. contentis sub clausula generali. Prædicta uerò procedũt, ubi est citatio super re expressa in rescripto. Ita Bal. in d.c. licet. ibi, pone, datus est delegatus. & Imo. ibi, itẽ subintelligc. arg. l. fi. C. de anna. except. Et ista fallẽtia securior est, cp præcedens: qa citatio ipsa est apta perpetuare ultra hoc, quod est actus cõmunis omnib. inclusis sub clausula generali. Rationem aſsignat Dom. in d.c. licet. quia ex quo citatio nõ dirigitur magis ad unã causam, cp aliã ex inclusis, ista locutio indefinita cõprehendit omnia. c. quia circa. de priui. facit c. cùm plures. in fi. de off. dele. in vj. ubi per actũ unius ex delegatis perpetuatur iurisdictio, quo ad omnes collegas. ¶Fallit quartò, nisi citatio esset facta super una re, uel de persona aliqua, ex contentis sub clausula generali: qa censetur perpetuata iurisdictio, quo ad alias res & personas, cùm sit tota unica iurisdictio, quo ad illos uniuersaliter commissa. ita But. & Dom. in d. c. licet. per l. scire debemus. ff. de uerb. obl. ubi si est unica conceptio stipulationis, continens sub se plures res etiã separatas, censetur unica stipulatio: putà, si quis promittat oẽs seruos suos: licet secus: quando res exprimũtur in stipulatione: quia tunc censentẽ esse tot stipulationes, quot res. Contrariũ tenet Inno. in d.c. licet. & hîc, qa fortiter obstat d.c. fin. & d.c. ne aliq. à speciali. Vnde sicut nõ durat potestas delegati ad uniuersitatẽ causarũ, quo ad non cœpta, quæ tũ comprehendebant sub clausula generali, ita nec hîc. Respondeo ad d.l. scire, cp nihil attineat ad præsentẽ materiam: qa illa censetur unica stipulatio, quo ad effectũ, de quo dicit ibi Bar. ſ. cp res cõtenta in stipulatione nõ intelligit esse specialiter ꝓmissa: nec ꝓprie peti possit, ut ꝓmissa, sed tanquã inclusa in ipsa stipulatione. Sed tamen clausula generalis, de qua hîc, licet sit sub unica conceptione cõprehendens plures personas, tamen ex quo sunt specificatæ, perpetuatio facta in una non operatur in alijs, ut etiã satis uidetur expressum ꝑ eo. significauit. secundum eum. ¶Fallit quintò & ultimò, nisi commissio generalis ad plura, concernat utilitatẽ Apostolicæ sedis: quia perpetuatio in una operatur in alijs. Salic. in d.l. mandatum. ibi, oppono octauò per l. si quis iumentis. aliàs, si quis mancipijs. §. si impubes. uer. quemadmodum. ff. de instit. ubi mandatum institoris à tutore constituti, & sic ab officiali, durat tutore mortuo: quia semper agit nomine pupilli, & ad eius utilitatẽ: unde ipse pupillus facere dicit. Ita etiã iurisdictione demãdata à Papa ad utilitatẽ sedis Apostolicæ. Et super illo §. si impubes. est fundata dispositio d.c. ne aliqui. qa extirpatio hæreticorũ concernit id, quod est ꝓprium Iesu Christi, & consequenter eius uicarij. Et ista intelligentia ad illũ tex. est subtilis & Canonistis incognita, sm eũ. Et subdit, cp ubi cõmissio fieret nomine Apostolicæ sedis, nõ expirat mortuo Papa, ꝑ c. si gratiosæ. de rescript. in vj. iuncto c. qm̃ abbas. de off. dele. Et firmat Bal. ante eum in l. more. ibi, tertiò quæro. ff. de iur. omn. iud. Ex his infert Salic. cp mandatũ regis, uel alterius domini tẽporalis, qui iurisdictionẽ transmittit ad posteros, iuxta no. de uoto. licet nõ expirat eo mortuo: qa succesſor uidet cadẽ persona cũ defuncto q uidetur man-

mandare nomine dignitatis: & idẽ Bal. ibi. Subdit etiã Sali. cp si comes Romandiolæ, uel Marchiæ ex sua iurisdictione faceret officialẽ, cui dedisset uniuersalẽ iurisdictionẽ ꝺ turbãtes pacificũ statũ, puíncíæ, cp eo mortuo, uel aliàs officio functo, nõ finiret iurisdictio inchoata in persona illius etiam in causis inchoandis. Quæ omnia diligenter no. tanquam alibi non reducta. Et de ipsis interrogaberis, quoties eueniet casus mortis Papæ, ut expertus sum. ¶Vltimò uide Rotã de do. & cõtu. xviij. in nouis, Itẽ si impetretur. ubi uolunt, cp iudex datus contra Titiũ & alios, quorũ interest, potest in prima citatione uerificare nominatim illud g.nus, sed nũcius eius nõ, etiamsi auditor det ei potestatẽ uerificandi: qa in illũ nominandũ non habet iudex iurisdictionẽ ante suam nominationẽ. Ergo processus factus cõtra illum: & non ualet, cõsequenter nec citatio, quæ est de processu, ut ibi per eos latissimè, & sequitur Lud. consi. ccxlij. Quo ad primũ. Vbi etiã consuluit, cp delegatus datus cum clausula, uel aliàs sua interesse putans, si citat sic simpliciter illos, quorum interest, nullo nominato, citatio nõ arctat illum, qui est in possessione, & impetrator præsumitur uerisimiliter hoc scire.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis. Quidam alij & res aliæ, multitudinem effrenatam non includit, nec personas, nec res maiores expressis, sed pares, uel minores.*

2 *Surreptio in una parte non uitiat regulariter rescriptum in alijs.*
Ista regula patitur quinq; fallentias.
Notarius si asscriberet nominatim sibi & alteri, ita quòd instrumentum substantiatur in se & alio principaliter, tunc, quãtum ad se, non ualet, sed bene pro alijs. Post nu. 2. uersi. & adde.

3 *Clausula generalis sequens specialiter præmissa, restringitur regulariter ad ea, quæ sunt similia expressis, non ad diuersa.*
Concessio generalis an cõprehendat ea, quæ cõpetunt ex priuilegio. Post nu. 3. uer. quod in generali concessione.
Venditor si rem dicit liberã ab omnibus decimis, an intelligatur de ordinarijs, uel extraordinarijs. Post nu. 3 uersi. & ista.

ſupponere, quòd hîc nihil ſit ſpeciale in reſcriptis. Et præ cæteris inſiſtit hîc Abb. propter uerbum Volentes, de quo in tex. & inducit d.c. qui ad agendum. ubi eſſet abſurdum, ꝙ non uenirent caſus diuerſæ qualitatis. Et ſi diceretur, non ueniunt grauiora, d. cle. non poteſt. Reſpondet Imol. & clariùs Abb. ꝙ loquitur de grauioribus, ex quibus dominus incideret in pœnam ex facto procuratoris: & in dubio nunc̃ uidentur talia mandari, l. ſi procurator. & ibi Bar. ff. de condi. inde. c. ſi cõpromiſſarius. de elec. in vj. cum ſi. de quibus dixi latè in c. j. ut lite. non contes. Sed bene uenirent ea, quæ alio reſpectu eſſent grauiora ſub expreſsione unius caſus ſpecialis, etiam qui non eſſet de illis grauioribus, ſecundum eos. Et iſta ſunt notanda: quia, ut dicit hîc Abb. multi decipiuntur dando uarias theoricas, per iſtũ text. & d. cle. non põt. Vnde dixit Pe. de Anc. in d. c. ij. de reſc. in vj. ꝙ ſi conſtituo te procuratorem contra Titium & quoſdam alios debitores meos, poteris conuenire etiam digniores Titio. ¶ Sed contra prædictos tenet hîc And. Sic. per ea, quæ poſt ipſum allegata ſunt ſ. corroborando regulam. Ex quibus patet, ꝙ communiter iſte text. intelligitur, ut ponat ius cõe. Reſpõdet ad uerbum Volentes, ꝙ magis debet attendi uerbum Decernimus, de quo in tex. quia quãdo ponitur in materia antiquitùs declarata, non importat ius nouum. But. & Abb. de iudi. c. ij. Et iſta non eſt materia noua, ſed ſumpta ex d. ſ. cui dulcia. Nec eſt bene reſponſum ad dictam clemen. non poteſt. quia, ſm eum, uerbũ Maiora, & uerbũ Grauſora, ponũtur ibi ſeparatim. Ergo ſi ſolũ ſunt maiora, licet non grauiora, habet locũ illa clemẽ. Et ſic etiã, ubi non agitur de incurrenda pœna, nõ oportet neceſſariò intelligere, ꝙ ibi fuerit expreſſus aliquis caſus ſpecialis. Et dicit, ꝙ nõ ueniunt maiores: quia ſi intelligeret, ꝙ nullũ ſpeciale fuiſſet expreſſum, eſſet illa cle. de inhabitabili, & nihil adderet ad d.c. qui ad agendũ. ut hîc ꝓ ipſum prolixiùs. ¶ Cogitabã quinc̃ pro iſta opinione, quã ſentit hîc But. & Dom. Primò dictũ Inn. in d.c. ex literis. de iurepa. de quo dixi ī prin. huius c. Et quod no. Inno. in d.c. dilecto. in prin. de offi. archi. ubi apertiſsimè uult, ꝙ iſte tex. procedat in libello & in cõtractibus. Et ſi opinio aliorum eſſet uera, deſtruerentur illa dicta, & ſimilia ſuprà poſita fundata in iſto text. Et nõ præſumitur tantus error in tã frequentata allegatione iſtius tex. Facit lex, minimè. ff. de legibus. ¶ Conſidera ſecundò inductionem, quam facit Ab. d.c. qui ad agendum. quod eſſet abſurdum, ſi non uenirent diuerſa in qualitate: quia fateor, ꝙ ueniunt, ut ſ. in iij. declaratione. Sed nõ ueniet caſus requirens ſpeciale mandatũ, qui ſit maior, etiamſi non ſit de illis, per quos dñs poſſet incidere in pœnam, ut ſ. prouabit An. Sic. inducẽdo dictã cle. nõ poteſt. Pro quo uide Ab. ibi, qui punctualiter ita põderauit illum text. pro opinione But. hîc, & uult, ꝙ expreſſo aliquo caſu ſpeciali non ueniunt maiores, etiam non concernentes dictum periculum, per illum tex. in uerb. maiora. Salua opinionẽ Inn. hîc, & gl. ibi, qñ non exprimitur aliquis caſus requirens ſpeciale mandatũ, ſed talis, qui uenit ſub generali mandato: ꝙ tunc clauſula ſequens nõ reſtringitur ad ſimilia expreſſa, cũ oẽs caſus ueniãt ſub generalitate uerborũ, dum modò nõ requirant ſpeciale mãdatũ. Et iſtud ultimũ bene nota, ꝙ tñ non affirmo cõſtanter, ſicut nec Aegidius affirmat deciſione propẽ alleganda. ¶ Conſidera tertiò, ꝙ imo cle. non põt. procedit, ut dixi etiã in maioribus non periculoſis, quo ad pœnã: & ita uidetur glo. in c. ſi. in uerbo, ſpecialẽ. de procu. in vj. quæ dicit, ꝙ ſub clauſula generali nõ ueniunt longè maiora expreſsis, ut contrahere matrimoniũ, & ſimilia. Idem clariùs ſentit gl. in c. procurator. de elec. in vj. dicẽs, ꝙ expreſſo uno caſu ſpeciali nõ uenit poteſtas iurandi in animã conſtituentis: & tamen iſte caſus nõ concernit pœnam, nec periculũ cõſtituentis, niſi ſit in culpa, ut dicit gl. ſi, in d. cle. non poteſt. ¶ Conſidera quartò notabilia uerba Aegidij deciſione Rotæ quinta, ubi in effectu uult, ꝙ generale mandatum includit etiam maiora expreſsis, quando nullũ requirit ſpeciale mandatũ, ut per Inn. hîc: quia ſola generalitas ꝑ ſe ſufficeret. Vnde nihil facit ſpecialitas præcedens. Et ſic uidetur reſpondere ad ſ. cui dulcia. Tamẽ ſubdit, ꝙ adhuc ille ſ. obſtat: & ſic nõ firmat. Poſtea ſubdit ad propoſitum, ꝙ ea, quæ exigunt ſpeciale mandatum, bene ueniũt uno expreſſo, dum modò nõ ſint maiora illo: & ſimpliciter dicit maiora, nõ reſtringẽs maioritatẽ ad importantia periculũ. Ad idẽ uide Alex. conſi. mihi xxij. Viſo inſtrumẽto ſyndicatus. ad fi. ubi dicit, ꝙ ſi expreſsis aliquib. caſibus ſpecialib. dicatur, & ad oĩa alia cõnexa, & dependentia ab eiſdẽ, etiamſi talia forẽt, quę exigerent mandatũ ſpeciale, intelligit, niſi ſint maiora. Allegat Dom. in d.c. qui ad agendũ. ſecundo reſpõ ſo. in fi. qui poſt Zenze. uult, ꝙ clauſula gñalis ibi non includat maiora. Alleg. etiã dicta Bar. in l. qui Romæ. ſ. Callimachus. ad fi. ff. de uerbo. obl. Adde etiã prædictis Car. & latiùs Imo. in d. cle. non poteſt. ubi Imo. uidetur ſentire, quæ prædixi. ¶ Conſidera quintò, ꝙ tex. in cle. non põt. nõ habet aliquod uerbum iuris noui. & ideo nec̃ in caſu illo nec̃ in iſto uideẽ aliquid ſpeciale. Poſſes tamẽ dicere, quòd unum ſit ſpeciale in reſcriptis, ꝙ non ſolùm ſi exprimitur ſpecies, debeat ab ipſa reſtringi genus, ſed etiam ſi exprimatur quid indiuiduũ. Et licet omnes indiuidui ſint æquales, & ſic ueniret omnis homo de propria ſignificatione, tamen per iſtũ tex. erit prouiſum, ꝙ nõ uenient perſonę digniores: & ita procedet conſideratio Ab. hîc, ibi, non mirum. ¶ Cogita etiã, ꝙ mandatũ procuratoris uideẽ extendi ad debitores etiã digniores, ut eſt dictũ ſuprà: quia uideẽ ibi concurrere omnimoda intentio mandãtis: & cle. nõ põt. nihil dicit de perſonis maioribus. ¶ Sexta declaratio. Si clauſula generalis eſt adeo prægnans, ꝙ ſalua rõne recti ſermonis non poteſt exponi, quin cõprehendat maiora, tunc regula prædicta nõ proceder: putà, ſi in reſcripto diceretur de certis cauſis cum clauſula. Et alijs rebus, etiamſi eſſent maiores expreſsis. Et idem, ſi diceretur idem de perſonis, ꝓpter dicta Bar. & aliorũ in l. ſi de certa: C. de tranſact. & But. Ab. & Imo. in c. j. de tranſact. ubi dicunt, ꝙ licet uerba tranſactionis nõ trahantur ad nõ ſpecificata, tñ fallit, ubi ſalua ratione recti ſermonis nõ poſſent ad illa ſola reſtringi, quæ ſunt deducta, per leg. pluribus. ff. de accepti. & l. ſi ex maiore. in uerbo, pacti. & ibi Cy. C. de excep. & pulchrè Alex. conſi. mihi lxij. Super præmiſſo themate. ¶ Intellige tripliciter. Primò, dũ modò illa uerba prægnantia ponantur diſpoſitiuè: ſecus, ſi in uim executionis: quia plenitudo uerborum ibi poſita uideatur præſupponere, ꝙ actus principalis fuerit amplè diſpoſitus, & in ſuppoſito nihil diſponunt. Si ergo in diſpoſitione de illo non dicitur, illa adiectio poſita in executione nihil auget, etiamſi uis uerborũ uideatur aliud ſonare. Sic intellige cle. j. de præb. ubi habes duo exempla. Et rationem aſſignat Rota de procuratoribus. xxiij. in antiquis: & prima, in antiquioribus: quia uerba, quæ præſupponunt aliud, nihil diſponunt in præſuppoſito. Et ille text. ſeruit ad multa, quæ reduxi, de off. or. licet. ubi uide: & de illo text. meminit etiam Abb. in c. j. de ſeq. poſ. & fru. ¶ Intellige ſecundò, niſi eſſemus in materia, in qua lex dat certam formam expreſsioni: quia non ſufficiunt uerba quantuncunc̃ prægnantia, ſed requiritur formalis expreſsio, per c. qui ad agendum. in princ. de procu. in vj. ubi iſta uerba, Et ad omnia alia requirentia ſpeciale mandatum, nullum includunt de illis, & tamen inſpecta ratione recti ſermonis uideretur ſecus. Et ideo dicit Ang. in l. ſed & ſi quis. ſ. quæſitum. in fin. ff. ſi quis cau. quòd nõ ualet renunciatio caſuum fortuitorũ, etiamſi dictũ eſſet in renunciatione, ꝙ habeant pro expreſsis & ſpecificatis omnes caſus, qui cõtingere poſſent, per illũ text. in uerbo ſpecialiter. Fatetur ſecus eſſe, ſi talia uerba opponerentur in ſtatutis, uel reſcriptis motu proprio cõceſsis, ubi princeps poteſt uelle, ꝙ aliquid habeat pro expreſſo, ut per Io. An. in c. j. de excef. præla. in vj. cũ concor. de quib. per Alex. in d. ſ. quæſitũ. & dicetur ſ. eo. nõ nulli. ¶ Intellige tertiò, dũ modò clauſula gñalis utat ſubſtantiuis & propriis uerbis, quæ omnia cõprehendũt maiora, ut in dictis exẽplis: ſecus, ſi ſimpliciter adiũctur ſpeciei, putà per dictionẽ Quãuis, Quõlibet, uel ſimilia: qa reſtringunt per ſpeciẽ. Patet ex dictis in iij. declaratione: quib. adde Car. in c. ſi. de accuſ. & ibi Ana. ibi, quærit do. Flo. ubi dicit, Quidã conſtituit procuratorem ad petendam hæreditatẽ Titij, promittens reddere procuratori medietatẽ eius, quod de illa hereditate quõlibet conſequeretur, debet intelligi Quõlibet, ſ. procuratorio nomine: quia præcedentia reſtringũt illud genus. Vnde ſi tranſegit cum poſſidente, nec dicit, ꝙ tranſegerit procuratorio noĩe, nihil habebit, licet Ana. dubitet de ualiditate illius pacti, per l. ſumptus. ff. de pãc. cum ibi allegatis. Tñ dictũ iſtud eſt utile ad multa. ¶ Similiter dicit Paul. conſi. xlj. ad fi. ꝙ facta mentione domus, intelligitur de apta & deputata ad habitandũ. Vnde non uenit apotheca, etiãſi dicatur de qualicunc̃ domo. Similiter dicit Ang. conſi. xxij. ad fi. de pœna illius, qui fecerit, etc. ꝙ ſi inquiſitus eſt confeſſus tale qd, ex quo reſultat auxilium & fauor maleficij, non autem mandatum, & inquiſitio loquitur de mandato, & in ea dicitur eum fuiſſe confeſſum omnia & ſingula in inquiſitione contenta, intelligitur, ſ. quantum importat id, quòd eſt ſpecialiter confeſſus: quia uerba inquiſitionis non poſſunt facere, ꝙ ſit certum delictum, ubi non eſt. Vnde ſi diceretur furtum ex actu, in quo furtũ non cadit, iſtud nõ nocet, ut latiùs per eum. ¶ Pro quo ultimo facit multa, quæ reduxi ſ. eo. nonnulli. ad fi. uer. ubi uerba legis. oſtendendo, ꝙ ubi uerba legis non adaptantur caſui occurrenti, ceſſat legis diſpoſitio [a]. Et pro hoc dicto Ang. uide Lap. allegatione lv. Quidã corã iudice. ad fi. ubi dicit ſe uidiſſe obtineri, ꝙ ille, qui eſt condẽnatus de certo delicto, putà quia dicebatur falſum commiſiſſe, nõ tenebitur pœna falſi, cùm delictũ, cui talis clauſula fuerat adiecta, nõ eſſet de genere falſitatis: putà, ſi diceretur in cõdemnatiõe, ꝙ falſò occidit hominẽ. Et dicit Sali. in l. ſi ſerui. ibi, exemplũ dicit. C. de noxa. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ quilibet cuiuſuis conditionis poſsit teſtari, nõ intelligitur de illis, qui iudicio carent, aut uelle nõ habẽt, ut infantes, furioſi, monachi, & ſimiles. Operatur tamen illud uerbũ Cuiuſuis, etc. ꝙ non ſolùm habiles de iure cõmuni, ſed etiã alij poterũt teſtari. Subdit etiã Sali. de ſtatuto, ꝙ occidens quouis modo decapiteturː nam uenit in ſtatuto, etiam qui ſine dolo, uel culpa occidit: & fortè etiã, qui occidit defendendo. Sequitur Alex. in l. & ſi ſeuerior. C. de inſa. Tamẽ illud de defenſione reprehendit Bapti. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ¶ Faciat ad hoc aureũ dictum Sali. in l. cõmiſſoriæ. in fi. C. de pac. inter emp. & uen. ubi dicit, ꝙ ſi ex pacto licet cõductori recedere à ſ̃cto poſt mẽſem, quandocũc̃ uoluerit, niſi fuerint ſibi ſeruata quædam promiſſa, illud Quandocunc̃, debet intelligi, niſi poſt mentem fecerit actum, per quem uideatur ab illa facultate receſsiſſe: putà, ſi petierit adimpleri ſibi promiſſa. Similiter Bal. in l. j. ſ. huius ſtudij, quaſi in fi. ff. de iuſti. & iur. dixit, ꝙ ſtipulatio notarij facta nomine iudicis pro omnibus, quorum intereſt, intelligitur, ſcilicet de ſubditis iudici. Dixi ſ. eo. cùm ordinem. Et omitto alia ſimilia, de quibus aliàs. Sed prædicta omnia nota: quia mirificè inſeruient. ¶ Septima declaratio. Quando expreſſa ſunt aliqua, & non reſtat, niſi unius caſus non expreſſus, ſi ſubijcit clauſula generalis, ueniet ille caſus, etiamſi eſt maior expreſsis, ne uerba ſint inania & ſuperflua. Ita ſingulariſsimè decidit Marian⁹ per uerbum Fortè, in repe. c. poſtulaſti. uer. quæ etiam limitatio. ſ. eod. dicens, quòd licet literæ beneficiales de beneficio ſpectante ad electionem, uel præſentationem aliquorum cum clauſula, Vel quãmuis aliam diſpoſitionem, non comprehendant modum prouidendi maiorem expreſſo, ut per Domi. in c. cùm in illis. ſ. cùm autem. in fi. de præb. in vj. quem retuli ſuprà in fi. corroborationum regulæ, tamen ſi ſunt expreſsi omnes modi prouidendi, excepto uno, qui cæteris maior eſt, id eſt, confert plus iuris: certè ſi ſequitur clauſula generalis, Vel alio quocunc̃ modo, comprehendetur etiam ille modus, ne uerba ſint ſuperflua; cõtra c. ſi Papa. de priui. in vj. ꝙ uerbum nouum, & cui conteſtem non reperi, ſicut nec ipſe affirmat: & ſi uerum eſſet, beliſsimè ornaret hanc materiam, & obſtare uidetur mens diſponentis: quia ſi ex iuris interpretatione non præſumitur extendi ad maiora: certè ſicut illa generalis ſuperfluè exprimeretur, quando ſub ipſa nihil poteſt ullo modo comprehendi, ita quando non poteſt aliquid comprehendi propter reſiſtentiam materię ſubiectæ & interpretationis iuris: uoluit enim diſponens dicere, & de omni alio, ſcilicet ſi quod ſimile ſubſit: at ſi nullum ſimile ſubeſt, ſed maius, illud non fuit in conſideratione, ut etiam dixi ſ. eo. in noſtra. corollario xxxij. ¶ Poſſet curioſus inſtare acutiùs, dicẽdo, ꝙ ſaltem iſta declaratio poſſet procedere, quando diſponens ſciret aliud non ſubeſſe, niſi aliquid maius expreſsis: quia tunc dicendo, Et quædam alia, uidetur illud maius ſibi notum includere: ex quo non poteſt dicere, ꝙ tanquam non informatus de ſubiecta materia adiecerit, quaſi ad cautelam, illud genus. Bene facit, quod not. in hoc. in l. tam is. ſ. j. ff. de do. cauſa. mor. dicens, ꝙ licet ad ualiditatem donationis factæ à filio in poteſtate oporteat patrem nominatim cõſentire [b], l. filius. ff. de donat. tamen ſi donat cauſa mortis preſente patre, & dicat, ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum, & cuiuſcunc̃ alterius ultimæ uoluntatis, certè ex quo non poteſt habere locũ alia ultima uoluntas, niſi illa donatio cauſa mortis, illa generalis clauſula non uerificabilis aliter, perinde operabitur, ac ſi nominatim eſſet facta ſpecificatio donationis, arg. l. ij. ff. de lib. & poſth. Et ſequitur Philippus Corne. in l. ſenium. C. qui teſta. fa. poſ. & Alex. ad fi. allegans bonum text. in l. fundus, qui locatus. ff. de fun. inſtru. ubi legato fundo cum inſtrumento, non uenit inſtrumentum coloni, ſed domini, niſi dominus nullum haberet: quia tunc ueniet inſtrumentum coloni. Et faciant multa in ſimili adducta ſuprà, eo. cap. ſ. uer. priuilegium continens prima facie. ¶ Sed certè iſta eſſet reſtrictio inaudita ad hanc materiam, & ſequerentur multa, uerbi gratia, ꝙ ſi in caſu ſ. cui dulcia. teſtator ſciebat, ꝙ illa erãt omnia dulcia improbabilia, illa comprehenderentur: quod eſſet nouum & magnum dictum. Cogitabimus alia uice: quia opus eſt quieta magiſtratione propter rei notuitatem. ¶ Octaua & ultima declaratio. Proceſſus factus ſuper maioribus negotijs uirtute reſcripti, de quo hîc, ualet, ſi non opponatur. Abb. hîc per iſtum textum in uerbo, nec audiantur. quaſi uoluerit inducere & præſtare dilatoriam conuento. Allegat Ioan. An. infrà, eod. Rodulphus. dicentes, quòd maiora negotia expreſsiùs comprehenduntur ſub clauſula generali ex propria ſignificatione uerborum. Et idem tenent ibi Butr. Imol. & Abb. dicentes, ſecus in proceſſu contra maiores perſonas: quia iſtæ non includuntur ſub clauſula, ut hîc in text. in uerbo, includi. & idem Abb. hîc

[a] *Diſpoſitio] Facit, quod habetur per tex. et ibi per do. Alex. de Imol. in l. iiij. ſ. prælor. de dam. infec. & per Alex. in l. j. ſ. ueteres. de acqui. poſ.*

[b] *Conſentire] Adde Soci. conſ. lxxxvij. incip. In præſenti conſultatiõe. circa prin. in prima parte: & pleniùs in cõſ. clxij. incipi. Multum abundè. uer. ſuccedit nunc ſecundà difficultas. cum uerſi. ſeq. in ij. parte.*

c. ſedes.

¶ Aduerte: quia si teneremus ea, quę sunt dicta in quinta declaratione, quòd etiam in alia materia, quàm rescriptorum, non ueniant negotia maiora, non erit tutum tenere hoc dictum, quòd ex propria significatione uerborum includantur maiora: sed ex alio capite dictus processus poterit sustineri, uidelicet ex prorogatione: quia data iurisdictione delegati in personis potest fieri prorogatio ad res, c. cùm olim. de off. del. no. glo. eo. tit. P. & G. Et ideo pars non opponendo de isto text. uidetur prorogare tacitè iurisdictionem delegati. Secus in personis maioribus: quia per uiam prorogationis nō potest extendi iurisdictio ad alias personas, d. c. P. & G. Et quòd ualet processus in rebus maioribus, si non opponatur, expressè uult Inno. in d. c. dilecto, in fi. primæ glo. de offi. arch. per illum tex. An autem sit uerum indistinctè, quòd ista uerba Non audiantur, importent, scilicet ope exceptionis: an uerò repellant ipso iure, est materia ardua. Vide copiosè & ordinatè per Alex. in l. j. §. sublata. ff. ad Treb. Et ex his habes materiam melius declaratā, quàm per Doctores hîc & alibi. Adde etiā ad materiā gl. no. in c. accusatus. in uer. iudicari. de hære. in vj. quæ, sm Ang. & Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. uidetur uelle, quòd clausula generalis nō egrediat terminos dispositiōis specialis, l. fi. de certa. C. de transac. Tamē illud est uerum, nisi illud, de quo quęritur, cohæreat, ut connexum dispositionis præbulæ.

6 ¶ Dictio[a] Alius, ex † suo proprio significato implicat similia. Gl. trita in l. si fugitiui. C. de seruis fugit. Fallit, ubi ratio subiectæ materiæ aliud inducit, ut in exemplo glo. hîc, secundū Imo. & Ab. hîc. Adde solùm remissiones: quia non est opus in hoc multiloquio, & uide Domi. latè distinguentem in c. deinde. xxvj. dis. Aliquid per eum in c. j. in fi. & in c. ei, cui. de præb. in vj. & in c. hinc etenim. xlix. dist. & in c. omnes leges. j. dist. & in c. quis nesciat. xj. dist. & in summa. xxiiij. dist. in c. Valentino. xxxiiij. dist. per gloss. in procœmio ff. circa fi. & in authen. ut de fun. seu fu. in prin. & ibi Iac. de Bel. per Imo. in cle. j. de rescr. Bar. in l. quidam. ff. de reb. dub. Car. in cle. dignum. in j. notabili, de cele. misс. But. in c. officij. secundo notabili, de pœn. & remiс. Alex. consi. mihi secundum numerum omnia consilia amplectentē cccxliij. Consideratis uerbis dictæ inuestiturę, Rotam de rescri. xlviij. in antiquis: & xij. in antiquis: glo. in uerbo, alteri. in cle. j. de reb. eccle. Et in c. j. in uerbo, alios. §. de sum. tri. & in c. j. uerbo, alios. de præbē. in vj. & Io. An. in c. cùm in illis. circa fi. de præben. in vj. & Lu. consi. xlij. & xcij. Et dicit pulchrè Bal. in l. & si post tres. ibi, sed quid si statutum dicit. ff. si quis cautio. in lectura, non in repetitione, quòd stante statuto, quòd cōmittens maleficium debeat cōdemnari in mille, uel alia pœna, arbitrio potestatis, non potest imponi alia pœna, quæ non sit æqualis primæ, uel parū excedens, per tex. ad hoc no. secundum eum in l. j. ff. de reb. dub. ¶ Similiter dicit Bal. in l. conuenticulā. ibi, & istud not. C. de epis. & cle. q. si statutū dicit, q. aliquis puniatur pœna pedis, uel alia, illud Alia, intelligitur de simili[b], propter gloss. in d. l. si fugitiui. Vnde nō intelligitur de pœna pecuniaria: quia non conuenit in genere, nec de amputatione capitis: quia longè remota est ab amputatione membri. Vide etiam Baldum & Sali. in dicta l. si fugitiui. Et Repertoria in uerbo Alius. Differt aūt alter & alius: quia alter intelligitur de duobus, alius de pluribus, licet aliquando aliter capiantur per abusionem, ut latè not. Valla elegantiarum suarum ccix. alter de duobus, etc. ¶ Hodie clausula, Et quosdā alios, importat solùm de quatuor, c. ij. eo. tit. in vj. & in ipsa prima citatione debent exprimi illi quatuor. Dicit tamen Imol. hîc, quòd satis est, q. scribantur in actis, de quo per gl. maiorem in d. c. ij. ¶ Et no. q. restrictio, quæ fit ibi, prout dicit in clausula personarū, non in clausula rerum, ut ibi per Io. An. & dixi suprà in prima declaratione: & uide Rotam de rescri. ij. in antiquioribus, ubi dicitur, q. clausula, Et alios, quorum interest, extenditur solùm ad quatuor nisi sponte plures ueniant: quia etiā multi admittentur, licet in primo citatorio non positi. Et ibi dicitur decretum fuisse in Rota, q. illud c. ij. non procedat in impetratione, quæ nō egreditur curiā: quia illa non lædit ordinariam. Tamē quia etiam militat ratio infinitatis, non firmatur. Et quia allegatur semper d. c. quòd iuri exosa est infinitas, uide Lud. Ro. in rub. de arbit. ibi, & not. ubi posuit xij. singulares effectus, quos operatur ista exitatio infinitatis. Omitto: quia inuenies plura ad saturitatem per Alex. post Lud. in l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infe. aliquid per Alex. in l. si finita. in prin. ff. eo. tit. Vltimò uide Paulum consi. cccij. ad confirmationem, etc. ubi dicit, q. processus fiendus coram delegato debet esse talis, qui ueniat sub uerbis rescripti. Vnde rescriptū de debito ex causa mutui, nō comprehendit debitum ex stipulatione. Allegat Imo. j. eod. super literis.

[a] Dictio Alius] *Adde, quando ista dictio Alius, Alia, Aliud, est implicatiua similium, ut hîc: adde quòd si huic dictioni præponitur nomen uniuersale, importat maiora expressis. Ita glo. not. secundum Ioan. de Imo. in cle. j. uersic. quamuis. de reiudi. Sed habes contrariam glo. in l. si fugitiui. in uerbo, Alia. C. de ser. fug. quæ dicit, simili, uel extraordinaria. Tu dic, quòd glo. in in d. cle. j. processit regulariter, nisi materia subiecta aliud importet. Et hoc modo intelligas glo. in l. si fugitiui. De ista dictiōe Alius, uide Abb. in c. officij. de pœ. & remiс. & in c. mulieres. de sent. excom. Adde quòd ista dictio Alius, denotet similitudinem: est text. in c. cùm non ab homine. de iudic. in uerbo ibi, seu alio crimine. &*

[b] De simili] *Adde do. Soci. consi. ccc. inc. In causa interpolationis. uersi. tertiò principaliter. cir. pri. in ij. parte, quòd licet dictio Alia, de sui natura includat similia, tamen includit diuersa ab expressis: quia nullum simile est idem.*

SVMMARIVM.

1 ¶ Impetratio sola absq; usu, seu effectu, an puniatur.
Impetratio sola rescripti non inducit litigium, neq; necessariò uoluntatem litigandi. Post nu. 1. uersic. adde etiam Domi.
2 An oporteat facere mentionem rescripti, quòd est nullum, uel elidi potest.
3 Rescriptum committens causam finitam per sententiam non est inualidum, quando sententia non tenuit, licet de ipsa non sit facta mentio.
4 Statutum puniens facientem cessionem nobili, intelligitur de cessione ualida.
5 Citatio quando perpetuat iurisdictionem, intelligitur de citatione ualida.
6 Iudex propter sententiam nullam an faciat litem suam.
7 Iuramentum præstitum de seruandis statutis, intelligitur de ualidis.
8 Expectans potest acceptare beneficium uacans de iure, licet non de facto: & si acceptat, currit sibi tempus.
9 Actus inualidus, uel nullus, non caret semper pœna aduersus eum, qui commisit.
10 Interdictis terris alicuius domini, intelliguntur etiam interdictæ terræ, quas tenet de facto.
11 Iudex dicitur functus officio suo per sententiam ualidam, siuè inualidam.
12 Actus nullus an faciat expirare iurisdictionem, seu potestatem.
13 Prædicta declarantur.
14 Citare faciens aduersarium coram diuersis iudicibus pro eodem negotio, debet perdere causam.

15 Lex,

15 Lex, ubi excipitur. quæ est ff. de iudic. limitatur, seu fallit undecim modis, quos hîc uide.
16 Contumax ad primam citationē si uelit purgare moram solutis expensis, & oblato fideiussore de iudicio sisti, actor si contradicat, non audietur, nisi iis actoris non sit factum deterius.
17 Careat, uerbum, quid importat.
18 Actor, uel reus, si non potest consequi iusticiam coram primo iudice propter impotentiā de facto ortā, potest recurrere ad alium.
19 Exceptio si non opponatur, tenet processus factus coram duobus iudicibus.

CAPITVLVM XVI.

c. ex tenore.

Ex tenore. ¶ Qui cōtra unum supereodem negotio ad diuersos iudices diuersa rescripta impetrauerit, & eis utitur, perdit commodum utriusque. ¶ Sola † impetratio absq; usu inducit pœnam prædictā. Host. hîc, & sequitur An. Sic. per c. dispendia. eo. ti. in vj. ubi prohibita impetratione punitur contrà facientes: & ibi Io. An. uidetur transire cum Host. hîc: & idem firmat ibi Domi. uersus fi. prin. quia ille text. dicit, careat cōmodo literarum, si ad diuersos, etc. ¶ Et subdit tex. & reo fatigato teneatur in expensis: & ita ponderant fatigationem solùm quo ad expensarum resartionem, sed quo ad carentiam literarum non ponderat fatigationē rei, uel usum literarū, sed solam impetrationem. Facit l. si quis maior. in uerbo, supplicando principi. C. de transac. ubi promittens nō cōtrauenire transactioni, incurrit pœnam solùm supplicando, secundū An. Sic. hîc. ¶ Addatis tex. in l. iij. in prin. ff. quod quisq; iur. ubi contra impetrantem ius iniquum fit retortio, etiamsi eo non sit usus. Per quem tex. dicit Imo. in c. cùm omnes. ibi, sed certè hæc opinio. de consti. q. contra cōdentem iniquum statutū fit retortio, etiamsi eo non sit usus, contra Inno. ibi. Facit etiam gl. ij. & ibi Bal. in l. j. C. quando libellus principi datus. ubi habes, q. sola impetratio rescripti interrumpit præscriptionē. ¶ Contrarium, q. imò requiratur usus, ut impetratio noceat, tenet glo. hîc, quam cōmuniter approbant Doc. secundū Abb. hîc. Pro qua facit l. libertus. la ij. de in ius uo. ubi impetrans nō dicitur uocasse in ius. Imò, secundū Bal. ibi, etiamsi producatur libellus, nō incurritur pœna illius edicti, donec aduersarius citetur. Et idem in exceptione producta parte absente, secundum eum. Tamē huic legi facilè responderetur: quia edictum de in ius uoc. ponderat uocationem. Ergo non sufficit impetratio. ¶ Adde etiam Ang. in l. j. ff. de in ius uoc. & in d. l. libertus. ubi propter glo. quæ sunt ibi, dicit fuisse consultum in q. arduissima, q. sola productio libelli, uel positio inquisitionis in actis non inducit pendentiam processus. De quo dicit se dixisse in l. j. C. de iudi. ¶ Adde etiam Card. consi. xxvij. In Dei, etc. in causa & quæstione excellentissimi, etc. ibi, secundum discutiendum. ubi dicit, q. ille, qui prohibetur impetrare iudicē sub pœna, si impetrat, non punitur, nisi utatur conueniendo reū. Et dicit esse casum s. co. cæterùm. §. uerum. ubi ponderatur, q. ille coegit reum laborare. Tamen dici posset, q. ibi ponderatur fatigatio rei, quo ad expensas, sicut in c. dispendia. Subdit etiam, q. qui promittit non uenire contra transactionem, nō incidit in pœnam impetrando. Alle. gl. in uerbo, uexare. in cle. j. de rescr. Et ibi idem dicit Car. in fi. extollens illam gl. pro singul. q. non dicitur contrauentum transactioni, donec aduersarius uexetur. ¶ Considera, q. illa gl. solùm dicit, q. ubi agitur de refectione expensarum, non sufficit sola impetratio: non dicit, q. pœna imposita impetranti habeat locum in utente tantùm. Et ibi Imol. ad fi. ponderat eam ad intellectum ubi Vexare, q. uexatio incipit à citatione. Quod adde ad Bar. in l. amplius. ff. rem ra. ha. cum concor. ibi ab Alex. additis. ¶ Adde etiam Domi. in c. quoniam. in prin. de immu. eccl. in vj. ubi dicit, q. solus actus impetrationis rescripti nō inducit litigium, neq; necessariò uoluntatem litigandi, per illum tex. ubi pronuntur ut diuersa. Tamen ille tex. debiliter inducitur. ¶ Adde etiam Alex. consi. mihi xxxiiij. incip. Viso themate suprà scripto. ibi, tertiò principaliter. ubi uult, q. per supplicationem factam principi nō dicitur conueniri, nisi quis utatur rescripto obtēto. Alle. Pau. de Cas. in d. l. si quis maior. ubi dicit, q. in casu illius l. esset satis durum, & rigorosum, q. per solam impetrationē rescripti delegatorij incurrat quis illas pœnas. Et fortè, secūdum eum, in practica hoc seruaretur, si non fuit usus rescripto. Et hoc putat uerius. Et non dicas, q. ista decisio Pau. est reprobata per Alex. in d. l. si quis. ibi, sed certè. quia dicit ibi Alex. q. ille text. in uerbo Vel supplicādo, intelligitur ab omnibus sine aliqua subauditione. Et q. quantum ad incurrendas pœnas ibi positas, sufficit sola supplicatio odio peierantis, adde etiā Imo. & alios de rest. spo. conquestione. cum concor. quarū aliquas posui s. eo. in rub. ubi habes, q. ante usum rescripti pōt impetrator à rescripto recedere aduersario inuito. ¶ Reputo istum passum periculosum: quia non potui reperire aliquē ponentem insimul & concordantē has uarietates. Et qui uellet tenere primā partē, facilè responderet adductis pro secunda, ut iā uidimus. Sed qui uellet tenere istam secundā, cùm sit cōmunis, cogeretur respondere tribus iuribus in contrariū adductis, quibus prædicti non respondēt. ¶ Ad c. dispendia. posset respōderi, ut ibi per Inn. quem sequitur ibi gl. in uerbo, fecerit. à qua Io. And. ibi non uidetur recedere, exponendo Fecerit, s. cum effectu. Si diceres, ut ibi dixit Dom. q. tex. ponderat fatigationē rei, quo ad expensas, & sic usum: ergo ad carentiam literarum non est opus fatigatione, & sic nec usu: negaretur consequentia: quia potest esse, q. sit usus præsentando, & faciendo citare, & tamē reus, qui fortè nō comparuit, nullas expensas passus est. Ecce q. fuit usus, & debet carere literis, etiam reo nō fatigato. Vnde actus fatigationis ponderatur postea, quo ad expensas. Sed nō omnis usus inducit fatigationē. ¶ Ad d. l. si quis maior. sol. Odio iurantis, qui uiolat instrumentū, non attenditur ibi usus, & cessante ratione per iuris procedunt prędicta. Nec mirum, q. ibi sola suppli catio inducat hoc: quia statim, q. supplicauit, est periurus: quia animo iam recessit à iuramento, & factis incipit recedere. Intellige, quādo supplicat causam cōmitti non facta mentione de iuramento: aliàs secus, ut p. Car. d. cōsi. xxvij. per d. c. cæterùm. in uerbo, tacito de cōmissione priori. Et fortè dicetur j. eo. constitutus. ¶ Ad l. tertiam, in prin. ff. quod quisq; iuris. potest dici, ut colligitur ex uerbis Ang. Pau. & Alex. ibi, q. est specialis prouisio inducta in odium impetrantis ius iniquū, ut fiat retortio, etiamsi eo nō sit usus. Sed hîc nō impetrauit ius iniquū, licet fecerit actum à lege damnatum, s. impetrare binas literas ad diuersos contra eundem. Et q. lex, si quis maior. & d. l. iij. ponāt casus speciales, uide expressè Arch. xj. q. j. placuit. addentē similē casum, de quo ibi, & alium in c. si quis episcopus. xxj. q. v. ¶ Cogitabā attentis prędictis posse etiam insisti contra Ab. hîc, q. qui non utitur, nisi uno rescripto, nedū euitet pœnā huius c. sed nec etiam possit, quo ad secundū, notari de surreptione: quia ad inferendā fraudem non uidetur sufficiens allegatio impetrationis primi, positq; eo nō utoris: quia non uidetur decipi Papa, nec aduersarius, si intento uno tantùm uti. Nec obstat c. postulasti. j. eo. ubi Papa non præsumitur uelle scribere pro habente sufficientes reditus, & sic pro prouiso: quia scribendo pro tali, illa retinet solitos reditus expectans nouos, usurus omnibus: sed iste una tantùm impetratiōe uult uti. Quinimo etiamsi post primū rescriptum orta sit noua actio, non uidetur prohiberi uti secūdo tantùm. Dato enim, q. cōmodius & utilius esset aduersario, q. primum re-

scriptum militaret, & non secundũ, tamen non uidetur hinc causari sufficiens surreptio: quia etiamsi in impetratione secundi omnia ista narrasset offerendo dimittere primũ, profectò ista nõ retraxissent Papã à cõcedẽdo secundum. Ergo cessat surreptio, ſ. eo. super literis. in prin. Nõ dicas, magis præiudicatur ordinario: quia nõ est uerũ, ex quo uult uti unico tantùm. ¶ Præterea qua uia obtinuit primũ, eadem obtinuisset secundum, offerendo dimittere primũ. Ergo si hoc non obtulit, tamen ad hoc est paratus, neminẽ uidetur offendere. Et cũ per secundũ rescriptum cautiùs sibi prouideat, nemini iniuriatur, c. ecclesia. lo ultimo, de elec. Tamẽ, quia Imo. & Abb. in isto casu nouæ actionis sequuntur Host. ideo propter eorum authoritatem id, quod dixi, non sustineretur in practica. ¶ Quid autẽ de impetrante plura rescripta in beneficialibus, uide latè per Imo. & Abb. ſ. eo. in nostra. distinguentes post alios, & ibi dicetur limitando prædicta.

2 **De rescripto** Nullo, uel † elidibili nõ est opus facere mentionẽ. Gl. hîc, & in c. cùm nostris. in uerbo, de facto. de concess. præben. & in c. suggestum. in uerbo. posterius. de iure pa. & gl. ſ. ad fi. ſ. eo. in nostra. & in regula, non præstat. lib. vj. Vnde dicit Imo. post Bu. & alios ſ. eo. ex parte. q̃ de appellatione aduersarij diserta non est opus facere mentionem. Similiter dicunt Car. Bu. Imo. & Abb. de excepti. dilectæ. q̃ de attentatis post appellationẽ per iudicem â quo, non est opus facere mentionem: quia uniunt retractanda, de ap. non solùm. lib. vj. Et dicit Cal. de præbẽ. cõsi. xxix. q̃ de unione nulla est necessaria mẽtio. Et dicit Abb. post Host. in c. per uestras. de do. inter uirum & uxo. q̃ de sententia nulla, uel de processu nullo non est opus facere mentionẽ. Quod est bene no. secundum Præpoſi. ibi. Et dicit Car. consi. xciij. Nobiles uiri. uer. quartò obijcitur. q̃ de compromisso nullo nõ est opus facere mentionẽ, putà si fuerat cõpromissum in laicum super decimis, contra c. contingit. de arbi. Allegat istam glo. Et dicit Domi. in c. quoniam. xviij. dist. quòd de priuilegio nullo, uel surreptitio, nõ est necessaria mentio. Et dicit Ol. consi. ccxcix. quidam Vgo. post prin. q̃ de lite, quæ est nulla, non est opus facere mentionem. Et dicit Abb. consi. xcix. In causa & q. impressis. q̃ literæ facientes mentionem de alia gratia, intelliguntur de ualida, non de nulla: & ibi etiam allegat glo. prædictas. Et dicit Bar. in l. filius. per illum tex. ff. de inter. act. quòd contumax in non respondendo nõ potest haberi pro confesso, ubi iudicium est nullum. Ex quo infert Lud. idem esse in captura propter tale iudicium facta, consi. ccxxiiij. Ista captura. Et dicit Ludo. consi. ccxx. Circa primum. quòd allegatio suspicionis, quam statutum inualidat, non nocet processui iudicis recusati. Et dicit Gui. de Cu. in l. eum, qui. in prin. ff. de consti. pe. quòd litis contestatio inualida non obstat exceptioni dilatoriæ. Sequitur Pau. de Cas. inl. ita demum. C. de procu. & dicit Lud. consi. ccccl xxxiij. Dubitabat primò. quòd ualet impetratio confirmationis, non facta mentione de prouisione alteri nulliter facta. Allegat glosſ. prædictas. Et dicit Cal. in isto tit. consil. xiiij. quòd de electione nulla non est opus facere mentionem. Et dicit Rota de rescri. lxxiij. in antiquis, Nota: quòd de gratia aduersarij elidibili non est opus facere mentionem, per istam glosſ. Et dicit Rot. de app. lxix. in antiquis, quòd non oportet facere mentionem de pendẽtia litis motæ ex rescripto surreptitio. Nec habet locum c. primum, & secundum, ut lit. pen. in vj. Et dicit Rota de rescrip. xj. in antiquioribus, quòd qui impetrauit rescriptum surreptitium, non tenetur impetrando secundum in eadem materia facere mentionem de primo, per istam glosſ. Et dicit Aegi. Bel. decis. Ro. cxcj. si pars, etc. quòd si quis dicit in rescripto, quòd neutra pars petitionem dedit, licet constet alteram partem certam petitionem dedisse, super qua pronunciari non potest, talis cõmissio non est surreptitia. Et dicit Alex. consi. mihi secundum unicum numerum, ccxxxvj. Visis processibus. in fi. q̃ † rescriptũ[a] cõ-
4 3 mittens causam finitã per sententiam non est inualidum, quando sententia non tenuit, licet de ipsa non sit facta mentio: quia non dicitur habere nomen sententiæ, l. iij. §. condemnatum. & l. si cum nulla. ff. de re iudi. Et dicit Bald. in l. edita. C. de eden. in repe. Padu. q̃ quando libellus est ineptus, seu nõ solennis, nulla exceptio est pœnalis: & si reus tunc mentiatur negando se possidere, uel dicendo se possidere pro alio, cùm possideret pro se, siue aliter calumnietur, non punitur. Alle. l. ſ. in uerbo, solenniter. C. de his, qui poten. no. Quod dicit notabile ad multa statuta imponentia pœnam excipienti certo modo. ¶ Et hoc uerbũ extollit Alex. in d. l. ſ. pro notabili limitatione ad l. fi. ff. de rei uen. cum similibus iuribus imponentibus pœnam neganti, ut non procedant, si libellus fuit ineptus, uel non solennis.

a *Rescriptum*] *Adde tu, q̃ ista est maxima limitatio ad l. fin. C. sententen. rescin. non pos. ubi dicitur, q̃ rescriptum cõtra sententiam nõ ualet: uide ibi Scribentes. Adde Spe. in ti. de resti. in inte. §. fi. uersi. quid si causa. in ij. parte.*

Regula, Non præstat. & glo. hîc, remanent per prædicta multipliciter ampliatæ. Multa etiam alle. Io. An. in d. regula, & bo. tex. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra ta. ibi. non quęuis exhæredatio, sed quæ ritè facta est. ubi Bar. dicit, q̃ statutum de mandãdo executioni instrumentum, intelligitur de
4 ritè facto. ¶ Et † statutum puniens cedentem actionem nobili, intelligitur de cessione ritè facta. Et Bal. in l. non dubium. C. de legib. dicit, q̃ statutum de gabella super contractu intelligitur de ualido: & dicit Pau. in l. sanctimus. in fi. C. de test. q̃ clausula cassans & irritans omne aliud testamentum, habet tacitam conditionem, uide licet si illud, in quo est ista clausula, est ualidũ, per illũ text. quem dicit singulariter not. Et dicit Car. in cle. dudum. ult. q. de sepul. q̃ si debet solui quarta de electione sepulturę, intelligitur de ritè facta. Et dicit gl. fi. in c. cùm plures. de off. dele. in vj. & Ab. in c. uenerabili. de off. de-
5 le. q̃ † iura dicentia citatione perpetuari iurisdictionẽ,
b intelligũtur de citatione ualida[b]: & concordant multi, quos soleo referre in c. gratia. de off. dele. ¶ Et dicit Bart. in l. qui accusaturus. ff. de adul. q̃ libellus inualidus non interrũpit præscriptionem. Et dicit gl. ij. in fi. c. ut debitus. de ap. q̃ litis contestatio inualida non interrumpit præscriptionem.
c Et q̃ citatio inualida nihil operetur[c], est glo. fi. in l. si accusatoribus. C. de accus. sequitur Bal. in c. quoniã. de prob. & in c. in nomine. iiij. notabili, de testi. facit c. pe. de fo. compe. in uer. legitimè citatus, & c. bonæ. lo ij. cum glosſ. fi. de ele. & gl. ij. ĩ l. si pater. C. ne de stat. defũ. quam sequitur Imol. in c. constitutus. ſ. eo. not. Ange. in l. si quis postea. ff. de iudi. & Arch. in c. non ita. ij. q. vj. & alij multi uolentes citationem inualidam nullius esse operationis, nisi sequatur sp̃tanea cõparitio. Glo. hîc notat tria in l. j. & ibi Bal. in iij. no. & Alex. in prin. c. ff. de ferijs. Ro. de dolo & contu. xj. in nouis. Et dicit Abb. in c. ij. per illũ tex. de reb. eccle. nõ alie. q̃ inuadens rẽ alterius ex titulo apertè inualido dicit rapere. Et hoc dictum, & quædã alia notanda alle. Alex. in l. iustè. in ulti. apostilla, ff. de acqui. pos. Et acceptatio inualida non facit gratiã expectatiuã esse cõsumptã. Lu. plenè. consi. ccccxxix. Præsens cõsultatio. cũ suis concor. Electio nulliter facta non impedit aliã fieri. Bart. distinguendo in l. iij. §. j. ff. de opti.

b *Intelligũtur de citatione ualida*] *Adde tu, q̃ citatio nulla non perpetuat iurisdictionem, Paul. de Cas. in l. j. §. j. ff. de feriis. & in consilio suo. lxix.*

c *Nihil operetur*] *Adde Nillũ in tractatu banni, ij. q. iij. partis primi temporis, et Bal. in addi. ad Spe. de cita. uersi. si sunt tres.*

opti. leg. plenè Alex. in l. serui electione. in fi. prin. ff. de leg. j. Et si executor nulliter prouidet, non expirat aduocatio, quã ad se Papa fecerat, Imo. in c. inter dilectos. de fi. in fin. cum concor. latè Lu. consi. cccxxxv. circa primũ. Et nominans inefficaciter, potest iterũ nominare. Rot. de præben. j. in antiquis. Et de cõpromittente nulliter, uide Bal. in l. fi uer. quartò quæro. C. de cõtrahen. emp. Et dicit Pet. de Perus. in iiij. episcopali, c. viij. q̃ de legato inualido episcopus non petit quartam. Et dicit Ang. in §. oportet. in authen. de iudi. q̃ obligatus ad omnes usuras, non est obligatus ad immoderatas. Et dicit Pau. consi. ccxliij. Viso codicillo. q̃ grauatus ad soluenda legata, non tenetur soluere inualida. Et dicit Lud. consi. lxvij. Viso themate. quòd statutum mandans pronunciari super non obseruantia laudi, intelligitur de laudo, quod fuit ualidum. Et dicit Lud. consi. ccccxxxiiij. Circa primum. quòd rescriptum Papæ mãdans executioni mitti sententiam unius cardinalis, debet intelligi, nisi ab ea sit appellatum, uel nisi sit inualida. Et dicit Bal. in l. j. §. hæc uerba. per illum tex. ff. quod quisq; iur. q̃ statutum puniens proponentem aliquam exceptio-
6 nem, intelligatur de congrua. ¶ Et ibi dicit sing. Ange. quòd † propter sententiam nullam iudex non facit litem suam. Et est glo. notabilis in l. fi. in gl. j. ff. de uari. & extraordi. cog. & ibi Bart. nisi executus fuisset, secundũ Bal. in l. obseruare. §. proficisci. q. xxj. ff. de offi. proconſ. Et dicit Bal. in l. ij. C. de iur. emphy. quòd pœna apposita à iure emphyteutæ alienanti irrequisito domino, intelligitur de alienatione aliàs ualida: putà, habente cõsensum propinquorum requisitum à statuto: de quo exclamat Fran. de Cre. not. cxij. Statuto cauetur, quòd mulier. & pulchrè Ias. May. in repe. l. fi. consi. xc. C. de iure emphy. ¶ Adde, quod no. Bal. in l. fi. iiij. q. C. de his, quæ pœ. no. & dicit Pau. consi. cccxxvj. q̃ statutum fauens uicino super uenditione facta à uicino, eo irrequisito, intelligitur de uenditione aliàs ualida. Et dicit Bal. in l. filium. §. fi quis. ff. de leg. præstan. quòd statutum faciens cadere à iure suo cedentem actionẽ nobili, intelligitur de cessione aliàs ualida. Et dicit Bal. in c. tua. post prin. de cohа. cle. & mul. quòd si statutum dicit sufficere probationem famæ ad probandum maleficium contra magnates, non intelligetur de nuda, sed de cõprobata indicijs. Alleg. Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Et dicit Pau. consi. cxcvj. Super hoc puncto. q̃ statutum puniens condemnatum, intelligitur de cõdemnatione ualida, per d. §. non quæuis. etiamsi alio statuto esset prohibita omnis interpretatio ad statuta. Intelligitur enim de extensiua, non de declaratiua, secundum eum, ut etiam remissiuè dixi in c. ij. uersi. uerbum Præcisè, ſ. eod. Et dicit Alber. de Rosa. in l. de quibus. ibi, & ita fuit terminatum. ff. de legi. quòd iuramen-
7 tum † de seruandis statutis, intelligitur de ualidis. Et sunt uerba Old. consi. cclix. impugnatur. ibi, confirmatur. Et dicit Paul. post Bart. in l. ij. §. prætor. ff. qui satisd. cog. quòd si statutum dicit, qualiscunq; fuerit sententia arbitri, uel instrumentum publicum, mandetur executioni, intelligitur data eius ualiditate, per text. ibi cum gl. Et dicit Bal. in l. fi. §. fi. C. con. de leg. q̃ statutum puniens contrahentes, non soluta gabella, intelligitur de cõtractu ualido. Latè Lud. consi. cccxxxiiij. cùm dilucidè. Et dicit Bald. in l. ea quidem. C. si manci. ita alie. fue. ne manu. per illũ tex. q̃ fruſtratoriũ factum pœnã efficaciter non cõmittit: quia ex nihilo nihil fit: & alle. Philosophũ. Et dicit gl. fi. in c. significantibus. de offi. dele. q̃ pœna promissa in contractu, intelligitur, si contractus tenebit. Et idem dicit ibi Abb. in fi. de pœna apposita in compromisso. Et dicunt ibi Bald. & Card. quòd pœna apposita per partes super iurisdictione data ab eis alteri, intelligitur apposita, si tenet datio iurisdictionis. Et est alia glosſ. similis illi in l. sed si patronus. §. fi. in glo. hac scilicet ratione, ff. si quid in frau. pa. Et dicit glosſ. fi.

c. ex tenore.

in fi. in c. cùm causam. de testi. quòd testimonium testis non debilitatur ex primo eiusdem testimonio contrario nulliter recepto. Et dicit Bald. in l. si diuersa. quasi in medio, C. de transac. quòd renunciationes appositę in compromisso, intelliguntur, si actus principalis habebit effectum: quod extollit Alex. consi. xxij. Pro quo uide tu Card. in cap. cùm olim. paulò post princ. de præscrip. & pulchrè Ful. in d. l. si diuersa. Et dicit Pet. de Anc. consi. mihi ccccv. ultra rationes & iura, quòd mensis datus expectanti post acceptationem, non currit acceptanti inualidè. Et ne longior sim, remitto ad loca, ubi sunt alia in simili, sed non prædicta. Vide Andr. Sic. in cap. ij. de mutu. peti. dum apostillat fertiliter glosſ. optimam ad hæc, in c. pro illorum. in uersi. contradictores. de præben. de qua dicam infrà eod. causam. ad fi. & uide additionem, quæ est ad consilium Ana. lxxxiij. & omnino An. Sic. in d. c. causam. infrà, eod. dum ponit, q̃ ubi fit mentio de citatione, intelligitur de ualida. Faciunt, quæ reduxi de offi. dele. licet quòd actus inualidus non perpetuat iurisdictionem. Et multa ponit Maria. consi. mihi cxxxv. prælatus. & An. Sic. de foro compe. proposuisti. & Lu. consi. clxxxix. præsens statuti particula. & pulchrè Alex. in l. j. §. hæc autem uerba. ff. quod quisq; iur. dum tractat post Ang. an iudex, qui tulit sententiam nullam, facit litem suam.

Sed glosſ. Nostram cum concor. limita septẽ modis. ¶ Primo, nisi nullitas primarum literarum causaretur ex eo, quia impetrans secundas renunciauerat ipsis primis: quia tunc de ipsis debet fieri mentio. Abb. post alios infrà, eod. ad audientiam lo ij. per illum text. quia Papa sciens de tali renunciatione, difficilius dedisset secundas. Tamen in hoc Abb. tenet postea oppositum, infrà, eod. in nostra. ibi, credo etiã, q̃ de literis. respõdendo ad c. audientiã. quòd ibi consecutus fuerat pensionem mediantibus illis literis, quibus renunciauit. ¶ Limita secundò materiam, Nisi fuisset facta electio, quæ non esset nulla, sed annullanda: quia de ipsa debet fieri mentio. Cãl. hoc ti. consi. xliij. quia, secundum eum, istud est tale, quòd retraxisset, uel fecisset difficiliorem principem: secus, si electio fuisset nulla, secundum eum. Quod ultimum intelligo, nisi ultra nullitatem concurreret qualitas habens uerisimiliter difficultare impetrationem: putà, quia ipse impetrans fuisset electus per potentiam laicalem: quia dato, quòd talis electio sit nulla, tamen si non exprimitur, non ualet gratia. Abb. de præb. cùm iamdudum. & dixi infrà, eo. postulasti. ad fi. Dixit tamen Car. d. consi. xciiij. ad fi. communiter teneri, quòd etiam de electione, quæ tenet, sed est irritanda, non est opus facere mentionem. Allegat glosſ. hîc, & in d. c. cùm nostris. licet aliqui aliter dicant, & minus bene, secundum eum. Et uide Abb. in d. c. cùm nostris. ubi uidetur sequi illam glosſ. Et sentiunt multi ex prælegatis, dicentes, quòd etiam de rescripto elidibili non sit facienda mentio. ¶ Limita tertiò, nisi primæ elidibiles sint litere ad beneficia: quia de ipsis dicitur fieri mentio, maximè quando sunt propriæ secundò impetrantis. Cal. Bu. & Car. ſ. eo. in nostra. contra glosſ. ibi: de quo latiùs ibi per Abb. & Imo. inuicem discordantes: & ibi dicetur uer. de primis inualidis. ¶ Limita quartò, nisi primæ efficiantur elidibiles post impetrationem secundarũ: quia cùm secundæ sint surreptitiæ à principio, tacendo de primis tunc ualidis, non reconualescunt propter superuenientem defectum primarum. Ab. hîc per c. si eo tẽpore. de rescri. in vj. Et hoc tã in literis ad lites, quàm ad beneficia, secundum eum, nisi primæ corruerunt culpa primi impetratoris, per cap. si autem. suprà, eo. d. ¶ Limita quintò, nisi primæ sint elidibiles per exceptionem tertio competentem. Abb. hîc per notata in c. mandatum. ubi tractatur, quòd exceptio tertio competens non potest â me allegari: & ibi dicetur. ¶ Limita sextò,

nisi agatur de possessione alterius, nullum tamen habente in se colorem: quia de ipsa est facienda mentio, c. cùm nostris. de concess. præb. & ibi Doc. & in proposito Domi. in addit. ad dictum consilium Cal. de præbẽ. xxix. ubi uult, quòd in omni impetratione debet fieri mentio de alterius possessione, per text. cum glos. in c. ij. de deci. in vj. & patet in c. dudum. eo tit. quia si expositũ fuisset Papæ de possessione, non sic de facili concessisset rem possessam, etiamsi possessio fuisset solùm colorata: & non est speciale in casu d. c. cùm nostris. secundum eum, contra Cal. in d. consi. ¶ Adde etiam Old. consi. ccxxxij. Casus talis est: aliquis impetrauit. ubi dicit, quòd
8 † expectans potest acceptare beneficium uacans de iure, licet non de facto: & si acceptat, currit sibi tẽpus, de quo in cle. j. de concess. præben. Tamen impetrans, quòd uacat de iure, & non de facto, debet facere mentionem de illa possessione facti. Cætera de ista possessione dic, ut ibi per Doct. maximè Cal. in sua repe. & dixi ĩ. eod. in nostra. xxxvj. corolla. ¶ Limita septimò, nisi quis impetrasset primum rescriptum per malitiosam falsi expressionem: quia non ualet secundum in eadem materia ab ipsomet impetratum, non faciens mentionem de primo. Rota latè de rescri. xj. Titius contra Seium. in antiquioribus: quia si obijcitur sibi de primo, & ipse allegat talem obreptionem, non auditur propter turpitudinem suam: secus, si esset obreptio, uel surreptio carens dolo: quia cessat dicta ratio. ¶ Considera in primo casu, quid si illa turpitudo fuisset detecta in iudicio: quia fortè potest allegari, per id, quod not. Bar. in l. ij. C. si ser. uel liber. & dixi post Abb. s̃. eo. scisci tatus. ¶ Item cogita, quid si non fuit usus primo: quia tenendo, quòd sola impetratio non inducat uitium, ut suprà tenui, non uidetur tunc necessaria eius mentio: & si ei obijciatur de illo, replicabit de non usu. Sed hoc non affirmo: quia si narrasset Papæ de fraude in primo commissa, difficilius habuisset secundum.

9 Cæterùm ad multa Præallegata, per † quę uidetur actum inualidum nullius esse momenti, caue: quia per ea nõ sequitur, quòd actus nullus careat semper effectu, seu pœna. Est enim distinguendum ex dictis Car. in cle. j. viij. oppos. de cõsan. & affi. & Bal. in l. ea quidem. C. si manci. ita fue. alie. & Bar. in l. quid ergo. §. cùm autem factum. ff. de infa. quòd aliquando lex considerat solum factum & animum facientis, non autem iuris effectum: & tunc etiam de actu nullo incidit in pœnam l. eum, qui duas. C. de adul. d. §. cùm autẽ. c. nuper. de biga. Et ideo punitur contrahens bis matrimonium, primo nõ soluto. Aliquando lex non considerat factum, nec effectum animi, sed principaliter effectum, ut si loquitur per uerba denotantia non nudum factũ, sed effectum: & tunc data nullitate actus non cõmittitur pœna. Facit l. j. in fi. ff. de abige. ubi l. reputat illud esse delictum. Idem, ubi loquitur in conditione, quæ est
15 *Dispensatio an & quando posit trahi ad consecutiua.*
16 *Verba priuilegiorum Papæ sunt interpretanda secundum ius canonicum, non ciuile.*
17 *Priuilegium indultum generaliter, non comprehendit casum contra rem publicam.*
18 *Interpretationes attestationum, contractuum, sententiarum, & similium, qualiter fiant, remissiuè.*
19 *Non obstante collatione alteri facta, etc. ista uerba quomodo sint intelligenda.*

20 *Execu-*

20 *Executores non habent potestatem contra contradictorem, nisi in debitè contradicat.*
21 *Rescriptum, uel statutum, tollens appellationem, uel exceptionem, intelligitur tantùm de iniusta.*
22 *Fideiussor promittens soluere sine aliqua exceptione, non intelligitur de iusta.*
23 *Promittens aliquem defendere, intelligitur, quando iniustè opprimitur: secus, si iustè.*
24 *Prohibitus aliquam inferre molestiam, potest de iure molestare.*
25 *Princeps si prohibet, quòd nullo modo aliquis molestetur, intelligitur etiam de molestia iuris.*
26 *Clausula Anteferri, præiudicat illis, quibus ius est quæsitum.*
27 *Clausula Appellatione remota, operatur in incidentibus, sicut in principali.*

CAPITVLVM XVIII.

1 Ausam, quæ. ¶ Clausula † in rescripto posita, debet reduci ad terminos iuris, ubicũq; reperiatur sita. Processus potest pronũciari nullus, parte absente. Abb. anti. per istũ tex. & sequitur Domi. in c. in tantũ. in notabilibus, in xxj. dist. per illũ tex. in uer. absq̃ omni controuersia. ubi declaratur nullitas processus notoriè inualidi. Ad idem alle. c. relatũ. v. q. ij. ubi de processu accusationis iniustæ dixit text. absque nulla retardatione corrigere curauimus. & ibi etiam Domi. exponit, id est absq̃ ulla citatione. ¶ Contrarium firmat hîc. Imol. Abb. & And. Sic. Et dicit But. quòd hoc dictum non est per omnia uerum: tamen dicit, quòd est perpetuò notandum: & facit, quòd sententia, quæ est lata nulliter, potest declarari nulla etiã parte absente. Et adducit Abb. contra prædictam regulam iuris, quòd nihil debet attentari in præiudicium absentis. Ad idem adducit Imol. quia etiam in notorio requiritur citatio: gl. de iureiu. ad nostram. lo iij. Ad idem facit iste text. in uer. cõstiterit. quod importat per citationem, secundum And. Sic. propter glo. in c. sacro. in uer. constiterit. de sen. excom. & in cle. præsenti. in eodẽ uerbo, de censi. in cle. ij. in c. uerbo. de pœnis. Sed ad istud posset considerari, quòd tex. hîc nõ dicit, quòd in ipsa pronũciatione super cessatione requiratur citatio, sed in informatione super rectitudine, processus citetur pars. ¶ Saluatur dictum Abb. anti. in quatuor casibus. Primus est, propter notorietatem, secũdum Abb. hîc: quia constabat Papæ, nullam defensionem competere parti absenti. Et ita habes hîc casum, quòd parte absente procedi potest, si notoriè constat nullam defensionem ei competere. Pro quo ultra Abb. alle. An. Sic. c. bonæ. lo j. uer. porro. de elec. Secus, si factum non esset ita notorium, propter glo. fi. in d. c. ad nostram. ¶ Hanc saluationem ipse reprobat, tãquam ab isto tex. ualde extraneam. Vult dicere, quòd non apparet, quòd hîc cõstaret Papæ, absenti ius non competere. Sed certè Abb. nõ uult hoc: quia non sentit de meritis causæ: sed dicit, q̃ dubiũ surgebat ex tenore rescripti. Vnde quia ex eius inspectione poterat constare de nullitate processus, nõ est incongruum intelligere, prout intelligit Abb. Nec etiam iste text. in uer. constiterit. requirit ad hanc informationem citationem impetrantis, sed aduersarij, ut ab eo sciatur de attentatis: quo intellecto oritur nullitas ex inspectiõe rescripti malè intellecti. Et pro ista saluatione uide omnino, quæ dixi in c. cùm olim. de re iudic. uer. non est citandus necessariò. ¶ Et est gl. ualde in terminis in c. sua. in gl. fi. de offic. uic. per quam colligit ibi accuratè solus Domi. quòd iudex potest pronunciare super nullitate processus, etiam parte nõ uocata, quando notoria est nullitas ex defectu impotentiæ iudicis. Vnde infert, quòd ecclesiasticus potest pronunciare nullum esse processum habitum per secularẽ contra clericum coram eo tractum etiam parte non uocata. ¶ Saluatur secundò dictũ Abb. anti. quando nullitas surgit ex interpretatione rescripti Apostolici: quia sicut ipse Papa potest suum rescriptũ interpretari parte absente, c. j. de uerb. sig. & ibi Inno. ita decernere potest nullitatem actus accessoriè prouenientem ex interpretatione rescripti. Abb. hîc. Sed dicit An. Sic. q̃ istud est somnium. Aut enim fit interpretatio extra iudiciũ, & non requiritur partis citatio, d. c. olim. & iste non est casus noster. Aut in iudicio per Papam: & tunc requiritur citatio, per l. fi. & ibi Bal. C. de legi. ¶ Posset responderi, quòd imò in isto articulo interpretationis nõ est opus figura iudicij: quia Innoc. in d. c. olim. & Paul. de Cast. pulchrè consil. j. expresè uolunt, quòd ubi non agitur de modificatione, uel restrictione rescripti, sed solùm de interpretatione declaratoria, non est opus præsentia partium, & coguntur partes eis stare. Est uerum, quòd But. rig. in d. c. olim. ibi, si uerò Papa. uidetur intelligere Inno. ibi, quòd ubi Papa aditur iudicialiter super tali dubio, debet declarare parte præsente, uel uocata. Tamen uidetur mihi, quòd Inno. postea reuocet hoc: quia statim subdit, melius credimus, quòd quælibet interpretatio obsit partibus, quo ad hoc, ut obseruent declarationem Papæ. Tamen in interpretatione, quæ fieret ab inferiore à papa iudicialiter, bene requiritur citatio, ut ibi per Inno. & But. Et sic restringitur ista saluatio: quia maior est potestas Papæ in interpretationibus priuilegiorum, quàm inferioris, per c. cùm uenissent. cum materia, de iudi. ¶ Saluatur tertiò, ut saltem ad istam cassationem sufficiat unica citatio, undecunq; oriatur causa cassationis: quia etiã in notorio requiritur saltem unica. Ita Imol. hîc per notata in d. c. ad nostram. ¶ Considera, quòd si esset talis notorietas, qualis est illa, de qua in prima saluatione, nõ uidetur necessaria aliqua citatio, per ibi dicta. ¶ Saluatur quartò, quando ageretur simpliciter de nullitate processus ad nullius præiudicium. Ita saluat hîc And. Sic. propter gl. in d. c. sacro. quæ dicit, quòd si agitur ad reuocandam excõmunicationem duntaxat, non requiritur citatio iudicis, qui excõmunicauit: secus, si ultra reuocationem agitur de eo puniendo. Et istam saluationem multùm extollit. ¶ Considera, quòd in casu c. sacro. bene potest reuocari sententia, & non puniri iudex: sed in casu isto non uideo, quomodo possit agi de nullitate processus, quin præiudicetur parti. ¶ Trãseundo cum prædictis, uidetur tota materia pẽdere à duobus pũctis. Primus est, utrùm cassatio processus sit interlo-
2 cutoria. Secundus, utrùm ad interlocutoriam requiratur citatio. De † primo dixi satis in ru. de re iud. post Bu. Imol. & Abb. in c. auditis. de proc. & Ang. in l. si preces. C. quomodo & quando iu. cum concor. concludendo cum cõmuni opini. quòd est interlocutoria: quia non diffinit negocium principale. Tamen Abb. in d. c. auditis. dicit, quòd est interlocutoria, habens uim diffinitiuæ: quia licet non diffiniat negocium principale, tamẽ diffinit articulum cassatiõis. ¶ De se-
4 cũdo pũcto [a], uide Ab. & alios in d. c. auditis. & ordinatè per Alexã. in l. si opus. ff. de op. no. nun. cum concor. ibi, extẽsis. Ex quibus uidetur, quòd ex duplici capite extra istas saluationes requiratur citatio. Primò, quia si est interlocutoria habens uim diffinitiuæ, requiritur citatio, propter gl. in c. fi. in uer. inanes. de elec. in vj. cũ concor. quas posui in d. rub. de re iudic. ostendendo, quòd talis regulatur, ut diffinitiua. ¶ Secundò: quia cõmuniter concluditur, quòd omnis interlocutoria grauis præiudicij requirit partis citationẽ, ut per Doc. in dictis locis: secus in actu non præiudiciali, l.

a *De secũdo pũcto*] *Adde tu, utrùm ab interlocutoria requiratur citatio? Innoc. in c. auditis. de pœnit. dicit, quòd cõtra absentem nõ cõtumacem potest ferri interlocutoria. Adde Bar. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. procõs. & le. Spec. in tit. de dila. §. iij. uers.*

c. causam, quæ.

ſed pone. & de ſen. §. viij. uerſic. quid de interlocutoria. Adde, q iſtud ita demum uerum eſt, ſi parũ grauat interlocutoria: aliàs ſecus. Ita Bald. in l. fi. C. de ſentẽ. ex breuic. reci. Bar. in l. diem proferre. in princ. ff. de arb. Fallit etiam, quando interlocutoria requirit cauſæ cognitionem. Ita Bart. in d. l. diem proferre. de arbitr. in princ. Adde Bar. in l. recuſare. in prin. ff. ad Treb. bel.

ille, à quo. in prin. ff. ad Treb. ubi text. melior de iure, ſecundum Ang. ibi in uer. cùm nullum damnum ſit futurũ. Et hæc not. quia iſtum paſſum nõ reperi ab alio ita ordinatum.

Quando ſit opus

3 peremptorio, & † quando non, uide meliùs, quàm alibi, per Sali. in l. ſi eo. C. qui acc. ubi in effectu uult, q termi nus ad accuſandum, uel agendũ, iux ta l. diffamari. C. de inge. & manu. dicatur in dubio peremptorius, etiamſi non dicatur. Idem, ubi eſt uerbũ Peremptoriæ, l. nonnunquam. ff. de iudi. ¶ Idem, ſi ſunt uerba æquipollentia: putà, aliàs habebimus te pro contumace: uel, aliàs procedemus ad ulteriora. Debet tamen iudex moueri ex aliqua cauſa ad talia uerba proferen da, d. l. nonnunquam. in fi. & l. conſen taneum. C. quomodo & quando iu. in uer. cõmonefacio. Ergo præceſſerat una citatio: quia dilationem à l. inuẽtã non debet iudex minuere ſine cauſa. Aliquando ſimpliciter ſtatuitur terminus ad proſequendam cauſam, & non præſumitur peremptorius. Aliquando ad audiendam ſententiam. Et idem, ut ibi latiùs per Sal. Adde Bar. in l. ad peremptorium. ff. de iu dic. & in §. Iulianus. hîc alle. per Abb. & Abb. in c. conſuluit. de offi. dele. ¶ Et inuenies, q quando fit citatio edicto uel nũcio, ad hoc, ut intelligat peremptoria, debet hoc exprimi. ¶ Fallit primò, niſi fiat citatio per iudicẽ, qui per ſeipſum mouet partem, quòd tali die compareat: qa habet uim peremptorij abſq; eo, quòd hoc

a exprimatur[a], l. ij. C. quomodo & quãdo in. & ibi gl. & gl. in c. conſuluit. de offi. dele. & ibi dixi. ¶ Fallit ſecundò, niſi præcedãt tres citationes: quia nõ eſt neceſſe dicere Et peremptoriè: qa tacitè ſubintelligitur in ipſa, l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iu. & dicit Alb. in d. c. conſuluit. quod regulariter nõ requiritur peremptorium, niſi in prima citatione, quæ fit in ingreſſu litis. Item ad ſententiam audiendam. In aliis actis iudicij ſufficit unica citatio. Facit c. ij. de teſti. ubi ad receptionem teſtiũ ſufficit unica. Et ita Bart. in d. §. Iulianus. niſi ubi agitur de præiudicio graui in iudicio, uel extrà: qa requiritur trina, ut per Inno. in c. ad petitionem, de accuſ. exceptis decem caſibus, quos poſui in d. c. conſuluit. Et ſcias, quòd licet regulariter, etiam ubi requiritur trina, poſsit fieri una pro omnibus, iuxta gl. in c. conſtitutionem. de ſen. excõ. in vj. tamẽ fallit in quinque caſibus, de quibus per Alexã. in l. contumacia. ff. de re iudic. Cõminatio de procedendo, quãtum de iure poterimus, nõ habet uim per-

b emptorij[b]. Gl. hîc, quam pro ordinaria allegat Imo. in d. §. Iulianus. dicẽs: idem, ſi iudex fecit citationem pro tali die ad audiendam ſententiam cum cõminatione: quòd aliàs elapſo termino, præcedet, prout iuris erit, ad ſententiam proferendã iuſticia mediante. Nam illud uerbũ Prout iuris erit, denotat ordinem in proceſſu: & per illa uerba, Iuſticia mediãte, denotatur rectitudo iudicis circa merita. Vnde talis unica citatio nõ habet uim peremptorij, ſicut non haberet, ſi ſimpliciter dixiſſet, quòd aliàs elapſo termino, procedet, ut iuris erit, & iuſticia mediante, non addendo illa uerba, ad ſententiam audiendam. ¶ Adde etiã Bu. de ap. ſæpe. ibi, hic puto. ubi dicit, quòd iſta uerba, Quantũ de iure poterimus, nõ habent uim peremptorij. Et idem tenent alij j. allegandi. ¶ Limita primò, dũ modò dicatur in cõminatione, aliàs procedemus, quantum de iure poterimus: ſecus, ſi dicatur, Procedemus ad cognitionẽ & pronũciationẽ. Bar. in d. §. Iulianus. & Doc. hîc. Rot. de re iud. decima, in nouis, Itẽ licet in cauſis prophanis, &c. But. in c. quoniam. §. ſi uerò. ut li. non conteſt. Imol. in c. ad petitionẽ. de acc. & ibi Ana. Bar. in d. l. ad peremptorium. Spe. de cita. §. uiſo. ibi, ſed quæro, an clauſula. Imo. & Ro. in d. §. Iulianus: Bal. in d. l. ad peremptorium. But. in c. conſuluit. de offic. del. Ad idem, quòd no. But. in c. ij. ne cle. uel mo. dicens, quòd, unica monitio cum cõminatione ſub pœna priuationis omnis priuilegij clericalis, habetur loco trinæ monitionis: de quo tamen uide Abb. ibi, & quod dixi in c. quod ſuper his. in vij. fal. de ma. & obe. Ad idẽ, quod not. But. in c. cùm cauſam. de iur. cal. ubi dicit, quòd ſi ſtatuitur terminus ad reſpõdendum poſitionibus cũ cõminatione, quòd ſi nõ uenerit, habebitur pro reſpõdente & confitente, tunc eo non ueniente poteſt declarari eum haberi pro confeſſo: de quo etiã uide ibi Ab. ¶ Limita ſecũdò, niſi cõminatio dicat, Aliàs elapſo termino te non audiemus: quia importat peremptoriũ. Bart. in l. mãcipiorum. prope fi. ff. de op. leg. & ſequitur Bu. de excep. paſtoralis. Vbi etiam melius omnibus la tẽ ponit, quando in dubio termini præſumantur peremptorij: & ibi dixi. ¶ Limita tertiò, niſi eſſemus in iudicijs ſummarijs: quia in ipſis iſta clauſula, quantum de iure poterimus, habet uim peremptorij. Bal. in rub. C. cõmi. uel epiſ. quia uerbũ Poterimus, ſignificat poſſe undecunq;, etiã per arbitrium, quod in ſummarijs in procedendo iudices habent à lege. Contrarium tenent Ludo. & Alexand. in d. §. Iulianus. quia aut cauſa eſt cognoſcenda ſimpliciter, de plano, &c. & tunc nulla citatio peremptoria eſt neceſſaria, cle. ſæpe. in uer. nõ peremptoriè. de uerbo. ſignif. Aut eſt cauſa ſummaria ſolùm: quia iura appellant eam ſummariam: & tunc requiritur peremptoria citatio. Probant: quia ad primũ decretum ſufficit cognitio ſummaria, authen. ei, qui cũ glo. ſ. in uer. examinato. & ibi Bald. C. de bo. author. iu. poſſ. facit c. quoniam. §. quòd ſi ſuper. ut li. non conteſt. & tamen ad primũ decretum requiritur peremptoriũ. gl. in d. §. Iulianus. & ibi Scribentes. Reliqua in hac materia uide per Alex. in d. §. Iulianus. Et licet ultra eũ ſint adductę ſ. nonnullæ deciſiones, tamẽ hoc paruĩ facio: quia propter pauca addita nõ intẽdo more quorũdã leuiũ arguere diminutionẽ in dictis ſuis, uel aliorum.

Clauſula refertur

4 Ad † omnia præcedentia c regulariter, ut præſupponunt hîc Doc. per text. hîc, & in iurib. alle. hîc in gl. iij. & iiij. Vnde dixit Angel. in §. hinc nobis. in fi. in authen. de hær. & Fal. quòd conſultor dans unicam reſponſionem duabus quæſtionibus, uidetur ambabus reſpõdere, ſi adaptatur reſponſio utriq;. Facit dictum Bart. in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obl. ubi dicit, quòd ſi dico, Promittis mihi & Titio? & reſpondes, promitto: intelligitur de utroq;: & hoc eſt de indubitabili, per tex. Inſti. de duo. re. in princ. ſm eũ. Et dixit Bu. in c. j. de pac. q ubi fiunt duę interrogationes, & una habet dependentiam ab altera, reſpondens principali affirmando, uidetur etiã reſpondiſſe acceſſoriæ, & tunc non procedit regula c. nónne. de præſump. Vnde ſi dico, promittis dare centũ ſub pœna mille? & reſponde

c *Omnia præcedẽtia*] *Ad quã materiã adde no. in l. ſi unus. §. inquit. ff. ad le. Aqui. & Bald. in Marga. uerb. inſtrumentum. & per do. Soc. conſ. ccl. inci. in cauſa Bono. uer. tertia ratio eſt. in ij. parte.*

ſpondes, Promitto dare centum, uideris etiam fateri de mille. Similiter accuſatus, q cognouit Bertã uxorẽ Titij, ſi confiteatur cognouiſſe Bertã, uidetur fateri eam uxorem Titij, ut per Bar. in l. ſi cui. el ij. ff. de leg. j. Et iſta ſunt, quæ in hac materia ponit hîc An. Sic. latiùs inſiſtẽs in hoc ultimo. Sed caue in primis ab æquiuocatione: quia, ut dicit Bald. in l. ſi idem. prope fi. ff. de iu. om. iu. aliquando quæritur, quo ad qualitatem poſitam in una clauſula, an uideatur repetita in aliar & iſta nõ eſt materia noſtra, & uocatur materia repetitionis: ad quã tu uide eleganter Bal. in l. quemadmodum. §. hæc uerba. ff. ad l. Aqui. Aliquando quæritur, utrùm clauſula abſolutè poſita, & quæ ſtat per ſe, referatur ad omnia, uel nõ? & iſta dicitur materia relationis, de qua agitur hîc. ¶ Item caue: quia dictum But. in d. c. j. de pac. reprobatur per Imo. ibi: quia licet ſi ille reſpõdiſſet ſimpliciter, dicendo, promitto, referretur reſponſio ad interrogata, §. præterea. Inſti. de inut. ſtip. tũ ſecus uidetur, ubi non eſt ſimplex reſponſio, ſed determinata: ſicut illa, promitto centũ: quia nõ uidetur, quòd ad aliud extendatur, ſm eũ, & bene. ¶ Itẽ de cõfitente cognouiſſe Bertã, uide latiſsimè per Alex. in d. l. ſi cui. ubi multa refert, & eſt materia repetitionis, non relationis. Et quamuis But. poſt Io. An. de ap. inquiſitioni. dicat, q in iſta materia relationis clauſularũ nõ eſt poſsibile dare certã doctrinã, propter quod fortè Phi. ibi, & in d. c. ſecundò requiris. eo. tit. nõ poſuit hanc materiã, tamen p diſcurſu lectionis poſſumus præſupponere, p regula, qđ dictũ eſt §. & remiſsiuè diſcurrere certas limitationes, ſubiũctis remiſsiõibus, per quas etiã aliæ fabricari poſſent.

Limita octo

Modis. Et primò, niſi pœna ſit poſita in principio i una parte prohibita: quia in alijs poſtea prohibitis nõ cenſetur repetita. Glo. in cle. ij. in uer. ſanctioni. de ui. & ho. cle. Et ideo Lap. alleg. xxviij. dixit, q pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio poſita in cõſtitutione Benedicti, uas electionis. excedentibus taxam in procurationibus, non cenſetur repetita in excedente charitatiuum ſubſidiũ, licet illa conſtitutio ad ſi. extẽdat illam taxã ad charitatiuũ ſubſidium. Contrariũ firmat Abb. in d. cle. ij. & in c. de multa. j. de præbẽ. propter gl. ibi in uerbo, in ea eccleſia. quã putat ueriorem: quia ex quo ponitur uerbum Adijcientes, uel ſimile, prout ſit ibi, & in d. cle. ij. cenſetur pars illius ſtatuti: ſecus, ſi non diceretur Adijcientes, uel, Idem iudiciũ haberi uolumus, & ſimilia. Et iſta opi. poſſet procedere, ubi eſſent talia uerba. Sed ubi diſponitur per paragraphos de caſib. ual. de ſeparatis, procederet prima. Patet ex gl. ſi. in cle. ſi. de pœ. Et ita no. eam Imo. ibi, & Car. ad ſi. & uidetur difficile impugnare gl. in d. cle. ij. Tamẽ quia uerba c. de multa. ſunt ualde conformia cum d. cle. ij. obſt. ualde glo. d. c. de multa. ¶ Et no. q ubi lex imponit pœnã ſuper certo facto prohibito, & poſtea ab illa prohibitione excipit unum caſum ſub certa limitatione per appoſita ſuper facto, extenditur etiam ad caſum exceptũ, ſi forma non ſeruatur. Ita Domi. in c. unico, ad ſi. de poſt. præla. in vj. propter gl. ibi in uer. neceſſariò. ¶ Secundò no. q qñ finis l. determinat aliquã pœnã, & præcedunt multa capitula, uidentur omnia determinata eadẽ pœna. Bal. in l. quiſquis. in prin. C. ſi cer. pe. ¶ Tertiò no. q ubi ſtatutũ in impoſitione pœnæ enumerat plura prohibita, & ultimo prohibito adiungit aliquam qualitatẽ reſtrictiuam, illa qualitas reſtringens refertur ad omnia enumerata. Ita Domi. in c. ubi periculũ. §. nulli. de elec. in vj. propter dictũ Io. An. ibi dicentis, q ille tex. loquẽs de mittente nuncium, uel epiſtolam, uel loquente ſecretè, debet intelligi, ſi illa omnia fiãt ſecretè. Bene facit dictũ Bar. in l. doli. per illum tex. ff. de ſer. cor. ubi dixit, q ſi ſtatutum dicit, ſi quis fecerit ſic & ſic: poſtea ſubnectitur De nocte, illud De nocte, refertur ad utrumq;: quod dicit eſſe multùm notandũ. Mouetur per illum tex. ubi

uerbum Dolo malo, refertur ad omnia. ¶ Limita ſecundò, niſi aliqua ratione nõ poſſet clauſula referri ad omnia: quia tunc refertur ad proxima tantùm. Patet in l. ſi idem cũ eodem. §. fi. ff. de iu. om. iu. & in l. j. §. deinde. cũ ſeq. ff. de poſtul. Et ſi non poteſt referri ad proxima, tũc ad alia ſuperiora, ſm Alex. in d. l. ſi idẽ. arg. l. qui in adoptionem. in fi. ff. de adop. Facit, quod not. Domi. in c. illi, qui. v. q. v. ubi dicit, q quando eſt dare rationẽ diuerſitatis, quare magis clauſula referatur ad unum, quàm ad aliud, tũc clauſula in fi. poſita nõ refertur ad omnia ſuperiora, propter gl. ij. ibi in fi. Ad idẽ eſt elegans cõſi. do. Abb. mihi cxcv. Viſo inſtrumento quietationis. ubi conſuluit, q ſi in inſtrumento, in quo ſoluitur pars dotis, ponitur in fi. clauſula, de ulteriùs nõ petẽdo, nõ intelligitur de nõ petendo reſiduo dotis, ſed de nõ petenda illa quantitate tunc ſoluta: quia clauſula in fi. poſita nõ debet referri ad extranea. Et dicit Bal. in l. actionibus. in iij. no. per illum tex. ff. de infa. q dictũ in uno capitulo nõ intelligitur repetitũ in alio capitulo, ĩ quo nõ eſt eadẽ ratio, etiãſi oia capitula uno cõtextu ponãtur. ¶ Limita tertiò, dũ modò clauſula ĩ fi. poſita eſſet, q ſe principaliter poſita, adeo q nõ cõſtat expreſsè, q fit appoſita ad qualificãdũ unũ capitulũ. Et ita eſt i l. talis ſcriptura. de leg. j. Secus, ſi uenit acceſſoriè ad qualificandũ unũ capitulum, prout eſt, qñ conditio adijcitur uni diſpoſitioni, ſeu capitulo, ut legato: quia non intelligitur repetita, ſeu relata ad præcedentẽ diſpoſitionẽ. Tex. cũ gl. in l. filium. in prin. ff. qñ di. leg. ced. Ita But. in l. ſi. ff. de reb. du. & facit c. cùm dilectus. de donat. & no. Abb. ibi, & in d. c. ſecũdò requiris. & hîc. ¶ Limita quartò, ut referatur ad omnia, ſ. principaliter appoſita, non autẽ ad appoſita incidenter, ſeu cauſa demõſtrationis. Bar. in l. ſi. §. Titia. ff. de lib. leg. per illũ tex. quod facit ad dictã q. de qua in d. l. ſi cui. la ij. an reſpõdẽs libello, uel poſitioni, uideatur etiã reſpondere circa coęnta in eis incidenter, uel per modũ qualitatis. Et iſtud dictũ ponderat Alex. in d. l. ſi idẽ cum eodẽ. §. fi. de iuriſd. om. iud. dando in materia plures remiſsiones, quas omitto: qa ibi poteſtis uidere. ¶ Limita quintò, niſi imineret abſurdũ, referẽdo clauſulam ad ſuperiora: quia etiã in fi. poſita nõ referetur: Abb. in c. eccleſia. Io ult. de elec. per tex. ibi meliorẽ, qui ſit i toto corpore iuris canonici: ſm eum, iuncto c. quia propter. eo. ti. inducẽdo illa iura, ut per eũ. Pro quo uide Car. pulchrè cõ. lxx. ex præmiſſo ſuprаſcripto teſtamẽto, &c. ubi dixit, q clauſula ſequẽs nõ refertur ad præcedẽtem diſpoſitionẽ, qñ per talem relationẽ diſpoſitio fieret inutilis. Alle. l. cũ uulgari. ff. de dote præle. & notata in d. l. talis ſcriptura. Et quædã alia ponit in materia. Ad id uide Old. conſ. clij. Facit̃ tale eſt, dñs Clemens. ubi dicit, q cùm lædatur rectitudo ſermonis, & multo fortiùs, ubi lædetur rectitudo iuris, ſiue intentionis, quæ eſt potẽtior, tunc clauſula ultima nõ trahit̃ ad omnia. Vnde infert, q reſeruatio, quæ fit in extrauaganti, execrabilis. in fi. de beneficijs uacaturis & dimiſsis, nõ extenditur ad §. quia uerò deinceps. in eadem cõſtitutione: quia aliàs eſſet in poteſtate acceptantis ſm priuare ſemper ordinariũ poteſtate conferendi primũ, ut ibi per eũ. ¶ Limita ſextò, niſi eſſemus i materia, in qua fieri debet interpretatio latiſsima: putà, in beneficio principis, iuxta ea, quæ dicentur ĩ iij. declaratione ſecundæ regulæ: quia tunc nunquam ea, quæ ſequuntur, debent referri ad omnia præcedentia, qñ per talem relationem reſtringeretur diſpoſitio, quę de ſui natura eſt amplianda. Text. ualde no. ſm intellectum Inno. & Doc. in c. cùm dilecti. de donat. De quo facit magnũ fundamentũ Alex. conſil. mihi xlviij. Super hęſitatione, de qua quæritur. ¶ Limita ſeptimò, quia licet plura in eadẽ oratiõe ꝓlata, habẽtia unã qualitatẽ, cenſeantur omnia reſtringi ab illa qualitate, quando reguntur ab eodẽ uerbo, Bar. in l. iiij. §. erit. ff. ui bo. rap. Tamen fallit, ubi mens uerificaretur in omni caſu, etiã

c. cauſam, quæ.

qualitate non repetita: quia tunc qualitas nõ censetur in omnibus repetita. Imo. post But. in cle. j. ad fi. de sup. ne. præla. per c. cùm singula. in princ. de præben. in vj. ubi per illa uerba, Prioratibus, uel ecclesijs curam animarum habentibus, non intelligitur illa qualitas, uidelicet curam animarum repetita in prioratibus, sed tantùm in ecclesijs, ut est declaratum in d. cle. j. in fin. & ibi gl. pe. Et istud etiam ualde no. Alexã. cons. præal. Ponit etiam Imol. in d. cle. j. aliquas doctrinas, quãdo posita in una parte referantur ad alia. Et adde Tho. Fasto li dubio Rotæ xlvj. Die Mercurij. ubi dicit, quòd clausula adiecta post specificationem plurium beneficiorum restringitur ad beneficia ultimò nominata, quãdo per hoc uerificatur mens disponentis. Vnde si dicitur de præbenda, & portionibus, ac præstimonijs cedẽtium, uel decedentium, illud Cedentium, uel Decedentium, refertur ad portiones & præstimonias, non autem ad præbendam, quæ debebitur, quomodocunq; uacet.

¶ Limita octauò, nisi in uno capitulo aliquid subaudiatur: quia talis subauditio non censetur repetita in alijs capitulis. Bal. in l. j. in prin. in lec. antiqua, ff. quòd quisq; iur. propter gl. ibi. Reliquas limitationes & doctrinas collige ex dictis But. de ap. inquisitiõi. & ex no. per Spec. in locis allegatis per Abb. in d. c. secundò requiris. Et ex not. per Nic. Myl. in rep. fol. 29. in uer. clau. posita per Bart. in l. Titia. §. idem respondit. ff. de uerb. oblig. per gl. in l. si cùm tibi fundum. in uer. inferiore. ff. de uerb. sig. per Bar. in l. auia. in prin. per illum tex. ff. de cond. & demon. per gl. & Arc. ij. q. v. statuimus. per Dom. in c. quoniam. in prin. ibi, no. bene. de immu. eccl. in vj. per gl. & Doc. j. eo. olim. in uer. ad omnia. per Bal. latè in §. fi. Insti. ad l. Aquil. per Bart. & Bal. in l. j. per illum text. C. de l. b. præ. & Lud. consil. ccccxxxviij. & consil. ccccl xxx. ad fi. & consil. ccccl v. ibi, cæterùm potest. ij. per Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. Et ibi latè, quando dies, uel annus positus in medio instrumenti, intelligatur, quo ad omnia repetitus. De materia etiam per Bal. in l. j. in fi. ff. de const. prin. & in l. j. C. de legi. hæc. & Pet. de Anc. in consilijs allegatis per Alex. in d. l. si idem. Aliquid etiam Firmanus in uer. clausula. ibi in prin. Quomodo autem statuta interpretentur, ita ut addant iuri cõmuni, tãgit hic Abb. Sed omitto: quia An. Sic. hîc, & Alex. in l. iij. §. prætor. ff. de dam. infe. & in l. fi. §. in computatiõe. C. de iu. deli. adeo profundè, copiosè & subtiliter insistũt, quòd ultra eos pauca adducerem. Ideo laudabilius est silentiũ, quàm breuiloquium: tũ etiam, quia melius caderet in c. cùm dilectus. j. tit. proxi. ubi ultra istos aliquid uidebitur, & est materia habens ualde latas habenas, secundum Alex. in d. §. in computatione. Sed ad propriam materiã huius decretalis de interpretatiõe scriptorũ collige duas regulas: Primam circa rescripta, cum sex declarationibus: Secundam circa priuilegia, cum quinq; declarationibus. Prima regula est ista:

5 **Interpretatio** Rescripti † fit secundũ ius cõmune[a]. Text. hîc, & in c. licet. de præben. Vnde dixit gl. in c. paratus. in uer. prodesse. xxiij. q. j. q; uerba rescripti debẽt conformari æquitati, etiam si natura uerborum hoc non patiatur. Alleg. istũ tex. & sequitur Old. cons. cclxvij. Quæstio est, utrùm per priuilegium. ad fi. ibi, & ulteriùs sæpe compertum est. Et ideo dicit Cald. in isto tit. consil. ij. de sen. excom. consil. j. quòd rescriptum mandans quem absolui, præstita satisfactione, exponitur, uel præstita cautione de satisfaciendo, ut sit cõforme iuri cõmuni: de quo in c. ex tenore. & c. cùm desideres. sacro. cũ concord. de sen. excom. Et dicit Bal. in l. j. uersus fi. ff. de cõsti. prin. quòd omnia rescripta debẽt intelligi cum iustitia. Et si princeps dat, uel confirmat, semp debet intelligi, saluo iure alterius[b]. Et alia ponit ibi ualde moralia circa moderatas interpretationes concessionum principis. Similiter Domi. in c. licet canon. §. fi. de elec. in vj. colligit ex uerbis Io. Mon. & Io. An. ibi, q; clausulæ insertæ in rescriptis Apostolicis, quæ sunt fm ius, recipiunt oẽs limitationes & interpretationes, quas recipit ius cõmune, disponens de materia illius clausulæ. Vnde si i rescripto beneficiali est clausula de residentia facienda, tamen poterit episcopus super ea dispensare, sicut posset, si non esset in rescripto. De quo dicto Io. An. & Io. Mo. latè meminit Bal. s. eo. cùm ordinem. uersic. pone ergo, Papa contulit. ¶ Ad illud brocardicum, q; † uerba debent aliquid operari, respõdet ipse, quòd uerum est, si iuris ratio patiatur: secus, si non patitur: ut, quia in est de necessitate, & in quolibet cõtingenti illius generis: nam si iudex dicit, Assigno tibi terminum ad petendum apostolos, iste non est terminus iudicis, sed legis. Refert enim legẽ, sed non statuit diem de nouo. Alleg. cle. ij. de ap. Et sic ista expresio relatiua simpliciter legis, nihil operatur, fm eum: sed expresio dispositiua bene operatur. Et istã regulã deducit latè Lud. cõs. cccxxxiiij. Circa primũ uolens, quòd rescriptum mãdans quem non audiri, nisi prius pareat iudicatis per certum Cardinalem, debet intelligi, dum modò à sententia nõ fuerit appellatum. Et ibi etiam inducit ad hanc regulam gl. in c. super eo. in uer. ordinet. de offi. dele. dũ exponit Ordinet, i. præsentatum à patrono instituat: quæ expositio non fit, nisi causa euitandi præiudicium tertij, & absonum iuris intellectum. Et ad has rescriptorum interpretationes uide etiam pulchrè Lud. consil. cccl. ad fi. & omnino Host. in summa huius ti. §. & de ipsius interpretatione. per totum §. Et dixit Car. cons. xcij. Nobiles uiri, dñi de Vinciguerra. quòd licet in literis Papę diceretur, feudum quoddam esse deuolutum ad ecclesiã propter non petitam inuestituram, tamen illa uerba debent intelligi, quòd fuit deuolutum eo modo, quo ius disponit, s. quo ad potestatem reuocandi, cùm iura punientia non petentem inuestituram loquantur per uerbũ Amittat, quod est futuri temporis. Adducit tex. in c. j. in tit. quo tempore miles inuest. in uer. damnentur. Ergo requiritur sententia, c. si diligenti. cũ gl. in uer. perdãt. de fo. compe. Ad idem c. fi. de iur. calum. fm eũ. Ad quæ uerba uide, quæ dixi j. eo. Rodulphus. ¶ Sed ex ista aurea decisione cogitabam, quòd si Papa diceret in suis literis, Titium esse priuatũ à iure beneficiorũ propter tale crimen, & ipsum alteri conferret: si tamen de iure non esset priuatus, sed priuandus, dicta uerba deberẽt reduci ad sensum iuris, i. q; esset priuandus: tũ per istũ tex. & prædicta, tum per hoc consilij ũ Car. optimè seruiẽs. Est uerũ, quia Pe. de Anc. cõs. mihi cclxxvij. ultra alia, solenniter uult contrariũ, q; princeps disponendo sciẽter cõtra ius, tollit iuris obstaculum, l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. ¶ Nihilo minùs non credo istud esse tenendum, per prædicta, & per ea, quæ dixi j. eo. nonnulli. in ij. regula, circa rescripta cõtra ius concessa. Ex quibus arguo sic: Habere illum pro priuato à beneficio, qui de iure priuatus non est, est disponere cõtra ius. Papa autem non intendit disponere per suũ rescriptũ contra ius, nisi dicat, Non obstante, &c. gl. in c. j. uersic.

a *Secundum iuris cõmune] Adde do. Alex. de imo. in l. ex facto. in princ. uer. itẽ no. & ibi To. de imo. de uulga. & pupi. & Alex. in l. beneficium. de cõstitutiõibus. Phil. & Baldus in l. si quando. C. de inoffic. test. ubi dicunt, uerum secundum ius municipale, non ciuile. Facit, quod habetur per do. Soci. cons. cxcv. incip. Circa primũ consultationis articulum. uer. confirmatur. in fi. in ij. parte.*

b *Iure alterius] Vtrùm autẽ concedi possit rescriptum cum præiudicio tertij, uide glo. magistralem in l. fi. in fi. & ibi Bar. in fi. uers. secundò quæro. & ibidem per do. Ia sonem May. not. & copiosè in ij. col. cum duabus sequ. C. si contra ius, uel util. pu. ubi ponit, quòd non, cum vj. limitationibus.*

uersic. noscatur. de constit. in vj. dixi plenè in d. ij. regula. Ergo scribendo, quòd quis sit priuatus, nulliter rescribitur, & contra mentem Papæ. ¶ Non dicas, derogat iuri ex certa scientia, eo ipso quòd scribit cõtra ius: quia si sic esset, omne scriptũ cõtra ius ualeret indistinctè: quia præsumitur Papam scire iura, c. j. de constit. in vj. Fateor, quòd potest derogare iuri: sed illud uerum, quando constat de certa scientia, quæ non percipitur ex hoc solo, quòd scribat contra ius: quia sequeretur tunc dictum absurdum necessariò, sed percipitur, ubi adijcit hoc uerbum, Ex certa scientia: uel si diceret, Titium priuandum uolumus haberi pro priuato. Tunc enim apparet, quòd scit se derogare iuri, & uult derogare, sed rescribendo simpliciter contra ius, præsumitur circũuentus, ut in argumento iam facto, super quo accuratè instetit in d. c. nonnulli. in iiij. fallentia ij. regulæ, uer. secundò contra istam quartam fallentiã. ¶ Nec dicas in beneficialibus, rescriptum non indiget clausula, Non obstante: quia istud est falsum, ut dixi in d. c. nonnulli. uer. fallit nonò. Et ista latiùs reassumpsi nuper consulendo in diœcesi Lunensi, in qua unus impetrauerat ecclesiam alterius: quia Papa in suis literis dicebat eum priuatum, quia sine licentia se absentauerat à cura animarum. Non erat enim sufficiens causa, quæ eum priuaret ipso iure: nescio, quid iudicabitur. Tu cogita super istis: quia non possent utiliora esse. Et dicit Old. consil. xxxvij. quòd si rex scribit, ut non obstet testium falsitas, intelligitur de falsitate circa extrinseca & accidentalia, non in substantialibus: & sequitur Ana. in c. fraternitatis. de hære. Et simile no. Cal. de reg. cons. xxij. & Bald. in d. c. super eo. in princ. quòd rescriptum Papæ recipit limitationẽ à iure cõmuni. Et omnes clausulæ appositæ in rescriptis, restringuntur ad litigantes, & illud c. est ad hoc ualde notabile, & etiam mirabile, dum ibi exponitur Ordinent, id est ordinandum denuncient, secundum eum. Et dicit Rota de app. in uer. ij. in nouis, ante fi. uer. sed quid si nulla, quòd commissio Papæ facta de toto negotio ad instantiam appellantis ab interlocutoria, non ponit torã causam in cognitione illius, nisi in euentum legitimę appellationis ab interlocutoria. Et idem not. apertiùs Aegi. Belle. decis. ccccxix. Si auditori. & seq. & Lud. consi. ccclxij. Quo ad primum articulum. post prin. Si diceres ergo, uerba de toto negotio nihil operabuntur, quia hoc inerat de iure, quòd esset iudex totius causæ in euentum grauaminis, d. c. debitus. propter quam rationem Phil. non audet hoc firmare, in d. c. ut debitus. fol. pe. respõdet Aegi. ab eo non uisus, ubi s. quòd c. ut debitus. loquitur in iudice ordinario appellatiõis: nos in delegato, qui propter obseruantiam formæ rescripti non cognosceret, nisi de grauamine etiam iustificato, si nõ esset dicta clausula. Imò plus uult Aegi. dec. seq. illud, quod, &c. quòd etiamsi ille consensu partium procederet super toto, non iustificato grauamine, adhuc licet partibus redire ad iudicẽ à quo. Et pro hoc, quòd c. ut debitus. ponẽs totum negotium in manibus iudicis ad quem, constito de grauamine, non habeat locum in delegato, uide solemnes decisiones alleg. per Phil. fol. prædicto, ad fi. ubi attestatur hanc esse communem opi. licet aliqui contrà, cum quibus transit. Et tunc arg. non esset solutum, nisi reducas te ad dicta in c. j. s. eo. uer. declara duobus modis. uidelicet, quòd rescriptum debet interpretari secundum ius, per notata hîc, etiamsi parum quid operetur. Operatur autem hîc saltem monitionem, iuxta doctrinam Inno. in c. prudentiam. de o ff. dele. quam dilatauí, de re iud. causam. ¶ Veruntamen præcedentem responsionem firmo pro tutiori: quoniã in illo difficili pũcto de delegato simpliciter super grauamine, an posit in euentum grauaminis cognoscere de toto, urget me una ratio uiua pro communiori opi.

c. causam, quæ.

contra Phil. uidelicet, quòd si ueniãt sub simplici commissione ea, quæ ad rem cõmissam necessariò attinẽt, c. præterea. de offic. deleg. non tamen ea, sine quibus commissio expediri potest, licet non ita bene, seu ita facilè: & expediet, ut sing. dicit Domi. post Ioan. And. in c. solet. in princ. de senten. excom. in vj. licet aliter innuat Franc. Are. in c. de testibus. de testi. Et adde, quòd de syllo curiæ si est cõmissa auditori causa grauaminis cum toto negotio, etiamsi pronunciat malè appellatum, nõ reuertitur causa ad priorẽ iudicem. Ita dicitur in libello, qui dicitur stylus Romanæ curiæ, sub rubrica de grauamine: licet hoc sit cõtra ius, ut ibi dicitur: & sic est stylus contra Aegi. ubi s.

Prædicta declara Sex modis. ¶ Prima declaratio. In interpretando rescripto non attenditur narratio, sed conclusio. Bal. in l. præscriptione. ad fi. C. si contra ius. Alleg. Innoc. j. eod. super literis. & not. Nico. Myl. in reper. fol. 159. §. rescripti uerba declarantur. allegãdo But. de fo. compet. ex parte. v. no. sicut etiam de libello dicit Bar. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. leg. cum concor. Facit, quod no. Abb. in c. ij. de treu. & pa. cum fi. Dixi in d. c. super literis. uer. quarta conclusio: omnia obstantia. ¶ Secunda declaratio. Rescriptum recipit uires ex intellectu scribentis. Innoc. de except. cùm ecclesiasticæ. post med. ibi, sed dices, quare. sequitur Bald. in l. rescripta. ibi, præterea contra dictos Doc. C. si contra ius. Et ibi ad fi. dicit, quòd forma mandati pendet ex mandãte. Alleg. Imo. de offic. deleg. si pro debilitate. quem etiã allegat Bald. in d. l. j. uersus fi. ff. de constit. princ. Et dicit Bald. in l. ex facto. in iiij. no. ff. de uul. & pu. per illum tex. in uer. uoluntatem. quòd semper ad mentem rescribentis est recurrendum. Et præsumitur talis fuisse mẽs, qualis esse debet. Et de his etiam per Maria. consil. mihi. xxiij. Bonæ memoriæ Pius II. ad fi. ¶ Tertia declara-
7 tio. Etiam † rescripta ad beneficia, interpretantur stri-
a ctè[a], c. quamuis. lo j. de præben. in vj. adeo quòd Paul. de Cast. in l non am plius. de leg. j. non fuit ausus firmare, quòd in literis ad beneficia, ualor expressus intelligatur cũ clausula, Deductis oneribus: quod tamen est firmandum, ut dixi, s. eod. ad aures. xj. conclusione. No. Bald. in l. j. ibi, pone, impetraui. C. de fru. & lit. expen. & in l. sed si hoc. §. quædam. ff. de condi. & demon. Similiter dicit Ar. in d. c. quamuis. quòd si Papa scribit alicui prouideri cum clausula, Si pro alijs nõ scripserit, etiamsi pro uno solo scripsit, adimpleta est illa pluralitas propter odiositatẽ literarum. Et hinc est, quòd licet aliàs in dispositione restringibili in maiori summa ueniat minor, ut in sententia arbitri, c. j. de arbi. in vj. quę tamen est restringenda, sicut potestas eius, de arbi. cũ dilectus. tamẽ in istis literis secus, c. cui de non. de præben. in vj. Similiter mandatum tale, quod aliàs de sui natura cõsummari potest in pluribus subiectis, consummatur in istis solum in minori, c. si pluribus. §. j. de præben. in vj. Ista adducit Car. consil. xxxij. In hac dubia q. & consil. cv. Dominus noster Papa. Et adde Nic. Myl. in reper. fol. 159. in princ. ubi ponit, quòd rescripta beneficialia non debent extendi. Alleg. Ro. quę hodie est de præben. xij. in nouis. ¶ Limita hæc, nisi literæ ad beneficia sint fauorabiles, putà quando per ipsas reducitur res ad naturam suam, ut si dant episcopo facultatem conferendi beneficia propriæ diœcesis, quæ erant reseruata. Per. de Anch. consil. mihi. cxxv. ad exclusionem domini Nic. in fi. facit l. si unus. §. pactus. ff. de pac. cùm si. Idem dic in literis beneficialibus proprio motu concessis. Alb. de Ros. in l. beneficium. ff. de

a *Strictè] Adde idem tenentẽ do. Soci. cõsil. clxix. incip. contra primũ consultationis articulũ. uers. subtiliùs stringo. in ij. parte.*

constit. princ. Ad quod uide dicta ſ. eod. ad aures. uer. quinta concluſio. Idem dicit in literis beneficialibus cõceſsis alicui in remunerationem damni, quod habuit occaſione eccleſiæ, cui pro ipſo ſcribitur. Ludouic. cõſil. cccxxviij. Præſens conſultatio. Et ibi dicit alia ſigna cognoſcendi, huiuſmodi gratias eſſe quandoq; fauorabiles, & benignè interpretandas. ¶ Idem limita ex uerbis domini Card. in clemen. j. no. j. de re. permu. ubi dicit, quòd licet conceſsio facta in beneficialibus ad inſtantiam partis, debeat ſtrictè interpretari, d. c. quãuis. tamen eſt illa latiſsimè interpretanda, per iſtũ text. ¶ Item limita, ut in ſequẽti declaratione. ¶ Quarta de-
8 claratio. Reſcripta † ad lites ſunt ſtrictiùs interpretanda, quàm reſcripta ad beneficia eccleſiaſtica. Abb. ſ. eo. capitulum. propter uerba Ioan. And. ibi dicẽtis, quòd licet per lapſum anni conuincatur negligentia primi impetratoris, ſ. eo. plerunq;. tamen illud procedit in reſcriptis ad lites. Ideo non debet extendi ad literas beneficiales: quia non ſunt ita amarè interpretandæ, qđ reputat ualde notabile. ¶ Conſidera mentem Card. d. conſil. xxxiij. quæ uidetur eſſe, quòd in beneficialibus fiat interpretatio ualde ſtricta. Quinimo expreſſe dicit But. de uerb. ſig. olim. in fi. quòd ſtrictior ſit interpretatio in beneficialibus, quàm ad lites, per d. c. quãuis. Et ideo fortè dici poſſet, quòd dictum Ioan. And. in d. c. capitulum. probet, quòd difficiliùs expirẽt literæ ad beneficia: non autem, quòd non debeant ſtrictiùs interpretari. Et quòd difficiliùs expirent, eſt rationabile: quia maius eſt præiudicium perdere eas, quàm reſcripta ad lites. Quòd autem ſtrictiùs interpretentur, eſt etiam rationabile: quia ſunt odioſiores, d. c. quamuis. Et licet difficiliùs expirent literæ beneficiales, poſtquã ſunt impetratæ, quia eſt ex eis ius quæſitum, tamen earum impetratio difficilior eſt. Patet, quia ſurreptio uitiat eas ipſo iure: non ſic reſcripta ad lites, ut traditur ſ. eod. ad audientiam. Cogitabis: quia nullus declarat.
9 ¶ Quinta declatio. Licet † reſcriptum debeat in dubio accõmodari iuri cõmuni, ut hîc, tamen fallit, ubi apertè conſtat de contraria uoluntate Papæ. Bu. de offi. dele. ex parte. Io ij. vj. no. & j. oppoſ. & ſequitur Myl. in repertorio, in uer. reſcriptum. ¶ Sexta declaratio. Licet reſcripta ad lites debeant interpretari ſtrictè, ut reducantur ad ius cõmune, ut hîc, tamen fallit, ubi ſunt expreſſæ contra ius cõmune: quia tunc debent latiſsimè interpretari, quantum patitur proprietas uerborum, & mens mãdantis. Ita dicit Nic. Myl. in d. reperto. fol. 159. in prin. alleg. Bal. in l. præſcriptione. ibi, modò his præmiſsis. C. ſi contra ius. & Io. An. de offic. dele. cùm olim. ſuper uer. iudices. Secus, ubi uerborũ proprietas hoc non pateretur, per c. ſignificante. & c. Rodulphus. ſ. eo. Sed hanc declarationem intelligerem ſecundũ ea, quæ dè priuilegio, uel de beneficio dicentur ſ. quia ubi literæ ſunt contra ius, potiùs æquiparantur illis, quàm reſcriptis. Gloſ. in uer. noſcatur. in c. j. de conſti. in vj. ¶ Sequitur ſecunda regula.

a Interpretatio priuilegij[a] Regulariter ſit ſtrictiſsimè. Ioã. And. & But. de uerb. ſig. olim. per c. priuilegia. iij. diſtinc. & idem no.

Interpretatio priuilegij] *Adde tu, quòd priuilegium conceſſum per principẽ alicui contra ius cõmune, eſt ſtrictè interpretãdũ, & nõ ampliandum. Ioan. de Imol. in l. etiam. ff. ſolut.*

10 But. & Imol. hîc. ¶ Et hinc eſt, quòd † priuilegium, quòd quis non poſsit cõueniri in certo loco, intelligitur per Apoſtolicas literas: ſecus, ſi ratiõe domicilij, uel cõtractus, uel delicti. Alb. de ſo. cõpet. dilecti. per c. j. in §. in eos. de priuil. in vj. Et ideo dicit Bald. in l. nec auus. C. de eman. lib. quòd ubi cõceſsio reſpicit ius principis, fit lata interpretatio: ſecus, ubi agitur de alterius iniuria. Et dicit Ang. cõſil. lxx. Vi

alteri ex conceſsione Apoſtolica de bonis illius reſtituti. Vide ea, quæ dixi i d. c. iter quatuor. & ſ. omnia nota mirabiſe conſ. Ol. cclxvij. Quæſtio eſt, utrum. ubi adeo putauit reſtringẽdũ priuilegiũ alteri damnoſum, quòd uoluit, ut priuilegium de nõ ſoluendis decimis de quibuſcunq; poſſeſsionibus, debet intelligi de decimis, in quibus eccleſiæ non ſunt in quaſi poſſeſsione eas percipiendi, licet eis ſint debitæ: ſecus in decimis, quas percipiunt eccleſiæ actualiter: quia de illis nõ intelligitur priuilegiũ. Inducit multa, quæ tibi inſeruient ad mille occurentias. Et in pleriſq; aliis conſiliis Ol. inuenies accõmodata ad has interpretationes: non allego ea, quia percipias ex te uidẽdo tabulam conſiliorũ in rub. de priuil. quæ eſt admodũ plena. ¶ Dic etiam, q; in priuilegijs ſit ſtricta interpretatio, ut minùs lædant ius cõmune, quàm fieri poſsit, ut dixi in c. j. ſ. eo. uer. ſecundò declara. Et ad hoc de præiudicio tertij ſeruiunt, quæ dicam paulo ſ. in uer. non obſtante collatione alteri facta. Et licet ad hanc materiam inculcari poſſent ferè omnia ſcripta in ti. de priui. tamen ſufficiet hîc ſuci plena cõmemoratio utiliũ locorum: ſuper quib. colligebreuiter quinq; declarationes, non multa, ſed multum cõprehendentes. ¶ Prima declaratio. Vbi priuilegium non priuat legem cõmunẽ, ſed priuatã, putà conſuetudinem, uel ſtatutũ, & reducit l. priuatã ad ius cõmune, tunc debet latè interpretari. Ita tex. in d. c. olim. ſm intellectum Hoſt. & Io. An. ibi. Et dicunt, q; ſtante cõ ſuetudine eccleſiæ Florentinæ, q; canonicus infra certũ tẽpus nõ habeat reditus, ante quàm habeantur groſſi prouẽtus: modò ſi conceditur priuilegiũ, quòd alicui prouideatur, ſicut aliis reſidẽtibus, debet latiſsimè interpretari. De quo exclamat ibi But. dicens limitari oĩa iura, quæ dicunt, priuilegia ſtrictè interpretanda: quia uerum eſt, ſi priuant legem cõmunẽ: ſecus, ſi priuatam. Et q; iſta reductio l. priuatæ ad l. cõmunẽ ſit fauorabiſis, probaui multipliciter ti. præcedenti, cùm oẽs. & uide etiã dicta ſ. eo. nõnulli. ſ. j. ¶ Secunda declaratio. Nõ debet, priuilegiũ adeo ſtrictè interpretari, q; nihil operetur. Imo. hîc: alle. Io. An. in d. c. olim. & dixi in c. j. ſ. eo. Imò dixit gl. fi. in c. allegant. xxvj. q. viij. q; uerba generalia, quæ ponit princeps in ſuis priuilegijs, non debẽt tenaciter interpretari. Et ideo Bal. in l. ſæpe. in fi. ff. de of. præſi. ſequitur gl. j. ibi, in fi. q; ne reſcriptũ reddatur inutile, fit lata interpretatio. Sic etiam dicit Bal. in l. ij. iiij. 14 no. C. de legib. q; priuilegium principis non eſt obſcurè, neq; abſurdè interpretandũ, ſed ſanè & propriè, per l. ex facto. ff. de uul. & pu. Similiter dicit Io. An. in regula, in dultum. in Mercu. q; priuilegium, ſeu conceſsio, ut quis recipiatur in monachum, debet intelligi, ſaluo iure anni probationis: ſed non licebit eum uoluntariè repellere. Et hoc modo minùs præiudicabitur iuri cõmuni, & monaſterio, & gratia aliquid operabitur: qa ubi ad libitum poterat repelli, modò requiritur expreſsio cauſæ. Multa allegat, & eſt deciſio utilis ad alia. ¶ Ter-
12 tia † declaratio. Priuilegium[a], quod ſa-
4 pit beneficium, latiſsimè interpretatur. Ioã. An. & Bu. in d. c. olim. per l. beneficium. ff. de conſt. prin. Et dicit Bal. ibi. q; ſi princeps donat iuriſdictionẽ alicuius caſtri, uidẽt donare oẽm iuriſdictionẽ: &, ſi donat ciuitatẽ, uidẽt donare comitatũ & diſtrictũ, tã in mari, quàm in terra. Facit, quod no. Inn. de reſt. ſpol. cùm ad ſedem. & Bal. in l. j. §. in initio. ibi: ſed pone, princeps donauit mihi locum. ff. de offi. præf. urb. ¶ Similiter dixit Pet. de Anc. de pœn. in quibuſdam. prout refert An. Sic. ſ. eo. in rub. quòd ſi † Papa cõcedit caſtrum Titio & filijs[b] ſuis, intelligitur

a *Priuilegium]* *Adde, quod hîc eſt: quia priuilegiũ debet interpretari cõtra cõcedentem. In no. in c. cùm dilecti. de donat. Bald. in l. nec auus. ff. de emanci. lib. Paul. de Caſ. in l. beneficium. ff. de conſti. princip. ubi latiſsimè p. do. Iaſ. 13 May. præcepto-*

etiam de nepotibus: quia largiſsimè interpretatur beneficiũ: ſecus in materia ſtricta, in qua non uenient nepotes, ut latiùs per eum. ¶ Similiter dicit Bart. in l. ſi quando. in princip. C. de inoffic. teſt. quòd priuilegium concedens aliquid contra ius commune, ſtrictè interpretatur, ut ibi: ſecus in beneficio, putà quando imperator donat caſtrũ, uel ſimilia. Et dicit Domi. in c. ij. de author. & uſu pal. quòd ubi non fit præiudicium alicui, fit lata interpretatio priuilegij & conceſsionis, per gloſ. ibi. ¶ Similiter dicit Imol. in rubr. ff. ſol. ma. uer. decimotertiò. poteſt fortè dici pro concordia, quòd conceſsiones principum, quæ loquũtur de ciuibus, habent locum in comitatenſibus, ſed priuilegia odioſa non: de quo tamen uide Alexan. ibi, ubi latiùs declarat, & Bald. in d. l. beneficium. Quòd ſi princeps concedit bona uacantia, uidetur concedere cũ inſtrumẽtis & mancipijs, & omnibus pertinentijs eorum, ut l. ſi quãdo. C. de bonis uacantib. & ſic fit largiſsima interpretatio contra ipſum concedentem, non contra tertium. Alleg. Innocen. in c. dilecti. de donat. & quòd not. Bart. in l. j. circa finem, C. de iuris & fac. ignor. & in l. ſi quando. in princip. C. de inoffic. teſta. & Cy. in l. j. in fi. C. de diuerſ. reſcript. Tu uide omnino Alb. de Roſ. in d. l. beneficiũ. ubi optimè inſiſtit, maximè in iiij. & v. colum. & in fi. Similiter Oldr. conſil. ccc. Factum tale eſt: magiſtro militiæ, &c. Facit plures conſiderationes circa liberalitates principum latè interpretandas, iuxta c. j. & ci cùm dilecti. de donatione. Et de extenſionibus priuilegiorum ſimiliter dicit Ioan. And. in Specul. de iur. om. iu. §. j. uer. quæ autem. in additione magna ibi, habeo conſilium Dy. quòd conceſsio imperialis facta uni monaſterio de omni iuriſdictione caſtri, includit etiam merum imperium, quod eſt ſpecies iuriſdictionis: quia præiudicatur ſolùm concedenti. Et idem dicit conſuluiſſe Old. & eſt conſilium, licet ipſe non dicat, cclij. Ad quæſtionem, qua quæritur, &c. ubi ſunt multa ad propoſitum.
¶ Quibus adde latiùs Domi. in d. c. ei, cui. ubi post Lapum & Ioan. de Fantus. uidetur tandem concludere, q; siue sit obstaculum iuris communis, siue statuti, clausula Motu proprio, operetur hoc, quòd non potest opponi surreptio ex taciturnitate talis obstaculi: & sic euitatur iste text. Sed † si illud obstaculum est tale, quòd exigat dispensationem, tunc motus proprius non inducit hanc dispensationē, per c. non potest. ij. respons. de præben. in vj. Propter quod uidetur in proposito remanere uera dicta limitatio, cùm non sit opus alia dispensatione remoto obstaculo statuti iurati. ¶ Obstat secundò decisio Imol. hîc, x. col. uers. per prædicta etiam. dum dicit, quòd rescriptū concessum motu proprio non derogat statutis, nisi de his faciant mentionem: quiā motus proprius non operatur cōtra intentionem scribentis. Et cum eo cōcordat hîc Domi. contra But. hîc: quia si Papa sciuisset statutum, fortè non scripsisset contra illud, non facta eius mentione, arg. c. j. de consti. in vj. Potest dici, quòd Imol. & Domi. hîc loquuntur, ubi est solùm clausula Motu proprio: quia per illam solam non cognoscit, q; princeps uelit derogare statutis. Sed Imo. & Domi. in d. c. j. loquuntur, quando est etiam clausula Non obstantibus: quia magis aperitur mens scribētis, & tollit statuta etiam iurata: ex quo uult, q; nihil obstet, & ueri similiter creditur, quòd notitia iuramenti nō retardasset proprium motum: quod no. licet isti non consideraverint istas suas uarietates. ¶ Limita quintò prædicta, & etiam istum text. ut habeant locum, quādo non potest prouideri impetranti, quin frangatur cōsuetudo, uel statutū ecclesiæ, prout erat hîc: secus, si potest prouideri absq; eo, quòd frangat consuetudo ecclesiæ. Ita Domi. post Imo. in c. fin. §. fin. ibi, ultimò oppono. de consue. in vj. & retuli ē. eo. c. j. uer. restringitur tripliciter.

¶ Considera duo. Primò, quòd ex hoc potest dubitari de consil. Alex. prę allegato: quia tacere iuramentum in illo saluo conducto, non infringebat uim iuramenti, quo ad robur contractus: quia post illud tempus non desinit contractus esse iuratus. Bene fateor, quòd si fuisset iuratum soluere ad certum tempus, & saluus conductus elongaret illud tempus, tacito de iuramento, non ualeret impetratio: quia iuramentum cōtinet duo, s. de soluendo, item de soluendo in termino: & sublato uno remanet reliquum, arg. c. cùm dilecti. de do. & contu. Tamen ista elongatione termini eneruat uirtus iuramenti. Vnde impetratio est subreptitia. Sed secus, ubi cōtractus est simpliciter iuratus, prout in casu dicti cōsilij. Et sic in elongatione termini, id est, in dilatione data uiribus iuramēti sit opus eius mentione: quia princeps nō præsumit nocere alicui etiā nocumēto solùm dilatiuo, ut dixi in c. in nostra. xxvij. corollario, ĩ. eod. post Domi. in c. postulasti. ĩ. eo. in repet. Est tamen aliquādo minus Differre, quàm Tollere uim iuramenti. Vnde secundū non potest princeps sine causa, sed bene primum, ut dicetur ĩ. uer. generaliter. ibi, exceptis duobus casibus. Et quòd non ualeat rescriptum dans ulteriorem dilationem super debito iurato [a], & promisso certo tempore, Sal. post Iac. de Aret. & Cy. in l. fin. C. si cōtra ius, uel uti. publ. Vbi uide. ¶ Cōsidera secundò, q; Imol. & Domi. in d. c. fi. nō dicūt expressè, q; illa limitatio intelligatur, etiam si statutū est iuratū: sed simpliciter, q; ubi impetratio non infringit statutū, eius taciturnitas nō ultiat. Vnde quando materia, super qua impetrat, est iurata, fortè debet tandem sic distingui, q; aut uirtus iuramēti solùm pro parte tollit, licet nō in totū, & eius taciturnitas ultiat. Patet clarè ex dicto Ioan. An. & aliorū in d. c. j. de fil. presb. in vj. Nā impetratio, de qua loquunt, eneruabat iuramentum pro illa uice tantùm: & tamē est surreptitia. Et idem in casu dicti salui cōductus, qñ omnia cōtenta in cōtractu erant iurata, & respectu tēporis præfixi ad solutionem eneruabat iuramentū, nō tamen in totū uirtus iuramēti: aut uirtus iuramēti nullo modo debilitat, putà qñ cōtractus est iuratus, & de tēpore nihil est dictū, & tunc tacere iuramentū nihil nocet, cōtra Alex. in d. cōsil. ¶ In casu aūt huius c. non solùm eneruabat iuramentū pro ista uice, imo in totū tollebat: quia fracto semel numero euanescit statutū, ti. præcedēti, cùm M. Ferrariensis. Et ideo decisio Imol. & Domi. in d. c. fi. nō limitat prout iste text. quo ad iuramentū, sed etiā ipsi dicunt, limitabitur regula, quę sumit ex isto tex. de taciturnitate statuti nō iurati: & si est uera, est magna limitatio ad dictū Ioan. An. in d. c. j. ¶ Dices modò tu, ergo in casu d. c. fi. si cōsuetudo optandi esset iurata, oporteret de ipsa facere mentionē: quod uidet absurdū: quia si nō fit ibi mentio de cōsuetudine, q̄d est principale: ergo nec de iuramento, q̄d est accessoriū. SOL. Impetratio, de qua ibi, nō eneruat dictā cōsuetudinē, nec in totū, nec in partē: sed solùm restringit tempus optandi ad uiginti dies. Et ideo, etiamsi esset iurata, nō uidet necessaria mentio iuramenti: quia illa restrictio tēporis nō tollit ius optandi, sed qualificat. Et ideo uidetur posse attētari, q; ibi nō ꝓbetur ista quinta limitatio. Nec fortè sit uera, & non limitabit aliquo modo dictū Ioan. An. in d. c. j. Et sicut est necessaria mentio statuti, ubi agitur de totali eneruatione, ita quando agitur de unica pro illa uice tantùm. Super quibus omnibus bene cogitabis: quia non reperi discussa & posita simul in conflictu, prout uoluissem, & non possent esse magis practicabilia.

[a] *Debito iurato] Ad quam materiā adde Pau. de Cast. in l. fi. ff. qui satisd. cog.*

[b] *Authoritas Papæ] Adde tu, qd iuramentum non obligat subditum iurantem in præiudiciū iuris, seu authoritatis cuiuslibet superioris. Text. est in c. uenientes. de iure iuran. Vnde dic, quòd superior potest dare licentiā inferiori ueniēdi contra proprium iuramētū. Quod an sit indistinctè uerum, uide Pau. de Cast. & Ro. in l. fi. ff. qui satisd. co. Guli. de Cu. ibidē: Fed. de Se. consil. suo 191. quod incip. q. talis etiam. Imo. in c. cùm contingat. de iureiur. Adde. do. Abb. in d. c.*

[b] **Authoritas** Papæ [b] est † excepta regulariter in iuramento. Gl. & Doctores hîc latè, per c. ueniētes. de iureiur. Vnde dicit Card. in suis notis causarum, no. cix. quæ incipit, in dubijs comitis Alb. quòd comes obligatus ducī Mediolani per iuramētum, si requiritur per Papam, à quo tenet feudum, ut iuuet ecclesiam, tenetur ei obedire, non obstante iuramento. Et dicit Aegi. Bel le conclusione Rotæ clxxj. quòd citatus personaliter corā Papa, non bene se excusat, dicendo, quòd est astrictus imperatori iuramēto fidelitatis: tum, quia in omni iuramento est excepta authoritas Papæ: tū, quia imperator, qui est uasall' ecclesiæ, c. ego Lu. lxiij. dist. præsumitur unà cū suis terris habere deuotionem & fidelitatē ad Romanam ecclesiā. Similiter dixit Rich. de Media uilla, in iij. sententiarū. dist. xxxviij. q. ix. arti. iij. quòd uotum de nunquā petendo à domino Papa dispensationem certi uoti, non est obligatorium: quia est in præiudiciū dominī Papæ. Plerunq; enim expedit, q; dispenset propter aliquod utile, uel honorificum ecclesię. Item, quia tale uotum non est utile aliquid ad salutē, ut latiùs per eum, quem sequitur Astesanus in sua summa, lib. j. q. xx. arti. xj. Et hoc dictū Rich. declara, ut ĩ. ii. fi. primæ limitationis huius materiæ. Quòd etiā in uoto sit excepta authoritas Papæ, notāt Io. An. & Bu. de uoto. nō est. per illū text. Similiter dixit Old. conf. xcvij. Factū tale est: quidā Abb. q; iuramentū de nō recipiēdo monachos, intelligit, nisi superior cōtrariū præcipiat. Facit, quod not. Bal. in l. j. ibi, nonò quæritur. C. de his, quæ pœnæ no. ubi dicit, q; iussus à testatore sub pœna, ut infra certum tempus cōstrueret monasteriū, excusat à mora, si episcopus ex causa inhibuit, ne ædificaret in loco, de quo testator senserat: & sequitur Ludo. in fi. cccclxxxij. Testator mandauit. Facit, quod no. Bal. in l. deberi. quasi in fi. C. de fideiliber. ¶ Ex istis sequitur corollarium notabile, q; si † beneficium de sui natura est manuale, fortè ex dispositione statuti, tamē Papa potest ipsum cōferre, ut perpetuū. Est uerū, q; Lapus alle. ix. intelligit hoc, etiā non facta mentione statuti. Sed Butr. Imol. & Do. hîc contrà, per istum tex. & per id, quod dicetur ĩ. in j. limitatione: & idem But. in addi. ad Lap. in d. l. alle. Nisi scriberet motu proprio, sm Bu. hîc, & malè, sm Imol. & Dom. quia motus proprius nō operatur cōtra intentionē cōcedentis, ut est dictū ē. additione præcedenti in quarta limitatione.

¶ Et de hoc quotidiano puncto, quādo collatio Papæ de beneficio annali, uel de beneficio manuali, facit ipsum perpetuū, uide solenniter Pau. de Leaza. in disputatione, religioso. Feder. in tractatu Permu. q. vij. But. & Imol. de ma. & obe. per tuas. Car. in cle. j. §. ad præmissa. in j. q. de sup. negli. præla. Bald. in c. illud. de ma. & obe. Ana. de hær. excōmunicamus. §. quia uerò. Abb. de confir. utili. ad nostrā. Arc. xvj. q. j. si monachus. But. de confir. utili. porrecta. Fed. cons. lxxxviij, pater & domine. Cōmuniter tenetur, q; non præsumit Papa in sua cōfirmatione perpetuare talia beneficia, nisi cōstet, q; cōfirmet ex certa scientia: putà, quia emanet secunda iussio: uel, si facit mentionem de dicto c. porrecta. ut ibi per Io. An. & Lap. alleg. xxvij. disputat hîc. Et procedit conclusio, & si Papa nō cōfirmet, sed cōferat: quia præsumit uelle conferre sm naturam beneficij, Nisi conferat cum clausula, Quoad uixeris: Abb. in d. c. ad nostrā. de quo etiā per Domi. in c. præsenti. de off. ord. in vj. & Card. in d. cle. j. §. præmissa. & adde Rotā de reg. tertia, in antiquis, ubi dicitur, q; beneficium manuale habitū per expectatiuam Papæ non efficitur perpetuum. Et de isto corollario sic abbreuiato sæpe interrogaberis. Adde, quæ dixi pleniùs de ma. & obe. per tuas. ADDITIO.

Amplia tripliciter Dictam regulā. ¶ Primò, etiamsi Papa scriberet alternatiuè: putà in casu istius decre. q; reciperēt Titiū, uel darēt ei centū: quia licet habeāt potestatē seruandi iuramentū soluendo centū, tamen propter authoritatem Papæ est in eorum arbitrio recipere istum cōtra iuramentū. Ita dixit Vinc. & hîc sequit But. & Imol. ¶ Amplia secundò, Nedū in authoritate Papæ, sed etiā alterius superioris: quia in præiudiciū suæ superioritatis nō pōt inferior iurare. But. Imo. & Domi.

d. c. uenientes. de iureiu. qui facit limitationē ad omnia, quæ fuerūt superius dicta, utputà si inferior, uel filius est in studio de licentia superioris, uel patris, et nō potest quærere uictum, et sic creditorē, nisi iuret, quòd ante q̄ exeat ciuitatem, quòd soluet pecuniam sibi mutuatam, superior non poterit reuocare inferiorē, nec pater filiū sine periurio, quia uidetur cōtraxisse de licentia superioris, uel patris, cū ibi sit in studio de eorum licētia. Ita pulchrè do. Abb. in d. c. uenientes. de iureiur. & sic limitabitur text. in d. c. uenientes. Et ista, quæ sunt dicta hîc per Fel. Quod not.

c. consti-tutus.

hîc allegāt Fed. cons. cxcj. In Christi, &c. quæstio talis est: scholaris clericus. ubi latissimè cōcludit, q; scholaris existens in studio, & iurans creditori nō exire districtum Bononię, antè quàm satisfaciat, & postea per episcopū, si est clericus, uel per patrē reuocatur, potest recedere licentia petita, licet nō obtenta. ¶ Adde Io. An. in regula, in malis. in Mercu. ubi lōgè pleniùs idem firmat, exceptuatis quibusdā casibus. Idem Imol. in c. cùm cōtingat. quasi in fi. de iureiur. & Alex. in l. fi. per illum text. ff. qui satisd. cog. & Paul. de Cast. in l. in operis. ff. locati. & But. & Imol. in c. uenientes. de iureiur. & Abb. in d. c. uenientes. dicēs idem in quolibet subdito: & infert ad doctorem, qui sine superioris licētia nō potest se obligare ad legendū alibi. ¶ Est uerum, quòd Card. in c. cùm quidam. in fin. de iureiur. tenet contrariū: dicens, quòd scholaris, uel clericus debuit denunciare patri, uel episcopo de iuramento, qui fortè non reuocassent: & quia neutri denunciauit, uidetur periurus: sed si nunciasset, & reuocarēt, tunc tenet cum Fed. per rationes suas. Pro qua impugnatione multùm facit prima limitatio: de qua ĩ. Tamen pro communi opinione faciūt multæ rationes adductæ per Ioa. An. ubi §. maximè dum in uer. ad quartum. expressè deducit hāc rationem Card. & ea non obstante decīdit contrarium. Vnde attenta authoritate eius & sequacium, prævaleret sua opinio, maximè quādo tales superiores scriberent cū clausula, Non obstāte quacunq; obligatione, sicut in Papa dictum est in artī. præcc. in iiij. limitatione. Scias tamen, quòd est una differentia in proposito inter authoritatem Papæ & authoritatem principis secularis: quia aut sumus in casu, in quo modò est excepta authoritas superioris, ut potè quem materia subiecta tangit: & tunc bene de utraq; authoritate pariformiter iudicatur in hac materia. Aut sumus in casu, in quo per ipsius superioris authoritatem dispensari potest super iuramento: & tunc non sufficit narrare, principi seculari de iuramēto, adeo quòd eius authoritate liceat contrauenire. Sed in Papa secus, ut per Sali. in l. fi. in fi. C. si contra ius, uel uti. pub. Et uide, quod dicitur propè in secunda limitatione.

¶ Per istā ampliationem intulit Bar. Brix. q. xxix. quòd [11] si † sacerdos fecit uotum de nunquā iurando, & postea compellitur se purgare, uel super contractu ueritatem dicere, debet iurare: quia est excepta authoritas superioris: & sequitur Domi. post Io. An. in c. quia plerique. ad fin. de off. ord. in vj. Similiter dixit Hostien. de iureiur. §. quot species. ibi, item si iuro. quòd qui iurauit soluere in termino, non est periurus, si iudex interdicat, ne soluat: & sequitur Archi. in c. dixit. xiiij. q. v. Et dicit Alb. in [12] l. si quis id, quod. ff. de iurisd. om. iu. quòd si † iudex ex causa iusta præcipit mihi, ne soluam, non incido in pœnam solutioni meæ ex pacto appositam, si non soluo: nec durante illo termino teneor ad usuras, uel interesse: & hoc quotidie fit, secundū eum, quoties ad instantiam creditoris præcipitur debitori debitoris, quòd nō soluat. Bene facit l. ij. §. fin. ff. si quis cau. secundum eum, subdentem paulo pòst se sæpe dixisse in facto, quòd laboratores iussu meo alienum agrum colentes, freti assertione mea, qui dicebā esse meum, cùm non esset, non tenentur, sed ego. Et idem dicit Alb. in hoc ultimo, in l. j. in princ. circa medium, ff. de eo, per quem fac. erit. Ad quod uide gl. & Bart. & alios in l. in rem. §. tignum. ff. de rei uendi. cum concor. de quibus per Alex. ibi in apostilla, & consil. xxxvj. Visis his, quæ per dominos. ubi pulchrè hoc declarat. Latè etiā Moderni in lib. Malefi. fol. 45. contra Sali. in l. non ideo. C. de accus. allegatum. Latè ab Alex. post Lud. in l. de pupillo. §. nunciationē. de ope. no. nun. Similiter dixit Specul. de cita. §. j. in fin. uer. quid si quis. quòd qui iurauit non exire domum infra quindecim dies, si in termino citatur à iudice, debet exire. Et sequitur Arch. in c. authoritatem. xv. q. vj. & Domi. post Lap. in c. si eū. de præben. in vj. & idē Domi.

in c. j. §. statuentes. circa princ. per illum text. de sepul. in vj. & Lap. in addi. ad tractatum Feder. de re. permut. q. xxxiij. Similiter dicit Spec. de actore, ibi, sed quid si iurauerit. quòd si pater iurauit non consentire filio agenti in casibus, in quibus necessarius est eius cõsensus, cogetur tamen dare licentiam non obstante iuramento. Similiter dicit Spec. de iur. cal. §. fin. post princip. de eo, qui iurauit nunquã iurare, quòd cogitur iurare de calumnia. Sed caue: quia in dictis locis uidetur Spec. uelle, quòd talis sit periurus, etiã quòd imputet sibi: quia temerè iurauit. Sed tamen per prædicta uidetur, quòd non sit periurus: quia ex quo superior cogit eum iurare, uerificatur quædam tacita cõditio, quæ inerat iuramento, s. nisi superior aliud præceperit. Similiter dixit gl. pe. in c. quæ contra mores. viij. dist. quòd in omni pacto intelligitur excepta authoritas superioris. Et ponderat ibi Domi. quod intelligitur etiã de alio superiore, quàm Papa. ¶ Postea refert But. ibi dicere, quòd hoc procedit in pactis subditorum. Sed in iuramentis fortè glos. non procedit, secundum eum: quod uerbum non bene percipio: quia attẽto eo, quod est dictum de scholari, uidetur idem in iuramento, dum modò ille superior sit talis, à cuius præcepto, uel obedientia non potuit se subtrahere iurans. ¶ Amplia tertiò, etiamsi ille superior esset legatus de latere: quia si scribit cum derogatione numeri iurati, habent locum prædicta, secundum Domi. latè in c. si ei. de præb. in vj.

Limita quadrupliciter

Dictã regulã.

13 Primò, dum † modò Papa sciat de iuramento: aliàs scribendo simpliciter nõ intelligitur in dubio uelle uti authoritate excepta, nisi exprimat, secundum But. Imol. & Abb. hîc. Et fuit dictũ satis in articulo præcedenti. Nunquid autem idem intelligatur in omnibus casibus suprà positis, nõ audeo affirmare: quia nullus prædictorum tangit, utrũm in superiore præcipiente requiratur noticia iuramenti. Et uidetur probabile, quòd sic: arguendo à fortiori de Papa ad inferiorem. Et facit ratio: quia fortè, qui scit de iuramento, difficiliùs moueretur ad præcipiendum contraria iuramento. Tamen in casibus positis in articulo præcedenti fortè secus esset: putà, quando motu proprio cum clausula, Non obstantibus, etiamsi non diceretur de iuramento. Et fortè generaliter dicendum est, quòd ubicunq; est iuratum super materia, in qua est excepta authoritas Papæ, nõ est necessarium, quòd sua iussio nominet iuramentum, ad hoc ut ex ea possit iuramento conueniri: secus in materia non tali, iuxta dicẽda j. uer. limita secundò. Et sic est mens omnium prædictorum. Tamen cogitabis. Per istã limitationem dicunt hîc But. & Domi. post Vin. quòd cùm Papa non uideatur in dubio uti authoritate excepta, si isti reciperent istum, essent periuri: quia adhuc sunt astricti iuramento. ¶ Ex quo non apparet, quòd Papa intendebat eos ab eo releuare. Et idem Arch. & Domi. xix. distinct. in memoriam. sequendo ad literam Vincen. hîc. Quibus obstat talis ratio: nam quando recipiunt motu proprio ultra numerum, uidentur uelle 16 recedere à statuto, & prius cogitare de suspensione iuramenti, & non incurrunt periurium, ut traditur in c. dilecto. de præben. & per Ioan. An. & But. in c. j. de his, quæ fiunt à maio. par. capi. & Card. post Ioan. de Lig. in cle. j. de regula. Dixi remissiuè & cõclusiuè post Abb. & Imo. tit. præced. cùm accessissent. ibi, ad primum fit conclusio. Ergo in proposito, quãdo recipiunt uiso rescripto, uideretur idem dicendum. SOL. In casu illo sciebant, quòd stante statuto non poterant authoritate propria recedere à iuramento sine periurio. Ideo frangendo numerum præsumuntur cogitare de iuramento, prius q̃ contrauenìant, & inter se tollere iuramentum mutuò præstitum per alterum alteri, ut declarat subtiliter But. in d. c. j. Sed hîc putabãt, quòd rescriptum releuaret eos à iuramento, & sub ista credulitate contrauenirent iuramento: non autem intenderent à seipsis remouere iuramentum. Credulitas autem ista esset erronea propter hanc limitationem. Ergo remanerent astricti iuramento, & sic contrauenìendo essent periuri. Et succedit regula, Quod potuit, nõluit, &c. de off. dele. cùm super. Et sic not. declarationem ad nota. in d. c. j. ut non procedant, quando contrauenìunt statuto, putantes posse contrauenire ex rescripto. Et istam solutionẽ in proposito nõ reperi consideratam. ¶ Amplius dicas in hac prima limitatione, quòd † non solùm debet fieri mentio de 14 iuramento in supplicatione: sed imo si impetrans iurasset nedum aliquid obseruare, sed etiam absolutionem non petere, uel relaxationem, non sufficiet in supplicatione dicere simpliciter se iurasse, sed etiam oportet dicere, se iurasse de non petenda relaxatione. ¶ Et dic amplius, quòd si iurasset non solùm relaxationem nõ petere, sed etiam, quòd si eam peteret & obineret, non utetur ea: certè non sufficiet duas illas partes exprimere, nisi etiãm hanc tertiã de non utendo exprimat: aliàs impetratio est surrepticia. Hæc omnia ponit elegantissimè Lud. consil. cccxxvj. In præsenti consultatione. Quæ sunt dicta aurea & noua, bene declarantia materiam & dictum Richardi allegatum s. in uer. authoritas. Bene faciunt, quæ dixi j. eo. postulasti. ponendo multa, quæ probant impetrationem surreptitiam, tacito omni eo, quo expresso difficiliùs fuisset obtẽta signatura, & maximè, dum examinaui de mentione omnis speciei illegitimitatis. 15 ¶ Limita secundò, quòd † authoritas Papæ intelligitur excepta in iuramento, in his, quæ spectant ad Papam: secus, si est præstitum super re propria ipsius iurantis: quia tunc non intelligitur excepta, nisi quatenus materia esset talis, super qua ipse Papa dispensare posset. But. Imo. & Domi. hîc, & Abb. in c. quanto. ibi, quis autem tunc poterit. de iureiur. Et importat hoc ista differentia, quòd in spectãtibus ad Papam est excepta eius authoritas, non tamẽ adeo, quòd eo ipso, quòd scribit contra actum iuratum, liceat statim contrauenire, ut s. dictum est. Sed si sciens de iuramẽto scribat contra ipsum, tunc etiamsi sine causa moueatur, uidetur absoluere super iuramẽto, & ualet absolutio. Sed in materia ad eum non spectante non ualet eius absolutio, nisi cum causa, ut latiùs per Abb. in d. c. quanto. & aliquid dicam non longè pòst in uer. exceptis duobus casibus. ¶ Et eodem modo debent restringi prædicta, uidelicet dum modò iuramentum concernat spectantia ad superiorem. Et hãc limitationem in uoto firmat Thomas de Aquino in iiij. sententiarum, distin. xxxvij. q. j. art. iiij. in solutione dubij: dicens, quòd quædã sunt, in quibus est homo ita liber sui, quòd etiam cõtra præceptum Papæ potest illa facere, sicut continere, & alia consilia diuina. ¶ Vnde absolutè & sine conditione uoluntatis alicuius prælati potest alia uouere, secundũ eum. Et pro hac limitatione adduco stupendam & Canonistis incognitam decisionem Augustini de Anchona in lib. De potestate eccles. q. lv. art. ulti. ubi disputando concludit, quòd † Papa nõ potest dispensare, quòd inferendo testimonio in iudicio non interueniat iuramentum: quia hoc est de iure diuino, quòd testis iuret, per id, quod habetur Genes. xxxj. ubi Iacob uoluit testimonium foceri sui Laban confirmatum per iuramentum. Non dicas ultra Augustinum, si pars potest remittere hoc iuramentum, c. tuis. de testibus. cur non Papa? quia respondeo, quòd istud argumentum est fallacia, sicut si à simili argueretur sic: Si potest aliquis donando rem sibi ablatam facere, quòd illa ablatio non sit furtum: cur non potest Papa facere, quòd auferens rem alteri eo inuito non committat furtum? Est enim iuramentum testis inductum fauore partis. Vnde ipse ei renunciare potest. Cõcedo bene, quòd parte uolente uaIere

leret dispensatio Papæ. Sed tunc frustra adiretur Papa pro dispensatione. Tene itaq; perpetuò menti dictum Augustini uulgò incognitum, nec dicas hoc esse clarũ per c. indicas Hermannum. iij. q. ix. ubi dicit tex. Papam non posse dispensare, ut credatur uni testi soli in præiudicium alterius. Et exclamat Ludo. de illo textu in singula. dccxiiij. an Papa. & per Alphabetum in uerb. Papa. quia licet ille tex. optimè seruiat pro dicto Augustini, tamen illud est diuersum dictum, & minùs mirabile, cùm de iure diuino requirãtur duo testes ad minus: de testa. cùm omnes. cum si. ¶ Sed quòd non iuratos Papa non possit habilitare pro integris, est mirabilius, cùm hoc non sit ita expressè iure diuino decisum: licet de teste periuro loquantur aliqui textus ueteris Testamenti, allegati per Ioan. An. in regula, non est sine culpa. ibi, secundò sic probo. de reg. iur. in vj. in Merc.

¶ Limita tertiò, nisi superior, cuius authoritas est excepta, præcipiat aliquid iniustum: quia non excusatur cõ traueniens iuramento propter tale præceptum. Io. An. post Hostien. de censi. significauit. dicens, quòd si iudex præcipit, ne soluam creditori meo damnato ad mortẽ, uel de graui crimine accusato, cui iurauerã soluere, nõ teneor obedire: quia tali rectè soluitur, l. reo criminis. ff. de sol. Aliàs incurro periurium, & imputatur nõ appellanti: quia magis debui timere Deum, quàm iudicem, xj. q. iij. qui resistit. nisi bona rei essent confiscata, secundum prædictos. Et sequitur Imol. in cle. pastoralis. de reiud. & ibi etiam Pet. de Anch. notabili xxiij. & in regula, possessor. ibi, ulteriùs quæritur, si bona. de reg. iur. in vj. & But. & Domi. hîc, & But. & Card. in d. c. significauit.

17 ¶ Limita quartò, & ultimò, nisi † essemus incerti, quis esset uerus Papa, duobus contendentibus de papatu: quia tunc nullius eorum authoritas est excepta. Ita Pe. de Anch. in tract. schismatis, prout ipse refert consil. mihi lxij. Pro declaratione dubiorum. in fin. & consilio cclxxvj. In auxilium ueritatis. in fine, scribens contra cardinales, qui uenerunt contra iuramentum authoritate Gregorij XII. qui cum alio contendebat de summo pontificatu. Et ista omnia bene nota, tanquam nõ ordinata in lectura aliorum.

Generaliter

18 Autẽ de potestate † Papæ super iuramento, uide Speculator de leg. §. nunc ostendendũ. uer. xxiij. Tho. ij. ij. q. lxxxix. art. ix. in responsione ad tertium articulum. Card. sancti Sixti in libello De potestate Papæ, q. xxxvij. glos. magnam, & Arch. in c. authoritatem. xv. q. vj. glos. & omnes in d. c. quanto. Card. in cle. j. ante fin. de iureiur. & glos. & Arch. in c. Florentinum. lxxxv. distinct. Arch. in c. qui sacramento. xxij. q. v. Domi. latè in c. ij. de renun. Summam Pisanam in uer. iuramẽtum. lo j. §. pen. Summam Astesanam lib. j. tit. xvij. artic. xj. Elegantissimè supra omnes Archiepiscopum Flor. in ij. parte suæ Summæ, tit. x. c. v. in ij. col. cum pluribus sequentibus. Communiter dicitur, quòd ex causa potest commutare, suspendere, & etiam relaxare[a] iuramentum. Et Calixtus III. suspendit uiua uoce iuramẽtum unius ad tempus, & ei absenti hoc intimauit cardinalis Senensis, qui postea fuit Pius II. ut in sua epistola cxxxvj. Gratæ fuerunt, &c. Imò, si iurans iuraret se non petiturum dispensationem à Papa, fortè non ligaretur tali iuramento, propter dictum Richardi de Mediauilla, de quo s. in uer. authoritas Papæ. ¶ Potest etiam seipsum Papa absoluere cum causa: dixi in c. j. §. tit. proxi. in vj. declaratione iiij. fallentiæ. Sine causa autem uera & apparenti non potest absoluere. Innocent. in d. c. ij. in fin. de renun. Et sequitur ibi But. Imol. & Domi. & Imol. in d. c. j. & Abb. pulchrè in disputatione,

a *Relaxare] Adde tu, quòd Papa potest remittere iuramentum. Et quando hoc possit; uide gloss. in c. quanto. de iureiur. & ibi do. Abb.*

Stante statuto, ad fin. exceptis duobus casibus. Primus est, nisi esset iuratum super materia, in qua esset excepta authoritas Papæ: quia tunc posset sine causa dispensare, secundum Domi. in d. c. ij. ad fin. Allegat Ioan. An. in d. c. quanto. & in addi. Specul. de leg. j. §. nunc ostendendum. uer. xxiij. & dixi paulo antè uer. limita secundò.

¶ Secundus casus est, quando non uellet ex toto tollere uim iuramenti, sed dilationem aliquam concedere super obseruantia ipsius: quia differens ex hoc, non uidetur dici transgressor, arg. c. non est. de uoto. secũdum Domi. in d. c. ij. qui pro hoc etiam adducit, quod not. Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. §. tit. prox. ubi licet Papa non possit tollere sine causa ius alterius, tamen potest dilationem concedere super illo. Hoc tamen ultimum uerbum posset difficultari, propter uerba Domi. in repet. c. postulasti. j. eo. quæ retuli in c. j. in nostra. in xxvij. corollario, j. eo. Et ex hoc dicto potest dubitari de uno uerbo, quod posui s. in uer. considera duo, dicendo, quòd nõ ualet rescriptum Papæ inducens dilationem eius, quod ex iuramento debebat fieri certo tempore. Sed fortè utrunque procedere potest. Illud sit uerum, quòd est opus facere mentionem iuramẽti: quia si princeps sciuisset de hoc præiudicio dilatiuo, difficiliùs concessisset, ut bene probatum fuit in dicto corollario.

¶ Et istud etiam sit uerum, quòd potest elongare, seu suspendere uim iuramenti sine causa, & illa sit necessaria solùm in totali euacuatione iuramenti. Item dic, quòd ubi iuramentum est præstitum parti in eius præiudicium, non absoluit Papa iurantem, nisi constet, quòd sit illicitum. Card. in cle. j. ad fin. de iureiur. q. xvij. facit c. significauit. de censi. Tamen cum causa posset absoluere, secundum Abb. in d. c. quanto. & Arch. in d. c. authoritatem. & Spec. de dele. §. nunc ostendendum. uer. hoc quoq;. Et quòd sine causa regulariter

b non possit[b], facit gloss. in c. non est uoti. de uoto. cum concor. quas dedi ad eam in c. j. §. ti. prox. Et intellige, quòd fiat mentio de iuramẽto: aliàs tollendo obligationem simpliciter, non sufficeret, ut s. dixi per istum text. Quando autem episcopus possit absoluere

c à iuramento[c], uide undecim casus disputatos optimè per Abb. in dicta disputatione, Stante statuto, uer. ego autem ad totalem matetiam euacuandam. Et illos ponit etiã ipse in c. cùm contingat. de iureiur. Quos etiam ponit Archiepiscopus, ubi s. Dixi aliàs in c. j. de iureiur. & in c. ij. de sponsa. Et idem ibi etiã posui de iudice seculari, de quo ultra ibi dicta latè per Alex. consil. mihi numero omnium uoluminum continuato ccccl. In Christi, &c. Nos Paschalis de Paschalis. & d. c. ij. Posui de absolutione, quæ fit à parte parti.

b *Non possit] Adde, quæ dixi s. in apostil. in c. ecclesiæ. de constit.*

c *A' iuramento] Vide ad hoc etiã Bar. Cep. in caut. clxxxviij. et Paul. de Cast. consilio ccxiiij. & consil. ccxix. inc. Præsupposito sine præiudicio ueritatis. & Anton. de Pra. in consil. Paucis utar. quod est post consilii xlv. Alex. de Imol. iiij. parte, et per Alex. in consil. ccxxj. ij. parte, & consil. cxxv. prima parte.*

Dominium iurium

19 Capituli † nõ est concessum capitulo, sed solùm administratio: gloss. not. hîc idem in quolibet prælato, etiam Papa: quia non habent dominium rerum ecclesiasticarum, quod est apud Deum. Abb. hîc per iura, de quibus per eum. Adde But. & Card. in c. cùm super. de causa pos. & propri. ubi transeũt cum ultima ex illis tribus opinionibus, quas ibi retulit Inn. super uerbo, restituendum. quem uide. Sed Abb. ibi putat, quòd quo ad dominium & possessionem, bona ecclesiarum sunt ipsarum ecclesiarum particularium, sed ipsæ ecclesiæ particulares habentur loco Dei: quia nomine cuiusq; ecclesiæ intentantur actiones reales, seu uendicationes. Item actiones pro possessionibus recu-

petendis, uel retinendis, c. literæ. cum si. de dila. Et ista præsupponunt dominium & possessionem, c. examina. de iudic. cum si. Quòd autem loco Dei possideant, probat: quia bona ecclesiarum dicuntur patrimoniū Christi, c. cùm ex eo. de elect. in vj. & ultra eum facit c. cùm secundum. de præben. in uerbo, de patrimonio Iesu Christi. Et oblata ecclesiæ, dicuntur offerri Deo, c. nulli. & c. qui abstulerit. xij. q. ij. Ecclesię uerò uniuersales dicuntur, quo ad sustentationem: quia quilibet bonus & fidelis debet inde sustentari, c. si. xvj. q. j. Clerici uerò possident bona ecclesiarum nomine ecclesiæ: sed ipsam ecclesiam, seu dignitatem, possidet quisq; nomine proprio. Primū patet: quia pro iuribus ecclesiæ rector agit. Secundum patet: quia clericus post collationem sibi factā potest dicere, beneficiū esse suū, c. si tibi. de præben. in vj. ut latiùs per eum: quem post multa sequitur Maria. consil. mihi cxxxv. Prælatus, &c. aliàs incip. Ex literis transmissis. ¶ Hoc modo intellige glos. in c. fin. xij. q. j. & glo. j. in c. expedit. ea. quæ. & causa: & quod ibi not. Arch. & glos. ij. in c. causa. de uerb. sig. Et adde text. & gl. in c. peruenit. lo j. de iureiur. ubi exponitur de rebus suis, scilicet ecclesiæ. Et dicit Domi. in c. ad decimas. in iij. no. de restitut. spo. in vj. quòd ecclesia dicitur esse rectoris, per text. ibi, & in c. cùm non ignores. de præben. & hoc, quantum ad administrationem, non quantum ad dominium: quia est procurator, non dominus, c. ij. de dona. Et dicit Domi. in c. j. xij. dist. propter uerba Arch. ibi, quòd res Romanę ecclesię sunt Papæ, quo ad administrationem[a], non quo ad proprietatem: & reprobat gl. quæ aliter sentit, de iudi. cùm uenissent. & infert, quòd Papa, p libito uoluntatis non potest alienare[b] bona ecclesiæ: & facit glos. in c. j. x. dist. secundum eum. ¶ Ista non parum important. Patet ex uerbis Bart. in l. j. §. fin. in fin. ff. de acquir. pos. dum dicit, quòd mortuis omnibus de collegio possessio bonorum ecclesiæ uacat, per notata in l. sicut. ff. qd̄ cuiusq; uni. no. Secus dicit in collegio ecclesiæ: quia ipsa ecclesia possidet. Allegat l. raptores. §. fin autem diaconissa. ibi, & plenam possessionem. C. de episc. & cle. Et dicit, q̄ Christus possidet, uel uniuersalis ecclesia. Allegat Inno. d. c. cùm super. cui standum est, secundum eum: & idem Bart. in d. l. sicut. §. fin. in fin. Similiter important propter dictum Spec. de peti. & pos. §. j. ibi, sed pone, uacante. ubi uult pulchrè, q̄ inuadens possessionem uacāte ecclesia, punitur, ut inuasor: nec potest dicere possessionē fuisse uacuā, quia ecclesia & locus dicitur possidere: licet secus sit in hærede, qui contra ingredientem possessionem iacentis hæreditatis nō potest intentare interdictum nomine proprio: quia tenetur probare possessionem & spoliationem. Vnde cùm non possederit, nō posset probare possessionem. Similiter important ad dictum Bar. in l. cùm hæredes. in princ. ff. de acquir. posses. ubi dixit, quòd nouus prælatus possidet bona ecclesiæ sine noua apprehensione: quia ecclesia non desijt possidere. Similiter † importāt ad dicta ardua, quæ ponit Abb. in repetitione c. cùm omnes. ibi, quintò principaliter. de testa. ubi ex his infert, quòd Papa non potest sine causa dare clerico potestatē testandi de bonis quæstis intuitu ecclesiæ. Adde etiā Bald. in l. non minus. ff. de hære. instit. ubi dicit, quòd quando relinquitur aliquid fratri, uel monacho, nō est inspicienda qualitas ipsius fratris, uel monachi, sed capacitas sui ordinis, uel monasterij: & ideo fratres minores nihil capiunt: quia eorum ordo nō est capax, secundum eum. Cum istis concordat latè Domi. in c. j. de sum. trini. in vj. cōcludens, quòd ecclesiæ & earum bona sunt Papæ, tanquam administratoris & dispensatoris, non tanquam domini, licet Ioan. An. ibi uelit, quòd sit dominus. Et pro opinione Domi. uide Car. sancti Sixti in libello De Papa, q. lxv. post beatum Thomam in loco ibi allegato. ¶ In quantum tangit Abb. 21 post alios, infra † quantum tempus debeat excipi de surreptione rescripti, adde plenius Butr. & Imol. hîc, & Abb. in c. dudum. de præsumpt. Butr. j. eodem, c. proxi. & in c. exceptionem. de except. Abb. in c. ex parte. de fo. compet. & in c. ad audientiam. j. eod. Imol. in c. ueniens. de renun. Ioan. An. & Domi. in c. j. de litis contesta. in vj. Innocent. in c. pastoralis. de except. Abb. in c. ab excommunicato. in fin. j. eod. Et est articulus inuolutus. Transeo cum Abb. hîc. ¶ Circa ea, quæ inuolutè scribuntur supra gloss. in uerbo, impetrasset. non replicando, quæ scribuntur, considera aliqua: & primò, quòd de mente Doct. est, quòd non solùm monitoriæ, sed etiam præceptoriæ literæ non necessitabant, sed solùm executoriæ: quamuis in textu isto non dicatur apertè de præceptorijs. Et istud no. ad c. quod præcipit. xiij. q. j. & ad ea, quæ habuimus s. eodem, eam te. ¶ Considera secundò uerba Butr. Imol. & Domi. hîc, dum dicunt post multa, quòd ideo non curatur hîc de monitorijs, quia expirauerunt morte Celestini, cùm res esset integra: quia primo aspectu istud uidetur contra text. hîc, ubi etiam executoriæ præcesserunt mortem Celestini. Sed dic, quòd non intelligunt isti, quòd executoriæ emanauerint post Celestinum, sed uolunt, ut clarè declarat Dominic. quòd exclusis executorijs excluduntur monitoriæ, non ex ui surreptionis propter taciturnitatem numeri ex quo tunc numerus non erat, sed ex ui tacitæ reuocationis propter mortem Papæ: quia morte Papæ expirat gratia, quæ est in fieri, ut erat ista. Modò si determinatio numeri præcessisset executorias, processus est nullus: quia habitus per literas surreptitias, & processus nullus, non perpetuat: gloss. de offic. dele. cùm plures. libro sexto. Remanet ergo res integra. Meritò dicimus, quòd monitoriæ expirant morte Papæ simul cum executorijs. Et si dicas, etiamsi gratia esset perpetuata, tamen per mortem Papæ expirat gratia, per quam non est acquisitum ius in re, licet ad rem, c. fin. de concess. præben. in sexto. Ergo etiamsi determinatio non præcessisset executorias, non deberet huic conferri præbenda. Respondent Butr. & Dominic. quòd isto tempore non emanabant tales reuocatoriæ. Patet ex notatis in d. c. fin. Volunt dicere, quòd gratia non perpetuata bene expirabat, sed perpetuata durabat. ¶ Considera tertiò, dum isti transeunt cum uerbis Petri doctoris antiqui hîc, quòd iste excusatur, si non dixit de confirmatione: quia istud non probatur clarè hîc. Et in contrarium facit gloss. in cle. dudum. ad fin. in uerbo, pacta. de sepul. Per quam dicit generaliter Ludo. singul. viij. & consilio ccxciij. ad fin. & consilio ccccliij. in fin. & consilio ccccxxxvj. quòd clausula, Non obstantibus, nunquam tollit dispositiones confirmatas. Et illam gloss. etiam ad statuta confirmata allegat Alexand. consilio mihi cclxvj. Viso tit. q. præmissæ. & in plerisque alijs locis, nisi dicas, quòd illa gloss. procedit, ubi dispositio non habet aliud robur maius confirmatione. Sed Doctores hîc loquuntur, ubi dispositio est iurata & confirmata: & sic habet maius robur, quàm sit confirmatio. Quo casu sufficiet mentio maioris roboris, scilicet iuramenti: quia infertur, quòd princeps etiam præiudicasset statuto, informatus de confirmatione: quod non affirmo: tum, quia esset uerbum nouum: tum, quia non concederem absolutè, quòd confirmatio esset minus robur: quia sit difficultas, utrùm statuentes possint tollere statutum confirmatum, sicut iuratum: de qua dixi titulo præcedenti, cùm accessissent: item, funiculus, &c. c. j. de treuga & pace. ¶ Si scribitur

a *Quo ad administrationem*] *Facit, quod habetur per Soc. in cons. xiij. inci. Præsens consultatio est satis. uersi. ij. etiam circa fin. cum uersi. seq. in j. parte, quem uide omnino.*

b *Alienare*] *Adde, quæ dixi in c. quæ in ecclesiarum. s. de constit. in apostil.*

22 tur † de uacatura ecclesia, uel præbenda, uenit etiam illa, quæ uacat tempore datæ. Imo. hîc allegat glo. in uerbo, notitia. in cle. j. de concess. præben. Adde, quæ dixi s. eod. ad hæc. tractando de subiunctiuo: & idem no. Imo. in l. hoc articulo. ff. de hære. inst. ¶ Amplia, etiamsi Papa sciuisset, quòd tunc illa uacabat. Imo. hîc propter mentem dictæ gloss. dum allegat l. uerbum, Erit. ff. de uerb. sig. Sed dic contrà, secundum Cy. in l. cùm uxori. C. quando di. leg. ce. & Bald. Ang. & Pau. in l. Titius. §. j. ff. de lib. & posth. & Imo. in l. hæc conditio filiæ. §. fi. ff. de condi. & demon. per illum text. ubi ista conditio, Si nauis uenerit, habetur pro impleta, si nauis iā uenit ignorante testatore: secus, si eo sciēte, & materia sit talis, quæ possit iterum fieri: quia expectatur, quòd fiat. Et ita hîc expectabitur alia uacatio. Secus, ubi materia nō est reiterabilis, d. l. Titius, §. j. ubi uerba de nascituro includūt iam natum, etiamsi testator sciebat. Et ista tene, licet gl. iij. in c. si postquam. de præben. in vj. uideatur uelle in libro meo, quòd non ueniat uacans nunc, in literis de uacaturo. Tamen dicit ibi Domi. quòd illa gloss. tenet idem, quod gloss. in dicto uerbo, notitia. ¶ Et si dicatur, si qua nunc uacat, nec addit de uacatura, uide glos. j. in c. dilectus. lo ij. de præb. quæ uult, quòd ueniat etiam uacatura. Sed illud est ratione canonicatus iam collati, ut etiam probatur hîc in fi. in uerbo, uacat. Sed aliās uigore mandati de uacante non ueniret uacatura, ut sentiunt ibi omnes, & firmant Imol. & Ro. in l. si quis mihi bona. §. fussum. ff. de acqui. hæred. ¶ Et si dicitur, simpliciter prouideas de beneficio, intelligitur de uacante, uel uacaturo. Probatur in c. mandato. de præben. in vj. intelligendo ibi uerbum Vacent, in tempore præsenti: Sed intelligendo in futurum subiunctiuum, non probaret: tamen dictum uidetur uerum. Et si mandatur prouideri de uacaturo, intelligitur de primo, etiamsi non dicatur: gloss. in c. tibi, qui. in uerbo proxi. de rescrip. in vj. Facit d. c. mandato. ubi si mandatur prouideri de beneficio ad alicuius collationem spectante, intelligitur de primo. Et dicit Abb. in c. proposuit. de concess. præben. propter gloss. iij. ibi, quòd executor datus ad prouidendum de beneficio uacante, uel cùm uacabit, non potest conferre uacaturum, sed debet expectare uacationem. Et istis adde, quæ dixi s. eod. ad hæc. ¶ Demū scias, quòd soio tempore non inducitur taxatio numeri, nisi probetur aliter. Rota de proba. vij. in antiquis. Alleg. Host. & Ioan. And. in c. ex parte. de concess. præben. ubi per Abba. ¶ Scias etiam ualere con-
23 suetudinem, quòd † episcopus pro iucundo aduentu possit creare nouum canonicum, etiamsi numerus sit taxatus & iuratus, si præbendę non sunt distinctę. Rota de consue. ij. in antiquis: & eod. tit. iij. in antiquioribus: & statim prouidebitur ei de portionibus. Et no. istum text. ad unum, quod ponit Fede. consil. ccxcj. Quia in præsenti. & Abb. in c. dilectus. lo ij. de præbend. & Lud. consil. ccclxxxij. Non uideo causam, &c. quòd non nocet tacere in rescripto ea, quæ tempore datę non sunt in rerum natura: quia imputari non potest, etiamsi po-
24 stea emergant. ¶ Item, an † de iure ualeant statuta taxantia numerum in præiudicium expectantium, uide omnino Old. consil. cl. In ecclesia Valentina. Et utrùm ualeat statutum, uel consuetudo, quòd impetrātes ultra numerū non habeant uocem in capitulo, uide sing. per Alb. de Rosa. in l. de quibus. uer. quæro etiam, utrùm. ff. de leg. ubi per uerbum Puto, dicit, quòd non, quo ad impetrantes à sede Apostolica: quia inferior non potest ligare superiorem. Facit etiam clausula derogatoria statutorum consueta communiter apponi in literis. Dicit tamen, quòd contra hoc multùm facit c. j. de constit. in vj. Et ita residet. Credo, quòd dictum statutum ualeat. Videmus enim hîc, quòd possunt canonici taxare numerum, & ista taxatio facit, quòd collatio Papæ non faciens mentionem numeri, non ualet. Ergo pari ratione potentiæ uidetur statutum posse inhabilitare ad uocem impetrantem ultra numerum. Sicut enim taxatio numeri non est impeditiua potestatis Papæ, quin ei derogare non possit certioratus de ea: ita nec inhabilitatio uocis. Cùm ergo impetranti obstent duo capita statuti, facere debet utriusque mentionem, ut in simili dicit Ludo. dicto consi. cccxxvj. In præsenti. Concedo, quòd simpliciter rescribendo non tolleret Papa dictum statutum. Ita loquitur dictum c. j. Sed facta mentione statuti per clausulam, Non obstātibus, satis erit, nisi statutum esset iuratum: quia requiritur derogatio etiam ad iuramentum, per prædicta. Et forte attentari potest, quòd si scribitur simpliciter, ut quis recipiatur cum clausula, Non obstantibus statutis, erit solùm derogatum statuto taxatiuo numeri, non autem statuto inhabilitanti ad uocem. Intendit enim illa clausula derogatoria tollere solùm obstantia receptioni: non autem modificantia qualitatē recepti. Facit, quod dixi infrà eod. nonnulli. ad fi. princ. in v. conclusione. Et ideo, ut esset derogatum alteri statuto, oporteret saltē, quòd literę dicerent, ut reciperetur cum plenitudine iuris Canonicalis, non obstante aliquo statuto: nam tunc stante statuto de uoce, non haberet plenitudinem iuris Canonicalis. Ergo per dicta uerba intelligatur illi derogatum. Secus, si clausula derogatoria non respiceret plenitudinem iuris canonicalis. Cogita, & no. hæc, ut noua.

c. constitutus.

SVMMARIVM.

1 *Surreptio dolosa nitiat rescriptum in totum: si autem processit ex simplicitate, uel ignorantia, nitiat, quatenus fuit causa concessionis.*
2 *Surreptio per simplicitatem, an & quando nitiet solùm id, cui dedit causam, non aliud.*
3 *Surreptio non dolosa, licet non uitiet in literis gratiosis, uel beneficialibus, secus tamen est in priuilegijs: quia per surreptionem non dolosam uitiantur indistinctè.*
Et iunge alium casum, quando surreptio nō dolosa uitiet. Paulo pòst, uersi. limita quarto.
4 *Modus cognoscendi quando aliquid dicitur causa demonstrationis, uel taxationis.*
5 *Surreptio dolosa nitiat literas gratiosas in totum.*
6 *Ignorantia, quamuis probabilis, non excusat, ubi præiudicatur iuri tertij, de quo est facta mentio.*
7 *Surreptio nō præiudicat absenti, quādo aliqs supplicat pro absente.*
8 *Exprimenda sunt in rescripto, quæ possent mouere animum principis ad concedendum, uel non concedendum.*
Et qualiter cognoscetur, quando princeps concessisset, uel non concessisset. Ibidem paulo pòst, uersi. prima regula.
9 *Omnia, quæ obstant gratiæ concessæ, quæ facilè possunt colligi ex narratis in rescripto, antè censentur esse sublata.*
10 *Mentio si fiat de possessione in aliqua parte gratiæ, licet gratia non expressè dicat de possessione, tamen impetrans censetur etiam surrogatus in possessione, quam habebat defunctus.*
11 *Clausula, Si non est alteri ius quæsitum, tollit omnem surreptionem, quæ posset allegari, tertio prætendente, rescriptum esse præiudiciabile.*
12 *Mentio litis pendentiæ debet fieri in rescripto.*
13 *Lis quando dicatur pendere.*
14 *Impetratio quæ non facit mentionem de sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, est surreptitia.*
15 *Sententia nulla non transit in rem iudicatam.*
16 *Impetratio in causa matrimoniali ualet, licet non faciat mentionem de sententia.*
17 *Impetrans rescriptum, ut possit expedire actum, qui regulariter non potest expediri, nisi in certis casibus, debet exprimere, quòd ipse est in aliquo illorum casuum.*

18 *Delegatus regulariter cognoscit,an sua sit iurisdictio.*
19 *Congregatio concilij generalis cùm fit,potest minor pars eorũ, qui adesse debent,citare maiorem: & data contumacia, minor pars constituet concilium.*
20 *Iudex,qui non potest esse,nisi in facto notorio,potest de hoc præparatorio cognoscere.*
21 *Canones dant potestatem concilio supra Papam, quando est dignus depositione,licet aliàs sit maior concilio: sic etiam dant potestatem Papæ super eo,sine quo concilium nihil posset:putà,ad congregationem concilij.*
22 *Iudex non cognoscit,an sua sit iurisdictio,quando ei opponitur crimen,aut aliud,quod notat iudicem aliqua infamia.*
23 *Iudex non cognoscit,an sua sit iurisdictio,quando opponitur de tali fundamento iurisdictionis,& proprietatis ipsius: quia sicut non est potestas,non est episcopus.*
24 *Item,quando agitur non solùm de nudo exercitio iurisdictionis, sed etiam de proprietate iurisdictionis:quia citatus dicit se exemptũ, & iudex negat.*
25 *Iudex non cognoscit,an sua sit iurisdictio, quãdo est notorium,eum non esse iudicem,uel saltem se scit non esse iudicem.*
26 *Item, ubi iudex ingerit tenendo opinionem partis, quæ stat pro iurisdictione.*
27 *Iudex nõ potest cognoscere,an sua sit iurisdictio, quando excipitur, quòd locus contractus,uel delicti, non est de iurisdictione citantis:non enim potest de hoc cognoscere.*
28 *Item,ubi uertitur commodum sportularum.*
29 *Item ubi rescriptum est falsum.*
30 *Iudex non potest cognoscere,an sua sit iurisdictio,quãdo scit de nullitate rescripti.*
31 *Processus fictus coram delegato per falsum rescriptum,an sit nullus.*
32 *Iudex non potest cognoscere,an sua sit iurisdictio,quando iudex nõ habet iurisdictionem, nisi super causa notoria casus accidens est dubius,& non notorius.*
33 *Item quando pronunciatio incompetentiæ fuit facta partibus absentibus, & procuratoribus præsentibus non habentibus speciale mandatum ad prorogandum iurisdictionem.*
34 *Item quando iudex nõ pronunciat expressè se cõpetentem, sed tacitè.*
35 *Iudex non cognoscit,an sua sit iurisdictio, si obijcitur ei,quòd sua iurisdictio est reuocata per secundas literas directas alteri delegato.*
36 *Item,quando opponitur iudici,quòd delegans non habebat potestatem delegandi.*
37 *Exceptio peremptoria an & quando possit opponi ante litem contestatam.*

CAPITVLVM XX.

1 SVper literis. ¶ Dolosa † surreptio uitiat rescriptum in totum:si autem processit ex simplicitate,uel ignorantia,eatenus uitiat,quatenus fuit causa concessionis.H.D.Et plura exempla ponit hîc Bu.in sua celebri repetitione, quæ possent in occurrentijs facti specificè inseruire, & esto memor huius uerbi. ¶ Sed circa exemplum Abb.de eo,qui dixit esse consuetudinem patriæ suæ, quòd illa causa expediretur summariè,considera: quia non uidetur istud carere dolo,nisi dicas,quòd fortè ex ignorantia, uel simplicitate computauit istam inter alias, quæ ibi erant summariæ, cum tamen ista non esset de illis. ¶ Istud,quod generaliter dicitur hîc, iudicem non debere sequi formam in literis comprehensam, sed ordinẽ iuris, oportet ita restringere, quòd processus, quem habiturus est iudex,comprehendatur sub uerbis in rescripto positis. Inn. pulchrè hîc, quem omnes sequuntur. Vnde oportet,quòd processus fiendus conueniat narrationi & conclusioni rescripti, neque sufficeret, quòd uerba possint comprehendi sub narratione, si non conueniunt cõclusioni.Exemplum.Cõquestus est nobis A.de B.quòd super tali possessione iniuriatur ei. Vnde mandamus, quatenus,si inueneris,quòd per uim sibi illatam abstulerit,cogas B.ad restitutionẽ.Deinde dicit libellus:conqueror de B. qui talem possessionem mihi uendidit, & eam dare contradicit, non ualet libellus: quia conclusio rescripti,quæ dicit, cogas ad restitutionem,non patitur hoc,licet petitio patiatur:quia petitio narrat iniuriam circa rem. Quæ uerba reassumit Bald. in l.præscriptione.C.si contra ius,uel util. pub. ponens alia exempla quotidiana.Propterea Pau. de Cas. consil. cccxj.ad confirmationem.extollens ista dicta,consuluit,quòd si quis narauit se spoliatum, & obtinuit rescriptum super interdicto Vnde ui, in quo habet ꝓbare possessionem tempore spoliationis, & ipsam spoliationem, si dat libellum adeo generalem, quòd comprehendit etiam canonem,reintegranda.iij. q.j. nec est probata spoliatio, non potest sequi condemnatio ex illo canone, neq; ex alio capite, quàm spoliationis, ut seruetur tenor rescripti,propter dicta Inn.hîc. ¶ Similiter Cal.de sen. excom.consj.infert,quòd qui impetrauit rescriptum super absolutione ab excommunicatione lata per episcopum, uel eius uicarium, non potest ex eo consequi absolutionem ab excommunicatione lata ab eius delegato propter diuersitatem iurisdictionis & personarũ. Et dicit,quòd regula huius c. quando fuit tacitum id,quo expresso omnino obtinuisset,fallit,ubi est diuersitas personarum,uel causarum actoris,uel rei.Quod no.Gusta etiam prædicta,ut per Rotam, quæ allegabitur in iiij.limitatione proximæ conclusionis.

In literis gratiæ, Vel beneficialibus, an procedat iste text.respectu primæ regulæ.Omnes concordant, quòd sic,à fortiori:sed respectu secundæ & tertiæ multùm uariãt, quo ad modum declarandi.But.Imo.Domi.Abb.hîc,reputantes rem hãc difficilem,& subtilem.Et licet de hoc nihil tangat And.Sic.tamen, quia,ut dicit Ab. est materia intrinseca huius decretalis, conatus fui adaptare uarie rates prædictorum, quantò melius potui,per duas conclusiones limitatas quinq; modis, insertis etiam aliorum dictis.

Prima Conclusio. 2 Sicut † in literis ad lites surreptio non dolosa, sed per simplicitatem[a], quæ fuit causa unius rei, tãtùm unam solam uitiat, & non aliam, cuius non fuit causa,ut hîc in secunda regula: ita & in literis gratiosis & ad beneficia, in quibus censentur concessa ea, quæ princeps omnino concessisset,etiamsi fuisset expressum id, qd' est tacitum. Ita firmat hîc Bu.Imol.Domi.& Ab.& Domi.latè in repe.c.postulasti. j.eo.& Rota de præb.xix. Quidam obtinuit. in antiquioribus,& Cal.in isto tit. cõsil.ij.& per hoc allegat Ab. c. si eo tempore. de rescri. in vj. de quo fuit facta plena mentio,quantum ad hoc, ẽ.eo. sedes.in prin. ¶ Adde meliorẽ text. in c.dudũ.uer. considerãtes. de præb. in vj. q in materia beneficiali expresse uult, ꝙ taciturnitas alicuius qualitatis,qua expressa nihilo minùs princeps literas cõcessisset,non uitiat literas.Ad idem c.si pro clericis pauperibus. de præben. in vj. ubi taciturnitas defectus ordinum sacrorum non uitiat literas, ex quo intra tempora à iure requsita põt promoueri ad ordines, quos requrit beneficium.Ad idem,quod notant Inn.& Host.de trãsac.ex literis.dicentes, quòd tacere,quòd alius beneficium iniustè possidet, & per simoniam nõ uitiat literas: quia hoc expresso habuisset literas etiam facilius. Ad idem

[a] *Per simplicitatem*] *Adde domi. Soc. consj.cclxxiij. inci.In præsenti cõsultatione.uer. postremò dico, quòd talis in ij.parte, et consil.clxiij. inci. Visa bulla Bonifacij. uersi. primum fundamentum.ibi, ex quibus infero. in d.parte, & consil.clxix.incip.Circa primum consultationis articul. in princi.in d. parte.*

idem Rota hoc tit.lxvij.Papæ supplicat.in antiquis, ubi dicitur,quòd qui narrauit de cura, & de residentia, obtinebit beneficium,licet sit simplex, & non requirat residentiam: quia multò fortiùs hoc obtinuisset:& uidetur dixisse causa demõstrationis,non causa taxationis,iuxta ea,quæ dicentur proximè in iiij.limitatione. ¶ Limita primò,dum modò qualitates nõ expressè sint tales, ad quarum expressionem non tenet impetrans de iure communi: secus,si sunt tales,de quibus impetrans debuit de iure facere mentionẽ: quia tunc taciturnitas earũ uitiat, etiamsi aliàs Papa omnino literas concessisset.Ita procedit tex.cum glo. pe.in c.si motu proprio.de præb.in vj.secũdũ Domi.hîc,& in d.c.dudũ.j.eo.postulasti.& ibi Maria.& dixi ẽ.eod.ad aures.ix.conclusione. Et regula est, quòd non tenet impetrãs facere mentionem in literis beneficialibus,nisi de qualitatibus in iure expressis,secundum Domi.in dictis locis.Allegat gl. in cle.j.in uerbo,uel alteri.de præben.quam sequit Cal. de præb.consil.vj.& tetigi ẽ.eo.ad aures. & dicetur j.eo. in nostra. discurrendo qualitates in iure expressas. Sic intellige Car.consj.xxxiij.incip. M.cccIxxxij.die x.mensis Iulij.ubi simpliciter dixit,quòd surreptio uitiat in beneficialibus,etiamsi surgat ex simplicitate. Allegat glo. in d.c.si motu.Sic etiam reducas dicta Imo.in d.c.si motu.cum quo transit ibi Domi.Et dum dicit,quòd si tacetur aliquid,quo expresso Papa dedisset literas,ualet impetratio: & sic intelligit d.c.dudum. dic, quòd istud est contra dictum c.si motu. ubi etiamsi expressisset de beneficio minimo,omnino literas habuisset,& tamen tacere ipsum uitiat eas:& ideo ille text.cum c.dudum.debent adaptari,ut est dictum,licet Domi.in c.si motu.nõ aduertat. ¶ Limita secundò,nisi obtentum per surreptionem habeat cõnexitatem cum reliquis: quia tunc ratione connexitatis subreptio uitiat omnia. Ita text.ẽ. c.proxi.& not. Abb.hîc. Et idem puto in literis ad lites, arg.c.si super.de offi.dele.in vj. Et sic uult Abb. quòd etiamsi illa connexa sint talia, quibus expressis omnino Papa literas concessisset, tamen in illis non ualent literæ propter connexitatem, quam habẽt cum partibus literarum subreptitiè obtentis. Quod not. ¶ Limita
3 tertiò,dũ † modò loquamur in literis gratiosis, uel beneficialibus:secus in priuilegijs: quia per subreptionẽ, non etiam non dolosam,uitiantur indistinctè.Bu.Imo. & Domi.hîc: allegant Cy.& Iac. But. in l.præscriptione. C.si contra ius.& Io.An.j.eo. cùm dilecta. quia priuilegium est lex priuata,in quo priuilegio cõclusio est præcisa,quo ad mentem generalem & specificam cõcedentis:quia præcisè intendit priuilegium concedere:sed in literis contentiosis conclusio mentalis est inquirere, ut iustitia ministretur,& specialis circa formam. Vnde uitium formæ non uitiat substantiam. ¶ Sed caue:quia intentio Ioan.de Imo.& Abb.hîc uidetur esse,quòd literæ beneficiales & priuilegia in hoc non differant:quia, ut dicit Imol.etiam in literis beneficialibus mens Papę est præcisa : quia præcisè intendit conferre beneficium. Præterea,ut dicit Ab.literæ ad beneficia sunt ualde stricti iuris.Ergo ubi surreptio in parte non uitiat eas in totum,multo minùs uitiabit alias concessiones.Et quòd priuilegia & literæ beneficiales parificentur in materia subreptionis, not. Inn. j. eo.cùm dilecta.& clarè Abb.j. eo.ad audientiam.cum concor.ibi dicendis. ¶ Limita quartò,dum modò ea, quæ sunt expressa circa qualitates beneficij, sint expressa causa demonstrationis: quia subreptio non dolosa non nocet in illis, si appareret, quòd princeps omnino concessisset præsuppositа bona specificatione qualitatum. Sed secus, si essent expressæ causa taxationis, uel limitationis: quia tunc rescriptum beneficiale non potest reduci ad ea,quę si fuissent bene expressa, uel aliter expressa, non retardassent literas.Rota de præb.xix.Quidã obtinuit.in antiquioribus : quam extollit Domi. j. eod. postulasti.& hîc,& Abb.hîc,& j.eo.significante. ¶ Not.quando sunt expressa gratia demonstrationis ex taciturnitate aliarum qualitatũ,non remanet taxatio gratiæ, quo ad expressa:secus, si ex taciturnitate sequatur taxatio tantùm ad expressa.Et iste est casus in c.suscepturn.de rescrip.in vj. Nam facilius Papa concederet uacaturum per renunciationem, quàm per mortem causa cuitandi uoti captandæ mortis: & tamen,quia ibi expressit de uacaturo per mortem, non habebit uacaturum per renunciationem.Et idem in casu c.cui de non.de præben.in vj. Amplius dicit Rota, ubi ẽ. quòd etiam in literis iustitiæ, ubi adijceretur falsitas gratia taxationis, uel limitationis,non haberet locum iste tex.etiamsi tacitũ fuisset facilè obtentum, si fuisset expressum . Et inducit dictum Inn. hîc relatum ẽ.in prima additione, de eo,qui deduxit in rescripto mutuum:postea uult agere ex donatione,uel stipulatione: quia licet ita facilè obtinuisset super illis,tamen uidetur taxasse,seu limitasse rescri-
4 ptum ad modum expressum. ¶ Modos † autem cognoscendi demonstrationem,& taxationem, ponit Rota de testa,viij.lego pro anniuersario.in antiqs: & Bart. in l.inter stipulantem.§.sacrã.ff.de uer.obli. & Pau.pulchrè consil.lj. & aliquid Pau. & Alex. in l. Stichum, qui meus erit.ff.de leg.j.& aliquid Sal.post Bald.in l.si quis argentum.§.j.ibi,iuxta quod quæro.C.de dona.Et in effectu dicitur causa demonstrationis, quando sub diuersis uerborum conceptionibus aliquid exprimitur:putà,si testator legat aureos xl.Titio:& subiungit, quòd illos xl.uult solui ex xl.sibi debitis à tertio: certè ista particula sequens non limitat legatum:quia etiamsi ille nõ est debitor, debetur legatum. Voluit enim solùm demonstrare, unde facilius solui posset sine incommodo rei familiaris, l.quidam testamento. in prin. ff. de leg.j. l.Lucius.ff.de leg.ij. & l.Paulo Callimacho.§.fi.ff.de leg. ij.Sed si sub una conceptione uerborum legat,& declarat,putà lego decẽ,quæ mihi Titius debet, uel quæ sunt in arca,tunc uidetur limitare, unde solui debet,nec aliunde supplendum est,l.si sic.§.j. ff. de leg.j. cum ibi allegatis.Vnde cogitabam,quidsi in casu d.c.suscepturn.& c. cui de non. esset unica uerborum conceptio. ¶ Et in hoc considera duos casus. Primus,quando uerba dispositiua gratiæ loquuntur simpliciter & purè de primo uacaturo:deinde in uerbis narratiuis,uel executorijs, fit mentio de certo modo uacationis, uel de certa præbenda:& tunc non dicetur sermo taxatiuus,sed demonstratiuus, tum per prædicta, tum per cle. j. de præben. ¶ Secundus casus,quando fuit facta petitio expressa primens certam speciem uacationis, uel certam qualitatem prębendæ: & iste casus est magis dubitabilis, quia,ut dicetur infrà.in uer.quarta regula,Petitio uidetur dare intellectum generalitati concessionis: & sic facere ipsam limitatam.Sed in contrarium facit:quia negari non potest, quin sit diuersa conceptio uerborum. Et ideo cogita, quia nullus tangit. ¶ Limita quintò,
5 ut dixi in conclusione, nisi † fit surreptio dolosa : quia uitiat literas gratiosas in totum,secundum omnes hîc: quibus adde Innocen. in c. accedens. de cri.fal. ubi dicit,quòd in gratiosis falsitas præsumitur semper expressa cum dolo. Loquitur tamen,quando est magna gratia, Sed in literis de iustitia, in dubio non præsumitur dolus, ut ibi in text. Et quòd in gratiosis in dubio præsumatur dolus,sentit simpliciter Innoc. infrà eod. dilectus.el j. in gloss. quomodo tenetur.in*princ. ¶ Non dicas,si semper præsumitur dolosa:ergo,quę dicta sunt de simplicitate,nunquam procedent:quia præsumitur dolosa in dubio.Sed bene potest probari, quòd caruit dolo:non enim est præsumptio iuris & de iure. ¶ Sunt tamen duo casus,in quibus surreptio in beneficialibus non præsumitur dolosa. Primus, quando falsitas non est talis, quæ uerisimiliter debeat inducere principem ad facilius concedendum, sed est superflua : quia

in du-

c. super teris.

in dubio non præsumitur dolosa. Aegi. Belle. decis. Rotæ, iiij. quia demonstrationes superfluæ nihil facientes ad factum, habentur pro superabundantibus, l. testamentum. C. de test. ¶ Secundus casus est, quando falsitas est circa id, quod si esset uerum, potius debuisset principem retrahere: putà, dixit sacristiam esse dignitatem, cùm non esset: nam si esset dignitas, princeps difficiliùs concessisset: & si non esset, faciliùs concessisset. Ideo talis falsitas non præsumit dolosa. Ita Rota de præben. xix. in antiquioribus, in fi. Et uide Cald. de proba. cons. x. ubi latè ponit, quando allegatur surreptio non dolosa, quis habeat, pbare ueritatem, uel falsitatē narratorum. Est etiam unus casus, in quo in rescriptis ad lites præsumit dolus: uidelicet quando sunt magnæ confecturæ doli, ut si est falsitas in narratione facti propri, non antiqui, neq; intricati: uel si sunt literæ magni ponderis. Et idē de similibus coniecturis, ut hîc pulchrè per Abb. ibi, sed tu conclude. Cuius dictis adde, quæ dicta sunt in hac quinta limitatione.

Secunda conclusio.

Quantū excusat in beneficialibus simplicitas interueniens in surreptione, ut s. dictum est, tantum etiam ignorantia [a] probabilis absq; simplicitate: qñ ea, quæ debēt exprimi, tacentur per ignorantiā. Ita pro conclusione potest colligi ex uerbis Ioan. And. Bu. Imo. Domi. & Ab. hîc, & Domi. in c. gratia. de rescri. in vj. ubi est tex. probans hāc conclusionem, nec est casus specialis. Sed idem in similibus, secundū prædictos, licet Ioan. And. ibi aliter dicat. ¶ Limita primò, nisi præiudicetur iuri tertij, de quo non est facta mentio: 6 quia † ignorantia, quamuis probabilis, non excusat. Abb. hîc, & s. c. proxi. secundo notabili, per illū tex. Et ideo Cal. hoc ti. consi. xiiij. dicit, quòd taciturnitas electionis de alio factæ uitiat, etiamsi probabiliter ignorabatur, quando electio est ualida, uel etiā annullanda: & hoc propter defectum intentionis principis: arg. c. super eo. de offi. dele. & sequitur Domi. in d. c. gratia. secus, si electio est nulla, secundum istos, & dixi s. eo d. ex tenore. ¶ Limita secundò, dum modò princeps fuisset aliàs concessurus illam gratiam, si fuisset expressum id, quod per ignorantiam tacuit impetrans, licet fortè non ita facilè. Abb. hîc per d. c. gratia. ¶ Considera bene, quòd ex hoc sequitur magna limitatio ad regulam c. postulasti. in uerbo, de leui. j. eo. quæ est, ꝙ tacere id, quo expresso non ita facilè fuisset obtentum rescriptum, uitiat rescriptum. Nam illud habebit locum, nisi taciturnitas procedat ab ignorantia probabili. Et certè, pbatur efficaciter in d. c. gratia. tenendo, prout cōmuniter tenetur, quòd non ponat casum specialē: quia si Papa ibi sciuisset de alio beneficio, non ita facilè concessisset: & tamē, quia illa taciturnitas erat cooperta iusta ignorantia, rescriptum ualet. Est uerum, quòd Imol. hîc uidetur dicere, quòd imo ibi non concessisset, si sciuisset, per c. si proponente. j. eo. Tamē melius est dicere, ut per Abb. ꝙ non ita facilè concessisset. Nam ex quo ille non acceptauerat beneficium alibi ei collatum, non est uerisimile, quòd Papa etiam de illo sciēs retraxisset se in totum, ex quo alterū ex eis erat dimissurus. Quando autem utrunq; est compatibile, uide, quod dicetur j. in fi. quintæ limitationis. ¶ Limita tertiò, dum modò stante ualiditate rescripti possit reduci ad terminos iuris cōmunis, ut hîc per Butr. Imol. & Domi. quia in d. c. gratia. non seruatur præcisè forma rescripti, sed reducitur ad ius, ut alterum dimittat: & sic stat substantia rescripti, quando dimittit beneficiū habitum alibi. Si autem dimittit habitum à Papa, non corruit rescriptū surreptione, sed ex renunciatione: secus, si nō potest reduci ad terminos iuris communis. Et ita loquitur c. præcedens, secundum istos. Est uerum, quòd Ab. hîc uidetur primò reputare impossibile, ꝙ gratia beneficialis reducatur ad ius cōmune: quia mens principis est nō facere gratiam in alio casu, quàm expresso, per c. cui de nō. de præben. in vj. Sed ex uerbis, quæ postea ipse subdit, dic, quòd aliud est quærere, an gratia possit excedere casum suum: & dicendum est, quòd nō, per d. c. cui. aliud est quærere, utrùm nō mutando casum suum possit reduci ad terminos iuris: & dic, quòd sic, per prædicta, & per c. si eo. de rescri. in vj. ¶ Limita quartò, dum modò ista reductio ad ius commune fiat ex proportione uerborū rescripti, prout fit in d. c. gratia. secus, si disproportionarentur uerba: quia etiamsi reductio esset ad casum, in quo princeps pariter, uel faciliùs cōcessisset, nō fiet reductio. Imo. hîc inducens c. susceptum. de rescr. in vj. Pro quo facit dictum Inn. hîc, de quo s. in prima additione. Tamen in c. susceptum. est etiam alia ratio decidendi, s. quia uerba erant taxatiua, ut in iiij. limitatione prædictis conclusionis. ¶ Limita quintò tangendo tertiam regulam, nisi surreptio ex ignorantia fuisset circa ea, quibus bene specificatis Papa in totum denegasset literas: quia tunc neq; ignorātia, neq; simplicitas excusant. Imo. & latiùs Abb. hîc, per c. constitutus. s. eo. & aliis rationibus, de quibus per eos. ¶ Considera diligenter, dum Ab. reprehendit But. uolentem, ꝙ isto casu sustineatur gratia, si potest reduci ad terminos iuris, per d. c. gratia. in fi. quia, secundū Abb. non trahitur ibi ille casus ad dispositionē iuris, dum loquitur de beneficijs compatibilibus: imo gratia sortitur in totum effectum suum: sed de iure communi clericus beneficiatus non debet ad aliud reputari idoneus, c. is, cui. de præb. in vj. Non respōdet Ab. ad d. c. gratia. per quod uidetur destrui hæc limitatio, arguendo sic: Papa non præsumitur uelle concedere beneficium beneficiato, s. eod. cùm adeo. cum similibus. Ergo si tacetur de beneficio compatibili, tacetur id, quo expresso Papa literas non dedisset, & tamen tacere hoc ex ignorantia, non uitiat literas beneficiales, d. c. gratia. Ergo tertia regula huius c. non habet locum in illis, & sic ista limitatio falsa. Cogitabis usq; in crastinum. ¶ Cogitabam, si posset dici, quòd illud assumptum, uidelicet quòd si Papa sciuisset de alio beneficio compatibili, nō dedisset secundum, non sit simpliciter uerum: quia licet non ita facilè dedisset, tamen nō est uerisimile, quòd in totum denegasset, ex quo propter compatibilitatem nihil fit, quod sit ita ex toto iuri exosum, sicut aliàs est pluralitas incōpatibilium. ¶ Et ita expressè sentit But. hîc, uer. in tertia regula. ibi, quatenus uerò impetrabit. Quem sequitur Domi. hîc, dicēs nulli dubium esse, quòd si impetrasset super cōpatibilibus ignoranter sub hac forma, ut possim habere secundū, si ipsum tenere possum secundum formā iuris communis, ualet impetratio. Repugnat ergo surreptio formæ rescribendi, ut præcisè habeat, non substantiæ rescripti: secus, quādo non est prouisum cōtra uitium rescripti ex iuris dispositione, ut in c. præcedenti: quia si ille, qui ignoranter tacuit de numero, obtineret, rumperetur numerus cōtra intentionem Papæ, secundum ipsum. Sed profectò nemo negabit, quòd si primum compatibile cum secūdo non esset tenue, sed sufficiens, princeps non dedisset secundū, sciens de primo, ut est dictū. Vnde posset qs pertinaciter instare, ꝙ imo in c. gratia. sit taciturnitas talis qualitatis, qua expressa nō obtinuisset, & tū hoc non nocet. Vnde in effectu uidet dicendū, ꝙ in hoc secundo casu de compatibili, illud c. gratia. cōtineat prouisionē specialē non extendendā, ut dicit ibi Io. An. Aliàs uideret ualde obstare huic opinioni, quæ uult hanc tertiā regulam procedere in beneficialibus. ¶ Demum circa prædictano.

duo.

[a] *Ignorātia] Adde do. Soci. consil. clxiiij. incip. Visa bulla Bonifacij. uer. primū fundamentum. ibi, ex quibus infero. in ij. parte, & consil. clxix. incip. Circa primum consultationis arti. in prin. in d. parte, in consil. clxxiij. inci. In præsenti consultatione. uers. postremò dico, quòd talis. in d. parte.*

7 duo. Primò, quòd si † aliquis supplicat pro aliquo in eius absentia, aliqua surreptio nō imputatur absenti, licet supplicans tacuerit in supplicatione aliqua beneficia absentis. Ita ordinauit Vrbanus Papa, secundū Rotam hoc tit. lxviij. Dominus Vrbanus. in antiquis, sentientes, quòd ignorantia excusat surreptionem isto casu, etiam ubi aliàs princeps non concessisset. Allegant d. c. gratia. ¶ Secundò no. quòd *in omnibus casibus*, quibus literæ gratiosæ, & literæ de iustitia sunt s. æquiparatæ, quo ad terminos huius decretalis, semper est subintelligenda una differētia, uidelicet quia literæ gratiosæ, maximè beneficiales, quando reputantur surreptitiæ, sunt nullæ ipso iure: sed literæ de iustitia surreptitiæ debent irritari per sententiam: quæ differentia multùm importat propter ualiditatem processuum. Et ista latè deducentur j. eo. ad audientiam. *ubi etiam dicam* aliquas fallentias, in quibus etiam in rescriptis ad lites surreptio uitiat ipso facto. Et ista omnia habeas domestica, quia non possent esse utiliora.

8 ## Exprimenda sunt

Ea † in rescripto, quæ possent mouere animum principis ad concedendum, uel ad non concedendum, uel ad difficiliùs concedendum [a]. Et hoc ultimum probatur j. eo d. postulasti. iuncto c. si motu. de præben. in vj. Et istam regulam firmat hîc Abb. circa glos. maiorem hîc. ¶ Cōsidera, quòd in regula est illud uerbum de mente glos. hîc, uidelicet, Ad concedendum. Si enim intelligitur separatim, quòd sit facienda mentio de his, quæ inducerent principem ad concedendum, istud non uidetur uerbum necessitatis, sed consilij. Imputabitur enim parti, si non obtinebit, cùm tacuerit media, quæ erant aptiora ad obtinēdum: *sin autem absque illis obtinuit, adhuc minùs uidetur ei imputandum.* ¶ Cæterùm, ut puto dixisse in c. iij. s. eo. in prin. cùm generaliter quæritur, de quibus sit facienda mentio, respondendum est secundum diuersa loca huius ti. nam ibi habuimus de exprimēdis in reuocatione primarum literarū, *& in c. postulasti. j. eo.* ponentur generales doctrinæ circa expressiones in gratijs & indultis: sed in c. in nostra. j. eo. ponitur de exprimendis in beneficialibus: de quo etiam dixi *aliqua s. eod. ad aures.* hîc autem est ponendū de exprimendis in rescriptis ad lites, licet de hoc nihil tāgat An. Sic. neque hîc, neque in dictis locis. ¶ Vnde congregatis pluribus hinc inde spar sis, *collige* decem regulas quotidianas, & magni ponderis, & ab aliis scribentibus nullibi reductas. ¶ Prima regula ad cognoscendum, quæ sunt illa, quibus expressis Papa fortè gratiam non concessisset, attenditur communis stylus principis: uel cursus cancellariæ, & attenditur probabilis cōiectura, uel cōmunis usus aliarum literarum, per principes concessarum, uel solitarum concedi: aliàs nunquā posset sciri, an princeps feciisset gratiam, si fuisset expressum, uel non: fortè enim feciisset, & fortè non, secundum Lap. allegatione lxxxix. Duo prælati. Pro quo uide omnino Thomā Fastoli dubio Rotæ lxiiij. Eodem die, &c. Quidam Archidiaconus. Et de literis contra stylū dixi in c. ij. uer. præsumitur contra *rescriptum.* s. eo. Et adde Rotam hoc tit. lxiiij. in antiquis, ubi dicitur, quòd falsitas, quæ non inducit ad citiùs concedendū, non uitiat. Allegant Inn. j. eo. in nostra. in fi. & in c. nostris. de concess. præb. ¶ Secunda regula. Surreptitio circa malam deductionem iuris communis non uitiat: quia non dicitur Papa decipi, cùm sciat iura. Rota de rescrip. lxix. in antiquis, ubi dicitur, Vrbanū Papam respōdisse uni auditori, ꝙ de qualitatibus, quæ à iure insunt materiæ impetratæ, non est opus facere mentionē. Vnde dicit Rota de præb. xiij. in antiquioribus, ꝙ impetrans archidiaconatum non habet necessariò facere mentionem de cura: quia habet eam de iure communi, c. ad hæc. de offic. arch. Similiter dicit Bal. s. eo. cùm ordinem. ibi, ut scias, quòd id, quod est certum à iure, non indiget expressione: & ideo impetrans super feudo, nō habet facere mentionem de cōsuetudinibus feudorum, quæ iure scripto comprehenduntur: & quod certum est, expressione nō indiget, l. j. in fi. ff. de dote præle. secus, si esset cōsuetudo certi feudi exorbitans à consuetudine recti feudi, secundum eum. Similiter dicit Lud. sing. xxxvij. Vtrùm nōbilis. in fi. quòd si monachus dixit se nobilem, non est surreptio, licet per professionem expiraverit sua nobilitas, ut in glos. ibi allegatis: quia Papa non decipit ab eo, *sed intellectu iuris, quod præsumitur ei notū*, c. j. de consti. in vj. cum similibus. ¶ Tertia regula. Non est necessariū exprimere ea, quæ sunt notoria in curia Papę. Fed. De rerum permu. q. iij. & Pet. de Peru. in tracta-
tu eiusdem materiæ ibi, quæro tertiò. dicentes, quòd si non fit mentio de reseruatione, quam fecit Papa, literæ non sunt surreptitiæ, quando erat plurimùm generalis: & no. in curia, ita quòd uerisimile est Papam eam scīuisse sic, ut ius scriptum. Et idem Rota de rescri. xxxij. in nouis, de quo dicetur j. eo. in nostra. corollario v. remoratis certis contrarietatibus Rotæ in hoc de reseruatione. Facit etiam dictum Bal. in l. ij. in fi. C. quæ sit longa consue. cum cōcor. quas dedi in c. j. iij. ampliationē, de re iudic. probando, quòd princeps præsumitur scire consuetudines multùm uulgares, maximè loci, in quo ipse residet. Et subdit Bal. quòd princeps condendo legem uidētur derogare cōsuetudini generali illi legi cōtrarię, licet de ea nihil dicat. Quod no. ad limitationem c. j. de consti. in vj. ¶ Limita hanc regulam, nisi aliquo modo cadere posset in Papam ignorantia alicuius inadiuidui, licet in genere materia sit publica in curia. Aegidius decis. Rotæ ix. Commissio gratiosa, &c. dicens, ꝙ licet in libro thesaurarij Apostolici, q est publicus, sint taxę beneficiorum, propter quas potest sciri de ualore, tamen non ualet rescriptum, quod pro remissione habebat ad partes super uerificatione ualoris, *non facta* mentione dicti libri: quia licet liber sit quid publicum, tamē potest esse, quòd propter perditionem librorum, uel foliorum libri, taxa istius, uel illius beneficij non sit *ibi scripta*: & hoc Papa potest uerisimiliter ignorare: & hoc debuit præsumere, s. ꝙ ibi nō reperiret, postquā deueniebatur ad testes. Dat simile, ꝙ licet notorium sit in iure archidiaconum ecclesiæ cathedralis habere dignitatē, c. j. c. ad hæc. & c. cùm satis. de off. arch. tamen quando ꝙ per consuetudinem Papæ ignotam recedit ab huiusmodi iure. Ideo dignitas est exprimenda, c. cum illis. de præbend. in vj. clem. j. de præben. ¶ Quarta regula. Omnia † obstantia gratiæ, quæ clarè possunt colligi ex narratis, uidenť tacitè esse sublata, licet in concessione gratiæ de illis tollendis nihil fuerit expressè dictum. Aegidius conclusione Rotæ cccxxxiij. In causa domini Car. & Bu. consi. ij. Visis literis. quod est etiam xlix. ad fi. uolens plus, quòd si petitū esset aliquid haberi pro expresso, & signatura dicat, Fiat, ut petitur, ualet gratia, ac si illud expressum fuisset. Et de ista clausula Pro expressis habentes, uide, quod latiùs reassumo in c. nonnulli. in princip. uersi. fallit secundò. j. eod. ¶ Adde etiam Lud. consil. lxxx. Confirmanda profectò, &c. ubi etiam probat, quòd narratio in format & declarat simplicem signaturam. Vnde Abb. de sent. excom. cùm pro causa. dicit, ꝙ si fuit petita generalis absolutio à pluribus excommunicationibus, & concedatur simpliciter, censetur cōcedi ad omnes petitas: secus, si fuit expressa

9 una

[a] *Concedendum] Adde idem tenentem do. Soci. consil. cclj. inci. quoniam in præsenti consultatione. uersic. cōfirmo omnia præmissa. in ij. parte, & Bart. in l. præscriptione. C. si cōtra ius. quod uerū expressè & specificè, non autem in genere, c. cùm dilecta. j. eod. & ibi tenet Ab. in ij. not. Item etiam causam impulsiuam, prout est text. sing. in c. postulasti. j. eo. per quam superior nō ita de facili concessisset.*

una specialis excommunicatio, & secuta simplex absolutio: quia restringitur solùm ad illam petitã: quia species præcedẽs, &c. ſ. eo. sedes. Similiter dicit Bart. in l. j. ff. ad l. Iuliam ma. quòd ſi bannitus petiſt ſaluum conductum pro decem diebus, & fuit ſimpliciter cõceſſus, intelligitur pro decendio iuxta petitionem, arg. §. præterea. Inſti. de inuti. ſtip. & ſequitur Ab. in c. ij. de treu. & pace. dicens eſſe bonum tex. in c. inter dilectos. §. cæterùm. ibi, ex forma petitionis. de fide inſtr. ſicut etiam in trãſactionibus attenditur narratio ad intelligẽdam earum generalitatem. Bar. in l. ſub prætextu. la ij. C. de tranſact. gloſſ. & Doc. in c. j. ĩ. eod. tit. Similiter dixit Imol. contra Bar. in c. de teſtibus. de teſti. quòd ſi teſtis productus ſuper certis articulis iurat ſimpliciter dicere ueritatem, non intelligitur iuraſſe ſuper tota cauſa, ſed ſolùm ſuper capitulis ei nominatis. Similiter dixit Pau. conſil. cccxij. quòd ſi in ſupplicatione legatus conqueritur de multis, qui recuſant cõtribuere in eo hoſpitando, & nominat Carthuſienſes: deinde fiat generalis ſignatura cõtra omnes, refertur etiam ad eos, licet per eorum priuilegia debeat fieri mentio ordinis eorum. Similiter dixit Rota de reſcri. xliij. in antiquis: & eo. titul. quinta, in antiquioribus, quòd cancellatura unius particulę exillis, quæ apponuntur ad partem, facit uideri, quòd ſignatura concedat omnia alia etiam talia, quæ aliàs ex regulis cancellariæ per ſimplicem ſignaturam non uiderentur conceſſa: quia illa cancellatura aperit, quòd animus Papæ fuit inclinatus ad alia non cancellata.

¶ Similiter dixit Rota de reſcri. lxxv. in antiquis, quòd
10 ſi † in aliqua parte gratiæ fit mentio de poſſeſsione, licet gratia expreſſè non dicat de poſſeſsione, tamen impetrans cẽſetur etiam ſurrogatus in poſſeſsione, quam habebat defunctus. ¶ Similiter dixit Rota de reſcri. quarta, in antiquis: & eo. ti. ix. in nouis: & Aegidius conclusione cccxxxviij. In cauſa mea. & cccxciij. Cùm in commiſsione. quòd ſi petitum eſt cauſam cõmitti ſummariè ſola facti, &c. & ſignatura nihil cancellando dicat, Talis audiat, &c. intelligitur commiſſa ſummariè, etiamſi de hoc aliter nihil dicat: ſecus, ſi in ſignatura nõ eſſet illud, &c. quia ſi cauſa non eſt de ſui natura ſummaria, non efficitur ſummaria per ſimplicem ſignaturam, etiamſi illa particula non cancellatur. Rota prædicta, quarta: & de reſcríp. xxviij. in nouis. Sic intellige Aegidium concluſione cclxxvj. In cauſa Auinionenſi. & Alex. conſil. mihi per unicum ad omnia numerum ccxxxv. In cauſa & lite uertente coram arbitris. ¶ Limita regulam, ut per Abb. in d. c. inter dilectos. ibi, not. bonam. & in d. c. ij. uidelicet dum modò ſimus in dubio. Secus, ſi clarè apparet, quòd ſignatura ampliat, uel limitat narrationem: quia tunc ſtatur ſignaturæ, uel conceſsioni, per text. in d. c. inter. ubi petitio erat de confirmatione, & conceſsio fuit de cõfirmatione & donatione: & ſic ampliauit. Vnde dicit Abb. in d. c. ij. quòd ſi petitio fuit indeterminata, & conceſsio determinata, attenditur conceſsio: quod dicit eſſe notandum: quia ſæpe Papa ſignando ſupplicationem reſtringit petitionem, & tunc non prodeſt impetranti dediſſe generalem petitionem, & pridie fuit in facto, ſecundum eum. Facit, quòd not. Imol. in c. j. de pac. de quo memini ſuprà, eo. cauſam. quando fuit dictum, Promittis decem in Paſcha? & dixiſti, Promitto decem: non es obligatus pro illo tempore: ſecus, ſi dixiſſes ſimpliciter, Promitto: ut
11 ibi per eum. ¶ Quinta regula. Clauſula † Si non eſt alteri ius quæſitum, tollit omnem ſurreptionem, quæ poſſet allegari à tertio prætendente reſcriptum eſſe ſibi præiudiciale: & non eſt opus alia mentione ſuę coloratæ poſſeſsionis. Card. egregiè conſil. xciiij. Nobiles uiri domini de Vinciguerra. quia uidetur reſcriptum concedi ſub conditione, ſcilicet ut procedat tunc tantùm, quando per hoc non præiudicatur iuri quæſito alteri, ſuxta c. ſi poſtquam. de præb. in vj. Et ſubdit, quòd in-
12 dulgentia, uel conceſsio Papæ habens clauſulam, Vocatis uocandis, non dicitur ſimpliciter forma indulgẽtiæ, ſed reſcripti: & operatur, quòd etiamſi adiciatur executor, qui aliàs eſt merus, tenetur aſſumere partes iudicis, ut ſingulariter probatur, ſecundum eum, de iudi. exhibita. cum cõcor. quas dixi ibi, & de reſ iud. de cætero. Et ideo id, quod concernit negotium principale, non poteſt obijci reſcripto per modum ſurreptionis, etiamſi dicatur, quòd reſcriptum non fuiſſet obtentum, ſi ea, quæ ſunt impetrãti oppoſita, fuiſſent expoſita deleganti, c. j. de litis cõteſt. in vj. Non enim habet pars aduerſa, de quo conqueratur, ex quo iudicialiter poterit obijcere, & probare de iuribus ſuis: ſecus eſt, quãdo priuilegium conceditur ſimpliciter. Tunc enim, ſi teneret in præiudiciũ poſſeſſoris, abſorberetur ius eius: quod princeps non intendit. Et hæc eſt ratio, ſuper qua fundatur c. cùm noſtris. de conceſsi. præben. & c. dudũ. cum gloſſ. de deci. & c. ij. de deci. in vj. ſecundum eum. Et circa dictum c. j. uide dicta ſuprà, eo. cauſam. in fi. Et ſcias, quòd per quamcunque ſignaturam, ſeu conceſsionem pro commiſsionibus à Papa, uel de eius mandato factam nunquam tollitur quomodolibet ius alteri quæſitũ, ut eſt regula cancellariæ Apoſtolicæ mihi xvj. quę incipit, Item ne per uarias. Et adde, quòd ubi Papa facit mentionem de iure quæſito, cenſetur intellexiſſe de perpetuò duraturo, non autem de non duraturo. Item cenſetur uoluiſſe comprehẽdere ius quæſitum purè, non autem ius exiſtens conditionaliter. Ita probat Lud. conſil. cclvj. Approbo ſententias. in fi. per iura, de
12 quibus ibi per eum. ¶ Sexta regula. De † pendentia litis debet fieri mentio in reſcripto ad lites. Senſit gloſſ. hîc, & faciunt dicta ſuprà, eo. cæterùm. Sed illa loquuntur, quando agitur de reuocanda iuriſdictione primorum iudicum. Sed hîc agitur de conceſsione primi reſcripti, in quo dicitur neceſſariam eſſe mentionem pendentiæ litis. Ad quod in ſpecie uide gloſſ. de offic. dele. prudentiam. §. ſexta. in uerbo, cauſam. quam ualde notat ibi Abb. Nam probat, quòd impetrans ſuper cauſa inchoata coram ordinario, debet facere mentionem de proceſſu ordinarij. Et idem gloſſ. in c. ut debitus. in uerbo, dicat. ibi, ſuper hoc dicas. de appell. dicens, idem etiam eſſe, ſi cauſa iam eſſet cœpta per ſolam citationem. Et dicit Rota hoc tit. xiiij. in antiquis: & Tho. Faſtoli dubio lxiiij. Eodem die, &c. quidã Archidiaconus. quòd non ualet commiſsio ſpecialis, quæ fit in curia, non facta mẽtione, quòd lis alibi pendebat. Et executoria impetrata ſuper executione trium ſententiarum, & taxatione expenſarum, tacens de pendentia appellationis ſuper taxatione expẽſarum interpoſitæ, eſt ſurreptitia: non tamen ipſo iure nulla. Aegi. latè deciſ. lxxxiiij. Similiter non ualet commiſsio appellationis obtẽta per appellatum in curia, etiam partibus ibi præſentibus, tacito de appellatione ad Metropolitanum interpoſita, niſi coram eo nondum fuiſſet introducta, Rota de appell. xix. in antiquioribus. Et tacere de propria appellatione inducit ſurreptionem. Rota hoc tit. xxv. Item ſi reus. in nouis, ſiue fuerit appellatum ad Papam, ſiue ad alium inferiorem. Allegat Archi. de app. concertationi. lib. vj. dummodo interſit partis appellatæ: ſecus, ſi eius non intereſt: quia nullum ius habet. Alleg. Inn. ſ. eo. ex parte, ſuper uerbo, appellatione. & ibi retuli. ¶ Amplia primò de iure ciuili, etiamſi fieret mentio pendentiæ, tamen iudex requiſitus non denegauerat facere iuſtitiam: quia tunc ſola mentio pendentiæ nõ ſufficeret. Bal. in l. ij. in fi. C. ut lit. pend. per §. ſi uerò contigerit. in authen. ut diff. iudi. Secus de iure canonico, ſecundum quod ſufficit mentio pendentiæ. Spe. de reſcri. præſenta. §. ratione autem cauſæ. in princ. gloſſ. in cle. ij. in uerbo, innouari. ut lit. pẽden. Phil. in d. c. ut debitus. ¶ Amplia ſecundò ex dicto Specul. de leg. §. nunc oſtendendum, uer. legatus. & Ab. in c. j. de offi. lega. & Domi. in c. j.

de ſo. compe. in vj. & Phil. in c. ut noſtrum. circa fi. in iij. q. de appel. ubi dicunt, quòd committere cauſam alibi pendẽtem, eſt de reſeruatis ſoli principi, adeo quòd inferior, etiam legatus de latere, hoc non poteſt. Facit glo. in c. fi. de hære. in vj. de qua ſatis ſcripſi ſ. eod. c. j. iuncta l. ubi cœptum. ff. de iudi. ¶ Amplia tertiò ex uerbis Aegi. deciſione xlvj. Exceptio, &c. ubi dicit, quòd reſcriptum committens cauſam auditori in curia, eſt ſurreptitium, ſi non facit mentionem, quòd lis pendebat in partibus coram domino temporali ſuper ſpoliatione feudi etiam in uidua, uel perſona alia miſerabili: quia tales cauſæ debent apud tales dominos agitari, dum modò non probentur negligentes in reddenda iuſtitia: imo, ſecundum eum, fortè ipſa commiſsio ipſo iure non ualet, niſi fuerit ſignata de certa ſcientia Papæ: quia contra ius eſſet, & procederet de plenitudine poteſtatis: quod non eſt ueriſimile, Papam uoluiſſe conce-
14 dere uicecancellario, iuxta dictum Inn. de elec. innotuit. de quo dixi de excep. cùm inter. ¶ Amplia adhuc, etiamſi non dolosè taceatur pendentia. Bald. in c. fi. per illum tex. ut li. pen. ¶ Et ulteriùs amplia: quia etiamſi fieret mentio de pendentia litis, & non exprimeretur, quòd eſt concluſum in cauſa, non ualet commiſsio etiam conſiſtorialis: imo non ſufficit fieri mentionem implicitè de concluſione, neque etiam explicitè: ſed oportet, quòd in conceſsione commiſsionis derogetur expreſſè cõcluſioni. Ita uult regula cancellariæ mihi xxxvj. Item ſtatuit & ordinauit. ¶ Modò dicta regula limitatur dupliciter. Limita primò, niſi pendentia litis fuerit tunc inchoata eadem die, qua fuit facta impetratio. Aegi. deciſ. dcxcix. Suppoſito, quòd cauſa, &c. niſi
13 appareat, quòd citatio plena præceſſerit impetrationẽ, & hoc probet excipiens. ¶ Dicitur † autem in propoſito lis pendere reſpectu actoris, etiamſi ſolùm citatio fuerit decreta, licet non executa, ſecundum Lu. conſil. cccxxx. Circa primum. Quod enim dicitur in cle. ij. ut li. pen. non dicit litem pendere, niſi executa citatione, præcedit reſpectu rei, non reſpectu actoris, qui per decretum citationis ab eo obtentum ſcit litem pendere, ſecundum Lu. poſt Rotam, quæ eſt de do. & contu. xvij. poſt medium, in nouis: &, ut lit. penden. vj. in eiſdem. &, ut lit. pen. iiij. in antiquis, de do. & contu. xj. in eiſdem, licet aliqui auditores aliàs dixerint contrarium. Sed maior pars fuit contra eos, ut habetur per Rotam de ap. ij. in antiquioribus. Reſpectu autem rei requiritur intimatio citationis, ut in dicta cle. ij. ¶ In qua nota accuratè duos caſus, quibus citatio etiam intimata non nocet reo impetranti. Primus, quando curſor citauit, non explanato tenore commiſsionis. ¶ Secundus, quando utrunq; fuit factum eodem die, ſ. citatio & impetratio: & non apparet, quod præceſſerit. Hęc duo dicta ſunt in d. deciſ. Aegi. Suppoſito, quòd cauſa, quæ eſt etiam ad literam, ut lit. pen. xiij. in nouis. ¶ Sed primus caſus non uidetur procedere in citatione facta per curſorem in Romana curia, licet dicta deciſio etiam de illa expreſſè loquatur: quia ibi poteſt citatus, ſi uult, leuiter habere copiam commiſsionis, & ex cõtentis in ea ſe inſtruere. Ita conſuluerunt omnes domini de Rot. ut per ipſos in alia deciſione, ix. eod. ti. ſ. ut li. pen. in nouis. Vnde dictus caſus procedet in citatione facta extra curiam. De priuilegio autem, uel alio iure obtento à reo lite pen. di
15 xi in c. j. uer. fallit ſextò, ſ. eo. Et adde, quòd per appellationem in cauſa beneficiali interpoſitam & legitimè intimatam ac deuoluentem inducitur litis pendentia ſimilis illi, de qua loquitur dicta cle. ij. quo ad impedien dam impetrationem iuris noui. Aegi. Belle. deciſ. Rotæ dccxlix. licet per appellationem. ubi poſtea ſolenniter declarat additionem Inn. in c. fi. ut lit. pen. & ponit, quãdo impetratio iuris collatiua uitietur ex tacita pendentia litis: de quo remiſiuè dixi in d. c. j. Sed prædicta loquunt de reſcripto ius non conferente, ſed cauſam pen-

dentem alteri committenti. ¶ Limita ſecundò, uel declara ex uerbis Aegidij deciſ. dlxix. Concluſio, quòd parti, &c. ubi dicit, quòd ſi ſupplicans dixit, quòd acta & regiſtra cauſæ inchoatæ erant Auinione, unde curia receſſerat, & obtinuit eam ibi committi, non dicitur reſcriptum ſurreptitiũ, ſi ibi erat notarius cauſæ cum protocollo: tamen nondum reduxerat acta, quæ erant in protocollo in forma regiſtri: quia hoc non retraxiſſet Papam. Dixit etiam Aegi. deciſ. dc. Si delegatus. quòd ualet ſecunda commiſsio, in qua tacetur, quòd primus auditor remiſit cauſam, tanquam non ualens procedere. Et iſta nota, tanquam nouiter adunata. Et ea meliùs guſtabis, quando Romæ turbis curialium immixtus exerceberis in gurgitibus cauſarum, ubi qui hęc de nouo addiſcunt, putant ſe nihil in ſcholis feciſſe, & nouum mundum inuenire. ¶ Septima regula. Impetra-
14 tio † tacens de ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatã, eſt ſurreptitia[a]. Gloſſ. hîc, bonus text. & ibi Doct. de arbit. expoſita. niſi adi-
a *Eſt ſurreptitia*] *Adde do. Alex. in ſuo conſi. xliiij. ij. parte.*
ciat, Non obſtante tali ſententia tranſacta in rem iudicatam, l. fi. & ibi notatur, C. ſen. reſcin. non poſſ. l. cauſas. cũ ibi notatis, C. de tranſact. Et priuilegium impetratum poſt tranſitum in rem iudicatam, tacito de illo tranſitu, non ualet. Card. de præſcri. cùm olim. in princ. dicẽs ſe ita conſuluiſſe per illum text. & eſt conſilium ſuum lxvij. Tenor talis eſt: plebs ſanctæ Marię de Cento. ad fi. ¶ Amplia, etiam-
b ſi diceretur[b], Non obſtante ſententia lata: quia per hoc non eſt facta mẽtio tranſitus in rem iudicatam. Alex. cõſil. mihi ccxxxv. In cauſa & lite uertente. in princ. Imò plus dicit, q; etiamſi narraretur de executione, non ſequitur, quòd dixerit de trãſitu in rem iudicatam, quando fuiſſet ſententia abſolutoria: quia illa trahit ſecum executionem abſq; aliquo nouo facto iudicis. Bart. in l. miles. §. qui iudicari. ff. de re iudi. Fortiùs dicit, quòd etiã ubi non eſt abſolutoria, illa uerba narrãtia de executione, poſſunt uerificari in executione, quæ præceſſiſſet de facto ante tranſitum in rem iudicatam. Ergo non fuit facta aperta mẽtio tranſitus, ſecundum eum. Hoc ultimũ nõ affirmat: quia multi tenerent contrarium, attento communi uſu loquendi, & his, quæ frequentiùs accidũt, ut in iuribus uulgatis: quibus attentis, uidentur dicta uerba importare tranſitum in rem iudicatam, cùm communiter præcedat executionem, & cùm præſumatur pro iudice exequente, ut ſcis. ¶ Limita primò hanc regulam,
15 niſi † ſententia fuiſſet nulla: quia non tranſit in rem iudicatam, nec de ipſa oportet mentionem facere. Alex. conſil. mihi ccxxxvj. Viſis proceſsibus. in fi. Faciunt, quæ dixi ſ. eod. ex tenore.
16 ¶ Limita † ſecundò in cauſa matrimoniali, in qua ualet impetratio, non faciens mentionem de ſententia. Lap. al leg. lxxxix. quia non tranſit in rem iudicatam, de re iudi. lator & cõſanguinei. Allegat pro hoc Ioan. And. de re iud. tenor. ¶ Octaua regula. Fundãs ſurreptionẽ reſcripti alieni in taciturnitate actus, quẽ priùs impugnauit, non auditur. Aegi. concluſione cliij. Si facta, dicens, q; qui impugnauit certam cõcordiam factã ſuper alienã-

c. ſuper li teris.

tione, non potest impugnare confirmationem obtentam à Papa super illa alienatione, dicendo, quòd tacuit dictam concordiam: quia ipse impugnauerat eam, tanquã nullam. Ergo non indigebat mentione, per notata s. eo. ex tenore. Modò uideretur dicere contraria. Ergo non audiendus. Facit dictum Thomæ Fastoli dubio Rotæ xxviij. Demum per dominũ Franciscum, &c. ubi dicit, quòd remissoria semel utrique parti data, si fuit impugnata ab una parte, non debet ei iteratò dari, licet duret pro illo, cui de surreptitia eius impetratione falsò oppositum fuerat. Facit regula, ex eo. lib. vj. cum concor. ¶ Limita primò, Nisi adhuc pendeat quæstio super ipsa impugnatione: qa super eo, in quo pendet, nõ debet aliquid innouari: & auditur allegans id, quod impugnat, pendẽte impugnatione. Pe. de Anch. in istis terminis, consil. xiij. Viso processu. ad fi. & notat Compos. & quasi omnes alij, ĩ. eo. c. ita limitãtes dictam regulam ex eo per l. diximus. quæ est l. ij. ff. de excus. tut. ubi si habens duas tutelas excusauit se à tertia, & succubuit, & appellauit, si adhuc iam impugnans interim eligitur ad quartam, potest se excusare ex illa tertia: quia sua impugnatio nondum est liquida. ¶ Limita secundò, nisi destitisset ab impugnatione. Rota de app. xlv. in antiqs. Aegidius conclusione cccl vij. Tertia Martij. dicentes, quòd appellans, qui impugnauit impetrationem appellati, potest ea uti, si non perseuerauerit in impugnatione, nec appellauit propter eam non admissum. Et istæ sunt limitationes decisæ in specie, quo ad

a impugnantem rescriptum[a]. Sed posset ista regula limitari aliis modis, quibus limitatur dicta regula, ex eo. qui colligi possunt ex dictis Bar. in l. legatum. ff. de his, quibus ut ind. g. & But. de censi. cùm olim. Et dicta eorum ordinato, & nouissimo sigillo adapt aut ĩ. eo. c. in vj. col. cum xij. sequentibus.

¶ Nona regula. Generalis locutio rescripti non redditur surreptitia, licet in aliqua minima specie inclusa sub genere uerificari non possit. Dom. in procemio vj. propter gloss. ibi in uerbo, filijs. & in procemio huius libri in uerbo, iudicijs. Per quas gloss. habes exemplum huius regulæ, quod ibi uide. ¶ Decima regula. Impetrans † rescriptum, ut possit expedire actum, qui regulariter nõ potest expediri, nisi in certis casibus, debet exprimere, quòd ipse est in aliquo illorum casuum. Abb. de ap. ad nostram. ad fi. uolens post Innoc. ibi, quòd ubi impetrant literæ super appellatione, à correctione, debet exprimi casus iustificans appellationẽ, s. quia in corrigendo exceditur modus, sicut obseruat, cùm appellatur ab executore: ut per eundem in c. quod ad consultationẽ. de re iud. Facit in simili doctrina Ab. & Phil. de app. consuluit. lo j. & Philip. in c. iij. in fi. eo. ti. & Lud. cõsi. cccxxiij. In proposita. in fine, & Bellencin. in c. cùm causa. in fi. de appel. in apostillis impressis, cũ concor. quas dedi in c. cùm super. in princ. & in fin. de re iudi. quòd licet regulariter non exprimatur causa in appellatione à diffinitiua, l. scio. ff. de app. tamen fallit, ubi ius prohibet appellationem, nisi in certis casibus: quia appellãs, tanquam sit in uno ex illis, debet ipsum exprimere. Ad idem theorica Inn. in c. præterea. in fi. de dila. ubi dicit, quòd ubi citatio sit in forma, quæ regulariter nõ est iusta, sed potest esse iusta in certis casibus, oportet, quòd exprimatur aliquis de illis casibus. Per quæ uerba infert Lud. consi. cccclxxxiij. Dubitatur primò, quòd ubi ex aliqua causa licitum est recedere à iure regulari, nõ sufficit causam subesse, nisi illa per eum, cui de iure hoc competit, exprimatur. Et ita allegatur Innoc. per Old. consil. cclxxxvij. secundum eum, & est consil. cccxxvj. Quòd articuli. Facit l. ij. in fi. cum gloss. fin. ff. si quis in ius uoc. & ibi Bar. iuncta l. j. & ij. ff. de feriis. ubi dicitur, quòd ad hoc, ut ualeat citatio die feriata, requiritur, quòd expressè dicatur in tali causa: putà, alimentorum, uel similia, cùm regulariter sit prohibita tali die. Et dicit Lud. cons. ccvij. Hæc impetratio. ad fin. quòd ubi permissum est aliquẽ uocari ad ius, ut talem, ob aliquam specialem causam, qua non existẽte uocari non posset, tunc semp necessaria est

b apud iudicem illius causæ cognitio, ac probatio, per text. quem extollit in l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius uoc. ibi, & totum. hoc causa cognita facere debet, ubi prætor non decernit citationem contra patronum instante liberto, nisi prius cognito de grauitate iniuriæ ei à patrono illatæ, cùm non possit ex alia causa petere eum contra se delinquentem citari. Quæ nota. Non dicas, quòd in casu Inn. in d. c. ad nostram. surreptio sit circa malam deductionem iuris, & sic non noceat, ut in secũda regula: quia narrare simpliciter appellationem à correctiõe, est narrare factum, in quo supplicans & concedens bene cogitãt solùm de correctione excessiua. Sed Inn. requirit nõ solùm expressionem excessus, sed qualitatem ipsius excessus: quia posset fundari in tali qualitate, quæ non cõcluderet excessiuam correctionem, & super qua Papa non dedisset literas, ut satis clarè deducit ibi Abb. quem uide. ¶ Et ad secundam regulam suprà positam adde in ultima eius ampliatione, quòd etiãsi esset concessum, quòd non obstante conclusione possint produci certi libri, & admitti debeat pars ad alia facientia ad causam, non tamen est dispensatum, quòd actor inhabilis ad agendum possit suam personam legitimare: quia debuit narrari in specie de inhabilitate. Lu. consil. cclxxij. Commisso nouiter. Adde etiam ad septimam regulam, de qua s. quòd si diceretur in rescripto, Non obstantibus quibuscunq; sententijs, & esset lata una sententia de expresso consensu Papæ, per hoc non erit illi derogatum. Aegi. Belle. decif. Rotæ dxxxiiij. Si Papa. per id, quod habetur in c. j. de pac. in vj. & per gloss. in cle. dudum. ad fi. uer. pacta. de sepul. de qua mẽtionem feci in c. constitutus. uer. statuta iurata. s. eod. & potest illa gloss. latè ordinari ex multis. accõmodatè reductis per Alexan. cons. mihi dciij. Viso pũcto & accuratè pensato. aliàs est cv. licet mihi uideatur potiùs consilium And. Sic. in spectο stylo. Et istas regulas hactenus ab aliquo non aggregatas habeas bene domesticas: quia mirificè inseruient clientulorum desiderijs.

18 An sua [b] Sit † iurisdictio, cognoscit etiam delega-

[a] Rescriptum] Adde, quid si dicetur in eo, Non obstante sententia lata? Idem, ut hic habes. Adde tu, q. glos. in l. fi. C. sent. rescin. nõ pos. tangit istam q. et Bal. ibi uer. quæro, qd si in rescripto. & in uersi. pone ergo. qui dicit, quòd si in rescripto est clausula, Non obstante sententia iustitiã facias: quòd ualet tale rescriptum. Ita ibi gloss. in d. l. fi. & Bald. ibi, qui etiam tangit, quid iuris, si ex sententia esset quæsitum ius, & translatum dominiũ, an possit tolli per rescriptum.

17

sint falsæ: quia tales non dant iurisdictionem: secus, si sunt ueræ, tamen per falsi suggestionem, uel ueri taciturnitatem obtentæ: quia tunc dant iurisdictionem, tam super principali, quàm super dubio iurisdictionis: & sententia lata ex eis, tranfit in rem iudicatam. Aegidecis. Rotæ xxviij. iudex datus. Allegat Innocent. s. eo. cæterùm. Respondet ad istum text. in uerbo, non. est aliquatenus procedendum. & sic loquitur in principaliter: quia intelligitur, quando est opposita exceptio surreptionis: quia illa est præiudicialis & dilatoria. Sed ea omissa secus, per not. in d. c. cæterùm. Vult dicere, quòd surreptio in istis non uitiat ipso iure, & ideo ualet processus, etiam detecta demum surreptione, ut dicetur j. eod. ad audientiam. Et adde, quod dicetur j. eo. cùm dilecta. tangendo, quando lex, Barbarius. habet locum in delegato, quando non est defectus in persona delegati, sed in commissione. ¶ Limita secundò subtiliter, dum modò uitium falsitatis habeat hanc qualitatem, quòd non emanauit, à principe: secus, si emanauit à principe: quia licet aliàs sit prorsus nullum, tamen ualebit sententia super competentia, si ab ea non appellatur, ut dixit singul. Lapus in c. j. de rescript. in sexto. & sequitur ibi Dominic. & Butri. Abb. & Dominic. hîc: putà, si in casu dicti c. j. iudex pronunciauerit se competentem: quia si non appellatur, pronunciatio transit in rem iudicatam, & hoc propter authoritatem superioris, à quo emanauit, per d. l. Barbarius. Et licet sit nullum, quo ad eius effectum, tamen non est simile falso: quia non caret omni primordio ueritatis, ut hîc pulchrè per Butri. ¶ Pro quo facit lex, cùm filius. §. hæres meus. de leg. ij. ibi, nec in totum falsum uideri. quòd ueritatis primordio iuuaretur. Vnde dicit Bald. in l. data. ibi, sed dubium est. C. qui accus. quòd qui facit instrumenta, sicut tabellio, & non est, punitur pœna mortis: sed si semel fuit creatus tabellio, sed priuatus, non punitur pœna mortis: quia iuuatur primordio ueritatis. Allegat §. quia uerissimile. in authentic. de non alie. & sequitur Ana. de crim. falsi. accedens. in fin. facit l. fin. ff. de decu. ubi reliquæ multùm operantur, cum concor. quas posui titul. præcedent. in c. quæ in ecclesiarum. ad fin. ibi, fallit quintò. ¶ Hoc dictum Lapi sequitur Butri. in c. ij. ibi, etiam & alia ratio. de dila. dicens, quòd licet data falsitate rescripti non ualeat processus, tamen secus, si rescriptum est aliàs nullum, ut ex defectu personæ impetrantis, ut per Lap. uel si est à falso procuratore obtentum: & ideo hoc casu iudex carens funditus iurisdictione, potest de ea cognoscere, nisi esset incapax, ut s. in ij. fal. Istud dictum Lapi pulchrè sequitur Innocent. in d. c. ij. Butri. s. eo. cùm ordinem. in fin. Lud. consilio. cccl xxxtiij. in fin. Imol. in cle. si appellationem. ibi, non obstat, quia tertiò. de appell. Pet. de Anch. in c. cordi. ibi, & subdit notanter. de appell. in sexto, Butri. de appell. si duobus. ibi, sed si nullam funditus, & in c. ex ratione. ibi, hæc puto uera. eo. titul. & Butri. s. eo. pastoralis. in princip. Per istud dictum Lapi dixit Domi. in c. j. ad fin. de offic. deleg. in sexto, quòd si conseruator pronunciet iniuriam notoriam, per hoc facit se iudicem, etiamsi uerè non sit notoria, si à tali pronunciatione non appellatur. Cum isto dicto Lapi concordant Angel. in l. j. ad fin. C. si à non comp. iudic. & Bartol. in l. ex quacunque. ibi, hoc dictum gloss. ff. si quis in ius uoc. & Abb. post Butri. j. eod. ex parte. ibi, & nota istum intellectum. dicens, secundum unum intellectum probari ibi clarissimè, quòd rescriptum nullum assumit uigorem, si orta contentione super nullitate iudex pronunciat ualidum, & non appellatur, dum modò non sit falsum, secundum eum: & idem Dominic. j. eod. Rodulphus. in fin. quem referam j. xij. fallen. dicens, quòd iudex carens funditus iurisdictione, efficitur iudex per hanc pronunciationem. Per istud dictum Lapi sequitur alius effectus magnus, quòd etiam ubi primum rescriptum est reuocatum ipso iure per secundum, ut quia secundum est motu proprio, uel cum clausula decreti, si tamen primus iudex pronunciat se competentem, & non appelletur, ualebit sententia. Et ita Imol. s. eo. cæterùm. quod multùm importat ad ea, quæ dixi ibi in ultimo artic. in tertio corollario, & in prima & secunda restrictione. Tamen si erit uera secunda restrictio, quæ statim attentabitur ad hoc dictum Lapi, ista illatio Imol. non procederet: quia ubi sunt dictæ clausulæ, iudex scit se carere funditus iurisdictione: ideo processus nullus, ut ibi dicetur. Tamen cogita. ¶ Restringe dupliciter hoc dictum Lapi. Primò, nisi postea appelletur à sententia diffinitiua lata per delegatum in negocio principali: quia coram iudice appellationis adhuc potest opponi ista exceptio, quæ reddit iudicium retrò nullum, etiamsi fuit oppositа in causa principali, & repulsa per interlocutoriam, à qua non fuit appellatum: & talis interlocutoria poterit reuocari, secundum Dominic. in c. fin. in ij. not. de appell. in sexto, per illum text. quem dicit bene notandum ad limitationem Lapi, ubi s. De quo exclamat Phil. de appell. cùm cessante. ibi, decimotertiò limi. subdens in fin. illius limitationis, hoc esse intelligendum, dum modò pars non consenserit in iudicem. Et ita dicit limitandum Bartol. in d. l. ij. si quis in ius. ¶ Considera hoc ultimum uerbum, ad quod nihil allegat, & est satis importans, & aliqualiter dubium: quia satis uidetur in iudicem consensisse non appellando ab interlocutoria, nisi dicas, quòd sciebat ius suum saluum durare in appellatione à diffinitiua. Ergo taciturnitas ibi non nocuit, l. sicut. §. non uidetur. ff. quibus mo. pig. uel hyp. sol. ¶ An autem ex eo, quòd litigauit in principali, uideatur in iudicem consensisse, adeo quòd non audiatur amplius super dicta interlocutoria, hoc etiam ipse non ponit: & fortè sentit, quòd non: tamen cautum esset protestari, quòd non intendit in iudicem consentire, nisi quatenus de iure tenetur, iuxta theoricam Innocent. de elect. Cumana. de qua dixi tit. præcedenti, cùm M. Et istud etiam pendet ab alio articulo, quando in prorogatione sufficiat tacitus consensus: de quo in c. j. infrà, de iudic. ¶ Restringe secundò

31 secundò hoc dictum Lap. dum † modò iudex nesciat de nullitate rescripti: quia si scit, pronunciatio non ualeret, per id, quod dicit hîc Abb. in v. casu, & Card. in cle. ij. in iij. q. ut lite pen. per tex. de app. si duobus. Idem, si esset ignorantia inexcusabilis, secundum Hostien. in d. c. si duobus. & ibi dixi in fine. Et licet isti loquantur de iudice procedente in principali, quando caret funditùs iurisdictione, tamen eadem ratio est in delegato, uel alio pronunciante se competentem: secus, si esset iurisdictio elidibilis: quia licet iudex hoc sciat, tamen si pronunciat de competentia, & non appelletur, ualebit processus. Gloss. in dicta cle. ij. in uerbo, competente. Dixi aliquid s. eo. cùm ordinem & latiùs in d. c. duobus.

¶ Restringe etiam dictum Lapi, dum modò pronunciatio competentiæ sit expressa. Secus enim, si tacita: putà, per processum ad ulteriora. Domi. j. eo. Rodulphus. in fi. quem referam j. in xij. fallentia, in qua hoc probatur latiùs. ¶ Limita tertiò hanc nouam fallentiam, 32
nisi delegatus haberet aliàs ordinariam, per quam etiam cognoscere potest, an sua fit iurisdictio: quia tunc bene cognoscere & pronunciare potest ipsemet de falsitate rescripti delegatoris: & ualebit processus, non obstante detectione falsitatis. Angel. in d. l. ij. vij. fallentia: quia cessat dicta ratio, quòd sit funditùs omni iurisdictione priuatus. Allegat Innocent. in d. c. ij. de dila. in gl. mag. ibi, hoc autem fatemur. ¶ Contrarium tenet Imol. in d. l. quidam. quia quo ad illam causam, est delegatus, non ordinarius. Ideo censetur omnino priuatus. Pro quo facit, quod not. Ioan. Andr. Butri. Abb. & Imol. de præscript. cùm ex officij. cum concor. quas ibi posui, dum dicitur ibi, quòd si habens ordinariam, putat se habere delegatam, quam non habet, & procedat ex delegata, non ualet processus propter ordinariam, per c. cùm super. de offic. deleg. Ita hîc, cùm animus iudicis pronuncians se iudicem fit procedere ex delegata, & eam non habet, nihil operabitur ordinaria.

¶ Considera, quòd ista impugnatio habet locum, tenendo, quòd pronunciauerit se esse delegatum, & non erat, propter falsitatem rescripti. Et hoc est clarũ, quando rescriptum uidebatur eum facere delegatum. Sed si erat rescriptum per talia uerba, per quæ non uidetur effici delegatus, sed excitari potestas ordinaria (quod quando fit, traditur per Butri. & Imol. de offic. ordin. licet. & ibi dixi) tunc posset esse dubium, an dicta pronunciatio competentiæ ualeret: & licet nullus hoc tangat, quem uiderim: tamen dici posset, quòd aut utitur uerbis denotantibus, quòd credit se iudicem uigore rescripti: & non ualeat pronunciatio, per d. c. cùm super. Aut simpliciter dicit se iudicem: & tunc, cùm præsumatur pro iudice, de re iudi. sicut & præsumatur eligere uiam, per quam actus ualeat, l. iij. ff. de mili. testa. uidetur, quòd in dubio uoluerit dicere se iudicem, non ex capite rescripti, sed ex capite iurisdictionis ordinariæ, quam putauerit excitatam. Et istud fortè procederet, nisi uerba libelli & actorum, quæ præcessissent hanc interlocutoriam, expressè loquerentur de potestate uirtute rescripti: qa tunc uerba ambigua sententiæ referentur ad acta, iuxta gloss. fin. in c. si confirmationem. de elect. in sexto, & Bartol. in l. si quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudic. Dixi de except. c. pen. Et ideo fortè raro esset, quòd essemus in dubio in d. casu, super quo uoluí hoc tetigisse, ut aperiretur uia cogitandi. ¶ Limita quartò hanc nonam fallentiam, nisi coram iudice competenti esset oppositum de nullitate 33
talis interlocutoriæ latæ super falso rescripto: & hac exceptione non obstante sententia fuit confirmata: quia si ab ista non appellatur, non poterit amplius de nullitate opponi. Angel. in d. l. ij. & in d. l. quidam. Allegat Innocent. in c. j. & ij. de confir. uti. uel inuti. Et hîc super uerbo, forsan. ibi, sed si post omnes. quia, secundum eum, iste secundus uerè est iudex, licet malè faciat confirmando sententiam nullam. ¶ Sed caue: quia ex dictis Doctorum in d. c. j. quos retuli de re iudic. ea, quæ istud uidetur intelligendum, quando secundus competens confirmauit sententiam latam in principali à dicto delegato dato per falsum rescriptum. Sed si falsus delegatus solùm pronunciasset se competentem, & ista confirmaretur à iudice competente, non uidetur, quòd secunda transeat in rem iudicatam: quia laborat eodem uitio, quo prima: & cùm propter istam uidetur reuertendum ad primum, ut expediat negotium principale, de appell. ut debitus. non uidetur hoc possibile: quia competentia istius secundi non potest facere, quòd primus sit, uel fuerit in aliquo competens: secus, ubi confirmat sententiam in principali: quia tunc sententia assumit uires à confirmante, non à confirmato, licet isti non aperiant hoc, ut uoluissem. Cætera de ista confirmatione sententiæ nullæ dixi in d. c. ea, quæ.

¶ Fallit decimò dicta regula, quando † iudex non habet iurisdictionem, nisi super causa notoria, & casus, accidens esset dubius, & non notorius: quia tunc non posset cognoscere, an sua sit iurisdictio. Gloss. in c. accusatus. in uerbo, manifestè, de hære. in sexto, dum modò super isto dubio uelit cognoscere & pronunciare, tanquam iudex. Sed si uellet se informare super illo, an esset notorium, uel non, extraiudicialiter, non ut iudex, tunc posset. Ita procedat gloss. maior ibi, dic, quòd bene: in c. j. de offic. deleg. in sexto, quam cum prædictis ita adaptat Dominic. hîc, & in d. c. j. ibi, sed aduerte. Sicut etiam ad istum finem se informaret ille, qui non habet iurisdictionem. Patet j. eo. cùm contingat. Et hoc uidetur uoluisse Hostien. in d. c. j. secundum Dominic. ibi.

¶ Sed Abb. de foro compe. si clericus. ibi, sed tu dic. uidetur tenere contra hanc fallentiam, quòd imo, si negatur qualitas notorietatis, potest cognoscere & pronunciare super hoc, an subsit notorietas, uel non: & non potest procedere in principali, nisi constet de notorietate: quia illa dat iurisdictionem. Ita procedat gloss. in d. c. j. Sed si constat qualitatem notorietatis non subesse, uult tamen iudex inquirere, an factum sit commissum, etiam sine illa qualitate: & non potest, quia sola qualitas notorietatis dat iurisdictionem. Et iste est intellectus gloss. c. accusatus. quia inquisitor non potest se intromittere de diuinationibus, nisi sapiant hæresim manifestam. Si ergo non sapiunt hæresim manifestam, non potest inquirere, an sapiant hæresim: quia sine notorietate qualitatis non habet iurisdictionem: sed bene posset inquirere, an sapiant hæresim manifestam. Et iste intellectus ad illas gloss. est etiam de mente Imol. hîc post Butri. & sequitur Dominic. in d. c. accusatus. §. sanè. Et puto ista dicta esse uera, quamuis non percipiam, utrùm ista fuerit mens gloss. in d. c. accusatus. ¶ Et adde Imol. & Angel. Aret. in l. constitutiones. ad fin. ff. de appell. ubi dicunt, quòd si qualitas non fundat iurisdictionem, non est opus de illa ante omnia cognoscere: putà, an in casu illius l. reus esset latro famosus: quia etiam sine illa qualitate iudex erat competens: secus, si qualitas esset necessaria, ut in casu gloss. in d. c. j. quam ipsi sequuntur. Et pro ea allegat Aret. quod not. Bartol. in l. in illa stipulatione, si calendis. ff. de uerbor. oblig. ubi dicit, quòd semper & ante omnia probandum est id, quod est fundamentum intentionis iudicis, actoris, uel rei. Facit dictum Innocent. de fo. compet. cùm sit. & quod ibi dixi. ¶ Fallit undecimò, quando † ista pronunciatio competentiæ fuit facta absentibus partibus, & præsentibus procuratoribus non habentibus speciale mandatum ad prorogandum, iuxta not. de offic. deleg. cùm olim. el j. quia non ualet. Ita Angel. in authentic. hodie. in fin. C. de appell. Si autem processum est contra contumacem, eo casu, quo peruenirí potest ad diffinitiuam lite non contestata, uel ad primum, aut secundum

c. super literis.

secundum decretum, tunc dicit Bartol. in d. l. ij. si quis in ius uoc. non ie. quòd iudex, antè quàm procedat cõtra partem contumacem, poteſt pronunciare ſe eſſe iudicem competentem: & cætera illius iudicij procedent, quia illa ſententia facit ius: ſed ſi hoc non pronunciaret, pars quandocunq; ueniens poſſet dicere illum nõ eſſe ſuum iudicem, & geſta non ualere, ſecundum eum: de quo etiam per Imol. in d. l. quidam. ¶ Fallit duodecimò, quando † iudex non pronunciat expreſſè ſe com-
34 petentem, ſed tacitè: putà, per proceſſum ad ulteriora: quia licet aliàs iſta tacita pronunciatio ſufficiat ad reij-
37 ciendum exceptiones impeditiuas proceſſus, c. ex parte. el ij. de ap. Bar. in l. à prodente. C. de dila. c. ſuborta. cum gloſ. in uerbo, reprobaſſe. de reiudi. tamen in caſu iſto requiritur expreſſa pronunciatio: gloſſ. in uerbo, proceſſus. in fi. in c. diſpendia. de reſcript. in vj. & in c. ij. in uerbo, quorum. eod. tit. & lib. & utrobiq; Domi. & Butri. hîc. Et pulchrè Domi. j. eo. Rodulphus. in fin. dicens ibi eſſe gloſſ. ſing. in gloſ. magna, in fin. quam dicit perpetuò menti tenendam, quòd ubi iudex caret fundituſ iuriſdictione per proceſſum ad ulteriora, non uidetur ualidare iudicium. Et ſic licet proceſſus ad ulteriora habeat uim interlocutoriæ, ut uideatur repellere exceptionem oppoſitam, ut not. gloſ. in cle. fin. de app. non tamen iſta talis tacita pronunciatio habet uim, ut pronunciet ſe iudicem competẽtem. Et ad idem allegat dictas gloſſ. ſecus dicens, ſi pronunciaret ſe expreſſè iudicem competentem: quia tunc licet funditus careret iuriſdictione, ualeret proceſſus. Allegat Innoc. in c. præterea. de dila. & quæ ipſe dixit hîc: & facit, quod dixi ſ. in ij. limitatione nonæ fallentiæ. ¶ Adde etiam huic fallentiæ, quæ dixi opportunè in d. c. ſuborta. in iiij. limitatione ad regulam d. c. ex parte. ¶ Et inuenies certos caſus, in quibus etiã in propoſito ſufficiat tacita pronunciatio ad limitationem dictarum gloſſarũ: & nota maximè tres. Primus, ubi iudex pronunciauit procedendum ad ulteriora, obiectis non obſtantibus, licet de cõpetentia expreſſè nihil dixerit. ¶ Secundus, quando iuriſdictio non erat funditùs nulla, ſed elidibilis.
¶ Tertius, quando parte præſente & opponente de defectu iuriſdictionis, iudex, pceſsit ad ulteriora: de quib. caſibus uide authoritates & rationes ibi deductas.
35 ¶ Fallit tertiodecimò, ſi † obijcit iudici delegato, quòd eius iuriſdictio eſt reuocata per ſecundas literas directas alteri delegato: quia ipſe non cognoſcit, an ſit reuocata, uel non: ſed ambo conueniunt, ſ. eo. paſtoralis. Et ita Ang. in d. l. ij. vj. fallentia. Et dictum fuit in d. c. paſtoralis. & ſubdit Ange. in d. l. ij. vij. fal. quòd ſi duo iudices ordinarij contendunt de iuriſdictione, quia unuſquiſque dicit eam ad ſe pertinere, cognoſcet ſuperior amborum, aut arbitri ab eis eligendi, per tex. in d. l. de iure. ff. ad muni. & in d. c. paſtoralis. ¶ Fallit quartodecimò & ultimò, quando † opponitur de non iuriſdictione delegantis: quia de hoc non poteſt cognoſcere delegatus. Bald. in l. ij. C. ſi à non compe. iudi. Dicit tamen, quòd cognoſcendo de propria iuriſdictione delegata
36 poteſt per quandam conſequentiam cognoſcere de ordinaria: non tamen, ut ſuper ordinaria iudicet, ſed bene iudicare poteſt ſe non eſſe iudicem: & ſic iudicat de reſcripto, ſed nõ de reſcribente. Dat ſimile in iudice, qui poteſt iudicare de priuilegiato, nõ de priuilegiante, ut per Ioan. An. de iudic. cùm ueniſſent. ¶ Demũ in hoc articulo ſcias, quòd iudex cognoſcens, an ſua ſit iuriſdictio, non poteſt aſsignare terminum ad proponendas dilatorias, ne in parte ſit contrarieras. Abb. de except. paſtoralis. ibi, ego dubito. Habui etiam reſpondere Lucæ, utrum poſsit cognoſcere & pronunciare ſuper ualiditate mandati procuratorij, contra quod aduerſarius opponit: & credidi, quòd ſic, per regulam l. ij. ff. de iuriſdict. om. iud. cum concor. quas dixi in c. præterea. de offic. deleg. uidelicet quòd conceſſa iuriſdictione cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus ipſa expediri non poteſt. ¶ Et certum eſt, quòd ſi non poſſet adire & iudicare ſuper legitimitate perſonarum, non poſſet etiam diffinire articulum competentię, in quo eſt ſibi data poteſtas à lege. Tamen cogita: quia poſſet replicari, quòd cùm pars poſsit per ſe comparêre, non uidetur de neceſsitate dicta cognitio ualiditatis mandati. Veniunt enim illa, ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt: non autem ea, ſine quibus ita commodè expediri non poteſt, ſecundum Domi. in c. ſolet. ad fin. princ. de ſent. excom. in vj. ¶ Vltimò, in † quantum Abb. ſuper gl. in uerbo, forſan. refert dictum Arc. in c. ut circa. de elect. in vj. quòd omnis exceptio peremptoria, etiam non notoria, poteſt opponi ante litem conteſt. dum modò excipiens offerat ſe incontinẽti proba-
4 turum [a]. Tamen ipſum non firmat. Adde, quòd Butr. hîc, ibi: ſed tunc obuiat dicit, quòd dictum Archi. communiter nõ tenetur, per c. j. de lit. conteſt. in vj. Et conſidera rationem, quæ ultra iſtos multùm ei obſtat: quia ſi eſſet uerum hoc dictum, nihil eſſet ſpeciale in exceptionibus poſitis in c. j. de lit. conteſt. in vj. & in aliis ſibi ſimilibus, de quibus dixi de except. exceptionem. quæ poſſunt opponi ante litem conteſt. licet ſint peremptoriæ: nam etiam illæ ita demum dicuntur impedire litis ingreſſum, ſi incontinenti probantur: ſecus, ſi exigunt indaginem, ut dicit Bart. in l. cùm quærebatur. ff. iudi. ſol. Eſſet enim, ſecundum dictum Arch. facienda una generalis fallentia, uidelicet dum modò excipiens offerat ſe incontinenti probaturum: tunc omnis quæcunque peremptoria poſſet opponi ante lit. conteſt. & in illis nihil eſſet ſpeciale. Et hoc eſſet abſurdum, ut etiam credo dixiſſe in d. c. exceptio. Demum etiam uide Ludo. conſil. cccxlvj. ubi extollit iſtum text. ad probandum, quòd cùm unus ordinat, & alter ordinationem exequitur, actus attribuitur ordinanti, non exequenti. Et ad idem allegat plura alia.

[a] *Probaturum*] *Adde Imol. Fulg. & do. Alexan. in l. nam & poſtea. §. ſed & ſi quis. de iureiur.*

SVMMARIVM.

1 ¶ *Bona temporalia licet quandoq; ſint diſcreta inter epiſcopum & capitulum, tamen iura ſpiritualia nunquam ſunt diuiſa inter capitulum & epiſcopum.*
2 *Prælatus ſolus agit & conuenitur ſine capitulo & conuentu pro bonis communibus, etiamſi ſint communia, quo ad adminiſtrationem tantum.*
3 *Capitulum non poteſt adminiſtrare bona communia, epiſcopo contradicente: ſed adminiſtratio pertinet ad epiſcopum, etiam capitulo contradicente, exceptis arduis.*
Prælatus in materia ardua non poteſt agere ſine conſenſu capituli. Poſt num. 3. uerſi. prima declaratio.
4 *Capitulum ſolum non poteſt agere ſine conſenſu ſuperioris, etiam pro bonis communibus.*
5 *Capitulum ſolum licet non poſsit agere, ſi tamen præſtit cautionem de rato, debet admitti.*
6 *Prælatus ſolus poteſt conſtituere procuratorem.*
7 *Facultas dandi procuratorem, regulatur à facultate agendi.*
Solennitas eadem an requiratur in reuocatione, quæ requiritur in cõſtitutione. Poſt num. 7. uerſic. & ex eo intulit.
Cauſa eccleſiæ cathedralis non agitatur ſede uacante. Poſt num. 7. uerſi. uacante ſede.
8 *Conſenſus ſuperioris poteſt ſequi, ubi actus capituli eſt utilis eccleſiæ.*
9 *Curator non datur capitulo.*

Conſilium

Conſilium ſuſpectum omittitur, quod aliàs eſſet neceſſarium. Poſt num. 9. uerſi. omittitur.

Prælatus ſolus nõ poteſt authorizare in alienatione rerum eccleſiæ, ſiue ſit epiſcopus carens capitulo, ſiue prælatus inferior carens collegio. Poſt num. 9. uerſi. limita, niſi.

CAPITVLVM XXI.

Doceri. ¶ In cauſa monaſterij conuenitur abbas per reſcriptum, in quo nulla fit mentio de conuentu: nec propter hoc appellari poteſt, niſi cùm abbatis & conuentus bona eſſent omnino diſtincta.
H. D. Et ſient additiones circa dicta Abb. quo ad octo quæſtiones hîc per eum ordinatas. ¶ Circa primam quæſtionẽ de pactis in fundatione apponendis, adde, quæ dicentur tit. prox. cùm dilectus. ubi omnes ponũt. Aliquid dixi in principio quæſtionis à me examinatæ de præiudicio, quo ad patronos ex literis Papæ. Ad illud de taxatione portionum in religioſis, uel de tollerando uſu ſuorum lucrorum, adde, quæ dixi ti. præced. c. cùm M. immediatè ante materiam proteſtationis, ubi Abbas ponit in fin. in quadam addi. Et quando collegia inferiora poſsint ſtatuere circa ſtatutum eccleſiæ: uide, quæ dixi tit. præced. cùm omnes. Et not. quòd † licet quandoq; bona temporalia ſint diſcreta inter epiſcopum & capitulum, tamen non ſic in iuribus ſpiritualibus: quia illa nunquam ſunt diſcreta inter epiſcopum & capitulũ. Imol. de uer. ſig. cùm clerici. Illa eſt ratio, quare ſuramentum, de quo ibi, intelligitur non tantùm de epiſcopo, ſed & de capitulo. Quod bene not. ad limitationem huius decretalis & ſuæ materiæ, ſecundũ Domi. hîc: & idem uult Innoc. in c. clerici. in glo. j. de ma. & obe. dicens, quòd ſpiritualia & dignitates eccleſiæ ſunt communia, & communiter tenentur ab epiſcopo & capitulo, licet epiſcopus ſit caput. Alleg. d. c. cùm clerici. Bonus text. cum materia, in c. cùm nõ liceat. de præſcript. quem pro Innoc. notat ibi Abb. ibi, ego uerò.
¶ Intellige iſta de iure communi. Sed conſuetudo bene poſſet diſponere, quòd adminiſtratio iurium epiſcopalium eſſet diuiſa etiam in ſpiritualibus, ſecundũ Domi. in c. quanquam. xxiij. diſtinct. per c. iij. de conſue. in vj. & c. fin. de reg. in vj. licet Archi. in d. c. quanquam. ſimpliciter ſequatur Innoc. & operatur dictum Innoc. quòd quãuis pacto, uel conſuetudine diuidatur adminiſtratio bonorum ſimpliciter, per hoc non eſt diuiſa adminiſtratio ſpiritualium, uel eorum, quæ non concernũt dignitatem, niſi conſuetudo ſpecialis illis aliud introducat. Quod not. ¶ Circa ſecundam q. adde, quod not. Aegi. deciſ. Rotę dxclj. Sí procurator. ubi dixit, quòd habens commiſsionem de impetrando contra epiſcopũ, ualidè etiam nominat in ſupplicatione capitulum, ſi & ipſum materia tangat, & cogetur cõparêre, per iſtũ text.

[a] *Sine capitulo*] *Adde Ro. in deciſ. cccclxix. Conſtio. in not. & Spec. in tit. de accuſ. uer. item ſi unus.*

2 Solus prælatus agit † & conuenitur ſine capitulo [a] & conuentu [b] pro bonis communibus, etiamſi ſint communia, quo ad adminiſtrationẽ tantùm. Innoc. & omnes hîc: quod cõprobat Abb. latiùs cęteris in iij. q. Adde Butr. Imol. Abb. & Domi. in c. j. de procu. ubi idem tenent: & firmat Hoſtien. latiſsimè in Summa, de reſcripti præſent. §. quę poſſunt obiici. uer. xcix. & Spec. in tit. de actore. §. j. ibi, quid de ſacerdotibus. & Card. conſil. cccxxxiiij. B. & A. germani. & Angel. in l. fin. ff. quod cuiuſq; uni. nomi. Et ideo dicit Rot. de offic. archi. prima, in antiquis: quòd archidiaconus agit pro iuribus ſuis ſine licentia epiſcopi, uel capituli: & idem latiùs Rota de offic. arch. j. in antiquioribus. Similiter dicit Ro. de excep. xiiij. in antiquis, quòd ubi prælatus agit nomine ſuo, & conuentus præſumitur agere cum conſenſu conuentus: allegat c. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præla. & Innoc. in c. ueniens. de præſcrip. Similiter Hoſtien. de tranſact. §. quis poſsit. ſequitur opinionem communem, non obſtante ratione tacta hîc in glo. quòd prohibitus alienare, &c. quia nõ eſt uera uniuerſaliter: & ſequeretur, ſecundũ eum, quòd prælatus, qui iurat non alienare ſine cõſenſu Papæ, nõ poſſet eſſe in iudicio ſine eiuſdem cõſenſu: quod eſt abſurdum. Et ideo Bald. in l. ait prætor. alleg. in gloſ. declarat, quomodo indiſtinctè non procedit regula, quòd qui nõ poteſt alienare, non poteſt rem in iudicio deducere. Nam pater nõ poteſt alienare rem filij, circa quam tamen poteſt agere, ut legitimus adminiſtrator, l. j. C. de bonis ma. Idem in tutore, l. iij. §. item quæri poteſt. ff. de reb. eorum. Vnde dicit, ſecundum eum, quòd quidam ſunt, qui non habent ius, nec; adminiſtrationẽ: & tunc regula uera. Quidam uerò habent adminiſtrationem, ſed non ius in ipſa reſidens: & tunc regula non eſt uera. Quidam habent ius & adminiſtrationem: & tunc uerũ eſt hos agere poſſe, licet interdum alienare nõ poſsint. Exemplum in l. ij. & iij. C. de his, qui uen. ætа. Et ad d. l. ait prætor. uide etiam in propoſito Bald. in l. j. ibi, extrà cõtra prædicta opp. ff. de procur. Et circa dictam regulam inſiſtit etiam Spec. in d. tit. de actore. Et iſtis addè Bald. in l. unica, ibi: modò ſequitur uidere. C. de confeſ. ubi dic, quòd prælatus in bonis communibus habet liberam adminiſtrationem abſq; ſpeciali mandato. Cum iſtis concordat etiam Lap. allegatione xlix. allegando ad idem Innocent. de iudic. cùm deputati. & de religio. do. cùm uenerabilis. & latè inſiſtit, dicens: quòd dicta ſua ibi ſufficiunt in hoc articulo abſq; alia reuolutione chartarum. Adde etiam Arch. in c. fin. lxviij. diſtinct. ubi tranſit cum Spec. ubi ſ. Pro quo etiam facit gloſſ. in l. Titium & Mæuium. ff. de admin. tuto. Per quam dicit Bal. in c. j. qui feudum da. poſ. quòd habens plenam adminiſtrationem, non tenetur alium requirere: ideo prælatus poteſt infeu-
c dare [c] ſine capitulo: quia habet liberã adminiſtrationem. Et ad prædicta ſcito, quòd non omnis habilitatus ad titulum, eſt habilitatus ad adminiſtrationem temporalium. Vnde diſpenſatus, ut nõ obſtante defectu ætatis poſsit habere beneficium curatũ, nõ intelligitur diſpenſatus ſuper adminiſtratione bonorum, niſi aliud expreſſè appareat de uoluntate principis, ſecundum Pet. de Anch. in c. j. de ætа. & qua. in vj. quem ſequitur Brix. in Repertorio in uerb. diſpenſatio. in fi. remittens etiam ad Ioan. An. in c. ex ratione. de ætate & qualit. & i. c. de multa. de præben. Faciunt, quæ de reſtrictione diſpẽſationis latè dixi j. eo. poſtulaſti. Et ex dictis Abb. hîc denotantibus liberam adminiſtrationẽ prælati in bonis communibus, intulit latè Maria. cõſilio miхi cxxxv. Prælatus, &c. aliàs incipit, Ex literis tranſmiſ-
3 ſis. quòd † capitulum non poteſt adminiſtrare bona communia contradicente prælato, ſed ad epiſcopum pertinet adminiſtratio etiam contradicente capitulo, niſi in arduis, ut hîc per Innoc. Poſtea ſubdit, quòd ſi eſſet ſtatutum, quòd ad prælatum & capitulum ſimul ſpectet adminiſtratio, debet intelligi, ſecundum quod ſpectat de iure communi, ſcilicet in arduis & ſimilibus, non autem in reliquis. Et inducit gloſſ. & Bar. in l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delibe. ubi ſtatutũ exponit ſm ius cõmune: & ſic etiam cõſuetudo, c. cùm dilectus. j. tit.

[b] *Et conuentu*] *Adde Bal. in Marga. uerb. prælatus. uerſi. v.*

[c] *Infeudare*] *Adde, quod uoluit Bart. in authent. qui rem. ad fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibi Fulg. Paul. de Caſt. & latè per do. laſ. de May. ibi: quem omnino uide. Et an poſsit locare, & fructus uendere, uide not. per do. Soci. conſi. xxxij. incip. ex his, quæ ſuperiùs uer. circa primam q. in j. parte, & uer. iij.*

proxi.

proxi. cum concor. de quibus per eum, & dicetur ibi.
¶ Considera: quòd hoc modo statutum, uel consuetudo nihil operarentur: ergo malè propter doctrinam Bart. in l. iiij. §. prætor. ff. de dam. infect. cum concor. Non obst. gloss. in d. §. in cõputatione. quia, secundum Paul. de Cast. ibi, illa & similia intelliguntur, quando aliquis indebitè damnum pateretur, intellígendo statutũ contra ius cõmune: secus, ubi hoc non concurrit. Sed istud statutum nõ inducit damnum episcopi, imo maiorem conseruationem bonorum propter pluralitatem oculorum administrationi præsidentium. ¶ Est uerum, quòd capitulum solum non potest agere in bonis communibus sine episcopo, per c. causam. lo j. de iudi. quia, ut dicũt hîc Bur. Imol. & Domi. episcopus, seu prælatus in ecclesia est ille, qui habet liberam & generalem administrationem. Vnde solus agere potest. Non sic administratores, uel inferiores. Et capitulum nõ habet de iure administrationem subsistente episcopo, & nõ est caput ecclesiæ, sed episcopus, vij. q. j. scire debes. facit c. requisisti. j. de testa. ¶ Pro intelligentia tamen prædictorum nota sex declarationes.

Prima declaratio.

In materia ardua non potest prælatus agere sine consensu capituli, uel conuentus. Innoc. & omnes hîc. Specul. & Hostien. ubi s. Angel. in d. l. fin. Lap. in dicta allegatione, Ioan. An. de procu. querelam. & Ludo. consilio ccclxix. Circa primum. ibi, tertia est ratio. Putà, secundum istos, quando agitur de diminutione honoris, uel dignitatis ecclesiæ, ut de subiectione, uel limitibus episcopatus, uel membrorũ. Et dicit Lap. quòd causæ dicuntur magnæ & paruæ respectiuè, ut solet notari, secundum eum, in c. fin. de iureiur. Et possent hîc adduci quædam in simili, in quibus propter arduitatem materiæ aliter disponitur: de quibus hîc per An. Sic. & dicetur in uoce. Sed in istis terminis melius facit, quod not. Innocen. in c. per tuas. in uerbo, consensu. de arbit. & in c. fin. in gloss. ij. de ma. & obe. & in c. ad aures. in fin. de tempo. ordin. & in c. magnæ. de uoto. & in c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. & in c. quod in dubijs. de renun. & ibi But. & Imol. & Archid. in c. hi, qui. xv. q. viij. & Ioan. An. in d. c. magnæ. & Abb. in cle. ij. de rebus eccl. non alie. ubi traditur regula, quòd prælatus non potest expedire aliquid arduum sine consensu capituli, uel saltem sine consilio, secundum Hostien. & Ioan. An. in d. c. magnæ. Sed tamen communiter prædicti dicunt de consensu. ¶ Amplia etiam in bonis discretis inter prælatum & conuentum: quia unus non agit sine alio in arduis. Innocent. in c. causam. el j. in ij. gloss. parua, in secunda solutione, de iudic. quem ita gustat ibi Abb. & idem sentit But. hîc, uer. tertio casu. & Imol. ibi, & similiter conuentus. ¶ Restringe tamen notabiliter hanc limitationem, secundum Domi. hîc, nisi materia, quæ aliàs est ardua, deducatur per uiam possessorij: putà, subiectio, quam prædicti reputant arduam. Allegat Rotam, quæ est hodie de offic. Archid. prima, in antiquioribus: ubi dicunt, quòd si pro Archidiacono agitur possessorio super subiectione clericorum, ista non dicitur causa ardua, ita quòd sit necessarius consensus alterius: quia causa possessoria uocatur momentanea, ij. q. vj. c. ei, qui. §. si de possessione, & eius momento. cùm sit apta durare momento, c. cùm dilectus. de cau. poss. Ad idem inducunt not. in c. quoniam. ut lite non contesta. ubi patet, quòd in possessorio non habet locum nominatio domini in iudicio: & gloss. j. in c. quicunque militum. xij. q. ij. secundum eos. Ad quod etiam uide Rotam, de offic. archid. j. in antiquis. ¶ Secunda declaratio. Licet † capitulum solum, uel conuentus, non possit agere sine consensu superioris, etiam pro bonis communibus, ut per omnes in d. c. causam. tamen si solus conuentus uult agere pro rebus malè alienatis, potest etiam sine consensu prælati. Butr. & Abb. hîc per c. si quis presbyterorum. de re. eccles. & per notata de testi. cùm olim. & ibi Scribentes latè, declarantes hoc, dum modò prælatus, qui nunc est, alienauerit, uel si successor est negligens in recuperando: de quo dic, ut ibi.

¶ Tertia declaratio. Licet † capitulum, uel conuentus non possit agere, ut est dictum, tamen si præstat cautionem de rato, debet admitti. Gloss. fin. ibi, tamen illud concedo. in c. j. de procur. sentit Abb. hîc, & expressius ibi, inferens ex ea, quòd posito, quòd prælatus non posset agere sine consensu capituli, tamen si uult cauere de ratihabitione, debet admitti. Ratio potest colligi ex uerbis Butr. hîc, ibi: alter autem pro altero. ubi notanter dicit, quòd licet iura, quæ dicunt coniunctum posse agere pro coniuncto sine mandato cum cautione rati, de quibus j. eo. nonnulli. in fin. & l. exigendi. C. de procur. non habeant locum in coniunctis coniunctione spirituali: putà, in canonico pro canonico, ut traditur in c. fin. de procur. Dixi satis post gloss. tit. præced. cùm M. tamen habent locum in episcopo, qui potest agere pro capitulo in bonis discretis cum cautione de rato ratione coniunctionis spiritualis. Et eadem ratione potest capitulum agere pro episcopo in communibus & discretis cum debitis cautionibus: quia inter capitulum & prælatum bene est dare coniunctionem, arg. c. requisisti. de testa. secundum eum. Quod bene nota ad singul. limitationem huius materiæ, & eorum, quæ allegaui in d. c. cùm M. & ad ampliationem d. l. exigendi. Et ista uerba Butr. sequitur Domi. hîc, licet Imol. alia referens hoc omittat. Pro qua consideratione & coniunctione inter episcopum & capitulum, facit optimè consil. Cald. de feu. xj. ubi uult, quòd uasallus episcopi potest alienare feudum in capitulum ipsius episcopi, etiamsi inter eos sunt bona discreta: quia episcopus non uidetur in generali prohibitione alienationis excluisse suos. Tamen de ueritate istius consilij dubitaui in c. quæ in ecclesiarum, prope fin. ibi, nona declaratio. tit. præcedenti. Et hanc declarationem reprobaui j. eo. nonnulli. §. j. in iij. limitatione ultimæ fallentiæ, uers. sed nunc credo. ADDITIO. ¶ Quarta declaratio. Prædicta procedunt in bonis communibus, quando in eis solus prælatus administrat: & idem, si sunt discreta, & ipse solus administrat: secus, ubi bona essent communia, & etiam administratio, uel etiam sola administratio esset communis: putà, quia administratio exercetur per unum nomine prælati, & per alium nomine capituli. Nam isto casu uidetur dicendum, quòd uterque debeat simul agere, uel uterque simul conueniri. Ita latè Imol. hîc, dicens istum casum non esse ab aliis tactum: & considerat doctrinam Innocent. hîc, quòd potestas agendi sequitur potestatem administrandi: & sic ad illum spectat potestas agendi, ad quem spectat potestas administrandi. Fatetur tamen, quòd ubi non apparet bona esse omnino distincta, etiam quo ad administrationem, tunc semper spectat administratio ad solum prælatum: & ideo tunc solus agere poterit, nisi statutum, uel consuetudo ecclesiæ repugnet. ¶ Quinta declaratio. Eo casu, quo capitulum prohibetur esse in iudicio pro bonis ecclesiæ sine prælato: potest tamẽ impetrare, & per tale rescriptum potest agere. Ioan. An. solenniter in addi. Spec. prælatus. in tit. de rescript. præsenta. §. ratione etiam eius, contra quem. in ult. addi. inducit c. causam. el j. de iudic. ubi, ut patet in antiqua, monachi impetrauerunt soli, & respectu impetrationis nihil dicitur ibi de consensu abbatis, sed solùm de habilitatione iudicij. Et sequitur Butr. Abb. & Imol. hîc, & ibi. Adde optimè, quod not. Rota in simili de iudic. v. in nouis, dicens, quòd licet filiusfa. non possit agere sine consensu patris, tamẽ potest impetrare. Latè Aegi. Belle. decis. dccxxx. commissio impetrata. ¶ Obstat nouũ motiuũ, uidelicet facilius p̃mittĩ alicui agere, q̃ impetrare,

impetrare, c. pia. de excep. in vj. iuncto cap. j. de rescrip. eo. lib. Ergo si capitulum non potest agere, multo minùs impetrare. SOL. Negat, quòd illud sit regulare. Patet ex prædictis. Sed secundum subiectam materiam aliquam unum est facilius, aliquando nõ: ibi difficilior est impetratio, quia sumit robur à persona inhabili & exosa iuri: sed in c. pia. ualet processus, tum fauore ordinariæ potestatis, tum ob negligentiam partis nõ opponentis: secus, ubi ista nõ concurrunt. Hinc est, q̃ non ualet processus in materia illa coram delegato, d. c. j. & sic non differt ibi Agere & Impetrare. ¶ Sexta declaratio. In casibus, in quib. potest episcopus agere sine capitulo, in eisdẽ poterit agere eius procurator: aliàs secus. Ab. de procu. petitio. ij. not. post Gul. Nasonem ibi. ¶ Et adde in materia, quæ no. Rota, de re iud. xij. in nouis, dicens, q̃ solus abbas potest defendere monasteriũ in causa appellationis indistinctæ, si simul cum conuentu litem contestatus est: & idem non conuentu: quia simul & diuisim possunt in causa procedere, prælatus, uel conuentus: & sufficit contra alterum ferre sententiam, postquam simul sunt litẽ contestati. Alleg. Io. An. post Inn. in c. ij. super uerbo, abbas. de testi. in vj. ¶ Et ad de Bal. in l. iij. §. sed utrùm. in j. q. ff. de mino. ubi dicit, q̃ cõsensus patris præstitus filio agenti in causa principali, uidetur durare etiam in causa executionis: quia sufficit, quòd authorizauit in prima causa, siue sit actor, siue reus. ¶ An autem solus prælatus possit transigere, ubi solus potest agere, uide Bar. in l. nulli. ff. de transac. & in l. imperatores. ff. de pac. & gl. in l. præses. C. de transac. & omnes in c. contingit. j. de transac. & optimè Host. in Summa, de transac. §. quis potest. uersi. sed quæro, an prælatus. Et probat Host. quòd non. Nec obst. quòd habens liberam, transigit, l. procurator, cui libera. ff. de procu. quia fallit in prælato. aliàs sequeretur, quòd posset alienare: quod est absurdum, ut latius per eum, quem uide. ¶ Demum non omitto, quòd And. Sicu. hîc in ista materia firmat opinionem gloss. hîc contra communem, quòd nunquam solus prælatus possit agere: quia ubi requiritur alicuius consensus circa actum alterius, & illo consensu non præstito ipsi simul agunt, præsumitur ille consensus interuenisse. Ioan. And. in regula, is, qui tacet. & Abb. de præsump. nonne. cum concor. quas ibi dedi. Sed in multis iuribus habemus in iure, quòd prælatus agit cum conuentu, c. dilecti. ibi, Abbas & conuentus. de iudi. cum alijs quindecim concordantijs, de quibus hîc per eum. Ergo prælatus in agendo debet habere dictum consensum. Sed certè responsio est facilis: quia concedo maiorem & minorem. Sed negatur consequentia: quia nullo modo sequitur ex præmissis: nam dato, quòd præsumatur interuenisse consensus in illis iuribus, etiamsi essent mille iura, quæ hoc dicerent, non dicunt, quòd esset necessarius. Omitto etiam ostendere, quòd iura per eũ allegata non loquuntur omnia in agendo, sed in impetrando, uel querulando. Præterea sunt etiã decem text. in quibus solus prælatus agit, sicut c. cùm dilectus. de ordi. cog. cũ alijs, de quibus hîc per eundem, dum arguit pro communi: quibus non respondet. Et ideo sequere prædicta, quæ ipse non ponit, omisso ei⁹ ostentatiuo multiloquio. Et ad prædicta uide omnino, quę dixi post alios, de iudi. cùm deputati.

a *Procuratorẽ] Adde Bart. in l. neq;. C. de procurato. uersic. ulteriùs opponitur etiam ante lit. contest. & Bald. in addi. ad Spec. in tit. de procu. uersf. pater non potest. & text. in authẽ. de sanc. episcop. §. si quando. & text. i cle. fi. i ult. char. in princi. in j. opo. de procur.*

Solus pręlat⁹

Dat † curatorem a. Abb. hîc in quarta quæstione. Addit And. Sic. Bal. in l. j. ff. de procu. ubi dicit contra glo. ibi, q̃ prælati ecclesiarum, etiamsi sint regulares, qui non habent, nisi simplicem usum fa-

6

4

c. edoceri.

7 Item dum dicunt, quòd † facultas dandi procuratorem regulatur ad facultatem agendi, adde, quæ dixi de re iud. cùm l. & A. uer. ubi religiosus. Et dum Abb. dicit, non ualere pactum, q̃ mihi non liceat procuratorem reuocare, allegando Bart. Adde Ange. in l. & in perpetuam. ff. de procu. & Ange. & Imo. in l. Stichum. §. usum fructum. ff. de solu. ampliantes hoc, etiamsi esset adiecta pœna. Et ita consuluit etiam Ang. consi. mihi ccxxij. Punctus talis est: Martinus de Florentia. ubi etiam pulchrè declarat ista, & eorum rationem. Idem, si interuenit iuramentum: glo. trita in c. fi. in uerbo, reuocatus. de procu. in vj. quam sequitur Ange. in d. l. & in perpetuum. & Imol. in d. §. usumfructum. & Lud. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. & in l. j. §. si stipulanti. ff. de uerb. oblig. & Imol. latè de iureiur. cùm contingat. fol. 13. ibi, sed dubium est. dum modò talis reuocatio fiat ante lit. cõtest. per ea, quæ habentur in l. ante litem. cum sequentibus, ff. de procu. & in cap. fi. de procur. in vj. nisi in certis casibus ibi enumeratis. Et adde Paul. consi. lv. uenerabilis uir. ubi sequitur gloss. in d. c. fi. An autem contraueniendo in curratur periurium, licet actus teneat, uide Ioan. And. in regula, quod semel. in Mercu. & Imo. in d. c. cùm contingat. & Lud. in d. §. eleganter. dixi de foro compe. si diligenti. nona fallentia, ubi etiam inuenies, an dicta glo. procedat in spiritualibus, post Rotã de proc. viij. in antiqs. Et ibi dictis adde notabile consiliũ Alex. mihi clx. Visis capitulis, ubi cõsuluit inter dominos corrigiæ, quòd pactum fratris de se non diuidendo etiam iuratum, non impediat diuisionem, propter gloss. in d. c. fi. & per id, quod de testamento iurato dicitur in locis, per eum ibi allegatis. Dixi aliquid infrà, ex parte decani. uer. amplia quintò. Dixit etiam Innoc. in hac materia in cap. fi. de testi. in vj. quòd solùs prælatus potest reuocare procuratorem à se & à capitulo constitutum: sed si esset datus in bonis diuisis, requireretur consensus capituli. & refert latiùs ibi Domi. in prin. & no. Arch. in c. fi. uer. in hoc casu. v. q. iij. & Abb. in c. unico, infrà, de syndico. & Domi. in cap. bonæ. el. ij.

ibi, Et ex his infertur. de postu. præla. quia solus prælatus habet exercitium actionis. Et ita etiã pulchrè firmat Bart. in l. actor. ad fi. ibi, sed iuxta prædicta. ff. rem rat. hab. Sic etiam intellige ipsum in l. item eorum. §. si actor. ff. quod cuiusq; uni. no. & in l. si per epistolam. in fi. ff. de acqui. hære. & ibi Imol. ad fin. & Bart. in l. neque tutores. ad finem, C. de procur. ubi etiam sequitur dicta Innoc. in d. cap. ij. Et dicit Innoc. in d. cap. bonæ. super uerbo, temere. ibi, sed quid dices, capitulum consentit, etc. quòd si canonici constituerunt procuratorem, ut uniuersi, nõ possunt singuli eorũ reuocare mandatũ: secus, si ut singuli. Vnde si plures habẽtes rem cõmunem, fecissent procuratorem ad litigandum, uel cõtrahendum, de illa possunt singuli re integra ipsum reuocare, non obstante contradictione sociorum, secundum ipsum: & etiam re non integra, dum modò illis consentiat procurator, secundum Ioan. And. ibi, per cap. ij. de procur. in vj. & hoc dictum Innoc. sequitur etiam Archi. in d. c. fi. v. q. iij. ¶ Et ex eo intulit Bald. in l. mutari. §. j. ff. de procur. quòd in re communi pluribus, ut singulis, potest unus ex dominis reuocare procuratorem, ut suspectum, licet alij non uelint. Non obstat prædictis, quòd uideatur necessaria eadem solennitas in reuocatione, quæ requiritur in constructione, iuxta gloss. ij. ibi, septem testium. in l. cùm proponebatur. de leg. ij. quæ requirit tot testes in probatione erroris testamenti, quod ad conficiendum testamentum: & approbatur à multis, maximè plerunque à Bald. & copiosè per Alex. in rubri. ff. de acqui. pos. & in l. inter stipulantem. §. sacram. de uerb. ob. & per alios, de quibus aliàs: quia potest dici illud uerum, quando solennitas fuit necessaria: sed hîc consensus capituli non fuit necessarius circa bona administrata à solo prælato: sed si administratio esset communis, procederet argumentum. Et idem, ubi consensus alterius fuisset necessarius: quod etiam prædicti fatentur, & not. Paul. de Cas. in l. tria. ff. de serui. rusti. prædio. Et quòd ita intelligi debeat gloss. in d. l. cùm proponebatur. uide Aegi. Belle. conclusione Ro. dcclxlvj. licet obseruet. Et ibi etiam inuenies, quòd in declaratione actus requiritur eadem solennitas, quæ in ipsius actus confectione, quando absque declaratione actus esset nullus: secus, si actus erat ualidus etiam sine declaratione: quod etiam notat Rota, de rescrip. xxvij. in nouis, post princ. ¶ De materia etiam uide Spec. de proc. §. ratione quoque constituentis. circa prin. ibi, item quòd constitutus est ab abbate. & in tit. de syndico, ibi: item quòd non est constitutus. Dixit etiam Bald. in l. si consul. j. commento, ad finem, ibi: quinta quæstio. ff. de adopt. quòd si episcopus, tanquam pater pauperum, facit procuratorem pauperum ad agendum, poterit agi coram se: quia distinctum est officium, quo est pater pauperum, ab officio, quo est prælatus omnium: & ita seruat consuetudo, secundum eum. ¶ Dixit etiam Bald. in l. j. C. de seruis reipu. ma. quòd uniuersitas non potest constituere syndicum sine authoritate superioris[a]. Nec. obst. quòd tota die capitula ecclesiarũ constituunt syndicũ absq; authoritate superioris, ut hîc: quia, secundum eum, præpositus capituli habet iurisdictionem. Allegat not. in c. cùm ab ecclesiarum. de offi. ordi. Et ideo authoritatem interponit. Allegat no. in d. c. ij. de testi. in vj.

a *Superioris*] *Adde Bald. in l. si cautiones. C. qui accusa. non pos. ubi dicit, non creari syndicum uniuersitatis sine decreto, sed syndicum collegij sic. Et tenet Alex. de Imol. in l. actor. rem ratam hab.*

Vacante sede Non agitatur causa ecclesiæ cathedralis, ut in locis hîc allegatis, per Abb. in v. q. ¶ Ampliatur primò, etiamsi iudicium esset cœptum ante uacationem. Innoc. & alij in d. c. fi. ne sede uac. & facit clem. fi. de procu. ubi etiam, quo ad cœpta, expirat mandatum procuratoris mortuo prælato. ¶ Amplia secundò, etiamsi causa non concernat plenum præiudicium ecclesiæ uacantis, sed qualequale. Abb. in c. uerum. secundo notabili, de foro compe. dicens, esse text. notabilem ibi, ubi causa uasallorum ecclesiæ nõ agitatur uacante sede. ¶ Amplia tertiò, etiam in bonis communibus. Abb. in cap. j. ibi, plus etiam placet mihi. de præscrip. quia non debet licere membris deducere talia in iudicium sine capite, cùm possit præiudicari prælato, nisi essent talia, in quibus non timeretur de magno præiudicio, c. fi. de reg. in vj. & cap. unicum, ne sede uacan. eod. lib. secundum eum. ¶ Fallit primò, quando capitulum litigaret, ut tueretur exercitium iurisdictionis episcopalis, fortè super uiolatione interdicti per episcopum lati. Imol. titulo proximo, cùm inter. per text. ibi, secũdum unam lecturam, quam ualde extollit. ¶ Fallit secundò in causa, quæ commodiùs de sui natura uenit tractanda sede uacante, prout est causa electionis. Text. cum gloss. notabili in cap. ij. in uerbo, procuratorem. de restit. in inte. & tex. in cap. cùm dilectus. de consue. secundum unum intellectum, quem ponit ibi Butri. & Abb. in iij. col. uersi. Innocen. hîc. & ibi Imol. & But. hîc, & Imol. hîc, & in cap. cùm olim. ad fin. de testibus. ¶ Fallit tertiò in causa, quæ absque periculo differri non potest. Hostien. Ioan. And. Butrig. & Imol. hîc, & Signorellus consilio propè allegando, & Butri. & Abb. in dicto cap. fin. dicentes, posse recipi testes ualetudinarios. Faciunt similia, quæ dixt de iudic. cùm non ab homine. suprà, titulo præcedenti, ex parte. & in cap. quoniam. in princip. ut lite non contest. ¶ Fallit quartò in bonis separatis inter prælatum & capitulum: quia licet sede repleta requiratur consensus prælati, ut in cap. causam. el j. de iudi. & in cap. j. de procura. tamen uacante sede potest capitulum agere pro illis. Hostien. in dicto cap. fi. & sequitur ibi Abb. per cap. unicum, ne sede uacan. in vj. Tamen ille text. loquitur, ubi non adest ille, cuius consilium debet requiri: hîc autem agitur de consensu. Et ideo propter authoritatem Hostien. not. hanc fallentiam: & considera, quia fortè operabitur solùm in arduis: nam in alijs non uidetur necessarius consensus prælati in bonis discretis, ut in prima ampliatione primæ declarationis, de qua suprà, & in articu. præcedenti circa dictum Bal. in §. ueterani. Tamen prædicti sentiunt, quòd etiam in non arduis procedat dictum cap. causam. licet bona sint discreta. ¶ Fallit quintò in ecclesijs inferioribus. Vnde mortuo abbate, uel alio prælato inferiore, conuentus habet administrationem omnium bonorum, & pro ipsis potest agere & constituere procuratorem. Innoc. singulariter infrà, tit. prox. cùm dilectus. & sequitur Rota de supplen. neg. prælat. j. in antiquis, & exclamat Abb. in d. cap. cùm dilectus. dixi plenius in cap. his, quæ. uel in cap. cùm olim. de maio. & obedi. & ad prædicta uide etiam Franc. Pauinum in tractatu De sede uacan. in ix. q. ij. partis, ubi latè ponit, an capitulum sede uacante possit iudicialiter experiri in causis ecclesiæ uacantis, agendo, uel defendendo: & nõ uideram adhuc ipsum in prædictorum editione. ADDITIO. ¶ Et adde sextam fallentiam, scilicet quando aliquis de capitulo agens pro iuribus suæ dignitatis, deducit in consequentiam ius sedis tunc uacantis. Abb. post hos in d. c. cùm olim. ibi, nec obstabat uacatio ecclesiæ. de testi. ¶ Adde etiam ad hanc materiam elegans consilium Signorelli de Homodæis, ix. incip. Si quæratur, an capitulum, ubi latè ponit de ecclesia inferiori: & ponit certos casus, in quibus firmat, eius cõuentum posse constituere syndicum sine superiore, uidelicet quando prælatus est inhabilis, uel absens, uel penitùs non est: quos casus æquiparat: & hoc maximè, si est negotium paruum. Nam in istis leuioribus non est necessaria authoritas maioris, l. penul. in fin. C. de peda.

peda. iud. Idem, si sumus certi, quòd ecclesiæ non prouidebitur de proximo de prælato. Tutius tamen esset, si curator constitueretur: & hoc dicit se obtinuisse in facto.

Sequi Potest consensus prælati in ista materia: quia non uenit per uiam authoritatis, ut hîc. Abb. in vj. q. post Doct. Pro quibus facit talis ratio: quia actus uniuersitatis dicitur propriè confirmari, §. interim. in authen. de defen. ciuita. Notat Imo. post Bal. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ad fi. ibi, quid autem, si statuto. ff. de acqui. hære. inferens, quòd stante statuto, quòd syndicus non possit creari sine authoritate potestatis, potest authoritas sequi: quia est confirmatio. Et quòd ita sit, quòd authoritas, quæ sapit confirmationẽ, potest interuenire ex pòst facto, no. Bald. in l. j. C. qui admit. Et ita in proposito, cùm iste sit actus collegij, cõsensus sapit confirmationem. Ad idem doctrina But. Imol. & Domi. j. tit. proximo, cùm consuetudinis. dum dicunt, quòd ubi actus tangit gerentem actum, & habentem consentire illi, tunc consensus non sapit authoritatem. ¶ Dum dicit Abb. quòd † ubi actus capituli est utilis ecclesiæ, consensus superioris potest sequi, etiam ubi ueniret ut authoritas, per c. si qua. xij. q. ij. addit Andr. Sic. gl. in l. ij. ff. de accep. ubi pupillus sine authoritate tutoris potest obligari, si ex illa obligatione pupillus acquirat commodum. Et dicit Ang. consi. ult. quòd ualet contractus utilis mulieri, licet non interuenerit solennitas consensus propinquorum requisita à statuto: licet Bal. teneat contrarium in l. quæcunq;. C. de bo. quæ lib. secundum eum ponentẽ ista latiùs in d. c. cùm consuetudinis. Adde Abb. in c. cùm causa. in fi. de re iudi. & in c. causam. de iudic. Et ibi latè dixi, ponendo etiam de contractu utili minori, in quo non interuenit solennitas. De quo etiam per Lu. cõsi. cccxvj. Circa propositam. Et uide Bellenci. in c. j. ne sede uacan. ponentẽ intellectum d. c. si qua. Et considera, quòd ubi solennitas requiritur pro forma, non sufficit, quòd sequatur, ut dicetur j. c. proxi. uersi. amplia sextò.

9 Curator Non † datur capitulo. Abb. hîc post alios in vij. q. Aduerte: nam fuit opi. gloss. hîc, quòd detur curator liti. Et idem gloss. de app. significauit. & sequitur hîc And. Sic. dicens, quòd iura, quæ allegantur in contrarium, non probant: quia non aperiunt, utrùm capitulo datus fuerit curator, uel non: & istum curatorem dabit iudex causæ, per c. fin. de iudi. in vj. & l. sancimus. §. sed & si quis. C. de admi. tu. secundum ipsum. Pro quo adde gloss. in uerbo. œconomus. §. portularum. in authen. de sanctiss. epis. quæ etiam dicit opus esse curatore. Et adde Bart. in l. potest. ad fin. ff. de author. tut. ubi dicit, quòd syndicus factus à capitulo cum authoritate superioris, non potest agere contra superiorem, si litigabat cum capitulo, & syndicus factus à populo, non potest agere contra potestatem. Allegat dicta Innoc. hîc. ¶ Communis opinio est contra gloss. hîc, quòd non sit opus curatore. Et idem glo. magna ibi, sed secundum iura nostra. in c. fi. v. quæ. ij. & ibi Archi. & Domi. & Spec. de syndico. §. ibi, sed quid si causa, & omnes hîc, & Abb. in cap. cùm super. de offi. dele. g. per illum text. quem dicit singularem, & à nemine ponderatum. Ad hoc idem Abb. post alios in cap. fi. significauit. Non obst. quòd dicunt gloss. capitulum æquiparari minori: quia uerum est, ut ratione læsionis detur restitutio: sed non, quo ad hoc, quòd dicunt glo. quòd non possit pro suis iuribus liberè esse in iudicio contra prælatum, & constituere syndicum. Patet ibi, & in cap. cùm ecclesia Vulterana. de elec. & in cap. dilectorum. de testi. cogen. & in cap. cùm olim. de causa pos. & in d. c. cùm super. in prin. & in c. dilecti. de app. ubi patet, capitulum litigasse contra prælatum: tamen non legitur fuisse datum capitulo curatorem, secundum ipsum, quem sequitur ibi Philippus. ¶ Ex his sequitur notabilis doctrina: uidelicet,

c. edoceri.

Omittitur suspectum Consiliũ quòd aliàs esset necessariũ. Nam uidetis per prædicta, quòd ubi persona aliàs requirenda, est uerisimiliter suspecta in actu propter affectionem, potest omitti requisitio suæ uoluntatis, sicut isto casu omittitur consensus prælati, contra quem est agendum, licet aliàs requiratur. Similiter dixit glos. j. in c. cùm pastoralis. j. q. vij. quòd si monachus uult accusare abbatem, non est necessarius consensus abbatis, qui aliàs requiritur, ut dicetur infrà, c. proxi. ad fi. Similiter dicit tex. in §. œconomus. in authen. de alie. & emphy. quòd res ecclesiæ debet dari in emphyteusim præsentibus œconomis & chartularijs ecclesiæ. Sed œconomi & chartularij, nec per se, nec per interpositam personam possunt accipere illam emphyteusim. Vnde infert ibi Ange. quòd si uxor prohibetur à statuto testari sine præsentia uiri, non potest eũ præsentem, uel alium pro ipso præsenti recipientem instituere. Similiter infert, quòd stante statuto, quòd gabellæ debeant uendi per officiales ad hoc deputatos præsentibus conseruatoribus monetæ, ipsi conseruatores, uel eorum parentes non possunt per se, uel interpositas personas cas emere. Similiter dicit Spec. de actore. §. j. uersi. quid si filius. in fi. quòd his casibus, quibus filiusfa. potest agere contra patrem, non est necessarius in agendo consensus patris. Et est gloss. magna ad fi. in l. cùm non solùm. C. de bo. quæ lib. & dabitur tunc filio curator ad litem, cuius officium expirabit lite finita, iuxta §. fi. Insti. de autho. tu. secundum Spec. ubi suprà. Similiter dicunt But. & Abb. de his, quæ fiunt à præla. nouit. quòd si prælatus uult procedere contra consanguineum, uel amicum capituli, non tenetur requirere capitulum, arg. c. non æstimemus. xiij. quæ. ij. ubi nemo unquam carnem suam odio habuit, etc. Similiter Bal. in cap. olim. ad fi. C. eod. dixit, quòd in congregatione concilij fienda contra Papam, quando fieri potest, non est opus eius authoritate. Similiter dixit gloss. in c. irrefragabili. §. fi. in uerbo, delegatus. circa medium, de off. or. & in puniendo delictum capituli, non tenetur episcopus requirere capitulum, quod aliàs requiritur in correctionibus, ca. episcopus nullius. xv. q. vij. nisi in casu c. non est. de consu. in vj. Similiter dicit But. de his, quæ fiunt à præla. pastoralis. quòd si episcopus uult agere, uel aliquid expedire contra capitulum, non tenetur ipsum requirere. Et idem Archi. in d. c. fi. v. q. iij. Similiter dixit Abb. infrà, c. prox. in iij. notabili, quòd ubi capitulum est suspectum, non succedit uacante sede in administratione, per illum text. & alia iura ibi allegata. Similiter dicit Bald. in l. pridiæ. C. de nup. quòd statutum loquens de consensu propinquorum, intelligitur de non suspectis[a]: & qui non procurent propria commoda potiùs quàm commoda minoris. Similiter dicit Bart. in l. j. ff. de autho. tut. & Lud. in l. j. C. unde uir & uxor. & Abb. in c. sicut nostris. in fi. de iureiur. & Imol. & Rapha. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. Quòd si statutum dicit, quòd mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum, nec; testari, non sufficit, si consentiant illi propinqui, cum quibus contrahit, uel quos instituit: quia statutum uidetur requirere consensum eorum ad integrandum personam mulieris, non ad fauorem consanguineorum, ut dicunt Bart. & Bald. in l. transactionẽ. per illum text. C. de transact. quamuis Ange. aliud dicat in d. §. fuit. quem etiam reprobat ibi Alexan. nisi in casu, de quo ibi per eum, in fi. uidelicet, quando

a *Suspectis*] *Adde Bald. in l. cùm hæres. circa fi. & ibi Ange. & Imo. ff. de acqui. hære. & in l. improbũ. in fin. C. de infam. & in suo consil. incip. in Dei nomine, amen: quia uerba statuti.*

quando palàm, & bona fide, & sic pro iusto pretio emerent, per l. cùm ipse. C. de contrahen. empti. & per id, quod not. Bart. in l. pupillus. §. fi. ff. de author. tuto. pro quo uide, quod not. Abb. in d. c. sicut. in fi. Et de materia per eundē de elec. cùm in uetери. Vbi aūt requiritur consensus alterius fauore ipsius, tunc secus: & ponі pōt exemplū in casu disputato per Io. And. in regula, is, qui tacet. de tacita licentia episcopi. In quo actu cōcurrunt etiā aliæ rationes sustētantes alienationē illā, quasi nō factā in extrancū, de quibus ibi per Io. And. Et ista not. quia plerunq; inseruient, nec alibi inuenies reducta.

Etiam in alijs Prælatis habet locum iste text. Abb. hîc post alios in viij. q. ¶ Sed nota, dum dicit, quòd habet locum in rectore singularis ecclesiæ carente capitulo: nam pro hoc est gloss. notabilis in c. potuit. de locato. in uerbo, repelli. ante medium, ibi: & si unus sit sacerdos. probans, q; tantā potestatē habet rector in ecclesia nō collegiata, quantā habet prælatus cū capitulo in ecclesia collegiata. Et dicit ibi But. se nescire eam alibi: & eā etiā sequitur But. hîc. & Imo. & eā diuersimodè gustant Doc. ¶ Patet ex dictis Lu. consi. xxvj. & Ab. in c. j. de dolo & contu. & in c. imperatorum. de iura. calum. & Spe. de procu. §. ratione quoque constituentis. circa princ. ibi, porro ubi in ecclesia. & in titu. de locato, §. nunc aliqua. uersi. xlvj. & Abb. in c. his, quæ secundo notabili, de maior. & obed. & Ludoui. in l. si uerò. §. de uiro. xxviij. fallentia, ibi: nonò probatur. ff. soluto matrim. ubi plura adducit in simili. Bene facit gloss. in clem. ij. in uerbo, constitutus. ibi, quid si nullus. de ætate & qualitate. & text. in cap. relatum. §. j. uersic. ubi autem. de testamen. Et ista nota ad materiam regulæ, delictum. quia in casibus, in quibus delictum prælati præiudicabit ecclesiæ, si requisiuit capitulum, in eisdem præiudicabit delictum solius prælati carentis capitulo. Et dicit Alberic. in l. si in aliquam. §. j. ff. de offi. proconſ. quòd si in una ecclesia, sicut Paduana, sit tantùm una dignitas, scilicet archipresbyteralis, tantam dignitatem & potestatem habet ille solus, quantam habent plures, qui sunt in alia, ut archidiaconus præpositus, primicerius, & decanus: & uice omnium fungitur, per text. ibi, & alia per eum alleg. ¶ Limita, nisi agatur de alienatione rerum ecclesiæ: quia solus prælatus non potest in eam authorizare, siue sit episcopus carens capitulo, siue prælatus inferior carens collegio, ut per Abb. in cap. j. in fi. de his, quæ fiunt à præla. ubi dicit post Innocen. & alios, quòd requiret consensum aliorum honestorum clericorum: & facit c. placuit. xij. quæst. ij. & c. nullus. xvij. quæst. iiij. & idem not. Lauren. de Rodul. in repe. c. sine exceptione. ibi, sed quæro. xij. quæst. ij. ¶ Et licet isti loquantur in ecclesia cathedrali, tamen idem est in inferiori, secundum Abb. in d. c. j. Nec est dare differentiam inter cathedralem & inferiorem, quasi cathedralis tractet maiora & magis ardua negotia: quia etiā inferior posset quandoq; tractare ardua, & cathedralis quandoq; tractare non ardua. Et licet Doct. in d. cap. j. loquantur in alienatione, fortè idem in alijs actibus æquè arduis, sed in alijs procedet gloss. in dicto cap. potuit. ¶ Adde etiam Rotam de iudi. vij. in nouis, ubi dicitur, quòd moniales, præsertim canonicæ seculares, habentes aliqua officia distincta, siue administrationes, in monasterio, siue extrà, possunt agere & defendere pro administrationibus suis, & procuratorem constituere pro iuribus & rebus earum. Alleg. Gul. in cle. j. de rescrip. & dictum Innocen. infrà cap. proxi. quòd repetit Arch. in cap. j. de iudi. in vj. & sequitur But. hîc. Pro quo uide text. in cap. j. §. porro. de stat. reg. in vj. ubi dicitur de abbatissa & moniali, quòd possunt constituere procuratores monasteriorū & administrationum suarum. Et ille est text. expressus & optimus pro dicta decisione Rotæ, secundum Domi. hîc, & in dicto §. porro. ij. notabi. Si autem monachus deputaretur administrator aliquarum possessionum, uel uillæ, non posset pro eis agere, nisi deputaretur procurator, uel syndicus. Nam si aliter uellet agere, oporteret, quòd diceret, Ago nomine meo: quod non licet, cap. cùm ad monasterium. in fi. de sta. mo. Sed tunc superior aget nomine monasterij, ut not. de iudi. cùm deputati. secundum But. & Domi. hîc. Quibus adde, quæ dicentur infrà. cap. proxi. ad fin. ponendo generaliter post alios, quando religiosus agere posset. Vltimò ad materiam huius decretalis uide etiam, quod not. Ioan. And. de temp. ordi. ad aures. & ibi Butri. & quod not. Rot. allegando Innocen. hîc, de resti. spol. ulti. in antiquis. Et adde Fede. consil. ccxcvj. Ad secundum dubium, etc. ubi dicit, quòd in bonis diuisis potest capitulum facere contractum precariæ sine consensu episcopi. ¶ Et not. quòd ubi in aliquo facto tangitur ius canonicorum, priuilegium committens aliquid episcopo, semper intelligitur requisitis canonicis, nisi Papa ex certa scientia præcipiat ita fieri, & exprimat in literis suis, non obstante cuiuscunque contradictione. Ita Archi. & Domi. viij. quæst. j. licet. & sequitur Maria. consi. mihi xxiij. Bonæ memoriæ pius seruus. Cogita, utrū illa uerba, Non obstante contradictione, intelligantur de contradictione iniusta tantùm, ut in simili dixi suprà, eod. causam. ad fi. Tamen bene uidentur excludere consensum capituli aliàs necessarium. Et ad materiam faciunt, quæ scribit Domi. in cap. generalis. liij. dist. & in cap. de Constantinopolitana. xxij. dist. tractando, quando confessio prælati noceat ecclesiæ, & dixi per regulam limitatam in cap. fi. de præscrip. post Abb. ibi. ¶ Demum, si dubitaretur, utrum, quæ dicta sunt de rectore ecclesiæ, habeant locum in rectore hospitalis: uide, quæ dixi de præscrip. de quarta. ubi bis legendo illam decre. posui plurima dicta nouiter reducta æquiparando hospitalia ecclesijs, subiunctis postea ordinatis declarationibus. Scies etiam, quòd istum text. allegat Lud. consil. cccxxxij. Quo ad primum. ad probandum, quòd prior monasterij inferioris non uocatur ad electionem prioratus sibi maioris habentis bona diuisa. Ad quod etiam allegat alia idem Abb. post alios in c. fi. in fi. de reli. do. Item scias, quòd Pet. de Anch. hîc dixit per uerbum Fortè, quòd si prælatus non defendit bona ecclesiæ, debet remoueri ab administratione, ad instar eius, quod dicitur de tutoribus[a], & procuratoribus recusantibus defendere causas sibi commissas, l. eum, qui. C. de procur. & l. ij. ff. de administr. tut. Et hoc dictum sequitur And. Sicul. ad dens gloss. in c. licet Heli. in uersi. de dilapidatiōe. ibi, secus, si ob culpam. de simo. & Nic. de Neap. in l. impuberibus. §. j. ff. de suspec. tut. Vbi dicit per illum text. esse remouendum prælatum, qui negligit[b] gubernare res ecclesiæ. Inducit etiam glo. j. in §. si quis autem. Insti. de suspec. tut. quæ dicit, quòd pendente accusatione prælatus non debet administrare. Sed iste passus est difficilis & importans: ideo dic, ut latiùs collegi in c. j. in princ. de treuga & pace. Vbi inuenies, quando propter negligentiam posit prælatus deponi. Et adde Alex. in d. l. eum, qui. in secundo notabili. ubi habes de executore testamenti negligente.

SVMMARIVM.

1 Processus factus per literas surreptitias, irritatur, sed factus contra formam mandati irritus nunciatur.

a De tutoribus] Adde, quia uidetur æquiparari prælatus tutori et curatori, ut per do. Soc. consi. xv. inci. Visis prædictis publicis istrumētis. uer. hæc aūt conclusio. circa medium, in prima parte: & consil. xxxij. incip. Exhis, quæ super ius. uersi. hoc probatur. circa medi. in d. parte.

b Qui negligit] Quid, quādo prælatus sit negligēs? Vide not. per d. Soci. consi. ij. inci. Sequendo ordinē. uer. est enim regulare. circa prin. in j. parte.

2 Surreptio & obreptio quàliter differant.
3 Lex, Barbarius Philippus. habet locum etiam in delegato.
4 Ordo scripturæ quando debet attendi.
5 Ordo uerborum non attenditur, quando constat aliter de uoluntate disponentis.
6 Forma quid sit, & quot sunt signa formæ.
Gesta contra formam sunt nulla. Post nu. 8. uersi. gesta contra formam.
7 Rescriptum licet det potestatem procedendi summariè, de consensu tamen partis potest procedi ordine iuris.
8 Iudex ecclesiasticus supplens negligentiā iudicis secularis, debet procedere summariè: sic etiam debet procedere secularis.
9 Arbiter & arbitrator, an & quando differant.
10 Statutum dictans, quòd nemo banniatur, nisi sub tali forma, si forma non seruetur, non ualet, quod agitur.
Solennitas leuis posita pro forma, quid importat. Post nu. 10. uersi. amplia decimò.
11 Baptismus an perficiatur dicendo, Baptizo te in nomine trinitatis.
12 Iudex si excessit mandatum, & excessus non sit iniustus, & istud, in quo excessit, sit utilius mandato, tunc non uidetur excedere formam.
13 Item, nisi delegatus recedat ab eo, quod sonāt uerba formæ, ut audiat rationabilem exceptionem partis.
14 Item, si per confessionem partis recedatur à forma, cuius menti satisfacit manifestatio confessionis.
15 Monachus non potest agere. Et hoc ponitur pro regula.
Monachus potest agere accusando suum abbatem. Hæc est prima fallentia à superiori regula, post num. 15. uersi. fallit primò dicta regula.
16 Monachus potest agere, quando petit restitui in monasterium, tanquam iniustè eiectus.
17 Monachus an & quando possit obligare monasterium.
18 Monachus potest agere, quando est in studio de licentia abbatis sui.
19 Monachus potest obligare monasterium pro expensis doctoratus: quia est utile monasterio.
20 Singuli de uniuersitate compelluntur contribuere, quando uniuersitas non est soluendo.
21 Monasterium si destruatur, bona debent diuidi inter monachos.
22 Legatū si fit factum in certo hospitali pro alimētandis pauperibus, uel pro officio in certa ecclesia, destructo hospitali, uel ecclesia, legatum non debetur.
23 Collegiali recedenti de collegio, an debeatur restitui id, quod ad collegium apportauit.

CAPITVLVM XXII.

1 **Vm dilecta.** ¶ Processus † factus per literas surreptitias, irritatur: sed factus cōtra formam mandati, irritus nunciatur. H. D. Dum Ab. in ij. notabili dicit, quòd secundæ literæ non faciebant hîc mentionem de notabili clausula primarum, scilicet restitutionis subtractorum: considera, quomodo ista sua uerba intelligantur: quia imo tex. ibi illius articuli expressè dicit, q; in secundis literis fuit facta mentio illius articuli, sed præter conscientiam Papæ, nisi intelligas, quòd requiratur mentio, quam Papa sciat, nō, quæ eius notitiam effugiat. Et signa nouum uerbum Abb. hîc ad limitationem clem. ne in agro. §. abbate. de stat. mo. dum dicit, quòd conuentus non succedit in administratione uacante sede, quando in cōuentu est orta scandalosa dissensio, per istum tex. & ista per eum alleg. Adde, quæ dicta sunt in c. præced. uersi. omittitur. Dum Abb. not. glo. j. pro stylo hodierno curiæ, per quē literæ de iustitia expediuntur per uicecancellarium Papæ, adde glo. in c. statutum. in prin. in uerbo, literarum. de rescrip. in vj. per quam notat ibi Domi, quòd suffi-

cit scientia cancellarij, & æquiparatur scientiæ concedentis. Et dicit Bellemera conclusione dcij. cancellaria, quòd cancellaria Papæ omnes causas, quæ sunt de cōmuni iustitia, potest committere absq; speciali mandato. Dixi aliquid in rubrica huius tit. Ad idem glos. j. ad fi. in t. fi. j. de procur. Sed Domi. post Imol. in d. c. statutum. dicit, standum esse stylo: quia de iure inferior non tollit legē superioris. Et dicunt hîc Host. & Io. An. quòd ubi concurrit scientia cancellarij, sufficit, quo ad hoc, ut impetrans non iudicetur fallsarius: sed quo ad hoc, ut ualeant literæ requiritur scientia principis etiam legentis. Ex quo dicit hîc Domi. posse sumi rationē, quare in supplicatiōe Papæ apponitur clausula, uidelicet, Sine alia lectione, ut non habeat necesse postea legi coram Papa. ¶ Circa quinq; intellectus positos hîc per Abb. ad istum text. quare irritatur iste processus, contra quem pars non opposuerat, addit hîc And. Sic. sextum intellectum; q; ideo irritatur processus secundus, quia primæ literæ concernebant etiam fauorē tertij, & restitutionem rerum monasterij. Vnde licet, quo ad partes, ualeat aliàs processus, si non opponatur, tamen fallit, ubi agitur de interesse tertij, si processus staret. Allegat Inn. de offi. deleg. ex literis. ubi dicit, q; licet ualeat processus stante dubio de iurisdictiōn, non tamen quo ad tertium, quando re uera iudices procedentes erant reuocati. Quinimo licet Inn. dicat, q; ualet, quo ad partes, tamen dicit An. Sic. contrarium propter cōmunionem, quam in materia litis habēt partes cum tertio, propter quam gaudebunt cōmodo irritationis competente tertio, arg. l. si cōmunem. ff. quemad. ser. amit. & hîc per eū amplioribus uerbis hoc solūm importantibus. ¶ Confidera: quia ut j. dicetur post Ab. dicta restitutio cōcernebat cōmodum monialiū, quo ad utensilia, non commodum tertij. Præterea separabilis est hîc commoditas partiū & tertij, etiamsi restitutio tangeret ecclesiā. Item dicta differentia inter ius tertij & partis, cōmuniter nō tenetur in proposito, ut per Ab. in c. audita. de rest. spo. & in d. c. ex literis. in fi. & ibi etiam per Imo. in fi. quos retuli ſ. eo. cæterùm. uer. quarta restrictio. ¶ Tene † menti differentiam inter surreptionē & obreptionem[a], quā posuit hîc Innoc. ut hîc per Abb. in quarto intellectu. Et sequitur etiā Bu. i c. ex parte. secūdo notabili, de capel. mona. & uidē etiā seq; Ab. ſ. eo. cæterū. & But. ſ. eo. sup literis. ibi, uel dic, q; licet Legistæ. & But. Domi. & Ab. hîc. Nō tñ dicit Inn. prout isti innuunt, q; processus ex literis obreptitijs sit nullus, sed q; est irritandus, quandocūq; opponeretur. Non sic in surreptitijs: quia nisi opponatur à principio, non potest postea opponi, licet Ab. hîc referat Inn. dicere, q; processus ex obreptitijs sit nullus absq; exceptione. Et adde Innoc. ſ. eo. ad aures. quasi in fi. ubi etiam dicit per istum text. cassandum esse, quicquid fit per literas obreptitias. ¶ Sed Imo. hîc, & j. eo. ad audientiam. impugnat hanc differentiam: quia imo processus ualet mero iure, utiq; tam per obreptitias, quàm per surreptitias. Primò per istum tex. qui, secundum Inn. uidetur loqui in obreptitijs, & tamen dicit processum cassandum, non irritum. Sed ad hoc dici posset, ut paulò antè, q; bene sit cassandus, quandocūq; opponetur: non sic in surreptitijs. Secundò mouetur, & fortiùs: quia non debet plus operari papam nō intellexisse plenè factum per nimiā inuolutionē uerborum, quàm si istud fuisset tacitū. Tertiò: quia etiamsi dolus interueniat in rescripto ad lites,

a Inter surreptionem & obreptionem] Adde tu, an iudex ex officio suo possit eū, qui obrepserit, punire: & an pœna obripientis iudicij, sit pœna falsi, uide in l. si quis. ff. de re. eorum. et in l. quicunque. ubi Bart. ad fin. C. de ser. fugi. Bald. in l. unica, C. si nup. ex rescri. princi. pet. ponit, quis dicatur obrepere, uel surrepere: & in l. si legibus. C. si contra ius uel uti. pub. Adde do. Ab. hîc in uers. quarti intellectum.

rescriptum nõ est omnino nullum, ut fuit dictum ſ. eo. super literis. Et sic, quo ad effectum, non uidentur ista differre. Et idem uult Card. ſ. eo. super literis. secundum eum. ¶ Postea subdit Imo. alium intellectũ, q̃ ista exceptio fuit hîc opposita, & reiecta expressè, uel tacitè, & nõ fuit tunc appellatum. Licet ergo reiectio, uel interlocutoria super reiectione transeat in rem iudicatã, quo ad præiudiciũ partis, c. cùm dilecti, de elect. nõ tamen, quo ad superiorẽ, per c. cùm cessante. de appel. ¶ Consi dera, q̃ istud est etiã diuinare: & ideo magis consonat intellectus Ab. In quo caue: quia processus secundorũ iudicum non erat directè contra publicã utilitatẽ, sed indirectè: quia turbabat effectũ primarũ literarum, in quibus propter dationẽ administratoris & reintegrationem monasterij magis prouidebatur publico commodo. Et ex his habetur tandem bona limitatio ad ea, quæ dicentur ſ. eo. ad audientiam, q̃ licet processus factus uigore literarum ad lites non irritetur, etiamsi fuerunt surreptitiæ, si à principio non fuit oppositũ, tamẽ fallit, ubi processus præiudicat bono publico: quia potest reuocari quandocũq; Et ita tex. notabilis hîc, secundum istum intellectum, qui est etiam de mente Imo. & referam in d. c. ad audientiam.

3 a **Lex, Barbarius.** Habet † locum etiam in delegato [a]. Omnes Doc. hîc contra Inno. per l. ij. C. de sen. Adde Ang. & Sali. ibi idem tenentes. Idem Bal. in d. l. Barbarius. in lectura, non in repetitione, ibi: unum non omitto. & in l. ij. C. de seruí. Etiam ibi dicit, q̃ lex, Barbarius. habet locum, si concurrat authoritas superioris, & error cõmunis, licet tertiũ non cõcurrat, ſ. publica utilitas. Alleg. d. l. ij. Idẽ Imo. in l. quidã consulebant. ibi, & ad uerte. ff. de re iud. dicens, q̃ satis agitur de publica utilitate, licet interſit unius tantùm: quia interest reipublicæ cuilibet, iustitiam ministrari. Idem Io. de Fan. & Domi. in §. tria. ij. q. vij. per d. l. ij. canonizatã ibi. Et sentit glo. in d. l. Barbarius. dum allegat d. l. ij. Istos allegat hîc And. Sic. inſistens postea in eo, quod incidenter est tactum per Doct. de delegato ad uniuersitatẽ causarum: de quo dic, ut melius per Alex. in l. si uni. ff. de re iud. & Phi. de app. cũ causam. dixi de offi. dele. causa matrimonij. Et inuenies soluta argumenta And. hîc, dum tenet contra communem opinionem: quòd delegatus ad uniuersitatem causarum non æquiparetur ordinario. Adde Bald. in leg. non dubium. ibi, quintodecimò oppono. C. de legi. ubi dicit, quòd ratio legis, Barbarius. non est publica utilitas; propter d. leg. ij. ubi ualet sententia delegati, qui putabatur habilis. Et dicit Bald. in d. l. ij. q̃ sufficit, q̃ publica utilitas uersetur in qualitate officij, licet nõ in singulari actu exercitij: fortè, quia usus fit, quãtum ad paucos. Alleg. l. munerũ. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. Itẽ illa lex facit eum capacem, & publica authoritas cum quasi possessione capacitatis sufficit. Alleg. l. competit. ff. qui & à quibus. Et adde Bal. in rep. d. l. Barbarius. ibi, uenio ad rationẽ. licet in certis lecturis Bar. impressis attribuatur Bart. illa repe, sed est etiam in lecturis Bald. & fortè melius, attento stylo: & ibi concordat cum prædictis. Et ad illud, quòd cesset ratio publicæ utilitatis, respondet, quòd iurisdictio potest considerari tripliciter: uno modo, respectu delegantis: secundo modo, in seipsa: tertio, respectu actus exercitij. ¶ Primo & secundo modo iurisdictio est ordinaria, respectu uerò actus exercitij inter Titium & Seium non attenditur qualitas iurisdictionis: quia nõ denominatur à priuatis, l. j. §. ius publicũ. ff. de iust. & iu. Et ista tene, licet aliter scribat Ang. in d. l. Barbarius. uolens, q̃ dicta lex ij. loquat in delegato dato motu ꝓprio: secus, si ad partis instantiam. Et istam opi. cõmunem tenent etiã But. Imo. & Domi. ſ. eod. sciscitatus. & Maria. in c. fraternitatis. de hæret. ¶ Limita, dum modò error sit circa defectũ personæ delegati: secus, si respectu rescripti impetrati, uel circa concernentia gratiã: quia gesta nõ ualidantur. Ita tex. hîc, secundũ But. Imo. & Domi. Nisi iudices pronunciarent super competentia, ut hîc per Abb. Item, nisi esset probabilis ignorantia circa uitium commissionis: quia fortè ualet processus, secundum eum, nisi in casibus, de quibus per eum: cuius dicta not. ad materiam legis, si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. & dictæ legis, Barbarius. ¶ Sed dum But. & Abb. dicunt simpliciter, quòd ubi est error circa commissionem, non habet locum l. Barbarius. Considera tres casus. ¶ Primus, quando commissio est simpliciter surreptitia: & tunc, si tolleratur delegatus, & nihil excipitur, ualet processus: quia surreptio non uitiat in ipsis rescriptum, nec; processum, nisi à principio excipiatur, ut dicetur ſ. eod. ad audientiam. ¶ Secundus casus est, quãdo fit cõmissio ex rescripto falso: & tunc nõ habet locum l. Barbarius. Detecta enim falsitate declarabitur processus nullus, etiamsi pronunciasset se competentem. Dixi ſ. eo. c. super literis. nona fallentia. ¶ Tertius casus, quando rescriptum est nullum, & tunc detecta nullitate corruit etiam processus, per c. j. de resc. in vj. & no. omnes ſ. eo. ad audientiam. Nisi iudex pronũciasset se competentem: quia ualebit processus. Dixi in dicta nona fallentia, uersi. secundò limita. ¶ Sentit modò Abb. hîc in uersi. sed quando error esset extrinsecus. quartum casum, uidelicet quando super errore cõmissionis esset probabilis ignorantia, & lex non cassat processum in pœnam, nec altera partium fuit in culpa: tũc etiam habet locum lex, Barbarius. non abstante tali uitio. Cogitabã, quando erit hoc: quia non occurrit nunc exemplum, in quo non simus in uno ex dictis tribus casibus, scilicet uel surreptionis, uel falsitatis, uel nullitatis: & in quolibet eorum uidetur dicendum, ut suprà, omissa obscuritate istorum uerborum Ab. & etiam But. ¶ Ad quæstionem, an doctor possit legere per substitutum, de qua doctores hîc super gl. iij. remissiuè loquuntur, uide, quæ dixi de off. dele. c. fi. post Car. & And. Sicu. ibi, & dixi in c. j. de summa trinitate.

Lex, Barbarius. habet locũ in delegato] Et hîc, *qui reputabatur liber ille delegatus*, de *quo in leg. ij. C. de* [illegible] *& ideo sententia ab eo lata* [illegible] *ex eo,* [illegible] *ibi,* [illegible] *ij. Adde tu, an sententia lata ab excõicato, qui non reputabatur excõicatus, ualeat? Gl. summæ xxiiij. q. j. dicit, q̃ ualet, donec detegatur, q̃ sit excõicatus. Vide text. in c. ad probandũ. de re iud. do. Abb. in c. fraternitatis. de testi. in uersi. contra sententiam. Adde Bart. in d. l. ij. C. de sen. ubi plenè tangit. Et quid de iudice infamato, an sententia ab eo lata teneatur? ibi uide. Et sic per istã glo. summè uidetur, q̃ excõicatus non sit euitandus ab aliquo, nisi sententia hominis fuerit publicata, uel censura fuerit denũciata specialiter, uel expressè. Et hoc mõ limitabis text. in c. cùm non ab homine. de sent.*

4 b **Ordo scripturæ** Quando † attenditur [b], licet Abb. hîc omittat, tñ distingue, ut per Bu. Imo. & Domi. hîc: & in effectu ex dictis eorũ uidetur regulariter dicendum, q̃ attendi debeat ordo, licet dicant materiam esse brocardicam: & probatur ista regula per multa iura allegata hîc per Io. An. Facit c. pe. de elec. in vj. & c. mãdato. de præb. in vj. Et no. Bar. in l.

excom. Adde, q̃ hoc fallit in uiolenta manuum iniectione in clericos. De materia ista uide glo. sing. in cle. grauis. de sen. excom. & do. Abb. ibi in apostillis suis, qui dicit, q̃ hoc fuit determinatum in concilio Basilien si, uidelicet q̃ excommunicatus à l. uel ab homine, si sit euitandus, nisi postquã contra eum sit facta sentẽtia declaratoria: & istud habet locũ etiam in interdicto, sed fallit in uiolenta manuum iniectione, ut ibi per Ab.

Quando attenditur] *An, et quãdo ordo scripturæ sit attendẽdus, uide no. & plenè, per do. Soci. consi. ix. incip. Non prosequendo. uer. primò,*

mò, quia. & cum uer. uerùm prædictis. cum uers. seq. in j. part. & adde Flor. in d. l. quoties. alleg. in tex. & uide per Ange. in authen. de hered. & Falci. §. etenim legata. Quãdo uerò intellectus, non ordo scripturæ sit attendendus, uide præfatũ do. Soci. suo cons. ccxxvij. inci. Præsens consultatio. uers. quarto confirmatur. in fi. in ij. parte. Adde Bal. in l. aduersus. C. de fid. qui dicit, q̃ prior in ordine scripturæ præsumitur prior in tẽpore. Et Bal. in l. j. C. de impuber. et aliis sub. q̃ in dubio datur regula ex ordie uerborũ. Adde Bart. in l. Gallus. §. quidam. ff. de libe. & posthu. Item Bart. in l. hæredes. §. peto. ff. ad Trebel. dixit, q̃ ordo scripturæ reſpiciatur inter personas, inter quas est affectio. Adde, q̃ Bal. in l. fi. C. de hære. instit. dicit, q̃ ordo intellectus magis debet inſpici, quã ordo uerborum. Et idem tenuit in l. j. iiij. oppo. C. de his, quæ pœnæ nomi.

ij. §. priùs. ff. de uulg. & pupil. in sua ordinaria distinctione, in qua tractans de triplici ordine ponit in tertia specie ordinem, de quo hîc agimus, scilicet legis, scripturæ, uel locutionis, concludens, in dubio sequendum esse ordinem literæ, per l. quoties. ff. de usuf. ubi si lego usumfructum Titio & Mæuio, & non possit præstari ambobus, præfertur Titius: quem tex. allegat gl. fi. in c. alienus. xxiiij. q. j. ¶ Ad idem text. in prima constitutione. C. ad fin. ubi si ex die & consule appareret, quę lex sit prior, sufficit: aliàs in dubio priùs posita uidetur primò condita. Bonus text. in l. generaliter. §. si quidem. ff. de fideicom. liber. ubi si testator nominauit certos seruos manumittendos ex pretio hæredi relicto, sed pretium non sufficit ad omnes, inſpicitur ordo uerborum, seu literæ, ut latiùs per Bart. ubi suprà, cum quo transeunt ibi Bald. Ange. Imo. & Pau. ponentes de illo, qui dixit in libello, peto cõpelli & cõdemnari: quia tunc non inſpicitur ordo uerborum; imo condemnatio præcedet compulsionem: & ita præsumitur mens libellantis, per c. causam, suprà, eo. Et in hoc ultimo dic, ut ibi copiosè per Alex. Et dixit ibi Imo. unam conclusionẽ esse præcipuè tenendam menti, quòd si constat ordinem esse substantialem, omissio eius uitiat: aliàs non. Et secũdum eum, fuit uerbum glo. in c. pe. in uerbo, ordine. de purga. cano. ¶ Ad istam regulam adde Bald. optimè in l. si duas. in princ. ff. de excu. tuto. ubi dicit, quòd ex ordine uerborum præsumitur ordo intellectus: & quod prius est in uoce, præsumitur prius esse in intellectu: & quòd curandum est de ordine, ubicunq; in temporis prærogatiua consistit dispositio iuris, per l. Claudius Felix. ff. qui po. in pig. habe. Postea tractat latè, quando omissio ordinis uitiet actum. ¶ Per istam regulam infertur, quòd ille dicitur dignior, qui primò nominatur, ut per Domi. in c. fina. de offi. deleg. in vj. Et ideo refert Ange. in dicta leg. generaliter. §. si quidem. quòd cùm papa Vrbanus dixisset fratribus minoribus, ut darent ei in scriptis nomina trium religiosorum, & quòd unum promoueret ad Cardinalatum, dederunt tria nomina, & scripserunt in forma sphærica, ne per ordinem cognosceretur, quis esset dignior. Quo uiso. dixit Vrbanus, Ordinem peruertistis, & ordinem peruertam. Vnde omissis illis tribus, de quibus datus erat ordo, promouit generalem eorum. Et dicunt Angẽ. & Imo. in l. qui soluendo. la ij. per illum tex. ff. de hæred. instit. q̃ ordo denominationis designat & declarat ordinem charitatis & dilectionis, ut sic possit præsumi, quis magis sit dilectus. Idem dicunt de ordine cessionis, per quem constat, quis sit dignior, ut ibi latiùs per Imol. ¶ Et dicit Bald. in l. penul. ibi, tertiò oppono. C. de uerb. signifi. quòd ille præsumitur maior, qui primò nominatus est. ¶ Et dicit Bald. in l. j. C. de edic. diui Adria. tollen. quòd si pluribus nominatis non potest competere, nisi uni, competet primò nominato, per illum text. ¶ Similiter per istam regulam dixit Albe. de Rosa in j. parte statut. quæst. clxxij. quid si statuto. quòd stante statuto, quòd alienata de bonis captorum nõ solenniter reuocentur per priores uel antianos, præferuntur priores, tanquam primò nominati. ¶ Et dicit glos. ij. in c. Metropolitano. lxiij. dist. quòd aliquando in alternatiuis attenditur ordo literæ, & nõ habet locum c. inter cæteras. suprà, eo. cum si. Sed uidetur secunda qualitas ordinis addi alternatiuè in defectum primi: quia tex. ibi dicit, Ex presbyteris, uel diaconis. Gl. dicit, quòd ostendit, quo ordine debeant eligere, & non sufficeret incipere à diaconis. Et idem no. glo. maior in c. licet. de sepult. in vj. & ibi clarius. Domi. in fin. princ. ¶ Et idem glos. in regula, in alternatiuis. de reg. iur. in vj. Per istam regulam dixit etiã Bal. in procæmio C. §. quibus. quòd si duo instrumenta reperiuntur eodem die facta, si apparet, quòd prius sit scriptum, illud præsumitur præcelsisse. Idem Bald. in l. de rebus. circa medium. C. de dona. ante nup. Similiter dicit Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. quòd primò nominatus in contractu præsumitur principalis: secundò nominatus præsumitur fideiussor, quando non sunt ambo pariter obligabiles, & secundò nominatus potest intercedere, ut fideiussor. Secus, si ambo pariter sunt obligabiles: quia uterq; censetur principalis, nisi ad unum tantùm res perueniat. Similiter dicit Ang. in §. etenim. in authen. de hær. & Fal. q̃ si in eodem instrumẽto primò obligasti aliquid Titio, deinde Seio, hypotheca Seij erit posterior propter ordinem scripturæ. Dixi ſ. eo. pastoralis. Et dicit dicit Bal. in disputatione, accusatus. ibi, modò restat. quòd ultimò positum in libello, ultimò deciditur. Et ita dicit notanter dixisse Odofredum. Et dicit pulchrè Paul. de Cast. consi. xxxix. Visis actis. quòd non ualet processus executoris Apostolici, qui cœpit ab inuocatione brachij secularis, cũ in literis executorialibus illa inuocatio imponeretur per ordinem pro ultimo remedio, in uersic. demum uerò, etc. Et quòd ille ordo sit etiam de iure, not. Oldra. consilio lxxxix. Episcopus inuocat. Petr. de Anch. in regula, ea quæ. x. q. libr. vj. Bald. in cap. cùm non ab homine. de iudic. & in leg. ij. in duobus locis, C. de his, qui latro. occult. Et dicit egregiè Abb. consilio mihi xcviij. inci. Nitar in præsenti causa. uer. undecima quæstio est, utrùm processus. quod de nullitate executionis præposterantis formam & ordinẽ mandati, semper dici potest, etiamsi est appellatum à sententia. Et dicit Lu. consil. ccxlj. Spectabiles domini, quòd captura facta non præcedente probatione suspicionis fugæ non ualet, etiamsi postea superueniat legitima probatio: quia præposteratio uitiat actum, per nota. per Bart. in leg. ij. §. priùs. ff. de uulg. & pup. cum concor. Similiter dicit Alex. post Imol. in l. si seruus plurium. §. si numerus. in princ. ff. de leg. j. quòd inter coniecturas ibi descriptas attenditur ordo illius literæ, non uicinitas scripturarum, seu uerborum eiusdem testamenti, per text. ibi, & in l. pen. ff. de alimen. & ciba. leg. quicquid dicat Paul. in dicto §. si numerus. Adde etiam ad hanc regulam text. & glos. in cap. inter uerba. in uerbo, præmisit. xj. quæst. iij. & in cap. quorundam. in uerbo, prædicatorum. de elect. in vj. & in c. bene quidem. in uerbo, Mediolanensem. xcvj. dist. ubi gloss. reputant maiores illos, qui primò nominantur: & latè Arch. in c. j. in princ. de deci. in vj. ubi etiam allegat d. cap. bene quidem. in uer. cumq; lecta esset. & uer. sancta synodus. ubi Mediolanensis Archiepiscopus fuit nominatus ante Rauennatensem. Ergo dignior, secundũ eum. Licet illi duo archiepiscopi semel de præcessione certauerint in uolẽdo sedere à dextris patriarchæ, secundum gl. iij. in l. decerni mus. C. de sac. san. ec. Et aliqua de præcessiõe ob ordinẽ scripturæ, dixi in rub. de maio. & obe. Et q̃ Mediolanensis præcedat, not. Marti. de Laude in tractatu De dignitatibus, conclusione ix. & ita dicit latè disputare Alb. in epistola, inter claras. C. de sum. trinita. Dixit etiam

c. cùm dilecta.

Hosti. in summa, de Baptismo, §. quæ sit. uersic. quid si ordo. quòd si dicitur in nomine filij & patris & spiritus sancti, illa peruersio ordinis uitiat baptismum. Tamen non est uis, si diceret, Ego te baptizo, uel, Ego baptizo te, dum modò alia uerba non transmutentur.

Declara quinque Modis ista & similia. ¶ Primò,
5 nisi † mens disponentis sit certa: quia tunc non curatur ordo uerborum. Hîc Ioan. And. per l. nec enim. ff. de sol. & idem Bart. in dicto §. priùs. per l. cùm pater. §. fidei tuæ committo. ff. de leg. ij. & pulchrè declarat Imo. in d. l. nec enim. dicens, hoc esse intelligendum, nisi lex statueret specialem ordinem: quia licet mens loquentis uideretur aperta, tamen debet exponi secundum ordinem legis. Exemplum in eo, qui petijt reum cogi ad soluendum, & condemnari: quia ista mens loquendi reducitur ad congruitatem iuris, per cap. causam. suprà, eod. ut per Bart. in dicto §. priùs. Et ista declaratio comprehendit dicta Bart. in l. si communis seruus. ff. de stipu. seruo. ibi, & ista faciunt. ubi dicit, quòd si in libris, uel literis mercatorum dicitur, Talis & socij, de rigore iuris uideretur ille nominatus pro dimidia, tam in acquirendo, quàm in obligando. Tamen de æquitate & communi usu est contrarium: quia ille nominatur solùm, ut ostendatur, quòd est caput societatis: & ideo sibi & alijs quæritur pro portionibus societatis. Et sequitur ibi Imol. ibi, item etiam, quod est dictum. Dixit etiam Bald. in d. l. si duas. quòd si dispositio loquentis est certa, non curamus uerborum ordinem, per dictũ §. fidei tuæ committo. & d. l. nec enim. Secus ubi est dubium. Et idem Bart. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & Domi. latè in cap. sit rector. xliij. dist. distinguens formaliter, ut hîc per But. & addit, quòd ubi ordo est appositus alternatiuè, regulariter non est seruandus. Dicit etiam post Archid. quòd dicta lex, nec enim. fallit in mandatis exequendis, per c. ũ. de restit. spol. & idem Ioan. And. hîc. Sed certè tam in mandatis, quàm in alijs dispositionibus procedit regula suprà posita. Sed lex, nec enim. loquitur, ubi constat de mente, per prædicta. Et ita etiam Bart. in d. l. quidam consulebat. dicens, quòd si quis opponat contra libellum, deinde contra personam iudicis, non uidetur ex prima approbare iudicem, attento ordine intellectuali. Et idem Bald. in l. fin. C. de iudic. & alij, de quibus per Alex. in. d. l. quidam. Sic etiam intellige glosſ. iij. in c. j. de iura. cal. in vj. & in §. item, si quis ita. in uerbo, conceptio. Insist. de inuti. stipu. ¶ Secundò declara, nisi ordo sit positus causa exempli positi pro doctrina, secundum Card. in c. decernimus. ad fi. de iudi. ita intelligentem illum textum. ubi præmittitur Abbas episcopo, & episcopus archiepiscopo. Facit secundum hoc l. obligationum substantia. §. fi. ff. de act. & oblig. ubi ex uerbis dictis causa demonstrationis non oritur obligatio. ¶ Tertiò declara ex dictis Bart. in leg. contractus. uersi. & ideo dicemus. C. de fide instru. uidelicet nisi contractus ex conuentione partium debeat celebrari in scriptis: quia licet in uno instrumento essent tunc posita plura pacta, unum primò, aliud pòst, ille, in cuius fauorem unum pactum est primò appositum, non potest allegare istam prioritatem, cùm iste contractus simul & semel assumat uires, cùm à partibus fuerit absolutus, per illum tex. quem dicit esse singularem, ubi contractus accipit firmitatem in omnibus partibus, tunc demum, quando totus completus est legi: & sequitur ibi Sali. ibi, item dicit. & Bald. ibi, dicens, quòd licet legatur primò unum, quàm aliud, tamen dicuntur simul fieri, nec attenditur ordo: quia contractus in absolutione perficitur, quæ fit statim, cùm partes dicunt, Et ita consentimus, uel, Ita facimus. Istud est uerum, secundum Bald. nisi in ordinatis à ratione, per l. insulam. ff. qui po. in pign. ha. ubi si promisi tibi pensionem prioris anni, & alteri pensionem sequentis, ordo ille seruabitur: & ideo in pignoribus nobis datis, quæ si ambobus non sufficiunt, pertinent omnia ad primum. Item illud est uerum, nisi in clausulis correctis. Alleg. l. lecta. uersic. dicebam. ff. si cer. pe. ¶ Quartò declara, nisi fiat nominatio aliquorum in actu denotante eorum uitia: quia primò nominantur minùs digni: & tunc nõ arguitur ab ordine, quòd primo scripti dicãtur digniores. Abb. de præb. auaritiæ. per illum text. iuncta supra scriptione. Ex quo not. quòd in ingressu carceris, uel simili actu, debet præcedere minùs dignus: quia sequi, honor est, præcedere autem, non. Dixi in rubri. de mario. & obe. ¶ Quintò declara, ſnisi essemus certi, quòd dispositio non det ordinem. But. Imol. & Domi. hîc, & Domi. in d. c. sit rector. Vel sumus in dubio, & præiudicium sit leue, nisi essemus in mandatis, in quibus non attenditur leuitas materiæ, ut latiùs infrà. Et hæc, quo ad seruandum ordinem literæ. Generaliter autem, quando omissio ordinis, uel formæ uitiet, dicetur statim latiùs. ¶ Circa dictum Innoc. de offi. dele. pruden tiam. & Bart. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. pro quorum concordia posuit hîc dominus Abb. solennes doctrinas, quibus quotidie utimur, uide omnino, quæ opportunè scripsi post Ab. de re iudic. causam. ubi inuenies multa copiosè & subtiliter ultra Abb. hîc, quem fuit sequutus, quicquid latè scribat hîc An. Sic. Et ideo in hoc aliud non est addendum.

¶ Nunc autem discurramus aliqua de obseruantia formæ, omissis omnibus, quæ ponit hîc And. Sicu. &
6 præsuppone, quòd † in materia ista forma & ordo uidentur capi, ut synonyma, ut patebit ex infrà allegãdis.

De formæ obseruantia Primò colligẽ
tur x. signa, quibus cognoscitur, quando detur forma. ¶ Secundò ponetur regula corroborata. ¶ Tertiò ampliabitur regula xij. modis. ¶ Quartò limitabitur viij. modis. ¶ Quintò & ultimò tota materia ornabitur, & erunt clara multa hactenus indigesta & confusa: quæ si alibi aggregata reperissẽ, parui mihi fuisset uti breuilo quio. Sed multa multo à me collecta studio ostẽdere oportet sine ullo timore cõditionis furtiuę p̃ ea intẽtãdę.

Primum signum Formę est, quando ab homine exprimi
tur illud, quod inerat à iure, non de necessitate, sed ex honestate, aut de iustitia, quia tunc datur forma, nisi iſtud, quod inest de iustitia, sapiat quandam instructionem, & non concernat modum dicendi: quia tunc non dicitur dari forma. Ista probãt ex tota distinctione Ab. hîc, cum iuribus per eum alleg. ex quibus habes exempla singulorum uerborũ. Vide ipsum diligenter. ¶ Hoc modo intelligerem Bald. in l. prolatam. ibi, & no. quòd princeps. C. de sen. ubi dicit, quòd ea, quæ non sunt ordinis, possunt per principem fieri ordinis: quia quicquid principi placet, quòd sit ordo, est ordo substantialis. Nam princeps nunquam apponit ordinem in rescripto, nisi cum magno mysterio & ratione. Alle. text. hîc, & in c. uenerabili. de off. del. subdens, non esse distinguendũ in ordine dato à principe, utrùm sit unius causæ ad seipsam, uel ad aliam, iuxta l. j. C. de app. quia semper, quod fit extra ordinem datum à principe, est ipso iure nullum. Quod dicit mentis tenendum. Sic etiã intelligẽ Bal. in d. l. j. in iij. no. dum dicit, quòd præpositi ratio ordinis dati à iure, meret̃ appellationẽ: secus, si est dat̃ ab homine: qa eius omissio uitiat ipso iure. All. no. hîc. Sic etiã intellige Bal. s. eo. in rub. ante fi. dũ dicit, q̃ ordo est, quicquid principi placet, q̃ sit ordo, etiãsi præposteret ordinẽ solitũ: quia ipse rerũ formas põt mutare expressè & tacitè, sm̃ eum. Sic etiam intellige Bal. in leg. j. ibi, sed si dirigũtur. C. quomodo & quando iud. Sic etiam intellige Archid. & Domi. ij. quæst. j. in sum. ubi

ubi bona gloſſ. ¶ Secundum signum. Vbi in dispositione legis, uel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur esse de forma. Bal. in authen. matri & auiæ, ibi, quidã tamen dicunt. C. quando mu. tu. of. fun. pos. Et dicit, q̃ conditio, quæ apponit̃ per legem, nunquam dicitur continere solennitatem leuem: imo oportet, quòd conditio existat, arg. l. prætor. in prin. ff. de colla. bo. Per hoc uidi aliàs inferri, quòd si ordo datus in l. à diuo. §. in uenditione. ff. de re iud. non seruatur, actus erit nullus, etiamsi non appellatur: quia tex. ibi dicit, quòd deueniatur ad nomina debitorum, si immobilia nõ extiterint: & sic cùm loquatur conditionaliter, dat formam. Quod facit pro opi. Io. de Imo. & Alex. ibi contra Bart. ut etiam dixi de re iu. quo ad consultationem. uer. remedia, etc. licet Abb. ibi sequatur Bar. Et similiter ad alia plura inferri potest. ¶ Tertium signum. Vbi illud, quòd si omitteretur pararet graue præiudicium, ponitur in ordine, tunc ordo legis censetur esse substantialis: secus, si parat leue præiudicium. Ita sentit Bart. in l. ij. §. priùs prælegata per l. j. ad fi. ff. de uen. inspi. Quod dicit ibi Imo. esse menti tenendum. Et loquũtur isti, quando sumus in dubio: si enim constat ordinẽ esse substantialẽ, omissio uitiat indistinctè, secundum eos. Et ita intelligitur gloſſ. in uerbo, ordine. in c. pe. de pur. cano. Et facit, quod dicetur infrà, in x. ampliatione. Et ex his infert Bart. ubi s. quid si in inuentario omittitur signũ crucis? de quo dic, ut per eum, & alios, de quibus per Alex. ibi. ¶ Et ad cognoscendũ, quando solennitas dicatur leuis, uide aliquid per Bart. in l. j. §. si plures. ff. de exerci. quem retuli tit. præcedenti, ex parte. in prin. ibi, & si diceretur. Et quod dicereturin x. ampliatione, allegando Abb. consi. xcvj. Et dicit hîc Imol. post Car. quòd ubi est solennitas leuis, in dubio non præsumitur forma, nisi aliud appareat: secus dic, si apparet, ut in d. ampliatione. Et dicit Bal. in l. hac consultissima. C. qui testa. fa. pos. quòd est leue omne id, quod non est ratione munitum[a]. Aliquid etiam Io. And. in Spe. de inuentario, uer. & nota. additione, quid si perfecit. ¶ Quartum signum. Quando aliquid potest interuenire post actum, nunquã potest dici illud esse de forma, sed potest appellari solennitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato, sicut insinuatio donationi, & cautio testamento, in casu c. quanquam. de usur. in vj. Ita Ang. latè consi. xxxvj. Pro decisione quæstorum. Et ibi pulchrè, quomodo cognoscantur solennitates substantiales. Adde Domi. in c. ut circa. §. j. de elect. in vj. ubi dicit, quòd qualitas, quæ potest interuenire post actum, non dicitur esse de substantia. Alleg. glos. in uerbo, tertia. in c. j. lxxv. dist. ¶ Et ideo dicit Car. post Zenze. in cle. causam. §. pen. ibi, nam omnia. de elec. quòd omnia, quæ sunt de substantia actus, debent explicari simul cum actu[b], per l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transac. Et sequitur etiam Imo. ibi, dicens, quòd illa sunt de substantia actus, quæ concurrunt, uel concurrere debent contemporaneè cum actu introducendo, non quæ post actum originatum interueniunt. Et facit, q̃d no. Ioan. And. in c. quanquam. ad fi. de usur. in vj. dum ponit, an illa cautio sit de substantia, adeo quòd non possit sequi: de quo meminit Pet. de Anch. consi. mihi ccccxvj. Viso & diligenter ponderato, ad fin. Dixi post Card. de testi. significauerunt. & fortè tetigi suprà eod. ad hæc, loquendo de subiunctiuo. ¶ Quæ autem dicatur solennitas, & quæ substantia, non est materia nostra: uide Bart. in l. uniuersa. C. de preci. impe. offer. ubi dicit, quòd omissio solennitatis, quæ potest sequi actum, non uitiat ipso iure. Sequitur Abb. in cap. ij. de testi. & Lud. consi. cciij. Quo ad primum. uersi. quo ad secundum. & alij, quos ibi recitaui. Et dixi etiam post Abb. in cap. quoniam. in prin. ut lite non contest. Et dixit Ioan. And. in regula, non est sine culpa. in Mercu. quòd illud non dicitur esse de substantia, sine quo aliquando potest esse actus. Vnde iuramentum testis non est de substantia, per c. tuis. de testi. ubi parte uolente omitti potest. Quod dictum uidetur uerum, sed exemplum dubium. Dato enim, quòd pars posit remittere iuramentum testi, non sequitur: ergo iuramentum nõ est de forma substantiali. Argumentum procederet, in quantum iura non permitterent expressè remissionem juramenti: sed ex quo permittunt hanc remissionem, dicitur solennitas substantialis relaxari authoritate legis, quæ hoc potest: non authoritate partium, quæ si non esset lex, hoc non posset, secundum Maria. de Senis in cap. j. de crimi. fal. uersi. ego arbitror. dum examinat q. Ioan. And. in dicta regula, non est. an testis non iuratus, qui dixit falsum, puniatur ut falsarius. Dixi aliquid infrà, in v. ampliatione. De hoc autem, quæ dicatur forma, & quæ solennitas, uide aliquid per Card. in clem. ne Romani. in princ. de elect. dum dicit, quòd expectatio Cardinalium absentium in electione Papæ non est de solennitate. Et dixit mihi oretenus dominus meus Franc. Are. quòd de modo cognoscendi, quæ sint de substantia, & quæ de solẽnitate, ipse posuit in leg. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. non potuit uidere. Et dixit se ponderasse dicta Bart. in l. cùm quis. ibi, non obstant, quod dicunt. C. de iur. & fac. igno. quem uide. Et dicit Pau. de Cast. in leg. mancipia. in princ. C. de ser. fugi. quòd istud uerbum Forma, non semper denotat solennitatem, sed substantiam, uel quantitatem, per illum text. in uersic. eadem forma. Et gloſſ. exponit, id est, eadem pœna. Aliquando, secundum eum, forma denotat tempus, authenti. quæ supplicatio. & ibi Bald. C. de preci. impe. offe. Regulariter autem denotat solennitatem, ut patet in forma testamenti, & in forma stipulationis. Et istud not. pro statutis: quia interdum loquimur per uerbum Forma, ut intelligantur secundum subiectam materiam: interdum de solennitate, interdũ de substantia, seu de modo, secundum eum. Item quæ dicantur de substantia, & de solennitate, uide etiam Ange. in d. leg. cùm hi. §. si prætor. Abb. in cap. tua nos. in fi. de spon. & in cap. fin. ult. nota. de condi. appo. Cardin. in clemen. j. xxiij. q. de sepul. Domi. infrà, tit. proxi. cùm consuetudinis. in fin. Bart. in dicto §. iussum. Innocen. in cap. quod sicut. ibi, neque obstat, quòd potest cassari. de elect. Bal. in l. etiam. de execu. rei iu. & in l. Titia. in princ. ff. sol. ma. & in repe. leg. iij. C. de sacro sanct. eccles. & in rubrica. C. de rescin. uen. post medium. & Abb. consil. lxxxiij. Omnipotentis, etc. in negotio Guidonis. cum similibus. ¶ Quintum signum, Vbicunque est decretum annullatiuum[c], ibi est data forma. Bal. in leg. j. ff. de liber. & posth. Sequitur Petr. de Anch. in regula, ea, quæ. ibi, hoc uerum, nisi constitutio. de re iud. in vj. & repe. cap. j. ibi, quæro, statuto cauetur, quòd notarij. suprà, tit. proxi. dicentes, quòd si in instrumento statutum requirit nomen contrahentis, & patris, & auí: aliàs dicit non ualere instrumentum. Ista irritatio actus dat formam, & sic esse in instrumento: & sine hac forma nõ est instrumentum, secundum eos: & magis attenditur forma legis, quàm ratio legis, ut latiùs per Bald. in d. l. j. ponen-

c. cùm di lecta.

a *Munitum] Adde idem tenentem do. Soci. consi. suo xv. inci. Visis præ dictis publicis instrumentis. uer. ad quintum artic. circa fin. in prima parte.*

b *Cum actu] Adde, quod not. habetur per do. Soc. consi. xv. inci. Visis prædictis publicis instrumentis. uersi. nec obstat, si replicaretur. in j. parte: & uersi. sed hic aduertendum. uersi. cum omni. & uersic. seq. & consi. xxix. inc. Viso quodam instrumento. uersi. tertiò principaliter. ibi, primum. in d. parte.*

c *Annullatiuum] Adde, quod habetur per dominum Soci. consil. xlv. incip. Visa appellatione. uersic. respondetur, quòd imo. cir. medium, in j. parte.*

ſ. ponentem hoc in uno proposito, de quo ſ. in x. ampliatione. Et adde, quòd ubi est dictum decretum consensus partium, in eo omittendo nihil operatur gl. in c. statutum. in prin. de rescr. in vj. Dixi satis plenè ti. præcedenti, cū accessissent. ibi, tertia declaratio. & aliquid infrà, ad fin. quintæ ampliationis. ¶ Sextum signum. Vbicunq; est prius & posterius, ibi est ordo. Bal. formaliter in l. ſ. ibi, ex dicto ergo Rof. C. ne li. ter. prouoca. Et ideo si statutum dicit, quòd sententia debeat ferri cum cōsilio sapientis, tacitè uidetur statutum procedere ad ulteriora, uidelicet quòd consilio prætermisso sententia sit ipso iure nulla: quia consilium est prius, quàm cōsiliatum. Ergo datus est ordo iudicij, secundum eum. Et istud fortè procedet in consilio sapientis. Sed ubi aliàs statutum requirit consilium alterius in actu, istud non est propriè de forma[a]. Bald. in l. ſ. ibi, nunc ad propositum. C. qui admit. de quo etiam per eum in c. ij. in prin. de feu. sine cul. non amit. & in rub. C. de exercito. Tamen istam contrarietatem Bald. non reperi adaptatam. Et adde, quòd forma, quæ debet præcedere, est de substantia, & non potest sequi. Bar. in l. uniuersa. C. de prec. impe. offer. Paul. copiosè consi. lxxj. uers. secundò potest responderi. ubi uide. Quando uerò solennitas potest sequi, non dicitur de substantia, uel de forma. Bart. in d. l. uniuersa. quem accuratè reassumpsi multipliciter insistendo in c. quoniam. in princ. ut lit. non contest. ¶ Quæ tamen dicta sunt in hoc sexto signo de prioritate actus, intellige sanè, nisi tales actus in forma legis præmittendi concernerent præparatoria iudiciorum, seu præludia, quæ fiunt ante lit. contest. quia si à principe aliud non iniungitur, talium omissio non inducit uiolationem formæ legalis: Spec. solenniter in proœmio secundæ partis, in fi. & Bar. pulchrè, dans tria exempla, in l. ſi quæramus. ibi, quæro, quid si iste ordo. ff. de testa. Ex quibus uerbis colligit generaliter Bal. in l. prolatam. ibi, quæro ergo. C. de sen. Et in authen. contrà rogatus. in fi. C. ad Treb. & in l. qui crimen. ibi, sextò quæro. C. qui accu. & in l. exceptionem. ibi, reuoco. C. de proba. & sentit in l. ſi tutor. in fi. C. in qui. cau. in inte. rest. non est nec. & not. Per. de Anc. suprà, eod. cæterùm. ubi retuli, uersic. limita secundò. quòd ante lit. contest. non est aliquis ordo, qui prætermissus reddat processum nullum. ¶ A' qua doctrina excipe libellum, à quo iudicium fundari oportet per litis contestationem. Bald. in authentic. generaliter. prope fi. ibi, ordo iudicij. C. de episc. & cleri. & in d. l. qui crimen. & in d. authen. contra. ¶ Excipe etiam exceptionem incompetentiæ iudicis, quam tutius est in primis proponere: Bart. in l. quidam. ff. de re iud. & latius Bal. in d. l. exceptionem. & opportunè Alex. in d. l. quidam. posui plenius de re iudic. inter monasterium. ¶ Excipe etiam casum, quando de hoc opponeretur. Bartol. in lege si mancipium. in fin. ff. de eui. & in lege ij. in fin. C. communi diuidun. propter gloss. in l. fundi. ff. de excepti. ¶ Ex prædictis adde, quòd etiamsi diceretur in aliqua dispositione, quòd iudex posit procedere prætermissa omni substantialitate, tamen non poterit postponere id, quod ex forma debet procedere: putà facere, quòd testis primò deponat, postea iuret[b]. Bald. in rub. infrà, de offi. iudi. ibi, quid si statutum dicit. quod est aureum ad prædicta. Et pro eo, quod est dictum non posse id sequi post actum, quod lex requirit præmitti, uide Abb. post alios in cap. de testibus. ad fi. de testi. dum ponit, iuramentum testis non posse sequi post depositionem: & ibi insistunt Scribentes, quorum dictum amplia no, ut proximè dictum est. ¶ Septimum signum. Vbi in dispositione dicitur, quòd aliter fieri non posit, uel ita demum fieti posit, ibi est data forma, & ei renunciari nō potest. Bar. in l. fi. in fi. ibi, quæro, an ciuitas. C. de uē. re. ciui. lib. xj. dum dicit, quòd forma statuti posset discrepare ab illa. Et sic sentit, quòd illa sit forma, secundum Lud. consil. ccccij. In proposita consultatione. Pro quo uide etiam Barto. in l. de his. per illum text. ff. de transac. ubi dicit, quòd ista uerba non aliter disponunt circa formam, cui renunciari non potest. ¶ Octauum signum. Quando dispositio apponit tempus, qui non obseruat tempus, dicitur non obseruare formam. Bald. sing. in authen. quæ supplicatio. prope fi. C. de preci. impe. offe. per tex. in l. scire oportet. ſ. consequens. ibi, non aliter audiri, si non fuerit conseruatum constitutum tempus. ff. de excu. tu. Quod dicit bene notandum propter constitutiones ecclesiæ imponentes metas temporum. Sequitur Brixi. in repertorio in uerbo, forma. dicens ex hoc haberi nouiter rationem, quare collatio sacrorum ordinum facta extra tempora à canonibus præfixa, caret debito effectu. Dic tamen, quòd character imprimitur, ut per Host. de temp. or. ſ. qualiter. ibi, sed nec conferendi. ¶ Adde etiam pro isto signo Bald. in l. omnes populi. Vnde si statutum requirit tempus, ff. de iust. & iure. & bene faciunt dicta Bart. in l. non solùm. ſ. sed ut probari. ff. de ope. nou. nun. ¶ Ad idem, quod no. Bald. in c. licet, de transla. episcopi. quem referam infrà in xj. ampliatione, prope uer. ubi autem non datur forma. & bene faciunt, quæ ponit Lud. consi. cciij. Pro discutienda. uer. quo autem ad secundum. ¶ Limita hæc primò, nisi dispositio præfigens tempus, daret iudici arbitrium in procedendo: quia poterit iudex prorogare tempus, & nō dicetur de forma: secus, si daretur arbitrium in decidendo tantùm. Bart. in l. ſi in lege. ff. loc. latè Pau. de Cast. in l. qui Romæ. ſ. Callimachus. ff. de uerb. obli. & ibi latiùs Alex. ad fi. uersi. ultra prædicta. Ad quod uide etiam Pau. consi. cccxxiiij. In Christi nomine, uidetur dicendum, quòd dicta declaratio. quem retuli titulo præceden. ex parte. ibi, sextus casus. ¶ Limita secundò, nisi materia sit talis, in qua re integra liceat purgare moram: quia si aliud non disponitur, ualebit etiam actus factus post tempus: & maximè, ubi non mandatur studiosè tempus seruari pro forma substantiali, sed ad bene esse. Et istud cognoscetur attenta subiecta materia. Abb. latissimè consi. xciij. Statuto ciuitatis Grossetanæ, licet de Bald. nihil dicat. Ad idem pondera consilium Pauli proximè allegatum. Et ista faciunt ad quæs. de qua per Pau. in dictis consi. scilicet an ualeat sententia lata post tempus præfixum instantiæ: de quo dixi de iudi. uenerabilis. Adde etiam Bald. in authen. iubemus. ad fi. C. de iudi. ubi dicit, quòd si bannito debet assignari terminus x. dierum, aliàs habeatur pro confesso, non potest tempus prorogari: quia ubi elapso termino legis, uel statuti, incurritur pœna, illud tempus dicitur de forma, Alle. gl. in c. j. in uerbo, tertiā uocationē. de mili. uasal. q cōtu. est. Vide Bald. in l. de die. ff. qui satisd. cog. cū cōcor. quas dixi de ap. cū sit Romana. uer. limita quartò. ¶ Nonū signū. Vbi statutū pudet aliter, quàm ius cōe, super cōfectione actus, dādo iurisdictionē modificatā, oia cēsent de forma. Pe. de Anc. cōsi. mihi. xxxj. Visa quadā petitione, in princ. & cōsi. vj. Viso themate. ibi, & aduertendū. All. gl. tritā. in cle. j. in uerbo; inhibētes. de iure pat. quæ dicit, secus, si iā data esset iurisdictio pura: quia cōmissio sequens cum certa qualitate, nō inducit formam, nisi aliud exprimat. de cuius intellectu scripsi ti. præcedenti, ex parte. consideratis quinq; casibus non ordinatis ab aliis. ¶ Decimū & ultimum signū est, quando approbata, hic nō discutio, cùm etiā in causa cuiusdam mei amici contrarium dictæ consuetudini fuit obtentum.

a *De forma] Pro quæ materia uide sing. Host. et Doc. in c. cùm olim. ubi Panor. in uers. sed pro clariori intelligentia. infrà, de arb.*

b *Postea iuret] Prout in hac ciuitate Venetiarum practicatur: quod miror. Saluant tamen hoc esse de consuetudine ciuitatis: quod, an talis consuetudo sit*

quando in statuto, uel alia dispositione esset rubrica, quæ diceret de forma alicuius materiæ: quia tunc disposita sub rubrica erunt de forma. Maria. in c. ij. ibi, & aduerte, quia sicut petitur. de libelli obla. ¶ Modos autem cognoscendi formam in rebus corporalibus, uel incorporalibus, latissimè inuenies per Bar. in tractatu De alueo, super uerbo, amissa forma. ¶ Et forma accidentalis dicitur illa, quę mutata subiecta materia non desinit esse eadem, iuxta l. proponebatur. ff. de iudic. ¶ Substantialis est, quæ dat esse rei, sicut homini anima, cle. j. de bap. ut latiùs per eum ponentem multa nō attinentia ad propositum nostrū: de quibus etiam per beatum Tho. & Aristotelem locis allegatis per Brixien. in uerbo, forma. ad fi. Cui adde prædicta non uulgata. ¶ Modò ponenda est regula cùm ampliationibus xij.

a *Sunt nulla] Ad de do. Alex. consi. xxiij. iiij. parte, et eum uide in consi. xxxvij. Item adde Richar. & Sal. in suo consi. licet statutum disponat. et Ilo. in l. j. ſ. men. fal. mo. dix. & ad de do. Soc. consi. xxxv. inci. prosequendo ordinem. uer. uerum, quia. ibi, & pro parte. in j. parte.*

Gesta contra for-

[d] mam sunt nulla[a]. Ista regula probatur hīc, ibi est tex. principalis, & in c. Pisanis. de rest. spo. & in c. uenerabili. de offi. dele. & in l. cùm hi. ſ. ſi prætor. ff. de transac. ¶ Notat pulchrè Bu. in c. cùm olim. ibi, oppono, q factum. de causa pos. Et ideo dicit Imo. in l. ſi quę ramus. ibi, hoc tamen limita. ff. de testa, q licet peruersio in proponendis exceptionibus regulariter non uitiet, ut per Bar. in l. quidam. ff. de re iudic. cum concor. datis suprà, in vj. signo, tamen fallit, nisi esset data forma in mandato, per c. exhibita. de iudi. & est dictum Spec. in loco allegato ſ. in vj. signo. ¶ Et hinc est, quòd si statutum requirit pro forma aliquod præambulum ante citationem, illo omisso citatio non ualet. Bald. in l. iij. ſ. Officius. in lec. antiqua, ff. ne quis eum, qui in ius. Et ideo dicit Inno. in c. cùm consuetudinis. ſ. tit. prox. cum concord. ibi dicendis, quòd ubi requiritur interpositio autoritatis, requiritur formaliter illud uerbum Authoritas, & non sufficeret aliud simile. ¶ Latè etiam deducit hanc regulam Cal. in disp. Statuto ciuitatis cauetur, quòd si ab actore, ubi allegat multa iura de necessaria obseruantia formæ ad inducendam ualiditatem actuum. Et ideo Domi. in c. ij. ibi, istud credo. suprà, eo. dixit, quòd licet ordinarius possit aliquādo supplere ex officio deficiente parte, quæ se astrinxit: gloss. in c. ſi fortè. de elec. in vj. dixi in d. cap. ij. tamen secus in delegato habente formam: quia non potest eam transgredi, per prædicta. ¶ Et dicit Inno. in c. fi. in j. gl. de sac. ite. quòd si quis ordinatur non seruata forma data à canone, est tantæ necessitatis illa forma, quòd oportet supplere, quod est omissum: aliàs non imprimitur character. Potest tamē Papa illam formam non obseruare, ut ipse expressè sentit, & eum allegaui in c. j. in princip. quartæ fallentiæ, ſ. tit. proxi. licet impressores malè scripserint, allegando Innoc. c. j. de sac. unc. ¶ Et dicit Rota de re iudic. viij. in nouis, quòd si delegatus datus à domino feudi habet commissionem de iudicando inter uasallos, non potest domino aliquid adiudicare: quia egrederetur formam. Et dicit Bald. in authen. habita. C. ne fi. propa. quòd ubi numerus doctorum est statutus pro forma substantiali, non potest cancellarius studij in creando doctore recedere à dicto eorū, etiamsi gratia, uel odio deponant: secus, si non pro forma, sed ad inquisitionem. Et dicit Rota de iudi. xiiij. in nouis, quòd delegatus datus, ut informet se de mala fama, non potest se informare de bona. Et dicit Tho. Fastoli dubio Rotæ, xxiij. Item fuit consultum per Aegi. quòd mandatarius pro ordine & singulis de ordine, non est idoneus pro uno conuentu: quia ad id non extenduntur fines mandati. Et dicit Lud. consi. cclv. Approbo sententias. quòd procurator habens mandatum ad acceptandum uigore unius gratiæ, non pōt acceptare ex alia. Et dicit Bal. de ap. nouit. q nuncio & ambasiatori nihil est imputandum, nisi mandatū excedat. Et dicit Bar. in l. ſ. ff. de condi. indeb. q ubi est defectus formæ, non oritur obligatio ciuilis, nec naturalis. Et dicit Bald. in c. fi. de dolo & contu. q nuncius non ampliat, nec restringit formam mandati. Ideo non substituit, nisi aliud contineatur in mandato: quia in nuncio præsumitur electa industria personæ. Quod ultimum repone accuratè. Secus dicin procuratore ad negotia, nisi constet electam esse industriā personæ. Lud. consi. cclxvj. Iste Petrus. Et dicit Domi. post Host. in c. Romana. ſ. sed nec. de sen. excom. in vj. q excommunicatio lata cōtra formam mandati est nulla, ubi aliàs non data forma esset iniusta. Sic intellige gl. ij. ibi, sexto. in c. præsenti. de sent. excom. in vj. & dixi in c. cùm sit. ad fi. ibi, fallit primò. de app.

Amplia primò

Regulam, Nedum si aliquid fiat cōtra formā, sed etiam si præter, uel citra. Io. An. in c. prudentiam. super uerbo, citra. de offi. dele. dicens per illum tex. æquiparari hīc Contra, Citra & Præter. Ad idem allegat c. ſi cui. ubi gl. de elec. in vj. & allegat post Hosti. tex. Deutero. c. xij. in fi. ubi dicitur, Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quicquā, nec minuas. Idem Ioan An. in c. cùm Marthæ. super gl. ij. de cele. miss. per text. Apocalypsis ult. c. ubi dicitur, ſi quis apposuerit aliquid super hoc, apponet Deus sup ipsum plagas: & ſi quis diminuerit, auferet Deus eius partē de ligno uitæ. Facit tex. Apostoli ad Timotheū

b *v cap.] Ad de Deuteronomij xix. c.*

b v. c.[b] ad fi. dicēs, Testor Deum, ut hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partē declinando: & ibidem vj. c. ante fi. Præcipio tibi corā Deo, ut serues mādatum sine macula. Et dicit Bal. in l. fi. C. de su. & legi. q formæ nihil addi, uel detrahi pōt. Alle. Bar. in l. Gallus. ſ. j. ff. de lib. & posthu. quia quod perfectū est, non suscipit in se exinteruallo magis & minus, per l. ij. C. de manu. uin. Et dicit, q uerba contractus sunt forma contractus. Et dicit Amb. in lib. De paradiso, Si quid addas, uel detrahas, præuaricatio uidetur esse quædam mandati: simpliciter enim & purè mandati forma tenenda est, uel testimonij series intimanda. Nihil igitur, qđ bonum uidetur, addendum est: si quis unum mandatum custodit, & aliud præuaricatur, nihil ei prodest. Hæc ille. Et facit, quod narrant Historiographi de Iulio Cæsare, qui cùm in domandis hostibus quinq; annorū spatium sibi permissum pertransisset, licet gloriosè triumphasset, honor tamē sibi debitus denegatus est, nec urbem ingredi permissus est, eo q ultra terminū sibi præfixum morā traxisset. Et legitur de Petronio Romano, quē cū Caius Caligula imperator legatū misisset in Syriam cum mandato dè debellandis Iudeis simulachria sua recusantibus, uidens innumerabilem stragem futuram ob eorum fixam pertinaciā, rescripsit Imperatori imminere Romano imperio grauem infamiam, si mandatum adimpleret: ob quod Caius ei rescripsit, ut propria manu se occideret, ut discerēt omnes, nō esse Imperatorū mandata paruī pendenda, ut habetur in supplemento Chronicorum, lib. viij. fol. viij. Laudabilis tamen fuit sua supersedentia, per ea, quæ dixi suprà, eod. ſi quando. Et istam ampliationem tenet etiam Ab. in c. causam. de re iu. & in c. Pisanis. de rest. spol. & Card. in cle. j. in prin. in vj. q. iij. col. illius, q. ibi, secūdò potestas. de sup. neg. prel. Et ideo dicit Bu. in d. c. Pisanis. septimo not. q omissio formæ in qualibet minima qualitate processus, uitiat totum processum. Bene faciunt uerba Archi. de conse. dist. iiij. capitu. ſi non sanctificatur, & Host. de bap. ſ. quæ sit. ibi, quid si aliquid. ubi dicunt, quòd non licet interponere in baptismo alia uerba in forma, nec addere: putà, & omnium sanctorum.

c. cùm dilecta.

Et in

Et in hoc conueniunt omnes Doc. Ergo eis credamus, secundum Host. Facit etiam, quod dicetur ampliatione xj. & sequenti. Tamen, ubi non est data forma, ista differunt: quia episcopus non potest statuere contra canones: tamen potest statuere, præter glo. in cle. ne Romani. in uerbo, tolli. de elec. secundum Domi. in d.c. si cui. & Abb. in d.c. prudentiam. in princi. & per eundē in c. super quæstionū. §. uerū. ibi, sed dubito. eo. tit. dixi in c. quod super his. in vij. fall. de maio. & obedi. ¶ Amplia secundò etiam in eo, q uerisimile est esse de mente concedentis: sicut illud, quod est pro forma expressum. Vin. & Hosti. de iudi. exhibita. & ibi recitat Abb. ibi, unde dicit hîc Vin. Et idem dixit Bal. in rub. j. de iudi. ibi, & hoc uerum. dicens, q quādo mens superioris est de ordine, si omittitur, nō ualet processus. Alleg. d.c. Pisanis. ¶ Amplia tertiò etiam in his, quæ sunt concomitantia expressis. Bald. in c.j. de re iudic. dicens, q sicut non ualet sententia contra substantiam formæ mandati, ita nec contra qualitatem formæ siue concomitantiæ, per d.c. Pisanis. ubi nedum debuit fieri restitutio, sed plenaria restitutio. Et ibi dicit Abb. in iij. no. per illum text. q non solùm corruent gesta ex defectu formæ mandati: sed etiam, quando ad plenum non adimpletur mandatum, quando in actu datur certa forma. Ad hoc de cōcomitantijs faciunt, quæ dixi s. eo. super literis. uersi. an sua sit iurisdictio. ibi, amplia secūdò. & in c. causam. uersi. interpretatio rescripti. s. eo. & per Phi. in c. ut debitus. de appel. dum discutit, an ille text. procedat in delegato dato simpliciter super grauamine, an possit cognoscere de toto i casu grauaminis. ¶ Amplia quartò, etiamsi transgressio formæ induceret faciliorem expeditionem commissionis. Ita allegatur glo. ij. in c. solet. de sen. exc. in vj. ubi delegatus non potest absoluere ad cautelam, excedendo commissionem, licet facilius posset ex ea sequi expeditio causæ. Et ibi colligit Domi. in prin. quòd licet ueniant in cōmissione ea, sine quibus causa expediri non posset, de offic. dele. præterea. non tamen ea, per quæ causa commodiùs expediri posset. Facit ad hæc authoritas Ambrosij in lib. De paradiso allegata s. in j. ampliatione, dū dicit: Nihil igitur, quod bonum uidetur, addendū est. Facit etiam l. iij. §. in bello. ff. de re mili. ubi imponitur pœna mortis duci belli, qui cōtra mandatum conseruit manus cum hostibus, etiamsi eos fudit. Hîc narrant Historiographi Q. Fabium, quāuis magna uictoria superasset Samnites, tñ ad mortem damnatus fuit à Papyrio dictatore, contra cuius mandatum bellum gesserat eo absente, licet impetu populi à morte liberatus fuerit, ut per Liuium ix. lib. No. Ioan. de Lig. in tract. De bel. c. xxix. & est text. in c. fi. xxij. q. ij. Dixi de ma. & obe. illud. ¶ Amplia quintò, etiamsi partes consentirent transgressioni formæ datę in rescripto. But. in d.c. prudentiam. in prin. ibi, secundò partium consensus. Allegat tex. hîc, & in d.c. uenerabilis. Idem Bart. in d.l. de his. ff. de transac. & But. de fo. compe. fi diligenti. ibi, fallit secundò. cum concor. quas ibi dixi in ij. fallentia, inferendo ex hoc ad septem corollaria, quæ ibi uide. Et idem no. Bal. in l.j. C. qui admitti. & in trac. schisma. in uersi. prædictis quoq; accedat. posito in rub. C. si quis aliquem testari prohi. Et dixit Imo. in l. quicquid astringendæ. per illum tex. ff. de uer. obli. q si millies partes sint in concordia, ut forma nō seruata habeatur pro expressa, nihil operabitur talis cōuentio, uel uoluntas ipsorum: quia omnis solennitas, seu substantialis forma est iuris publici, l. iij. ff. de testa. & in l. nemo potest. ff. de leg. j. Et ideo non lædituur pacto priuatorum, ut ibi per eum inferentem post Ange. ad cle. appellanti. de ap. per quam dicit, q non sufficit dicere appellanti ab interlocutoria, habeantur causæ grauiminis pro expressis. Et pro hoc ultimo facit, quia partes non possunt uti clausula, Pro expressis habentes, etc. c. qui ad agendū. de procura. in vj. l. sed & si quis. §. quæsitum. & ibi Ange. ff. si quis cau. Licet secus in principe: l. omnes. & ibi Ange. C. de præscrip. xxx. anno. dist. xj. j. eo. nonnulli. in prin. in ij. fallentia. Et pro ista ampliatione quinta est elegans consiliū Signorelli de Homodeis, xxj. incipiens, In processu facto contra Petrolum. ubi uult, q formæ datæ à statuto non potest inquisitus renunciare. ¶ Limita hæc, Nisi forma rescripti esset merè in fauorem partium. Ab. in c. fi. §. is autem. ij. nota. de offi. dele. extollens ad hoc illum tex. ubi forma data de procedendo personaliter, potest omitti de consensu partium[a]: imo sufficit tacitus earum consensus, secundū eum, propter glo. no. eo. ti. olim. lo j. in glo. pe. ibi, scientibus partibus. Procedunt autē prædicta, quādo forma est data à lege, Vel si est data in rescripto, concernit publicam utilitatem, uel partes contradicunt. Et idem not. Abb. in c. super quæstionum. §. uerum. de offi. deleg. & in d.c. olim. & in c. prudentiam. in prin. ibi, nec est uerum. eo. ti. & in c. causam. ad fi. ibi, Hostien. tamen. de re iudi. & Domi. hîc allegando Inn. in d.c. prudentiam. Et secundum prædicta intellige quædam dicta allegata per And. Sicu. in d. §. is autem. Facit ad hæc, quod not. Abb. in c. tuis. in iij. no. de testi. dicens per illum tex. q solennitas substantialis & formalis inducta in fauorem partium potest ab eis remitti: quod dictum est falsum: quia id, quod est de substantia, nō potest per partes remitti. Vnde non possunt facere, q esset emptio & uenditio sine pretio, ut per Are. in d.c. tuis. pro quo uide Io. An. in regula, non est sine culpa. uer. in contrarium. de re iud. in vj. in Mercu. ubi uolens probare, q iuramentum non est de substantia in teste, arguit, si potest à parte remitti. Ergo non est de substantia. Si enim esset de substantia, non esset remissibile: quia actus non potest esse sine substantialibus, c. in quadam. post prin. de cle. mis. cle. j. de sum. trini. secundū eum. Et dicit Bal. in c. cōsanguinei. quasi in fi. de re iudic. q iuramentum testis est de ordine, non de substantia. Tamen, q sit de substantia, firmat Mari. quē allegaui s. in quarto signo formæ, ad fi. respondendo uerbis Io. An. in d. regula, nō est. ¶ Si tamen ista forma respiciens fauorem partium haberet clausulam decreti, non posset ei renunciari, per c. dilecto. cum gl. in uerbo, clausula. de præben. cum cōcor. datis tit. præced. c. cùm accessissent. de quo aliquid paulo pòst. ¶ Idem fortè est, quando pars non consenserit simpliciter omissioni formę, sed uult omittere formam, & transire ad casum non expressum: quia etiamsi ille casus habeat in se maiorem rationem, non fit extensio. Sic intellige c. cui de non. de præb. in vj. Nam si ille uellet in totum renunciare formæ & gratiæ, certum est, quòd posset. Sed formam gratiæ extendere, uel mutare non potest, etiam ad casum faciliorem: quia diuersus est. Ergo sub literis non cōprehensus, maximè cùm illa forma respiciat taxationē & limitationē gratiæ, ut habuimus s. eo. super literis. Et per d.c. cui de non. dicitur, q in dispositione hominis nunquā fit extensio ad alium casum etiā à maioritate rationis, secundū Imol. in l. si uerò. §. de uiro. ibi, item hoc in extensione fienda. ff. sol ma. Et de illo tex. ad propositū formæ nō remissibilis meminit etiā gl. fi. paulò ante fi. in c. si super gratia. de offi. del. in vj. ¶ Pro prædictis bene facit cle. sæpe. in fi. de uer. §g. ubi † licet in cōmissione detur forma procedendi summariè, tñ de consensu partiū potest procedi nō summariè. Et per illum tex. soleo mirari, quare est, q Lu. in repetit. ru. ff. de arb. uer. an tñ. usus est trepidatione, aliàs negando, aliàs firmando, q ualeat, pcessus arbitri, cui partes cōpromittentes dederāt formā, ut procederet sine iuris ordine: & eis nō opponentib. seruauit iuris ordinē. Qm ultra hoc dixit etiā Bald. in l. nulla. ad fi. ff. de ll. q si mandatur iudici, ut ,pcedat summariè, & de plano, modò iudex ,pcedit ordinariè, ualet ,pcessus, tum

a *Consensu partium*] *Vide omnino per do. Alex. in l. ius publicum. ff. de pac.*

7 †

tum per illam legem, tum propter aurea uerba Inno. in c. nouit. post prin. de iudic. ubi dixit, quòd seruare ordinem iudiciarium non potest nocere. Quæ uerba extollit Bal. in l. testamentū. post prin. C. de testa. in auth. offeratur. C. de lit. contes. in l. non dubium. C. de ll. in l. obseruare. §. proficiscī. ff. de offi. proconsu. no. Bart. in rep. l. iij. ibi, ad rationes. C. de pig. & in extrau. ad reprimendum, in uer. possit. Et intellige semper de consensu partium etiam tacito. per d. cle. sæpe. in uer. non contradicētibus. Et esto memor, quòd si partes acquiescunt obseruantiæ ordinis iudiciarij respectu unius actus, non tenentur acquiescere in alijs actibus, ut est ibi gl. aurea in uer. partibus. ad fi. per quam ad totam hāc ampliationē subintellige, q tacitus cōsensus limitatus nō egreditur limitē. Et eam gustat Abb. in c. quoniā. de proba. c. si quis cōtra clericū. de fo. cōpe. in c. presentiū. de testi. Pau. consi. xxv. secus dicens in cōsensu expresso, ut etiā ault gl. præalle. Cōcordat etiā illi gl. dictū Inn. in c. cū ue nissent. in fi. de testi. ubi uult, quòd tacita renunciatio non operatur in alia instātia. Sequitur Bu. in c. cum olim. de cēs. & facit consi. Lu. ccliij. Quæ ad primum. ad fi. Quæ no. ¶ Caue etiam: quia non est ex abrupto firmandum, quòd formæ datæ à lege renunciari non possit; quando concernit merè fauorem partium, licet multi, quos allegaui in d.c. si diligēti, simpliciter hoc innuant, præsertim But. ibi post Bar. in l. ius publicum. ff. de pac. in l. de his. ff. de transact. quoniam in contrarium faciūt, quæ dixi in c. fi. in vj. falle. de fid. instr. Et fortius Rota, de elec. j. in nouis: & Thomas Fasto. dubio Rotæ, xiij. Item dubitatur. nam cle. causam. de elec. dat formā intimationi. Partim ibi, ita demum. & ibi, nō aliter. iuncto vij. signo, de quo s. Et tamen si appellatus uult prosequi illam appellationem non deuolutam, nec legitimè intimatam, potest renunciare fauori & nullitati intimationis inductis per istam cle. & est ibi gl. in uerbo, deuoluta. quia est merè in fauorē appellati, nisi respondeas, quòd ibi lex ultrà procedit temperādo illam formam in quam tum uult, quòd notitia certa habita infra mensem de illa appellatione, æquipollet solenni intimationi. Ergo forma illa est relaxabilis per suū æquipollens, l. permittente. Et si replicares, quòd illa notitia debet interuenire infra mensem, ergo elapso mense forma non uidetur admittere uires annullatiuas deuolutionis: posset respōderi, quòd ex quo illa forma est iam facta, l. permittente alterabilis per unum modum, scilicet notitiæ habitæ infra tempus, uidetur etiam alterabilis per alium modum omnino æquipollentē, imò faciliorem, uidelicet per notitiam habitam, quamuis post mensem, & uoluntatem eius, cui principaliter uolebat fauere forma illa: arg. l. cùm pater. §. xv. de leg. ij. Sed sola notitia post mēsem hoc nō operat, per illum tex. Cogitabis uisis bene omnib. præallegatis. Sed quicquid dicatur, uidetur, quòd etiamsi lex dat formam etiam cum clausula decreti, possint partes renunciare duobus concurrentibus: primo, quòd illa forma fit merè in fauorem earum non mixto fauore alterius: secūdo, dum modò utriusq; partis consensus accedat: secus, si unius tantùm. Ita firmat Domi. post Inn. in c. statutum. §. cum uerò. uer. conclude. secundum do. Io. de rescri. in vj. Et ita procedit, quòd dicit ibi gl. in uerbo non committantur. Nam ipsa ault, & firmius prædicti, quòd licet in fi. illius c. statutū sit generalis clausula decreti, tamen possint partes renunciare illi tex. in §. cùm uero. cum sit merè in fauorem partium. Et hoc no. quia non fui memor referre in d.c. cùm accessissent. Est uerum, q isti non loquuntur, quando est data forma: sed etiam tūc idem est, ut dixi in prin. huius limitationis. Sed horum decisio nota est, dum loquūtur etiam, ubi est clausula decreti: quod non legi alibi. Et multi, quos allegaui in d.c. cum accessissent. tenent contrarium, maximè Abb. in c. dilecto. de præben. dum dicit, quòd etiāsi decretum ponitur in materia merè partibus fauente, nō possunt renunciare, per illum tex. Cui tamen respōderi potest, quòd etsi materia concerneret ibi fauorem capituli, tamen actus, quem Papa prohibebat, uidebatur prohiberi ratione inhonestatis: quia multi per potentiam tentassent, ut canonici frangerent numerum, ut ipse dicit. Tamē etiam Inno. ibi in fi. ibi, uel secūdò. expressè uult, quòd clausula decreti irritātis tollit consensum partium, per illum tex. & d.c. cui de non. Et idē Car. consi. lxxiij. Omnes à me. dicens, quòd extra casum §. in nullo, nulli particulæ d.c. statutum. possunt partes renunciare propter decretum ibi in fi. positum: & idē plerique adducti in d.c. cùm accessissent. & expressè gl. in d.§. cum uerò. dum notat fi. illius c. sed acquiescet stylo curiæ. Non dicas, quòd est alia gl. clarior in d.c. statutum. in prin. quia ille respicit prin. c. cuius prouisio non tangit merè fauorem partium, sed honorem sedis Apostolicæ. Sed glo. in §. cùm uerò. loquitur in casu merè partes respiciente. Et super istis cōtrarietatibus cogitabis: quia non reperio componentem eas, & fortè in uerbis Domi. in d.§. cùm uerò. dum dicit hæc uera, ubi est clausula decreti, deficit: & non debet dicere, ubi non est clausula decreti: & si sic staret, non esset opus laborare aliter in hoc puncto, & esset salua mēs Doc. quam puto procedere. etiamsi Domi. non esset corruptus, prout puto eum esse. ¶ Amplia sextò, Etiamsi solennitas, quæ est de forma, sequatur actum, ut s. in quarto signo, & latè Bal. in l. j. ibi, extrà quæritur. C. qui admit. inferēs, quòd consensus propinquorum requisitus à statuto in contractu mulieris: nō potest sequi: quia cum fit de forma, nihil operatur, nisi interueniat in actu. ¶ Sufficit tamē, quòd interueniat antè q̄ diuertat ad actus extraneos, ut latiùs per eum concludentē, quòd non sufficeret ratificatio. Sequitur Paul. de Ca. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. ma. & Alex. in l. j. §. fuit quæsitū. prope fi. ff. ad Trebel. & Imol. post But. in c. cum consuetudinis. j. tit. proxi. & And. Sic. in c. causam matrimonij. de off. dele. & Car. in c. fi. de ma. & obe. no. Bar. in simili, in l. si uni. in fi. ff. de re iud. & Bal. in l. executorem. de execu. rei iudi. Et hinc est, quòd in actu nullo nō cadit ratificatio. Ioan. An. in regula, ratum. in Mercu. de quo dicetur in d.c. cùm consuetudinis. ¶ Amplia septimò, Etiāsi alius subrogatur habenti expedire actum cum forma: quia tacitè censetur subrogatus, etiā quo ad illam formam. Bal. in l. si puella. C. si manci. ita ali. fue. dicens, q si testator dedit formam distributioni piorum legatorum, ut fiat cum consilio prioris prædicatorum, & executor decesit, uel fuit negligens, & cuius loco successit episcopus, tenetur illū priorē consulere: aliàs non ualebit actus. Ad quod uide, quæ latè dixi in d.c. cùm accessissent. ibi, pro isto dicto. Et ibi dictis adde Cal. de testa. cōsi. xiiij. & q no. Bar. cōsi. mihi clxxxvij. Domini priores. in fi. ubi dicit, q † iudex ecclesiasticus supplēs negligētiā iudicis secularis, debet procedere summariè, si ita debebat procedere secularis. No. etiam Ab. in rep. c. ecclesia. s. ti. proxi. Facit illud generale, quòd subrogatum sapit naturā eius, &c. ut li. pen. ecclesia. Io j. cum si. ¶ Amplia octauò, Etiam in sententia arbitri: quia lata contra formam compromissi est nulla, etiamsi partes eam emologauerint: tex. in c. examinata. de confir. utili. de quo exultat Bal. de pa. Cōst. in uerbo, sententiæ quoque. & latè Maria. consil. mihi lxij. Monasterium sanctę Iulianę. Et ideo dicit Lud. consi. cxlj. Eximie Doctor. quòd laudum latum Pisis, non seruata forma statuti Florentini, est nullū. Et uide eundem consi. ccxviij. præsens casus, An & quando Pisani subijciātur statutis Florentinis, maximè in casibus nō decisis per statuta Pisana. Et hæc in arbitro: secus, in arbitratore: qa si arbitrat contra formam compromissi, ualet arbitramentum. Imo. de iureiu. Quintauallis. xxj. differentia. Item intellige hæc, ubi uitiū transgressionis formæ non dependet

c. cùm dilecta.

à consensu partiū: sed ubi contineret merum fauorem earū, approbando scienter, tenentur ad obseruantiam laudi. Abb. in d. c. examinata. per l. ij. cum gl. C. communia utri. iu. quam apostillaui de fo. compe. significasti.

9 ubi uide. ¶Hoc modo non esset differentia inter arbitrum & arbitratorem: nisi forte, quia arbitrator etiam parte contradicente potest excedere formam in materia per partem remissibili: sed non arbiter. de quo dic, ut per Imo. ubi s. ¶Amplia nonò, Etiam in statutis: ut probāt iura s. allegata & alleganda. Et not. specialiter Bal. in l. ij. C. quomodo & quando iu. dicens, quòd quādo statutum requirit trinam citationem, nō sufficit una pro omnib. quia forma statuti debet seruari ad ungē.

a *Ad ungue] Ad de Alex. de Imol. plenè in l. j. de lib. & posth. ubi multa allegat arg. cōtrà pro Bar. in l. nemini. C. de aduoca. diuers. iudi.*

a gue[a], ex quo recedit à iure communi: & quia potestas iurat seruare, quòd intelligitur secundum formam statuti. Et facit, quòd ipse no. in l. receptis. C. de consti. pec. Et dicit Bal. in l. omnes populi. ibi, item nota, quòd à forma statuti. ff. de iust. & iur. quòd si statutum requirit tempus, & tu require tempus. Et idem, si exigit factū consummatum. Et alia exempla ponit, Vnde dicit Bal. in l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. quòd si data est forma, ut duæ citationes fiant ante bānum, & iudex in prima citatione misit peremptorium, nō ualet: quia est omissa forma. Facit gl. in c. j. in uerbo, uocatione. & ibi Bal. de mili. uas. qui contu. est. in cle. j. in uerbo tertio, de ui. & ho. cle. cum concor. quas dedi in c. quoniam. §. porrò. ut lit. nō contes. Et dicit Bal. in l. ij. C. de pa. qui fi. dis. quòd statutum debet seruari ad literā. Et ideo dixit Nellus in tractatu bannitorū, in tertia parte temporis. q. ix. quòd † stante statuto, quòd nemo bāniatur, nisi præmisso edicto cum termino x. dierum pro quolibet uolēte reum defendere, uel adesse causæ, & edictū dicat de quolibet uolente defendere, & non dicit, uel adesse causæ, nō est seruata forma. Alle. Iac. Bu. in l. hi, q. ff. de posthu. & alia. de quib. per eū. ¶Amplia decimò, Etiamsi solennitas data pro forma esset leuis. Bal. in l. j. ff. de libe. & posthu. dicens, quòd si statutum requirit in instrumento nomen, pronomen & cognomen irritans instrumentum aliter factum, non ualebit instrumentum continens solum nomen singulare unius: in quo errat. Non potest etiam abscp dictis demōstrationibus: quia forma seruari debet ad ungē. Secus, si statutum non procederet irritando: quia tunc nō esset de forma, scilicet de mera demonstratione, secūdum eum: cum quo transit ibi Pau. & Imo. addens pro hoc ultimo l. hac cōsultissima. C. q testa. fa. pos. Sequitur etiam Pe. de Anch. in locis allegatis s. in quinto signo formæ, & Lu. in d. l. hac consultissima. & ibi Phi. & etiam Alex. ꝓpter glo. singul. in cle. appellāti. in uerbo, aliâs. de appel. de qua fuit dictū s. eo. cum ordinem. ubi notorietas nō excusat in propositiōe eius, qđ est de forma. Respondēt ad gl. in d. l. hac. cp expressio illarum qualitatū non est ibi de forma: quia si posset, ꝓbari, de quo testator senserit, remaneret testamētum ualidum, etiam sine demonstrationib. de quibus ibi per no. in l. si quis pluribus. & in l. si fuerit. ff. de reb. dub. Ad hoc quod scribit Hieron. in quadam epistola, dicēs, Non ideo putes aliqua contemnenda esse mādata, quia leuiora sunt: tam enim maxima illa, cp minima imperata sunt, & contemptus cuiuscūcp præcepti, præcipiētis iniuria est. In quocuis proposito, in quouis gradu æquale peccatū est, uel prohibita admittere, uel iussa non facere. ¶Est uerum, cp Ang. in d. l. j. & in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hære. instit. cum quo transit ibi Imo. uoluit, quòd etiā, ubi statutum non requirit pro forma dictas expressiones, omissione earum uitiat indistinctè: qa non uidetur differentia, an lex uel statutū procedat annullādo actum uel non, per l. non dubium. C. de leg. Sed ad illam l. respōdere potestis ex dictis Bal. in l. statutis. uer. in textu. ibi, adijcimus. C. de sen. ex. breuic. recī. dum dicit, cp si illa l. non apponeret decretū annullationis, ualeret sententia, omissa solennitate, de qua ibi: licet ferri non deberet. Et sic uult, cp aperta expressio decreti annullatiui operet formam, non aūt tacita, de qua in d. l. nō dubiū. cp etiā firmat Salic. clarius in d. l. statutis. in j. not. ubi dicit, cp l. nō dubiū. dū dicit, phibuisse, sufficiat, pcedi, quādo lex prohibet actum fieri: secus, quādo lex loquit nō phibitiuè, sed mādat actū certo modo fieri: quia tunc ualet actus, licet modus ille non fuerit seruat[o], si lex, uel statutū nō pcesit ultrà annullādo. Mouet: quia l. ij. C. de sen. ex breuic. re. puidet, cp sententia ferat in scriptis: postea lex uel statutū, addit, cp si non fuerit lata in scriptis, nō ualeat. Vñ si prima priuisio sufficeret ad annullationē actus, esset superflua. d. l. statutis. Et sequtur accuratè Alex. cōsi. mihi dvij. in spectо, pcessu. aliâs est in iij. uol. xxiij. ex quibus tollit obiectio Ang. de Are. d. l. non dubiū. ¶Circa quā in proposito uide etiā omnino, cp not. Bal. & Pau. de Cas. in l. humanum. C. de legi. ubi dicunt, cp quando in l. aliquid ordinatur, & dicit, cp aliter non fiat, uidetur tacitè dictū, cp si contrà fiat nō ualeat, per d. l. nō dubiū. Tamē lex maioris est efficacię, quādo expressè dicitur, cp act[o] aliter factus nō ualeat. Vnde in primo casu ad tollendā legē tacitè irritantē actū nō requirit clausula, Nō obstāte, d. l. humanū. Sed in secūdo casu requirit expressa clausula, Nō obstāte, secūdū eos: & facit cp dicet j. in fin. primæ limitationis. Ita in ꝓposito, licet lex, uel statutū reqrēs certā solennitatē, habeat tacitā clausulā decreti, per l. non dubiū. fallit tū, ubi est solennitas legis, secundū Imo. in l. ij. §. priùs. ff. de uul. & pup. per l. j. ff. de uen. in spi. & not. Bald. in d. l. hac cōsultiſſima. ibi, tu dic, cp prima. Sed si clausula decreti annullatiui est expressa, operat maiorē efficaciā: qa introducit formā omnino seruandā, etiā in materia leui. Et ista perpetuò no. quæ adde ad ea, quæ dixi de test. cog. sup eo. ¶Et secundū prædicta potest intelligi notabile uerbū Rotę, de offi. deleg. ix. Itē collector in nouis, uer. item pōderauit. dum dicitur ibi, cp collector potest etiā plures subcollectores simul deputare, licet hoc sit cōtra regulā cancellarię: quia illa regula nō habet decretū, uel inhibitionē. Et sic sentiūt, qđ est dictū s. circa l. non dubiū. qa regula mādat aliquid fieri certo modo, & nō ꝓhibet expressè, ne aliter fiat. Inducūt glo. in cle. j. in uerbo, nullatenus. de seque. pos. & fru. & glo. in cle. j. in uerbo, inhibentes. de iure patro. quā nouiter dilatauī in c. ex parte. de constit. Et ad hæc puto reducenda quędam inculcata per Firmianū in uerbo, forma. ꝓpe fi. ibi, forma non seruata, &c. & in uerbo, actus. ad fi. ij. col. Bene facit consilium Abb. xcvj. Quidā canonicus regularis, ubi dicit, cp qui nō seruauit formā c. licet. de reg. cogitur redire ad monasteriū dimissum, etiāsi non recesit leuitate animi. ¶Et si diceretur, Ista reuersio est leuis solēnitas, qa poterit iterū recedere petita licentia quāuis denegata, d. c. licet. Respondet, satis esse, cp satisfiat formæ iuris, per c. ad petitionē. de accus. & cle. j. de sup. neg. prela. ubi uide gl. in uerbo, reuocari. quasi in medio, ibi: sed satis est, cp satisfiat iuri. Facit c. debitores. de iureiu. Item fortè posset reuersus induci ad remanendū: & ideo sufficit solennitatē posse contingenter esse non leuem, secundum eum. Pro quo ultimo uide omnino Bar. in §. si plures. allegato s. in tertio signo formæ. Adde etiā Bal. in c. j. post prin. de præscri. ubi dicit, cp si statutū dicit, cp testamentum non insinuatum intra sex menses sit nullum, alio statuto cauetur, quòd si non est petitum cassari, possit quandocunque insinuari, debēt ambo sic intelligi, cp ad hoc ut non possit insinuari, requiruntur duo, scilicet quòd sit nullum, & quòd sit petitum cassari. ¶Et si dicitur, ad quid petitur cassari, si est nullū: respōdet, ut de facto seruetur forma statuti: argu. optimū in l. quidā cum filiū. ff. de uerb. ob. & in l. Mæuius. ff. de cond. &

22 elec. in vj. q † si sit legatū pro alimentā
d dis pauperib. [a] in certo hospitali, uel pro officio in certa ecclesia, destructo hospitali, uel ecclesia, non debetur legatū. Et probat Alex. in utili propositō. cōs. xlij. De celerrima expeditione, q castrū destructū sine spe refectionis nō retinet iura, quæ antè habebat. Et dicit latè Bal. in c. j. de elec. q si reintegratur monasterium, non habet priora iura, quæ olim habebat, nisi remāsissent aliquæ reliquiæ. Ad quod ultimū uide omnino, quæ dixi ti. præcedē ti, cùm accessilent. ad fi. in q. an reædificans rē collapsam, dicatur de nouo ædificare? Et dicit Bal. in l. hæreditas. in fi. ff. de hær. inst. q destructio monasterio ecclesia Romana capiet bona: quia repræsentat Deum ubiq;. Tamē dic, ut s. & hæc adde ad Alex. in d. §. sacrā. in apostill. ubi latiùs colligit, q̄ in lectura. ¶ Et adde in terminis Doctorum hîc, quod scribit Domi. in c. j. §. confirmatos. in v. not. per illum tex. de reli. do. in vj. ubi dicit, q ubi reprobatur collegiū religiosorū, bona sunt Papæ, ut ibi, ubi in pios usus iussu Papæ conuertētur, uel in terrā factā, uel aliter, prout sibi placuerit. Quid autē si destruitur hospitale? Vide latè Petr. de Peru. de iiij. can. epis. c. iiij. ibi, quo ad aliā q. qua quærebā. Vbi etiā inuenies multa de prędictis, maximè q si destruitur collegiū religiosorū, bona applicātur superiori, tanq̄ uacantia, put fuit seruatū in destructione dicti

23 collegij tēplariorū: & sic concordat cū
b Abb. ubi s. ¶ Quid † autē, si unus recedit[b] de collegio, utrum debeātur ei bona, quæ cōtulerat? Nō tāgitur hîc: ideo loquēdo remissiuè uide gl. & omnes in c. quod à te. de cle. con. gl. c. si quis rapuerit. xxvij. q. j. gl. fi. in c. si qs incognitus. xvij. q. ij. Imò. in c. ex transmissa. ubi bonus text. de renū. Petr. de Anc. in regula, accessoriū. ibi, sextò opponо. de reg. iur. in vj. Angel. cōs. mihi ccxxj. Casus tālis est. Iac. de Vbertel. Lap. alle. lxij. Bart. in l. ij. §. fin. ff. de bo. pos. secūdū tab. Bal. in authē. ingressi. C. de sa. san. eccl. & in l. j. C. de Lati. li. tol. Cal. de reg. cons. xxiij. & xxvij. Pet. de Anc. cōs. mihi ccxxvj. de primo dubio. Spec. de sta. mo. §. j. uers. vj. & uers. xxv. Imo. in cle. ne in agro. de sta. mo. Inn. in c. dilecta. ibi, Azo tamen dixit. de excess. præl. But. in c. statuimus, de reg. Car. cōs. xxj. Quidā nomine Laurentius. & cons. xxx. Quidā frater. And. But. cons. xxxiij. ut s. solenniter est consultū, &c. Rotā de consue. j. in antiquioribus, Abb. & Are. in c. fin. de proba. ¶ Vltimò dixit hîc Inn. uerbum ualde famosum, q reuocari potest sententia, quæ transiuit in rem iudicatā, quādo uidetur acquieuit nouæ liti mōtæ super iustitia illius sententię, non opponēdo exceptionem rei iudicatę. & de hoc dicto fit solennis mētio in diuersis locis, de quib. cùm opportunè scripserim de re iudic. inter monasteriū. ad fin. ibi, limita octauò, ideo hîc omitto. Solū addo Bal. in l. & post edictū. in fi. ff. de iud. Ex cuius uerbis potest dari tertia declaratio ad dicta Inno. ultra duas, quas ibi posui.

c. plerunque.

CAPITVLVM XXIII.

Plerunque. ¶ Valet secundum rescriptum, licet nō faciat mentionem de primo; quo uti noluit impetrans. H. D. Et fuit declaratū s. eo. si autem. ¶ Circa differentiam, quam colligit hîc Abb. inter priuilegium & rescriptum, adde pulchrè Bal. in l. falso. C. de diuer. rescri. Item dum pulchrè not. hîc Abb. q nō sufficit in aliqua re allegare impedimentū, nisi ꝓbetur, q impedimentū fuit causa immediata, quare non expediuit actum, adde, quæ opportunè scripsi in c. ex transmisso. de præscript. ubi etiam inuenies, quando impeditus debeat protestari. Et ibi limitaui dicta Abb. hîc, nisi cōstaret notoriè, q impedimentū non potuisset remoueri: quia tunc non est opus probare de diligentia, uel de conatu remouendo, allegando consil. Paul. de Cast. Dic, ut ibi. ¶ Et dum Abb. not. quòd dicatur multum tempus, adde gl. fin. & Doct. in cle. j. de reb. eccl. non alienand. & ibi Card. ad fi. Ana. post alios in c. fin. in no. ne prælati. glos. fin. in c. ij. in uer. modicum. de reb. eccles. non alienan. in vj. glo. in l. fin. ff. si ager uec. & in l. si filius. C. de pet. hæred. & in l. cùm de in rem uerso. ff. de usur. Bald. in l. iubemus. in princip. là ij. C. de sac. sanct. eccles. Angel. Imol. & Lu. in l. si filio. §. fin. ff. solut. matrim. & ibi Alexand. in fin. & Alexand. pulchrè consil. mihi ccccj. Viso instrumento locationis. alij eo. xvj. latè Andr. Sicul. in repetit. rubr. de reb. eccles. fol. v. uers. quando autem alienator. Bartol. in l. j. §. quod autem. ff. de superfi. Pet. de Anch. consil. iij. quædam ex prædictis. Bal. in l. ij. C. de serui. Alexand. post Imol. in l. si de eo. §. j. ff. de acquirend. possess. Et quando simpliciter dicitur, Post annos, intelligitur de biennio, l. libertas. §. fin. ff. de manu. test. Et si dicitur, In diebus, intelligitur de biduo, l. inter illum. in fin. ff. de uerbor. significat. Et si dicitur, Aliquot annis, intelligitur de duobus. Glos. j. in c. pe. de cens. per regulam, pluralis. lib. vj. cum concor. Et si dicitur, Per tempus & tempora, intelligitur de triennio: glo. j. in l. usuræ. C. de usur. dicens, quòd Antichristus prędicabit per tempus & tempora. Et si dicitur, Promitto dare in tribus terminis, intelligitur, in tribus annis. Tex. gl. & Bart. in l. iij. ff. de annu. leg. Et ex locis præallegatis percipies hanc inuestigationē esse magni pōderis: & etiā seruit ad q. utrū prohibitus alienare possit locare ad longum: ad qđ semper recurritur ad gl. in l. codicillis. §. instituto. de leg. ij. q̄ opportunè ornat apostilla Alex. ibi ad Bart. cui adde Lap. alle. xij. & omninò Andr. Sic. in d. rub. de reb. ecc. Ab. in c. fi. de ec. ædifi. Alexand. consil. mihi lxviij. Visis duobus elegantissimis consilijs:

consilijs. ubi ſ. d. gl. inſtetit poſt Are. in conſi. inci. Viſo puncto prædicto. & poſt And. Sic. in conſil. Deum inuocent. Aliquid etiam Cal. de iureiu. conſ. ult. iuncta addi. Domi. ibi: pulchrè Alex. poſt alios in l. ſi domus. §. fi. de leg. j. aliquid Are. conſ. cxj. conſideratis diligenter. ¶ Sequitur c. cùm contingat.

SVMMARIVM.

1 Mandatum de ſui natura debet fieri à ſuperiore.
2 Fama inducit iuſtam credulitatem, ideo excuſat accuſatorem à præſente calumnia.
3 Dictum unius legalis uiri præbet iuſtam cauſam credendi, & excuſat credentem.
4 Credulus licet quis nimium ſit, tamen dolus falſa loquentis præponderat culpæ nimis faciliter credentis.
Quando quis dicatur propriè habere notitiam. Poſt num. 4. uerſ. ſecunda concluſio.
5 Notitiam alicuius rei dicitur quis habere, qui cognoſcit eius ſubiectum, & quoſcunq; effectus proprietatis ipſius.
6 Notitia alicuius ubi requiritur, non ſolùm ut ſciat, ſed ut aliquid faciat, debet ei intimari, etiamſi aliunde ſciat.
7 Notitia undecunq; ſufficit, quando habet fieri notitia, per quam non præiudicatur parti, neque arctatur is, cui fit intimatio. Poſt numer. 6. uerſ. ſexta concluſio, quam concluſionem limitat.
8 Citatio illegitima ita ligat unà cum notitia ſubſecuta, ſicut citatio legitimè facta. & num. 9.
10 Denuncians debitori debitoris, ne ſoluat, debet ei legere inſtrumentum debiti, uel copiam dimittere.
11 Excommunicatio delegati quando ſit nulla, quam fert contra ordinarium in iij. caſu huius capi. cùm contingat.

CAPITVLVM XXIIII.

Vm contingat. ¶ Si à delegato aliquid mandatur ordinario, debet humiliter exequi: ſed ſi delegatus per alias literas poſt excommunicationem mandat contrarium, uel ſi ante executionem innotuerit ipſi ordinario, inter delegatū, qui mandauit, & alium, contentionem eſſe de iuriſdictione, faciet ſibi exhiberi copiam utrarumq; literarū, non ut de iuriſdictione aliter cognoſcat, ſed ut ſe informet, an per ſecundas reuocentur primæ: & ſi primæ reuocentur, exequatur ſecundum mandatum: ſi autē nō reuocantur, uel de hoc dubitet, nō exequatur ſecundū mandatum, donec contentio de iuriſdictione termine
x tur. H. D. ¶ Et per iſtum tex. dum probat, q; † natura mandati eſt, ut fiat à ſuperiore, infert hîc And. Sic. ad dictum Bald. in l. j. C. de ſer. fug. dum dicit, caſſatam fuiſſe quandam inquiſitionē, in qua dicebatur, q; ſeruus mā dauerat domino: quia non eſt ueriſimile. Sed hoc dictum latè impugnat Andr. quia uerbum Mando, non eſt ſemper imperatiuum, l. pater. §. mandato. de leg. ij. & melior tex. cum gloſ. in c. mandatis. ij. q. v. & facit glo. in l. j. ff. quod iuſſu. & quod dixi ti. præce. nam concupiſcētiam. ſ. eod. eam te. Ergo ſicut uerba libelli debent improbari, ut ſaluentur: ut dicit Butr. poſt glo. de reli. do mi. in c. conſtitutus. dixi in ti. de iudi. examinata. ita uerba dictæ inquiſitionis intelligantur de exhortatione, uel conſilio: non de mādato, ut hîc latiùs per eum. Sed certè etiam intelligendo hoc modo inquiſitio non procederet, quia intentio inquiſitionis erat punire mandatum: & ideo exponendo uerba aliter quàm de mandato, non poſſet ſequi illa concluſio: quia cōtra perſuaſorem, uel conſultatorem aliter proceditur, ut dicit Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandatum. ibi, ueniamus ad p ſuaſorem. ff. de iniur. dixi in c. j. de offi. deleg. Et attenta cōcluſione inquiſitionis dicta expoſitio diſproportionaret uerba ipſius, quod fieri non poteſt: ſicut etiā dicitur in libello, q; ſaluatur per impropriationē uerborū, dūmodo illa impropriatio nō inducat omnimodā diſproportionem in ſenſu & in uerbis, ut uoluit Bart. in l. ſi mater. §. eādē. ff. de excep. rei iud. Bu. in d. c. examinata, in xx. col. cū duab. ſeq. Pet. de Anc. cōſ. xxvij. Dictis p ſta
2 tutū, &c. cū ſi. In quantū ex gl. j. colligit pulchrè. Ab. q; †
a fama inducit iuſtā credulitatē[a], adeo q; excuſat accuſatorē à pręſumpta calumnia, ut per Bart. in l. ij. C. ſi ſeruus, uel libertus. lib. x. adde Bal. in l. pign[9]. in prin. C. de pig. ac. ſi eſt fama, q; tutè iri poterat ad molendinum: & homines loci acceſſerunt, & incurſu hoſtiū capta ſunt animalia & frumentū, excuſantur à culpa. Ex quo dicto dicit hîc And. Sic. ſe conſuluiſſe ad excuſationē paſtorū, qui freti fama ſalui conductus hoſtiū a miſerunt armenta aliena expoſita paſcuis & depręda ta. Tamē Bal. ſimpliciter dicit, q; maior pars hominum accedebat: & hîc excuſat errorē deprædatorū: non dicit aliquid de fama. Adde etiā q; bona fides cauſatur ex iuſtis & temerarijs cauſis: gl. maior ibi, uel iniuſtis. in l. j. C. ubi cauſa ſtatus. & ibi Bald. Et adde Ang. in d. l. ij. C. ſi ſeru[9]. ubi refert ſeruatā fuiſſe Peruſij opi. Bartoli ibi, ad excuſationē accuſatoris, quē fama deceperat. Sed intelligē dū modò fama durauerit longo tēpore. Itē, dū modò nō fuerit procurata ab accuſatore, ut dicit Bart. in l. miles. §. mulier. C. de adul. Et quādo dicatur lōgū tempus, in hoc uide Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionibus. Item intellige dictum Bart. niſi tempore accuſationis eſſet fama in contrarium: quia tunc ſtatur ultimæ famæ, & non primæ. In contrarium Bart. in d. l. ſi. ibi, ex hoc deciditur. ff. de ferijs. & in l. diuus. ibi, quare tò eſt argumentum. ff. de militari teſt. q; ſi eſt probata bona & mala fama, ſtatur bonæ, fauore rei. Et ſequitur Petr. de Anch. in repetit. c. j. ibi, ſubijcio ſimilem q. ſ. tit. proxim. Notat Abb. de ſponſalib. c. cùm in tua. & Bal. in l. ſi tutor. C. de periculo tutorum. in aliquibus libris. Et dicit Bal. hîc, quòd ubi tractatur de præiudicio graui, non ſufficit ſcientia per famam: quia ſcientia eſt uerorum, & ueritas nō poteſt eſſe falſa, per d. §. mulier. Sed hîc agitur de paruo præiudicio. Pro hoc, quod notat Bar. in l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quē ad. teſt. aper. & in l. ſed ſi de ſua. ff. de acq. her. & per Cy. in l. ſi quidē. C. ſol. mat. bonus text. xxiij. q. viij. occidit. Et iſta omnia latè allegat hîc And. Sic. ¶ Addatis Bal. in l. ſi tutor. C. de periculo tuto. ubi dicit, quòd ad probādum, quòd ille poſſidet mala fide, & non præſcripſerit longo tempore, debes facere articulum, & probare, quòd per tantum tempus uiguit, & adhuc uiget fama in loco, quòd iſta res pertinuit & pertinet ad te agentem. Et ad illud de fama contraria, adde Ioann. Andr. & omnes plenè c. cùm oporteat. de accuſat. & Bald. in l. ſacroſancto. C. de epiſcopis & clericis. & latiſſimè do. Maria. Socin. in repetit. c. qualiter. de accuſatio. q. ix. artic. xlj. & per Petr. de Ancho. conſil. mihi. clxxxv. tribus de cauſis. Et circa dicta Bartol. in d. l. ij. C. ſi ſeruus. quando fama excuſet à calumnia, adde Ioan. Andr. in Specul. de abolitio. §. fin. uerſic. ſed pone: c. accuſauit. Bartol. Bald. & Angel. in l. athletas. §. calumniator. ff. de inſam. Bartol. in l. j. §. j. ff. ad Turpil. Butrig. & Imol. in c. ij. de calumn. & ibi, Ana. uerſic. quid autem ſi accuſator. ubi refert dicta omniū iſtorum, & etiam dicta Salic. in l. mater. C. de calumn. licet de Bar. in d. l. ij. nihil dicat: quem etiam ſequitur Abbas in c. fina. de iureiurando. ¶ Quòd autem fama inducat iſtam cauſam credendi, patet ex dictis Bar. in l. Celſus. ibi, & ſi dicatur, Qualiter. ff. de uſucap. & Bart. & Bald. in l. proprietatis. in fin. C. de probat. cum concor.

a *Credulitatem*] *Adde Bald. in addi. ad Spe. in tit. de accuſ. uerſi. ſed an fama. & dic, ut p do. Alex. de Imol. in ſuo conſi. xcvj. iiij. parte.*

ubi

ubi dicitur, quid ſi in præſcriptione inducit bonam fidem, putà ſi eſt fama, quòd res fuit antiquorum meorum. Et not. quòd ad hoc, ut quis debeat credere ſe excommunicatum, ſufficit certificatio per famam certā: & ſic probatio non plena. Ita text. in c. illud. de cle. excō. mi. quòd in hoc non habet parem, ſecundum But. ibi. Et ſi dicitur, talis eſt in curia excommunicatus, debet abſtinere ab his, quæ ſunt prohibita excommunicato, ſecundum eum. Quod benè not. & intellige, dum modò probetur, nedum quòd fama erat, ſed quòd ipſe eā ſciebat, ut dicetur j. in limitatione vj. concluſ. ¶ Et q; ad incurrendam pœnam reſpectu ſcientiæ ſufficiat ſcire per famā, uide gloſ. & Bart. in l. j. in fin. ff. de receptato. & in l. omnes. C. de agri. & cenſ. lib. xj. & text. in c. cùm de fideres. allegato hîc in gloſ. Et dicit Bald. in l. falſus. ibi, illud eſt notandum. C. de furt. quòd iuſta credulitas cū fama habetur loco ueræ ſcientiæ, ſi conſonāt eriā ueritati. Alleg. l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acqu. hær. Tamen iſta notitia, quæ habetur per ſolam famam, eſt iuſta cauſa diminuendi pœnam contrafacienti, ut eſt text. reputatus ſing. in d. c. illud. in fi. ibi, cum eo miſericordiam facientes. ¶ In quantum autem gl. hîc probat, quòd dictum unius præſtat in propoſito iuſtam cauſam credendi, etiam ſi eſt perſona leuis: contrarium tenent hîc But. Card. & Abb. quia debet eſſe perſona fide digna, ad hoc ut retardetur executio mandati ſuperioris. ¶ Nec obſt. iſte text. ibi, nihil omnino. quia ſecū dum Card. nihil dicitur ſcire, qui audiuit ab homine leuis opinionis, cùm tales ſæpè dicant uaria, & nō uera. Sed Imo. hîc tenet contrarium: quia litera non uidetur diſtinguere, à quo audiuerit. Imò uidetur ſufficere informatio à quocunq; habita: maximè, quia in hoc nō generali graue præiudicium, cùm de facili infra breue tempus poſſit executor ſe informare ſecundum formā huius c. quid agere debeat, & ideo de facili aperientur fictiones & mēdacia. In prima opi. uidetur tutior: quia nulla iuſta credulitas poteſt cauſari ex dicto perſonæ leuis, ut patebit ex infrà dicendis. ¶ Generaliter autē, quando in aliqua materia dicatur eſſe inducta iuſta credulitas, uel notitia, uel ſciencia, dari non poteſt doctrina certa: ſed inſpici debet materia ſubiecta, ut uideatur poſſe inferri ex multis hinc inde ſparſis, de quibus ordinarij non uiter octo concluſiones: & in prima erunt
3 incluſa ea, quæ in propoſito ponit hîc Anch. ſic. ¶ Prima concluſio. Dictum † unius legalis uiri præbet iuſtā cauſam credendi, & excuſat credentem. Gl. trita in l. Titio fundus. in uer. actiones. prope fi. ff. de condit. & demonſtrat. per quam dixit Ang. in l. ſi à bonæ fidei. ff. de rei uend. ubi etiam bonus text. quòd excuſauit in ſyndicatu quendam poteſtatem, qui aſſignauerat nobili totum palatium pro carcere, quia reputabatur homo ſyncerę fidei: tamen receſſit: unde ille poteſtas fuit in magno periculo, ſecundum eum inferentem ad excuſationem tutorum deponentium pecunias pupillorū apud campſores, fidentium illis, quia ab illis communiter recuperatæ. Et adde Bart. in l. quidam decedens. uer. fin. de admin. tut. ubi dicit, quòd tutor, cui oſtenditur teſtamentum, uel dicitur ei per perſonas, quæ uiderunt teſtamentum, quòd eſt datus tutor, tenetur credere, aliàs non. ¶ Et dixit Bart. in l. item ueniunt. §. petitam. ff. de petit. hæred. quòd non refert, à quo fiat denunciatio, ut quis conſtituatur in mala fide. Et dicit ibi Ang. quòd ad conſtituendum cuſtodem uillæ in negligentia, quia nō cepit malefactorem, ſufficit, à quocūq; ſciuerit de delicto. Et iſta dicta ponit hîc Andr. Sic. inſurgens poſtea contra gloſ. & Doct. quòd imo non ſufficit in caſu noſtro qualiſcunq; notificatio, per multa, maximè per cle. cauſam. cum gloſ. de elect. propter quę non eſt recedendum à communi opin. quia illa procedunt, ubi agitur de ſubeundo iure oneroſo, uel præiudiciali, ut patebit ex infrà dicendis: quod non eſt in propoſito, ut rectè dicit Imo. hîc. Et in quantum alleg. And. Sic. gl. in d. l. Titio fundus. addatur Bald. in c. ueniens. lo j. ad fin. de teſti. ubi per ipſam infert, quòd conſilium unius famoſi doctoris excuſat iudicem cauſæ, qui ſequitur illud conſilium, ſi conſultor fuit electus de partium conſenſu, niſi contineret expreſſum errorem. Ita intelligitur Bart. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudic. Facit, quod no. omnes Doct. in c. fin. de do. & contu. quòd tale conſilium excuſat partem uictam ab expenſis, tanq; non temerè ad litigandum motam. De quo dic, ut opportunè per Alex. in l. properandum. §. fin autem alter utra. C. de iudi. Adde etiam Ang. in l. j. ff. de eo, per quē
4 factum erit. in primo, ubi dicit, quod † licet quis ſit nimium credulus propter dolum alterius, tamen ille dolus præpōderat culpæ & fatuitati credentis[a], ut ibi in gl. fin. in prin. Et non dicitur nimis credulus, qui credit uiro fide digno. Alle. gl. in d. l. Titio. quā dicit ualde not. ¶ Et ponit alios quinque modos excuſandi credulitatem, ut non dicatur leuis: putà, ſi credidit teſtatori, uel famæ, uel peritis in arte, uel ſigno dato, uel magiſtro militum. Et allegat iura, concludens, quòd omnis credulitas, licet fatua, excuſat quē à pœna doli, per l. plagij. ff. de plagia. & l. igitur. ff. de lib. cau. Remittit etiam ad Innoc. de conſu. ſeruo. propoſuit. ubi dicit, q; cuilibet refererti credendum non eſt. Et plurima ſigna excuſabilia credulitatis, uide omnino per Bald. in l. ſi ſuper longi. C. de præſcr. lon. temp. Dixit etiam Bald. in l. indicia. C. de rei uend. q; dictum notabilis uiri, putà, dicentis patrem meum, cui ſucceſſi, emiſſe talē fundum, induxit iuſtiſſimam credulitatē, ut ex ea poſſit cauſari titulus putatiuus ſufficiēs ad præſcribēdum illū fundum, iuxta d. l. Celſus. & quod ibi Bart. Et ſequit Alex. in d. l. j. allegans ad idem Ioan. And. & alios, de iur. pa. c. cura. & Bar. in l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emp. & quod no. Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in fin. viij. q. ff. de ope. no. nun. & uide Alex. in d. l. j. & in d. §. ſi quis ipſi. ubi poſt certas remiſſiones ad materiā excuſabilis credulitatis, adde etiā Bald. in l. j. C. de reb. ali. non alie. q; ſi quis emit ab aliquo tanquā executore ultimę uoluntatis, cùm non eſſet, nō poteſt præſcribere, niſi probet ex aliquibus coniecturis, ſe fideliter credidiſſe illum exequtorē: putà, quia hoc auduit dici à plurib. honeſtis. Et ſequitur ibi Sal. Facit etiā bonus tex. in l. ſi uerò non remunerā di. §. ſi quis mandauerit. ibi, benè credis. ff. mā. & quod no. Lap. alle. cxxvj. quidam in carceribus publicis. ubi dicit, q; dictum perſonæ fide dignæ, uel fama excuſat credentem, & latè excuſat religioſum à pœna, cle. j. de priuil. quia credidit fide digno dicenti, habitam licentiam à ſacerdote, & miniſtrauit ſacramenta laboranti in extremis, maximè cùm iſta credulitas non eſſet temeraria. Facit, q; no. Car. in d. clem. j. q. xxxix. & Cal. de ſen. excom. conſ. iiij. Et q; propter magnam integritatem uitæ alicuius recedatur plerunq;

a *Tamen ille dolus præponderat culpæ & fatuitati credentis*] *Et ſic uult hic Fel. q; minus credulus excuſetur: in qua materia ipſe procedit in trimitate, & nō aperit ueritatem iſtius difficultatis: quare tu pro uera intelligentia iſtius dubij dic ſic: imputandū eſt ei, qui minus credul⁹ eſt. Facit lex il. miles. §. pe. ff. de adul. & in auth. hodie. C. eo. et in c. relatū. q fil. ſint le. & in l. nimia credulitate. C. de act. & ob. gl. in c. quàm magnū. et ibi Archi. xxiij. q. iiij. & glo. in c. innocēs. xxiiij. q. iiij. & in c. ſi qs. l. diſt. & in c. inquiſitionis. de ſent. exc. Limita, iſtā regulam non procedere in præiudiciū nūciatis. Vide Bar. in l. j. ff. de eo, per quē factū erit. in uerſ. opp. tertiò. Et hoc mō intelligas hîc Fel. q loquitur cōſuſe. Limita ſecundò, niſi quis crediderit homini fide digno. Gl. eſt ſing. in l. Titio fundus. de cōd. & dem. et ibi Bar. & in l. de pupillo. §. ſi quis. ff. de no. op. nū. & in l. non. §. morte. eo. tt. Et p illā gl. dixit Bal. in l. iudici. C. de rei uen. q; dictū nobilis uiri inducit credulitatē, etiā in materia*

c. cùm cō tingat.

præscriptionis. Idem dixit Bart. in l. Celsus. ff. de usu. do. Ant. in c. si diligenti. de præscri. do. Ab. in cōs. ciij. quod inc. In q. Fortilis dixit Gemi. in c. de capitulis. x. dist. qd' gl. & dicta Doctorum in materia ista habēt locum, etiam in nuncio solito mitti ad tales causas, quia excusatur qui ei credit, l. argentū. ff. commod. quod tamen limita sing. procedere in speciebus: secus, in quantitatibus. Ideo si sum debitor tuus in x. ducatis, & tuo nomine uenit famulus solitus ad hoc mitti, repetens ista x. ego bona fide ei numero: si famulus fugit, nō sum liberatus. Ita no. Bart. in l. si procuratori falso. in. iij. q. ff. de cōditio. ob causam. Paul. de Cast. in l. argentum. ff. commo. Ang. in l. si finita. §. si iam. ff. de dam. infect. Limita, quando esset cōuentum inter partes, quòd afferenti tale signum, talis res daretur: tertius uenit cum signo, qui audiuit, nūquid liberetur, si ei crederet. Vide per Angel. & Ro. in d. l. j. de eo per quē facta erit. Limita tertiò, quādo qs crederet publicæ famæ. Text. est in l. cùm quid. ff. de acqu. hæred.

a Nō excusatur] An inimici credulitas excusetur, uide Paul. de Cast. in d. cons. cccxiiij. alleg. 5. in text.

plerunq; à regulis iuris, collegi alias plurimas decis. in c. super his. ad fi. de accus. ultra quædam posita per And. Sic. in pluribus locis, maximè de offi. deleg. insinuante. ¶ Limita duplicit. glos. in d. l. Titio. & similia. Primò, nisi quis sit obligatus ad non faciendum certum quid in præiudicium alterius sine eius licentia: quia non debet contrauenire promissis, etiamsi homo fide dignus diceret sibi, illum esse contentum. Paul. consil. cclxiij. Viso 5. scripto puncto. Alleg. l. ij. §. j. ff. de eo, per quem factū erit. & l. si quis inficiatus. & quod ibi, no. ff. depositi. & l. nomen. C. quæ res pign. obl. pos. ibi, nondum certior à te de obligatione tua factus. & alia, de quibus per eū dicentem, q; excusaretur, si crederet instrumento, quāuis uerè esset falsum. Et pro hoc facit dictū Spec. de citatione. §. sequitur: parum post prin. ibi, sed primū uerius. dū dicit, q; non tenetur quis credere aduersario suo dicenti, quòd de mandato iudicis ueniat ad iudiciū, neq; appellanti dicenti, se cōtra eū appellasse, nisi instrumentū appellationis ostendat, quia talia sæpè simulātur, l. j. ff. de eo, p quē factū erit. Facit gl. in uer. certiores. in c. si beneficia. de præb. in vj. dicēs, q; ubi quis debet esse certus, non debet credere cuilibet referenti, nec debet dicere se dubitare, ubi certus esse debet: & ibi Domi. post Ioā. And. alle. plura per illam glos. Dixit etiam Abb. in c. cùm olim. iij. no. per illum tex. de dol. & contu. q; assertio magni uiri, etiam iurata, facit præsumptionem, non tamen probationem etiam semiplenam, de quo de testib. cū à nobis. & de sen. exc. sicut. & ibi Abb. propter gl. ibi. ¶ Limita secū dò, nisi essemus in materia, in qua uenit culpa etiam leuis: quia nimia credulitas nō excusat[a]. Fulg. & Alex. in l. polla. C. de his, quib. ut ind. dicētes, q; tutor propter consilium coniunctorū pupilli benè excusatur à dolo, ut ibi p gl. in uer. pupillo. ibi, suadēte matre, uel agnatis. Sed p hoc nō est fatendū, q; excusetur ab omni culpa, quin teneatur actione tutelæ, cum nimia credulitas assimilatur culpæ, l. j. §. j. ff. de eo per quem factū erit. Et in actione tutelæ uenit culpa etiam leuis, l. quicquid. C. arbit. tu. Et ita intelligunt uerba Bald. & Sal. ibi, qui propter. Dictæ gl. instruunt tutores, ut semper faciāt cum consilio coniunctorum pupilli: quia excusabuntur à dolo. Et sequuntur ibi simpliciter Pau. & Phi. Et per illam gl. dixit etiam Bald. in c. j. in prin. qui feu. da. pos. quòd illud, quod fit cum consilio sapientis, præsumitur fieri bona fide & sine calumnia. Et illam gloss. allegat etiam Bal. in rub. C. de pœna iudi. qui malè iudic. & Salic. in l. fi. C. eod. tit. ad q. de potestate, quādo excusetur propter assessoris dictum: de quo per Alexand. in l. ij. ff. quod quisq; iuris. Et dixit glos. fin. in c. si quis præpostera. l. dist. quod excusatur etiam, qui statim non credit bono uiro: imò, secundum eam nimia credulitas inducit culpam, ut in iuribus in ea alle. quā intellige secundum prædicta. ¶ Secunda conclusio. Dicitur quis habere notitiam certam & indubitatā, quādo fuit præsens actui, uel homines fide digni affirmauerunt ei pro certo sic esse. Glos. in c. cupientes. in prin. in uer. notitiæ. de elect. in vj. quam extollit ibi Domi. in §. j. allegans aliam in cle. causam. in uerbo, notitia. de ele. Et hoc facit ad multa, secundum eum. Sed caue, quia glos. in d. cle. causam. in uerbo, certa. dixit, quòd ubi requiritur notitia plena & certa, nō sufficit aliqualis etiā per famam. Et ibi not. eam Imol. q; ubi exigitur certa & plena notitia, intelligitur per probationem plenam. Illud enim est plenum, cui nihil deficit. Et facit, secundū eum, post Guil. ibi, in c. nihil. vij. q. j. & quod no. in c. j. de elect. in vj. & in cle. constitutionem. ad fi. de elect. Et fortè idem est dicendum, ubi requiritur notitia certa & indubitata, licet aliter dicat Domi. in d. §. j. & uide Car. in d. cle. causam. uer. intimatio. in iiij. q. ubi sequitur illam glos. declarans, quot modis sumitur notitia, & unde dicatur. ¶ Tertia conclusio. Ille † dicitur propriè habere notitiam alicuius materiæ, qui cognoscit eius subiectū & quoscunq; effectus, & proprietates ipsius. Butr. in c. nam concupiscentiam. ibi, not. q; propriè. 5. tit. prox. dicens, hoc esse notādum contra testes: quia si deponūt, quid est fama, debent cognoscere proprietates & effectus famæ[b]: & sequitur ibi Imol. & Domi. inferens, q; si testis producitur ad probandum notoriū, & interrogatus quid sit notoriū, nescit reddere causam, nō dicetur scire notorium. De quo etiā, secundū eū, ponit Ioan. And. in c. j. de off. dele. in vj. faciunt no. per Imo. & Alex. in l. stipulatio ista. §. hoc quoq;. contra gl. & Lu. ibi, ff. de uerb. obl. quòd testis qui nescit diffinire possessionē, non probat, quando simpliciter dixit quē possedisse: secus, si assignauit causam dicti sui, ut quia dixit, quòd Titius collegit fructus, &c. quia licet dicat se nescire, quid sit possessio[c], intelligitur s. aliter quàm dixerit, secundum eos, & fortè idem est in proposito, s. quando redderet causam scientiæ super fama, uel notorio. Dixit etiā Bald. in c. j. §. uasallus. in princ. si de feu. fuerit controuersia. quòd ille dicitur scire, qui certitudinaliter scit, per l. manifestissimi. §. sin autē nescius. C. de fur. Et dubitans aliquando dicitur scire per uehementem suspicionem consonantem substantiæ ueritatis, per not. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirend. hæred. quæ uehemens opinio nascitur ex indicijs immediatis, ut not. in l. dolum. C. de dolo, secundum eum. ¶ Quarta conclusio. Vbi † requiritur notitia alicuius non solùm ut sciat, sed ut aliquid faciat, uel non faciat, debet fieri talis intimatio, etiamsi aliunde sciat. Bart. solenniter in l. denunciasse. in princ. ff. de adul. quam legi sub l. qui uxori. §. quid ergo. Et ideo emptor debet denunciare uenditori, quòd ueniat ad eum defendendum. Et sola scientia uenditoris de lite mota non inducit denunciationem, de qua loquitur l. j. C. de peri. & com. rei uenditæ. ibi, si ei denūciatum est, ut causæ agendæ. Adde etiam, imò non sufficit quòd emptor solùm denunciet uenditori litem esse motam, sed oportet, quòd eum requirat, ut uadat ad defendendum. Bartol. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. no. nunc. Et de istis duobus dictis satis posui ti. præced. cum M. in iij. parte protestationis, conclu. iiij. & pulchrè consuluit Alexand. consil. mihi ccccclviij. Inspecto processu causæ uertentis inter do. Iac. & in d. §. morte. Et de hoc aliquid etiam j. in j. limitatione vj. conclusionis.

a credulitas nō excusat] Fulg. & Alex. in l. polla. C. de his, quib. ut ind. dicētes, q; tutor propter consilium coniunctorū pupilli benè excusatur à dolo, ut ibi p gl. in uer. pupillo. ibi, suadēte matre, uel agnatis. Sed p hoc nō est fatendū, q; excusetur ab omni culpa, quin teneatur actione tutelæ, cum nimia credulitas assimilatur culpæ, l. j. §. j. ff. de eo per quem factū erit. Et in actione tutelæ uenit culpa etiam leuis, l. quicquid. C. arbit. tu. Et ita intelligunt uerba Bald. & Sal. ibi, qui propter. Dictæ gl. instruunt tutores, ut semper faciāt cum consilio coniunctorum pupilli: quia excusabuntur à dolo. Et sequuntur ibi simpliciter Pau. & Phi. Et per illam gl. dixit etiam Bald. in c. j. in prin. qui feu. da. pos. quòd illud, quod fit cum consilio sapientis, præsumitur fieri bona fide & sine calumnia. Et illam gloss. allegat etiam Bal. in rub. C. de pœna iudi. qui malè iudic. & Salic. in l. fi. C. eod. tit. ad q. de potestate, quādo excusetur propter assessoris dictum: de quo per Alexand. in l. ij. ff. quod quisq; iuris. Et dixit glos. fin. in c. si quis præpostera. l. dist. quod excusatur etiam, qui statim non credit bono uiro: imò, secundum eam nimia

b Famæ] Vide do. Alex. de Imol. in cons. xcviij. iiij. parte, & in l. de ætate. ff. de mino. et adde Bald. in l. j. si cer. pet. & ibi Alexand.

c Sit possessio] Adde do. Alex. cō sil. xlv. ij. parte, et in cons. xcviij. iiij. parte, & in l. j. si cert. pet. & do. Soc. in. plenè & not. in cons. ccl iij. inc. in causa do. Ioan. uers. secūdò respō deo. ibi, ex quo. in ij. parte.

Et istis adde Bald. de pace, in fi. ubi dicit, quòd quādo monitio est de substātia, sola scientia non sufficit: & addit ibi in addi. ad hoc gl. in d. cle. causam. in fi. in v. casu, ubi non solùm debet intimare, sed requirere. ¶ Quinta conclusio. Contractus, qui consensu celebrari potest, censetur ualidus, si uni ex contrahentibus absenti notificatur uoluntas alterius contrahētis, non per nunciū, uel epistolam, sed per quemcunq; alium modum. Lud. latè cons. ccxcv. Donatio patris. & in l. stipulatio ista. §. si stipuler. de uerb. oblig. per l. nec ambigi. C. de donat. & l. in sponsa. la. iij. ff. de spon. & per plura alia. Fatetur communem opi. esse in cōtrarium, sed eam saluat uno casu, uidelicet quando ipse contrahens destinasset certas literas, uel certum nuncium, manifestando uoluntatem suam: quia si aliunde alius sciret, non sufficit, quia uidetur contrahens uoluisse, q; non priùs dicatur contractus esse perfectus, quàm quando notificatio peruenerit nomine suo per illos modos. Casum dicit esse no. in l. qui habenti. ff. de acqu. posse. & in c. super eo. de ap. & facit, quod dixi in simili, 5. eo. scisc itatus. ad fi. ¶ Sexta conclusio. Quando habet fieri notitia, per quam nō præiudicatur parti, neq; arctatur is, cui fit intimatio, sufficit notitia undecunq; per prædicta, & j. dicēda. Sed si ex reductione actus ad notitiam alicuius ille obligat ad aliquid præiudiciale, tunc notitia dicitur fieri cū solennitate, de qua in cle. causam. de elect. uidelicet porrecta scriptura authentica, uel perfecto illius tenore & copia, si petita fuerit inde facta: & si absens est ipse, fiat, p curatori, uel ad domum, uel ad ecclesiam cathedralē, ut ibi latiùs. Ita dicit Card. ibi in fin. per illum tex. idem quinq; Et hoc in se habet magnam æquitatē, secundū eum, ut fiat intimatio taliter: aliàs posset fieri uerbo, & minùs perfectè, quod multùm præiudicaret parti non plenè informatę. Vnde infert singulariter, q; dicta intimatio fienda uenditori, debet de rigore iuris fieri sub hac forma. Et hoc dicit perpetuò no. quia ille tex. communiter ignoratur, & raro benè intelligitur, secundum eum dicentem se semper dubitasse, & quòd de hoc recorderis. Benè facit dictum Bar. in l. si quis inficiatus. ff. depos. ubi dicit per illum text. quòd si tu protestaris mihi tanquam procurator, uel tanquam hæres, ut ego soluam tibi, debes mihi ostendere per instrumentum, quòd tu sis procurator, uel hæres: aliàs non constituor in mora. Et ideo dicit gl. & Bald. in l. si quis fundum. C. de rei uend. quòd denunciatio facta à domino, nē quis emat, benè constituit emptorem in mala fide, quia in re dubia debuit abstinere à contractu, per text. ibi. Tamen quo ad inducendam moram, non tenetur ei credere, per d. l. si quis inficiatus, per quam dixit Petr. de Anc. cons. mihi cclxj. Pro declaratione trium quæsitorum, quòd si intimatio non est facta sub scriptura authentica, aut non lectus tenor, non dicitur inducta notitia, seu scientia: & alleg. etiam d. cle. causam. ¶ Limita 7 primò istam conclusionem, nisi † in casu cle. causam. & similiter aliquis esset certus per notitiam plenam & certam, & in casu illius clemen. habeatur notitia intra mē sem. Ita tex. ibi in fi. cū gl. i uer. plena & certa. quæ ponit signa ad cognoscendum talem notitiā: & idem in cle. j. in uer. ignoranti. de ap. & sequitur Phil. in c. fi. de ap. Et Thomas Fast. dubio xiij. item dubitabatur sub eo proponente, &c. ¶ Obstat doctrina Bart. in d. l. denunciasse. attento, q; in casu cle. causam. agitur de præiudicio: & tamen sufficit plena notitia aliunde aliter, quàm per uiam intimationis. Posset dici, quòd multi tenent contra Bart. quos adduxi in d. c. cùm M. quibus adde Rot. de rescrip. xxxij. ibi, in notorio uerò. in nouis. Tamē nō mutando communem opin. quæ est pro Bart. ut ibi dixi, licet tunc non cogitauerim de d. cle. responderi potest, q; in denunciatione, quæ fit uenditori, nedum non sufficit notificatio, sed requirit interpellatio, uel requisitio, ut ueniat ad aliquid faciendum, & istum effectum requisitionis non potest operari notitia, quāuis certa, aliter habita, per d. l. j. C. de peri. & cō. rei uendit. Non sic est in casu d. cle. causam. ubi fit notitia solùm, ut sciat appellatum esse. Et ita pū ctualiter declarat ibi Abb. Cogita ergo, utrum esset bona cautela, ponere in contractu emptionis, quòd uenditor teneat defendere in casu litis mouendę absq; alia requisitione, uel intimatione, dū modò legitimè sciuerit 8 mota esse lītē. ¶ Et † p ista prima limitatione, addē Lu. cōs. cccxc. ubi dixit, quòd ita ligat citatio illegitima unà cum notitia subsecuta, sicut citatio legitimè emanās. Et dicit esse casum no. in d. clem. causam. in fi. Similiter dixit Rot. de do. & contu. xj. in nouis, quòd si citatio nō fuit debitè executa, tamē citatus misit procuratorē ad causam illam prosequendam, præsumitur scisse, & habuisse notitiam certam citationis, per d. cle. causam. cū gl. & ideo potest contra eum procedi, etiam ad excommunicationem. Et licet Inn. in c. fi. de eo qui mittitur in possē. dicat nunquam esse excommunicandū aliquē, nisi fuerit personaliter monitus, uel apprehēsus, uel se in fraudem absentauerit, tamen dicta notitia citationis constituit ipsum contumacē uerum, contra quem potest ad excōmunicationem procedi secundum Rotā. Et pro istis benefacit cōclusio seq. Dixit etiam Rot. de dolo & contu. xxj. in antiquis, q; ubi agitur de priuatione beneficij, non sufficiunt præsumptiones, seu coniecturæ, q; citatio peruenit ad. citatum, sed debet constare legitimè, q; peruenerit ad eius scientiam: secus, si ageretur de deuolutione causæ ad curiam: quia tunc benè sufficeret dictæ præsumptiones & coniecturæ: quod est ad prędicta notabile uerbū.

9 ¶ Limita † secūdò conclusionem istā, dum modò materia sit talis importātiæ, qualis est ista. de qua in clem. causam. uel maioris, aliàs enim sufficit intimatio, licet nō iuxta formam illam, secundū Car. in cle. j. de renū. propter gl. ibi uolentem, q; in casu illo non sit opus intimatione adeo solēni. Et plenè no. Paul. de Cast. in cons. lv. in fi. loquens in casu d. cle. j. in qua sufficit, q; cōstet procuratorē sciuisse reuocationē[a], quomodocunq; sciuerit. Et idē de reuocatione procuratoris scribit generaliter Imo. in c. mandata. per illum text. de proc. Vnde dixit Spe. de instr. edi. §. ostēsum. uers. sed quid si post. q; licet aduersarius debeat citari ad uidēdum exēplari instrumentū, ut per Doc. in c. fi. de fi. instr. tamē si aliter fit, ut quia fortè est præsens, non requirit alia notificatio. Facit gl. ij. in c. ueniēs. de fil. presb. & gl. in c. cū sit. de exc. præla. & gl. ij. in c. ecce. xxiiij. q. iij. & gl. fin. in c. si quis laicus. xj. q. iij. quæ cōcordant cū glo. hīc. An aūt intimatio possit fieri procuratori generali, & quid si appellatus non uult audire intimationem, ista latiùs ponunt Car. & Imo. in d. cle. causam. quos sequitur Phi.

a Reuocationē] Adde etiā Pau. de Cast. cōs. cccxxxj. & Accur. simul in cons. Factum tale est: P. de ponte. Ad de tu, an reuocatio procuratoris sit notificāda ipsi procuratori, siue fit ad lites, siue ad negotia constituta: de quo uide in l. si mandauero. et in l. si fundi. ff. de acqui. pos. per gl. in c. ij. de proc. in vj. & per gl. in cl. j. de renun. & plenè per Cy. i. l. eius. ff. si cer. pet. Bal. in l. mandata. C. mā. per ta. de Bell. in l. j. ff. quod iussu. Ad de Bal. & Paul. de Cast. in d. l. eius. ff. si cer. pet. Bart. & alij in l. j. C. de sātisdat. & in l. quē hominem. §. si Titium. ff. de so. & ī l. nō solùm. §. morte. ff. de oper. no. nun. per Bal. in l. si procuratorem. de procur. & in l. pacta. C. de pact. & in tit. de pace. Constan. in uer. imitatur. Not. Doctor. Canonistæ in c. ex parte decani. de rescr. & in c. fi. de proc. in vj. & ibi Io. And. Adde an ista regula habet locum in maleficijs: putà, si quis commisit alicui, ut aliquem interficeret, postea reuocauit mandatum de maleficio committendo, an sit necesse, quòd notificetur mādatario reuocatio mandatiē Vide Felin. in c. ex parte decani. j. eo. in uer. secunda regula. An istud habet locum in matrimonio? ibi uide Felinum in loco prædallegato.

in c.fi.de ap.Et ad illud de proc. uide omnino Ale. post alios.in l.de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de ope.no. nun.cui adde Ro.de ap.iij.in antiquis. ¶ Septima conclusio.Quicquid dicitur in d. cle. causam. de notificatione appellationis, procedit in notificatione mandati procuratoris appellatis: quia cùm sine mandato appellari non possit,uidetur mandatū esse pars ipsius appellationis.Tho.Fastoli dubio Ro.xxxv.tertiò dubitatur per do.Aegi.&c. ¶ Limita,nisi ille, qui intimat, sit ipsemet principaliter, cuius nomine dicitur appellatū: quia uidetur appellationem notam habere.Aeg.Belle. dec.Ro.lviij.intimatio ap.&c.dicens idem, quando tenor mandati procuratorij esset insertus in instrumẽto appellationis per eundem notariū, qui procurationis & appellationis instrumẽta recipit.Tamẽ si fit intimatio ab alio qui non appellauit,nõ tenetur intimãs ostẽdere aliquod mandatū procuratorij.Imò sufficit,quomodocũq; deueniat appellatio in notitiam appellati. Ro.de ap.xvij.in nouis.Tho. dubio præalleg. latè Aeg. dec.lviij.quamuis Arch.dubitauerit de hoc in c.si quis prę postera.l.dist.sed Domi.ibi latè sequitur Ro.quia d. cle.causam.benè exigit ex parte appellati,q; fiat intimatio sibi,uel procuratori:sed de intimante,q; debeat habere mandatū,nihil dixit.Idẽ sentit gl.ibi in uer. plenã. dũ loquitur de amico proprio appellantis.Item ostendendo ipsi appellato instrumentũ publicũ appellationis, satis dicitur induci plena notitia, absq; eo q; intimãs habeat mãdatū. ¶ Non ob.ratio Arch.q; nõ est credendum cuilibet referenti:quia uerũ est,nisi sit persona digna,& quæ probet id quod refert:secus, si nõ ostẽderet appellationẽ in forma publica. Et ita procedat etiã dictũ Arch.post Spe.in c.quàm magnũ.xxiiij. q. iiij. dũ dicit, q; non teneretur quis credere parti dicenti se appellasse,nisi de appellatione faciat authẽticam fidem. Et cũ dicta dec.xvij.concor.Imo.in d.cle.causam.licet aliter dicat ibi C.ar.q.xj. propter gl. ibi in uer. specialiter. quem etiam reprehendit Phi. in d.c.fi.licet prædicta nõ adducat.Et dicit Rot.de app.xxvj.in nouis, q; nõ sufficit tradere copiam appellationis , nisi illa copia sit authentica:sed benè sufficit ostẽdere authenticã absq; traditione,nisi appellatus eã petat.Et per istã conclusionẽ & præcedentem poteris apostillare d. cle.causam: quia prædicta omnia quotidiana sunt. ¶ Octaua & ultima
10 conlusio. Quando aliquis denũciat debitori debitoris,ne soluat:practica est,q; legat ei instrumentũ debiti, uel copiam dimittat.Bar.in l.non solũ. §.morte. ibi,& ideò practica.ff.de ope.no.nun.per d.cle.causam.& l.nomen debitoris.ibi,certior.C.quæ res pig.ob.pos. & pulchrè.Alex.cons.mihi ccxxxvj. Visis processibus circa lites.cc.allegando etiã Bar.in d.l.si quis inficiatus .& in l. quod te.ff.si cer.pet.& in l.qui in alterius.ff. de reg. iu.& in l.grege.§.j.ad fi.ff.de pig. & in l.hæres.cùm debuerat. ff.ad Treb.& in l.j.in prin.in xj.q.ff.de ope. no. nun.nisi protestatio,uel intimatio fiat authoritate iudicis: quia debet quis parẽre,licet nõ sit in forma auth.ut per Bar. in d.§.morte.ij.q.& in l.fi.ff.de leg.cõmiss. per illũ text.& Pet.de Anc.in cle.j.de excess.præl.quod multum no.Alexan.in d.§.morte.ibi,illud præ cæteris.No.& hoc,q; præsumitur pro iudice, de renũ.in præsentia. cum si. Demũ ad materiã adde But. in c.j. de postu.præl.ibi,no.bene. ubi dicit benè no.ex tex.& gl.ibi,q; ad cõcludendũ quẽ sciuisse excommunicationẽ,uel aliã sententiã,nõ est necesse,q; sibi intimetur,iuxta d.cle.causam.sed sufficit ad concludendũ sententiã, per quã reddatur culpabilis, q; publicè proposita fuit sententia in partib.illis,in quibus est persona, cuius scientia requiritur, uel q; in aliquo loco publico sit destinata, uel de eius probatione sit fama.¶ Tamen caue,secundum eum,quia non sufficit famam fuisse,sed oportet probare, q; fuerit cognita illi,de cuius scientia agitur,quod no. quia quotidie cõtingit,secundum eum.Et est notabile uerbum ad intellectum c.illud.de cle.excom.mi.& ad d.§. de fama.Et circa excusationem & reprehẽsionẽ credulitatis dixit Seneca in prouerb. utrumq; uitium esse, omnibus credere,& nulli:& dicitur Ecclesiastici xviij.c.Qui citò credit, leuis est corde.Et Iacob.in j.Canonic. c. iiij. Nolite omni spiritui credere.& Aristot.in ij.Rethoricæ,Iuuenes,inquit,facilè credunt,eo q; in multis non dũ decepti sunt. Et Cassiodorus in iij.Epistolarum : Illi credere debetis, quem uestris utilitatibus arridere cognoscitis.Item dũ
11 tangitur per Innoc. & alios hîc,quando † sit nulla excommunicatio,quam fert delegatus hîc cõtra ordinarium:& dicitur,q; est nulla,quãdo ordinarius probabiliter dubitans supersedet:adde,q; uideretur ualida,per c.j.xj.q.iij.ubi etiam iniusta tenet. Sed dic, q; delegatus excedit limites excommunicãdo non turbantem, per c.j.de offi.deleg.Ergo excommunicatio nulla, tanq; lata in illo excessu ab incompetenti,c. per tuas.de sen.excom. ¶ Signa etiam limitationẽ ad l. Arrianus. ff. de act.& obl.ut hîc per glos.Abb.& Imo.ut non habeat locum,quando iurisdictio non est fundata.Item signa gl. in uer.præcipimus. dum uult, quòd qui non potest de causa iudicialiter cognoscere, potest tamen terminum assignare.Ex quo limitatur text.in c.inducíæ. §. spatiũ. iij.q.iij.ut illud,quod dicitur de causæ cognitione necessaria in dilationibus, habeat locum in dilationibus p; batorijs:putà,pro testibus,&c.secus in expectatorijs, secundum Domi.hîc post Inn. ¶ Vltimò,dum tangitur, quare non tenet hîc excommunicatio primorũ iudicũ: uide quæ satis dixi §.eo.cæterum.uer.secundum corollarium.ubi propter quoddam dictũ Richar.de Media uilla tenui solutionem Butri. hîc. quod isti sciebant de reuocatione.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Sequestrum quando potest fieri in beneficialibus.*
2 *Confessio extraiudicialis in criminalibus non præiudicat. Et hoc ponitur pro regula, quæ regula fallit multis modis.*
3 *Confessio extraiudicialis facta præsente parte,nulet.Iungitur nu.4.*
5 *Confessio extraiudicialis facit semiplenam probationem.*
6 *Confessio in criminalibus facta extra iudicium coram magna quantitate personarum,nulet: quia transit in notorium.*
7 *Confessio extraiudicialis , quæ transit in specificum nomen delicti, tenet.*
8 *Item idem in confessione,quæ fit ad exonerationem conscientiæ.*
9 *Probatio de non iure aduersarij, non prodest agenti in beneficialibus,nisi probet de iure suo. num.10.*
Hanc regulam limita quinque modis,ut hoc eodem num.10.
11 *Renuncians liti,licet non possit amplius agere,tamen non uidetur steri,aduersarium ius habere.*

CAPITVLVM XXV.

Olim. ¶ Quãdo in rescripto plura narrantur,quæ diuersos effectus operantur, nõ sufficit alterũ ,pbare ad utrũq; effectum consequendum. H.D. ¶ Per istum
1 tex.dixit hîc Abb.in primo intellectu,q; sit in beneficialibus reus est contumax , & non potest procedi ad ulteriora:putà,quia actor indiget præsentia rei, potest fieri sequestrum.Nec mirũ:quia in istis deficit remediũ missionis in possessionem,c.unico, de eo, qui mittitur.lib. vj.& ideo istud subrogatur illi, sicut etiam in profanis, ubi si omittitur missio timore scandali,subrogatur sequestrum,ut per Ioan And.in regula,locupletari. Et cũ istis dictis Abb.transit hîc And.Sic.dicẽs,q; ratione magnæ contumaciæ,qualis uidetur fuisse ista , de qua hîc, recedi potuit à regulis iuris, aggrauando ipsam multipliciter,sicut fit in pluribus casibus adductis per Lu. in l.si uerò.§.de uiro,xlvij.fal.sol.mat. extensis hîc per An. Sic.tacito Lu.adde Archi.xj.q.j.quia res.super glo.mag. ibi,si

ibi,si autem.ubi reprobans gloss. hîc, dicit, quòd licita fuit hîc sequestratio : quia cessante remedio missionis recurrimus ad remedium sibi simile,uel uicinum. Et q; hîc licita fuerit sequestratio,dicit apparẽre : quia Papa hîc approbat illam,cùm mandet in casu, quo iste probet ecclesiam sibi assignari cum fructibus sequestratis. Subdit etiam Archid.quòd si duo contendunt se habere ius in beneficio , & nemo possidet, tunc lite pendente iudex faciet sequestrum de fructibus.Et sequitur Io.And. in d.regula,locupletari.ibi,secundo modo.& Abb.in c. ij.ibi,ex his etiam dico.de seq.possess. & fru. firmans per istum text.non solùm posse sequestrari fructus, sed etiã corpus beneficij : quia cessat ratio uitiosi ingressus, de qua in d.c.unico. Datur enim sequestro possessio bene ficij à iudice,cuius authoritate legitimè administrat,ut est text.ualde no.in cle.j.cum gl.in uerb. beneficium.de seq.pos. Et hoc suadet æquitas,cùm possibile sit, quòd præsens non potest in sui aduersarij absentia docere de iure suo,& sic tollitur illud,si obijceretur sibi, quare nõ proceditur ad diffinitiuam. Sed contra prædicta est decisio Ioan.Mo.& Arch.in d.c. unico. & sequitur ibi Domi.ubi non facta mentione prædictorũ, simpliciter firmat,quòd loco missionis ibi prohibitæ non possit fieri sequestrum:quia sequeretur,quòd absens puniretur dupliciter.Primò in eo,quia data eius contumacia procedi potest ad diffinitiuam,c.quoniam. §. si uerò. ut lit. non contest.Secundò,quòd fieret istud sequestrum.Et istam opinionẽ sequitur etiam Domi. hîc, quãdo reus est absens contumaciter.Sed postea subdit, q; si reus est absens nõ cõtumaciter,putà,quia ante inchoatũ iudicium absentauit se ex causa legitima,tunc licet facere sequestrum,ut ex hoc ueniat rẽsponsurus : & sic fiat id, quod fieri potest : quoniam iudicium non potest ultimari per solam citationem factam ad domum contra legitimè absentem,ut per Inno.& alios in c.fi. de eo qui mit.in possess. nec potest fieri missio per naturam subiectæ materiæ:& sic isto casu cessat ratio Ioan. Mon. & Archid.quia non punitur,nisi una pœna , ex quo non potest procedi contra eum in principali, cùm non sit absens contumaciter, d. §. si uerò. Et ita residet hîc Domi.latioribus uerbis.¶ Considera benè, dum uult Domi.quòd si contra absentem contumaciter procedi potest, nõ fiat sequestrum,ne duplici pœna puniatur. Præterea istud est contra mentem prædictorum, maximè dum Abb. exigit hoc sequestrum , ubi absque præsentia rei non potest præsens docere de iure suo:& sic uult, quòd etiam,ubi proceditur in negotio principali in cõtumacem,habeat locũ sequestrũ.Et istud magis placet, quàm si esset,quòd de iure præsentis non posset constare,nisi data præsentia alterius partis. Nec uideretur tũc duplex pœna , cùm propter sequestrum non inferatur propriè pœna,uel amissio iuris, sed dilatio commodi. Item,quia qualitas contumacię impeditiua integrę cognitionis potest etiam duplici remedio contundi, d. c. quoniam frequenter. in fi. Si tamen posset constare de iure præsentis absq; præsentia rei, tunc procedat opin. Doctor.in d. c.unico. Quando autẽ istud sit, colligе ex his,quæ dixi de re iud.cùm olim.facit glo. in l.ij.in uer. absens.C.de contrario iudicio tutelæ. de qua dixi de re iud.cùm Bertoldus.Dixit etiam Ioan. Andr.in d. regula locupletari.ibi, secundo modo. Quòd si aliquis beneficiatus nõ uult seruire beneficio,superior sic, habet curare illud beneficium,quòd eius officium non negligatur:& tunc quamuis beneficiatus appellet,poterunt fructus sequestrati,saltem quoad hoc,ut beneficiũ officietur,iuxta c.peruenit.de ap.& idem Archid.in d. c. quares. Vnde dixit Rot. de sup.neg.præla. ij. in antiquioribus, quòd capitulum non potest authoritate propria se intromittere de fructibus alicuius beneficiati in ecclesia maiori,si est absens nec habeat procuratores: sed cum licentia episcopi bene potest prouidere super fructibus.Alleg.Ioan.Andr.ubi §.Fit etiam sequestrum de
a gestis coram sē[a], uel à se, uide Scribentes in c. cū à nobis. de testi. & ibi posui. ¶ Sexta & ultima declaratio. Vbi † iudex citatur, non efficitur propriè contradictor, uel pars: quia citatio nō est arctatoria: & dicit contradictor uolūtarius, sicut ille, qui citatur, si sua putat interesse, q spontе opponere potest. Bal. in rub. C. de suc. edic. in fi. Alleg. no. per Inn. in c. inter. de excep. Et ista omnia, tāquam alibi non ordinata, bene no. quæ adde ad Ang. & Aug. in li. Maleſi. fo. ante pe. ubi etiam inuenies, an syndicus communis sit citādus, post Bart. in l. j. ad fi. ff. ad Turpit. cū concor. ¶ Tene menti istum tex. cum gl. j. q † non solum utilat rescriptum tacendo id, q est factum, sed etiā tacendo, quomodo & ex qua causa sit factum. De quo exclamat Lud. consi. cccxxvj. In presenti consultatione. in fi. dicens, q Ol. facit de hoc festum in cōsiliis: & est ratio, secundum Lu. quia ex ea generalitate, quæ obscuritatem parit, potest princeps facilè circumueniri, l. fi. ad fi. ibi, falso sermone se iactat. C. de do. promiſ. facit c. cùm olim. de re iudi. Et per istū tex. dixit singularissimè Car. consi. cxlj. Sanctissimus dominus noster. q nō sufficit facere mentionem de literis gratiosis alteri concessis, nisi fiat mentio de causa concessionis. Vnde cùm in primis literis diceretur, q propter scientiam sacræ paginæ, quæ resplendebat in impetrante, Papa fuit pro eo inclinatus, secundo literæ derogatoriæ nedum debebant facere mentionem de primis, sed de hac causa earum. Alleg. etiam gl. xxiij. q. v. occidit. quæ dicit, q causa facti magis est inquirēda, quàm factum, ut etiam gl. hîc de quo dicto nunquam sis oblitus: quia si est uerū, multùm importat. Reliqua circa expressiones facti & circūstantiarum dicētur plenius j. c. proxi. ¶ No. regulam, q † excommunicatus spoliatus non restituitur: gl. ij. hîc, & in c. j. in uerbo, in audiētia. in fi. xxiij. dist. & in §. j. in gl. mag. in fi. xiij. q. j. & ibi Archi. & gl. j. in fi. ibi, in nullo. in §. uerum. iij. q. vij. Arch. xvij. q. ij. Ab. ad fi. Spe. de peti. & pos. §. fi. uersi. xxj. Lu. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ac. pos. Bu. in c. fi. de ord. cog. Abb. in c. à nobis. de except. Rota de re iud. xxiij. in antiquis, Inn. in c. pastoralis. in fi. de ap. & in c. cùm nostris. ad fin. ibi, hoc ipsum tamen de concess. præben. Imo. in l. is, qui reus. ff. de pub. iud. uer. tu potes dicere. Allegat pro singulari gl. in c. ex insinuatione. in uerbo, canonicum. de procu. quam sequuntur omnes ibi, & Abb. hîc. ¶ Fallit primò in excōmunicato excōmunicatione minori. Arc. & Domi. in d. c. j. xxxiij. dist. in fi. Allegāt Vin. de of. deleg. prudentiam. in fi. sicut etiam obiectus criminis non obstat spoliato, c. item. de rest. spo. & quia cessat periculum communis. Facit, quod no. Domi. post Lap. in c. j. ibi, quærit Lap. de rescr. in vj. dicens, q ille tex. nō habet locū in excōicato minori excōmunicatione. ¶ Fallit

secundò,

[a] *Visitator*] *Adde tu, quòd Inn. in c. in singulis. de stat. monac. tenuit, quòd uisitator habeat iurisdictionem ordinariam in inquirendo & cognoscendo.*

[b] *Citandus iudex*] *Adde Bal. in Merc. in uerbo, iudex. uer. xj. & in addi. ad Spe. in ti. de. ap. uers. sed nunquid iudex. & in l. cùm seruum. de seruis fugit.*

c. dilectus filius abbas.

[a] *Coram se*] *Ad de Rom. decis. xcij. iudex. in nouis.*

secundò, nisi conueniatur ab excommunicatore, uel ab eo, qui fecit eum excommunicari: quia potest in primis petere ut restituatur cõmunioni hominum, ut iniustè sibi interdictæ. Spe. in d. uers. xxj. Bu. post Vin. in c. cùm inter. de excep. Arch. & Domi. in c. nullus. lo ij. q. ij. Et sic intelligit gl. ibi, dum dicit, communionẽ in primis restituendam. ¶ Fallit tertiò, ubi spoliatio impediret implementum actus permissi excommunicato, puta ire Romam pro absolutione. Ab. post Vin. c. intellexímus. ibi, hoc dictum limito uerum. de iudic. ¶ Fallit quartò, nisi spoliator esset fugitiuus, uel res esset peritura. Ab. in d. c. cùm inter. Et per hanc rationẽ puto: quia est simílis reo, cum stimuletur ad agendum ex præiudicio imminenti: & potest dici quædã defensio: & hoc est equíssimum, secundum eum: & facit, q legitur & no. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred. & in l. nullꝰ. C. de iudi. Sed secus, si cessaret periculũ: qa potest facere se absolui. Allegat Hos. eo. tit. significauerũt. ¶ Fallit quintò, si est spoliatꝰ uxore sua: gl. in c. quòniã. in uerbo, uxores. xi. q. iij. de resti. spo. §. quando faciẽda. uer. sed quid si uir. quia cum ipsa permittitur communio, d. c. quòniam. Sed Bu. post. Cal. inter. c. fi. de or. cog. & ibi Abb. dicunt, quòd non obtineret per uiam actionis, sed officio iudicis, ut ibi per eos. ¶ Fallit sextò, & ultimò, quando excommunicatus non uenit propriè, ut actor, sed ut reus: putà, quia passus est missionem ex primo decreto, propter contumaciam, & nunc petijt se restitui ad possessionem, offerendo cautionem de standō iuri. Iste enim debet audiri. Abb. in d. c. ex insinuatione. Allegat Spec. de contuma. §. fi. ff. de ope. no. nun. Sed uult allegare in l. de pupillo. §. si procurator. eo ti. Tamen istud indigeret altiori examine: sed omitto, qa Alex. ibi ponit opportunè, & dixi aliàs de iudic. intellexímus. tenendo hanc fallentiam. ¶ Et istis adde,
12 quòd excommunicatus non petit restitutionem usurarum, sed officio iudicio deponẽtur in ædem sacram: glo. ij. in fi. in regula, pactum. lib. vj. Lau. de Rodul. in tractatu usurarum, q. cxij. Et adde, quòd hæretico non datur restitutio: gl. ij. prope medium, in c. quo iure. viij. dist. & in d. §. j. xiiij. q. j. quia excommunicatus est, ǁ. dicat. excommunicamus. ¶ Vltimò, dum tangit glos. fi. hîc de impetratione rescríp. facta per excommunicatum, uide, quæ plenè scribit Domi. post alios in c. j. de rescri. in vj. & quæ dixi in c. fi. de except. ubi posui ad illud. c. j. plures ampliationes, & etiam plures lectiones: ideo more suo ulteriùs nõ replico. ¶ Sed ultra ibi dicta nota quædam. Et primò nota, quòd excommunicatus non potest impetrare rescríptum super nullitate sententiæ, à qua non appellauit. Abb. in c. quòd ad consultationem². ad fi. de re iud. quia hoc casu est actor. Et adde, quòd etiamsi pars consentiret, non ualet impetratio in casu d. c. j. ut not. Inno. post But. §. eod. &c. & alij, quos allegaui in d. c. fi. Et ubi tantùm unus ex impetrantibus est excommunicatus, ualet impetratio: sed nõ prodest impetratio excõmunicato, quo ad impetrationes. Io. An. in regula, in utili. in Mercu. Imo. in c. prudentiam. §. fi. de offi. dele. quem adde ad ea, quæ dixi in d. c. fin. allegando Ludo. in duobus locis. Item adde, quòd ubi excommunicato permittitur, quòd possit impetrare, nõ est opus, quòd faciat mentionem de excommunicatione. Bal. in c. dilectæ. per illum textum, de excep. de quo etiam per Domi. in d. c. j. ibi, quid si impetratur. Item dũ tetigi in d. c. fin. de illo, qui fuit excõmunicatus in fraudẽ, ne impetrare posset, quòd ualeat impetratio: adde And. Sicu. §. eod. in rub. ubi intelligit hoc, quãdo ignoraret se excommunicatũ: sed si hoc sciret, putà impetrationem non ualere, quicquid dicat Domi. post Specul. in d. c. j. Mouetur: quia ille text. loquitur in distinctè: &, quia excommunicatio etiam iniusta ualet, xj. q. iij. c. ſ. etsi est notoriè iniusta. Allegat Arch. in d. c. uenerabilibus. Sed certè etiam in non occulto procederet prædicta lectio: quia propter hanc notoriam iniustitiam sententia excommunicationis redditur nulla, ut per Abb. in c. inter cæteras. de re iudi. ut ibi dixi. Item dum dixi in d. c. fi. quòd d. c. pen. fallit in impetratione commissionis factæ auditoribus Rotæ: quia illa non confert iurisdictionem nouam, sed est quædam distributio, ut per Domi. in c. j. adde Rotam idem tenentem de iudi. v. in nouis, de offi. deleg. xj. in eisdẽ. Facit dictũ Rotæ de app. lx. & lxj. in nouis, q cõmissio facta auditori Rotæ ad instantiã falsi procuratoris, ualet. Item dũ tãgit Do-
13 mi. late in d. c. j. an † excõmunicatus possit impetrare pro alio: adde Rotam de rescríp. ix. in antiquior. quæ tenet, quòd potest, si non opponitur sibi, quando impetrati de quo etiam per gl. & Doc. in c. fi. de procur.

c. quod ad consultationem] Vide Hosti. ibi, qui tenet contrà.

SVMMARIVM.

1 *Vicariorum quot sunt genera.*
2 *Spurius si fuerit legitimatus, non expressis qualitatibus spurietatis, non ualet legitimatio.*
3 *Vnio facta per rescriptum surreptitium, an sit irrita, uel irritanda.*
4 *Præbenda uenit appellatione beneficij, largè sumpto uocabulo beneficij.*
5 *Impetrans beneficium an debeat facere mentionem de patrimonio, quod habet.*
6 *Clericus quando licitè uiuat de suo beneficio, licet habeat patrimonium.*
7 *Clericus possidens beneficium, & non dicens officium, tenetur ad restitutionem fructuum beneficij.*
8 *Clericus pauper impetrans in forma communi, non tenetur facere mentionem de pensione, quam habet à laico, etiamsi in titulum beneficij sit sibi assignata, &c.*
9 *Dispensatus ad duo incompatibilia, non intelligitur dispensatus in eadem ecclesia.*
10 *Dispensatus super pluralitate beneficiorum, an etiam intelligatur dispensatus super residentia.*
11 *Dispensatus ut possit habere præbendam habentem sacrum ordinem annexum, an uideatur dispensatus, ut habeat uocem in capitulo.*
12 *Dispensandi habens largam potestatem, an possit dispensare contra ius diuinum.*
13 *Dispensandi facultas non censetur ei concessa, cui datur omnimoda plenitudo potestatis.*
14 *Mentio debet fieri in rescripto de possessione illicita.*
15 *Confirmatio facta à superiore de intruso, non tenet, si concedens rescriptum ignorauerit de intrusione in beneficio, nisi princeps promouisset talem scienter. & nu. 16.*

CAPITVLVM XXVII.

DOstulasti. ¶ Per literas iustitiæ nõ tenetur episcopus prouidere habenti perpetuam uicariam, uel sufficiens patrimonium: nec ualent literæ gratiæ ad beneficium obtinendum, si impetrans tacuit perpetuam uicariam. H. D. Et est repetita ista decre. solennis per Domi. & do. Maria de Soci. Sed eorum dicta erunt pro maiori parte tandem collocata locis con-
1 gruis per hunc tituluꝫ. ¶ In † quantum Abb. pulchrè ponit multiplicem naturam uicariorum, adde eundem in rep. c. extirpãdæ. §. qui uerò. de præb. ubi etiam ponit de uicarijs, qui deputãtur per Papam ad certam prouinciam regendam, de quorum potestate stãdum est in uerbis priuilegiorum, per c. porro. de priuil. & per c. de cætero. eò. tit. secundũ eum. & ponit de uicario Papæ in urbe & diœcesi Romana. c. sua. de offi. uic. ¶ Item de multiplici uicario uide Car. in cle. j. in iij. q. de of. uic. Et adde, q etiã uocãtur uicarij ecclesiæ illi, qui in tẽporalibus

ralibus deputant ad regimen terratũ ecclesiæ, de quib. per Lud. consi. lix. Et ibi, an habeat potestatẽ gladij? & concludit, quòd sic, loquendo de uicario Arimini, de quo etiã per Moder. in li. Malesi. fol. 187. & allegat pulchrè in l. j. ff. de officio eiꝰ, cui mã. est iur. & de potestate istorum, uide quæ dixi in tit. præcedenti, c. quæ in ecclesiarum. ibi, sed cogitabam. Et no. quòd licet Florentini habeant conuentionem cum Aretinis de non derogãda iurisdictione potestatis Aretij, tamen si ponũt uicarium ad omne castrum subiectum ciuitati Aretij, non debet fieri noua conuentio. Ita do. Mar. de Lau. in tractatu cõfœderationum, uer. est conuentio. dicens eximium Do. ita consuluisse, C. de re mili. li. xij. & ille consulens fuit Ludo. Ro. secundum Baptistam, in l. omnes populi. fol. 31. de iusti. & iure. Et no. quòd licet prioratus habeat sub se curam animarum, & ad ipsas deputet uicarium perpetuũ, non tamen refert, quin prioratus dicitur curatus saltem habitu. Thom. Fastoli dubio xxv. Quinimo Rota. de of. uic. ij. in antiquis, simpliciter firmat, quòd ipse prior dicitur habere curam, & non uicarius. Et ad hãc dicit esse communem opi. & uideri text. in cle. ne in agro. §. cæterum. de statu mo. qui tex. profectò hoc ideo probat: ponit enim in prioratu conuentuali curato unam differentiam, an prior exerceat per se, an per alium curã. quia in primo casu requiritur ætas xxv. annorum, & secundo xx. & sic non uidetur ita curatus ille, qui habet uicariũ, ut etiã per Car. in ij. op. Tamen non negat ille tex. quin talis possit dici curã habere. Patet dũ requirit promotionem ad sacerdotium. Sed Ab. in d. §. qui uerò. ibi, quæro, penes quẽ licet prædicta non adducat, distinguit tñ, utrùm rector habeat certã portionem in ecclesia cæteris fructibus cõmittendis in usum uicarij, & tunc cura & rei uendicatio spectat ad uicarium. Aut perceptio fructuũ spectat ad rectorẽ certa portione uicario relicta, & tunc de iure communi cura & rei uendicatio spectat ad rectorẽ: sed exercitium curæ ad uicariũ. Sic intelligit gl. iij. in fi. de præb. exposuisti. & fuit distinctio Laudini in cle. una. de offi. uic. quam sequitur ibi Car. q. ix. & Imo. ibi, quæro, quis habet. Et est utilis ista distinctio retractãs, quis habeat agere pro iuribus curæ, & pro relictis, & alijs emolumẽtis concernentibus curam: & in nullo istorum casuum includitur tale beneficiũ sub dispositiõe extrauag. execrabilis. ut ibi habetur ad fi. Licet hoc non aperiat clarè Ab. tamen ipse uicarius dicitur habere curam, & includitur in d. extraua. ut sentiunt isti, & Car. loco statim allegando. ¶ Et uide Car. in consil. xxxiij. In hac dubia causa, &c. ubi probat, quòd beneficium habens sub se uicarium perpetuum ad curam, quamuis non dicitur curatum, quo ad causam, c. de multa. de præb. & d. extrauag. tamen quo ad hoc, ut deberet fieri mẽtio in impetratione de ipso, ut de curato, bene dicitur curatum, per d. extraua. à contrario sensu, ibi, quantũ ad modificationem præfatã. Dicit enim, q quo ad pœnas illius extraua. non uenit beneficiũ habens rectorẽ principaliter, qui deseruit per uicariũ perpetuũ. Ergo quo ad alias dispositiones, secus: quod expressè tenet Zẽze. ibi, & in cle. j. super uer. imminet. de præb. De tali ergo cura est mẽtio facienda, secundũ Car. in d. consil. dicẽtem idẽ determinari per literas cãcellariæ. Et hoc uideꝫ certum, qñ titulus prælaturæ est immediatus ad curã, ut tunc cura sit apud principalẽ, etiãsi per uicariũ perpetuum deseruiat in cura. Si eñ cura cõpeteret ratiõe beneficij curati annexi, in quo annexo alius esset uicarius perpetuus, tunc esset penes uicariũ. Ad hæc cle. unica, de offi. uic. & c. super eo. de præb. in vj. quod sic intelligiꝫ, secundum Car. in d. consi. Ad quod ultimum uide latè Pe. de Anch. & Domi. in d. c. super eo. & Pet. de Anc. in regula, accessorium. Ex isto consi. Car. habes, q licet cura non sit in exercitio penes rectorem, tñ de ea est fienda mentio: quia negari non potest, qn ipse habeat beneficium curatum, licet seruiat per aliũ: si uerò ipsa ecclesia haberet curã habitu, tñ non esset in exercitio apud aliquem, utrùm tunc de ipsa cura deberet fieri mẽtio? Sẽtit Car. q non. Est subtractabile per ea quæ habent in d. c. de multa. ubi cõmuniter concludit, q talia beneficia regulantur in omnibus, ut simplicia: secũdũ quã opi. aliter cõsului. Non enim retraheret à concedẽdo, etiãsi exprimeret, q habitu tantùm est curatũ: secus, ubi est curatũ actu, licet impetrãs exerceat curã per alium, non quantũ, quo ad ipsum inhæreat cura, quo ad habitũ, tñ ipsa ecclesia, in qua est intitulatus, dicit curata: & cõsequẽter ipse uideꝫ dici curatus, ut etiam firmat Imol. in cle. j. de præb. Quæ no. tãquã noua. ¶ Scias etiã circa prædicta, q uicarius quẽ ponit episcopꝰ in capella monachorũ ad eorũ præsentationẽ, dicit perpetuus: & ideo uicarius est impetrabilis, tãq uacãs, licet ipsa capella, uel ecclesia nõ unita monasterio respectu monasterij, ueluti principalis capitis, ꝓpriè nõ uacet. Aegi. Bel. decis. clxij. & Rota de præbẽ. xxiij. in nouis. Et no. q uicaria perpetua potest uniri monasterio, & efficit cẽporalis, & beneficiũ non ualet. Rota de excel. præla. ij. in nouis. Et adde q uicaria episcopalis nõ impedit alterius beneficij detentionẽ: secus, si est ꝑpetua: gl. final. & ibi Doc. de præb. in vj. & Car. de rescr. cõ. li. ix. q licet de uicaria episcopali non oporteat facere mentionẽ, ut hîc, non tñ sequit, q de beneficio manuali nõ debet fieri mẽtio: quia uicaria episcopalis nõ confert in titulũ. Patet c. cum eo. de elec. in vj. & in c. peruenit. de ap. Secus in uicaria perpetua, & in beneficio manuali, ubi confert titulus: de quo patet in d. c. q uerò. & in c. G. perpetuus. de fi. instr. De manuali patet in cle. j. cũ ibi no. de sup. negli. præl. secundũ Domi. in addi. per d. cõsi. Et dixit Ab. de præb. cùm non ignorẽt. de mẽte Inn. ibi, q uicariꝰ episcopi, uel alterius prælati, nõ cẽseꝫ habere dignitatẽ, aut curã, quo ad mãdatũ, c. de multa. qa potest ad libitũ remoueri, ut not. gl. in cl. ij. in uer. elec. de rescri. quẽ etiã sequit Ab. §. c. e. docerí. & in c. si qs contra clericũ. de fo. cõpe. & in c. licet de suscepto. in j. no. eo. tit. & hîc: licet hîc alleget gl. in cle. fi. de ꝓcu. quã reperi. Et istud omnino tene mẽti. ¶ Item in principio, dũ dicit Ab. q aliud est dicere cõmodè, & aliud absq; penuria, post gl. in c. j. in uer. absq; penuria. de sta. reg. in vj. Adde Ab. idẽ tenentẽ in c. j. de instí. ubi ita declarat in tex. in uer. absq; penuria. Et adde Car. in cle. j. §. sanè. in v. no. de iure pa. ubi exponit illum tex. in uer. satisdatiõe sufficienti & cõgrua. ut intelligaꝫ de sustentatione congrua in uictũ, non de tali, per quam nõ periret fame. Et quãdo dicitur posse aliquid commodè fieri, uide gl. in cle. j. in uer. commodè. de pœn. & tex. cũ glo. in c. faciat. xxij. q. ij. & inuenies alle. l. nepos. ff. de uerb. signi. ¶ Dum declarat Abb. naturã literarum, quæ dicũtur in forma communi, uel de iustitia: adde, quòd sortiuntur naturam literarum contentiosarum tribus modis. Primo: quia literæ gratiosæ bullantur cum chordula sericí: sed contentiosæ cum canabo. Et ita etiam literæ in forma pauperum. Io. An. in addi. Spe. sub rub. de concef. præb. Et aduerte secundò, quòd sicut tacitur nitas exceptionis peremptoriæ non potest opponi cõtra literas contentiosas in uim dilatoriæ, c. j. de lit. cõtest. in vj. sic etiam cõtra istos in forma pauperum non potest opponi in uim dilatoriæ, ut no. hîc Io. An. super gl. Non sic est in literis meré gratiosis: quia cõtra ipsas opponi possunt exceptiones in uim dilatoriæ, & in uim peremptoriæ, ut fuit dictum §. c. cùm ordinem. de quo latiùs per Io. And. & Domi. d. c. j. & iij. de rescrip. & meré gratiosis: quia si in literis gratiosis mandatur prouideri de beneficio ciuitatis, uel diœcesis, non includit ecclesia cathedralis, c. quãuis. in vj. Sed bene in literis in forma pauperũ: qa fuit de iustitia, & proprius episcopus arctabat ad, quidendũ, & in sua cathedrali diœcesi: d. gl. in d. c. quãuis. & in c. accepim⁹. de ꝓba. & quali. ¶ Possunt etiam dici istæ in forma pauperũ gratiosæ duobus modis.

c. postulasti.

modis. Primo: quia cùm papa sit solutus lege, c. proposuit. de cõcess. præb. patet, quòd concedendo alias literas, ad quas de iure non astringitur, dicitur esse gratia: & facit text. ĵ. c. proxi. in prin. & quòd ibi Ab. ĵ. no. Vel possunt dici gratiosę, in quantum conceduntur magistratui, quàm alteri, iuxta glo. in c. relatũ. de præb. Ita Zenzelinus in extraua. Ioannis XXII. suscepti. super uerbo, gratiosæ. Secundo: in alio possent dici gratiosæ, & assumũt naturam gratiosarum: quia sicut in executoribus datis super literas merè gratiosas non requiruntur qualitates, c. statutum. de rescrip. in vj. quod loquitur in literis datis ad causas, ita in executoribus datis in forma pauperum non habet locum d. c. statutum. quia hæc gratia principaliter conceditur, & est quoddam apparatorium ad inquirendum de idoneitate personæ. Vel dicit, quòd aut istæ in forma pauperum conceduntur contra illum, qui alias de iure communi erat astrictus ad prouidẽdum pauperi, iuxta formam c. cùm secundum. de præb. & tunc tales literæ reputantur gratiosæ, & non habet locum d. c. statutum. Aut conceduntur contra alios non astrictos de iure communi, & tunc æquiparantur literis contentiosis. Vnde si cõtra istos dant executores, habet locũ d. c. statutum. Rota. de rescri. vij. in antiquior. in fi. & sequit Domi. hîc in repe. colligens ex prædictis, q istæ literæ in forma pauperum habent naturam mixtam: quia in parte annectuntur ad naturam contentiosarum, in parte ad naturam gratiosarũ. Adde etiam Rotam de concess. præb. ĵ. in antiquis, quod forma dignum arbitramur, dicitur esse, quando Papa facit gratiam alicui de beneficio uacãte, uel uacaturo, committẽdo alicui, q si repertus fuerit idoneus, &c. iuxta cle. unicam. de cõcess. præben. Per istum tex. in uerbo, de leui non scribimus. Exclamat hîc Abb. q si causa impulsiua rescripti deficit, corruit etiam rescriptũ beneficiale, licet nõ cesset finalis: & regulariter est secus, ut hîc per eum. Adde Imol. de renun. post translationẽ xj. col. cum x. seq. ubi in uenies amplissimè, quæ dicatur causa impulsiua, & quæ finalis[a]: & quando cessante finali cesset effect[o]. de quo etiam in locis per eũ allegatis. Bona gl. in c. cupientes. in prin. in uerbo, periculosis. de elect. in vj. & l. ĵ. §. sexum. ff. de postu. q Spe. de dispu. & allega. §. post hæc. ibi, uel illud. ubi dicit, quòd causa finalis dicitur, cùm constitutio in fauorem alicuius edita est, ut in fauorem condemnati statutum est, q possit à grauamine appellare: & sic cessante ratiõe grauaminis cessat lex: sed ubi lex est condita odio alicuius, illa dicitur esse causa impulsiua, d. §. sexum. sicut etiam propter fugitiuos & criminosos statutum est, ne clerici sine literis dimissoriis recipiantur, xcviij. dist. §. ĵ. & c. Aphros. & tamen ubi cessaret causa ista, non cessat lex. ¶ Per istum text. in eisdem uerbis quotidie impugnãtur rescripta, quando tacitum est id, quo expresso Papa non de iure concessisset: circa quod dixi plura, §. cæterùm. s. eod. quo ad mentionem rescripti reuocati. Alia dixi s. eod. super literis. datis decem regulis, quo ad mentionem opportunam in rescripto ad lites. Alia dicentur ĵ. eo. in nostra. quo ad mentionẽ in beneficialibus. Hîc autem not. generaliter certas notabiles doctrinas nullibi reductas. Et in primis limita istum text. nisi taciturnitas procedat ab ignorantia, per text. in c. gratia. de rescri. in vj. inducendo, ut per Ab. s. eod. super literis. & ibi dixi in uer. limita secundò. ubi uide. Item declara ex uerbis Lapi alleg. ix. ubi dicit, quòd taciturnitas eorum, quibus Papa non derogat, necea tollit, sed remanent in suo statu integro, non uitiat[b]: putà, tacere, quòd impetrans iurare debet seruaturum constitutiones. ¶ Declara etiam notabiliter ex dictis Aegi. Belle. decis. Rotæ dcxcviij. inci. conclusio extra Rotam. ubi dicit, quòd non omnia tacita, quorum expressio potuisset mouere principem ad denegãdum uitiant gratiam: sed ea solùm, de quibus reperitur iure expressum, q eis expressis gratiam nõ concessisset: & ideo si dixisset in supplicatione, se esse criminosum, Papa uerisimiliter fuisset difficilior in concedendo, & tamen facere hoc non nocet: quia ualet collatio facta criminoso, nisi sit crimen inducens inhabilitatẽ ipso iure, ut latè dixi in c. iij. s. eo. & in c. querelã. de iureiu. & ita etiam declarat Rota de rescri. xxxij. in nouis, ad fi. Circa quod uide doctrinam Domi. hîc in repe. quã retuli s. eo. ad aures. ix. conclusione, & s. eo. super literis. uer. prima conclusio: sicut in literis ad lites. ¶ Et per istum tex. potest inferri ad id, quod no. Gul. de Cu. in l. iij. per istum text. C. de episc. audi. quòd qui semel habuit gratiam de uno homicidio, quod commiserat, deinde obtinuit secundam gratiam pro secundo homicidio, non ualet secunda: quia tacuit de prima, per illum tex. & quod ibi Bar. propter quem dicit And. Sicu. s. eod. super literis. se uidisse Bononiæ decapitari quendam non obstante gratia, quam habuerat, tacito de primo homicidio. Facit, secundum eum c. præcedens, ubi requiritur narratio facti. Et licet rescripta & libellus sæpe æquiparentur, per Inn. s. eod. super literis. tamen hoc casu differunt: quia in libello, maximè in realibus & personalibus, sufficit simplex narratio facti absque expressione modi, ut no. in c. ĵ. de lib. ob. & in l. ĵ. ff. de eden. secundum And. Sicu. ubi s. Pro quo potest adduci ratio differentiæ: quia ex actis poterit iudici constare de circunstantijs facti, quæ clarificient generalitatem libelli, ut per Inno. in c. ĵ. de ordi. cog. Sed. in rescripto secus, in quo princeps non informatur aliunde, quàm ex supplicatione. Adde etiam bonum text. in c. super eod. de cohabi. cle. ubi non ualẽt literæ non cõtinentes seriem facti. Et ideo dicit Bald. in l. præscriptione. ibi, redeo ad primum. C. si contra ius, uel uti. publ. quòd condemnatus in mille pro homicidio, si supplicauit domino pro compositione, & tacuit causam condemnationis, compositio obtenta non ualet. Allegat d. c. super eo. Similiter Bald. in l. nec damnosa. ibi, secundum exemplum. C. de preci. impe. offe. quòd si quis impetrat à Papa aliquam compositionem super pœna iam exacta per fiscum, non facta mentione de exactione, rescriptum est nullum: quia obrepit titium & fisco damnosum. ¶ Seruit etiam ad hæc præposita solenne dictum Bal. in l. eam quam. ibi, sed pone: quidam erat filius. C. de fideic. dũ dicit, quòd si [2]filius [c]ex adultẽrio & incestu nat[o], fuit legitimatus, tanquam spurius, tñ non fuerunt expressæ qualitates spurietatis, non ualet legitimatio: sicut q̃n quis excõmunicat[o] est plurib. excõmunicationib. & supprimit causas excõmunicatiõis, ut in c. ex parte. de of. or. Ita dicit cõsuluisse Ol. & limitat, nisi ex clausulis aliud appareret, ut si esset ibi clausula, nõ obstãte l. q ĵ. C. de incest. nup. ¶ Cæterùm ut de isto dicto Bald. satis trito scias loq pleno & insolito stylo, corrobora eũ authoritatib. deinde declara nouissimè q̃nq; modis. Vide Ol. cõl. ccxlvij. Factũ tale est: q dã rex. ubi latè cõsuluit, nõ ualere legitimationẽ factã de eo, q narrauit se spuriũ, & nõ dixit, q erat spuri[o] ex adulterio geminato: putà ex cõiugato & cõiugata. Quod consiliũ reassumit Io. An. in addi. Spe. super rub. qui filij sint legi. & Lu. in l. si uerò. §. de uiro. xxxj. fal. fol. mat. & consil. cccxxvj. ad fi. ibi, quartò probatur. Et do. Abb. in c. per uenerabilem. ibi, his præsuppositis. qui filij sint legi. & Ant. de Rosellis de Aretio in aureo tractatu legitimatiõis, fol. 47. uers. ic. modò uideamus de causa formali. dicens, bene facere c. dilectus. s. eo. & d. c. super eo. & dictũ Bal. in d. l. præscriptione. de illo, qui tacuit causam condemnationis. Et istud consilium Old. extollit latè Alex. cõsi. mihi lxvj. & etiam cccxxxv. Nobilis uir Philonius. inducens etiã c. si motu. de præben. in vj. & l. si adulterium. cum incestu. in prin. ff. de adul. & quod no. Bal. in l. j. uer. ubi scias etiam. C. de furt. dũ dicit, quòd ubi sunt plura obstacula, non sufficit clausula generalis, Non obstante, sed necessaria est mentio singulorum defectuum. Et dicit Angel. in l. sed si hac. §. patronum. per illum textum. ff. de in ius uoc. quòd rescriptum principis nõ extendit se ad defectus tacitos & suppressos. Et dicit Bal. in l. Barbarius. ibi, & si dicatur. ff. de offic. præto. quòd princeps in sua dispensatione non præsumitur uelle promouere odiosos, & multipliciter criminosos. Cũ istis concordat Bal. in l. præscriptiõe. uer. uerbi gratia: quidã à principe. C. si cõtra ius, uel uti. pub. dicens, quòd qui petijt se legitimari, & dicit se natum ex soluto & soluta, cùm natus esset ex adulterio, non tenet legitimatio. Et ideo dixit Petr. de Anch. consil. mihi ccccxvij. Circa primum quæsitum. in prin. quòd species illegitimitatis est exprimenda. Et idem But. in d. c. per uenerabilem. uer. nunc discendo. dicens, quòd difficilius dispensatur cũ spurio, uel incestuoso, quàm cum alio. ¶ Adde etiã Io. An. in c. fi. de fil. presb. ubi dicit, quòd non ualet dispẽsatio facta per Papam cum nato ex cõiugato nobili, & soluta nobili, nisi de nobilitate materna fiat mẽtio, per authen. si qua illustris. C. ad Orficia. ubi filius spurius non succedit matri illustri extantibus legitimis, licet aliàs naturalis succedat matri, nisi sit natus ex coitu, qui possit accusari, ut latiùs per Scribentes in d. authen. & per Imo. in c. nisi cùm pridẽ. de renun. & Mat. Mathes. in tractatu De succes. ab intest. De nobilitate autem solius patris, uel quòd esset baro, uel magnus princeps, non est opus facere mentionem, sm Host. Io. An. & Bu. in d. c. fi. dicentes, quòd stylus curiæ non habet, quòd nomina, uel circunstantiæ parentum exprimantur, sed sufficit generalis mentio, licet ista uerba aliter referat Alex. in d. consil. Nobilis uir. & uide eundem consil. xxxvij. In causa mota p Ang. Simonis. ubi impugnat legitimationem, in qua non fuit dictum, quòd pater erat in sacris: quia cum taliter nato difficilè dispensat Papa. Allegat Io. An. in d. c. fi. & Bal. in d. l. eam, quam. & alia plura. Cogita, utrùm Io. And. uelit hoc in d. c. fi. ¶ Declara prædicta primò, ut habeant locum, quando una qualitas illegitimitatis fuit expressa, & aliæ suppressæ: secus, si princeps fuit usus uerbis etiam generalibus: putà, qualitercunq; & ex quocũq; coitu natus. quia etiãsi princeps ignorasset defectum, talis legitimatio purgat omnem defectum. Sufficit enim, quòd uoluit omnes defectus tollere: arg. l. qui iure militari. ff. de mili. test. Et idẽ, si constaret aliter de certa scientia principis. Ita declarat Nic. de Vbaldis in tractatu De suc. ab intesta. fol. 17. ad fi. ibi, requiritur secundò principaliter. dicens, ita distinxisse Paul. de Cast. consulendo: & est consilium, li cet ipse nõ dicat, ccxix. In Christi, &c. super puncto isto plura subtiliter. in fi. ubi ita intellige dictum consilium Old. Sic etiam intelligit dictum Bal. in d. authen. si qua illustris. ibi, quòd quãdo impetrator. dum dixit, quòd si in legitimatione est clausula, Non obstante, §. fi. in authen. qui. mo. na. effi. sui, nõ oportet, quòd aliter sit expressum, qualiter sit natus: putà, ex monacha, uel incestu. Sic etiam intelligit dictum Bald. in c. naturales. in prin. si de feu. fuc. controuer. inter do. & agna. ubi dicit, quòd in legitimatione non est necesse, quòd exprimat qualitas illegitimitatis: sufficit enim, si est spurius, q exprimatur spurietas, licet non exprimatur eius qualitas. Alle. Io. And. in d. c. fi. quem etiam extollit Bal. in l. Paulus. primo cõmento. in fi. ff. de stat. ho. Sed dicit Iac. de Alua. in d. c. naturales. quòd in hoc melius scripsit Bal. in d. l. eam, quam. & Io. An. in d. rub. qui fil. sint leg. Sed tu concorda, ut est dictum: & facit, quod scribit Io. de Ana. consi. xcv. In nomine, &c. uisis & ponderatis. Et pro primo membro dictæ distinctionis uide in terminis Capram consilio clvij. Etsi de pluribus. uer. & primò. quia licet aliàs incipit consilium, Fuit dispẽsatum per Papam Martinum. ubi potissimè declarat illud de certa scientia. ¶ Secunda declaratio. Quando idem effectus resultaret ex qualitate expressa, qui etiam resultat ex non expressa, tunc tacere aliam qualitatem non nocet. Ang. consil. mihi ccj. Quidam Bartholomeus. in primo dubio, dicens: quòd si dicitur aliquem fuisse natum ex ligato & soluta, cùm tamen ipsa etiam fuerit ligata, non nocet tacuisse hoc: quia satis constat eum esse adulterinum, postquam dixit se natũ ex ligato. Sed certè istud uidetur de directo contra Old. in d. consi. & sequaces, cùm sit dupliciter adulterinus. ¶ Tertia declaratio. Illa qualitas debet exprimi, quæ alterat naturam concubitus, uel illegitimitatis: sed nõ oportet exprimere illam, quæ aggrauat uitium parentum. Rota elegãter de fil. presby. iiij. in antiquis, & qui fil. sint leg. ĵ. in antiquioribus, dicentes, satis esse, quòd qui dixerit se filium sacerdotis & mulieris solutę, licet non dixerit, quòd mater habuerit sacramẽta à sacerdote, & sic fuerit quodãmodo incestus: quia ista qualitas solùm aggrauat uitium parentum. Et hoc bene nota ad multa. Et idem dicit Rota de fil. presby. ij. in antiquis, dicens: quòd non nocet tacere, quòd mater erat filia spiritualis sacerdotis. Quod limitant, dum modò spiritualitas nõ esset perpetua, ut quia administrauerat ei sacramẽta, uel audiuerat in confessione: secus, si spiritualitas erat irreuocabilis, ut si leuauerat cognitam de sacro fonte: & sic erat inductus nouus gradus affinitatis. Et idẽ puto eadem ratiõe, si presbyter habuisset filiũ ex cõmatre, id est, non ex persona leuata, sed eius matre, ut sæpius accidit. ¶ Quarta declaratio. Legitimatio spurij non exprimens qualitates spurietatis, non ualet, per prædicta: sed secus est in legitimatiõe naturali tantùm, in qua non est opus dicere qualitatẽ illegitimitatis, putà quòd sit natus ex serua, uel quid simile: Lud. consil. cxciij. quia iure non cauetur, quòd in legitimatione oporteat exprimere aliud, quàm naturalitatem eorũ. Patet in authen. qui. mo. na. effi. legi. §. si quis non habens. De quo dubito propter Rotam, ubi s. quia natus incestus. & tamen debet fieri mentio. Item satis est de iure cautum, quòd taciturnitas eorum, quæ difficultarẽt concessionem, reddit gratiã nullam, ut est tex. hîc. Præterea posset mater nobilis fuisse soluta, & tunc tacere eius nobilitatẽ, nocet, ut s. Et ideo cogita: quia pro Lu. posset facere iij. declara. Io, in quantũ loquitur de qualitate solùm aggrauãte uitium parentum. Item posses negare, q oporteat dicere, patrem fuisse in sacris, quod iure nõ cauetur, licet Alex. aliter cõsulerit. Et ad illud de cõmatre posses dicere, quòd ibi est incestus propter affinitatẽ spiritualem. ¶ Quinta & ultima declaratio. Procedunt prædicta, quãdo quis expressit speciem illegiti-

[a] *Et quæ finalis] Adde, quæ dixi in apostillis s. eo. in c. si quando.*

[b] *Non uitiat] ad quam materiam adde do. Soci. consil. clxix. inci. Circa.*

Filius] Adde tu, quæ sunt qualitates spurietatis, & qs ppriè dicatur spurius? Adde, q inter quas psonas, phibetur matrimoniũ secundũ iura Canonica, ex illis nascitur spurius. Tex. est in c. cùm pridẽ. §. psonæ. de renũ. Itẽ inter quas psonas, p hibetur cõcubinatus, licet non, phibetur matrimonium, si quis nasci tur ex illis, spuri[o] est. exẽplũ de clerico in mi-

ca primum consultationis articulum. uer. secunda ratio est: posito. cum uers. seq. in ij. parte.

c. postulasti.

legitimitatis, & aliam speciē tacuit: sed si dixisset, se esse spurium, etiamsi non dixisset qualitatem spurietatis, quantumcunq; illa esset odibilis, ualet dispensatio. Ita firmat quidam Modernus magnæ authoritatis in loco aliàs allegando: primò, per id, quod not. Bal. in d. §. naturales. in prin. dū dicit, quòd si Papa dispensat simpliciter cùm spurio, ualet dispensatio, etiamsi ita taceatur qualitas spurietatis. Secūdò allegat tex. in l. spurij. in princ. ff. de decu. ubi tex. arguit sic: spurij possunt esse decuriones, ergo & incestuosi. Tertiò alleg. Bart. in l. fi. in princ. ff. de his, qui. ut indig. ubi dicit, quòd nomen spurij est nomen generis, quod cōtinet in se omnes species quantūcunq; odibiles. ¶ Sed de ista opinione dubito: primò propter multa ſ. allegata, de quib. ille doctor nihil dixit, maximè propter uerba Bal. in d. l. eam, quā. cū concor. ubi formaliter præsupponit, q; ille expresit se spurium, & tamen nō ualet legitimatio: quia tacuit qualitatem. Secundò considero, quòd Bal. in d. c. naturalis. & etiam in d. l. Paulus. reputatur cōtrarius his, quæ dixit in d. l. eā, quam. & fundat se in uerbis Io. An. in c. fi. de fil. presby. Sed profectò non dixit Io. An. quòd qualitas aggrauans spurietatem nō debeat exprimi. Imò uult, quòd exprimatur nobilitas materna. Sed bene sentit, quòd si mater non est nobilis, non est opus eius qualitates exprimere. Tamen per hoc nō sequitur, quin qualitas spurietatis sit exprimēda, ut uult Rota, Old. Bal. & alij præallegati, fundantes se in ratione efficaci: quia difficilius princeps legitimaret spuriū spurietate odiosiori, uel qualificata, quā simplici. Tertiò considero, quòd d. lex, spurij. non habuit simpliciter respectum ad uerbum Spurij, sed ad rationem, per quā spurius permittitur esse decurio, scilicet, quia non est ab illa dignitate repellendus, qui non deliquit: quæ ratio includit omnem spurium. Quartò, si ista consequētia esset uera, Dispensatū est cum spurio, ergo sublata est omnis spurietas, quamuis odibilis: profectò esset uera etiam ista. Est dispensatum cum uno, non obstante, quòd sit illegitimus, ergo illegitimitas est sublata: quia si sufficit exprimere genus cōprehendens qualemcunq; speciem, sufficiet tota expresio: quia sub isto termino Illegitimus, ueniunt omnes, ut per Hosti. qui fi. sint legi. §. quot sunt genera. Et tamen ista secunda cō sequentia nō est concedēda: quia nimis repugnant authoritates præallegatæ. Ergo nec prima fundata eodē argumento. Et ideo magis placet opinio Paul. de Cast. & Nic. de Vbaldis, de qua in prima declaratione. ¶ Et si diceretur, quare est, quòd ista indefinita locutio, Nō obstante illegitimitate, uel spurietate, non æquipollet isti uniuersali, uidelicet quacūq; illegitimitate, uel spurietate: respondetur, quòd quando aliquod accidens est annexum rei, propter quod non est eadē ratio omnium comprehensorum, imò aliqua alteratio, tūc indefinita non æquipollet uniuersali. Vnde si lego lanā, nō uenit lana tincta: secus, si diceretur, lego omnem lanā, l. si cui. in princ. ff. de leg. iij. gl. in c. ut circa. in uerbo, aliorū. de elec. in vj. & ibi latè Domi. in fi. prin. post Bar. in l. si pluribus. de leg. ij. cum cōcor. quia qualitas, quæ alterat simplex, mutat eius naturam, c. statutū. de elec. in vj. iuncto c. licet. eo. tit. qualitas spurietatis odiosioris alterat ipsum genus. ¶ Et si diceretur, quòd p dicta opinione impugnata facit optima decisio Bal. de elec. in notuit. ad fi. ibi, dictat priuilegium. dum dicit, quòd priuilegiatus, ut possit legitimare spurios, potest legitimare etiam incestuosos: quia non est aliqua ratio, per quam debeat priuilegium restringi magis ad unā speciem, quàm ad alterā: secus, si in priuilegio esset species restrictiua: putà, q; possit legitimare incestuosos: nā in hoc non continentur aliæ species spuriorum, quia nō cogitabatur de alia specie, sm eū: responderetur, quòd Bal. nō loquitur in dispensatione, quæ strictè interpretatur, c. j. de fil. presby. in vj. sed loquitur in facultate legitimandi, uel dispēsandi, in qua fit lata interpretatio, sm Io. An. in c. fin. de fimo. & dicetur ad fi. huius c. ibi, limita quartò. Et ideo considera, quòd si in casu dicti priuilegij diceretur de illegitimis, uidereturidem, cùm illegitimitas sit genus includens omnē speciem. Ex quibus remanet sustentabilis opinio cōmunis, non obstāte ista opinione noua, super qua adhuc cogitabimus: quia in disputādo non reputaretur primo aspectu de facili impugnabilis. Et prædicta omnia bene no. quia nō possent esse utiliora. ¶ Vlteriùs per eundē tex. in uerbo, de leui. potest inferri admirabile dictū Pe. de Anch. consi. mihi ccxxxvj. Ex tenore priuilegij Apostolici. dū dicit, quòd ubi gratia fundatur in aliqua qualitate, & illa uerè nō subest, dicitur surreptitia: putà, si fundatur super moribus & aliis meritis impetrātis, & ipse sit infans. ¶ Potest etiam inferri ad dubium, quod non repè
3 ri discussum, utrùm † unio facta per rescriptū surreptitium sit nulla, uel irritanda: in quo dicit Car. cōsi. xcix. Redēptoris, &c. uers. unio præmissa. quòd literæ unionis dicuntur surreptitiæ, si causa asserta ad iustificandā unionem est falsa: putà, paupertas ecclesiarū. Sed Cal. de re. ecc. non alie. consil. xiij. dicit, quòd unio facta per Papam de beneficio reseruato, non facta mentione reseruationis, est nulla, sicut dicitur de impetratione & dispensatione propter eius odiositatē. Similiter dicit do. Abb. consil. cj. q. qua uertitur, seu uerti speratur. ibi, nec obstat, si dicatur. quòd surreptio uitiat ipso iure unionem: putà, si est tacitū aliquid, quo expresso Papa non concessisset, uel nō ita facilè. Alle. istū tex. etiamsi rescribat motu proprio: quia motus proprius non præiudicat tertio. Dixi ſ. eod. cæterùm. & c. ad aures. Similiter Rota de reb. eccl. non alie. xij. in antiquis, firmat, quòd unio obtenta à Papa, non ualet, qñ episcopus, qui obtinuit fieri unionem ecclesiæ cathedrali, non fecit mentionē de aliis ecclesijs priùs unitis. Sed Rota de reb. ec. ij. in antiquior. post elegantem disputationem concludit, quòd imò falsa causa non uitiet ipso iure unionē: quia regulariter surreptio non reddit rescriptum nullum ipso iure, ut traditur ſ. ad audientiā. Et sic uult Rota, quòd literæ unionis non dicuntur propriè literæ ad beneficia, & quòd in hoc æquiparantur contentiosis. Idem etiam Rot. de excess. præla. j. in nouis, dicēs, talem unionem posse annullari, sed non ipso iure inualidā: & propter authoritatem Rotæ ista opinio prætaleret, licet posset refricari in dubium illud, quod dicunt, uidelicet istas literas non esse beneficiales: quia profectò per actum unionis acquiritur nouū ius in beneficio. Et de isto passu nihil tangit Pet. de Peru. in tractatu De unione. ¶ Circa gl. ij. no. tres conclusiones pluribus dis-
4 ctis de nouo insertis. ¶ Prima cōclusio. Appellatione † a beneficij uenit præbēda[a], largè sumpto uocabulo. Ab. hîc, facit cle. auditor. de rescri. & c. quāuis. lo ij. de præb. in vj. & in c. quicunq;. de hære. eo. lib. No. Rota de concess. præbē. viij. in nouis, per c. tua. de uerb. sig. & allegant Archi. & Io. An. in c. gratia. de rescri. in vj. & adde tex. ſ. c. in nostra. qui loquitur de recepto in canonicum nondū habente præbendam: & licet nōdum sit ecclesiasticum beneficiū assecutus. Et ideo dicit Rota de præb. xxv. in nouis, quòd legatus habens conferre personis idoneis obtinentibus duntaxat unū beneficium, potest confetre habenti actu unū, & habenti canonicatum sub expectatione præbendæ: quia non dicitur beneficiatus. ¶ Secunda conclusio. In materia stricta, prout in casu huius decre. appellatiõe beneficij nō uenit præbenda. Abb. hîc post Innoc. & alios in c. fi. de præb. ubi cōmuniter tenetur, q; per mandatū de prouidēdo in aliqua ecclesia, nō ueniunt præbendæ. Et hinc sit, q; licet episcopus possit dispēsare cū illegitimo, super

a *Præbenda*] *Adde Car. in cle. j. in princ. & Pe. de Peru. et in cle. iij. q. ij. de causa poss. & propri. & Lud. in cōsil. ccxlvij.*

per beneficio simplici, non tamen super canonicatu & præbēda. Io. Mo. in c. j. de fil. presby. in vj. cūius opinionē seruat curia, sm Rotā, de fi. presby. ij. in nouis, & de offic. ord. iiij. in antiquis: & ibi dicunt, q; simplex dispēsatio Papæ cum illegitimo, ut possit promoueri ad beneficia, non habilitat ad canonicatus, nisi diceret, Ad quæcunq; beneficia. Et dicit Rota de fi. presby. j. in antiquis, q; in simplici dispensatione non ueniunt beneficia cathedralia. Et dicit Rota de proba. ij. in antiquis, q; licet episcopus possit dispensare cum illiterato in beneficio simplici, ut per Inn. in c. cùm in cunctis. in fi. de elec. & Hosti. in c. ij. de insti. non tamen in canonicatu: quia ibi requiritur industria & consilium. Quæ uerba not. ad multa. Est uerum, quòd Oldr. consil. ccxv. Puncta breuia. & Cald. de fil. presbyt. consil. j. & But. in c. fin. de presbyt. & Dominic. in d. c. j. tenent opi. Archidiac. in d. c. j. quòd episcopus possit cum illegitimo dispensare ad canonicatum, per illum text. permittentē simpliciter, quòd dispenset in non curato. Sed dato, q; ista opinio esset uerior, per hoc non destruitur dicta conclusio: quia ista dicta nō loquuntur in materia stricta: nam facultas dispensandi recipit largam interpretationem, ut dicetur in fin. huius c. uersi. limita quartò. ¶ Fallit primò ista conclusio, ubi in ecclesia, in qua fertur, non sunt alia beneficia, nisi præbendæ: quia ne gratia sit frustratoria, ueniunt præbendæ. Abb. hîc, & in d. c. fin. post alios ibi, & Archi. in c. alienatione. super uerbo, beneficia. xij. q. ij. ¶ Fallit secundò, nisi literæ dicāt de beneficio cōpetente: quia cōpetens intelligitur sm qualitatem personæ. Vnde si meretur canonicatū, poterit de eo prouideri, licet in ecclesia sint alia beneficia, sm Archi. in d. c. alienationes. & But. & Abb. post alios in d. c. fin. sic intelligentes text. in c. pro illorum. de præbend. Quod autē dicatur competens, statur arbitrio superioris. Bu. in c. cùm dilectus. ibi, si uerò promisit. de iure pa. ¶ Fallit tertiò, ubi scribitur in ecclesia collegiata non cathedrali, in qua sunt præbendæ: quia etiamsi sint electiuę, potest prouideri de eis. Ro. de cōcess. præbē. viij. in nouis, & de rescrip. lvj. No. q; illi. in antiquis: pro quibus facit, quia cessant rationes, quas prædicti cōsiderant, maximè Rot. de fil. presby. ij. in nouis: & tex. in c. quamuis. lo j. de præb. in vj. scilicet præeminentia & magnus honor, quē habent canonici ecclesię cathedralis, adeo q; sm Domi. illi præcedunt abbates in processionibus. Quinimo dixit Cal. de præb. consil. xxxj. q; quoties literæ faciunt mentionem de ecclesia cathedrali, ueniunt canonicatus: ibi, uacaturi. etiamsi de eis non dicatur. Et ita dicit tenere gl. & Doc. in d. c. fi. de præbē. prouideretur cōtra prædicta. Sed fortè uoluit Cal. hoc, q; licet scribendo simpliciter nunquā ueniūt beneficia ecclesiæ cathedralis, d. c. quamuis. tñ si nominatur cathedralis, ueniunt canonicatus in ea uacātes: non semper, sed qñ in ea non sunt alia beneficia, iuxta primā fallentiam. Dixit etiam Rota prælegata de cōcess. præb. viij. in nouis, q; impetrans spectans ad collationem episcopi in forma speciali potest acceptare præbendam in ecclesia cathedrali spectantem ad collationem episcopi: qa, sm eos, tex. in d. c. quamuis. debet intelligi in terminis suis: scilicet, qñ illa uerba posita in c. quamuis. uidelicet de aliqua ecclesiarum ciuitatis, uel diœcesis, inseruntur in gratia: aliàs non. Allegant Ioā. An. ibi: sed caue, quia Io. An. retractauit illā opi. in addi. Spec. in loco allegato, & extenso per Do. in d. c. quāuis. Ideo dic. ut ibi. Vide ſ. c. in nostra. corollario xxxix. ¶ Fallit quartò, & ultimò in casu c. tua. de uerb. signifi. quia, sm Abb. ibi, licet ponat materiā præiudicialē tertio, tñ quia continet causam honestam & fauorabilem episcopi debitis onerati, includit omnia beneficia: & sic præbendas: secus, ubi illa indulgentia fieret tertio, per id, quod no. Io. Mo. in c. fi. propter. de rescri. in vj. Facit etiam d. c. tua. in uerbo, hoc casu. Ad quod etiā uide Pe. de Anc. in d. c. fi. propter. & ibi Domi. uolentem post Io. Mo. & Arch. q; illa indulgentia dicatur fauorabilis. ¶ Tertia cōclusio. Appellatione præbēdæ ueniunt omnia beneficia. Aegi. conclu. dcxlvij. si expectans, &c. dicens, q; si expectans beneficiū cū cura, uel sine, acceptat parochiā uacantē, & executor prouidet sibi de præbēda parochiæ, ualet prouisio: quia appellatiõe præbendæ potest comprehendi omne beneficiū: quia præbet. Dixit tñ Gul. in cle. si iusta. de præb. & Rota, de rescr. pe. in nouis, nō à præbendo rectè præbenda uocatur, sed magis à pretio, cuius amore datur. Et intellige conclusionē largè sumendo: nā propriè differt præbenda à beneficio, ut latè per Arch. in d. c. alienatiões. ubi dicit, q; præbenda est ius percipiendi prouētus in ecclesia per unū, tāquā de collegio. Ad quā diffinitionē uide, quæ ponit Car. in cle. fi. x. q. cū duab. seq. de præb. & quod dixi ti. præcedenti, cùm M. Et ibi dictis adde Rotā de consue. vj. in nouis, ubi inuenies de multiplici natura canonicatuū & præbēdarū. Et uide Car. in cle. ij. vj. no. de iudic. ubi ponit differentiā inter beneficiū & canonicatū: quia differunt ut genus & species. Et ibi etiā in v. q. ponit, q; appellatione canonicatus uenit etiā canonicatus regularis, propter gl. ibi in uerbo, beneficij. s. quā facit singulare. Et diffinitionē beneficij ponit etiā Pet. de Anc. in regula j. de reg. iur. in vj. & cōueniunt multa,
5 quæ ipse ponit in repet. d. c. fi propter. ¶ Circa faciēdā mentionē de patrimonio, cōclude, sm Domi. hîc in repet. q; aliquando patrimonium est assignatum in beneficiū, ut de cætero tale patrimoniū censeatur beneficiū ecclesiasticū: & tunc siue in forma gratiæ, siue iustitiæ, semper de hoc est faciēda mētio: quia ex quo est beneficium ecclesiasticum, de tali est facienda mentio, ut hîc. Quòd ita possit assignari in beneficio, not. Io. An. in c. si pauper. super glo. ij. de hære. in vj. per c. tua nos. de simo. Aliquando patrimoniū non est effectū beneficiū: & si impetrat in forma gratiæ, planū est, q; non tenetur facere mentionē: quia in hac materia iura ponderant beneficium ecclesiasticū. Aliquādo fuit expresè ordinatus ad titulum sui patrimonij: & tunc credit, q; etiā in literis gratiosis de illa debet facere mentionē: quia cessat causa, quare fit ista cōcessio: tacuit enim tale, quo expresso, &c. Obstat decisio Rotæ, de præbē. xj. in antiquioribus, quæ uult, q; de titulo nō ecclesiastico nō est necessaria mentio. Respondet hîc, Domi. q; Rota loquitur in gratiosis, non in literis de iustitia. Et sic uidetur Domi. reuocare, quod proximè dixit, & uelle, q; imò in gratiosis non sit unquā necessaria mentio patrimonij, etiamsi ad ipsum est intitulatus. ¶ Subdit Ioā. An. hîc, quem oēs sequuntur, q; talis taciturnitas patrimonij nō uitiat literas in uim dilatoriæ: quia cùm iura nō arctent ab expresione huius qualitatis, ut hîc, patet, q; nulla fuit surreptio: & ideo literæ ualebunt: & ratio pōt esse, quia istæ literæ de iustitia uidētur ut plurimùm seq; naturā contentiosarū, ut dixi in prin. Sed taciturnitas peremptoriæ in contentiosis nō uitiat eas, quo ad processum, c. j. de lit. contest. in vj. Modò sic est, q; talis taciturnitas est peremptoria: quia in forma pauperum nō prouideret Papa diuiti. Ergo procedit dictum Ioā. An. Hoc intelligit uerum Domi. in literis directis contra ordinatorem: quia ueniunt executiuè ad iuris debitū & obligationem contractā cum ipso ordināte: & sic sunt similes cōtentiosis. Sed si diriguntur contra nō obligatū, uidentur annecti ad naturā gratiosarū. Et ideo putat, quòd talis taciturnitas poterit opponi in uim dilatoriæ, tanquā literæ sint ipso iure nullæ. ¶ Sed aduerte: quia inter dicta Domi. hîc in lectura, & ea, quæ dicit in repet. uidetur esse repugnantia: nā, ut uides, uult in lectura, q; dicta decisio Rotæ, uolens nō esse necessariam mentionē redituū nō ecclesiasticorum, habeat locū in gratiosis: modò uult in repetitione, q; si habens literas iustitiæ ad tertiū, id est, non ordinatorem, tacuit de pa-

c. postulasti.

trimonio, literæ non ualeant: quia, ſm eum, æquiparantur gratioſis. Ergo uult, quòd in gratioſis fiat mētio patrimonij: quod eſt contra primū dictum. Poſſet intelligi primū dictū in gratioſis merè, & non habentib. uerba iuſtitiæ: putà, cùm ſm, &c. quia in illis non eſt uerisimile, quòd princeps retraheretur propter reditus non eccleſiaſticos, cùm paupertas non dederit eis cauſam. Sed illæ, quæ dirigūtur tertio in forma iuſtitiæ, in quātū dirigūntur ad non obligatum, bene ſapiunt naturā gratioſarū: ſed in quantū fundatur ſuper iuſtitia, ſunt de iuſtitia, de qua in c. cùm ſm. Et ideo in iſta duplici qualitate & mixtura denominantur ab eo, ad qđ principaliùs tendūt, ſ. à iuſtitia, nō ab eo, quod ſecundariò ſapiunt, ſ. à gratia, quam ſapiunt reſpectu mandatarij, & cōſequenter uitiātur taciturnitate patrimonij, ſicut aliæ merè de iuſtitia. Facit l. nec cauſam. cum ſi. ff. ſi cert. pet. Et hoc modo ſaluabitur utrūq; dictū Domi. An autē ſit uerum, q̄ propoſita iſta exceptione peremptoria cōtra literas de iuſtitia repellatur impetrans, putat Domi. quòd ſic: quia obligatio erat extincta, ex quo ordinauit ad titulum patrimonij: unde literæ effectualiter nō ualebunt. Et iſtud fortè uoluit tex hîc, in uerbo, cōmodū reportare nō debet. q.d. ſcilicet effectualiter propoſita exceptione peremptoria. Et idē dicit, ſi fuit ſimpliciter ordinatus, tenendo cōmunē opinionē, de qua in c. ſi pauper. de præb. in vj. quòd tacitè uidetur quis ordinari ad patrimonium, quod habet, etiamſi nō dicatur, ſm Domi. hîc. Et iſta teneas omiſſo multiloquio And. Sic. hîc, qui fortè illud muraſſet, ſi uidiſſet Domi.
6 in dictis locis. ¶ Quomō† clericus licita cōſcientia uiuit de beneficio, licet habeat patrimonīū, uide plenè Abb. in diſpu. Titius. de qua facit mētionē hîc. Sed And. Sic. in c. in tantum. de ſimo. & hîc inducit contra cōmunē: & pro cōmuni de uerbo ad uerbū dictā diſputationē Abb. ſubdens tandē uidiſſe, & poſt, dictam diſputationē: qua non obſtante tenet contra cōmunē per aliqua, quibus reſpōdetur unico uerbo, quòd procedunt iuxta illud ſm tempus, de quo loquitur Abb. in dictis locis. Et conſidera, utrùm ſit uerisimile, quòd An. Sicu. cōponendo illa motiua, nondū uidiſſet Abb. ſed ſolùm eis compoſitis, ut ipſe dicit, attento, quòd eodem ordine & ſtylo tranſcribit, cum quib. loquitur Abb. Ex quo infero, quòd tempore huius uiri non erat tam difficile cōmittere multa furta de dictis aliorū, ſicut hodie multiplicatis impreſsionibus. Et ultra iſtos adde Innoc. in c. quoniā. in fi. ne prælati uices ſuas. ubi dicit, quòd de iure eſt, quòd ſiue clericus ſit diues, ſiue pauper, qui altari ſeruit, licitè uiuit de altari. Reſpondet ad c. clericos, hîc allegatum in gl. quòd non loquitur de clericis ſeruientibus eccleſijs, ſed de alijs abundantibus clericis, qui uolebant uiuere de bonis eccleſiarum, in quib. nō deſeruiebant. Et idē tenet Arch. latè in c. illi, qui xij. q. ij. & Abb. in c. epiſcopus. de præb. reaſſumens dictam diſputationem, prout hîc. & beatus Thomas ij. ſecundæ, q. clxxxv. artic. vij. firmans, quòd epiſcopus poteſt de propriſs bonis ad libitum diſponere, uiuendo de bonis beneficij eccleſiæ, licet taciturnitas poſſeſsionis illicitè uitiet impetrationem beneficij eccleſiæ. Et ꝓbat etiā, quòd bona eccleſiarum nō ſunt omnia diſtribuēda inter pauperes, ſed etiā in alios laudabiles uſus. Et ideo, ſi de eo, quod uſui epiſcopi, uel alicuius clerici eſt deputatū, ſtatuit aliquis ſibi ſubtrahere, & conſanguineis, uel alijs dare, non peccat, dum modò illud faciat moderatè, i. ut non indigeant, non autem, ut ditiores fiant. Et inducit Ambro. in lib. de Offic. & alia, de quibus per eum. Et pro hoc, quòd liceat clerico de reditib. eccleſiæ iuuare propinquos inopes, uide tex. gl. Arch. & Domi. in c. omnino. xxxj. diſt. & tex. in c. iij. j. de arbi. & ibi Abb. in ij. no. & Ana. in c. qualiter. lo ij. in prin. ibi, item prælatus. de accuſ. & Bu. in c. cùm haberet. per illū tex. de eo, qui duxit in matri. quam polluit, &c. Ab. in c. coniugatus. ad fi. de cōuer. coniug. & in c. cōſtitutus. de reli. do. & Arch. in c. nō liceat. xij. q. ij. cū multis alijs. ¶ Et ſcias, q̄ ſi clericus cōſumit reditus beneficij uoluptuo-
a ſē, tenetur ad eorū reſtitutionē[a], quaſi fur, cùm diſtrahat rem ad uſum non propriū, ſed alienum ab ipſa re. Latè Archi. in §. j. ſuper uerbo, permittitur. xlij. diſt. per illum tex. & alia plura. Et ſequitur ibi Domi. colligens etiam ex quōdā dicto Raymundi, de quo ibi,
7 per Archi. quòd ſi† clericus[b] percipit
b fructus beneficij, & non dicit officiū, ex ſua negligentia tenetur ad reſtitutionē fructuū. Prò quo facit optimè, ſm Domi. ibi, tex. in c. ſi canonici. §. ſciturī. de offi. or. in vj. ubi ceſſantes à diuinis officijs ſine cauſa iuſta, tenentur ad reſtitutionem fructuū. Et ibi idē re petit Domi. in prin. allegans etiā Cal. in c. j. de cele. miſ. quem etiā ipſe allegat, & ſequitur in c. ſi. in prin. de reſcri. in vj. per illum text. Et idē ſentit Albe. de Placentia in tractatu De horis canonicis, q. v. in fi. Sed contrarium firmat Abb. poſt Car. in c. j. ad fi. de cele. miſ. bonis rationibus, quas per te uidere poteris. Sed non reſpondent ad d. §. ſciturī. niſi dicas, quòd illa pœna fuit ibi introducta ſpecialiter in odiū iniuſtæ ceſſationis: nā poſsibile eſt, q̄ illi priuatè dicant horas, & ſic nō ſint digni priuari fructibus ratione ſimplicis ceſſatiōis: ſed quia illa ceſſatio dehonestabat deuotionē cultus diuini, meritò in pœnam huius qualitatis alterātis ceſſationē, imponitur dicta priuatio fructuū. Et de hac negligentia circa horas canonicas, uide etiā per Nico. de Auſino in addi. Summæ Piſanę, in uerbo, clericus. lo j. in §. fi. & per Arc. Flor. in ij. parte ſuæ Summæ, c. de accidia. uer. de negligētia circa horas. & in iij, parte ſuę Summę, in rub. de clericis ſecularibus, tab. viij. c. iij. ſub rubricella, de fructibus beneficiorū. Facit etiā pro opi. cōmuni, qđ habuimus ſ. cod. cùm adeo. ad fi. tractando, q̄ in eccleſia, maximè onerata debitis, præferī clericus diues pauperi, iuxta gl. in c. conſtitutis. de ap. & alia, de quib. ibi dixi. ¶ Circa text. hîc in uerbo, niſi de uicaria, &c. latiſsimè inſiſtunt hîc Cal. & Domi. & Maria. in ſaluando mentē iſtorum uerborum, quæ prima facie innuunt, q̄ ualeant literæ pauperū, ſi faciant mentionem de uicaria perpetua: qđ uidetur abſurdum, attenta natura ipſarū literarū, quæ præſupponūt paupertatē impetrantis. Et licet iſti accuratē inſiſtāt, ut in uoce retuli, tñ in effectu uult Domi. quòd hîc non arguatur à contrario, ne ſequatur dictum abſurdū, iuxta gl. de ſo. compe. ſignificaſti. cū concor. quas ibi poſui. Sed profectò, niſi ita arguatur, iſta uerba nihil operantur. Neq; dicas, q̄ ratione dicti abſurdi debeat ceſſare hoc argumentum: quia imò procedit, qñ aliàs uerba nihil operantur, l. nulla. in fi. C. de epiſc. & cle. & ibi glo. iuncta authen. diaconiſſa. ibi poſita: de quo

a *Reſtitutionē]* *Adde do. Soc. cōſ. xxxij. incip. Ex his, quæ ſuperiùs, uer. circa ſecundā q. circa princ. in j. parte, ubi dicit etiā, quòd de bonis eccleſiæ illud eſt clericorū diuitaxat, quod probabili ratione cōſumitur, & quatenus neceſsitas urget. Alleg. Apoſtolum dicentē: Victu & tegumento, his contēti ſimus.*

b *Si clericus]* *Adde tu, q. iſtud idē tenet Bald. in l. j. in princ. C. de his, qui. ut indi. Bald. in l. Neſennius ff. de excuſ. tu. & in l. fin. ubi Ang. C. ubi pup. educ. Et ſic cōtra do. Abb. in d. c. j. de celeb. miſ. Vnde reſpōdēdo ei, in quātum additcit pro ſua opi. tex. in c. diaconi. xciij. diſt. & c. ij. de præb. quia licet illi text. probent, quòd dētur reditus, ut uiuat, non debet intelligi ita ſimpliciter, ſed ut uiuat ſecūdum cultum Dei. Et pro iſta opi. uidetur eſſe text. in c. clericus uictū. xcj. diſtim. Et hoc uidetur eſſe uerū, maximè in clericis, qui non dicūt officium ſuum, ut uoluptatibus uacent. Et ideo iſto caſu teneo, quòd tenentur ad reſtitutionē fructuū. Et hoc modo limitabis Car. & do. Abb. in d. c. j. de cel. miſ. qui conatur deſtruere opi. Cal. Et hæc eſt mea noua opi.*

quo facit feſtum ibi Ful. & Lud. in l. ſi cùm dotē. in prin. ff. ſolu. mat. cū concor. quas dixi in d. c. ſignificaſti. poſt Alexā. in authen. ex teſtamēto. in princ. C. de colla. ¶ Et ideo magis placet ultima cōſideratio, quā facit hîc Maria. in repe. cōſiderādo duos caſus. Primus, qñ facta eſt talis mentio, per quā Papa certā habet ſciētiam, q̄ illa uicaria, uel aliud beneficiū non eſt ſufficiens impetranti, fortè expreſsis prouētibus: & tūc literæ ualent, quia Papa illas conceſsit, putans iſtum nō habere, unde cōmodè uiuat: & ſic dictio Niſi, ſtat propriè: & arguitur ſic à contrario, uidelicet: ergo ſi ſit mentio, q̄ nō habet ſufficiens beneficiū, ualent literæ de iuſtitia. ¶ Secūdus caſus, qñ ſit talis mentio, per quā apparet, quòd beneficium eſt ſufficiens: & tunc debemus dicere alterum de duobus: uel, quòd Papa nō habuit illud pro ſufficiēti: uel, quòd tales literæ tranſeunt in forma gratiæ: arg. l. ubi ita donatur. ff. de do. cauſa mor. Et ſic etiam hoc caſu dictio Niſi, ſtat propriè, & ſumitur arg. à cōtrario, reſpectu ualiditatis, i. ergo ſi ſit mentio, ualent iſtæ, & erūt de gratia. Et iſtū ſenſum approbat hîc Imo. dicens poſt Cal. quòd uerbū huiuſmodi facit regulā de literis beneficialibus, nō in ſpecie, ſed in genere. Et iſta perpetuò no. quia ſunt quotidiana, ſm Maria. ¶ Extra gl. poſuit hîc Hoſti. quædā notanda uerba, ſuper quib. inſiſtunt Io. An. Bu. Imo. & Domi. hîc, & Abb. ſ. co. ad aures. ¶ Et licet neq; ibi, neq; hîc de iſtis dictis tāgat An. Sic. tamē quia quotidianę ſunt, reduco ad quatuor quæſtiones. Prima erit, utrùm in diſpenſationib. debeant exprimi qualitates priorum beneficiorū: & de iſta fuit dictū in d. c. ad aures. Secunda quæſtio, qualis mentio debeat fieri de præſtimonijs. Tertia, utrùm in diſpenſationib. poſsit argui à fortiori. Quarta & ultima, utrùm ſit faciēda mentio in literis de beneficio prius malè obtento. ¶ Circa ſecūdā cōmuniter dicitur, quòd ſi præſtimoniū habetur in ſtipendiū, non eſt opus de eo facere mētionem: ſecus, ſi habetur in titulum, ſm prædictos hîc: quib. adde Domi. poſt Lapum in c. ſi motu proprio. de præb. in vj. & Domi. poſt Io. An. in c. nō poteſt. in princ. de præbē. in vj. & Car. in cle. ij. ix. q. de offi. or. & ibi ſubdit in x. q quòd de hoſpitali nō ſolito cōferri in titulū, nō eſt opus facere mentionē: & ſubdit in q. xj. quòd de præſtimonijs nō eſt neceſsaria mentio, niſi dentur, tanquā emolumentum ſurgens ex titulo beneficij. Et dicit Car. in cle. ij. §. ſi uerò. in prima op. de uſ. & ho. cle. quòd de uictualibus, quæ præſtat ordinans ordinato, nō eſt opus facere mentionē: & remittit ad no. j. eo. ad audiēdum. ¶ Et ſuper iſtis nota ſex declarationes. Prima eſt, quòd ſicut neceſſe eſt facere mentionē de beneficio uirtute primarū literarum obtento, ita de penſione uigore earū obtenta. Gof. Hoſt. Imo. & Abb. j. eo. ad audiēdum. quia poterat impetrans aſſequi beneficiū per primas literas. Ergo ſi eis renunciauit, ut haberet annuam penſionē, uidetur ſtetiſſe per eum, quo minùs aſſequeretur beneficiū: & ſic perinde eſt, ac ſi fuiſſet aſſecutus: regula, cùm ſtat. lib. vj. Secundū hoc intellige text. j. eo. in noſtra. dū probat à contrario, quòd de beneficio tēporali non eſt neceſsaria mentio. ¶ Secūda declaratio. In literis beneficialibus appellatione beneficij non cōprehenduntur pēſiones. Domi. in c. quāuis. el j. in prin. de præb. in vj. per illum text. per quē dicit, quòd uerbū Beneficij, in talibus literis poſitū, comprehendit beneficiū eccleſiaſticū, quod datur in titulū habens ius ſpirituale, non autē illud, quod conſiſtit in ſola temporalitate. Et ſequitur Ana. in c. non ſatis. de ſimo. ¶ Tertia
8 declaratio: Pauper† clericus impetrans in forma cōmuni, non tenetur facere mētionē de penſione, quā habet à laico, poſito quòd ſit ſibi aſsignata in titulum beneficij: quia ex quo nō eſt beneficiū, ſed eſt talis pēſio, quæ moritur cū perſona, de tali nō tenetur pauper clericus in forma cōmuni facere mentionē, poſito quòd authoritate epiſcopi ſit inſtituta: ſecus, ſi eſſet cōſtituta loco beneficij, adeo quòd transferatur de perſona in perſonā: quia impediret & annullaret gratiā pauperis, poſito quòd non eſſet beneficiū: & poſito, quòd nō conſtitueretur ab eccleſia. Ita dicit Rota de reſcr. xxxiij. in antiquis: & idē Rota de præb. xj. in antiquioribus, dicentes, quòd talis penſio nō eſt beneficiū eccleſiaſticū, præſertim ex quo poſt eius obitum nō eſt alteri cōferēda. & ita dicūt pluries fuiſſe obtentum. Subdunt tñ, quòd Arch. tenet contrariū, j. q. ij. clericos. Sed per diſtinctionē Io. An. hîc patet, q̄ opinio palatij eſt uerior, ſecundū eos. Sed Domi. hîc ad fi. referēs hāc ſecundā deciſionē, intelligit eā in literis gratioſis: ſed in literis iuſtitiæ Papa intēdit ſolùm ſubuenire paupertati clerici. Vnde ex quo habet, unde uiuat, ſatis eſt prouiſum paupertati: ſicut ſi eſt ſibi aſsignatū patrimoniū pro titulo. Vnde ceſſat ratio, quare gratia in forma pauperū eſt introducta, ideo ſi expreſsiſſet ſe habere patrimoniū, uel nullo modo habuiſſet literas, uel ſaltē non in forma pauperū. Et idē, ſi expreſsiſſet de tali præſtimonio, ſm eum. Et iſtud fortè uerius, quāuis Rota in dictis locis loquatur expreſsè in literis iuſtitiæ. ¶ Quarta declaratio: ubi dicitur, Vel aliud quodcunq; beneficiū, comprehēditur præſtimoniū & penſio: gl. in cle. ij. in uerbo, quodcūq; de uita & ho. cle. Si autē nō eſſet illa dictio uniuerſalis, uide do. Abb. conſ. cxlij. Illud de iure quæritur. ubi etiā conſuluit, quòd expectanti beneficiū nō debetur præſtimoniū: qñ maximè de cōmuni uſu loquēdi iſta differunt. ¶ Quinta declaratio. Habens plura præſtimonia, debet de ſingulis mentionē facere, ſicut de plurib. beneficijs, niſi plura habeantur ab eadē eccleſia: quia magis ſunt cenſenda unū, quàm plura. Old. cōclu. cxl. in eccleſia, &c. arg. l. ſi gemina. ff. arbo. fur. cæſa. & magis eſt cōmodū, ſiue ſtipēdium canonico deputatū, & cum in iſtis ſm conſuetudinem multitudo nō ſit canonibus inimica, non eſt in eis eadē ratio, quæ in beneficijs, ſm eum. Et ſubdit, q̄ cōmuniter nō cōferuntur, niſi beneficiato in eccleſia, à qua conferuntur, & nullū requirunt ſeruitiū perſonale, nec reſidentiam: imò fructus eorum dantur abſentibus, ac ſi in eis perſonaliter reſiderent. ¶ Sexta & ultima declaratio. In illis caſibus, in quibus debet fieri mētio de præſtimonio, uel patrimonio, fortè nō debet exprimi ualor eorum: quia de iure cōmuni de ualore reditū, quos quis habet, non eſt neceſsaria mētio. Gl. in cle. j. de præb. dixi ſ. eo. ad aures. in prima concluſione. Nō obſtat ſtylus curiæ, ſm quē per conſtitutionem Vrbani & ſucceſſorū debet fieri mentio ualoris, ut ibi dixi: quia loquitur de ualore beneficiorū. Et ideo talis conſtitutio à iure exorbitans, nō uidetur extendēda extra caſum ſuū: quia caſus omiſſus remanet
a in diſpoſitione iuris[a], l. cōmodiſsimę. ff. de lib. & poſthu. cum ſi. Tamen hoc non affirmo: tū, quia non reperio tactum: tū, quia uidetur eadem ratio in iſtis, ſ. ut Papa reddatur magis informatus de reditibus ſupplicantis. Et ideo uidetur poſſe fieri extenſio propter omnimodā rationem, ut per gl. in c. j. in uer. Italiæ. de temp. or. in vj. Et ideo cogitabis. Reliqua de penſionib. dicentur j. eo. ad euidentiam. ¶ Circa tertiā q. uidelicet de extenſione diſpenſationis, nota regulam cum ſex limitationib. nouo ſtylo ordinatis: ex quibus ornabis tuas lecturas in c. quia in tantum. de præb. ¶ Regula eſt, q̄ in diſpenſationib. non fit extenſio etiā ad caſum minorē, & habentem in ſe maiorē rationē, quàm habeat caſus cōceſſus. Ita ſingulariter dixit Hoſt. hîc, quē ſequuntur prædicti, & Abb. in d. c. ad aures. & Nic. Myl. in uerbo, diſpenſatio. ad fi. Ratio eſt: quia diſpenſatio cenſetur odioſa, c. j. in fi. de fil. preſby. in vj. ¶ Vnde dicit glo. in c. ordinarij. in uerbo, diſpēſationem. de offi. ord. in vj. quòd iſta eſt unus caſus, in quo beneficium principis ſtrictè interpretatur,

c. poſtu-
laſti.

pretatur, etiamsi neminem lædat, nisi ius commune. Et ideo dixit Ioã. An. in regula, quæ à iure. in Mercu. quòd licet episcopus dispenset cum monacho ad curatum, non tamen dicitur dispensare cum eo ad beneficium simpliciter. Similiter dicit Ana. post Abb. in c. ij. de cleric. pug. in duello. quòd si dispensatur super beneficio, intelligitur de simplici. Intellige, nisi dispensatio dicat, Ad quæcunq; beneficia. Io. An. in Spe. super rub. de fil. presby. & Rota eo. tit. ij. in antiquis: & Nic. Myl. ubi s. §. ij. Similiter† dicunt Io. An. Bu. Abb. & Imo. post Aegi. in c. de multa. de præben. quòd dispensatus ad duo incompatibilia, non intelligitur dispensatus in eadem ecclesia, ut fiat stricta interpretatio. Similiter glo. in c. literas. in uerbo, ordinarij. de fil. presby. quòd dispensatio super ordinibus intelligitur de minoribus. Bonus tex. in c. fi. de transla. præla. ubi dispensatio, ut quis possit transire ad archiepiscopatũ, non extenditur ad episcopatum: tamen ibi non est eadem ratio in episcopatu: imò minor, ut exprimit tex. Et adde Per. de Anc. cõsi. mihi xvj. Dominus noster. ad fi. ubi sequitur hoc dictũ Host. Et dicit Domi. in c. quamuis. §. j. de præben. in vj. quòd in istis literis beneficialibus cessat argumentum à pari, & à minori ad maius, per not. hîc. & in c. cui de non. de præben. in vj. Et dixit Fede. consil. xiij. Monachus Perusinus. quòd indulgentia data à canone prælatis regularibus de absoluendis subditis excommunicatis in casu c. si quis suadente. xvij. q. iij. de qua in c. cùm illorum. de senten. exc. non habet locum in casib. similibus, per not. hîc. Et caue: quia istud non destruitur propter quartam limitationem, de qua j. quia illa loquitur de uerbis interpretandis: sed Fed. loquitur de uerbis extendendis ad alium casum, quod nõ licet: & hîc uidetur, quòd dispensatus, ut possit promoueri ad dignitatem maiorem, non uidetur dispensatus ad minorem, licet contrarium dicat ibi in c. ex parte. el ij. in prin. de decif. ¶ Limita primò, nisi casus dispensatus habeat rationem expressam: quia ubi erit eadẽ ratio, non est extensio. Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. ibi, & aduerte. de iudic. propter glos. in d. c. j. in uerbo, Italiæ. quod uerbum multum importat. Sed nõ credo esse uerum: quia si non fit extensio à maioritate rationis, multo minùs ab identitate. Nec sequitur: est eadẽ ratio, ergo nõ est extensio, ut latiùs per Doc. in c. j. & per Imo. in cle. j. de elec. ¶ Limita secundò, dum modò agatur de dispensatione multùm odiosa: secus, si esset dispensatio nõ multùm odiosa, sed potiùs gratiosa. Ab. in d. §. de adulterijs. s. eo. ad aures. in fi. ita intelligens c. per uenerabilẽ post princ. ibi, uideretur. qui fi. sint leg. Et ita dicit sentire Io. An. in addi. Spec. de legato. §. fin. uer. quid si dispensatum. in additione, hoc intellige.

9 ¶ Nam dicit ibi Io. An. quòd qui opponeret contra dictum Host. hîc de tex. in d. c. per uenerabilem. ita posset opponere de regula, cui licet. lib. vj. Sed Host. uoluit dare casum exceptum à regula, scilicet dispẽsationes, quæ fiunt contra ius, quasi dicat, quòd in c. per uenerabilẽ. non agitur de dispensatione, quæ fiat contra ius. Et q dispensatio dicatur odiosa, & legitimatio fauorabilis, uide Domi. post Lap. in c. j. §. j. de fil. presby. in vj. & Per. de Anch. consil. mihi ccccxix. Circa primum quæsitum fuit satis expediens. ¶ Considera duo: primò, quòd dispensatio contra ius, communiter offendit solum ius commune, faciẽdo de inhabili habilem: sed legitimatio offendit ius commune, & plerunq; ius tertij, qui succesisset, non data legitimatiõe. Ergo legitimatio uidetur odiosior, quàm simplex dispẽsatio. ¶ Secundò considera, q tex. in d. c. per uenerabilẽ. fm opi. multorũ, cõtinet allegationem partis: quia non est uerum, quòd legitimatus ad spiritualia, sit legitimatus ad temporalia, secundum opinionem multorum, quam latè prosequitur Nicol. de Vbald. de suc. ab intesta. fol. 16. uer. secundam partem primi articuli. Tamen quia communiter Doc. in d. c. per uenerabilem. tenent, quòd non sit allegatio partis, ideo transeundum est cum uerbis Ioã. And. in d. uer. quid si dispensatum. In quo potest etiam considerari, quòd dispensatio propriè sumpta, differt à legitimatione, ut per Paul. de Cast. & Alex. in l. pactũ, quod dotali. C. de colla. & But. in d. c. per uenerabilem. & Anto. de Rosel. in tract. legitimationis, fol. 39. uersic. ulteriùs est uidendum, quid de legibus. & Alexã. consil. mihi dxiij. luxta ea, quæ aliàs consulendo scripsi, &c. & Benedictum de Perusio consil. clvij. Fuit dispensatum per Papam Martinum. dum dicunt, quòd quis non potest esse pro parte legitimatus, & pro parte nõ: sed bene potest cum illegitimo dispensari, quo ad aliquem effectũ, remouendo defectum natalium: & dicetur dispensatio, sed nõ legitimatio. Et dicit Benedictus de Perusio latè consil. j. quòd si est dispensatum, ut filius monialis possit succedere matri ex testamento, nõ sequitur, quòd mater possit succedere ei, iuxta l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. test. quia cùm fit dispensatio odiosa, restringitur: nec arguitur à correlatiuis, propter odiosiorem qualitatem matris. ¶ Adde etiã pro ista limitatione text. in c. ex parte, el iij. de decimis. ubi priuilegium fauorabile de decimis, extenditur ad noualia. Tamen, ut dicit domi. Abb. in ij. not. illa non est extensio, sed potiùs restrictio ad proprium significatum. Dicitur autem causa fauorabilis in dispẽsatione, quando uertitur fauor publicus, uel fauor religionis: sicut etiam in materia exorbitanti fit extensio legis in istis duobus casibus, ut de primo not. Bart. in l. ij. §. exercitus. per illum text. ff. de in fa. & Bar. in l. si constante. in consi. quæst. primæ partis. ff. solu. ma. de secundo gl. in l. illud. & in l. fin. C. de sacr. sanct. eccles. Et idem, si fauore animarum, per id, quod not. Ioan. And. & alij in c. ex tenore. qui fi. sint leg. cum concor. Non tamen est inferendum, quòd in omnibus casibus, in quibus aliàs extenditur lex, extendatur dispensatio non inserta in iure. Patet ex c. quòd dilectio. de consang. & affi. ubi quãuis agatur de fauore matrimonij, fit tamen in dispensatione stricta interpretatio, & non larga, secundum quendam doctorem alibi. Sed considera, quòd fortè hoc non probatur ibi, ut dicetur paulò pòst. Tamen istud dictum iuuari potest ex eo, quòd dicetur j. in v. limitatione. ¶ Hanc secundam limitationem declara notabiliter, ut procedat in dispensatione facta super lege ab eo, qui potest legem tollere: quia cùm dicatur quædam lex priuata, meritò extenditur, attenta potestate dispensantis, & materia subiecta. Videtur enim quasi concedere l. priuatam, & consequenter aptam recipere extensionem, sicut lex sua communis, iuxta l. nõ possunt. ff. de legi. licet nõ omnimodam extensionem propter eius naturalem odiositatem. Sed si dispẽsatio fit ab inferiore, qui ex permissione l. uel hominis posset dispensare contra legem, cui aliàs ipse subest, tunc talis dispensatio, etiam in materia fauorabili, nõ uidetur posse extendi. Ita singulariter scribit alibi quidam Modernus magnæ authoritatis, per text. in d. c. quod dilectio. ubi dispensatio in materia fauorabili facta per legatum de latere, strictè interpretatur. ¶ Optimè facit ultra ipsum decisio Innocen. in c. dudum. el ij. ad fi. ibi, item si Papa mãdat. & est additio in quibusdam libris, j. de elect. de quo dicto fiet mentio j. in iij. limitatione, uer. quartus casus. ¶ Considera in hoc diligenter duo. Primo, quòd text. in d. c. quòd dilectio. nõ fundat se ex eo, quia dispensatio sit strictè interpretanda: sed ne induceretur nouitas inductiua dissensionis & scandali, ut apertè exprimit ibi text. in fi. Et ideo dicunt ibi omnes Doc. quòd si non fuisset illa consuetudo, dispensatio legati operabatur etiam in coniuncto citra sextum gradum, quando alius distitisset in sexto, uel in septimo, per c. fi. de consang. & affi. Vnde per illum textum uidetur restringenda ista limitatio, uidelicet nisi lata interpretatio gratiosæ dispensationis esset inductiua scandali: quia tunc omittitur illa interpretatio: & corroborari posset ex multis, quæ adduxi in simili de effectibus scandali in c. cùm in scandalo. de præscript. Sed ubi non subest scandalum, & materia subiecta inducit latam interpretationem dispensationis, non crederem esse differentiam inter dispensationem principis & inferioris, quo ad uim comprehẽsiuam: & extensiuam ipsius dispensationis, licet quo ad potestatem dispensandi differant respectu causæ inductiuæ dispẽsationis, ut per Innocen. in dicto c. dudum. ¶ Considera secundò, quòd in casu dicti c. quòd dilectio. non fuisset facta illa declaratio, si non repugnasset consuetudo: nam disputatio, quæ fit ibi super materia dispensationis, non est super hoc, utrùm scilicet ipsa dispensatio extenderetur: sed est de directo super potestate dispensantis: quo casu, ut dicetur in iiij. limitatione, ipsa facultas dispensandi est latè interpretanda. Vnde propriè in illis terminis dixit Cald. de consang. & affi. conclusio. j. quòd legatus habens potestatem dispensandi cum coniunctis in tertio gradu, potest dispensare cum eo, qui sit coniunctus ex utraq; linea: tum, quia facultas dispensandi non est odiosa: tum, quia illud uinculum erat unicum, & non sunt duæ consanguinitates, sed una: & ideo licet aliàs dispensatio debeat strictè interpretari, tamen uerba in dispensatione apposita non amittũt proprium significatum uerborum, secũdum eum. Præterea quòd in casu d. c. quòd dilectio. fiat interpretatio contra naturam uerborum ratione scandali, facit extrauagans clemen. Sexti, nuper proposito coram nobis, &c. declarans, quòd ualeat dispẽsatio, in qua dicitur, quòd impetrantes distabant quarto gradu, licet unus distaret quarto, & alius tertio: quia ex taciturnitate tertij gradus non debet dici gratia surreptitia. Et damnatur opi. contraria, & fundatur ista extrauagans super text. in dicto c. quòd dilectio. & in c. fin. eodem titulo. cum ibi not. ut etiam per Cald. in d. conclus. Et ad intellectum d. c. quòd dilectio. uide etiam, quod dicam j. in fi. huius articuli de dispensatione. ¶ Vltimò in hac secunda limitatione considera, quòd aut dispensatio præiudicat tertio, & tunc indubitanter restringitur: aut solùm uulneratius commune, & tunc uidetur importare ista limitatio Abbatis, quòd aut materia est gratiosa, & fiat extensio: aut odiosa, & nõ fiat. Sed pro certo uidetur semper, quòd in isto secundo casu aut erit gratiosa semper, aut odiosa semper, attento unico effectu, quem operatur, uidelicet uulneratiõe iuris communis. Et est uerum, quòd aliquando ius commune posset strictiùs loqui uno casu, quàm alio: sed tamen attenta regula c. j. in fi. de fil. presbyt. in vj. uidetur odiositas dispensationis fundata solùm in hoc: uidelicet quia inducit exorbitantiam à iure communi. Quapropter nõ uideo casum, in quo possit dici grotiosa. Non obstat d. c. per uenerabilem. quia aut defectus natalium tollitur pro parte: & tunc est dispensatio, & restringitur, ut dicunt Doc. in consiliis prælegatis: aut defectus natalium tollitur per uiã propriæ legitimationis, adeo quòd appareat principẽ uelle abolere maculam natalium penitus: & tunc ista non est dispensatio, sed legitimatio, quæ regulariter fauore prolis latè interpretatur, non attento secundario præiudicio aliorum, iuxta glos. & Bart. in l. quæ exceptionem. ff. de condi. inde. cùm concor. Et ideo non mirum; si legitimatio loquens de spiritualibus operetur in temporalibus: quia hoc non est ui interpretationis, neque ui extensionis, sed propriæ uirtutis & operationis inclusæ in ipsa legitimatiõe, præsuppositio quòd appareat principem uelle omnino legitimare: quod patebit ex procemio, licet postea dicatur de spiritualibus: secus, ubi specialiter restringit se ad spiritualia: quia est dispensatio, & tunc non extenderetur. Et ista nota, tanquam nouissima, ad intellectum huius limitationis, & dicti c. per uenerabilem. tenendo, quòd illa non sit allegatio partis: nam si illud teneres, non esset opus responsione prædicta, licet eam habeam pro uerissima. Cogitabis: quia nunc occurrit. ¶ Limita tertiò, nisi sit illud minus: quia tunc dispensatio super eo, quod est plus, comprehendit ipsum minus. Petrus de Anch. in clemen. unica, ibi: quinto opponitur. de concess. præben. Vnde si est concessum illegitimo, quòd possit habere episcopatum, est etiam cõcessum, quòd possit presbyterari: quia sine sacerdotio non posset esse episcopus, c. ex literis. de excessibus præla. Bene facit, quod not. Ioan. An. in regula, accessorium. in Merc. ubi dicit, quòd dispensatus, ut non teneatur disputare, est etiam dispensatus, ut non teneatur dare conclusiones bidello ex forma statuti. ¶ Ad idem glossa prima ibi, per consequens in omnibus accessorijs. in c. quia in tantum. de præben. de qua facit festum Abbas ibi post alios, adducens glos. in c. si quis in clero. sexta quæst. prima, quæ dicit, quòd ex† quo dispensatur cum aliquo super pluralitate beneficiorum, uidetur etiam dispensatum super residentia. Et notat Archidiac. ibi, & glossa in c. non potest. de præben. in sexto. Non tamen est dispensatus à residentia utriusque, ut per Cardi. in clemen. prima. ad fin. princip. ibi, nõ quæro. de præbend. Similiter dicit Abb. post alios in dicto c. quia tantùm. quòd dispensatus, ut possit promoueri ad curatum, uidetur etiam dispensatus, ut non teneatur ad obseruantiam c. licet canon. de elect. in vj. de quo uide latè Dominic. post Archid. & Ioan. An. in c. cùm ex eo. §. fi. de elec. in vj. Et ibi dicunt, quòd habẽs ætatem imperfectam, quo ad sacerdotium, licet sit dispensatus ad curatum, non est dispensatus, ut possit ordinari ad sacerdotium: quia dispensatio cùm sit stricti iuris, tantum operatur, quantum exprimitur: tamen operatur, ut dixi, euitationem pœnæ, c. licet canõ. quia aliàs dispẽsatio esset elusoria, ut ibi latiùs per eũ. Et ponit aliquid etiam Nic. Myl. in reper. fol. 41. ante fi. Et istam limitationẽ ponit etiam But. in c. cùm in cunctis. de elec. ibi, non obstat, quòd dispensatio. & Nico. Myl. d. fol. 41. & fol. 43. ad fi. ¶ Hanc limitationẽ intellige, dũ modò illud consecutiuũ accessorium, ad quod extenditur dispensatio, sit tale, sine quo ipsa dispensatio stare non posset, ut in dictis exemplis: secus, si stare potest: quia tunc non trahitur ad consequentia separabilia, fm prædictos: pro quibus facit l. fi. §. Lucius. ff. de condi. inde. ubi restitutio in integrum concessa minori fauore ætatis super contractu rescindendo, non extenditur ad accessorium, scilicet ad usuras solutas. Ad idem, quod no. Domi. post Ioã. And. in c. j. in fi. princ. de fil. presby. in vj. & Old. cõsil. cc. Puncta breuia. quòd sit dispensatus ad curatum. Nec obst. licet ipsi non dicãt, c. accepimus. de æta. & quali. quia non loquitur de curato, sed de simili, ut in simplici. Ad illum tex. respõdet Io. An. in add. Spe. super rubr. de iu. pa. quem retuli in c. cùm uenerabilis. prope fi. de excep. ¶ Ad idem, quòd no. glo. in uerbo, annexi. in fi. in cle. ij. de æta. & quali. &

11 ibi Imol. post Paul.† quòd dispensatus, ut possit habere præbendam etiam habentem sacrum ordinem annexum, non est dispensatus, ut habeat uocem in capitulo: quia dispensatio operari potest sine illo accessorio, cùm operetur super canonicatu. Sic etiam glos. in c. statutum. in princ. in uerbo, canonicis. de rescript. in vj. quòd maior septennio, & minor uicennio, dispensatus super canonicatu, non est dispensatus, ut possit esse delegatus. Sic etiam glos. in clemen. ij. in uer. constitutus. ibi, & ætate legitima. de ætat. & qualit. sentit, quòd dispensatus, ut celebret ante ætatem, non est dispensatus ad curatum. Facit glossa in capitulo, ex ratione, in uerbo, congruam. de æta. & qualit. quòd factus per dispensationem capax alicuius actus, non est

c. postulasti.

factus capax ad alios actus competentes maioribus. Ad quod etiam uide glos. pen. & ibi Doc. in c. ei, cui. de præben. in vj. Facit etiam, quod no. Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. maiest. quòd lex dispẽsans, ut in probatione criminis admittatur testes aliàs inhabiles, nõ intelligitur eos habilitare ad probandum adminicula criminis, per c. per tuas. de simo. Quod dicit perpetuò menti tenendũ. Et sequitur Bal. in authen. si dicatur. C. de testi. Tamẽ Ang. in d. l. in quæstionibus. limitat, nisi adminicula essent de substantia ad fundamentũ accusationis. Sed de hoc aliàs. Et prædicta seruiunt ad cõsi. Paul. ccxix. dũ ponit, an dispensatus, ut nõ obstãte defectu natalium succedat patri, dicatur etiã dispẽsatus ut excludat substitutũ: & decisio sua pẽdet à prædictis, quæ ipse non cõsiderat in uidendo naturã illius consuetui. ¶ Ista & his similia intellige sanè, ubi dispẽsatus est etiã inhabilis in illo cõsecutiuo, ad quod quis uult extendere dispensationẽ: sed si nõ est aliàs ad illud inhabilis, & per dispensationẽ habilitatus ad unũ principale, certè uirtute huius dispensationis potest exercere principale, & accessoriũ, & separabile, in quo non erat inhabilis, tanquã ipsa dispẽsatio habilitet ad illud accessorium: sed tãquã remoueat obstaculum, per quod illud accessoriũ exerceri non poterat. Ita declarat Domi. in c. nos cõsuetudinem. xij. dist. inducens gl. in c. statutũ. §. j. in uerbo, dignitate. in fi. de resc. in vj. ubi si maior xx. annis, & minor xxv. est dispensatus ad dignitatem, poterit esse delegatus: quia habilis erat respectu ætatis, sed inhabilis propter carẽtiã dignitatis, ad quã etiã erat inhabilis. Vnde sublato defectu acquisita dignitate est sublatum obstaculũ, quod impediebat eũ esse delegatũ. ¶ Ad idẽ inducit gl. in d. c. quia in tantũ. dũ probat, quòd dispẽsatus, ut in diuersis ecclesijs possit retinere præbendas, uidetur per consequens dispensatus ad actus capitulares, & alios cõgruentes canonicis: quia ex quo est habilis ad uocem, dispẽsatio super canonicatu extenditur etiã ad ista cõsecutiua. Ex quo aliàs consului, quòd si in casu cle. ij. & iij. de æta. & qualitatibus motus proprij. & boni publici: & tamen Bu. & Ab. ibi approbãt hãc limitationẽ generaliter, ꝙ quæ possẽt adduci mũlta similia, ĩ quib. operaẽ fauor publi-

testate legitimandi fit largissima interpretatio, sicut in beneficijs, ut l. fi. ff. de constit. princ. licet in terminis, in quibus loquitur Bart. latè insistant ibi Imol. Roma. & Alex. & Ab. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. ubi dixit. Tamen Lud. in d. l. ij. sustinet opi. Bart. per hanc limitationem, & per d. c. quòd dilectio. de quo aliquid ĩ. propè in uer. secundus casus. Adde etiam Domi. in c. j. de filijs presbyt. in vj. ubi sequitur hanc limitationem: & facit, quod ipse no. post. Ioan. And. in c. fi. ibi, quæro, quæ beneficia. de uerb. signifi. in vj. Ad idem elegans consi. Cald. de consang. & affi. conclu. j. quod retuli in præcedenti limitatione, uer. considera secundò. & facit, quod statim dicetur post Rotam in uer. secũdus casus. Et quòd dispensationes nemini nocentes latiùs interpretentur, not. Archi. in d. c. nos consuetudinem. in fi. & in c. quoniam. in glos. quasi dicat. lxix. distinct. ¶ Non tamen intelligas, quòd fiat extensio ad non comprehensa, nisi in istis limitationibus. Adde etiam But. in d. c. per uenerabilem. ibi, nunquid autem habens. ubi dicit, quòd potestas legitimãdi fauorabilis est. Ad idem consi. Cald. de regularib. xix. & de constit. xvj. ubi dicit, quòd habens facultatem absoluendi monachos excõmunicatos à canonibus, potest absoluere excommunicatos propter constitutiones sui ordinis: quia talia uerba largè interpretantur contra cõcedentem. ¶ Nec puto obstare huic dicto consi. Fede. xiiij. Monachus Perusinus. allegatum in regula: quia non loquitur in consecutiuis, neque in his, qui possunt uirtute uerborum, seu canonis potestate largè intelligi de omni materia dante regulam, per c. canon. iij. dist. Adde etiam glos. in cle. una. in uerbo, sacerdotium. de offic. iudic. quæ dicit, quòd facultas dispensandi data episcopis per c. cùm ex eo. de elec. in vj. extenditur ad habentes uicariã perpetuam: & debet illa glos. adaptari sub ista limitatione, non autem ponderat generaliter, prout eam põderat ibi Abb. quia non probat, quòd dispensatio extendat, sed facultas. Potest etiam intelligi illa glos. de dispensatione clausa in corpore iuris, quæ latè interpretatur, ut ĩ. v. limitatione. ¶ Adde etiam istis, quod no. Ana. in c. fin. ibi, tu considera. de cler. pug. in duello. ubi dicit contra Abb. ibi, quòd si est concessa episcopo facultas dispensandi circa beneficium, intelligitur etiam de curato, per d. c. fi. de simo. Melius facit gl. iij. & quod ibi firmiùs scribunt Paul. & Lap. in d. c. dudum. de præben. in vj. quòd facultas conferendi beneficia includit etiam curata: quod tãdem sequitur ibi Domi. nisi agatur de præiudicio tertij, ut dicetur ĩ. propè. Adde etiam Oldra. consil. clij. Factum tale est: dominus Clemens. in princ. ubi dicit, quòd constitutio, execrabilis. nõ tollit potestatem dispensandi: quia illa est fauorabilis, & non ambitiosa. ¶ Quatuor tamen casibus restringenda est ista limitatio. Primus est, nisi consuetudo introduxerit certam interpretationem materiæ: quia nõ est recedendum ab interpretatione cõsuetudinis, etiamsi per ipsam sequatur restrictio facultatis dispensandi, quæ non deberet de iure sequi. Casus est notabilis in d. c. quòd dilectio. quem notant Doc. ibi, & Ludo. in l. ij. in princip. de uerb. oblig. ¶ Secundus casus est, quando ista lata interpretatio non est solùm contra concedentem iuxta c. cùm dilectus. de dona. sed etiam contra tertium: quia tunc strictè interpretatur. Ita But. in d. c. per uenerabilem. ubi concordans contrarietates, quæ sunt in illa quæstione, utrùm habens simpliciter facultatem legitimandi spurios & incestuosos, possit legitimare spurios & incestuosos. Similiter concludit, quòd quãdo ista legitimatio præiudicaret tertio, procedit opi. Cald. qui disputando dixit, quòd non potest legitimare. Si autẽ nemini præiudicatur, procedit opinio Bar. & sequacium in d. l. Et hanc concordiam soleo seq̃ d. §. de adulterijs. post do. meũ de Aretio. ibi, bñ facit decisio, quã tãdẽ firmat Domi. ĩ d. c. dudũ. ubi declarans

rans gl. iij. ibi, super qua est multiplex difficultas. concludit, quòd facultas cõferendi beneficia, quam Papa dat alicui, intelligitur etiam de curatis, interpretando ipsam latè, quando nemini præiudicatur, nisi concedẽti, putà reseruatis: quia tunc cessat ambitio, quæ aliàs cõsideratur in isto c. quamuis, el j. de præbẽ. in vj. secus, si præiudicatur tertio. ¶ Facit etiã decis. Rotæ de of. uic. vij. in antiquis, & ij. in antiquioribus, ꝙ uicarius habens potestatẽ conferendi beneficia, potest cõferre curata & etiã dignitates: & sequitur Domi. in c. fi. in fi. de offi. uic. in vj. dicẽs pro hoc facere dictũ Io. An. de præb. accedens. & Pau. in cle. de cõcess. præb. ꝙ in procuratorio dato ad acceptandũ beneficiũ, includitur potestas acceptandi etiã dignitates. Scias tñ, ꝙ ubi à iure profertur hoc uerbũ Beneficium, etiãsi materia sit stricta, ueniunt curata, & etiã dignitates, ut probat gl. in c. si gratiosæ. in uerbo, beneficia. de resc. in vj. Et ibi notat eã Domi. dicens esse similem in cle. auditor. de resc. & regula j. de reg. iur. in vj. & est alia in cle. j. in uerbo, beneficia. de re. permut. Et istis adde Rotã de concess. præben. xxviij. in fi. in antiquis, ꝙ gratia facta episcopo in præiudicium concedentis, non est ambitiosa, sed extendẽda. Allegant c. tua. de uerb. sig. & gl & Ioã. An. in d. c. dudũ.

12 ¶ Te. tius casus, qñ † per largam interpretationẽ facultatis dispẽsandi uellet quis disponere i prohibitis à iure diuino, uel naturali: quia non põt, etiamsi uerba facultatis sint prægnãtia. Bal. Ang. & Imo. in l. filius à patre. §. fi. ff. de libe. & posthu. dicentes, ꝙ habens potestatẽ à Papa dispẽsandi cum quibuscunq; in qualitcunq; statu, non tñ poterit dispensare in prohibitis à iure diuino, uel naturali: sed tantùm in prohibitis à iure positiuo. Quod dicunt bene notandũ. Et transit ibi Alexã. Bene facit decisio Spec. de legato. §. nunc ostendendũ. uer. xix. & Host. in c. j. de transac. & sequuntur ibi oẽs; ꝙ clausula, Supplẽtes defectũ, &c. referatur duntaxat ad

a *Iuris positiui*] *Adde do. Alexã. de Imol. in suo cõsil. lxxix. prima parte, & uide no. & plenè per do. Soci. consil. clxiiij. incip. Visa bulla Bonifacij. uersi. secundò, ex parte patris. circa fi. ibi, nec obstat. in ij. parte.*

4 solennitates iuris positiui[a], non autẽ supplet defectus iuris naturalis. Et sequitur Arch. & Domi. in c. Cenomanen. sem. lvj. dist. & Car. consil. lxxxv. & Bal. in rub. ĩ. de cõsue. ad fi. & Ab. in c. ea, quæ. in fi. de re iudic. & in c. inter dilectos. de fide instru. & But. in c. illa. de elec. cũ cõcor. Est bonus tex. in cle. pastoralis. ad fi. de re iud. Et, ut iste casus aliquid importet, intelligo, etiãsi ageretur de defectu inducto à iure diuino, uel naturali, in quo posset Papa aliquando dispensare ex magna causa, iuxta no. ti. præced. quæ in ecclesiarũ. & per Innoc. & alios de homici. ad audientiã. dum tractant de homicida, cuius irregularitas cõmuniter dicitur esse de iure diuino: quia cũ istis & similib. inferior habens dictã facultatem plenã, nun quam poterit dispensare: & bene facit casus sequens.

13 ¶ Quartus casus est, qñ† per largã interpretationẽ uideretur quis uti omnimoda plenitudine potestatis, quã habet concedens: quia in dubio nõ præsumitur facultas dispensandi cõcessa cũ illa plenitudine, ut probat aurea decisio Innoc. in d. c. dudum. el ij. ad fi. ibi, Itẽ si Papa. de elec. ubi dicit, ꝙ licet de dispensatione principis contra ius cõmune nõ sit disputandũ, an sit iusta, uel nõ, propter plenitudinem potestatis, quã habet: tñ si inferior à Papa concedit potestatẽ dispensandi, non ualet dispensatio, nisi fiat cũ causa: & si dispensaret super beneficijs incõpatibilib. cum eo, qui nõ esset sublimis, ut literata persona, non ualeret dispensatio. Et sequitur ibi But. ad fi. Et idẽ no. Inno. in c. cùm ad monasterium. ibi, itẽ licet conditioni. de statu. mo. & in c. ueniens. in j. gl. de fil. presby. Not. Ab. in d. §. de adulterijs. & in c. præterea. de testi. cog. & Bal. in l. si testamentum. post prin. C. de testa. & Fede. consi. cciij. Reuerende pater. cũ multis alijs concordantibus, in quib. dicitur dispensationẽ inferioris semper debere esse ex causa legitima. Sed illud, quod dicit Inno. in dictis locis, non exprimitur ita clarè ab alio, uidelicet ꝙ etiamsi quis dispensat, tanquã gerens uices sibi cõmissas à Papa in dispensando, nõ potest dispẽsare sine causa, licet ipse Papa posset. Quod perpetuò nota in foro cõtentioso ad infringendas mille dispensationes, quas faciunt legati super incompatibilib. cũ personis indignis. Intellige, nisi in ista facultate dispensandi exprimerentur nomina eorum, cum quib. habet dispẽsari, ſm Nic. Myl. post Spe. in suo repertorio, in uerbo, dispẽsatio. in fi. De hoc tamen, an Papa sine causa possit dispẽsare indistinctè circa ius positiuũ, non pono nunc aliquid pro firmo: sed remitto ad beatũ Tho. in prima ij. q. xcvj. quem ad literã sequitur Arch. eo nõ nominato, in c. consequens. xj. dist. & Io. An. eũ allegans, in c. de multa. de præb. ubi uide Scribentes: Domi. in d. c. cõsequens. & Abb. in d. c. per uenerabilem. in prin. dixi aliquid tit. præcedenti, c. j. iij. fallentia: & latiùs ĩ. eo. ad audientiã. ¶ Limita quinto dictã regulam, nisi dispensatio sit clausa in corpore iuris. Old. conclusione nona, uolens: ꝙ siue curia Romana sit citra, uel ultra montes, habeat locum dispositio c. nihil. ad fi. de elec. dũ modò electus multùm distet à curia: & sequitur gl. fi. quæ est Frãci. Paul. in extrauag. iniunctæ. & Domi. in d. c. nos cõsuetudinẽ. addens gl. in uerbo, corporali. in c. ut circa. de elec. in vj. quæ probat, ꝙ de priuilegio clausо in corpore iuris iudicatur, ut de iure. Vnde dicit Ab. in c. fi. ibi, nec obstat, ꝙ priuilegiũ. de iura. calũ. ꝙ talia priuilegia facilius extendun tur. Dixi ſ. c. j. uersi. fallit tertiò. post Domi. in c. ignorantia. xxxviij. dist. Ex his sustinetur, quod dixi ſ. in ij. limitatione, ꝙ dispensatio nõ inserta, nõ recipit oẽm extensionem, quã recipit lex. ¶ Limita sextò, nisi dispensatio fiat motu proprio, & propter publicã utilitatẽ: qã tunc extenditur ad consecutiua, etiã sine quibus dispẽsatio imprimeret suum effectũ. Io. An. post Host. in c. cùm in cunctis. ĩ. de elec. & aliquid posuit Io. An. in c. si gratiosæ. super gl. ij. de reseri. in vj. & sequitur Rota de tẽp. or. j. in antiquis, & Domi. in d. c. nos. uolentes, ꝙ si dispensatur cũ episcopo motu proprio Papæ, & propter utilitatem publicã, ut non teneatur promoueri intra tẽpus de consecrandis episcopis: ista dispensatio extenditur ad priora beneficia retinenda. De quo exclamat Bu. in d. c. cùm in cunctis. inferens, ꝙ dispensatio nõ est strictæ iuris, qñ fundatur super utilitate publica, & est facta motu proprio. Aduerte tñ, dum uult Ioã. An. ubi ſ. ꝙ si ista dispensatio non fit motu proprio, non operabitur hanc retentionẽ beneficiorũ: sed solùm euitationẽ pœnæ aliàs appositæ episcopo non consecrato intra tempus, ſ. priuationis, ut per gl. Nam Abb. ibi uult contrariũ: quia uacatio beneficiorũ uenit consequenter ad cõsecrationẽ: dispensatio autẽ extẽditur ad consecutiua, ut ſ. in iij. limitatione. Sed huic rationi respondet Domi. in d. c. cùm in cunctis. nõ uiso Abbate, ꝙ dispensatio trahitur ad consecutiua omnino cõnexa rei, super qua fit dispensatio: sed hîc consecutiuũ est separabile à principali. Tamen sequenda est opinio Abbatis, quòd etiamsi nõ sit facta motu proprio, nec ad publicã utilitatẽ, operabitur dictã retentionẽ, per rationẽ But. ibi tenentis contra Io. An. quia beneficia uacant aut ex cõsecratione, aut ex lapsu temporis de consecrandis episcopis propter negligentiã, quæ concluditur ex ipso lapsu. Sed ex quo est dispensatum, nulla est negligentia. Ergo nulla pœna. Et sic non dicemus, prout dixit But. ꝙ dispensatio extendatur: sed ꝙ priuatio beneficiorũ nõ cadit, ubi cessat causa priuationis, ſ. negligẽtia. Hoc modo in casu Ioã. An. nõ requiruntur necessariò dictæ qualitates motus proprij, & boni publici: & tamen Bu. & Ab. ibi approbãt hãc limitationẽ generaliter, ꝙ quæ possẽt adduci mũlta similia, ĩ quib. operaẽ fauor publi-

c. postulasti.

cæ utilitatis, de quibus aliqua ponit Ludo. in l. si uerò. §. de uiro. x. fal. sol. mat. & multò plura dixi ꝯ. eo. nõ nulli. Et adde, quòd ubi ratio publicæ utilitatis inducit dispensationem in re ardua, nõ extenditur ad minus arduam. Text. aureus in c. fi. ad fi. de transla. præla. Et ista omnia tene menti: quia non reperi ab aliquo declarata, uisis omnibus, etiam modernissimis: & mirificè seruient. ¶ Adde etiam septimam limitationem, in qua dispensatio extenditur, uidelicet in dispẽsatione facta in materia matrimoniali: quia debet intelligi largè in fauorem matrimonij, nisi ex larga interpretatione sequeretur scandalum, ut latè probat Nic. Myl. in reperto. in ultima dispensatione, in §. j. & inducit c. ꝙ dilectio. de consan. & affi. Et extrauag. Clementis VI. nuper. De quibus iuribus feci mentionem plenam supra in secũda limitatione: nam in dicta extrauaganti dispensatio facta super simplici, trahitur ad mixtum: quia dispensatio facta simpliciter ī quarto gradu, trahitur ad casum, ubi tertius gradus est cum quarto mixtus: quòd nõ fieret, si dicta dispensatio esset odiosa: quia tunc dispensatio super simplici, non trahitur ad mixtum. Bar. in l. ij. in prin. ff. de uerb. obli. Plus probat extrauagans, secũdum Nicol. quod trahitur. ibi, dispensamus ad casum mixtum. etiamsi id, quod miscetur, de per se sumptũ, sit difficilioris dispensationis eo, super quo expressè dispensatur: quia ibi in tertio gradu difficiliùs dispensatur, quàm in quarto. Et pro ista limitatione facit etiã, quod notat Gul. de Monte Laud. in Sacramentali suo, ad finem: ubi dixit, quòd ualet dispensatio facta super impedimento affinitatis: & in vj. eius potest dispensatus matrimonium cõtrahere, licet in dispẽsatione nulla fiat mentio de impedimento publicæ honestatis iustitiæ priùs orto ex sponsalibus, uel matrimonio. Et sequitur latè Nic. Mylus in ultima dispẽsatione, §. Iv. incip. dispensatio facta super impedimento. reprobans Io. An. in arbore affinitatis. ¶ Limita octauò, ut regula procedat, quando in diuersis generibus arguitur in dispẽsatione de maiori ad minus: secus si argueretur in eodem genere, scilicet de beneficio curato ad canonicatum, uel personatum. Nam in dispensatione habẽte uerba prægnantia licitè fit talis extensio. Ita propriè limitat Hosti. hîc: Old. conclusione ccxv. Puncta breuia. uer. & quod dicũt Doctores. ubi uide. Et hæc omnia poteris frequenter allegare, tanquam alibi non reducta. ¶ Circa quartum & ultimũ, dum dicit hîc Ioan. And. & clarius in c. dudum. §. j. de elec. & trãsit hic Imo. & And.

14 Sic. ꝙ † non ualet impetratio, in qua quis tacuit, quòd priùs malè tenuit beneficiũ. Adde tex. aureum in l. authoritatem. C. unde ui. ubi per rescriptũ principis possessio uiolenta non confirmatur. Et dicit ibi Bar. ꝙ cessio superioris facta spoliatori, qui tacuit se spoliasse, nihil nocet spoliato. Vnde inquit Bal. ibi, ꝙ confirmationes iniustarum possessionũ non ualent. Quod ampliat ibi Sali. nedum, qñ res spectat ad tertiũ, sed etiam ad ipsum principẽ hoc ignorantem. Vnde dicit fuisse consultum, ꝙ licet Papa inuestiuerit quendam nobilẽ, tanquã uicariũ, in certis terris ecclesiæ, non ualuit: quia Papa nescijt, ꝙ priùs occupauerat eas per uiolentiã. Et dicit esse gl. singularẽ & peregrinã in l. ij. in uer. pfessio. C. de fundis & saltibus rei dominicæ. lib. xj. Et considera, ꝙ illa gl. simpliciter dicit argumentum cõtra eos, qui occupauerunt terras comitis Vgolini, & impetrauerunt rescripta per obreptionem. Non aperit, utrum rescripta fuerunt concessa ab ipso comite, uel ab imperatore. ¶ Et per illã gl. dixit Bal. in l. j. in prin. C. de Carbo. edi. quòd qui est in possessione hæreditatis, & petit se tueri in possessione ex edicto diui Adri. non auditur, si fuit inuasor. Allegat etiam d. l. authoritatem. Et illam gl. sequitur etiã Pet. de Anc. in c. fi propter. ibi, quid ergo dicendum. de rescrip. in vj. & Ang. in l. Paulus. §. qui pignori. ff. quib. mo. pig. uel hyp. sol. & Bald. in tractatu schismatis, quem posuit in rubri. C. si quis aliquẽ test. prohib. & illam gl. sequitur etiam Bald. in l. j. ibi, & ideo non ualuit impetratio castrorum. ff. de constit. prin. & Salic. & Flor. in l. uniuersis. C. de preci. impe. offe. Per illam glos. dicit etiam Bald. in l. decernimus. C. de sac. san. eccle. ꝙ inuadentibus castra pertinentia ad iustos dominos, non possunt illa castra concedi per principem, salua iustitia, siue isti inuadentes sint singulares personæ, siue communitates. Per illam glos. dicit Bald. in l. ij. ibi, octauò quæro. C. de serui. quòd si Papa dedit in feudum castrum alicuius nobilis, credens esse ecclesiæ, non ualet infeudatio. Tamen possessio taliter quæsita posset inducere iustam causam præscribendi, si fit cum bona fide, ut ibi per eum. Per illam glos. dixit Bal. in l. fi. C. de condi. ob tur. caus. quòd occupantes castra aliena, & nolentes restituere, nisi accepta pecunia, tenẽtur ad eius restitutionem: quia turpitudo est solius accipientis. Imò iste contractus non roboratur per capitula pacis: quia turpis est, secundum eum. Per illam gl. dixit Bal. in c. ij. per quos fiat inuest. quòd ea, quæ sunt contraria iuri, nunquam intelliguntur confirmata, sed obreptitia. Ad quod uide etiam glos. & Lud. & Alex. in l. quod seruus. ff. de acquir. pos. Per dictam glos. dixit Bald. in l. ij. in iij. not. C. de legi. quòd obreptitia impetratio castri est ipso iure nulla: & est tex. in d. l. ij. C. de legi. secundum eum. Et refert ibi Raph. loquens de Florentinis, qui multa loca occupata fecerunt sibi confirmari, confirmatio est obreptitia, secũdum eum. Per dictam glos. dixit etiam Bald. in c. j. ad fi. de natura feudi. quòd princeps inuadenti castrum alienum, nõ potest illud castrum confirmare. Allegat etiam d. l. authoritatem. Per illam glos. dixit Bart. in l. ij. C. ne rei dominicæ, uel templorum. quòd occupantes possessiones alienas emphyteuticas, si faciunt sibi renouari, non ualet renouatio. Et sequitur ibi Salic. Per dictam glos. dixit Bald. in c. in literis. ad fin. de restitutione spoliato-

15 rum, quòd † confirmatio facta â superiore de intruso, non ualet, si ignorauerit de intrusione in beneficio: quia non interuenit aliquid confirmabile, sicut etiam in rebus profanis. Allegat etiam dictam l. authoritatẽ. ¶ Per illam legem, authoritatem. dixit Ioan. And. in c. eum, qui. ij. respondeo, de præben. in vj. & refert ibi Domi. quòd impetrans beneficium aliàs iniustè possessum, debet facere mentionem de sua iniusta possessione. Et cũ istis apostillantibus glossam in d. l. ij. & d. l. authoritatem. transeo. ¶ Limita prædicta, nisi princeps sciat de inuasione & occupatione: quia uidetur illam iniuriam remittere. Salic. in d. l. authoritatẽ. argumẽ. l. j. C. de reuo. donat. Et in dubio, si multum tempus transiuit, ita quòd uerisimiliter & faciliter scire potuit factũ tam arduum & contra eum gestum, præsumitur scisse. Et ita dicit fuisse consultum: quod bene no. licet Bal. in c. nihil. in iij. not. de præscrip. dicat, quòd Papa non uidetur posse expressè concedere res ecclesiæ inuasori, per d. l. authoritatẽ. & per glos. in d. l. ij. ubi re uera non probatur, quòd non possit, sed quòd nõ præsumitur. Et pro ista limitatione Salic. uide omnino Bart. in tractatu De tyranno, ibi, decimò quæro. ubi probat, quòd si Papa, uel imperator sciens aliquem esse tyrannum in terris ecclesiæ, uel imperij, confirmat eũ, efficitur iustus uicarius confirmantis. Et ostendit multas causas, ex quibus talis confirmatio plerunq; est laudabilis. Si tamen adhuc exercent opera tyrannica, non desinunt esse tyranni: quia ea, quæ sunt delicta, non ueniunt in generali confirmatione, l. si procurator. ff. de condi. inde. Facit etiam pro ista limitatione, quòd not. Ang. in d. §. qui pignori. allegando Innocẽ. in c. constitutus. de fil. presby. Voluit allegare in c. uenientes. eod. tit. dum loquitur de eo, quẽ princeps promouet, sciens eum inhabilẽ. ¶ Et ista limitatio procedit etiã in beneficialibus: ꝙa si fit mẽtio de possessione illicita, uel apparet de certa

ta scientia principis, ualet prouisio facta de beneficio occupatori, secũdum Domi. post Imo. in d. c. eum, qui. ¶ Et circa ista beneficialia dixit simpliciter Ab. in c. præterea. in ult. no. de iure pa. ꝙ debet fieri mẽtio de intrusione, quã fecit quis de seipso in beneficio. Et replicat Abb. in c. cùm iamdudum. de præb. & in c. quisquis. in princ. de elect. & in c. qualiter. in fi. eod. tit. ubi exclamat contra istos, qui per potentiã secularem ingerũt se administrationi, etiã electione præcedente: quia efficiũtur ineligibiles, per d. c. quisquis. Et putat firmiter, ꝙ promotio facta per Papã de tali, est surreptitia: nec confert titulum, quia requiritur dispensatio, ut promoueatur, d. c. quisquis. quam Papa non facit expressè, nec tacitè, ex quo ignorat uitium surreptionis. Sed si scienter Papa eũ promouet, bene uidetur dispensare, ut expressè firmat Ab. in d. c. quisquis. Ad quod uide eundem in c. per inquisitionẽ. eo. tit. ubi firmat, ꝙ surreptitia est, ꝓ-

16 uisio Papæ facta intruso: quia fuit tacitum id, quo expresso saltẽ non ita facilè, &c. per tex. hîc. ¶ Limita, nisi† princeps promouisset talẽ scienter, & contra intrusum à rege, qui dedit claues ecclesię. Vide Old. conclus. ccix. In causa hospitalis sancti Aegidij. & dicit Old. consil. j. quòd spoliatus beneficio nõ restituitur, qñ probat possessionem habitam authoritate regia. Et adde Abb. ſ. eo. ad aures. ubi dicit, ꝙ nõ ualet dispensatio super pluralitate beneficiorũ, si fuit tacitum, ꝙ illa priùs tenebat illicitè recipiendo inde fructus. Allegat Io. An. post Cõpos. in d. c. dudum. el j. in fi. ubi dicit, quòd si tẽpore electionis, uel collationis patiebatur electus defectum ordinũ, uel ætatis, postea Papa cum illo dispensat, nõ ualet electio, uel collatio, nisi Papa faciat mentionẽ de electione, uel collatione priùs facta, supplendo defectum ipsius. Et ista nota: quia nõ habuit ab alio, licet quędã ex prædictis ponat And. Sic. in repe. rubricæ de testamen. & Alex. in quodam consilio, allegantes Bal. in certis locis prædictis. ¶ Sed aduerte: quia do. Car. post Pe. de Anc. in cle. si Romanus. in fi. de præbẽ. firmat, quòd etiamsi impetrans scienter tacuit, ꝙ se intrusit, non uitiatur impetratio, nisi esset taliter intrusus, quòd factus esset inhabilis ad beneficiũ, sicut in c. quisquis. de elec. ut si acceptauit ex electione potestatis secularis, ꝓpter quod est effectus ineligibilis, ut ibi dicitur. Tacere autẽ de alia intrusione, non nocet. Mouetur: quia ex quo fecit mentionem de primo beneficio, satisfactum est iuri, c. si motu. de præben. in vj. Ex quo uidetur, ꝙ etiamsi dixisset se canonicè institutum, adhuc ualeret impetratio, cùm tale mendaciũ sit omnino extrinsecum à gratia, fm eũ. Et sequitur Nico. Mylus in uer. gratia. §. xiiij. inci. gratiã beneficialem. Et re uera istud repugnat decisioni Abbatis in multis locis prælegatis: nã licet aliquãdo loquatur de intrusione per laicum, & sic de ineligibili, tamẽ frequẽtiùs simpliciter loquitur de qualibet intrusione. ¶ Multi tenerent opinionẽ Pet. de Anc. etiam Car. Nec obstat decisio Io. An. in d. c. dudũ. quia loquitur de intruso: sed dicit, quòd dispensatio super defectu personæ nõ reddit ualidam electionem priùs factam, si est nulla, ex illo defectu: sed nos præsupponimus, quòd impetratio fiat, ut ex ipsa quæratur ius. Vnde si in beneficio non se intrusit authoritate laicali, nõ uidetur necessaria notitia intrusionis ad ualiditatẽ huius noui & legitimi tituli: & si impetraret aliud beneficium, sufficit mentio de primo, fm istos. Pro quibus cõfidero, quod est dictum in prin. huius c. non esse necessariò faciendam mentionem de crimine impetrantis. Et si diceres, ergo fructus antea percepti remanebunt sui, licet iniustè acquisiti: istud negatur, quia noua impetratio operatur, ut ex nunc: sed nõ purgat uitia præteritæ occupationis. Et si diceres: ergo si impetrat aliud beneficium, nõ facta mentione de occupatione primi, sed solùm de primo, poterit remanere: & in primo negatur consequentia: quia faciendo mentionem indu-

citur euitatio surreptionis, sed non dispensatio super beneficio malè acquisito, c. non potest. de præbẽ. in vj. Facit c. si gratiosæ. de rescri. eod. lib. Multi etiam sequerentur prædicta in distinctè contra Pe. de Anc. & Card. negando argumenta eorum, uidelicet quòd sit satisfactum iuri facta solùm mentione de primo beneficio: quia imò ultra expressionem beneficij iura requirunt expressionẽ multarũ circũstantiarum, ut dicetur ꝯ. eo. in nostra. Nec uidetur, ꝙ talis taciturnitas intrusionis sit circa extrinseca â gratia: imò est qualitas, quæ aggrauat materiam, & consequenter gratiam: ex quibus uides punctum esse difficilem. ¶ Cogitabam, si dari posset noua concordia distinguendo duos casus. Primus est, qñ quis habet beneficiũ, in quo est intrusus, & ipsum illicitè tenet, & percepit fructus, & impetrat de nouo aliud beneficium: & tunc, si facit mentionem de primo, licet non dicat de intrusione & illicita perceptione fructuum, uidetur ualere impetratio: & non est ineligibilis: putà, quia laicus non intrusit eum. Et ita propriè loquitur Pe. de Anc. & Card. ubi s. Et dicitur tunc satisfacere iuri, etiamsi dicat, se canonicè institutum, & non fit: quia hoc non attinet ad substantiam nouæ gratiæ, quæ nihil proderit ad purgationẽ dictæ intrusionis, & & satis est facere mentionẽ de primo. ¶ Secũdus casus est, qñ dictus intrusus etiã aliter, quàm per potentiã laicalem, uult purgare intrusionem, & ingredi per ostiũ, impetrando beneficium, & tunc dicta Abb. & aliorum procedant: quia exprimeret, ꝙ istud met beneficium illicitè tenuit, difficiliùs obtinebit. Ratio differentiæ inter hos casus est in promptu: qa primo casu noua impetratio nõ habet cooperire illã intrusionem: de qua quoties agitabitur, iudiciũ poterit amoueri, non obstãte impetratiõe alterius beneficij, etiãsi esset motu proprio concessum, d. c. non potest. Et sic non est tacitũ aliquid, quod retraxisset Papã: quia Papa uidẽdo, ꝙ sua collatio non iuuabat primã intrusionem, nõ stetisset, quin prouidisset de secundo. Sed in secundo casu, licet de fructib. malè perceptis omnino possit ordinarius contra istũ inquirere, si de ipsis gratia nõ loquitur, uel si nõ composuit cũ camera Apostolica, tñ de sua temeritate & uitioso ingressu omnibus iuribus exoso non posset amplius inquiri: quia reformatio integri tituli facit istũ non posse molestari. Vnde si Papa sciuisset, ꝙ sua concessio super eodẽ ti. habeat prodesse huic temerario occupatori eiusdẽ beneficij, profectò difficiliùs concessisset gratiã, ut ostenderet aliis cõmittentibus talia, ꝙ per ostium ingrediendum est, non per posticũ, c. relatum. de iure pat. Et tunc procedat dictũ Io. An. hîc cũ concordantijs. Cogitabis: quia ista nouissima sunt, nec pro Canonistis possent esse utiliora. Et adde omnino, quæ dixi ꝯ. eo. in nostra, in secundo corollario.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Locus remotus in casu huius c. quis dicatur.*

2 *Lex canonica, uel ciuilis, ubi habet clausulam derogatoriam ad rescripta, rescriptum non ualet, nisi faciat mẽtionem de illa l. specialiter, uel ad minus per uerba æquipollentia.*

3 *Episcopus an possit dispensare, uel constituere contra constitutiones conciliorum.*

Concilium, seu constitutiones concilij, an habeant clausulam derogatoriam tacitè. Vide post nu. 3. uer. sed non uidetur.

4 *Priuilegium aliquod ut tollatur per aliud priuilegiũ, requiritur specialis mentio prioris priuilegij.*

5 *Testamentum secundum faciens mentionem de primo habente clausulam derogatoriam, non ualet.*

Hæc regula habet ampliationes, fallentias & limitationes.

6 *Clausula huiusmodi posita in rescripto, uidelicet, Non obstan'e l. in contrarium faciente, etiamsi de ipsa oporteret facere specialem mentionem, habet uim specialis derogationis.*

Talib

7 *Fallit in regula cancellariæ xlv. &c.*
8 *Clausula De plenitudine potestatis, habet uim clausulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam habentem clausulam derogatoriam.*
9 *Rescriptum contra legem etiam non habentem clausulam derogatoriam, non ualet.*
10 *Literæ Papæ, in quibus conceduntur beneficia, possunt tollere consuetudinẽ & statuta: sufficitq; apponere clausulam generalem, licet non opponatur tenor statutorum.*
11 *Clausula, Non obstante, non est necessaria in rescripto, quãdo princeps rescribit per uiam priuilegij.*
12 *Priuilegium si non tollit ius commune tantum, sed etiam ius tertij, non ualet, si non habet clausulam, Non obstante, aut æquipollentem.*
Rescriptum quando emanat ex certa scientia principis, an æquipolleat clausulæ, Non obstante. Post nu. 12. uer. fallit quartò.
Promotio principis an habilitet inhabilem. Post. nu. 12. uer. cõfirmatur.
13 *Papa quando rescribit in beneficialibus in præiudicium alicuius, ualet rescriptum sine aliqua clausula, Non obstante. Rationem annectit.*
14 *Rescriptum quando est geminatum per secundam iussionem, talis secunda iussio habet uim clausulæ, Non obstante.*
15 *Rescriptum quando emanat in fauorem reipublicæ, licet sit contra ius, non requiritur clausula, Non obstante.*
16 *Similiter in rescripto emanante in fauorem ecclesiæ.*
17 *Clausula, Non obstante, non est necessaria in rescripto, quando aliquid conceditur, non in totum derogando, sed in aliquo detrahendo, uel differendo.*
18 *Clausula, Appellatione remota, quid operari uideatur.*
19 *Clausula, Non obstante aliquo priuilegio, non tollit priuilegia indulta causa miserationis, nisi expressa fiat de eis mentio.*
20 *Testamenti obseruantia non debet tolli per rescriptum temerariũ.*
21 *Clausula, Non obstante aliquo, non tollit determinationem legis antiquæ.*
22 *Princeps quando derogat statutis laicorum, sufficit apponere clausulam generalem, licet non apponat tenorem statutorum.*
23 *Clausula, Non obstantibus, consueta poni in gratijs, licet deroget statutis generalibus respicientibus omnia beneficia ecclesiastica, tamen non derogat alicui statuto singulari, nisi de illo fiat expressa mentio.*
24 *Clausula, Non obstantibus statutis, non derogat iuri communi.*
25 *Clausula, Non obstantibus in contrarium facientibus, tollit transactionem etiam pœnalem.*
26 *Clausula, Non obstantibus priuilegijs, nõ derogat priuilegijs clausis in corpore iuris.*
27 *Clausulam, Non obstantibus, nullus inferior à principe potest apponere.*
28 *Reus si succubuit in causa principali, & appellat, an in impetratione habebitur respectus ad diœcesim suam.*
29 *Mentio si fiat de hac constitutione in rescripto, an reus possit trahi extra suam diœcesim.*
30 *Casus xj. sunt, in quibus nõ habet locum exceptio de duabus dietis.*
31 *Reus quando conuenitur in loco, ubi res sita est, an habeat locũ exceptio de duabus dietis.*
32 *Delegatus si est deputatus ad totum territoriũ, uel prouinciam, potest trahere ultra unam dietam.*
33 *Causa si delegatur in curia, non habet locũ exceptio de una dieta.*
34 *Exceptio, ne quis trahatur ultra unam dietam, non habet locum in executoribus gratiarum.*
Statutum, uel lex, cessat, ubi uerba statuti, uel legis non adaptantur ad casum occurrentem. Post. nu. 34. uer. ubi uerba.
35 *Reus an possit hodie trahi extra suam prouinciam ultra unã dietã.*

CAPITVLVM XXVIII.

Onnulli. ¶ Per literas Apostolicas de hac constitutione mentionẽ non facientes, nõ potest quis trahi ultra duas dietas extra suam diœcesim, nisi de consensu partium literæ fuerint impetratæ. H. D. usq; ad §. sunt & alij. ¶ Hodie istud de duab. dietis reductum est ad unam, c. statutum. §. cùm uero. de rescript. in vj. Omissis notabilibus, de quib. hîc per Doc. tene menti notabile uerbum Pet. de Anch. hîc, qui dixit per istum tex. in uerbo, laboribus & expensis. quòd licet ordinarius possit reddere ius ĩ qualibet parte suę diœcesis, c. cùm episcopus. de offi. or. in vj. tamen si causa est parua, & uelit cognoscere in loco nimis remoto à domicilio partium, possunt partes petere, ut deleget, ut cognoscatur in loco propinquo: & si hoc denegat, appellare, ut per text. in l. cùm post. C. de ap. Et ita limitat dictum Doc. hîc, dum dicunt istum tex. non habere locum in ordinario, uidelicet nisi partes grauarentur ex delegatione remota, uel cognitione ipsius ordinarij nimis à longè trahentis reum: & hoc dicit esse æquũ & uerum. Idem tenet Pet. de Anc. in c. cùm te. de offi. dele. dicens, se respõdisse in facto, quòd à iudice denegante huiusmodi delegationẽ potest appellari. Et ipse idẽ repetit in c. fi. in iij. no. de dolo & contu. & in c. cùm causam. de testi. Facit lex, mediterraneæ. C. de anno. & tribu. li. x. Per quem dicit ibi Bar. non esse citandos testes de longinquo, quando in eorum aduentu plus expenderetur, quàm sit ualor causę: sed est deleganda eorum examinatio. Et dicit ibi Bart. q; si accessus ad superiorẽ esset maioris expensæ, quàm sit ualor causæ, dicitur nõ posse haberi recursus ad superiorem, & licitè impetrantur represaliæ, & excusat tutorem, qui non exigit debitum pupilli, in quo oportebat plus expendere, quàm esset summa. Et dicit, quòd illæ dicuntur causæ breuioa res[a], in quibus plus expenderetur in scripturis, quàm sit ualor causę. ¶ Sed contra istud dictum Pe. de Anc. tenet hîc And. Sic. per d. c. cùm episcopus. quia per istam opinionem derogaretur libertati, quam habet, per illũ tex. ¶ Respondet ad l. cùm post. quòd loquitur, ubi causa est modica, & locus est nimis remotus: & sic concurrentibus illis duobus compellitur ordinarius delegare causam: sed concurrente sola remotione, Pet. de Anc. non bene loquitur, fm eum. ¶ Addatis Vin. in c. sanè. de fo. compe. ubi dixit istud idem, quod Pet. de Anch. in dictis locis, quòd ratione rei sic non potest quis trahi corã ordinario ultra duas dietas. Vnde ordinarius compellitur delegare causam. Et sequitur ibi Bu. in fi. dicens, hoc esse notabile, quòd sic extendũtur iura loquentia de dietis ad inferiorem à Papa delegantem. Sed Imo. ibi dicit, quòd fortè hoc procedit solùm ex æquitate: nam de iure non uidetur ad hoc astringi, per no. in c. statutum, de resc. in vj. ¶ Similiter do. Abb. ibi reprobat hoc dictum Vin. quia uidemus, quòd ratione cõtractus, etiãsi distaret ultra duas dietas à domicilio partium, c. dilecti. de fo. compet. & inducit text. expressum cum gl. in uerbo, diœcesi. in c. ex parte decani. eod. tit. Et idem dicit in iudice domicilij, ut non possit causas delegare extra suam diœcesim, per c. ut litigantes. de offic. ord. in vj. nisi interueniat consensus partiũ, ut ibi. Et sic constitutio de duabus dietis non potest sibi uendicare locum in inferioribus, cùm non possint eis inuitis causam delegare extra diœcesim, ut ibi per eum. Sed do. Mari. ibi dicit, quòd quando ordinarius delegat extra diœcesim, debet etiam interuenire consensus iudicis, in cuius territorio fit cõmissio, ut per gl. & Docto.

a *Causæ breuiores] Ad quod uide omnino do. Iaso. May. in sua aurea repet. l. admonẽdi. in uer. quæ autem dicatur. ff. de iureiuran. cum multis concor. per eum ad hoc signatis.*

& Docto. in d. c. ut litigantes. quibus interuenientibus, putà quòd etiam intra duas dietas committere possit: secus tamen in delegato dato à Papa, qui etiam istis interuenientibus non potest subdelegare ultra unam dietam: quia sicut non ualet delegatio Papæ ultra dietam, sta nec delegati. Nec mirum: quia fauorabilior est potestas ordinarij, quàm delegati, etiam Apostolici, ut per Ioan. An. in Specul. de delegato. §. sequitur uidere, quid sit offic. uer. sed nunquid delegatus. & Dominic. in d. c. statutum. §. in nullo. In quo tamen dicit Maria. esse bene cogitandum. Addit etiam Abb. ĵ. eod. dilectus. ubi etiam reprobat dictum Vincent. in d. c. sanè. Sed An. Sic. ibi, & in d. c. sanè. sequuntur Vincent. per d. l. cùm post. & per dictum Pet. de Anch. de quibus s. Nec est uerum, quòd d. l. cùm post. loquatur dubbus concurrentibus, scilicet quòd causa sit parua, & locus remotus. Imo alterum sufficit, cùm ille text. loquatur alternatiuè, secundum eum. ¶ Considera absurdum esse, quòd pro eo solo, quòd causa sit modica, iudex cogatur delegare alteri causam. Vnde non est uerisimile, quòd imperator in d. l. cùm post. uelit, quòd causa mediocris ex hoc solo, cp sit mediocris, debeat alteri delegari. Et ideo gloss. ibi dicit, quòd causa committitur ratione mediocritatis negotij, & ratione loci: & ita tacitè exponit alternatiuam pro copulatiua, sicut etiam Bart. & Bald. ibi in summario dicunt, quòd breuitas causæ & itineris longinquitas faciũt, ut iudex appellationis cogatur delegare causam in patria litigantium. Vnde uidetur concludendum, quòd dictũ Pet. de Anch. de quo s. habeat locum, ubi concurrunt dictæ duæ qualitates. Et ita limitantur dicta Abb. in prædictis locis. ¶ Non
1 aperiunt Docto. in d. l. cùm post. nec; Pet. de Anc. quis[1] dicat illo casu locus remotus[a]? Et dicerem, quòd distans una dieta, dicatur remotus, per iura hodierna. Et dũ est dictũ suprà, quæ dicatur causa modica, adde Bart. in l. ij. ff. de re iudi. ubi allegat d. l. mediterraneæ. dans plura exempla similia, in quibus propter expensam, quæ esset maior, quàm sit ualor materiæ subiectæ, inducit iusta causa abbreuiandi dilationes. Et est simile, quod ipse no. in l. j. ff. de glan de leg. cum concor. quas ad eum dixi s. tit. proxi. ecclesia. uer. octauò not. & uide Abb. in c. j. de lib. obla. & in c. de appellationibus. de app. ubi sequitur dicta Bart. in d. l. mediterraneæ. Quibus adde Angel. in l. si uacantia. uersic. priores ciuitates. C. de bo. uacan. lib. x. ubi pònit, utrùm sit expensa inutilis, mittere duos ambasiatores, ubi sufficeret unus. ¶ In quantum dicit do. Abb. quòd non exeundo locum commissionis potest delegatus se appropinquare, & non attenditur, quòd à loco rei usq; ad locum solitum iudicis sint duæ dietæ: & ita procedat gloss. hîc: adde gloss. in c. olim. de except. Et ex hoc sequitur, quòd si reus distat hodie ultra unã dietam à fine suæ diœcesis, impetratio non est ipso iure nulla: quia fortè iudex se appropinquabit. Et non est una dieta inter locum à iudice electum & finem diœcesis rei: & in hoc non est opus consensu partium. Et ita tenẽt Dominic. in c. statutum. §. in nullo. in prima oppositione. de rescript. in vj. Sed soleo mouere dubium nouum: quid si partes consentirent, quòd delegatus egrederetur diœcesim causa abbreuiandi iter excedens dietam? Videretur, quòd posset: quia de consensu partium potest egredi diœcesim, d. §. in nullo. Sed contrarium attentaui in d. c. olim. quia eo ipso, quòd reus distat ultra unam dietam, & iudex stando in diœcesi non potest iter abbreuiare, impetratio est ipso iure nulla: ergo nec cõsensu partium ualidabilis. Consequens probatur ex aureo consil. Card. lxxiij. Omnis à me charitatis, &c. in primo dubio, ubi consuluit, quòd si comparens consentiat tacitè, uel expressè, trahi ultra unam

a *Remotus] Ade Spec. in tit. de iud. deleg. §. v. iuxta princ. & in tit. de cita. §. j. in princ.*

dietam, per hoc non ualidatur rescriptum: quia cùm sit ipso iure nullum, d. c. statutum. consensus partium nihil operatur, ut ibi per gloss. in uerbo, committatur. in princ. Et facit, quod latè dixi s. tit. proxi. cùm accessissent. & quia consensus partium in casu d. c. statutum. nõ operatur, nisi in duobus casibus ibi expressis, adeo quòd etiam de consensu partium non potest delegatus subdelegare extra locum, ut ibi per Dominic. & dixi s. Et si diceretur, sicut potest se appropinquare stando in diœcesi, ut rescriptum non sit nullum, quare nõ potest de consensu partium egredi diœcesim? respondetur, quòd quando potest se appropinquare stando in diœcesi, rescriptum non est nullum: & ista facultas data ut dici ĩ est tempore collatæ iurisdictionis absq; consensu partium, & rescriptum ualet, quasi ad calculandum quantitatem itineris oporteat in primis considerare, in quo loco iudex eliget tribunal, licet iudice denegante approximationem rescriptum efficitur & ex tunc inualidum. Sed consensus partium necessarius in ingressu iudicis, non inerat tempore impetrationis. Ergo statim impetratio fuit nulla. Potest ergò egredi pro sua, uel partium commoditate, data ualiditate rescripti: nõ autem ad finem ualidandi rescriptum, quod est nullum propter excessum dietæ: quia non est iudex. Ergo eius iurisdictio non est probabilis ad alium locum. Et hoc est de mente Docto. in d. §. in nullo. dum in illa materia ex toto excludunt consensum partium: quod potest in casu ibi expresso. Et hæc not. tanquam noua & subtilia. ¶ In quantum dicit hîc Abb. quòd delegatus dicitur deputatus in certo loco, quando dignitas ipsius iudicis est expressa in rescripto: unde si dicitur episcopo Senensi, uidetur cõmitti Senis, nisi diceretur in rescripto, Pisis moranti: quia tunc uidetur committi in loco moræ, per c. fin. de re. permu. adde Abb. idem tenentem in c. fin. circa princ. de iudic. & in c. olim. de except. & in d. c. fin. de re. permu. & idem not. Car. in cle. fin. ij. respon so ij. q. de sentent. excom. dicens canonicum legentem in studio, posse ibi de causa delegata cognoscere, si fit mentio moræ, licet canonicatum habeat alibi. Ex quibus nota, quòd si fit commissio episcopo extra suum episcopatum moranti, non dicto de mora, non potest ibi cognoscere. Vnde infert Abb. in c. fin. de rer. permu. ad episcopum Grossetanum Senis morantem, quòd non potest ibi cognoscere, nisi de loco moræ fiat mentio. ¶ Limita dupliciter hoc ultimum. Primò, nisi de cõsensu partium procederet Senis, & nõ traheret reum ultra dietam. Sic puto per prædicta, licet isti non exprimant. ¶ Limita secundò. Nisi constaret Papam scire, quòd is, cui scribit, alibi moratur, secundum Domi. in c. statutum. §. cùm uerò. de rescript. in vj. & infert ad episcopum Fesulanum morantem continuò Florentiæ ex priuilegio, ut ibi per eum considerantem, utrùm per alias coniecturas cõstet Papæ, quòd trahit moram Florentiæ. Sed dubium est, si causa cõmittitur morarti Senis, & reus distat ab illo loco ultra dietã, utrùm ualeat rescriptum? Et de hoc dicit Pet. de Anch. in d. c. fi. de re. permu. se dubitare. Voluit dicere, secundum Imol. ibi, quòd rescriptũ isto casu tenet: sed, secundũ Imol. rescriptum tenet, dum modò ex forma rescripti appareat, Papam habuisse noticiam locorum. Et sequitur ibi And. Sic. in primo notabili. Sed ipse And. hîc sequitur Pet. de Anch. per istum text. attenta regula fallentię, per quam apparet, quòd requiritur expressa mentio huius constitutionis: & si non sufficiet tacita, per consequens nec sola scientia Papæ. ¶ Considera, quòd si rescriptũ diceret, Volumus, quòd possis trahere reum ultra duas dietas, nemo negabit, quin rescriptum ualeat: & tamen de isto text. non est tunc facta expressa mentio. Ergo & ista uerba uidentur sufficere, uidelicet, Committimus tibi Senis moranti causam Bononiensium: quia notoria est locorum distantia, maximè cùm certa scientia possit

c. nonnulli.

constare ex circumstantijs in rescripto expressis, ut probaui de excep. cùm inter. Et illud dicitur expressè nominatum, de quo appareat esse cogitatum per circumstantias certissimas, ut dixi tit. præceden. translato. Vnde dicit hîc Abb. quòd de constitutione cõcilij sufficiat mentio specialis, uel æquipollens. Ad hæc faciunt aliqua sæpe inferiùs tangenda. Et ita etiam expressè firmat Old. consil. ccxcv. Orta materia ultra medium, dicens, quòd si Papa scienter causam committit in loco distanti ultra dietam, uidetur uelle, quòd partes accedant ad locũ iudicum, sicut quãdo committit cognoscendam causam monacho, nominãdo eum monachum, uidetur dispensare. Et non obstat c. statutum. in prin. eo. tit. in vj. alleg. c. ix. olim, propter quæstiones. & ibi Imol. de priuil. ¶ Tra ctat hîc Abb. materiã difficillimã, & ualde quotidianã, uidelicet quãdo in rescripto debeat poni clausula, Nõ obstante iure communi: & quas uires habeat illa clausula: declarando dicta Ioan. An. in c. j. de excess. præla. in vj. & dicta Abb. refert hîc ad literam And. Sic. postea dicit, quòd iste passus egeret altiori examine, & remittit ad Legistas in l. fin. C. si contra ius, uel uti. pub. & aliud non dicit. Sed attenta utilitate huius passus, non putauit esse conueniens omittere quædam, quæ non reperi alibi ordinata, nec in disputationẽ reducta. Vnde pro aliquali intelligentia collegi duas regulas, ampliando & limitando eas, & demum subdendo quædam noua de ista clausula, Non obstante. ¶ Regula prima est ista.

2 Vbi † lex canonica, uel ciuilis, habet clausulam derogatoriã ad rescripta, non ualet rescriptũ, a nisi faciat mentionẽ de illa lege a specialiter, uel saltem per uerba æquipollentia. Ita intelligitur tex. hîc, & in c. eãte. de æta. & qua. & in c. fi. de rescr. in vj. & in l. j. C. si nuptiæ ex rescripto pet. & in c. pen. j. de capel. mo. & in c. j. de excess. præla. in vj. Et ita Ioa. An. & Domi. ibi, & Abb. hîc, & Paul. de Cast. consil. lij. in prin. & Domi. i c. quontã. xxvij. dist. & Pet. de Anc. consil. mihi cclv. In quæstione, quæ uertit. & per Sal. in l. hac consultissima. §. pe. & in l. sancimus. C. de testa. & alij, de quibus j. ¶ Et nota, quòd omnis constitutio cõcilij dicitur habere tacitè clausulam derogatoriã ad rescripta, adeo quòd rescriptum obtentum contra constitutionem concilij debet habere specialẽ mentionẽ concilij: nec sufficit clausula generalis, Non obstante iure communi. Ita sentit Arch. c. j. super uerbo, noscatur. in fi. ibi, uel dic plenius. de consti. in vj. dicens, quòd quando impetratur cõtra generale cõcilium, debet de eo fieri mentio. Idem dicit, si impetratur contra concilium Lateranense. Allegat d. c. pen. de capel. mo. Et ista uerba Arch. refert Ioan. An. in d. c. j. de excess. præla. in vj. Tamẽ ipse refert plenius, cp̃ loquatur Arch. Dicit enim, quòd hæc materia dilatari potest ad omnem casum, *in quo impetratur contra concilium* generale, ut hîc uel Lateranense, ut in d. c. pen. sed uerba Arch. possent intelligi, quòd causa exempli alleget ista iura conciliorũ, nõ quòd intendat inferre idem in omni constitutione concilij, sed quasi uelit allegare dicta iura ad exemplificandum de iuribus habentibus clausulam derogatoriam. Et si uerba Arch. caperentur ita simpliciter, prout uulgus ipsum allegat, sequeretur, quòd esset idem, quando scribitur cõtra concilium Lateranense, licet non sit concilium generale. Nihilo minùs Bald. in l. humanum. ij. no. C. de legi. simpliciter intelligit Arch. quòd oporteat facere mentionem singularem de omni constitutione cõcilij, contra quam rescribitur, licet contra alias decretales epistolas sufficiat generalis clausula, Non obstante l. cõmuni. Et hoc dictũ Arch. dicit esse bene notandum. Et ita etiam de ipso facit festũ Lud. Roma. in l. si uerò. §. de uiro. in xxiij. fallen. ff. solu. mat. & Io. de Ana. in c. cùm in dioecesi. de usur. & Iacob. Alua. in c. j. post princip. in tit. Constitut. feudales, &c. & Old. consil. cccxxvj. Quòd arti. Lati. &c. & cõsil. ccccxxviij. Ad idem primò, &c. & Lud. Roman. consil. ccccxxvj. iiij. col. ibi, sexta principalis. & Vitalis in lib. de clausulis. folio quinto, ante medium: & Benedic. Capra consil. clvij. Fuit dispensatum, & cætera. ¶ Ratio huius dicti potest esse, quia quod fit multorum authoritate, dicitur maioris roboris, c. prudentiam. in prin. de offic. dele. & ibi gl. plena. Hinc est, quòd difficiliùs dispensatur per Papam contra cõstitutiones cõciliorum, c. post translationem. in fi. de renun. Ideo episcopus nunquam dispensat contra tales constitutiones. Gl. in c. cùm dilectus. in uerbo, ætate. de elect. & ibi Abb. uer. no. tamen gl. & Io. de Ana.

3 in d. c. cùm in dioecesi. addens, quòd † episcopus nõ potest statuere contra ius concilij. Allegat gl. in c. cùm dilectus. in uerbo, cõstitutum. j. tit. prox. quæ non dicit hoc. ¶ Similiter nec legatus Papę potest di

b spensare contra cõcilium b. Probatur in c. dilectus. j. de præb. iuncto c. fi. de concess. præb. & adde gl. in cle. j. in uerbo, eligat. de elect. quæ probat, secundum Abb. hîc, & in d. c. dilectus, quòd nullus inferior à Papa potest dispensare contra constitutiones concilij. Intellige, nisi lex cõcilij dicat, aliquando posse dispensari in casu illo: quia ex hoc uidetur induxisse potestatem dispẽsandi episcopis, cùm nulli dubium sit, Papam hoc posse dispensare. Ita colligi potest ex uerbis Abb. post But. in c. quisquis. ad fi. de elect. attenta suprascriptione illius c. ad quam tamen ipsi non aduertunt. Sed ad alium finem faciunt illam ponderationem, allegando Innoc. c. dilectus. de tempo. ordi. Et propter dictum Archi. ubi s. uidetur non ualere rescriptum habilitans spurium & incestuosum ad successionem, nisi faciat mentionẽ concilij: de quo in c. cùm inhibitto. de cland. desponsat. Et ita consuluit Ana. in quodã cõsilio incip. Visis & diligenter cõsideratis. Vide ipsum consil. xcv. ubi ponit de incapacitate talium. ¶ Sed nõ uidetur uerum, quòd constitutiones concilij habeant omnes tacitè clausulam derogatoriã, per id, quod scribit Innocent. in d. c. pen. de capel. mona. ubi dicit, quòd quantum ad mentionem faciendam, non est differentia inter alias constitutiones, & constitutiones concilij. Et licet, in quantum uult, quòd nec etiam de iure communi sit necessaria mentio, non sit sequenda eius opinio, per ea, quæ infrà dicentur in ij. regula, tamẽ in hoc, quod expressè dicit, nõ esse magis faciendam mentionem concilij, quàm alterius iuris, expressè contradicit prædictis. Et pro hoc adducit: quia in d. c. ex parte. non dicitur, quòd deberet fieri mentio per illos de illa constitutione: sed dicit Papa, se credere illas literas per surreptionem obtentas: & tamen hoc ipsum nõ ponit pro constanti: imo sub cõditione mandat, ut si ita est, literæ non ualeãt, secundum eum: & sic uult, non esse absolutè bonam istam consequentiam, uidelicet non fit mentio de concilio, ergo literæ surreptitiæ. ¶ Et licet ista opi. Innoc. nõ recitetur ab aliis in d. c. pe. nec per Doct. præallegatos pro Arch. tamen fortè est uerior: Primò, quia Archi. in d. c. j. ut dixi s. non uidetur clarè sentire illud, ad quod allegatur. Secundò: quia iure non probatur. Tertiò: quia si illud esset uerum, non oportebat in isto text. ponere clausulam derogatoriam ad rescripta. Per quod uidetur, quòd si hoc specialiter fuit factũ hîc, & in certis iuribus s. allegatis, secus sit in aliis constitutionibus cõcilij. Quartò, propter authoritatem Innoc. licet non uulgatam: tamen non est de facili recedendũ ab Archi. quem uidetur sequi totus mundus. ¶ Et ista posset curiosus indagator inuoluere, cũ illa ampla materia, uidelicet an & quando cõcilium sit supra Papam: quam omitto, cùm sit impertinens in hoc loco. Tamen ꝙ trita est adeo, ut ex multis sup ea scriptis dici possit de ea illud Iuuenalis, *Scriptus & in tergo nec dũ finitus* Orestes: uide

a De illa lege] Adde Alexan. de Imol. in cons. ciij. iiij. parte: et uide, quod habetur per tex. in l. si non speciale. C. de testa. et in l. j. C. de natura. lib.

b Contra concilia] Adde Spe. in tit. de lega. §. sed si legatus. & seq.

uide ad saturitatem Abb. in disputatione, Episcopus & quidam rector. quasi per totam dist. & ibi, an liceat appellare à Papa ad concilium. De quo acutissimè etiam per Arch. Flor. in ij. parte tertiæ partis suæ Summæ, tit. xxiiij. incip. Non abscondi misericordiam. Et ibi etiam multa de concilio, & de eius inferioritate ad Papam, ut in uer. no. Abb. & in concilio facto ultimo loco Basileæ translato postea Ferrariam, deinde Florentiam, emerserunt uaria scripta Doctorum illustrium, tam pro concilio, quàm pro Papa: nam Abb. Sic. & Lud. Ro. amplexi sunt partes concilij. Patet in tribus ultimis cõsiliis Lud. & in d. dispu. Abb. & plenius & audaciùs per ipsum in sermone habito Basileæ, incip. Maximum. In quibus locis etiam uoluerunt, quòd Papa nõ hæreticus, sed scandalizans ecclesiam, possit deponi à concilio: secuti glo. tritam in c. si Papa. xl. dist. Sed pro maioritate Papæ ad concilium, & contra dictam opi. scripsit mirificè Pet. de Monte, episcopus Brix. in libello De potestate Papæ & concilij. & Arch. Flor. in ij. parte suæ Summæ, tit. iij. c. xj. dum ponit de schismate, ubi multum insteterit pro Eugenio contra concilium Basiliense. Et post ipsum scripsit etiam And. Sic. in cle. ne Romani. fo. 17. de elect. ubi pro Papa facit lxxxvij. argumẽta. Et refert Platina in lib. de uita Pontificũ, c. de Ioanne xxiij. fuisse decisum in concilio Constantiensi, quòd concilium generale legitimè congregatum habet statim potestatem à Christo: quo fundamento concesso, dicebant ipsum pontificem ei subijci. Et etiam ad materiam consil. Lud. cccl xxx. dum consuluit contra collationem Papæ factam contra statuta concilij Basiliensis. Plenè etiam scripsit Lud. consil. dxxiij. secutus latè gl. in d. c. si Papa. Et hæc succincta cõmemoratio tot amplissimorum locorũ sufficiet ad plenam informationem. ¶ Modò dicta regula est ampliandа sex modis. Amplia primò istam primam regulam, ut non solùm requiratur mentio iuris communis habentis clausulam derogatoriam, dicendo, Non obstante lege contraria, sed imo oportet, ut fiat specialis mentio ipsius l. uel saltem per uerba æquipollentia: puta, Non obstante constitutione concilij, quę de duabus dictis loquitur, secundum Abb. hîc. In derogatione autem aliarum constitutionum non requiritur tanta specificatio, ut dicetur in j. fallentia sequẽtis regulæ. Quid autem, si dicatur, non obstante aliqua l. etiam de qua deberet fieri mentio specialis? Dicetur in ij. fallentia huius primæ regulæ. Per istam ampliationem infertur ad id, quod notat Pet. de Anch. consil. mihi ccxxxvj. ex tenore. in princ. quòd in legitimatione, quæ fit de spurio ex coitu illicito, & in quo non potuisset esse matrimonium, requiritur specialis mentio derogãs iuri Authenticorum: de quo in authent. quibus. mo. na. effi. legi. in princ. & circa fin. Ad quod uide omnino Oldr. consilio ccxlvij. Factum tale est: quidam rex. prope fin. & omnino Benedic. Capram consil. clvij. Fuit dispensatum. ubi in hoc de legitimatione loquitur meliùs omnibus. Similiter dicit idem, ubi rescribitur dando immunitatem à publicis factionibus: nam iura de talibus oneribus loquentia, habent clausulam derogatoriam ad rescripta in contrarium: & ideo requiritur specialis mentio, ut latè per Pet. de Anch. consil. mihi cclv. In quæstione, quæ uertitur inter nobilem uirum. Et pulchrè Abbas post Ioan. in c. ij. ibi, secundò not. quòd priuilegium. de immu. eccles. allegando etiam Bart. in l. uacuatis. C. de decu. lib. x. & notat latè Pet. de Anc. consil. mihi ccclxxxvij. Visis diligenter iuribus. cum concor. de quibus alias.

a In priuilegijs] Adde tu ad istu hîc tacta per Fel. ut ueritas magis dilucidetur, quòd declarandum est,

Et sunt plerique alij casus, in quibus nõ sufficit, quòd rescriptũ dicat, Non obstante l. in cõtrariũ faciente, sed debet fieri mentio specialis. Et unum etiam ponit Bal. in l. j. uer. adde, quòd si princeps. C. quãdo imperator inter pupillum & uiduam. uidelicet quando impetraretur contra personam miserabilem, ut possit trahi extra prouinciam: quia nõ sufficit clausula, Non obstante lege, nisi de qualitate personarum fiat expressa mentio. Allegat c. significantibus. de off. dele. ¶ Alius casus est, quãdo rescribitur contra priuilegium concessum ad pias causas, putà fabricæ: quia nõ sufficit clausula generalis, Non obstante, sed debet de ipso fieri specialis mentio. Ita probat tex. in c. si propter. de resc. in vj. de quo facit festũ Lud. Ro. in l. si uerò. §. de uiro. xxiij. fal. ff. sol. ma. dicês facere etiã tex. & quod ibi Bar. in l. libertis. la ij. §. posthumis. ff. de ali. & cib. leg. ubi generalis derogatio beneficiorum alteri concessorum nõ extenditur ad concessa fauore alimẽtorum, quasi sint ad piam causam: & faciunt etiam, quæ dicentur j. de uitribus clausulæ, Non obstante. ¶ Amplia secundò hanc primam regulã, ut † procedat etiã in pri-

4 a uilegijs a habentibus clausulam derogatoriam ad alia priuilegia: quia ad hoc, ut tollantur per priuilegium contrarium, nõ sufficit generalis clausula, Non obstantibus priuilegijs. Cald. de priuileg. consil. ij. Car. consil. liij. Dominus Gregorius Papa. & in cle. j. de sepult. Fed. consil. ccxxxix. Casus talis est: monasterium cuiusdam ordinis. Paul. de Cast. consil. lij. Passus iste dubitabilis uidetur. & consil. cccxij. Quoniã adiectione. Car. consil. cxxxvij. Factum sic se habet: uacãtibus, &c. Maria. in tractatu De uisitationibus, fol. 23. uer. sed circa hoc quæro. Abb. in c. cùm instantia. de censi. Lud. consil. cccxxvij. Istæ sunt rationes. & consil. ccccvj. Quod indultum Petri. In quibus locis inuenies, quòd si in priuilegio dicit, quòd non intelligatur sublatum, nisi de ipso fiat specialis mentio de uerbo ad uerbũ, nõ sufficit, quòd in alio priuilegio sit ista clausula, uidelicet etiamsi de ipso oporteret facere mentionem de uerbo ad uerbũ: imo oportet, quòd fiat, licet in hoc aliqui aliter dicãt, ut inuenies discussum in dictis consiliis, de quibus extẽsiùs meminì in c. acceden tes. de præscr. respondẽdo breuiter ad facientia in oppositũ. ¶ Aliquid ponit etiam Ioan. de Ana. consil. lvj. Imol. in l. licitatio. §. earum. de publica. Bal. in c. cùm dilecta. ad fi. s. eo. Car. consil. ciiij. licet Abb. in d. c. cùm instantia. uideatur sequi Fed. consil. xlvij. & non bene, ut inueniês in dictis locis. ¶ Est uerum, quòd si fieret reuocatio priuilegiorũ per uiam l. non esset necessaria dicta expressio, ut diceẽ in prima fallentia huius regulæ. Item non est necessaria, quando stylus curiæ firmiter haberet, quòd sufficeret prædicta mẽtio implicita, per id, quod not. Bu. consilio allegando j. in ij. fallen. huius regulæ. Similiter, ubi priuilegium secundum esset concessum motu proprio, nõ esset necessaria dicta mentio explicita, secundum Lud. pulchrè d. consil.

c. nonnulli. quot sunt species priuilegiorum: et primò sic regulam, quòd priuilegium secundũ nõ tollit primum habens clausulã derogatoriam, nisi de ea fiat mentio in secũdo expressa, & ei derogatur. Ita Paul. de Cast. in consil. suo cccxvj. inci. quoniã adiectione nõ indiget. Secunda species priuilegiorum est, quando secundum priuilegiũ habet clausulam, submotis alijs priuilegijs sub quacunq; forma loquentibus, etiamsi sint talia priuilegia, q. de eis sit fienda mentio de uerbo ad uerbũ, quæ uoluit, p expressis habere. An tale priuilegiũ tollat primũ habẽs clausulam derogatoriã? Vide Pau. de Cas. in d. consil. cccxvj. inci. Quoniã. qui tenet, q. nõ. Adde quòd do. Abb. in c. cùm instãtia. de censibus. tenuit, q. sic. Tertia species priuilegiorũ est, quãdo priuilegiũ est speciale: quia derogat generali, siue sit primũ, siue sit secundũ, licet nulla sit facta mentio de primo. Io. And. & alij in c. ueniẽs. de præscript. Scribentes in c. dudum. & c. quãtis. de præb. in vj. no. in regula, generi. de reg. iur. in vj. Adde tamẽ, nisi per generale priuilegiũ esset acquisitum ius alteri. ita Barb. in d. c. ueniẽs. de præscrip. in uersi. aduerte: hîc sunt. Vide per Doct. in c. j. de cõcess. præb. in vj. & in c. j. de excess. præla. in vj.

a Nõ ualet] *Ad de iu, quid si in se cundo testamento esset clausula, q̃ ad sensum sapien tis testamentũ pos sit extendi, an sa piens potuit ad dere clausulã de rogatoriã primi? Vide Bar. in l. illa institutio. in fi. ff. de hæred. institu. Adde, quòd etiam secundũ testamen tum tollit primũ: et hoc, quãdo per secundũ põt aditi hæreditas de iure ciuili. ita Bar. in l. si quis eum. §. si cum suo. in uer. iu xta legem nostrã. ff. de uul. & pupil. Adde, an testa mentum secundũ tollat primum in ratum? pone, testa tor fecit testamen tum, et iuravit nõ facere aliud: po sita fecit secundũ, utrũ tollatur pri mum ueratiũ? Bar. tangit hanc q. in l. si quis in princi pio tuba uenit. ff. de leg. iij. uer. quæ ro, qd si testator. & in l. cùm duo bus. ff. pro socio. ubi tenet, quòd ua let secundum. Idẽ tenet gl. in c. ulti ma uoluntas. xiij. q. ij. Idẽ tenet Cy. in l. j. C. de sacr. sanct. eccles. Paul. de Cast. in consil. suo lvij. incip. Di co, non obstante. Bald. in aut. sent. hoc inter liberos. uer. quæro, quid si pater. C. de testã. Adde, q. Old. in consilio suo cxxvij. incip. Viso instrumẽto pa cti. dicit, quòd secundum testamen tum ualet de iure ciuili: sed primũ de iure Canonico. Idẽ uidetur tenere Ioan. An. in regula, qui semel. de reg. iur. lib. vj. dicens, quòd periurus est, qui facit* cccxxvij. Et ista nota. ¶ Amplia tertiò etiã in ultimis uoluntatibus, in quib.

Facit glo. fi. de decimis. dudum. Et dispositio censetur talis, qualem exigit materia subiecta, l. plenum. §. equitis. cū si. ff. de usu & habi. Et ideo cùm scriberetur ibi contra ius, non est uerisimile, quòd fuerit scriptum in alia forma, quàm priuilegij, de cuius natura propriè est dispensare cōtra ius, ut est dictum. Super hoc egò diu cogitaui. ¶ Pro responsione uera ad dictum c. ex parte. puto sequēda esse uerba Innocen. ibi, de quib. suprà in principio primæ regulæ, uidelicet quòd non dicit ibi Papa, quòd esset facienda mentio de concilio, sed quòd credit illas literas esse per subreptionē obtentas: & tamen hoc ipsum non ponit pro constanti: imo sub conditione mandat, ut si ita est, literæ non ualeant. Sentit ergo Innoc. quòd ibi impugnarentur literæ: quia concernebant rem iuri non consonam per subreptionem obtentam. Tamen innuit Inn. & tex. ibi, quòd si constaret eas nō esse subreptitias, ualerent. ¶ Considera etiam, quòd in d.c. ex parte. non dicitur id, ad quod ipsum alleg. hîc Ab. uidelicet quòd fuerit ibi facta confirmatio prioratus manualis: sed dicitur fuisse cōcessum, quòd in prioratu possent monachi manere soli, contra d.c. ij. de stat. mona. Nec uerum, quòd ubi fieret cōfirmatio prioratus manualis, requiratur mentio iuris communis contrarij, quando constat de certa scientia. Patet in c. ad nostram. & in c. porrecta. de confir. uti. uel inu. ubi in talibus confirmationibus non dicitur, quòd sit semper opus facere mentionem de iure contrario, de quo in c. cùm ad monasterium. §. tales. de sta. mo. Sed quòd tales literæ sunt contra stylum solitum curiæ, & præsumuntur quandoq; subreptitiæ, quandoq; falsæ, nisi appareat de certa scientia Papæ illis modis, quos latè declarant Io. And. Bu. Ab. & Imo. in d.c. præterea. dicētes inter alia, quòd si fieret mentio de illa decretali, & ei derogaretur, diceretur cōstare de certa scientia: sed non dicunt propter hoc, quòd in illa materia semper sit necessaria mentio iuris communis: imo dant alios modos, quibus constare potest de certa scientia absq; mētione iuris communis: putà per secundam iussionem, ut ibi per eos: nec est mirum, quia certa scientia habet uim clausulæ, Non obstante, ut dicetur in iiij. fal. huius regulæ. ¶ Sed pro ista singulari opi. Abb. facit tex. in c. rescripta. contra ius elicita debēt refutari à iudicibus: & est lex, rescripta. C. de preci. impe. off. & Arc. exponit, i. priuilegia. Et hoc modo esset ibi casus, quòd non ualet priuilegiū contra ius. ¶ Potest responderi, quòd imo non loquitur in priuilegio, sed in rescripto: & sic facit pro regula, de qua s. & ita illum tex. uidenē intelligere Doc. in d.l. rescripta. summādo & declarando ipsum: & certè si expositio Arch. esset uera, nunquā ualeret aliquod priuilegium: quia omne priuilegium est contra ius, iij. dist. priuilegiū. ¶ Tertiò facit l. fi. C. si cōtra ius, uel uti. pu. ubi reprobat omne genus rescripti: item omnis sacra annotatio, quæ sit contraria generali iuri, uel utilitati publicæ: & sic per illam alternatiuā uidetur, quòd non ualeat aliquod genus literarum contra ius commune. Potest responderi, q; non loquitur in priuilegio, de cuius natura est propriè derogare iuri communi. ¶ Quartò facit l. iij. C. de sacrific. & paganis. ibi, huiusmodi chartæ ex eorum manibus ereptæ ad nostram scientiam referantur. Sed ad illum tex. respondet, ut per Io. An. in d.c. unico, de excess. præla. in vj. ¶ Quintò facit: quia princeps rescribendo contra ius, utitur plenitudine potestatis, c. proposuit, de concess. præb. Sed in dubio non præsumit uti ea, nisi appareat, secundum Inn. in c. innotuit. de ele. & facit cle. fi. de sen. excom. Ergo in dubio nō præsumitur dare priuilegium contra ius, nisi appareat. Sed respondet ex uerbis Bal. in d.l. lapilli. quòd eo ipso, q; dat priuilegiū, apparet, quòd uult uti hac plenitudine potestatis: nec est opus, quòd exprimatur hoc uerbum. De plenitudine, ut dixi in c. cùm inter. de excep. ¶ Sic etiam respondetur ad rationem Abb. hîc: quia sicut clausula, Non obstante, sufficit, quòd non dicatur aliquod obtentum per importunitatem, ita etiam, si constat, quòd princeps sciebat se dare priuilegiū: quia necessariò sequitur, quòd sciebat se rescribere contra ius. ¶ Sextò facit, quod latè scribit Cy. in authen. quas actiões. prope fi. C. de ss. ecclesi. & ibi Bart. uer. ideo dicunt Doc. Mod. & ibi latiùs Bal. uer. sed ista gloss. & uer. quid ergo est dicendum. ubi dicunt, quòd non ualet priuilegium, quòd nulla præscriptio currat contra priuilegiatum, nisi habeat clausulam, Non obstante.

SOL. Præscriptio concernit bonum publicum, l. j. & ibi Bartol. ff. de usucap. Latè Bartol. & alij in l. nemo potest. de leg. j. dixi in ru. de præscrip. Et quia omne rescriptum, uel priuilegium cōtra ius publicùm, habet clausulam derogatoriā à iure communi, d.l. fi. C. si contra ius. meritò requiritur clausula, Non obstāte, ut s. in j. limita. huius ij. fal. Et quòd in ista materia præscriptionis lex habeat clausulam derogatoriā, expressè firmat Cy. ubi s. & Bal. ibi allegans l. præscriptio. in uerbo, sed nec rescripta. C. de ope. pub. ¶ Per prædicta igitur uidetur hāc ij. fal. posse procedere, quicquid dicat hîc do. Ab. Nec obstant gl. per eum allegatæ: quia non loquūtur, ubi conceditur priuilegium, sed rescriptum: nec eas sequitur Bart. in d.l. fi. C. si contra ius. Similiter non obstat gl. j. in l. si non speciale. C. de testam. quia, secūdum Lud. & Raph. ibi intelligitur de rescri. Licet tex. & gloss. ibi utūtur hoc uerbo Priuilegio, tamen ipsi non aduertunt ad prædicta. Et sic etiā potest intelligi gl. in l. si maritus. §. j. in uerbo, cognitionem. ff. de adul. Si autem priuilegium non solùm tollit ius commune, sed etiam ius tertij[b], non ualet, si nō habet clausulā

b *Priuilegiū non solùm tollit ius cōmune, sed etiā ius tertij] Adde Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. & Bart. in l. impuberi. in j. no. ff. de admi. tu.*

Non obst. uel æquipollentem, secūdū Bar. in d.l. fi. C. si contra ius. quem ad hoc no. Ni. Myl. in reper. in uerbo, priuilegiū. §. xiiij. in fi. Pro quo uide do. Abb. in c. pe. de cle. non resi. ubi collegit ex gl. quòd priuilegium lædens enormiter ecclesiā, nō ualet, non facta mētione de hac læsione: ob quod poteris infringere multa priuilegia, quæ quotidie emanant à curia, secundum eum: & facit c. super eo. de offic. dele. cum concor. quas ibi dixi: & quod dixi de restrictione talium priuilegiorum, s. eo. causam. ¶ Fallit tertiò d. regula, quādo rescriptū contra ius emanat motu proprio: quia ualet, licet nō habeat clausulā, Non obstante, secundū Io. An. in d.c. unico, de excess. præla. in vj. ubi etiā pro hoc allegat cle. fi Romanus. de præben. & gloss. fi. ad fi. in c. ij. de mu. peti. Et idem not. Bald. in l. omnes. uer. saluo, nisi imperator. C. de quadri. præsc. ¶ Sed de hoc dubitat hîc do. Abb. & meritò: quia motus proprius solùm excludit subreptionem, non aūt ampliat gratiā ultra intentionē concedentis, fm Io. An. in c. si motu. de proba. in vj. & dixi satis s. eo. ad aures. Sed de mente principis nō est cōcedere aliquid contra ius, non facta mentione de iure, ut in iuribus alle. in regula. Ergo, &c. Dictū tamē Io. An. fortè reseruareť in practica, fm eum. Pro hoc, quòd clausula Motu proprio, nō tollat obstacula iuris cōmunis, uide Domi. post Imo. in c. j. in princip. de fi. presby. in vj. & Domi. post Lap. in c. ei, cui. uers. uel potest dici. de præben. in vj. domi. Abb. post Butr. in c. cùm nostris. uer. & hanc opin. de concess. præbend. & Dominic. in c. si propter tua. de rescrip. in vj. & multùm

multùm seruiunt, quæ dixi in d.c. ad aures. Non obstat decisio Domi. in c. si eo tempore. uersic. ego credo. de rescrip. in vj. dum dicit, quòd ille text. non habet locum in literis datis motu proprio: quia non infertur ex illo dicto, quòd motus proprius habilitet inhabilem: sed tollit subreptionem: & cùm tempore uacationis sit habilis, non dicitur inducta habilitas ex rescripto, sed ex tempore: ut patet ex uerbis suis. ¶ Et no. quòd aliquando est prohibita impetratio: & tunc clausula, Motu proprio, facit ualere impetrationem. Aliquando dicit lex, non ualeat concessio: & tunc sufficit dicere, Non obstante. Ita declarat Bal. in l. fi. ad fi. ibi, ulteriùs oppono. C. sen. rescin. non pos. Quæ uerba non faciunt pro hac fallentia: quia nos loquimur in secundo casu, s. ubi non ualet concessio, in quo Bald. non aperit, an sufficeret Motu proprio, sicut sufficit in primo casu. Tamen fortè sentit ibi Bald. quòd fortior sit causula, Motu proprio, quàm clausula, Non obstante: quod tamen in proposito non uidetur procedere, per prædicta. Scias tamen, quòd licet clausula, Motu proprio, non habeat uim clausulę, Non obstante, per prædicta, tamen istud non conuertitur: quia clausula, Non obstante, bene habet uim clausulæ, Motu proprio, secundū Abb. in c. ij. uer. secundò no. de immu. eccles. Cui uidetur obstare dictum c. si motu proprio. in fin. de quo ipse nō facit mentionem, sed potest responderi ex his, quę reduxi in c. si quando. ad fi. s. eo. ¶ Fallit quartò prædicta regula, quando rescriptum contra l. emanat ex certa scientia principis: quia ualet, licet non fit in eo clausula, Non obstante, secundum do. Ab. hîc post Io. An. in d.c. unico: quia si apparet de certa scientia principis, non est dubitandū de subreptione: sed credēdum, quòd uoluit derogare iuri. Et ita etiam no. gloss. in c. j. in uerbo, noscatur. de const. in vj. & Pau. de Cas. consil. ccxxiij. in fi. allegando gl. in c. ad hæc. s. eo. tex. in l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. Et idem no. Nic. Myl. in reper. uer. priuilegium. §. xiiij. & dicitur constare, quòd rescriptū emanauit de curia: putà, si reperitur registratum in registro Apostolico, secundum eum. ¶ Pro intellectu huius fallentiæ, quæ maxima est & quotidiana, rangēda sunt tria. Primò est cōfirmanda: secundò est respondendum tribus nouis oppositionibus: tertiò est limitanda duobus modis. Et erunt adaptata multa per neminem tacta, nec considerata, in quibus fuit opus longa cogitatione & ocio.

¶ Pro ista fal. uide gloss. in l. ratas. in gloss. mag. in fi. C. de rescin. uen. & gloss. j. in l. uniuersis. C. de preci. impe. offe. & Bar. Bald. & Nic. de Nea. in l. idē Vlpianus. §. sunt & alij. ff. de excus. tu. qui tex. ad hoc allegantur per multos Doct. secundū Bald. ibi: intelligendo, quòd illa concessio esset cōtra ius, cùm regulariter tutor cogatur administrare tutelam semel susceptam, l. j. in prin. ff. de admi. tu. Cum istis concordat Bald. in l. fi. post prin. uer. ulti mò dic, quòd tria sunt. C. sen. rescin. non pos. & in c. naturales. uer. sed ego quæro, si de feu. fue. contro. inter dominum & uas. Et ibi dicit, quòd non est necesse, quòd princeps apponat clausulam, Non obstante, quando

a *Ex certa scientia] Vide Bart. in authen. hoc inter liberos. C. de testa.*

scribit ex certa scientia[a]. Cum istis cōcordat Nic. Myl. in uerbo, scientia certa. allegando tex. & Bal. in d.l. idē Vlpianus. & quod no. gloss. j. in c. ex parte. lo ij. de offi. deleg. Idem no. Ang. de Are. in l. si constat. ff. de appel. & Spec. de instr. edi. §. nunc autem. uersic. item oppone. in fi. & in alio loco ibi no. in addi. & Bal. in l. fi. uer. opponо, quòd istud rescriptum. C. de fru. & lit. expens. & Ioan. de Ana. consil. lxxj. inci. Viso instrumento adherētię. in fin. & Pau. de Cast. in l. iij. in §. si is, pro quo. ff. quod quisque iuris. & pulchrè Bened. de Perus. consi. clvij. incip. Fuit dispensatum per Papam Martinum. & Arc. Spalatensis consil. xj. Martinus episcopus. Et dicit Pet. de Anch. consi. mihi cclxxxviij. incip. Vltra alia so-

lenniter allegata. quòd ubi princeps scienter disponit, licet aliàs illa dispositio sit contra ius, tamen intelligitur disponere, remoto iuris obstaculo. Et quòd narratio principis tantum operatur, quantum clausula. Ex certa scientia, allegat d.l. idem Vlpianus. Adde etiā do. And. de But. in c. j. s. eo. uer. aut rescriptum emanat. ubi dicit, quòd si constat rescriptum emanasse à curia, ita quòd cessat præsumptio falsitatis, non exigitur aliqua clausula: & isto casu non est uera opinio Legistarum, quòd in iure sit semper clausula derogatoria ad rescripta, quando rescribitur contra l. Et pro hoc facit, secundum eum, quod not. Host. in c. cùm olim essemus. super gloss. iiij. in fi. de priui. & in c. ut debitus. de appel. ubi dicit, quòd in delegatione potestatis delegatæ non est necessaria mentio ordinariæ. Et ista uerba sequitur Domi. in d.c. dicens, q; de iure canonico rescripta non habent clausulam derogatoriam à iure respectu uolūtatis Papæ, dum tamen constet de mente scribentis: licet secus sit de iure ciuili: quia Legistæ tenent, quòd ius habeat clausulam derogatoriam ad rescripta. Vnde nō ualent contra ius, de quo mentionem non faciunt, per l. quoties. C. de preci. impe. offe. Sed, secundum Butr. & Domi. in d.c.j. illa opinio potest saluari in his, in quib. princeps non habet administrationem liberam, ut fuit no. s. ti. proxi. quæ in ecclesiarum. Propter hæc loan. de Imo. hîc uidetur facere differentiam inter ll. & canones, ut de iure ciuili non ualeat rescriptum contra ius, licet ex certa scientia emanauerit. Allegat Bar. in d. extrauag. ad repri. in uerbo, non obstantibus. q; d.l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. ¶ Sed ad illam l. dantur inter alias duæ responsiones. Vnam ponit Io. And. in c. j. de consti. in vj. ad fi. uer. in vj. glos. &c. quòd per uerba illius legis non imponebat testator sibi legem, sed uoluntatem suam disponebat, & adimebat legata: & hoc potest. Aliam responsionem dat Io. And. in d.c. unico, post Pe. de Bellaper. quod d.l. si quis. loquitur in testatore, qui cùm disponebat ad uoluntatem suam, imputet sibi, si uoluntatem clariùs non expressit: hîc uerò loquimur de principe, qui non ad suam, sed subditorum utilitatem disponit. Vnde nihil de negotio imputandum, si non loquatur apertiùs. Ad hoc l. ueteribus. ff. de pac. secundum eum, ad literam.

Confirmatur ista quarta fallētia per ea, quæ scribit Bur. post Abb. antiquum in c. uenerabilis. in fi. de confir. uti. uel inuti. ubi dicit, quòd quādo Papa ponit totum tenorem rei confirmatæ in literis confirmatoriis, tunc dicitur confirmare ex certa scientia: quod procedit, etiamsi in literis cōfirmatoriis sit adiecta illa clausula, Sine præiuditate, &c. per illum tex. quē ad hoc no. ibi Ab. in j. not. Et illa uerba non stant cōditionaliter, sed causaliter, ut est casus in c. examinata. eo. ti. quem extollit ibi Abb. in fi. uolens apertè, quòd etiamsi confirmatur actus, q; est contra ius, sufficit certa scientia modo prædicto, s. per insertionē tenoris rei confirmatæ: & sic apertè uult, quòd certa scientia æquipollet clausulę, Non obstante. ¶ Ad idem optimè facit: quòd promouere eum, qui de iure est inhabilis, est facere actum cōtra ius, c. innotuit. cum si. de elec. & tamen si princeps promouet ex certa scientia inhabilem, ualet promotio absq; alia clausula, non obst. l. quidam consulebant. ff. de re iudic. l. Barbarius. in fi. ff. de off. præto. c. præterea. & ibi posui. de testi. cog. Et sic certa scientia operatur dispensationem. Et no. gloss. in l. uniuersa. C. de preci. impe. offe. Ad idem, quod no. Rom. in titul. de offic. ord. conclusione tertia, in antiquis, ubi dicunt, quòd si superior unit beneficium seculare uni monasterio, tacitè uidetur dispēsare, ut monachus possit ibi esse, per d. l. idem Vlpianus. dixi aliquid s. eo d. eam te. & c. postulasti. Et sufficit, q; princeps sciuerit de inhabilitate, absq; eo quòd concurrat

concurrat causæ cognitio super dispensatione, ut no. Bart. in proœ. Decretal. uer. dic, quòd si Papa profert. quamuis aliud dicat Vitalis in li. de clausulis, fol. 6. in prin. Sed eius dicta procedere possunt, quando Papa simpliciter scribit, non proferendo aliqua uerba, propter quæ inhabilitas demonstretur: tunc enim uerum est, quòd etiamsi ex certa scientia scribat alio non apparente, nõ intelligitur dispensare, ut per Butr. in d. proœ. Et pro hoc, quòd scientia sufficiat, quando princeps promouet inhabilem: facit, quia agitur solùm de materia concernente interesse publicum: quo casu non requiritur clausula, Non obstante, ut j. in vij. fal. Et assumptio, quæ fit de aliquo ad officium cum administratione, præsumitur fieri causa cognita. Probat in l. j. C. qui, & aduersus quos. ubi pro electo ad officiũ est præsumptio, quòd fuerit approbatus pro habili: facit tex. in l. si patronus. in prin. & quod ibi Bar. ff. de confir. tut. ubi dicitur, quòd eligens præsumitur in dubio habere notam qualitatem electi. Tamen hoc ultimum procedit in ordinario. Sed in Papa non præsumitur notitia eorum, quos promouet, propter multitudinem occupationum, ut latè per Car. in cle. ij. de offi. or. ¶ Confirmatur etiam ista quarta fal. quia ex quo Papa dicit se facere ex certa scientia, standum est illi assertioni, tanq̃ de facto proprio, cle. j. de proba. & sic denotatur, quòd non fuit circumuentus per alienam suggestionem. Vnde cessat ratio importunitatis, uel occupationis, super qua est fundata prædicta secũda regula: & multò magis, quãdo diceret se præmisisse opportunam rei informationem. ¶ Obstant huic fallentiæ tria motiua. Et primò text. in d. c. porrecta. de confir. uti. uel inut. ubi illi impetrantes priuatus perpetuos faciebant mentionem, quòd erãt religiosi: & sic habebat Papa certam scientiã, & tamen non ualet impetratio derogans iuri. Ad illud responderi potest negando, quòd per solam expressionem, quòd essent religiosi, induceretur certa scientia, ut patet ex dictis Ioan. And. & aliorum ibi, qui ponunt modos, per quos diceretur in illa materia constare de certa scientia, ut ibi per Abb. in ij. no. & in fi. ¶ Considera etiam, utrùm attentari posset, quòd fortè in casu illius c. non sufficeret certa scientia, sed requiritur clausula, Non obstante: quia habet clausulam derogatoriam ad rescripta. Vnde succedit, quod dicetur in j. limita. huius iiij. fallen. Et idem puto esse in casu c. ex parte. de cap. mo. & uidetur esse de mente illius text. quòd ad ualiditatem priuilegij, de quo ibi, hodie non sufficiat certa scientia. Et ideo cùm habeat clausulã derogatoriam ad rescripta, requiritur specialis mẽtio. Patet manifestè ex isto text. iuncto prin. cum fine: nam in prin. ponitur tenor rescriptorum, uel priuilegiorũ, per quem apparet, quòd Papa sciebat qualitatem materiæ subiectæ: & tamen in fi. dicitur, quòd non ualeant literæ non facta mentione concilij. Ergo est ibi casus apertus, quòd ubi lex habet clausulam derogatoriã ad rescripta, certa scientia elicita ex rescripto non æquipollet clausulæ, Non obstante. Quod diligenter no. quia est inductio noua. ¶ Secundò contra istam quartam fal. opponi potest sic: ubi princeps cõcedit rescriptum, uel priuilegium, quod in uerbis suis est de directo contra ius, & materia non concernit factum, sed ius negari non potest, quin ibi concernat certa scientia principis, per l. omnem. C. de testa. & c. j. de constit. in vj. & tamen, quãdo concedit priuilegium, quòd contra priuilegiarum non currat aliqua præscriptio, non ualet, nisi habeat clausulam, Non obstante, secundũ Cy. Bar. & Bal. in authen. quas actiones. C. de sa. san. eccl. Ergo scientia principis non operat tantum, quantum clausula, Non obstante. SOL. Negatur, quòd in priuilegio sit necessaria clausula, Non obstãte. Patet ex dictis s. in ij. fal. huius regulæ. Non obstãt proximè adducta: quia loquũtur in priuilegio contra l. habente clausulam derogatoriam ad priuilegia, uel rescripta, ut dicunt Doc. præallegati, allegando l. præscriptio. in uerb. nec rescripta. C. de ope. pub. & dixi in d. ij. fal. uer. sextò facit. Modò dicet quispiam: Ergo semper ualebit rescriptũ contra ius absq; aliqua clausula inductiua derogationis iuris: arguendo sic, & fortiter, ubi est clausula, Non obstãte, uel illi æquipollens, ualet rescriptum contra ius: & certa scientia æquipollet clausulæ, Non obstante. Ista patet per prædicta. Modò sic est, quòd sufficit, certam scientiam elici ex narratis, ut hîc per Ab. & est communis opinio, de qua satis dixi in c. cùm inter. de except. Et rescribendo contra ius, constat, quòd Papa scit se tollere ius, & sic apparet de certa scientia absq; alia expressione. Ergo à primo ad ultimum nulla clausula derogatoria necessaria est. SOL. Licet argumentũ stringat, neq; repertam tacitum, neq; solutum, tamen uideamus, si potest euadi, considerando duos casus. Aliquando narratur factum, in quo requiritur dispensatio super iure illi contrario: & tamen ista narratio facti inducit certam scientiam circa necessariam dispensationem iuris: & illa sufficit, ut fuit dictũ in d. c. cùm inter. Aliquando non narratur aliquid factum, sed simpliciter scribitur contra ius: & tunc non sufficit certa scientia subintellecta: qa semper ualeret rescriptũ, per prædicta: sed debet exprimi, q̃ fit ex certa scientia, secundũ Bald. in l. fin. uersic. uel dic, quòd tria. C. de fru. & lit. expen. Pro quo bene facit gl. fi. in d. c. porrecta. de cõfir. uti. uel inut. quæ uult, quòd nõ sufficit, quòd Papa simpliciter scribat in materia iuris illi derogando, nisi cõstet de certa scientia. Sic etiã procedat gloss. in c. statutum. in prin. in uer. literarum. in fi. de rescri. in vj. Et intellige, dũ modò illud sit contra ius in totum: secus, si in parte, per id, quod dicetur j. in viij. fallen. ¶ Ratio differentiæ inter istos duos casus potest esse: quia ubi narratur factum, non præsumitur Papa malè informatus, nec per subreptionem inclinatus: qa ubi non est error, ibi est certa scientia, ut Bar. in l. fi. §. pe. ff. de condi. inde. & in l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cau. cũ fi. Et ideo cùm constet cum non deceptũ in facto, meritò sequitur super facto effectus iuris, & dicitur fieri dispositio ex certa scientia. Sed ubi simpliciter disponit cõtra ius, non sequit: habet iura in pectore, ergo non decipitur: quia multitudo rescriptorum, quę ipse concedit, inducit potiùs circũuentionem, quàm deliberatũ animum, ut expresse dicit Domi. in c. j. de cõsti. in vj. quem retuli s. in regula, attento quòd rescripta de sui natura non sunt regulariter contra ius, sed secundum ius: & ideo si aliquando continet aliqd contra ius, potiùs præsumitur inductum ex importunitate, quàm ex certa scientia, ut per glo. in d. c. j. Secus, ut dixi, ubi plena narratio facti infert non defecisse certam scientiam Papæ. Et ista procedũt, ubi conceditur rescriptum contra ius. Si enim datur priuilegiũ, non est regulariter opus expressione certæ scientiæ: quia cùm de natura priuilegij sit disponere contra ius, constat clarè de scientia principis semota ab omni errore. Ex quo ibi non cadit æquiuocatio, an sit contra ius, uel non: quæ cadit in rescripto, in quo attenta eius natura & origine, posset princeps plerunq; concedere rescriptum contra ius, credens, quòd esset secũdum ius: quæ æquiuocatio inducitur partim ex agendorum multitudine, partim ex communi natura, etiam stylo rescriptorum, quæ non solent deuiare à iure. Et ad istud de priuilegio satis dictũ fuit s. in ij. fal. huius regulæ. Et super prædictis bene cogita: quia non reperi per alios tacta, licet præmiserim longã indaginẽ.

Tertiò Contra istam quartã fal. uidet posse adduci tex. in cle. si summus. in fi. de sen. excom. ubi dicitur, q̃ si ex certa scientia Papa nominet, uel tractet aliquẽ sub titulo alicuius dignitatis, per hoc nihil noui iuris ei tribuit. Ergo uidet, q̃ non possit tñ ex certa scientia, quantũ clausula, Nõ obstãte: quia si diceret, quòd

quòd uellet eũ haberi pro tali, non obstãte aliqua l. inducere promotio, & titulus, p̃ no. in l. quidã cõsulebãt. ff. de re iudic. & tñ nõ inducit per certã scientiã. SOL. Ibi nõ agit de aliquo actu inductiuo nouæ promotionis tacitè, uel expressè: sed de simplici nominatione, in qua certa scientia nõ est apta inferre promotionẽ, neq; in actu nominãdi posset cadere clausula, Non obstãte: quę solùm apponit, ubi dispositiuè aliqd dicit, nõ enuncia tiuè. Meritò igitur nõ potest dici, q̃ ibi certa scientia subrogeat loco clausulæ, Nõ obstãte, quæ ibi cadere nõ põt. Sed ubi princeps diceret, Volumus ex certa scientia te esse comitẽ, & haberi p̃ comite, uel p̃ alio simili, bene diceret tunc, q̃ certa scientia operet idem, ac si diceret, Volumus te esse comitẽ nõ obstãte aliqua l. supple, quę ibi resisteret, quò minùs esse possis: quia ista sunt uerba dispositiua, in q̃bus cadit ista æquipollẽtia clausularũ: nõ sic in enunciatiuis. Et ex his est confirmata & defensata nouis modis ista quarta fal. ¶ Modò est dupliciter limitanda. Limita primò hãc iiij. fallentiã, nisi princeps rescribat cõtra l. habentẽ clausulã derogatoriã: qa non sufficit certa scientia, sed necessaria est mentio illius iuris, ut latè firmat hîc do. Ab. Nec alibi reperi ita clarè. Et inducit uerba Bu. hîc, & Ioan. An. in d. c. unico, de excess. præla. in vj. Facit, qd̃ dixi in iiij. fal. præcedentis regulæ, q̃ non sufficit clausula De plenitudine potestatis, quãdo scribit contra l. habentẽ clausulã derogatoriã. Et dicunt hîc But. & Domi. q̃ non ualet rescriptũ contra hãc decretalẽ, si non derogat ei expressè, etiamsi Papa exprimeret se certificatũ de distãtia loci: qa debet seruari forma huius capituli habẽtis clausulã derogatoriã ad rescripta. licet Gof. & Io. An. hîc aliud dicãt, quorũ opi. seruaret in practica, sm eos. Qd̃ uerbũ no. ¶ Et pro ista limitatione Ab. pondera subtiliter gl. in l. j. in uerbo, relinquat. ibi, nisi ex certa scientia. dicendo, Non obstãte l. unica, C. de pe. bo. subla. li. x. nam tex. ibi ponit clausulam derogatoriã ad rescripta, dũ dicit, q̃ non relinquatur locus rescripto aduersus illã l. & gl. Non dicit simpliciter, q̃ requirat certa scientia, ut derogeť illi legi, sed ultrà, p̃cedit declarãdo, qualiter dicet tunc certa scientia, uidelicet dicendo, Non obstãte tali l. Ad idẽ uide gl. in l. omnes. in uerbo, usurpationẽ. C. de aquæ ductu. li. xj. iuncta l. fi. C. si cõtra ius, uel uti. pub. ubi rescripta cõtra remp. habent clausulã derogatoriã. Et istas duas gl. no. Alex. in l. iij. §. si is, p̃ quo. ff. qd̃ quisq; iu. ¶ Et fortè de ista limi. est casus in d. c. porrecta. de confir. uti. uel inuti. & in d. c. ex parte. de cap. mo. Et intellige hanc limi. in l. habẽte clausulã derogatoriã: secus in statuto: qa in rescripto principis illi cõtrario semp̃ sufficit certa scientia, sm Bal. pulchrè in l. fi. in fi. C. sen. resc. nõ pos. & in l. j. quibo. ced. pos. ¶ Limita secundò hãc iiij. fal. dum modò princeps cõcedat rescriptũ, uel priuilegiũ contra l. tantùm, uel cõtra respub. quæ ipsius sunt, uel aliã gratiam faciat, absq; eo q̃ aliqd̃ ius alicui auferat, uel notabile præiudiciũ inferat. Sed si rescribit cõtra uim l. & ius singulariũ personarũ, non ualet concessio etiã ex certa scientia: quia imperator non uult eã ualere, nisi apponat clausulam, Non obstante. Ita declarat Bal. in proœ. feu. uer. item dicit And. de Iser. alle. no. in §. fi. in authen. quibus mo. na. effic. sui. & qa merè fauorabilia, licet legitimos iuris tramites rumpãt, tamen faciliùs dispensatio nem recipiunt, q̃ merè odiosa. Allegat l. cùm quidã. ff. de lib. & posth. Idẽ tenet Sal. latè in d. l. fi. C. si cõtra ius. allegans etiã gl. j. in fi. in l. iij. §. si is, pro quo. ff. qd̃ quisq; iuris. quæ dicit, q̃ ubi rescriptũ tollens exceptionẽ emanuit ex certa scientia, ubi apposuit imperator clausulam, Non obstãte: & sic nõ sufficiebat certa scientia, per illã gl. Et idẽ tenet Bu. in d. c. quæ in ecclesiarũ. ibi, aut taliter. & Alex. in d. l. iij. §. si is, pro quo, ppter derogationem taliũ rescriptorũ, quam facit l. in d. l. quoties. C. de preci. impe. of. Ideo oportet, q̃ per clausulam, Non obstante, derogeť illi legi: arg. l. si qs in principio testamẽ-

ti. de leg. iij. fm eum. Et idem tenet Nico. Myl. in reper. in uer. priuilegiũ. §. priuilegiũ contra ius. in fi. & Bal. in authen. hoc inter liberos. ad fi. ibi, si aũt uergit. C. de testa. & Martí. Laud. in trac. De rescriptis & priuileg. §. iij. Bene faciũt pulchra uerba Pau. de Cast. cons. clvij. inci. Quæstio ista uertit. ad fi. ubi dicit, q̃ clausula, Ex certa scientia, nunq̃ operat in præiudicium tertij [a], de quo nõ apparet principẽ fuisse informatũ, etiamsi princeps dicat, se ex certa scientia cõfirmare actũ inualidum. Et dicit Bald. in l. impetrata. C. sen. rescin. non pos. q̃ operat certa scientia principis solùm in his, quæ sunt iuris, de quibus princeps præsumitur habere notitiã: non aũt operat in his, quæ sunt statuta & consuetudines. Quod dicit esse bene no. Et sic intellige Bart. cons. clxxxvj. inc. Ciuitati Camerini. ibi, præterea dicta concessio. ¶ Excipiunt [13] ab ista limitatione duo casus. Primus est, quãdo Papa rescribit in beneficialibus in præiudicium alicuius: qa cùm in illis habeat potestatẽ plenissimam, c. ij. de præb. in vj. cle. j. in fi. ut li. pen. ualet rescriptũ [b] sine aliqua clausula, Nõ obstante, si aliàs cõstat de eius intentione, secũdũ But. in c. quæ in ecclesiarũ. & ibi Imo. uer. si aũt rescribit. s. ti. proxi. Pro quibus faciũt, quæ reduxi ibi. ¶ Secundus casus est, quãdo agit de modico præiudicio tertij: quia sufficit certa scientia, per d. l. idẽ Vlpianus. in fi. Quã ita intelligit Alex. in d. §. si is, pro quo. Et hoc etiã uoluit Bart. in d. extrauag. ad reprimendum. & sequitur Abb. hîc, dũ dicunt, q̃ ille text. loquit̃ in beneficio: appellant enim beneficiũ esse priuilegiũ concessum contra ius, dum modò non ad præiudicium alterius. ¶ Et licet ibi præiudicetur aliqualiter pupillo, in quantũ absoluit tutor à tutela, tamen illud præiudicium non est considerabile: tum, qa uenit in consequentiã ad beneficiũ concessum: tum, qa non adfert præiudicium diminutiuum patrimonij. Potest enim dari alius tutor illo remoto, ut dicit Bar. in d. uer. non obstãtibus. Sic etiã intelligitur text. in c. pe. de confir. uti. uel inuti. ibi enim princeps disponebat contra ius, ratificando actum de uoluntate partiũ. Vnde sola cõtradictio iuris debet ibi considerari, & nõ partis præiudicium. Ex quibus remanet discussa clarè ista iiij. fal. ¶ Reliqua de clausula, Ex certa scientia, uide per Nic. Myl. in reper. in uerbo, Scientia certa. & in locis allegatis, & in alijs reper. Quibus adde, quæ dixi de excep. cùm tex. ubi etiam posui latè quæstionem difficilem, quãdo dicat̃ constare de certa scientia principis. Et faciunt, quæ dixi in c. cùm olim. de re iudic. declarando, quando princeps præsumat̃ circumuentus. ¶ Fallit quintò prædicta regula, ubi in rescripto est clausula, De plenitudine potestatis: quia per illã apparet, quòd princeps uult disponere supra ius: & ideo æquipollet clausulæ, Ex certa scientia, & clausulæ, Non obstante, ut sentit do. Abb. in c. ad hæc. uer. ex his infert. s. eo. dũ expressè innuit, potentiorem esse clausulã, De plenitudine potestatis, clausula Ex certa scientia [c]. Et istã fal. notat Vitalis in libro ij. de clausulis, f. 6. Pro quo uide etiã Bal. in c. cùm accessissent. uers. item ipse solus. s. ti. proxi. & Bald. in l. eos. in prin. C. de app. & Ioan. de Ana. cons. lxxxj. & Lud. Rom. in sing. cccclxiiij. inci. Dixit aliàs, quòd nunquam. & Bald. in l. fi. post prin. uersi. uel dic, aut princeps. C. senten. rescin. non pos. Et idem sentit Bald. in l. si testamentum. C. de testam. dum dicit, quòd princeps nunquã uidetur uti plenitudine potestatis

a *In præiudicium tertij*] *Ad qd̃ uide no. per do. Soci. cõs. cclxxij. inci. Non prosequẽdo. uer. præterea hoc idẽ. in ij. parte. & ibi uide etiã de clausula, Non obstante, an præiudicet iuri tertij.*

b *Valet rescriptum*] *Adde do. Abb. in c. ea, quæ. de re iudic. in uer. ex quibus omnibus. et Bar. in l. cõficiuntur. in prin. ff. de iure codic.*

c *Ex certa scientia*] *Vide Andre. Bar. in cons. quod est post cons. ciij. Alex. iiij. parte.*

c. nonnul li.

ſtatis contra ius, niſi apponat clauſulã, Non obſtante, ita clarè, quòd appareat de eius mente, ꝙ intẽdit uti ſupremo iure poteſtatis ſuprem æ. Et nõ dicas, quòd imo Bald. in iſtis uerbis uidetur uelle, ꝙ clauſula, De plenitudine, non æquipollet clauſulæ, Non obſtante: quia imo uult. quòd ſi clarè apparet, ꝙ uult uti ſuprema poteſtate, tunc uidetur dicere, Non obſtante, per ipſa uerba Bald. rectè intellecta. Poteſt tamen etiã aliter conſtare, ꝙ utatur plenitudine poteſtatis, ut per Pau. de Caſt. in locis, quæ allegaui in d. c. cùm inter. de excep. Iſtã ſal. ſentit etiã Ab. in c. inter dilectos. uer. item dico. de fi. inſtru. dum dicit, ꝙ ubi eſt clauſula, De plenitudine poteſtatis, ibi nõ poteſt opponi defectus iuris poſitiui: quia tunc uidetur princeps diſponere ſupra ius. Ergo ſentit, quòd perinde eſt, ac ſi diceret, Non obſtãte. Et iſta no. quia iſtã ſal. non reperio ſpecialiter tactã, niſi quãtum colligit ex uerbis prædictarum authoritatum. ¶ Fallit ſextò hæc regula, qñ † reſcriptum eſt geminatũ ꝓ ſecundã iuſsionem: quia tunc talis ſecunda iuſsio habet uim clauſulæ, Non obſtãte. Ita decîdit Io. An. in c. porrecta. de cõſtit. uti. uel inuti. & ſequunt ibi omnes, dum dicit Io. An. ꝙ ſi emanat ſecunda iuſsio, dicit Papa ſcribere ex certa ſcientia. Allegat text. in authen. de manda. princ. §. deinde. & in §. & hoc uerò iubemus. in authẽ. ut nulli iudic. & ſequit Alex. in l. iij. in prin. ff. quod quiſq; iur. ¶ Et ſic no. ꝙ ſuſpicio ſubreptionis, uel falſitatis, quæ eſt in primo reſcripto non habente clauſulã, Non obſtante, uel æquipollentem, purgat per ſuperuenientiam ſecundi reſcripti. Et ꝙ ſecunda iuſsio habeat uim clauſulæ, Nõ obſtãte, tenet But. in c. j. uer. ſaluari poteſt dictum Legiſtarũ. §. eo. quæ in eccleſiarũ. uerſ. quãdoq; eſt dubiũ. de conſti. ubi æquiparat iſta duo, uel ꝙ ponatur in reſcripto clauſula, Non obſtãte: uel, ꝙ emanet ſecunda iuſsio. Idem no. Ni. Myl. in repe. in uerbo, priuilegium. §. priuilegiũ contra ius. in fi. Ad idem glo. in c. j. in uerbo, noſcatur. de conſti. in vj. & glo. ſ. in c. reſcripta. xxv. q. ij. & gl. j. in l. nec damnoſa. C. de preci. impe. offe. quæ dicũt, ꝙ ubi non conſtat de certa ſciẽtia, debet expectari ſecunda iuſsio: ergo ſecunda iuſsio habet uim clauſulæ, Ex certa ſcientia. Bene facit tex. in c. ſi qñ. §. eo. & ibi de hoc dixi ad fi. Et tetigi, an ſit uerum, ꝙ geminatio reſcripti habeat uim clauſulæ, Motu proprio, prout uoluit Bal. in d. l. nec damnoſa. Imo dixerunt aliqui, ut refert Cy. in l. fi. in iij. q. C. ſi contra ius, uel uti. pub. quòd ſemper debet expectari ſecunda iuſsio: qa dato, ꝙ dicatur in primis literis, Non obſtãte, l. nihilo minus reſcriptũ contra ius præſumit falſum: quia falſator reſcripti, ſicut alia poſuit, ita potuit apponere clauſulã, Non obſtante. Tamen iſta opi. cõmuniter non tenet, ut dicit etiam But. in c. j. §. eo. ¶ Pro quo conſidera: quia, ſm iſtã rationem, ſequeret aliud non concedendũ, uidelicet ꝙ nec ſecunda iuſsio ſufficeret: qa ſicut præſumit falſaſſe, ſm iſtos, primum reſcriptũ, in quo non eſt clauſula, Nõ obſtante, ita potuit falſaſſe totum. Secundũ hoc aũt nõ conſideraꝫ per iura prædicta. Ergo iſta ratio nõ ꝓcedit. ¶ Pro iſta fallentia facit: qa actus geminatus eſt longè fortior, & magis operatur, ꝙ actus ſemel tãtùm factus: ut patet ex dictis per Lu. Ro. in l. ſi uerò. §. uiro. xxxj. fallen. ff. ſolu. matrimo. ubi poſuit xix. potentias geminationis actus, quas poſtea multi uſurparũt. Et reperitur longa apoſtilla Alex. in l. cùm ſimus. C. de agric. & cenſi. lib. xj. & ultra Lu. & Alex. dixi aliqua in c. ſi cautio. de fi. inſtr. & plura dicent aliàs. Quo ad propoſitum facit: quia non uidetur ueriſimiliter cadere error in actu reiterato: ergo præſumit certa ſcientia. Ad hoc facit glo. in c. ex literis. in uer. admonita. de diuor. quæ dicit, quòd in confeſsione deliberata nõ præſumitur error: de qua tamẽ diſputat Alex. in l. j. C. de erro. cal. Et ubi actus reiteratur, ibi præſumitur deliberatio, c. ſi quis iratus. ij. q. j. Vnde dicit Bal. in tractatu, De ſchiſmaticis, quem poſuit in rub. C. ſi quis aliquem teſta. prohib. uer. reſpondeo ſæpe in matrimonio, &c. ꝙ ubi interuenit ſecunda conſideratio, ibi præſumitur plena deliberatio, per tex. cum gl. in d. §. & hoc uerò iubemus. Per quẽ dicit, quòd qui facit actum bis, non uidetur contra illum poſſe opponere. Facit etiã, ſecundum eum, tex. in l. j. §. ſuprà dictis. C. de emen. Iuſtin. cod. ibi, quẽ repetita prælectio probabit. & facit c. olim. §. eo. in uerbo, ſemel & iterum, ſecundum eum. ¶ Fallit ſeptimò dicta regula, quando † reſcriptum emanat in fauorem reipublicæ: quia licet ſit contra ius, nõ requiritur in eo clauſula, Non obſtante, ſecundũ Abb. hîc latè poſt Bar. in extraua. ad repri. in uerb. non obſtantibus. per l. quidã conſulebant. ff. de re iudic. in fi. nam quando reſcribit ad utilitatem publicã, nulla præcedit clauſula derogatoria: quia lex, reſcripta. & l. nec damnoſa. ſæpe allegatæ habent in ſe clauſulã derogatoriã ſolùm ad reſcripta ad utilitatem partium conceſſa, ſecundum eum. ¶ Conſidera tria. Primò, quid dicendum in omni reſcripto, quod nõ cõcederetur ad utilitatẽ priuatã, nec etiã ad publicã: nam ex iſtis uerbis Bart. uidetur directè inferre, ꝙ tunc non requiratur clauſula, Non obſtante, neq; æquipollens: non enim fundat ſe Bar. in fauore reipub. ſed in ceſſante ratione l. derogantis reſcriptis. Et multa exempla dari poſſent: putà, ſi diceret in reſcripto conceſſo inter clericos, ꝙ inſtantia litis mouendę finiretur triennio: non enim dicitur tollere ius aduerſæ partis, nec ei præiudicare: & etiã non concernit remp. Vnde uideꝫ ualere, licet non habeat clauſulã, Non obſtante: & ſit cõtra ius, de quo in c. uenerabilis. de iudic. Tamẽ hoc exemplum non affirmo: quia ex peremptione inſtantiæ peribunt acta in præiudicium partis. Aliud exemplum dari poſſet, ſi in reſcripto diceretur, ꝙ iudex poſſet ferre diffinitiuã ſtando: hoc enim nemini præiudicat, & eſt contra ius, de quo in c. fi. de re iudic. in vj. Nec obſt. quæ dixi in quarta fal. uer. modò dicet quiſpiam. quia, quod ibi dixi, intelligitur, quando reſcribitur contra ius in præiudicium partis: hîc uerò ſimpliciter contra ius. ¶ Cõſidera ſecundò, ꝙ † omne reſcriptum emanans ad utilitatem eccleſiæ, licet ſit contra ius, & non habeat clauſulam, Non obſtante, ualebit, dum modò non præiudicetur tertio. Ita uidetur inferre iſta fal. attento, quòd idẽ fauor debeꝫ eccleſiæ, qui debetur reip. & maior, ut in c. quid ergo. xxiij. q. iiij. Et ibi dicit gl. & Arch. ꝙ ius eccleſiæ dicitur ius publicum, per l. j. §. ius publicũ. ff. de iuſt. & iur. & j. diſt. ius publicum. & facit glo. in c. j. in uerbo, minoris. de reſt. in inte. Tamen ſtante prima conſideratione, iſtud de repub. & de eccleſia nõ uidetur multùm importare: quia aut reſcriptum alteri præiudicat, & tũc etiamſi prodeſſet reipublicæ, uel eccleſiæ, non ualebit, ſecundum dicta Bart. & Abb. de quibus ſ. Aut nemini præiudicat, & tunc nihil ſpeciale in iſtis: qa ualebit pro quolibet etiã contra ius, ut in d. j. cõſideratione. Et hoc modo haberemus maximã limitationem ad totã hanc materiam. ¶ Conſidera tertiò ſubtiliùs: quòd ſi prædicta eſſent uera, nunq; eſſet utilis in hac materia clauſula, Ex certa ſcientia. Probatur ſic: aut reſcriptũ erit ſolùm contra legem, & non contra tertium: & tunc etiam abſq; clauſula, Ex certa ſcientia, ualebit, per prædicta: quia iura non derogant reſcriptis contra ius, niſi præiudicent tertio. Aut erit in præiudiciũ tertij: & tunc non ſufficiet certa ſcientia expreſſa, uel tacita: ſed requiritur clauſula, Non obſtante, ut fuit latè concluſum ſ. in ij. limitatione iiij. fal. Et ſic clauſula, Ex certa ſcientia, nunq; aliquid operaretur. Et iſta non reperio ab alijs tacta.

Ad euitandos iſtos nouos ſcrupulos cogitabam, ſi poſſemus dicere, ꝙ iſta fal. procedat ſolũm, prout loquitur Bart. & Abb. uidelicet quando reſcriptũ contra l. reſpicit utilitatem publicam: & non procedit, quando eſt contra l. & non fauet iuri publico, licet noceat priuato. Et dicamus,

mus, quòd ratio, propter quam nõ ualent regulariter reſcripta contra ius, non eſt illa ſola: quia lex ciuilis, de qua in d. l. quoties. & in d. l. nec damnoſa. deroget reſcriptis præiudicãtibus tertio, prout iſti dicunt: ſed alia generalis, quam conſiderat gl. in c. j. in uerbo, noſcatur. de conſti. in vj. quòd princeps in dubio nunquam præſumitur uelle ſubuertere iura, c. eccleſia. Io ult. de elect. Idem ſentit Inn. in d. c. dudum. de deci. dicens, quòd confirmatio in dubio non refertur ad actum, qui eſt contra ius: & non diſtinguit, an noceat tertio, uel non: nec etiã iſtud conſiderãt allegati in regula. Et loquẽdo iſto modo non poterimus inferre prædicta, quæ eſſent abſurda. Non enim erit uerum, quòd reſcriptum contra ius nemini præiudicans non exigat clauſulam, Non obſt. uel æquipollentẽ: nec erit uerum, quòd clauſula, Ex certa ſcientia, reddatur inutilis. ¶ Et ſi diceres: ergo iſta fallen. non habet fundamentũ, quia eſſet contra reſcripta, quæ ſunt pro republica: obſtat dicta ratio de præſumpta uolũtate principis: ad hoc reſpõderetur, quòd propter authoritatem Barto. quam non reperio in hoc damnatam, ſtabit iſta fallẽtia: & erit hoc ſpeciale fauore reip. & etiã fauore eccleſiarum propter ſecundã conſiderationem. Et iſtis caſibus non præſumemus principem motum importunitate petentium, ſed intuitu talis materiæ à iure plerunq; priuilegiatę. Et ad hoc induci poſſent in ſimili multi alij no. fauores, quos reperio ſparſim in iure deſcriptos in fauorẽ reipublicæ. Et xiiij. fauores poſuit Lu. Ro. m. in l. ſi uerò. §. de uiro. in x. fal. ff. ſol. ma. Et faciunt, quæ de fauoribus fiſci ponit Bald. in l. j. ad fi. C. de hæred. uel ac. uen. ¶ Et ultra iſtos uidemus, quòd priuilegium generaliter indultũ non includit caſum publicę utilitati contrarium, ſecundum Bal. in l. iubemus. la. j. in ij. no. per illum text. C. de ſac. ſanct. eccleſ. & includere non ualeret, ut ibi: & ſequitur ibi do. Floria. & Lu. Ro. plura allegans, conſ. cccxxxvj. Idẽ ſentit Bal. in l. quod ad præſens. in fi. C. de murileg. li. xj. dicens, quòd in uerbis generalibus ſtatuti intelligiꝫ excepta utilitas. Vnde ſi conductores ualiti tenentur ad certam quantitatem piſcium pro quolibet die, & ſuperueniat magna multitudo forenſium, poſſunt cogi, ut maiorem quantitatem uenalem exponãt pro publico honore & commodo. Multa etiam pulchra inuenies per Alex. in l. ſi ex toto. ad fi. ff. de leg. j. dum cõroborat opi. Dy. & communem ibi, quòd generalis conceſsio immunitatis ab oneribus non extẽditur ad caſum ſuperuenientis nouæ neceſsitatis propter guerrã fauore reipub. Vide ibi omnino. Et fauore publicæ utilitatis multa colligi poſſunt ab alijs non collecta. Et not. illud, ꝙ quando agitur de fauore publico, fit extenſio ex identi tate rationis de ſimilibus ad ſimilia,

a *In exorbitantibus*] *Adde Alex. de Imol. in l. j. de offic. eius. & in §. Chryſogonus. de uerb. obli. Et adde, quod de hoc habetur per Vin. Paleo. in ſuo conſil. qd'eſt ante conſil. xlvij. Alexan. de Imo. iiij. par.*

a etiam in exorbitantibus à iure, ſecũdum Bar. in l. ſi conſtãte. in prin. in ix. opp. primæ partis, ff. ſo. ma. & gl. in l. ſi lud. in uer. alia cauſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. & eſt tex. in l. certa. §. ſed & ſi qs. ff. de leg. j. & ibi Imol. No. Bart. in l. ij. §. exercitus. ff. de inſa. per illum tex. quẽ etiã allegat Domi. in c. ſtatutum. ante fi. de elec. in vj. & Dyn. in regula, odia. uer. ſed cõtra regulam. de reg. iu. in vj. Similiter dixit Bart. in l. quemadmodum. uer. ex hoc ergo patet. C. de agri. & cenſi. lib. xj. quòd fit extenſio ſtatuti fauore reip. ſicut extendit lex fauorabilis. Et ideo pœna ſtatuti punientis facientes maleficium, punient etiam fieri facientes, ſecundum eum: de quo exultat Lud. Ro. conſil. xxiij. quòd ſtatutum concernens publicam utilitatem dicitur fauorabile & pium. Et dicit Bar. in d. extraua. ad reprimendum. quòd dicitur cõſtitutio ſpecialis illa, quæ fauet reip. Et ſequitur Alex. in l. Neſennius. ad fi. prin. ff. ad l. Fal. Et ideo ſi ſunt duo ſtatuta & dubitatur, quòd ſit magis ſpeciale, per quod magis fauetur reipublicæ, cenſetur ſpecialius, per text. no. in l. properandum. §. fi. C. de iudic. iuncta l. fi. C. in quibus cau. in integ. reſ. non eſt neceſ. Ibi enim dicitur, quòd nulla præſcriptio currit minoribus: & ſic in materia præſcriptionum ſatis eſt hoc ſpeciale. Deinde dictus §. fi. uult, quòd in ſtantia currit minori, q. d. l. properandum. dicitur magis ſpecialis fauore publico dirimendarum litium. Et iſtam doctrinam pro no. ſequitur etiam Bal. in l. j. in iij. q. ff. de off. conſu. & Imo. in l. Gallus. §. ille caſus. in fi. ff. de lib. & poſthu. & Pe. de Anc. in rep. c. canonum. in x. q. §. tĩ. proxi. & Paul. de Caſ. in l. nõ eſt nouum. ff. de legi. & Alex. poſt Bal. & Ang. in l. Titiæ textores. ff. de leg. ſ. ubi plura ad hoc inuenies. Poſſent prædicta confirmari per tex. in l. ad beſtias. ff. de pœ. ubi licet nõ appelletur ab executore, l. ab executione. C. quo. app. non reci. tamẽ ſi damnat' eſt aliquis utilis reipub. debet ſuperſederi executioni, & conſulendus eſt princeps. Similiter dixit Inn. in c. licet. in fi. j. de regula. quòd diſpoſitio illius decre. circa petitionem licentiæ, licet non obtẽtæ, habet locum in omnibus alijs caſibus, in quibus uerſatur publica utilitas: de quo dic, ut exclamat dominus Pe. de Mon. in ſuo tracta. De poteſtate Papæ & concilij, licet non alleget Inn. in d. c. licet. ſed in c. cùm ad monaſterium. de ſtatu mo. ubi hoc non dicit. Et ex hoc infert do. Pet. quòd ſi Cardinales & prælati, qui ſunt ſub obedientia Papæ, petant licentiam eundi ad concilium, & ipſe eam deneget, poſſunt ire ea non obtenta, quando ex hoc imminet publica utilitas eccleſiæ uniuerſalis, fortè ad ſedandum ſchiſma inter duos de Papatu contendẽtes. Quod bene no. ad multa ſimilia. Et adde bonum tex. in l. ita uulneratus. ad fi. ff. ad l. Aquil. ibi, multa in iure ciuili contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt. Et habemus ſimiliter text. in c. abbate. propè fin. de reg. iu. in vj. Et dixit dominus Abb. in c. Apoſtolicæ. j. de except. quòd propter utilitatem publicam iudex abſoluit ex officio ab excommunicatione nõ petentem, per illum tex. quem dicit eſſe bene no. Similiter dixit Inno. in c. cùm iam dudũ. ad fi. j. de præben. quòd propter publicam utilitatem eccleſiæ uniuerſalis uiri literati ſunt extollendi ad pluralitatem beneficiorũ. Facit c. cùm ex eo. de elec. in vj. & c. de multa. in fin. de præbend. & c. ſuper Specula. de magiſt. ubi tales uiri uocantur ſtellæ eccleſiæ. Similiter Ludo. Rom. in ſing. cccxxij. dixit, quòd officiales ſtratarum poſſunt propria authoritate facere, ut deſtruatur domus unius priuati, ut ciuitas ſit pulchrior, per l. ædificia. C. de ædifi. priua. Vult dicere pro operibus publicis. Facit etiam no. dictum Bal. in l. ſi traditio. in prin. C. de act. emp. ubi dicit, quòd fauore publicæ utilitatis poteſt quis compelli ad factũ, per no. in l. ſtipulatio. ff. de ope. not. nun. Facit etiã, qd' no. Bart. in l. ij. C. de delatoribus. li. x. dicens, quòd quãdo una cauſa pertinens ad utilitatem publicam, eſt cœpta per unum delatorem, & ille moritur, uel ſe abſentat, poteſt iudex præcipere uni, ut proſequatur dictam cauſam ab alio cœptam, per illum text. Facit etiam tex. in c. fi. de transla. præla. ubi diſpoſitio extenditur propter publicam utilitatem. Et dixi in c. præcedenti, in vj. limi. Facit etiam, quod no. Bal. poſt lac. de Are. in l. ij. C. an ſeruus ex ſuo facto. ubi dicit, quòd ſtatutum nunquam interpretatur contra rẽp. in eo, quod poteſt tangere alios: quod dicit mẽti tenendũ. Facit etiam, quod no. Bald. in l. milites. in fi. C. de teſtam. mil. dicens, quòd reſpu. nunquam præſumitur concedere aliquibus officialibus arbitrium contra bonum publicum, etiamſi det eis plenum, liberum & generale arbitrium. Dixit tamen Bal. in l. ſi mater. in fi. C. ne de ſta. def. quòd reſpub. ligatur ſtatuto. Facit etiam, quod no. Card. conſil. cxlj. incip. Sanctiſſimus dominus noſter. dicens, quòd ſi reſcriptum principis repugnat utilitati publicæ, etiãſi

c. nonnul li.

non sit contra aliud rescriptum, tamen non est ei parendum, per text. in §. deinde competens. in authen. de man. prin. ubi dicitur, expectandam esse secundam iussionem. Facit etiam, quod no. Ioan. And. in addi. Spec. super rub. de execu. sen. in fi. probans, quòd si princeps non habet locum, in quo possit erigere furcas ad terrorem malorum, potest compellere habentem locum commodum, ut ipsum ei uendat, & ibi erigantur. Et est dictum Old. consil. clxj. ad fi. No. Pau. de Cas. in l. scien-dum. ff. de ope. no. nun. Facit text. in l. item si uerberatum. & ibi Bald. ff. de rei uen. & tex. in l. uenditor. §. constat. ff. communia prædi. ubi fauore reipub. potest auferri fundus alteri: de quo satis dixi in c. quæ in ecclesiarum. uer. causa autem legitima. s. ti. proxi. An autem & quando utilitas publica præferatur priuatæ, uide omnes in l. j. ff. sol. ma. & omnino domi. Abb. post alios in c. fi. de uoto. ubi inuenies duas fal. in quibus præfertur utilitas priuata. Et ista confirmant hanc septimam fal. & alibi non reperies reducta, ut clarè percipies, præmissa omnium copiosè scribentium indagine, nisi quis fortè posthac eadem alibi translatauerit. ¶ Fallit o-
17 stauò dicta regula, quando † aliquid conceditur contra ius, non in totum derogando, sed in aliquo detrahendo, uel differendo: quia tũc non est necessaria clausula, Non obstante, secundum But. in d. c. j. uer. aut non habet. s. eod. per illum text. Nam in rescripto habente clausulam App. re. non est necesse, quòd fiat mentio de iure. Ad hoc etiam text. in l. quoties. C. de preci. impe. offe. secundum eum. Et sequitur ibi simpliciter Domin. & in c. quoniam. xviij. dis. nam in l. quoties. derogatur rescriptis, ex quibus tollitur cognitio totius negotij: sed ubi inducitur dilatio solutionis, panditur aditus supplicanti. Vult dicere But. ut puto, quòd clausula Appellatione remota, non est contra ius in totum: quia non tollit omnino facultatem appellan-

a *Facultatem appellandi*] *Adde Bald. in addit. ad Specul. in ti. de appel. uersi. clausula, Appellatione remota.*

a di ²: sed oportet, quòd appelletur ex causa, de qua sit in iure expressum, ꝙ inducat legitimam appellationem: & sic nõ derogat in totum iuri communi, sed in aliquo ei detrahit: quia sine illa clausula potuisset appellare etiã ex causa iure non expressa. Item non tollit, quin per uiã querelæ possit reduci ad superiorem etiam ex causa iure non expressa, licet iudex primus non teneatur deferre appellationi, ut latiùs scribitur in c. pastoralis. de appel. ponendo de
18 effectibus dictæ clausulæ. ¶ Præterea † clausula App. re. non uidetur derogare solùm uni parti, & prodesse alteri. Quandoque enim operatur etiam pro impetrante, & etiam contra ipsum, si fortè reconueniatur, c. j. de mutu. peti. Et prædicta possunt trahi ad multa: uerbi gratia, quare est, quòd ubi committitur causa summariè sine strepitu, &c. non apponitur clausula, Non obstan. & tamen tollere ordinem iudiciarium, est rescribere contra ius? Patet ex glos. in c. fi. de hære. in vj. cum suis concor. quia potest dici, secundum prædicta, quòd nõ abrogatur in totum, quo ad illam causam: sed ei derogatur in parte, sicut est dictum de clausula, Appellatione remota. ¶ Fallit nonò & ultimò dicta regula, quãdo princeps rescribit in his, in quibus habet administrationem liberam, ut Papa in beneficialibus: quo casu licet rescribat contra ius, tamen ualet rescriptum etiam absque illa clausula, Non obstante, secundum But. in d. c. quæ in ecclesiarum. per c. j. de præb. in vj. & cle. j. ut lit. pen. Dicit tamen se non credere Papam rescribendo uelle derogare iuri alicuius, etiam in talibus materijs, per c. super eo. cum ibi no. de offic. dele. Et sequitur simpliciter Imol. in d. c. quæ in ecclesiarum. Idem tenet But. in c. j. §. eod. dicens, quòd opi. Legistarum, qui dicunt, quòd lex habet clausulam derogatoriam ad omnia rescripta, quæ sunt contra ius, non est uera in his, in quibus princeps habet potestatem liberam. Et hinc est, quòd licet delegãto causam faciat contra ius loquens de potestate ordinaria, non tamen facit mentionem de hoc. Alleg. Host. in c. cùm olim, lo j. super glos. iiij. de priuileg. Et ista dicta sequitur Ni. My. in suo reper. in uerbo, clausula. §. x. & sic transiui in d. c. quę in ecclesiarum. ¶ Sed certè ista dicta non uidentur bene fundata: quia licet dicta iura prohibent plenissimam potestatem Papæ in beneficialibus, ut latiùs deduxi in d. c. quæ in ecclesiarum. non tamen sequitur, quòd eo ipso, quòd in talibus scribit contra ius, uideatur uti plena potestate: & ideo attentis iuribus & rationibus allegatis in regula, uidetur quòd etiam in istis debemus præsumere, ꝙ etiã ubi nemini præiudicat, non intendat in dubio derogare iuri communi, per d. c. ecclesia. de elec. ¶ Præterea considera, quòd ubi agitur de derogãdo iuri positiuo circumscripto præiudicio tertij, ipse habet plenissimã potestatem, adeo quòd multi tenent, quòd ex sola uoluntate possit derogare iuri positiuo, ut per Inno. in c. cùm ad monasterium. de statu mo. dixi s. tit. proxi. c. j. in prima ampliatione iij. fal. & j. eo. ad audientiam. uer. nihilo minus. Attẽde bene. Ergo sequeretur, quòd quasi semper rescriptum offendens totaliter solùm ius commune, ualeret, licet non haberet clausulam, Non obstante. Et tamen hoc nemo concederet: quia etiam, ubi non agitur de præiudicio alterius, præsumitur rescriptum falsum, quãdo est directè contra ius commune, nisi habeat clausulam, Non obstãte, ut dixi s. in iiij. fal. uersic. modò dicet quispiam. Et ideo uidetur, quòd fundamẽtum huius fal. respiciens plenam potestatem Papæ in beneficialibus, non probet ipsam. ¶ Modò circa omnes istas fallẽtias uidetur dari notabilis restrictio, uidelicet quòd ubicunque dictum est ualere rescriptum contra ius cõmune, & sine clausula, Non obstante, debet intelligi, quando illud ius commune est notorium & uulgare: secus, si est singulare, maximè cùm de iure non apparet casus expressus, uel est dubium de intellectu iuris, uel constitutio est extrauagans: quibus casibus non ualet indistinctè rescriptum sine clausula, Non obstante. Ita no. Butr. in quadam repetitione c. j. uer. oppo. quintò. cum gloss. de consti. in vj. & sequitur Ni. Myl. in reper. in uerbo, priuilegium. §. xiiij. ¶ Pro quibus adduci possunt no. in c. pastoralis. de fi. instr. & per omnes in l. cùm prolatis. ff. de re iud. Ex quibus patet, quòd difficilius est recordari & habere notitiam de talibus iuribus, quàm de alijs. Et hinc est, quòd licet nõ admittatur positio iuris, quia ius certum est, ut per Bartol. in l. ornamentorum. ff. de auro & ar. leg. tamen non potest fieri positio iuris, in quo caderet uerisimilis ignorantia, ut est constitutio iuris extrauag. non famosæ. secundum Bart. ibi per d. l. cùm prolatis. ubi Scribentes declarant illud de famosa, uel ualde not. Similiter dicitur, quòd ualet sententia lata contra extrauagantẽ, ut plenè tradet in d. l. cùm prolatis. & scripsi opportunè in c. j. in iij. limitatione, de re iud. Et de lege obscura, uel habente uarios intellectus, quando excuset eius ignorantia, dixi in proœmio Decretalium, in prin. Cæterùm ubi extrauagans esset nota, non putarem procedere hãc restrictionem: quia præsumitur Papa de ea recordari, sicut de constitutionibus in iure insertis, ut etiam dicitur de iudice, qui si ferat sententiam contra talem extrauagãtem, non ualet, ut per omnes in d. l. cùm prolatis. & dixi in d. c. j. uer. secundus casus. ¶ Sed cogitabã, quomodo possit procedere ista restrictio. Nam aut isti sentiunt, quòd solùm in istis casibus sit necessaria clausula, Non obstante, & non in alijs. Et istud difficilè sustineretur per ea, quę dicta sunt s. Ex quibus patet, quòd in omni rescripto contra ius requiritur regulariter clausula, Non obstante, uel æquipollẽs. Aut sentiunt, quòd etiam in casibus, in quibus non requiritur clausula, Non obstante, quos s. enumerauit, debeat dari ista

ri ista restrictio, uidelicet nisi rescribatur contra ius singulare, &c. ut dixi s. & tunc non uidetur, quòd ista restrictio sit admittenda: quia fundatur in una consequentia non concedenda. Concludunt enim sic: Princeps ueri similiter non recordatur de iure singulari & extraordinario, uel de extrauaganti: ergo nunquam præsumitur illi derogare, nisi exprimatur: quia regulariter nulla dispositio trahitur ad incogitata & incognita, l. tres fratres. ff. de pac. c. ij. de renun. cum si. Nam certè istud est negandum: quoniam possibile est, quòd princeps non habeat explicitam notitiam alicuius iuris, & tamẽ etiam non facta speciali mentione illius iuris intendat illi derogare: putà, quando sumus in fallentijs s. firmatis, in quibus est conclusum, quòd non requiritur alia illa clausula, Non obstante, etiam quando scribit dando priuilegium, uel ex certa scientia, uel in fauorẽ reip. In istis casibus conclusum est s. quòd perinde est, ac si apponeret clausulam, Non obstante. Et ideo si sic est, non sequitur: ignorat aliquod ius, ergo illi non derogat: quia sufficit, quòd in rescribendo cogitauerit in genere de omni iure contrario, & quòd intendat contra illud disponere, etiamsi ignoret illud ius, per tex. in simili bene seruientem in l. qui iure militari. ff. de mili. test. ubi sufficit militem cogitasse filium exhæredare in genere, si contingeret ipsum habere filiũ, licet in specie ignoret se habere filium. De quo text. ad similia fit solennis mentio, ut per Ang. ibi, & in l. sicut certi. C. de testa. mili. & in l. tres fratres. ff. de pact. & in authen. res, quæ. C. communia de lega. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. & Imo. in c. fi. de dona. & Pau. de Cast. consil. ccxix. Super puncto. in fin. & multos alios. ¶ Præte- 20
a rea si esset uera ista consequentia, princeps non recordatur uerisimiliter de tali iure: ergo non intendit ei derogare, posset multoties sequi, quòd etiam extra casus ab istis exceptuatos generaliter clausula, Non obstante, non sufficeret: qa multi sunt casus in iure, quos princeps ignorat, uel propter iuris ignorantiam, uel propter defectum memorię. Quamuis enim dicatur habere omnia iura in scrinio pectoris, c. j. de cõsti. in vj. illud est uerum, quo ad interpretationem: glos. in c. pręterea. xxiij. dist. quam sequitur Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius, uel uti. pu. & domi. Abb. in c. ex parte. lo j. de offi. dele. Multoties enim fallit eum obliuio in iure, ut in iuribus allegatis per gloss. in c. si quando. de rescrip. & per gloss. iiij. & ibi Doc. in d. c. j. Vnde dicit Bald. in c. j. in fi. de confes. quòd licet Papa sit doctor utriusque iuris, eo ipso quòd est Papa, tamen est doctor authoritate, non scientia. Magis tamen placet præcedens consideratio, quàm ista: nam contra eam replicari posset, ꝙ ipsi assistentes Romano Pontifici, & per quorum manus transeunt signaturæ, rescripta & legum promulgationes, præsumunt scire iura ordinaria, & ignorare extraordinaria. Et sic intelligatur c. j. de consti. in vj. Dicet modò quispiam: ergo, quãdo rescribitur contra legem habentem clausulam derogatoriam, sufficit dicere, Nõ obstante l. absq; speciali nominatione. quia rescribens cogitat de omni l. obstante: quod non est concedendũ, per ea, quæ dixi s. in prima regu. SOL. Illud procedit propter formam datam à lege, quæ non potest seruari per æquipollens, ut dixi s. eo. cùm dilecta. Et ubi requiritur specialis mentio, non sufficit generalis, c. quia ad agendum. de procu. in vj. Et licet posset princeps omittere specialem nominationem, tamen non præsumit uel le hoc facere, ne reddat frustratoriam uoluntatem prædecessoris, qui apposuit clausulã derogatoriam. Sed in casibus prędictis non habemus iure cautum, quòd lex solitaria, uel singularis, aut peregrina, prout est extrauagans, indigeat speciali mentione. Ergo stabimus fallentijs s. positis, ut quatenus in ipsis est firmatũ, quòd non requiritur alia clausula, Non obstãte, intelligatur, quando rescribitur contra ius, qualecunq; sit, dum modò non habeat clausulam derogatoriam. Et ista no. tãquam nouissima, & ab alijs non discussa.

c. nonnulli.

Restant Enumeranda quædam fragmẽta circa naturam istius clausulæ, Non obstante, ordinando xviij. conclusiones, ex quibus habebis plura, quàm ponant Mod. dictionarij in suis reper.

19 ¶ Prima conclusio. Clausula †, Non obstante, aliquo priuilegio, non tollit priuilegia indulta miserationis causa, nisi de ipsis fiat expressa mentio, secundum Cy. in l. j. C. quando imper. inter pupil. & uid. De quo exclamat Marti. Lau. in trac. De priuilegio, §. xxxix. dicens esse notandum pro pauperibus hospitalibus, quibus cõceduntur priuilegia immunitatum. Et ultra eum facit, quia dicta clausula non tollit priuilegia concessa fauore piæ causę: putà ad fabricam, uel reparationem locorum piorum, ut est tex. bene no. in c. si propter. uer. intẽtionis nostræ. de rescrip. in vj. quem extollit Lud. Rom. in l. si uerò. §. de uiro. in xxiij. fal. ff. so. ma. & Vital. in lib. de clausulis, f. 6. in prin. addens text. in l. libertis. §. posthumis. ff. de ali. & ci. le. ubi derogatio beneficiorum ab aliquo collatorum non intelligitur derogare beneficijs, quæ ob causam alimentorum relicta sunt. ¶ Secunda conclusio. Licet expressè prohibeatur, quòd rescriptum principis concessum super tali negotio ex certa scientia regulariter non ualeat, tamen si princeps rescribit, & in rescripto dicat, Non obstante tali lege, ualet rescriptum, secundum Bart. in l. omnes. C. de aquæ ductu. lib. xj. Quod not. pro his, quæ dixi s. in vj. ampliatione primæ regulæ, & aliquid dicetur in cõclusio. xvij.

20 ¶ Tertia conclusio. Obseruantia † testamenti non debet tolli per temeritatem rescripti[a], secundum Bald. in l. testamentum. in fi. C. de testa. licet clausula, Non obstante, apposita per principẽ, deroget testamento. Et quamuis eius factum reprehendi non possit, l. ij. C. de cri. sac. tamen iniustè agit in semetipsum, secundum eum. ¶ Quarta conclusio.

21 Clausula †, Non obstante aliquo, nõ tollit determinationẽ legis antiquæ, secundum gloss. ij. in authen. de hære. quæ ab intest. in prin. & Bart. pulchrè in l. sciendum. in prin. ff. qui satisf. cog. ubi dicit, quòd per dictam clausulam non impeditur determinatio, quæ aliàs debet fieri per statutum antiquũ. Nam cùm text. in d. authen. dicat, Vacantibus prioribus legibus pro hac causa positis, gloss. supplet, s. quæ contra hanc l. facerẽt. Nec enim aliàs corrigit, quæ saluari possunt, & sic lex antiqua, per quam nõ destruitur noua, sed determinat, non erit correcta. Vnde dixit Bald. in l. iij. §. quæsitum. uer. decimò fallit. ff. si quis cautio. quòd clausula generalis posita in fine statuti, uidelicet, Non obstantibus quibuscunq; statutis, non derogat statutis specialibus. Allegat dictam gloss. & tex. in l. ita pudor. C. de adul. ¶ Limita primò, nisi in l. noua dictum esset, Non obstante aliqua l. quæ in contrarium generaliter, uel specialiter loqueretur, secundum Bart. in extrauag. ad reprimendum. uerb. non obstantibus. ad fi. Et sic nõ habebit tunc locum l. nam & posteriores. ff. de legi. quia leges antiquæ non limitabunt, nec distinguent legem nouam, secundum Barto. quem extollit domi. Abb. in c. ut debitus. uersi. secundò moueor. de appell. & ibi Philip. uersi. quarta ratio. & Baptis. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & Paul. in d. l. sciendum. & ibi Alex. allegans etiam Pet. de Ancha. in repet. c. j. de constit. ¶ Limita secundò, nisi appareat de mente l. nouæ, quòd uelit corrigere antiquam, etiã per

a *Obseruãtia testamẽti non debet tolli per temeritatẽ rescripti*] *Adde tu, quid si causa subest, & hæres defuncti consentiret, ut testamẽtũ alteraretur: putà, ad alium usum, quàm ad destinatum per testatorem, an isto casu legatus Papæ, uel episcopus possit dispensare? Vide Card. & alios in cle. ij. de religio. domi. in uer. quarto quæro.*

uerba generalia: quia córtiges eam, quamuis specialiter loquentem, secundum Imo. in l. si uerò. §. de uiro. ff. so. ma. Allegat glos. fi. in c. contra Christianos. de hæret. in vj. & sequitur Alex. in authen. ex testamẽto. C. de colla. & in d. §. quæsitum. Pro quo uide Bal. in l. in eum. C. de fur. ubi dicit, quòd licet lex imponat pœnam nouã pro delicto, non tamen per hoc tollitur pœna legis antiquæ: quia plures leges pœnales possunt super eodem facto disponere, nisi appareat aliud ex mente legislatoris, ut quia certum est, quòd pœnam antiquam uult agrauare, uel minorare: nam tunc recessum uidetur à pœna uetuerí, per l. quicum uno. §. qui pòst. in uer. recessum. ff. de re. mil. ¶ Quinta conclusio. Vbi sunt plura obstantia, non sufficit clausula generalis, sed de singulis defectibus debet fieri mentio, secundum Bald. in l. j. C. de fur. quia qui remouet obstaculũ, inducit effectũ. Facit, quod no. in l. si quando. in prin. C. de inof. test. cum concor. de quibus per eum. Et est simile, quod dicit Bal. in l. eam, quam. C. de fideicom. de clausula, Non obstãte, quæ ponitur in legitimatiõe circa expressionem defectuum, de quo meminí latiùs s̃. eo. c. proxi. ¶ Sexta cõclusio. Vbi † princeps derogat statutis laicorum, sufficit apponere generalem clausulam, licet non apponat tenorem statutorum [a], secundum Bal. in authen. omnes perigrini: ante fi. C. communia de succes. Et hoc est no. dignum pro literis Papalibus, secundum eum. Et idem ipse ponit in authen. nauigia. in j. no. C. de fur. Et non dicas, quòd per hoc limitetur præcedẽs notabile, ut non habeat locum in rescripto principis: & quòd in eo non sit opus nominare plura obstacula: quia, secundum hoc, præcedens dictum nihil importaret, cùm inferior à principe non apponat clausulam, Non obstante, ut j. in concluſ. xiiij. sed præcedens dictum limitabitur, ut non habeat locũ, ubi remouentur statuta. Et dicit Bald. in ti. de pa. Constan. in uer. libellarię. quòd ubi rescribitur contra rescriptum, sufficit generaliter dicere, Non obstante, rescripto: sed ubi rescribitur cõtra l. oportet dicere, Non obstante tali l. Quod ultimum declara ex dictis s̃. in j. fal. ij. regulæ. Adde etiam Bald. in l. quia autem. ff. si quis omiſ. causa testa. ubi dicit, quòd clausulæ, Non obstantibus, quæ ponuntur in literis Papæ ad grauandũ & firmandum gratiam, nunquam operantur diminutionem, seu restrictionem, per illum tex. ¶ Septima concluſio. Vbi l. prohibet impetrare sub pœna, & prohibet iudicem, ne admittat impetrationem, ad hoc ut prosit rescriptum obtentum in contrarium, nõ sufficit, quòd in eo sit clausula, Non obstante tali l. quæ prohibet impetrari: sed oportet, quòd dispẽset, ut iudex possit admittere: aliàs iudex rectè diceret, fatcor priuilegium ualere, & te excusatũ esse à pœna impetrandi, sed non possum rescriptũ admittere propter prohibitionẽ l. Ita dixit Bart. in l. neminem. C. de canone frumen. urbis Romæ. lib. xj. Quod no. quia prima facie uidereetur oppositum: cùm enim sit sublatum principale, s. prohibitio impetrandi, uideretur tacitè sublatum secundum, s. impotentia iudicis in admittendo, ex quo sine hoc secundo principale stare non potest. Sed potest fortè dici, q̃ ex quo sunt duæ prohibitiones, & sic duo obstacula, debent omnia remoueri, ut dictum est s̃. in v. conclusione. Et illud de accessorio & principali intelligatur, quãdo disponens de principali scit de accessorio: quia tũc præsumitur circa ipsum prouidere, iuxta ea, quæ de extensione dispensationis diximus in c. præcedenti. Sed ubi non est expressum per partem de alio impedimento, quamuis accessorio, principalis dispositio non operabitur circa accessoria, & imputabitur impetranti non exprimẽti omnia oportunè: & licet princeps præsumatur scire obstaculum iuris, tamen in rescriptis præsumitur eatenus cogitare de obstaculis, quatenus est expressum, ut patet per plura prædicta. ¶ Nihilo minùs cogitabitis: quia istud dictum Bar. habet solùm ipsius authoritatem, non autem uidetur probari in d. l. neminẽ. & non caret scrupulo, per prædicta. Nã contra solu. posset instari ex his, quæ dixi in d. c. precedenti, probando, quòd dispensatus super uno, uidetur dispẽsatus super alio, sine quo principale stare non potest. Ibi enim concurrunt termini similes istis, quoniam materia est odiosa, & adsunt plura obstacula, & tamen remoto principali sunt remota alia, sine quibus illud esse non potest. ¶ Si diceres: ergo in omni impetratione sufficit exponere concernentia actum principalẽ, & aliorum tacitur nitas non nocebit, quãdo sunt talia, sine quibus principale non operatur, negaretur hoc: sed est distinguendum, aut illa accessoria sunt facti, & tunc eorum tacitur nitas uitiat impetrationem: quia necp̃ implicitè potest dici principẽ cogitasse de ipsis: aut sunt accessoria, quæ ueniũt ex iuris artificio: & tunc si princeps cõcedit principale, præsumitur cogitasse de remotione eorum, quæ accessoriè possent impedire concessionem suam, ut in multis exemplis datis circa dispensationes præcedentes, uers. limita tertiò. Et ideo cùm in proposito intẽdat derogare l. prohibenti impetrationem, profectò uidetur sublata eadem lex, quatenus prohibet iudicem acceptare rescriptum, ne concessio sit eluſoria: sicut si dispensat ad sacerdotium, uidetur dispensare ad diaconatum, sine quo dispensatio nihil operaretur. Sed posſes replicare saluando Bart. quòd aut principale, super quo dispensatur, comprehendat accessorium ex intrinseca ui uerborum: & tunc procedãt dicta in c. præcedenti. Facit l. quidam consulebant. ff. de re iudi. Concessio enim de promouendo ad sacerdotium, uel de præficiẽdo ad iudicandum non habẽtem ætatem, habet de sui natura inclusam tacitam concessionem diaconatus: & sic etiam tacitam remotionem obstaculi ætatis. Et ideo sicut alibi dicitur, quòd solennitas intrinseca præsumitur interuenisse ex ui uocabuli, l. sciẽdum. ff. de uerbor. oblig. ita tacita cõcessio præsumit interuenisse ex ui cõcessionis principalis includentis in se accessorium. ¶ Si uerò principale nõ includit accessorium ex natura intrinseca uerborũ, tunc quamuis princeps cõcedat principale, tamẽ non uidet concedere accessoriũ, etiamsi est tale, sine quo principale stare nõ potest, ut posset millemodis exemplificari. Si enim conceditur rescriptũ contra Titiũ, non est cõcessum, ut impetrãs possit uti rescripto, si est excõmunicatus, dato q̃ istud sit accessoriũ, sine quo impetratio nõ ualet, qa de ipso princeps nõ cogitauit, nec uenit necessariò ex simplici cõcessione rescripti: sicut etiã in casu Bar. facultas admittendi rescriptũ nõ uenit ex ui uerborũ, & intrinsecus ex ipsa cõcessione rescripti. Et licet istud nõ sit qd facti, sicut illud de excõmunicato, sed iuris: tñ nõ præsumit̃ princeps cogitare de isto iure cõmuni, ubi agit̃ de cõcessione rescriptorũ, ut fuit, pbatũ in secũda regula, nisi ipsum ius cõmune ueniat ex ui intrinseca cõcessionis: qa inducit certã scientiã, qd̃ nõ fit in casu Bar. ut est dictũ. Et ideo possumus tã ãsire cũ Bar. ut sic sublata l. habẽte clausulã derogatoriã ad rescripta, nõ sit sublata eadẽ l. in quantũ impedit iudicẽ admittere rescriptũ: qa rememorãdo principi primũ, nõ est rememoratũ sm: nõ sic, ubi ex intrinseca ui materiæ est rememoratũ utrunq̃, s. principale & accessoriũ inseparabiliter annexũ, ut in exẽplo de sacerdotio & diaconatu. Et ista no. tanq̃ subtilia, & p̃ omnia nouissima. ¶ Octaua cõclusio. Licet † p̃ clausulã, Non obstãtibus, cõsuetã poni hodie in gratijs, deroget̃ statutis generalib⁹ omnia beneficia ecclesiastica respicientibus, tñ nõ derogat̃ p̃ eã alicui statuto singulari, nisi de illo expressa fiat mẽtio. Ita dicit gl. aurea Guil. de mõte Laudino in extrauag. sedes Apostolica. in uerbo, mutare. de qua exclamat Rota in ti. de præbẽ. cõclusione j. in nouis,

a *Tenorem statutorum*] *Adde do. Alex. de Imol. in conſ. ccxv. ij. par. ubi plenè, & cõſ. ciij. iiij. parte.*

nouis, dicẽs, ita fuisse obtentũ & sentẽtiatũ in Rota. Et istud limitat ibi Rota, dum modò sit statutũ laicorũ apositũ in fundatione, iuxta not. p̃ gl. in c. cùm dilectus. j. tit. prox. secus, si esset statutum clerici fundatum ex beneficio suo: quia talibus statutis patronorum ecclesiasticorũ præiudicatur per clausulas generales, Non obstantibus: per no. in c. cùm dilectus. de iure pa. Et ita dicunt fuisse obtentum. Sed contra hoc ultimum uidetur esse consil. Pet. de Anch. xvj. incip. Dominus noster Papa. & reassumit̃ etiã numero mihi cclviij. incip. Quæstio talis est: dominus noster, &c. quod propriè loquit̃ in fundatore ecclesiastico: & uult, quòd clausulæ generales, Non obstantibus, non operentur contra tale statutum. Et de isto consil. meminit Vitalis in lib. de clausulis, fol. 5. nisi intelligas ipsum, quòd ibi patronus clericus fundauit de bonis patrimonij sui: & sic regulabit̃ ius patronatus, tanquam laicale. Sed hoc est diuinare. Ideo dic, quòd loquitur, ubi clerici non processerũt statuendo, uel apponẽdo in fundatione modos & condiciones: quia talibus modis non appositis per uiam statuti non derogat clausula generalis, Non obstantibus statutis. Et q̃ ista sit intentio Pet. de Anc. patet in uerbis suis in uerbo, opinio ergo Ioan. And. &c. ubi intelligit dicta Ioan. An. in c. ei, cui. de præben. in vj. de quibus in sequenti conclusione in clausula cõcernente consuetudinem & statuta ecclesiastica. Sed ipse dicit se loqui in pactis & modis appositis in fundatione beneficij, de quibus non fiebat mentio. Et pro ista cõclusione facit, quod alleg. Imol. post But. in c. irrefragabili. §. excessus. de offic. ordin. ubi infert ex illo text. quòd si Papa mandat aliquid fieri non obstante consuetudine, intelligitur sublata consuetudo, quæ respicit omnes, nõ autem consuetudo specifica dans alteri priuilegium. ¶ Nona conclusio. Per † clausulam, Non obstantibus statutis, non intelligitur derogatum iuri communi, secundũ Rotam in d. decis. j. de præb. in nouis. Allegat Ioan. Mo. in c. cùm aliquibus. de rescrip. in vj. & alia sequitur Nic. Mylus in repertorio, in uerbo, clausula. in §. j. licet putẽ, quòd ipse fortè per errorem dicat. Idem, si dicitur, Non obstantibus iuribus & statutis: nam si diceret Iuribus, non uideo, quomodo istud dictum esset uerum. Neque sic loquitur Rota in loco præallegato, quæ aliàs est numero iij. ut ipse allegat, & eã reassumit Domi. in c. si pro clericis. de præben. in vj. ¶ Ex hoc infert Rota, ubi suprà, quòd si statuto ecclesiæ est ordinatum, ut promouendus ad certam capellam debeat esse in sacerdotio, habens literas ad uacaturam in illa ecclesia cum derogatione statutorum, poterit illam habere, licet non sit in sacerdotio: sed cũ isto moderamine, uidelicet quòd infra annum possit promoueri, & promoueatur ad sacerdotium: & sic differtur statutum, & non tollitur. Sed si non haberet ætatem, adeo quòd intra annum posset promoueri, illa clausula nõ prodest: quia licet tollat impedientia gratiam, non tamen tollit defectum personę, qui est inductus à iure communi disponente, quòd beneficium sacerdotale non debet conferri patienti defectum ætatis, c. ei, cui. de præben. in vj. & per clausulam, Non obstantibus statutis, non derogatur iuri communi, ut est dictum. Et per hoc reprobatur glo. j. & ibi Ioan. An. in d. c. ei, cui. Et prædicta fuit opi. Arch. ubi suprà, in qua latè insistit ibi Domi. post Lap. & Ioan. de Fant. cõcludentes contra gl. Quibus adde etiam omnino Alb. in j. parte statutorum, q. cxlvij. incip. Statuto alicuius ecclesiæ. in iij. col. cum seq. ubi latissimè impugnat Ioan. An. subdens, quòd cùm Ioan. An. existens Romæ fuisset de opinione sua reprehẽsus ab uno Cardinali, dixit se in scholis publicè reuocasse opi. dictæ suæ glos. Et dicit Alb. quòd postea alia uice fuit à multis obtentum & iudicatum Romæ contra Ioan. An. Et adde Rotã de præb. conclus. xxxviij. in antiquis, ubi dicunt, quòd clausulæ derogatorię statutorum, non derogant particularibus statutis requirentibus sacerdotium in promouendo: sed differunt. Vnde operãtur, & sufficit in proximis temporibus, quòd sit aptus ordinari, & ordinetur. Et adde Rotam in tit. de constit. conclusione iij. in antiquis, ubi dicunt, q̃ statutum priuilegium & consuetudo non tollũtur per generales clausulas, Non obstantibus literis Apostolicis, nisi de eis fiat expressa mẽtio. Et ad prædicta uide Domi. post Lap. in c. si propter. de rescript. in vj. ubi etiam subtiliter ponit, quãdo clausula, Non obstantibus, tollat impedimenta: de quo etiam per Old. consil. cl. incip. In ecclesia Valentina. ¶ Decima conclusio †. Clausula, Non obstãtibus in cõtrarium facientibus, tollit transactionem etiam pœnalem, secundum Card. consil. xxvij. incip. In Dei, &c. in causa & q. excellentissimi legum Doct. ad fin. per text. in c. cùm aliquibus. de rescript. in vj. iuncta gl. in uerbo, firmitate. ibi, putà uinculo pœnæ. Et ista generalitas sufficit ad tollẽdum, quicquid obstat, secundum eum remittentem ad Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, non obstantibus. & Ioan. An. in d. c. unico, de excess. præl. in vj. Et hoc, quando uenit ista clausula ad certum factum firmandum, iuxta l. omnes. C. de præscript. xxx. anno. Non autem sufficit ad inducendam nouam obligationem, putà quòd quis teneatur de casibus fortuitis. Et ita loquitur l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. secundum eum: allegat Ioan. Mo. in d. c. cùm aliquibus. Dicit tamẽ Card. unum, quod non placet, uidelicet quòd etiamsi transactio esset iurata, sufficit generalis clausula, Non obstantibus quibuscunq̃ in contrarium facientibus: nam istud est contra ea, quæ latè diximus in c. constitutus. per illum text. s̃. eo. & not. Lud. consil. cccxciij. Et ibi dictis adde elegans consil. Alexand. mihi dciij. incip. Viso puncto & accuratè pensato. ¶ Vndecima conclusio. Clausula tollens obstacula impedientia effectũ, non includit obstacula inducentia dilationem, secundum Domi. pulchrè in c. si propter tua debita. de rescri. in vj. propter gl. ibi in uerbo, impediri. quam dicit esse notabilem pro rescriptis & priuilegijs, in quibus ponitur clausula, Non obstantibus, &c. Et idem not. Cald. in isto tit. consil. j. & puto allegasse Domi. s̃. ¶ Duodecima conclusio. Clausula † Non obstantibus priuilegijs, non derogat priuilegijs clausis in corpore iuris [a]: dixi in c. j. uer. fallit tertiò. s̃. eo. & s̃. in isto c. in j. regula. Adde Budem tenentem in c. fin. uer. sed est dubium. de fo. comp. & Lud. consil. cccxcviij. Ibi etiam ponit certos alios casus, in quibus clausulæ derogatoriæ non derogant priuilegijs: putà, quando sunt concessæ gratia publicæ utilitatis. Text. per l. decurionibus. C. de ſilenti. lib. xij. quem not. Bal. in locis, de quibus per eũ. Alius est, quando agitur de priuilegio, cui non est uerisimile, quòd princeps fuisset derogaturus in specie, per not. per Ioan. And. in c. ei, cui. de præbend. in vj. ut latiùs per eum. Et hîc adde, quòd si dicitur, Non obstantibus omnibus in contrarium facientibus, non intelligitur derogatum priuilegijs continentibus liberalitatem principis, ut pulchrè per Old. consil. ccc. Factum tale est: magister militiæ. post prin. uer. existis ergo. ¶ Tertiadecima conclusio. Clausula, Non obstantibus, non est necessaria, quando per id, quod disponitur, redit ur ad ius commune. Ita dicit do. Maria. in re pe. c. qualiter. lo ij. q. v. art. xv. de accuſ. Allegat Bald. in l. si qua per calumniã. in fin. in aliquibus lecturis, C. de episc. & cle. Tamen

a *Priuilegijs in corpore iuris clauſis*] *Adde tu Bar. qui idem tenet in l. ij. §. legatus. ff. de iudic. ubi dicit, quòd talis clausula intelligitur de priuilegio ſpecialinon corpore iuris clauſo. Idẽ tenet Paul. de Caſt. in l. j. ff. de legi. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in uerſ. nõ obſtante. Vide etiam per Scribentes in authen. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi oportet. Adde ad iſta ea, quæ poſui s̃. in iſto text. in materia priuilegiorũ.*

hoc non dicit in lectura mea. Et confirmat dominus Maria. à simili, per id, quod not. glos. in c. iij. in uerbo, numerandum. de præben. in vj. per quam probatur, secundum eum, quòd in materia correctoria potest fieri extensio & larga interpretatio, quando per ipsam reuertimur ad ius cõmune. Et ad hoc alia similia possunt adduci, quæ satis plenè posui in c. cùm accessissent. s. tit. prox. ¶ Considera, quòd si hoc dictum esset uerum, sequeretur, quòd ubi rescribitur contra priuilegia, uel statuta iuri contraria, non esset opus clausula, Non obstante: quia per talia rescripta reuerteremur ad ius commune. Et hoc non est concedendum. Præterea sequeretur, quòd si scribitur contra ius commune nouum, & correctorium iuris antiqui, non esset necessaria clausula, Non obstãte: quia reuertimur ad ius commune antiquum: quod esset absurdum: quoniam lex abrogata & correcta non habetur in consideratione, ut per gloss. in c. j. s. tit. prox. & in c. nouit. de iudic. cum similib. Et illud ius nouum, est ius commune traditum obseruantiæ: & ideo ipsius mentio est necessaria. Præterea si per rescriptum reducimur ad ius cõmune, clarum est, quòd non est opus clausula, Non obstante: quia ipsum ius non obstat. Et ideo cogitabimus, quando istud dictum
27 posit uerificari. ¶ Quartadecima conclusio. Nullus† inferior à principe potest apponere clausulam, Nõ obstante iure communi, secundum Bal. in l. rescripta. uer. clausula, Non obstante. C. de preci. impe. offer. & l. cunctos populos. in lect. uer. tertiò probatur. C. de sum. trí. Facit gloss. in c. fi. de hære. in vj. de qua per Ang. & Imol. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Dixi satis s. eo. c. j. quòd legatus non tollit ordinem iudiciarium: & facit, quod est dictum s. in j. regula, in prima declaratione secundæ fallentiæ, probando, quòd inferior à principe non apponit clausulam, Pro expressis habentes. ¶ Quintadecima conclusio. Licet per clausulam, Non obstante, non augeatur gratia, cle. j. de præbend. tamen declaratur intentio circa concessum. Ita dicit formaliter Bal. in l. eam, quam. uer. sed pone. C. de fideicom. Quod no. ad illam cle. de qua feci longã mentionem reductis in simul plerisq; dictis aureis & non tritis, in c. licet. de offic. ordin.
¶ Sextadecima conclusio. Clausula derogatoria specialis debet habere post se generalẽ, putà, Non obstante tali l. uel quacunq; alia, secundum Bald. in l. unica, §. fin. ad fin. C. de Lati. liber. tol. per illum text. in uerbo, taceat lex Iulia. & si qua alia obstat. Nec reperit alibi melius istud formularium, secundum Bald. ibi, qui etiam reputat illum text. ualde notabilem, dum dicit, quantum in ea parte: quia probat, quòd clausula reuocatoria legis, uel statuti cõtrarij, reuocat eatenus, quatenus repugnantia reperitur, & non in alio: & sic lex, uel statutum potest pro parte ualere, & pro parte non, per illum text. cum gloss. quam dicit esse singularem & menti tenendam. Quod etiam pulchrè ponit Lud. consi. lvij. In causa uertente. & facit optimè, qd ipse no. cons. cccxxij. In casu proposito. uer. his tamen non refragantibus.
¶ Decimaseptima cõclusio. Vbi princeps approbat factum damnatum, requiritur clausula, Non obstante. Idem, si factum nõ est damnatum, sed est ei data forma, ut requiratur hæc clausula. Ita dicit Bal. in extrauag. de pa. Constan. in uerbo, libellariæ. uers. illud etiã. ¶ Decimaoctaua & ultima conclusio. Quæcunq; dicta sunt de præsumpta uoluntate Papæ in derogando iuri, puto habere locum etiam in rescripto Papæ: quod esset solum contra ius ciuile, & non cõtra ius Canonicum, per c. j. de ope. no. nun. cum multis alijs, quæ adduxi repetendo c. ecclesia. s. tit. prox. in j. q. in princ. Per quæ apparet, quòd nõ minùs afficitur Papa conseruatione iuris ciuilis, quàm Canonici. Et hoc intellige, nisi lex ciuilis explicitè, uel implicitè esset contraria iuri canonico, uel diuino: quia de tali l. non curat Papa: imo eam reprobat, ut fuit dictum in d. c. ecclesia. ¶ Et ex prædictis habes ordinatam & discussam istam ma
a teriã de clausula, Non obstante a, longè opulẽtiùs, quàm per alios Scribentes hîc, uel alibi: de qua uide etiam ali quid per Imol. in cle. dudum. §. huiusmodi. in fin. de sepult. post Guil. de monte Laudino: cuius uerba dicit ibi Imol. esse modicæ utilitatis, ideo non refero. ¶ Scias etiam, quòd si est narratum, quòd aduersarius gaudet beneficio certi priuilegij, & certi statuti, & petitum est eam committi non obstantibus prædictis, simplex signatura dicens, talis audiat & iusticiam faciat, non derogat illis. Ita reperio scriptum in apost. Alex. in l. fin. C. si contra ius, uel utili. pub. Alleg. Rotam decis. cclxxvj. quã nõ reperio. Nec puto istud dictũ procede re, p ea, quæ dixi in c. super literis. in quarta regula, s. eo.

a *De clausula, Non obstante*] *De qua etiam uide do. Alexan. de Imol. in suo cons. xxvij. j. parte, & do. Soci. consilio lxxxvj. incip. In causa communitatis castri. uer. secũdò probatur dicta cõclusio. in j. part.*

28 **Vlteriùs** Tangunt hîc Ioan. An. & alij, quid† si reus succubuit in causa principali, & appellat, nunquid in impetratione habebit respectus ad diœcesim suam: in quo uide, quæ scribit hîc Abb. & dic, ut per eum. Et faciunt, quæ ipse ponit in c. dilecti. de except. Et considera, quid si reus appellans impetrat rescriptum appellationis in loco distãte etiam à sua diœcesi ultra duas dietas: certè per dicta Abb. hîc uidetur, quòd rescriptũ ualeat: quia non potest dici, quòd reus originaliter trahatur, ex quo sponte seipsum elongat, nec originalis actor potest cõqueri, ex quo propriè nõ est reus. Et sic licet Abb. dicat, quòd potest impetrare ultra duas dietas à loco non remoto à sua diœcesi, tamen eisdẽ rationibus uidetur, q; idem, si locus esset remotus ultra duas dietas. Et pro dicto Ioan. An. & opi. cõmuni uide Cal. in disputatione, quę incipit, Statuto ciuitatis.

29 **Tangunt** Etiam hîc Doc. quid si† in rescripto fit mentio de hac cõstitutione, nunquid reus possit indifferenter trahi extra suam diœcesim? Ioan. An. post antiquos dicit, q;
b non: sed solùm per quatuor dietas b: b arg. c. fedes. s. eo. Fatetur But. quòd in practica seruaretur hęc opi. sed in iure dubitat: ex quo enim derogatur huic constitutioni, sumus in terminis iuris communis, secundum quos licebat priùs indifferẽter trahere. Respondet ad c. ij. v. q. ij. ubi secundus terminus non debet esse maior primo: & sic locus aditus non debet esse maioris distantiæ, quàm ibi dicitur, q; sic debet fieri: sed si non fiat, nec determinetur, nihil dicit. Respondet etiam ad d. c. fedes. q; illud procedit, quia sic ibi determinatum est: aliàs dictio Alius, bene comprehendit maiora, ut ibi no. Vel ibi illa enumeratio restringit genus: sed hîc determinatio rumpitur per rescriptum. Respondet etiam ad c. ij. de deci. in vj. ubi secunda concessio super decimis debet esse similis primæ: quia loquitẽ, quando expressè ad instar petitionis antiquæ fuit facta concessio. Et istã opi. sequitur Domi. hîc, referens Cald. hîc dicere, quòd Bononiæ fuit obtentum contra Ioan. And. licet opi. eius habeat æquitatẽ. Sed opi. Ioan. An. sequit hîc Pet. de Anch. per d. c. fedes. arguendo de personis ad loca, iuxta l. uinũ. ff. si cer. pe. Et idem Imol. hîc. Et istam opi. Ioan. An. approbat hîc do. Abb. quando fit commissio in loco ueri simile Papæ ignorato: quia non est credendum, quòd per uerba generalia uoluerit reum posse trahi ad loca remota: arg. c. ij. de rescript. in vj. Sed si commissio fieret in loco satis. noto, tunc sequitur opin. Butri. Quia ex quo facit mentionem istius constitutionis, & commisit in loco satis noto, uidetur uoluisse indifferenter, ut possit ibi conueniri: argum. l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. Et istam partem

b *Quatuor dietas*] *Quomodo aũt intelligantur dictæ dietæ, de quibus fit mẽtio hic, uide in Spec. de cita. §. j. circa prin.*

partem sequitur hîc And. Sic. dum modò causa sit modica: quia tunc non trahetur ultra quatuor dietas, per tex. in l. cùm post. C. de sen. de quo fuit dictum in principio huius c. Si uerò causa est magna, stabitur arbitrio iudicis, ut consideret remotionem loci, ad quem trahit reus extra diœcesim, arg. gl. in d. c. sedes. quæ dicit stari arbitrio iudicis, quæ causa sit grauior. ¶ Considera, q; uerior uidetur opi. Ioan. An. cum limitatione domini Abb. per d. l. idem Vlpianus, quã etiã in simili ponderat Abb. cons. lv. Et facit, qd no. Io. An. in regula, qui tacet. in fin. de reg. iur. in vj. in Mercur. & do. Abb. in disputa. incip. Augerio. uer. ampliando terminos, &c. Et conueniunt no. plenè in l. quidã consulebãt. ff. de re iudic. & in c. ueniens. de fil. presbyt. & quæ dicta sunt s. in ij. fallen. de certa scientia. Ex quibus probatur latè dicta conclusio, q; ex quo Papa scribit dãdo iudicem in loco, quem scit distare ultra plures dietas, & derogat huic constitutioni, uidetur uelle, q; iste tex. non obesset. Et sic stat motiuum But. Et considera, q; But. hîc in lect. mea uidetur posuisse opi. quam ponit Abb. dum in fi. huius artículi dicit But. q; si locus est expressus in rescripto, procedit opi. sua, q; tunc non habeamus considerare numerum dietarum, post quã locus est expressus. Sed si locus non est expressus, tunc procedat opinio Ioan. An. secundũ eum, licet Abb. & etiam Imol. hîc non referant. eum hoc modo. Et dicit Imol. q; opi. Ioan. An. seruaretur in practica. Et pro limitatione do. Abb. facit etiã optimè, qd dictum est s. in prin. de commissione facta delegato notorié residenti in certo loco distante à sua diœcesi, dum fuit dictum de episcopo in tali loco morante: quia censetur derogatum omni exceptioni dietarum. Ad idem, quod no. Bal. hîc, dicens: q; si Papa committat causam Perusinorum episcopo Florentino, ualet cõmissio tanquam facta ex certa scientia: quia aliter nõ potest intelligi propter distantiam loci. Et istud fuit dictum Ioan. And. hîc: & loquitur, quãdo Papa exprimit in rescripto distantiam loci, seu ipsa loca. Sed non placet But, quia hîc datur forma particularibus rescriptis, à qua non præsumitur Papam uelle recedere, nisi utatur clausula derogatoria, p ea, quæ dicta sunt s. in j. regula: sed proximè dicta loquuntur, quando expressè derogat huic cõstitutioni, & exprimit loca, sciens eorum distantiam.
¶ Et ultra ea, quæ dicuntur hîc circa computationem dietæ, tanguntur aliqua dubia, per Doct. in c. olim. j. de except. ubi inuenies, utrùm citatus teneatur uenire ad allegandum se distare ultra unam dietam: & quæ uia attendatur in computatione dietæ, & quædam alia, de quibus ibi, ubi de his opportunè scripsi.

30 **Collige** Etiam† ultra Scribentes hîc xj. casus, in quibus non habet locum ista exceptio de duabus dietis, præsupponendo, q; hodie sint redactæ istæ dietæ ad unicam, per c. statutum. §. cùm uerò. de rescr. in vj. ¶ Primus casus est, quando iudex potest se appropinquare nõ exeundo locum commissionis: quia tunc non attenditur, quòd à loco rei usque ad solitum locum iudicis sit una dieta, ut hîc per Abb. Et de hoc dictum est suprà in prin. ¶ Secundus casus est, quando scribitur alicui delegato exprimendo locum moræ, adeo quòd colligitur, Papam non curasse de distantia loci. Et de hoc dictum est suprà ante prædictas regulas. ¶ Tertius & quartus casus ponuntur in text. uidelicet ubi de cõmuni consensu partium: & ubi derogatur huic constitutioni. Circa secundum satis est dictũ suprà. De primo, scilicet de consensu, dicunt hîc Doct. q; gl. hîc olim dixit uerum: sed hodie, si impetrant ab una parte ultra dietam, nõ possunt literæ approbari ab alia parte, per c. statutum. in fi. eo. tit. in vj. de quo dixi in d. c. olim. de except. Qualiter autem partes consentiant etiã in actu impetrationis, & quis est stylus curiæ: dic, ut hîc per Host. & Ioan. And. quibus nihil adderem: & eos sim
c. nonnul li. pliciter referunt But. Imol. & Domi. hîc. Et dicit notanter Arch. in c. statutum. §. cùm uero. in uerbo, à fine. de rescript. in vj. quòd actor remotissimus potest reconueniri à reo p suas literas ab ipso actore impetratas: quia cùm ista constitutio sit introducta fauore rei, potest ei renunciari. ¶ Considera bene super hoc dicto Arch. quod alij non referunt ibi: nam si rescriptũ trahit reum ultra dietam, non potest etiam de eius consensu efficualidum, ut dixi. Si autem trahit infra dietam, uel derogat constitutioni, c. statutum. tunc potest istud dictum importare, quòd actor in illo loco potest reconueniri & sic erit dare casum, in quo ille, qui fingitur actor, prout est, reus in actu reconuentionis trahit quem ultra dietam, uel cogit ibi respondere. Et pro hoc facit æquitas, quæ seruatur in materia reconuentionis, in qua actor recipit contra se, quod priùs uoluit pro se, c. ij. de mu. peti. iij. q. viij. cuius in agendo. ¶ Quintus casus
31 est, quando † quis conuenitur in loco, ubi sita est res, de qua litigatur, ut habetur per do. Abb. in c. ex parte B. de fo. compe. quia iura indistinctè dicunt, quem posse conueniri, ubi res est sita, l. fi. C. ubi in rem act. c. fin. de fo. compe. sicut etiam ratione contractus, c. dilecti. eo. tit. Et allegat Innoc. in illo c. dilecti. qui hoc confirmat in reo conuento coram delegato. Ponit etiam Abb. in d. c. ex parte. si reus conuenitur extra locum, seu diœcesim, ubi res est sita, utrùm computatio dietarum possit fieri à loco rei sitæ? Et concludit, quòd non, nisi concurat aliud, uidelicet quòd reus habet domicilium, licet non principalius in loco, ubi res est sita: quia istis duobus concurrentibus, illud uidetur suum domicilium principale, quo ad causam subiectam, per illum text. Et ista dicta do. Abb. ualde commendat ibi Maria. & And. Sic. & do. meus de Aret. Ad istum casum adde, quæ dicentur post Imol. & Abb. j. c. prox. ¶ Sextus casus est,
32 quãdo quis promisit soluere, ubicunq; reperiretur, secundum Innoc. in c. dilecti. de foro compe. & ibi refert do. Abb. quia sicut iste potest conueniri corã quocunq; ordinario, ita coram delegato Papæ, cùm Papa sit ordinarius in quolibet loco, ix. q. iij. cuncta per mundum. Et sic nulla iniuria fit conuento, cùm contrahendo tacitè se obligauerit. ¶ Septimus casus est, quando † delegatus non est deputatus specialiter ad causam, sed ad totum unum territorium, uel prouinciam: quia potest trahere ultra unam dietam, secundum Domi. in c. ut officium. §. fin. de hære. in vj. propter dictũ Arch. ibi, quòd dicit se allegasse in facto, cùm Papa cõmisisset Archiepiscopo Florentino & alteri, ut inquirerent contra intrusos in toto dominio Florentinorũ, ut possent ultra unã dietam, uel extra ciuitatem Florẽtinam trahere, ex quo erant deputati ad totum territorium Florentinum. Et facit, quod dicetur infrà in xj. casu. ¶ Octauus casus
33 est, quando inspecto tempore impetrationis non erat distãtia duarum dietarum inter diœcesim rei, & locum impetrationis: quia licet ex pòst diuidatur una diœcesis in duas, adeo quòd fines restringunt, tamen ista restrictio & præsens status non attenditur in proposito, per text. in extraua. Ioan. xxii. quæ incipit, Sedes Apostolica. §. fi. de qua fit mentio per Ioan. And. & Domi. in c. statutum. §. cùm uerò. de rescript. in vj. ¶ Nonus ca-
sus est, quando † causa delegatur in curia: quia de stylo curiæ nõ habet ibi locum hæc decre. secundũ Compos. Ioan. An. But. & Imol. hîc, limitãtes, nisi aliquis esset priuilegiatus, q; nõ posset trahi ultra duas dietas, nõ facta mentione de priuilegio: nam si Papa sciuisset istud priuilegiũ, uerisimiliter uoluisset ipsum seruare, aut saltem difficiliùs rescripsisset: quę ratio cessat, ubi dat rescriptũ in curia contra nõ priuilegiatum. Et ita dicit Compost.
34 se obtinuisse. ¶ Decimus casus est † in executoribus gratiarum, in quibus nõ habet locum iste text. ut uidetur uelle Arch. in d. c. statutum. §. cùm uerò. Et idem Bal. hîc per istum text. in uerbo, ad iudicium. attento, quòd

coram

a *Vocandis] Quid autem operatur iſta clauſula Vocatis uocandis, uide in Spec. de alleg.& diſputat. §. poſt hoc. uerſic.not. & ibi Bal.in addi.uerſi. de clauſula.in medio,& in addi.ad Spec.in tit.de reſcript. præſenta. uerſ.ille,cui.& in Margarit.uerſic. clauſula. uer. iij. Et adde Rot.ĩ deciſ. ccclxxij. ſi in forma, in not. ubi uide omnino, & ĩ deciſ.ccclxxxvj. in antiq.*

coram talibus nō eſt propriè iudiciū in figura,licet aliquādo fit per cognitionem ſummariam. Sed But.& Imol. hîc,allegādo Rotā,intellígunt hoc eſſe uerum,niſi in reſcripto eſſet clauſula Vocatis uocādis[a]. Et idem uidetur dicendum, ſi executores uellent aſſumere uiā iudicialem,prout poſſunt,iuxta no.in cle.j.de off.dele.& per Innoc. in c.fi.ĵ. de præſum. quia iſtis caſibus habet locū iſte text.etiā in executorib. Et ita dicit But.hîc ſe cōſuluiſſe. Et idē ſentit Bal.hîc. ¶Adde Rotā in iſto tit. cōcluſione xxx.in nouis, quæ incipit, Ex hoc apparet.& in ti.iſto deci. xvj.in antiquis, quæ incipit,Not.ex hoc.ubi firmat iſtud,q̄ executores dati cū clauſula Vocatis uocādis, nō trahunt partem ultra unā dietā.Et uide Old.conſ. ccxcv.Orta materia quæſtiōis.ubi ponit utrunq; dictū,uidelicet q̄ in executore mero nō habet locū iſte tex.ſecus in miſto. ¶An aūt in iſtis habeat locū diſpoſitio c.ſtatutū.in prin.eo.tit.in vj.uide Rotā eo.tit. deciſ.xxxj.in nouis:& eo.tit.deciſ.xxv.in antiquis:& latiſsimè de reſcr.deciſ.vij.in antiquior.ex cuius fine poteſt colligi in hoc pulchra diſtinctio, ſecundum Domi. in repe.c.poſtulaſti.ſ.eod.Et per prædicta refert hîc do. Car.q.facti,in quo Papa commiſerat archiepiſcopo Rauennatēſi,ut faceret poni in loco ſecuro quendā nouitium fratrum Prædicatorum ueſtitum ab eis Florentię, quem parētes repetebāt tanq̄ ueſtitum inuitum, & cōmittebatur,ut requireret de eius uoluntate: q̄ talis cōmiſsio ualuit,non obſtāte locorum diſtāria: quia corā tali non trahebatur quis inuitus. Sed erat commiſſum nudum factum,ſicut dicitur de executoribus gratiarū, ſecundū eum dicentem ita fuiſſe obtentū. Et licet And. Sic.hîc impugnet hoc dictum,quia etiā hoc caſu cōcurrit ratio iſtius text.ſ.laborū & expenſarum:tamē poteſt reſponderi,q̄ ex quo non dicitur Vocatis uocādis, ſed ſolùm habet uocari ipſe nouitius, & exquiri eius animus,nō uidetur agi de laboribus & expenſis partium eo modo,quo fit in exercitio actus diſcutiendi uocatis ambabus partibus.Et ad hoc facit ſequēs caſus. ¶Vndecimus & ultimus caſus eſt in inquiſitore dato per literas Apoſtolicas: qa poteſt trahere ultra duas dietas, Ita dixit hîc Guil.Naſo,& Aegi.quos ſequitur Ioan.An. & Imol.per iſtum text.in uerbo, liti cedere.Et ſic loquit, ubi quis pōt cedere liti:quod non pōt fieri in caſu prædicto.Et facit,ſm eos,c.ad petitionē.de accuſ. Et intellige,ubi cōmittit inquiſitio nō ad inſtantiā partis:quia ſi ad inſtantiā partis,dicit delegatus,c.ſtatuimus. de offi. dele.in vj.Et in eo habet locū iſte tex.ſm Io.de Lig.hîc.

¶Ex uerbis Doct.in iſto xj.caſu corroboraī illa uulgata doctrina,qua quotidie utimur,uidelicet,

Vbi uerba Legis,uel ſtatuti, nō adaptantur ad caſum occurrentem,tunc ceſſat diſpoſitio legis,uel ſtatuti. Quā doctrinā ſæpe repetit An.Sic.maximè in c.ſignificante.ĵ.eo. Sed ultra eius dicta,& ultra ea,quæ ponit egregiè Alex.poſt alios in l. iiij.§.prætor.ff.de dam.infect.addatis Bart.conſil.clxvij. incip.Miniſter fratrū de pœnitentia.dum ponit, q̄ ſtatutum loquens de pœna imponenda,non habenti pacem ab offenſo,non habet locum,ubi non eſt offenſus, à quo pax haberi poſsit.Et tractat, utrùm blaſphemās Deum ſit talis? Et ipſum ſequitur Flor.de ſancto Petro, in l.ij.C.de re.cred.& Ioan.de Ana.in c.ij.de maledic.addens,quod not.Bart.in d.§.prætor.in uer.toties.ubi dicit,q̄ ſi ſtatuto cauetur,q̄ de quolibet contractu ſoluatur tantum pro libra,non habet locum ſtatutum,quando ſit cōtractus ſuper re inæſtimabili. Ad idem inducit Ana.l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſ.& tex.in c.ex parte.de conceſ.præben.& tex.in c.fi. in fin.& ibi But.de ſta.mo.& tex.quem dicit optimum & meliorem de corpore iuris,in c.indemnitatibus.ad fi.§. ſed etiā. de elect. in vj.& ibi Domi.& quod no.But.in c. fi. de obl. ad rati. & quod no.Bal.in l.ſi furioſi.C.de nup.ubi dicit per illū tex.quòd ubi ſtatutum non loquitur, ceſſat eius diſpoſitio.Tamen quo ad terminos,de quibus loquitur Bar. in d.conſil.ſcias,q̄ Lud.Rom.in rep.l.j. C.de hære.inſtit. impugnat latiſsimè dicta uerba Bartol. ultra Ana. Pro prædicta doctrina adde Bart.in l.ſi certiùs.in fi. principij,ff.de aqua plu.arc.ubi dicit, quòd ſtatutum loquēs de uicinis non capientibus malefactorem, non procedit,ubi nō ſunt ad hoc habiles:ut quia infantes, furioſi,uel ſurdi.Similiter Lapus alleg.lxxxij.incip.In cauſa matrimoniali.probat dictam doctrinam per duo ſimilia.Primò:quia licet de ſubſtantialibus electionis ſit, q̄ canonici procedentes ad electionem per formam ſcrutinij,debeant aſſumere tres de collegio, qui uota inquirant,c.quia.propter.de elect.Si tamen nō ſunt,niſi duo, non ſeruabitur illa ſolennitas propter defectum numeri,ut ibi no.Sic etiam,licet deficiens in probatione obiectorum in perſonam electi ſit ſuſpenſus triennio à beneficijs eccleſiaſticis, tamen ſi obijciens non habet beneficium,non eſt ſuſpenſus.Allegat no.in c.j.de elect.in vj. Ad quod exemplum uide gl.Ioan.Mo.in loco allegando ĵ.uer.ſed contra iſtam.Facit etiam gl.ij. in c.cùm non deceat.de elect.in vj.& in c.ſi poſtquam. §.j. in uerbo,curia.de elect.in vj.Quas allegat Ioan.An.in regula,acceſſorium.in primis arg.in Merc.Hanc doctrinam tenet etiam Bart.in l.ita autem.ff.de admi. tu. replicans illud,quod dixit in d.§.prætor.de ſtatuto exigente tantum pro libra.Et ſequitur Paul.de Caſt.in l. benignius. ff.de legi.& ſequuntur Moder.in lib.Malef.fol.197.Et dicit Angel.in d.§.prætor.uer.toties. quòd ſi ſtatutum diſponit,quòd utrùm ſit remanſura cicatrix, ſtetur iudicio medicorum. Si notorium eſt, quòd cicatrix eſt remanſura,non oportebit adhibere medicos. Ad quod uide Alexand.in l.j.uer. & ex his infertur. C. ut quæ deſ. aduoc.Similiter dicit Imol.in d.uer.toties. quòd ſi ſtatutum diſponit,quòd reus teneatur reſpondere poſitionibus, non tenebitur reſpondere poſitionibus impertinentibus:quia non cōueniunt uerba ſtatuti, quæ intelliguntur de poſitionibus ualidis. Similiter dicit Ludo. Rom. conſil. ccj. quòd uerba ſtatuti inducentis præſcriptionem contra non petentem rem ſibi debitā, non habent locum in non petente rem ſuam: quia iſta propriè differunt,ut per glo.Inſtit. de act.circa princ.& Bald.in l.cum neceſsitate. C. de fideicom. Facit dictum Ioan.An.in c.j. de homi. in vj. de interficiente ludæum, ut non comprehendatur ſub diſpoſitione illius literæ, quæ loquitur de occidente Chriſtianum: & quod ipſe no.in c.quanquam.in uerbo,receperunt. de uſur.in vj. cum pluribus alijs,quę dixi in c.in preſentia.de proba. Similiter per dictam doctrinam pulchrè intulit Alex. conſil.mihi xvij.incip.Requiſitus in cauſa. quòd ſtante ſtatuto,ut nullus tertius opponat ſe executioni ſententiæ, ſed ſit ſaluum ei ius ſuum, tamen audietur tertius, cuius ius poſſet pati præiudicium irreparabile facta executione:quia non conueniunt in eo uerba ſtatuti, ex quo ius ſuum nō poteſt eſſe ſaluum: conſequenter nec conuenit ipſum ſtatutum,per d.l. ita autem.in princ. & c.ad noſtram.lo iij.de iuſti.& iur.& in d.l.indemnitatib. Similiter dixit Old.conſil.cclxxv. Quæſtio eſt, ſi appelletur,quòd diſpoſitio c.j.de elect.in vj.non habet locū, ſi appellatur in caſu reuerſionis ad primum beneficiū: de qua in c.ſi beneficia.de præb.in vj.quia c.j. loquitur, quando datur obiectus.Et in caſu illo non fit obiectus, propter uerbum Liberè,ibi poſitum. Ergo non conuenit diſpoſitio d.c.j.

Amplia

Amplia iſta Multùm notanter,etiamſi uerba conſtitutionis conuenirēt per omnia caſui occurrenti, ſed eius pœna non conueniret,ut eſt gloſſ. ſing.& trita in l.mancipia.in uerbo,uocandum. C. de ſer. fug.quæ dicit,quòd non habet locū illa lex,ſi quis ſolicitat,uel aduocat ſeruum alienum,& conatus caret effectu: quia ex quo text.ibi dicit, Reſtituat,non poteſt uerificari illa pœna,niſi actus perficiatur: & ſic non concurrente pœna ceſſat diſpoſitio. De qua gl.facit feſtum Lud.Ro. in ſuis ſing. in uerbo, delictum.aliàs eſt numero ccccv.inferens,quòd ſtatutum, uel l.puniens unum delictum, & præſupponens aliud, non includit illud, in quo nō uerificatur delictum præſuppoſitum,propter dictā gl.ex qua ipſe decidit, quòd ſtante ſtatuto,quòd turbās aliquem in poſſeſsione puniatur pœna centum,& ablata reſtituat, ſi quis turbat, & nihil abſtulit,non incurrit pœnam ſtatuti in centum: quia uerificari non poteſt per omnia, uidelicet quo ad illud caput reſtitutionis.Similiter dicit ſe determinaſſe, quòd ſi ſtatuto epiſcopi puniātur executores non exequentes teſtamenta,imponendo pœnā excommunicationis,& quòd reſtituant epiſcopo res, quæ ſunt penes eos,quòd ſi aliquis executor nihil habuit in manibus de bonis teſtatoris,nō poteſt excommunicari ex negligentia exequendi: quia non uerificatur in eo id, quod ſtatutum præſupponit.Et ita dicit ſe conſuluiſſe. Et primum dictum de ablatorum reſtitutione, quæ debet cō currere in actu,firmāt etiā Iac.Butr.Raph.& Fulg.in d.l. mancipia.quod eſt ual de ſingulare,ſecundum Paul.de Caſt.ibi,& Maria.conſil.mihi xxv.incip. Viſa & intellecta.Et dicit Firm.in repert.in uerbo,ſtatuta. de malef.q̄ ita conſuluit,& multi ſubſcripſerunt, & fuit obtentum, licet Bal.aliter dicat in d.l.mancipia. cōtra quem ipſe allegat gl.in cle. in pleriſq;. in uerbo, monaſterij.de elect. quæ dicit,q̄ illa cle.non habet locum in clericis ſeculāribus,ex quo in eis non cadit pœna, de qua ibi, reſpiciens monaſterium. Et caue: quia ibi probatur fortiùs ultra eum,quòd hæc habeāt locum, etiamſi lex loquēs de illis,in quibus cadit pœna,utaī dictione Præſertim, nihilo minùs non includet,niſi illos: & ſic dictio Præſertim,ſtabit pro Tantum:quia tex.in d.cle.in pleriſq;. dicit,& præſertim religioſos,quaſi includens etiam alios: & tamē nō includit,ut p gl.ibi:qdī diligēter not. Sic etiā aliàs dictio Præſertim, ſtat ſæpè per Tantùm, ut p gl.i c. p tuas.de ſimo.cū concor. de quib.in reperto.in uerbo, præſertim. Et prædicta bene nota,quia ſæpe inſeruient.

Sed contra Iſtam ampliationem fortiter & nouiſsimè induco gl.Io.Mo.in extrauag.Ioan.xxii.quę incipit,iniunctæ.in uerbo,ſuſpēſi.ubi dicit,quòd licet pœna illius extrauag.quæ ſuſpendit contrafacientes beneficijs,nō habeat locum in regularibus,cùm non habeāt beneficia diſtincta,ſed ſolùm neceſsaria uitæ:tamē illa extrauag. militabit in eis, & loco illius pœnæ ſubrogabitur alia, uidelicet arctitudo uictus,donec gratiam Apoſtolicæ ſedis promeruerint.Et mouetur ex eo,quod dicit ſe uidiſſe fieri per Papam erga quendam regularem, qui cùm obieciſſet defectum ſcientiæ contra electum,& defeciſſet, nec potuiſſet puniri pœna,c.j. de elect.in vj.Papa decreuit,cùm nō poſſet ſibi denegari uictus, ut eſſet in eccleſia ſua ultimus in choro,& capitulo,& refectorio,nunc̄ ad dignitatem in eccleſia ſua promouendus. Mouetur etiam gl. quia aliàs mutatur pœna,cùm ordinata per l. locū habere non poteſt,l.ſi quis id,quod.§.in ſeruos.ff.de iuriſ. om.iud.c.ſi res.xiiij.q.vj.l.fi.ff.de in ius uoc. Et ſic habemus alibi gl.non tritā contra apoſtillationem ſ.poſitā. Et ſic pro Bal.in d.l.mancipia.Cogita pro concordia.

¶Et conſidera,an fortaſsis poſſent hæc adaptari per diſtinctionem duorum caſuum. Aliquando enim pœna declarat mentem conſtitutionis,ita quòd ex ipſa appa ret,q̄ uoluit comprehendere certum caſum qualificatum:& tunc,ſi nō habet locū pœna,nō habet locū cōſtitutio:quia ceſſat qualitas ei adiecta. Sic loquitur tex.& gl.in d.l.mancipia.& exemplū Lud.in d.ſing.ubi pœna præſupponit certā qualitatem in delicto,uidelicet delictum cū perceptione rerū.Et q̄ defectus qualitatis adiectæ uitiet diſpoſitionē,facit c.licet cauſam. de proba. cū cōcor.quas dixi in c.ij.ſ.eo. Aliquādo pœna nō uenit, ut qualificet diſpoſitionem:& diſpoſitio poteſt operari ſine pœna:& tunc diſpoſitio habet locū. Hinc eſt,q̄ imo d.cle.in pleriſq;.habet locum, etiā in nō religioſis, propter dictionē Præſertim,de qua ibi, ut firmat ibi Innoc. poſt Guil. uer. quæro, an cle.& ibi Card.in xiiij.q.& erit electio nulla, ex quo iſta nullitas cadit in eis, licet non incurrant alias pœnas,de quibus ibi. Nec dicit gl.in d. cle.q̄ ille tex.nō habeat locū in nō religioſis, ſed q̄ ipſa pœna nō habet locū in eis:nō enim præſupponit ibi illa pœna aliquā qualitatē in cōtrauenīente illi conſtitutioni.Et pro iſto ſecundo caſu facit tex.in c.j.de ſepul.in vj.iuncta gl.in uerbo,apud quos.& gl.pe.quę probant, q̄ ſufficit legem poſſe operari nullitatem actus,licet nō poſsit propriè operari pœnā in ea poſitā:nam quando quis eligit cum iuramento ſepulturā in illa eccleſia, cui iura debentur,tenetur ad reſtituēda funeralia eccleſiæ, in qua aliàs habet ſepulturā.Sed ſi iuraſſet pro ipſa eccleſia,in qua aliàs habet ſepulturā, tunc illa pœna non poteſt habere locū. Tamen habet locum illa cōſtitutio irritās promiſsionem,qua fiebat immutabilis ſepultura,aliàs mutabilis.Et illas gl.ſequit ſimpliciter ibi Domi.poſt alios in §.j. dicens, q̄ tunc punietur pœna arbitraria.Et de illis meminit etiā Domi.in c. ad audientiā. ĵ.eo. ¶Et in iſto ſecundo caſu loquitur gl.in d.extraua. iniunctæ.quia adiectio pœnæ non præſupponit qualitatem in delicto, de quo ibi. Sed in quantum gl. d. cle. probat,q̄ ubi non poteſt proportionari pœna expreſſa,ſurrogat alia poſsibilis,& apta cadere in delinquentē. Conſiderabis,q̄ iſta eſt notabilis limitatio ad prædicta.Sed intelligerem eſſe uerum,quando delictum non remaneret aliquo modo impunitū, ſi non fieret iſta ſurrogatio, uel æquipollētia reſpectu pœnæ, prout eſſet in caſibus illius gl. Sed ubi poteſt incurri alia pœna, licet non totaliter incurratur expreſſa, nec ſurrogata: tunc fortè non eſt locus alteri pœnæ,per id, qđ ſubdit Imol. in d.cle.in pleriſq;.dicens, quòd in pœna non fit extenſio illius cle. Nec dicas, quòd delictum erit impunitū: quia ex quo electio erit nulla, ut ibi dicitur, non caret actus pœna,per c.ſi religioſus.de elect.in vj. ubi irritatio electionis eſt pœna.Dixi in c.ij. de conſtit.Et quòd iudex poſsit ſurrogare unā pœnā loco alterius non cadentis in delinquentem,uide do. Abb. in c.ij. ad fin. de delic.puer.quem ſequitur ibi Ioan.de Ana.& tetigi in c. niſi ſpecialis.in uer.quinta declaratio. de offi.leg. & per Bald.in l.quid ergo.§.pœna.ff.de his,qui no.infa.& per omnes in l.ſi quis id,quod.ff.de iuriſ.om.iu. & in d.l. fi. C.de in ius uoc. Et iſta omnia bene gusta: quia facient honorem,tanquam nouiſsima & inaudita.

Vltimò Dubitatur,utrùm per iſtum tex.ſit hodie correcta diſpoſitio c.neminem. iij. q.vj. adeo quòd poſsit hodie reus trahi extra prouinciam,dum † modò nō ultra duas dietas, & hodie ultra unā, iuxta c.ſtatutum.eo.tit.in vj.Hoſt. tenet hîc, quòd non,per id,quod ipſe not.in Summa,de reſcript.§.quæ poſſunt.uerſic.centeſimo.ubi primò dicit, quòd ſi trahitur extra duas dietas, ſed infra prouinciā, habet locum iſte text.& non priuilegium antiquum illius c.neminem. ubi conceditur poſſe trahi infra prouinciam. Sed ſi trahitur ultra prouinciam,ſed citra duas dietas, non ualet reſcriptum, niſi fiat fides, quòd Papa certus de facto ita reſcripſit. Quod in dubio non præſumitur, cùm præſumaī ignorare limites prouinciarū ſm eum.

Hanc

c.nouit. li.

Hanc opi.sequitur Imol. hîc, dicens: quòd ex quo erat prohibitum,ne quis traheretur extra prouinciam,& superuenit alia prohibitio,ne quis trahat ultra duas dietas,& hodie ultra unam:uidetur,quòd utraq; prohibitio debet habere suum effectũ, per id, quod habetur de priui.pastoralis. Respondet ad c.fi. de iudi. quòd ibi apparebat de scientia certa Papæ ex tenore literarum, uel ibi non fuit exceptum:aliàs esset secus, si excipiatur, & non appareat de certa scientia Papæ. Idem tenet Imol. in c.statutum.§.cùm autem.de rescr.in vj. quia ius antiquum debet remanere incorrectum in eo casu, in quo ius nouum nihil disponit,arg.c. cùm expediat.de elect. in vj. Vnde cùm iura antiqua prohibentia de tractu extra ꝓuinciã non sint correcta,per istum tex. nec per d.§. cùm uerò.ibi, solùm additur de dieta. meritò uidetur, quòd unũ ius suppleatur per aliud. Et dicit hîc Imol. q̃ But.hîc uidet residere cum hac op. Sed certè in lib. meo residet in opi.cõtraria. ¶ Et hanc opi. Host. uidet tenere Arch. si bene legat, in d.c.neminẽ.ubi,relato dicto Host. in d.uers.centesimo.respõdet ad tex.in c.olim. de iniur. ubi quæstio Tusciæ cõmittit primò Mutinensi,secundò Bononiẽsi episcopo:& tamẽ sunt diuersarũ prouinciarum. Ad idem c.fi. de iudi. pregal.eg. Nam ad ista iura respondet,prout proximè responsum est post Imol. ad dictum c.fi. ¶ Postea subdit Arch. declarãdo uerba Bar. Brix. de quibus ibi in fi.gl.q̃ bene statur huic constitutioni,quo ad hoc,ut nõ possit fieri citatio etiã intra ꝓuinciã ultra duas dietas:quod olim fieri poterat,per d. c.neminem. dum tamen nõ fiat extra ꝓuinciã: quia citatio,quæ fit extra ꝓuinciam[a],& intra duas dietas,non est legitima, ut probatur ibi, & in c. cùm olim. de dolo & contu. ubi de hoc, fm ipsum. Et cum hoc tranſit ibi Domi. in fi. Et sic uidetur Arch. tenere hãc partẽ. ¶ Nec obtẽ. quod dicit Ilandũ hodie d.c.statutũ. quia puto, q̃ intelligat respectu harũ dictarũ, quæ hodie redactæ sunt ibi ad unã. Tamẽ do. Abb. in d.c.fi. aliter intelligit ista uerba Arch. Et sic etiam uidetur fuisse mens Arch. pro opi. Compos. de qua paulo pòst, ut ex uerbis Arch. in c.statutũ. §. cùm uerò. de rescript. in vj. Et istã partem pro opi. Host. tenet etiã Spec. de cita. §. j. uer. item quod fit extra prouinciã. & Cal. in c.fi. de iudic. licet dicat de cõsuetudine hoc nõ seruari:& idem tenẽt gl. Gui. de Mon. Laud. in extraua. execrabilis. in uer. regnorũ. sed dicat, q̃ curia Romana seruat contrariũ, allegãdo Bartholom. Brixi. in d.c. neminem. ¶ Contrariã partem, uidelicet q̃ hodie non attendatur tractus extra prouinciã, sed solùm ultra dietam, tenet Compos. Ioan. An. But. & Domi. hîc. Et dicit hîc Ioan. An. q̃ hoc procedit etiã in pupillo & uidua, & aliàs priuilegiato à iure, q̃ extra prouinciã non trahat, iuxta tex. in c. non liceat. §. reuerentiã. iij. q. vj. Illud enim priuilegiũ est etiã aliis cõmune, ut ea. q. per totũ, fm eũ. Tamen in d.§. reuerentiã. nõ uidetur dici aliquid de dictis personis. Et istã partem uidetur tenere Ioan. An. in d.c.fi. de iudi. in prin. allegãdo Gof. in quæstionibus, q. xxv. & tex. in c. olim. de iniur. Idem But. in d.c. fi. in j. notabili,& ibi Car. dicens, quòd d.c. neminem. non prohibet causam delegari extra prouinciam, licet faciat in argumentũ. Et subdit, q̃ Bar. Brix. tenuit istã partem. in d. c. neminem. in addi. Idem tenet do. Abb. in d.c. fi. in primo notabili, dicens post But. q̃ d.c. neminem. loquitur in inferioribus: quia non possunt trahere extra prouinciã: secus in Papa, cuius respectu totus mundus est una prouincia, ix. q. iij. cuncta per mundũ. Tamen etiã inferior non potest cõmittere causam ultra duas dietas, secundũ Abb. per notata in c. sanè. de fo. comp. Et sic ista pars remanebit limitata in inferioribus, ut nõ possint delegare extra prouinciam, licet intra duas dietas: & facit c. litigãtes. de off. ord. in vj. Facit etiam pro ista parte, quod not. do. Abb. in c. nouit. in iij. notabili, de off. leg. ubi dicit, q̃ legatus habẽs sub se plures prouincias, nõ potest coram se trahere hominem unius prouinciæ in alia prouincia. Allegat d.c. neminem. Et sic uidetur, q̃ etiã per rescriptũ non possit. ¶ Nec mirũ: quia legatus nõ tollit ius cõmune, ut per gl. c.fi. de hære. in vj. de qua dixi satis in c.j.§. eo. Hanc partem tenet etiã Io. de Fan. in d.c. neminem. per tex. in c. statutũ. §. cùm uerò. de rescript. in vj. ubi liberè impetrare ualeat. Non enim esset impetratio libera, si non posset impetrare citra unã dietam, quãdo impetratio esset extra prouinciã. Et ista fuit ratio Zenzelini idem tenentis in d.§. cùm autẽ. Et idem tenet ibi Domi. quia iura antiqua, si bene inspiciantur, loquuntur de iudice ordinario, uidelicet ut quis nõ trahatur extra suã prouinciã, cùm ibi non sit suus iudex: sed potiùs intra prouinciam, cùm actor debeat sequi forum rei. Non aũt prohibent, quin trahatur, si detur delegatus extra prouinciã. Et istã partem sequitur etiã Pe. de Anch. in d.c. statutũ. §. cùm aũt. & sequitur An. Sic. in d.c.fi. de iudic. qui in isto passu uult fortiùs, q̃ etiã inferior à Papa possit cõmittere causam extra prouinciã citra unam dietã. Et ad hoc probandũ utitur rationibus, quæ non cõcludunt hoc, sed probãt cõmunem opi. respectu Papæ. Et ideo non puto tenendã suam opin. per prædicta, maximè per dictũ Abb. in d.c. nouit. qd̃ ipse non allegat. Etiã cum prædictis transeo, quicquid aliàs scripserim in d.c. fin. Ex quibus cum laude Dei est finis huic scholasticæ repetitioni in isto solenni principio huius decret.

[a] *Extra prouinciam*] *Ad hãc materiã addeas, quæ habẽtur per Ang. in q. Bononiensis ciuitatis. & per Alex. in l. j. §. j. ff. de requi. re. et per Bal. in l. testamenta. de testa.*

SVMMARIVM.

1 *Literæ ad lites non ualent sine speciali domini mandato, nisi impetrentur per coniunctam personam.*
(*Est autem notandum per commentum totum huius §. an impetratio facta sine speciali mandato ualeat.*)
2 *Idq; etiamsi procurator habeat plenũ mandatũ ad agendũ. & nu. 3.*
4 *Item, etiamsi in mandato essent enumerati aliqui casus requirentes speciale mandatum cum clausula generali.*
5 *Ratificatio non cadit in processu habito à iudice incompetente.*
6 *Item hîc non habet locum cautio de rato.*
7 *Rescriptum ubi apparet simpliciter impetratum, nec cõstare potest, an principalis impetrauerit per se, an per procuratorem, tunc dicẽs ipsum impetratũ per nõ habẽtẽ potestatẽ, debet hoc probare.*
8 *Ratificatio regulariter uidetur gesta per procuratorem carẽtem mandato, etiam in requirentibus speciale mandatum.*
9 *Impetrato rescripto nomine alterius absq; eius mandato, non solùm non ualet rescriptum, sed etiam impetrans tenetur ad expensas aduersario, & etiam de falso.*
10 *Impetrans literas ad beneficia pro alio, nõ habet necesse habere mandatum speciale.*
11 *Et licet non requiratur speciale mandatum ad impetrandum beneficia, requiritur tamen in acceptando.*
12 *Verba, Non ualeat, an inducant nullitatem ipso iure.*
13 *Procurator impetrans rescriptum, per quod petit committi causam alicui auditori, non indiget speciali mandato.*
14 *Impetranti literas bona fide, non animo faciendi mercimonium, non est opus mandato speciali.*
15 *Princeps si concedit alicui mandatum pro alio ex certa scientia, non habenti speciale mandatum, ualet rescriptum.*
16 *Persona coniuncta potest impetrare rescriptum absq; mandato:*
Dum modò coniunctus, pro quo fit impetratio, habeat ratam impetrationem, ut post num. 16. uersic. hanc fallentiam.
Item limitabis prædicta, nisi coniuncta persona peteret, tanquã procurator: quia allegando mandatum facit se alienum à legis prouidentia, ut post num. 16. uersic. limita secundò.

17 *Persona*

17 *Persona coniuncta coniunctione spirituali, non potest impetrare rescriptum sine speciali mandato.*
18 *Spurius non dicitur esse coniuncta persona, ita ut possit impetrare rescriptum sine speciali mandato.*
19 *Fallit, si uult impetrare pro illis, quibus succedere potest.*
20 *Filius naturalis an possit agere, uel impetrare rescriptum pro patre naturali.*
21 *Coniuncta persona ut possit agere, uel impetrare rescriptum pro persona coniuncta, debet esse coniunctus tali gradu, quòd secundum consuetudinem patriæ appelletur coniunctus.*
22 *Coniuncti qui dicantur ultra quartum gradum, est arbitrarium: sed usq; ad quartum gradum admittuntur indistinctè.*
Qui ueniant generaliter appellatione coniunctorum, uel suorum. Post nu. 22, uers. generaliter.
23 *Exceptio excõmunicationis an potest opponi contra impetrantem per tertium, etiamsi pro ipso esset lata excommunicatio.*
24 *Et quid in iudicio, an scilicet exceptio excommunicationis possit opponi per tertium contra excommunicatum agere uolentem.*

1 **§. Sunt & alij.** ¶ Nõ ualẽt literæ ad lites impetratę sine speciali domini mandato, nisi impetrentur per coniunctam personã. Et istud summarij ponamus pro una regula istius tex. ad cuius intelligentiam concludendo ordinatissimè omnia, quæ scribuntur per Doc. hîc, & alibi, erunt primò notandæ ad regulã septẽ ampliationes: deinde octò fallentiæ, quarũ ultima limitabit sex modis. Et erunt omnia adaptata stylo nouo, longè clarius, quàm per alios. Et attento, q̃ aliquæ ampliationes & aliquæ fallentiæ non sustinentur: ideo potest dici, q̃ quantũ ad effectũ, conuertent tunc ampliatiões in fallentijs: & ecõ
2 trà. ¶ Amplia primò, etiamsi procurator habeat plenũ mandatũ ad agendũ & defendendũ contra aliquẽ in certa causa: quia non poterit in illa impetrare, si appareat legitimus contradictor, secundũ Compost. hîc dicentem, se ita obtinuisse. Et sequit Spe. de rescrip. præsent. §. ratione aũt impetrantis. uer. sed nunquid procurator. & Ioã. An. Bu. Imo. & Domi. hîc. Secus dicuntoes isti, si causa existente in curia procurator habens mandatũ ad dictam causam uellet impetrare super pertinẽtibus ad litem cœptã. De quo etiam j. in ij. fallẽ. Et cum istis transit hîc And. Sic. De quo in posterũ fiet mentio, quoties aliquid boni ponit, & non aliàs, sicut hactenus
3 factum fuit. ¶ Considera ultra istos, q̃ † licet dictũ sit uerum in se, tñ dum ponunt illud uerbum Plenum, dubito de hoc dicto: quia tantum est habere mãdatum plenum, quantũ habere mandatum cum libera. Bar. & omnes in l. si procurator. C. de proc. Bar. & Ang. in l. procurator, cui libera. ff. eod. Bart. in l. creditor. §. Lucius. ff. man. & in l. inter bonorum. ff. de admi. tut. Et tãtum est habere liberã, quantũ habere speciale mãdatum, c. qui ad agendum. de procur. in vj. Pulchrè Bal. in l. illud. §. f. ad fi. ff. de mino. Alex. in d.l. si procurator. Ergo habẽs
a plenum mandatũ[a], debet posse impetrare: quia potest requiri etiã speciale mandatum. Præterea q̃ habens generale mandatum & liberã administrationẽ possit impetrare rescriptum, est gl. in c. ex parte. in uerbo, mandato. ad fi. j. eo. quam ibi approbat Imo. Ab. & Domi. Ideo Specu. in d. uer. sed nunquid. referens Cõpost. hîc, nõ sine causa omisit illud uerbũ Plenũ. Et intellige, q̃ ista libera potestas cõcernat causam, non aũt instantiã, per text. in d.c. qui ad agendũ. in uerbo, causæ. Quomodo aũt cognoscat, quando libera cõcernet causam & instantiã, uide Bar. in l. q Romæ. §. Callimachus. ff. de uer. ob. & Matt. de Matthe. no. xxviij. inci.

[a] *Habens plenũ mãdatum*] *Adde tu, an habens plenum mandatum, uel cũ libera possit donare? Vide do. Ab. in c. petitio. de procu. in uers. in gl. j. Adde, procurator cõstitutus sub hac forma, ut faciat omnia ea, quæ ipse cõstituẽs in propria persona potuisset facere, an uide-*

c. nõnulli. §. sunt & alij.

tur habere potestatem explicandi exigendi specialia mandata? De quo uide Bar. in l. si procurator. C. de procu. in uer. idem fortè. & do. Ab. in c. fi. de dila. in fi. Adde ad ista: pone, q̃ procurator esset constitutus ad certa negotia, et postea subijcitur clausula, promittẽs ipse constituẽs habere ratũ, quicquid procurator suus fecerit, an uideatur ea hoc concessa libera? Vide Bar. et alios in l. j. ff. de of. procurã. Cæs. & Bar. in l. procurator, cui libera. ff. de procurat.

4 no. q̃ licet procurator. Et intellige istã ampliationẽ, dum modò talis procurator impetret in personã domini: secus, si in propriam personam, ut dicetur in ij. fallentia. ¶ Amplia secundò, etiãsi in mãdato essent enumerati alí qui casus requirentes speciale mãdatum cum clausula generali: quia non cõprehendit facultas impetrandi, secundũ Bu. hîc: q̃a ubi exigit notabilis specificatio, uel propter excludẽdam fraudẽ, uel propter magnitudinem & põdus materiæ, prædicta clausula nõ sufficit: nec habet locũ d.c. qui ad agẽdũ. in ij. responso. Alleg. gl. in c. procurator. in uerbo, mãdato. de elec. in vj. & in c.fi. in uerbo, speciale. de procur. eo. lib. Et cum hoc dicto trãsit hîc Ab. & And. Sic. Et sequit expresse Imo. hîc, addẽs gl. in uerbo, nõ expressos. & in d.c. qui ad agẽdũ. Et dicit hoc esse mẽti tenendũ. Et idẽ tenet Bu. in c. ex parte. j. eo. in uer. nunquid aũt. ¶ Contrariũ tenet hîc Domi. q̃ dictę gl. bene uolũt, q̃ grauiora & põderosiora expressis, requirentia speciale mandatũ, nõ includanť in illa clausula, ut probat tex. in cle. non potest. de procur. & fuit dictũ s̃. eo. sedes. Sed negat Domi. q̃ iste actus impetratiõis sit de tã grauibus, q̃ non includať in tali clausula: nã si procurator tali modo datus potest tractare causam requirentẽ speciale mandatũ, fortiùs debet posse impetrare rescriptũ in tali causa, cùm plus sit totam causam tractare, quàm simpliciter rescriptũ illius causæ impetrare. Si ergo potest, quod est plus, debet posse, quod est minus: regula, qui potest. lib. vj. Credit tñ Domi. dictũ Bu. procedere, quando uellet impetrare rescriptũ super causa, quæ requireret speciale mandatũ, & nõ includeretur in regula cõtenta in mandato: & tũc procedant glo. per ipsum allegatæ. Istam ampliationẽ impugnat etiã Ab. in d.c. ex parte. in fi. j. eo. negans etiã id, quod negat Domi. quia hîc solùm requirit speciale mãdatũ. Et ubi est prædicta clausula, ibi est speciale mandatũ, d.c. qui ad agẽdum. Pro hoc etiã adducit: quia cõiuncta persona minorem potestatẽ habet, quàm procuratores prædicti. Hinc est, q̃ pro cõiuncta persona nõ potest requiri etiã speciale mandatũ, l. illud. & l. patri. ff. de mino. Et tñ coniuncta persona potest impetrare sine mãdato, ut hîc. Ergo fortiùs ille habens speciale mandatũ. Itẽ hîc agit de modico præiudicio: & sic sumus extra casum dictæ cle. non potest. Imò uidet mirandũ, q̃ procurator generalis nõ admittat, cùm latiorem habeat potestatẽ, quàm coniuncta persona, ut patet ex notatis in l. uero procuratori. ff. de solu. secundũ eũ. Et hanc partẽ tenet etiã Imo. in d.c. ex parte. quia, si uerũ est, q̃ hoc casu sufficit mandatũ generale cum libera, ut ibi per gl. quã, secundũ eum, approbãt Doc. eadẽ ratione sufficere debet, quãdo datur mandatũ specificatis aliquib. requirentibus speciale mandatũ cum clausula generali. Et hanc partem sequit in effectu And. Sic. in d.c. ex parte. sed eam restringit, dũ modò ꝓcurator impetret, ꝓcuratorio nomine: secus, si nõ expresso, ꝓcuratorio nomine. Mouet ad hãc differentiã: quia primo casu non potest cadere fraus & mercimoniũ, de quib. in tex. ex quo impetrat procuratorio nomine domini. Sed quando impetrat in personã domini, potest cadere postea mercimoniũ, & fraus, de quib. in tex. Et ideo tũc non sufficit generale cum libera, nec̃ expresio aliquorũ casuũ specialiũ cũ clausula generali: quia in talibus mandatis nõ uenit potestas delinquẽdi, l. iij. §. si procurator. cũ similib. ff. qd̃ quisq; iur. dixi plenè in c. ut lite non cõtestat. ¶ Considera primò ea

mò ea, quæ dicẽtur in secunda fallẽtia: postea cogita q̃ istud dictũ uideť de indubitabili: nec aliter senserũt prædicti Doc. Si enim impetrat non procuratorio nomine, ibi uires mandati nullum habẽt effectũ: quia impetrauit penitus extraneus. Ergo indubitatum est, q̃ mandatũ, qualecũq; sit, nihil operať, etiam si esset specialiter ad impetrandum: quia si potest agere, ut procurator, & agit ut nõ procurator, quod potuit, noluit, &c. c. cùm super, de offi. dele. Et faciens actum simpliciter, non intelligitur agere procuratorio nomine, ut plenè per Bar. & alios in l. ſ. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. & Lud. Ro. in l. post dorem. ff. sol. mat. cum concor. ¶ Neque cadit hîc illa confideratio, quòd in mandato, quãuis pleno, non uenit potestas delinquendi: quia sicut per mandatum specialiter datum ad impetrãdum purgatur omnis fraus cõsiderata in isto text. ita etiam, quãdo mandatum habet tales clausulas, quòd æquipolleat mandato specialiter dato ad impetrãdum. Et ideo cum per rationes Ab. & Domi. de quibus suprà, cognoscatur mens constituentis procuratorem per d. clausulã, adeo q̃ perinde est, ac si specialiter cõmitteret facultatem impetrandi, profectò non sumus in ratione, per quã iste text. prohibuit huiusmodi mercimonia: & sic euacuatur multæ ambages, quas extollit And. Sic. ubi §. ¶ Amplia tertiò, etiamsi ille, cuius nomine iste impetrauit, uellet ratificare impetrationem: quia nõ potest, secundum gl. & communiter omnes hîc, & Inno. ſ. eo. ex parte. & sequitur Imo. in c. cùm consuetudinis. ſ. ti. prox. Assignant quinque rationes speciales. Prima, in detestationem falsitatis commissæ coram principe, secundum Bãl. in l. falsus. C. de fur. uer. secundò præmitte. Ex quo colligitur solennis limitatio ad iura, quæ dicunt, quòd gesta per falsum procuratorem possunt rata haberi, ut nõ procedãt in gestis à falso procuratore coram principe[a]. Allegat etiam per hoc Bal. in l. fi. de his, qui à nõ domino manumit. in uerb. cõscientiã principis fefellit. Et istud dictũ Bald. sequitur hîc And. Sic. per c. cùm dilecta. in uerbo, præter cõscientiam nostrã. ſ. eo. & per tex. quẽ p hoc dicto multùm extollit in l. si qs obrepserit. ff. de fal. ubi si qs obrepserit præsidi, factũ à præside est nullũ. Si ergo actus est nullꝰ, nõ cadit ibi ratificatio[1]. observare. §. fi. de offi. pcõs. Facit etiã, secundũ eũ, l. sed & si milites. §. ignominiæ causa. ff. de excu. tu. ubi infames excluduntur à palatio, & urbe, in qua princeps habitat. Quinimo reprehẽdit Bal. dum dicit hoc esse speciale in mentiente principi: nam per d. l. si quis obrepserit. uidetur idem in mentiente inferiori. Respondet ad l. licet. ff. de iudi. & l. iij. §. falsus. ff. rem ratam hab. q̃ si ibi procurator non obrepsit dolosè iudici, asserendo se falsum procuratorem: meritò possunt ratificari gesta per eum: secus, si dolosè obrepsisset iudici: quia tunc actus nullo modo ratificari potuisset, per d. l. si quis obrepserit. secundum eum. Et ex his limitat etiam istam gl. & cõmunem opi. ut non habeat locum in falso procuratore impetrante à principe, qui dolosè non asseruit se esse procuratorem, sed bona fide, putans se procuratorem ex aliqua iusta credulitate, impetrauit ad bonũ finem, non gratia uenalitatis: nam ista impetratio poterit ratificari, si in ea cessat dicta ratio Bal. ſ. dolosi mendacij coram principe adhibiti, secundum eum. Pro quo in ista differentia, an dixerit se esse procuratorem, cùm nõ esset, an uerò nihil dixerit, facit, quod scribit Bar. in l. uniuersis. C. de preci. impe. of. Sed tñ illa dicta nõ placent, per ea, quæ scribit Bal. in l. ſ. C. eo. tit. dũ melius declarat dictam l. uniuersis. ut etiam dicetur ſ. in vj. fallen. ¶ Sed aduerte: quia dictum Bal. in d. l. falsus. communiter non tenetur, & eo impugnato prędicta etiã non procederent. Refert enim do. Car. hîc se dixisse in quodam examine, q̃ dictum Bal. est contra tex. in d. §. falsus. & in d. l. licet. quæ iura generaliter dicunt, iudicium cum falso procuratore ualidũ esse, secuta ratihabitiõe. Et ideo assignat hîc Car. secundam rationẽ istius ampliationis, dicens: q̃ ratio, quare hîc non potest actus reconualescere per ratihabitionẽ, fuit: quia actus est reprobatus à lege, ut hîc, & in c. fi. de postul. Item talis impetratio non dependet à partibus, sed à Papa: ideo non potest conualidari de cõsensu partium. Si enim literæ possent ratificari, frustraretur de facili dispositio huius c. in eo, quòd disponit literas non ualere: quia actor emendo eas quodam modo ratificaret impetrationem. Et ista dicta Car. sequitur hîc Imo. ¶ Idem tenet hîc do. Ab. non facta mentione Car. dicens, quòd d. §. falsus. & d. lex, licet, non uidentur admittere hanc restrictionem. Et ideo dat tertiam rationem ad istam ampliationem, quòd ideo non cadit hîc ratificatio: quia hoc non fuit inductum in fauorem actorũ, sed in fauorem cõuenientium, & reipublicæ, ut satis colligitur ex text. Ideo non potest actor supplere ex pòst facto id, quod non depẽdet à suo cõsensu: arg. c. contingit. lo ſ. de sen. excom. & c. si diligenti. de fo. compe. Pro hoc etiam allegat dictum Inno. in c. prudentiam. de offi. deleg. ubi dicit, quòd nõ omnia gesta nomine meo possum habere rata. Vnde si unus iudex nomine alterius iudicis iudicaret inter subditos illius, non potest proprius iudex illud iudicium ratum habere, secundum eum: quia corruit ex defectu solennitatis. Supplere autem defectum solẽnitatis substantialis non dependet à facultate iudicis. Ideo nõ potest ratificare. Ita dicendum in proposito. Et cum istis transit hîc But. dicẽs hoc esse speciale in odium litium, sicut & alij casus speciales dantur in regula, ratihabitio. de reg. iur. in vj. ¶ Pro ista tratiõe do. Abb. uide, quæ scribit Bal. in l. licet. ad fi. ff. de iudi. dum tractat, quòd in processu agitato à iudice incompetente, non cadit ratificatio, allegando Innoc. in d. c. prudentiã. Ratio differentiæ inter ratificationem, de qua in d. l. licet, & istam est: quia quando negotium peccat in consensu, potest per consensum ratificari & confirmari: sed quando in substantialibus & essentialibus, tunc non potest per cõsensum confirmari. Vnde quando aliquis agit à principio sine mandato, negocium peccat in consensu, quãtum ad dominum: quia non tenetur, nisi habeat ratũ. Sed in iudice peccat in substantialibus: quia in iudicio requiruntur tres personæ, c. forus. de uerb. sig. Et si deest aliqua istarum, dicitur peccare in substantialibus. Ideo non potest per consensum ratificari, arg. d. l. obseruare. §. fi. secundũ eum. Et ex dicto But. de quo ſ. habes quartam rationem huius ampliationis, ſ. odium litium. ¶ Quintam rationẽ ponunt hîc Bu. Imo. & Domi. quia quando consensus requiritur à prin. certo & determinato tempore pro forma actus, ratihabitio postea superueniens non ratificat actum, per c. auditis. de elec. & ita erat hîc, ubi requiritur à principio speciale mandatum, secundum eos. ¶ Pro ista quinta ratione ultra Modernos bene faciunt uerba Bald. hîc, de quibus ſ. in vj. ampliatione, dum dicit, quòd hîc non habet locum cautio rati. Et dicit Bal. in c. ex parte. ſ. eo. quòd cum hîc debeat esse propriè factum, & non fictum, dominus non potest ratificare: quia in ratificatione requiritur mediũ, per quod fiat transitus. Allegat Cy. in l. multũ. C. si quis alt. uel sibi. Faciunt pulchra uerba Bal. in l. si uxorẽ. uer. v. & ult. C. de condi. insert. dum ostẽdit, quòd licet gesta falsi procuratoris possint ratificari, tamen si statutum dicit, quòd processus procuratoris sine mandato non ualeat, ratihabitio non sufficiet, per l. si uerò. §. post creditam. ff. man. Et ponit rationem diuersitatis, de qua ibi per eum. Ad idem, quòd no. Bal. in l. executorem. uer. sic. sed quid si notarius. C. de exec. rei. iudi. dicens, quòd licet regulariter ratihabitio æquiparetur mandato, tamen fallit, ubicunq; res requirit mandatum pro forma. Faciunt no. per Bar. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. & in l. si autem plures. ff. de aqua plu. arc. Et ex his habetur multiplex ratio istius ampliationis, & glos. hîc: & habes limitatam regulam rati. ¶ Sequendo igitur dicta Doc. hîc, de quibus §. contra Bald. in d. l. falsus. potest responderi ad ea, quę pro ipso adduxit And. Sic. uidelicet ad l. si quis obrepserit, quòd ibi non dicitur, quòd actus sit nullus, & consequenter non excluditur ratificatio. Et istud patet ex dictis Bar. ibi, in prin. dum remittit se ad l. diuus. & quæ ibi dixit, ff. de re iud. Datur enim restitutio in integrũ, quæ præsupponit sententiam ualere. Preterea d. l. si quis. non loquitur in mentiente se procuratorem: sed in eo, qui obtinuit sententiam ex falsis probationibus. Nec̃ uidetur tuta responsio ad d. l. licet. & ad §. falsus. quòd ibi procurator falsus non surripuit dolosè, asserendo se falsum procuratorem: nam imo comparendo & respondendo nomine procuratorio mentitur facto, & etiam uerbis, se esse procuratorem: & falsitas non committitur sine dolo, l. nec exemplum. cum glo. C. de fal. Ergo uidentur illa iura manifestè loqui in surripiente & asserente dolosè se falsum procuratorem. Neque uidetur uerum, quòd possit ratificari impetratio facta per procuratorem, qui bona fide impetrauit, non gratia uenalitatis. Nam etiam impetratio istius est nulla, sicut si impetraret gratia uenalitatis, ut dicetur in vj. fallen. Ergo non potest ratificari, per prædicta. ¶ Postea quàm ista scripsi, reperi Bald. in l. Iulianus. uer. sed ego dico, quòd ista ratio. ff. qui satisd. cog. ubi dicit, se audiuisse Bart. dicentem ad intellectum l. licet. ff. de iudi. quòd aut aliquis falsò allegauit mãdatum in iudicio: & tunc non potest ratificari propter uitium obreptionis. arg. d. l. si quis obrepserit. in uerbo, nihil agitur. Aut non allegauit mandatum, uel allegauit bona fide, credens se esse procuratorem, cùm non esset, & obtinuit in causa: & tunc dominus potest bene ratificare, per regulam generalem d. l. licet. ¶ Ex quibus uerbis Bald. uidẽtur multùm confirmari dicta And. Sic. de quibus §. licet ipse eum non allegetimo dicat, quòd sunt dicta noua & inaudita usq; ad hæc secula. Et sic uidetur, quòd non possint ratificari gesta per falsum procuratorem, qui dolosè mentitus est, se esse procuratorem, siue coram principe, siue coram inferiore. Tamen, ut uidetis, contrarium tenent hîc Car. Imo. & Ab. uolentes, quòd regula d. l. licet. non patiatur hanc restrictionem. Et fortè eorũ opinio subsisteret, & responderetur ad d. l. si quis obrepserit, quòd actus ibi non est nullus, ut est dictum. Posset etiam responderi ad d. l. si quis obrepserit. quòd loquitur in obreptione circa substantialia & decisiua, non autem circa accidentalia & narratiua, ut dicit Bar. in l. si ut proponis. la ſ. in fin. C. quomodo & quãdo iudex. Et intelligit, quòd illa lex loquitur in accidẽtalib. uel narratiuis, dũ dicit de illo, qui per obreptionẽ suasit iudici, q̃ aduersarius erat contentus, ut certo loco iudicium expediretur, & non erat uerum. Et ita uidetur etiã in proposito, q̃ allegare se procuratorẽ, non concernat substantialia & decisiua, sed accidentalia. Ad idem, q̃ no. Bal. in l. quicunq; prope fin. C. de fer. fugi. ubi dicit, quòd d. l. si quis. debet intelligi in obreptione probatoria: non in narratoria. Vnde producens falsam narrationem, non tenet pœna illius l. sed alia pœna, de qua per eum: sed bene producens falsam probationem. Et ideo falsus accusator nõ tenetur in aliquo capite l. Corneliæ de fal. sed pœna tituli de calumniatoribus: sed falsa probatio sic, secundum eum, quem uide. Et sequuntur Moderni in li. malefi. folio 28. Et sic uidetur in proposito, quòd narrãs falsò se esse procuratorem, nõ producit probationem concernentem substantialia, uel decisiua. Ad idem uide Bal. in l. debitores. C. de in fa. ubi dicit, quòd d. l. si quis. loquitur in eo, qui obripit prætori faciendo aliquid, quod est prohibitũ l. Cornelia de falsis: putà, producendo falsos testes, uel falsa instrumẽ-

[a] *Coram principe] Adde Ioan. de Pra. in l. Plautius. ff. de procur.*

[1] *c. nõ ulli. §. sunt & alij.*

ta, uel corrũpẽdo acta: secus, si aliter obrepserit. ¶ Scias tamen circa omnia prædicta, q̃ licet ratificatio superueniens non uallidet impetrationem, tamen si superuenit mandatum, dum iste est in expeditione impetrationis, quæ iam est cœpta, & non dum completa, tunc licet à principio cœperit sine mandato, tñ istud mandatum trahitur retro, & ualet actus. Ita probat in d. l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. secundum inductionem Ang. ibi in ij. col. ubi dicit, q̃ ille est casus singularis, & quòd non recordatur se alibi legisse ita clare, q̃ licet mãdatum non trahatur retro, sicut ratihabitio, ut ipse ibi pulchrè probat, tamen illud est uerum, nisi superueniat in actu nõdum consummato, licet cœpto: quia tunc trahitur retro. Et ita in proposito. Et sequitur multùm Alex. ibi, & An. Sic. ſ. eod. ex parte. ¶ Amplia quartò, etiamsi in rescripto diceretur per uerba narratiua Papæ, talem procuratorem impetrasse: quia si aliud non apparet de mãdato, non dicitur per hoc rescriptum impetratũ à procuratore habente speciale mandatum, secundũ Io. An. Bu. & Domi. hîc, per c. si Papa. de priui. in vj. & cle. si sumus. de sent. excom. Contrarium tenet glos. magna hîc ad fi. ibi, ad hoc dicit Io. quam sequitur Imo. hîc, & in c. ex parte. ſ. eod. quia uerba narratiua, ex quibus fundatur intentio Papæ, licet sint ex facto alieno, uidentur tñ probare, donec contrarium probetur, ut in cle. unica, de pba. Idem tenet do. Ab. hîc: q̃a ubi agit de modico præiudicio, uerba narratiua, seu enunciatiua plenè probant[a], maximè cùm alia præsumptio non sit in contrarium. De hoc dicit esse gl. no. in c. cùm olim. iuncto text. de cẽsi. Et maximè procedit hoc, ubi narratum est de substantia actus, arg. l. optimam. C. de contrahẽ. & commit. stip. Pro hoc inducit dicta Io. An. in regula, non licet actori. in Mercu. dum ponit utrùm per literas beneficiales, in quibus narratur, quòd impetrans est clericus, probetur clericatus. Idem tenet etiam An. Sic. hîc per c. cùm prídem. de pact. ibi, cuius uicem gerere se dicebat. Vnde si statur ibi uerbis enunciatiuis, ita ut præsumptiuè probent mandatum, fortius uerba enunciatiua Papæ inducent hanc præsumptionem, quæ inductio nihil urget, ut facilè patet uidendo ibi glos. in uerbo, dicebat. ¶ Ad idẽ adducit: quia uerisimile est, quòd Papa sciuerit de mãdato, ex quo sic de ipso loquit: arg. eius, quod dicit Bar. in l. iurisiurãdi. C. de test. dicens, quòd si notarius scribat, qualiter talis testis iuratus deposuit, præsumitur, quòd iurauit, ex quo iuramentum potuit tunc interuenisse. Et notãt. Bu. & Ab. in c. tuis. de testi. ¶ Addatis pro ista parte, quam sequor, notabile dictũ Pau. de Leaza. in cle. ſ. de proba. ubi dicit, quòd si Papa narrat in literis renũciationem coram se factam per procuratorem: ista uerba probant renunciationẽ factam fuisse à procuratore. Tamen poterit probari cõtrarium: putà, probando eum tũc fuisse reuocatum, & certificatum de reuocatione. Et sequitur Bu. in d. cle. ſ. & ibi Imo. & Vitalis in lib. de clausulis, fol. 60. uer. si uerò uerba enũciatiua. Ad idem faciunt uerba Lapi allegatione vij. quæ incipit, disputat, an literæ. ubi uolens probare, quòd si Papa scribit pró aliquo, tanquam plebano, illæ literæ probant præsumptiuè eum plebanũ. Vtitur inter alias hac ratione: quia uerisimile est, q̃ Papa examinauit, aut examinari fecit illum, ad cuius petitionem scriberet, an esset plebanus, an non: quia non est credendum, quòd ad petitionem ignoti aliquid mandaret. Inducit etiã dicta Ioan. An. in d. regula, non licet, dum dicit, q̃ accusatus coram iudice seculari probat se clericum, producẽ-

[a] *Verba narratiua, seu enunciatiua plenè probãt] Adde tu, nũqd uerba narratiua Papæ inducãt dispositiones? Vide duas gl. Prima in c. ſ. de rer. permu. in vj. Secũda in c. ij. de do. & cõtu. eo. li. Adde aliã in l. ſ. C. quando non. pet. par. Quæ dicũt, q̃ nõ. Adde q̃ Barba. in rub. C. qui admit. dicit, quòd fallit hîc in uerbis narratiuis Clementis. Quod not.*

do literam, in qua Papa confert sibi beneficium, tanq̃ clerico. Adducit etiam, quia cum non agat de alicuius præiudicio, sufficiunt argumenta. Allegat c. ex insinuatiõe. de procu. & c. cùm à nobis. in fi. cum sua gl. de testi. & ibi Ioan. An. & inducit consiliũ Fede. optimè seruiẽs in proposito, cuiꝰ incipiens, Casus talis est: Ioannes impetrauit. quem etiã sequuntur hîc Bu. Imo. & Domi. in quo dicit, q̃ si Papa narrat in rescripto, qualiter Titius aliquid sibi significauit, & dat sibi iudicem, postea præsentato rescripto negatur Titium fuisse in curia, literæ probant eum fuisse in curia: imo non admittitur probatio in contrarium: quia Papa narrat factum proprium, nec uerbum Significauit, infert eum fuisse præsentẽ tẽpore impetrationis. Potuit enim alias personaliter, uel nunc per nuncium instetisse. Respõdet Lap. ad dictam cle. si summus, q̃ loquitur de simplici nominatione facta per Papã, nominando, sed non asserendo, nec super tali dignitate se fundãdo, ut si scribat episcopo Florẽtino, se aliq̃d fecisse præsente archipresbytero Pisano: uel scribat episcopo Florẽtino, narrãdo, q̃ mittat ad eũ Pe. exactorem diaconũ Perusinũ: quia ista uerba nõ probant illum esse archipresbyterũ, nec istũ esse exactorẽ. Secus, quãdo nominat ad insinuandũ suã intentionẽ: putà, quãdo narrat, q̃ uult, q̃ tali plebano Perusino restituat talis res dictæ plebis: & tunc talis nominatio & narratio est facta principaliter super hoc, ut sibi tanq̃ plebano aliquid fiat: qđ nõ, nisi plebano, fieri deberet, secundũ eum. ¶ Per prædicta remanet à fortiori uerum illud, quod dicũt hîc Io. An. Bu. & Imo. do. Ab. q̃ si Papa affirmatiuè asserat talẽ fuisse procuratorem, per tales literas, phaĉ illũ esse procuratorẽ. Et uidenť esse uerba assertiua, secundũ Imo. hîc, si dicať, cõquestus est nobis talis procurator, de cuius mandato constitit nobis. Verba autem narratiua essent, quando non additur illud, de cuius mandato, &c. ¶ Et istud dictum Ioan. An. est bene notandum, secundũ Bu. hîc: quia facit, q̃ si in alia scriptura affirmatiuè diceret tale negociũ gestum per procuratorẽ, uideť, q̃ illa scriptura probaret illũ procuratorẽ etiã in casu, in quo requireret speciale mandatũ: quod est bene notandũ, secundũ ipsum, cũ quo transit hîc Domi. & etiã An. Sic. ¶ Cõsidera bene, q̃ dictum istorũ est ualde generale, nõ emꝫ loquiť hîc Io. An. ita generaliter, sed solũm in assertione, quę fit in literis Papę. Pro qua facit specialis ratio, de qua in d. cle. j. & paret ex prædictis. Et ideo in assertione, quæ fit in scriptura aliorũ, si quæriť, an probet cõtra illũ, qui dixit se procuratorẽ: uideť, q̃ sic, per l. optimã. C. de cõtrah. & cõ. stip. ¶ An autẽ probet, quo ad alios, uideť magis dubiũ. Primò per id, quod scribit Bal. in rub. C. de fi. instru. in uer. uerbi gratia. ubi dicit, quòd si notarius scripsit in instrumento. Talis procurator talis contraxit: quia istud instrumentum ad aliud confectum, non probat mandatum procurationis: quia istud uerbum Procurator, est uerbum narratiuũ. Et quæ sunt gesta alio tempore, non probãtur per instrumentũ, cùm instrumẽtũ, quo ad ea, non habeat diem, neq̃ consulẽ, ut per Inn. in c. quoniã. de proba. & in c. cùm in iure. de of. dele. secũdum eum. Et bene faciũt dicta Inn. in illis locis, nã in c. quoniã. in gl. per hoc satis patet. Ponit illã theoricã, qua latè ornatur ibi in v. conclus. quòd uerba notarij posita in instrumento, non probant, nisi id, de quo notarius fuit tunc rogatus. Et in d. c. cùm in iure. dixit in proposito, q̃ si in sententia dicitur, quẽ esse procuratorẽ, per hoc nõ probat: & sequiť Ang. in auth. ut spõsalitia largitas. §. & hoc insup. in uer. sed tũc quæro. ¶ Secundò ad idẽ adduco, qđ scribit do. Car. in c. fi. ad fi. in uer. quæro ultimò pone, q̃ tabellio. ſ. de fi. in str. ubi refert, q̃ procurator dederat substitutum, & instrumentũ substitutionis: dicebat notarius, talis procurator talis, ut constat tali instrumẽto manu talis notarij à me uiso & lecto. Nam dicit Car. se dixisse in facto, quòd per ista uerba non erat probatum de mandato procuratoris: quia est testimonium reddere, non autem mandatum authenticare. Et ideo cùm in illa redditione testimonij non uidear tur scribere, ut notarius, sed ut testis, nõ probat, cùm sit singularis. Mouetur per dictũ Inn. ibi, ubi dixit, quòd ad hoc, ut exemplum solenniter transumptum habeat eandem uim cum originalibus, oportet q̃ totus tenor transcribatur per notarium exemplantẽ. Vnde si dicat instrumentum sententiã latam, prout cõstat per instrumentum à tali confectum, hoc non probat ipsam sentẽtiam. Et dicit do. Car. no. hoc: quia sæpe uidebis de facto. Et illud dictũ Inn. sequiť Rota, de fide instr. decis. ij. in antiquis, dicens hoc procedere in extraiudicialibus: sed in iudicialibus non est necesse q̃ procuratorij inseratur in actis, nec totus tenor instrumentorum, sed narratio habeat um probationis. Allegat Inno. in d. c. quoniam. Intellige etiam illud dictũ Inn. quo ad extraneos: nam inter partes rogãtes notarium, bene probatur de illo mãdato sic enunciato, secundum Car. in d. c. fi. Et ita intelligit dictum Spe. in tit. de fi. instru. §. restat. uer. pe. de quo uisus est ualde mirari Pau. de Cast. in authẽ. si quis in aliquo. C. de eden. ut ibi per Alex. in fi. Et de dicto Inno. in d. c. fi. faciunt mentionem alij, quos ibi reduxi. Et prædicta procedunt, ubi de mandato procuratoris fit mentio ab alio, quàm ab ipso constituente. Sed si ipse, qui constituit eum procuratorem, appellat eum procuratorem in alia dispositione, istud probat eum esse procuratorem, ut probat text. no. in l. ne satisdatio. ff. rem ra. ha. ubi probatur, quòd ex narratione supplicãtis, quæ dicit se aliquem fecisse procuratorẽ suum, probatur illum esse procuratorem, ita ut releuetur ab onere satisdandi. Et illum text. facit sing. Ludo. Ro. in sing. cccxliij. incip. Reuerendus do. Car. sancti Marcelli. Et in uerbo, procurator. §. j. & in cõſ. lxiij. incip. In Christi, &c. solum est uidere. intelligens hoc procedere non solùm, ut confessio ista enunciatiua probet contra confitentem in fauorem eius, cum quo contrahit, sed etiam in fauorem tertij, per d. l. ne satisdatio. Non tamen probat in fauorem constituentis, ut per Spe. in loco per eum allegato. ¶ Demum in hac ampliatione nota tria. Primò,
7 quòd † ubi rescriptũ apparet simpliciter impetratum, nec potest constare, an principalis impetrauerit per se,
a *Coniuncta*] *ad de tu Bart. qui idē tenet in l. sinemus. de sacrosanctis eccl. in uer. itē est aduertendum.* iuncta[a] persona peteret tanquā procurator, secundū Bald. hīc, quia allegādo mandatū, facit se alienum à legis prouidētia, l. maritus. C. de proc. secundū eū, respondētem per ista uerba ad l. iij. ff. de mili. test. Et istud dictū sequitur hīc And. Sic. pro quo adducit: quia ubi in rescripto interuenit pro parte falsitas, & p parte ueritas, uitiatur in totū, c. sedes. s. eo. & ibi fuit dictum post Abb. declarādo c. si eo tempore. de rescrip. in vj. Item, quia attenditur causa nocens, ut per Bart. in l. cùm uir. ff. de donat. Et ita residet. ¶ Addatis Bal. in c. ex parte decani. j. eod. ubi idem tenet, dicēs, quòd si cōiuncta persona asserat se procuratorē, & nō erat, nō ualidatur rescriptū: quia in appellatione est diuersitas, & diuersitatis effectus, & ideo adiectiua nomina dicūt cōgruere actib. qui agūtur. Facit l. filius. ff. qui satisd. cog. secūdum eum. Ad idem uide Bal. in l. j. C. de proc. ubi dicit, q licet persona coniuncta legitimetur per cautionē rati, quando uenit coniunctorio nomine, tamen secus si uenit tanq̄ procurator: quia nisi fiat dubiū de mādato, non legitimatur per cautionem rati. Vnde est distinguēdum, sub quo nomine compareat: argu. d. l. filius. ff. qui satisd. cog. Et ideo licet lex admittat coniunctā personam, non tamen facit eū procuratorē, licet concedat quandā facultatem experiēdi, d. l. iij. §. j. Nā si lex daret sibi mandatū, non esset necessaria cautio rati: quia de mandato l. cōstaret. Itē actus coniunctæ personæ præiudicaret domino, cùm tamē non præiudicet, nisi habeat ratū, ut d. §. j. qui est ad hoc notabilis, secūdum eum: & sequitur Salic. in d. l. j. & Alexand. in l. exigendi. uer. ultimò fallit. eo. tit. per gloss. fi. ibi. uel hīc patet in d. l. filius. ff. qui satisda. cog. ¶ Ad idem, quod not. Ludo. Ro. cōsil. cccxlvj. incip. Primus propositæ consultationis articulus. ubi licet de prædictis nihil adducat, consuluit, q si matitus egit tanquā procurator uxoris, deinde repertum fuit eum non habere mandatū, nō ualet iudiciū, tāquam agitatū de coniuncta personā: per regulā, quæ traditur in l. multū. C. si quis alteri, uel sibi. & in c. cùm super. de offi. deleg. ubi dicitur, qd' potuit, noluit, &c. & per l. si is, ad quem. ff. de acq. hæred. ubi aditio hæreditatis facta ex capite incongruo, non potest sustenta 17
ri ex capite congruo, ex quo fieri potuisset, si hæres uoluisset. Et inter alia inducit pro casu l. antepe. ff. de eo, q pro tutore authore. & l. iij. §. sed & si quidam tutor. ff. iud. sol. ubi stipulatio iudi. sol. facta per eum, qui uerè est tutor, non tamen ut tutorē, sed ut negotiorū gestorē, uel aliter, non ualet. Et respondet ad faciētia in oppositum, maximè ad dicta Bart. in l. j. §. si quis ita. ff. de uerbor. obli. dum tractat, quando defectus in causa efficiēte faciat, quòd si actus nō ualet ut agitur, &c. de quo etiam per Doct. nostros in d. c. cùm super. Et ex his: quæ aliàs ibi reduxi, posset ista limitatio multipliciter discuti. Et istud cōsilium Ludo. approbat simpliciter solemnis doc. Ant. de Alex. in d. l. j. C. de procur. Cui adde Bal. in locis s. allegatis. Est uerum, quòd Andr. Sicul. in d. c. ex parte. j. eod. prædictis non adductis, reprobat dictū Bald. ibi, & consequenter hanc limitationem. per id qd' scribit Angel. in l. dispensatorem. ff. de solu. ubi in effectu uult, quòd licet reuocauerim aliquem ut procuratorem, & sic non possim approbare gesta ab eo, ut à pro c. nonnul
curatore, ut per Innoc. & alios in d. c. ex parte. tamē pot li. §. sunt
sum approbare gesta per ipsum, tanquam à coniuncta & alij.
persona. Ad idem inducit l. Claudius. ff. de acqui. hæred. & l. qui habebat. ff. de instit. & quod per illa iura no. Bartol. in disputatione incipiente, Adunātia generalis. uolens, q si procurator habet mandatum habile ex uno capite, & ex alio inhabile, si contraxit ex capite inhabili, subsistentatur per habile. Facit etiam dictum Innoc. in c. cùm ex officio. de præscript. secundum eum. Nihilo minùs sequēda est ista limitatio p prædicta. Et ad dicta Bar. in dicta disputatione, & ad iura prædicta respōdet Ludo. in d. consil. licet Andr. Sicul. ipsum non alleget. Ad dictum Ang. in d. l. dispensatorem, potest respōderi, quòd Ang. præsupponit illum habuisse mandatum, & etiam fuisse coniunctam personam. Sed in casu Bal. in dictis locis asseruit se habere mandatū, cùm nō haberet: inter quos casus est differentia. Nam in primo casu concurrēte duplici potestate in procuratore, si dominus reuocat solùm unam, non uidetur sibi ipsi tollere facultatem approbandi aliam: & in illa ratificatione non uenit ex capite reprobato. Sed in secundo casu actus procuratoris est ipso iure nullus: quia non intendebat agere, ut coniunctus, sed ut procurator: & ideo cùm non esset procurator, nō tenuit actus. Vnde sicut in impetratione facta à non habente mandatum, non cadit in proposito ratificatio, ut s. in tertia ampliatione, ita nec caderet, quādo in impetrante, qui potuit impetrare, ut coniunctus, non fuit animus impetrandi illo modo, sed procuratorio nomine. Non enim cadit ratificatio in actu gesto à coniuncto, nisi gesserit ut coniūctus, ut in prima limitatione huius fallent. ut si ratifica*tio habeat debita extrema, secundū not.* per Bart. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. Crederem tamen, q si casus, in quo loquitur Angel. occurreret in hac materia; non procederet in terminis huius decre. putà, si coniunctus habuisset mandatum speciale ad impetrandum, & impetrasset ut procurator, cùm tamen esset reuocatus, & hoc sciret: quia non uidetur posse ratificari impetratio ab eo facta, tanquàm si esset facta coniunctorio nomine, per ea, quæ dicta sunt s. in hac limitatione. Si enim non tenet impetratio propter regulam, quod potuit, noluit, non potest etiam ratificari. Aut enim ratificatio uenit ad purgandū defectū mandati, & nō potest, propter tertiam ampliationē, de qua s. ubi in impetratione ista nō cadit ratificatio. Aut uenit ad integrādū actū, tanq̄ gestū à cōiuncto, iuxta ea quæ dixi in j. limitatione huius fallēt. & adhuc nō potest: quia nō egit, ut cōiūctus. Et si hīc caderet ratificatio, nūq̄ haberet locū ista limitatio: qa clarū est, q quoties cōiunctus aliquid facit, ut cōiunctus, oportet, q sequatur ratihabitio, ut in prima limitatione huius fal. Et ista benè nota, tanq̄ nouiter discussa. ¶ Limita tertiò hāc ultimā fallētiā in † per-
nis cōiūctis coniūctione spirituali: quia illa nō sufficit 18
in casu huius decre. sm Spec. in ti. de rescr. præsenta. §. ratione autē impetrantis. uer. sed nūquid canonicus. ubi dicit, q canonicus nō potest impetrare pro ecclesia, nec pro canonico sine mādato, licet inter eos sit spiritualis quædā proximitas, & uinculū fraternitatis. Et sequitur hīc Io. An. post Host. propter uerba huius cōcilij, qd' est fauorabile, & fuit originaliter dictū Host. in summa huius ti. §. quæ possunt. uer. nūquid canonicus. & uide gl. fi. in fi. in c. fi. j. de proc. sm Io. An. & Domi. hīc, q ex isto dicto dicit esse colligēdū notabiliter, q iura, quæ dicūt, q coniūctus admittitur sine mādato, debet intelligi de cōiūctione ratiōe sanguinis. ¶ Adde Arc. in c. statutū. §. cū autē. de rescr. in vj. ubi dicit, de cōsuetudine curiæ nūlū admitti ad ipetrādū, uel cōtradicēdū, p alio sine speciali mādato, nisi sit persona cōiuncta proximitate carnali, ut intellexerunt Gof. & Hosti. Et ista uerba Archi. sequitur Ioan. And. in d. c. fin. in fi. de proc. reprobandō

glos.

glo. fi. ibi in fi. quæ sentit contra prædicta, licet Archi. in libro meo non dicat hæc. Et ista etiam sequitur Butrig. Imo. & Abb. in d. c. in fi. allegando etiam Host. ubi §. Et ad hæc uide, quæ opportunè scripsi in c. cùm M. §. titul. prox. probando, ꝙ ad agendū, & similia, quoties fit mētio de coniuncto, non uenit coniunctus coniunctione spirituali. ¶ Sed considera ultra ibi dicta, ꝙ si nos pari-ficamus in hac materia potestatem agendi & impetrā-di in coniunctis, prout uidentur æquiparari per istum text. restringenda est ista limitatio ualde notabiliter, ut licet alij coniuncti coniunctione spirituali non possint impetrare sine mandato, tamen fallit in episcopo impe trante pro capitulo, & in capitulo impetrante pro epi-scopo, per id, quod singulariter uoluit Bu. in c. edoceri. uers. alter autem pro altero. §. eo. ubi dicit, ꝙ inter istos coniunctio spiritualis est maior, quàm inter alios, per c. præterea requisisti. de testa. adeo ꝙ unus potest agere pro alio sine mandato cum debitis cautionibus. Et se-quitur ibi Domi. ut ibi retuli in ij. decla. Vnde si illud est uerum, & si est uera ista æquiparatio facultatis agen di & impetrandi, procedet ista restrictio, quam in hac materia non reperio ab aliquo consideratā. ¶ Sed nūc credo, ꝙ in contrariū sit decisio Hosti. in terminis in d. uersi. sed nunquid canonicus. ibi, quia episcopus suus erā. dum dicit, ꝙ non fuit auditus in curia, dum contra diceret impetrationi factę contra capitulum suū, à quo non habebat mandatum. Et uidetur uelle, ꝙ coniun-ctio spiritualis non operetur plus, quo ad episcopum & capitulum, quàm inter alios spiritualiter coniūctos, respectu huiꝰ materiæ. Et istud puto uerius: quia dū di cunt Doct. coniunctionē spiritualē non sufficere in hac materia, loquuntur indistinctè, ut patet ex locis, quæ re duxi in d. c. cùm M. Adde etiā istis, ꝙ canonicus potest impetrare absolutionē ab excōmunicatione nomine sui cōcanonici sine mandato, sm Inn. in c. Romana. de sen. exc. in vj. & sequitur Ro. in ti. de proc. dec. xxxvj. inc. itē si dicamus. in nouis, ubi hoc limitatur, nisi petat ab-solutionē ad cautelā. ¶ Limita quartò, nisi coniunctus uelit opponere impetrationi per alium factę: quia non admittitur ex eo, quia sit coniunctus, sm Io. An. & Bur. in c. j. in fi. de proc. dicentes, ꝙ Arc. ita limitat istū tex. in d. c. statutū. §. cū aūt. Et sic ad cōtrauenien dū nō admitti tur sine speciali mādato, cū talis actus sit potiùs quod-dā cōtradicere, cꝫ defendere. Et ita dicūt declarari hāc decretal. Tamē Host. uidetur sentire cōtra hāc limitatio nē in d. uer. sed nūquid canonicus. dū dicit post Gof. ꝙ nullus admittitur ad impetrandū, uel contradicendū sine speciali mandato, nisi sit coniuncta persona. Et sic uult, ꝙ coniuncta persona posset contradicere. Vnde propter istam uarietatem uidetur standum stylo curiæ: quo non apparente fortè opin. Hosti. est uerior: quia qua ratione conceditur ista facultas impetrādi in isto text. eadē ratione uidetur cōcessa facultas cōtradicēdi.

a *Nisi] Adde tu, ꝙ spurius & natus ex dānato coitu, nō dicūtur propriè coniuncti, & ideo non possunt agere pro coniuncto, quia non ueniunt appellatione cōiunctorum, & tales coniuncti non admittūtur in casu istius texi. ita Bald. in l. id, quod pauperib. in uer. illud constat. C. de episco. & cler. & in addit. per l. hos accusare. §. omnib. ff. de accus. Facit, quòd no. Dyn. cons. xiiij. inc. In Christi nomine diligenter considerata. ubi dicit, ꝙ spurius non uidetur habere cognationem, uel cō-iunctionem ex parte patris. Allegat §. fin. in aut. qui. mo. nat. effi. sui. Et hoc cōsilium Dy. allegat Bal. in d. l. id, qd pauperib. C. de episc. & cler. dicens, ꝙ spurij non ueniunt appellatione con iunctorū. Et adde ꝙ ubi repellitur spu rius, tanquā non coniunctus, ibi etiā repellitur filius spurij, quamuis legiti mus: quia non habet plus coniūctio-nis, quàm habet pater, secūdum Paulum de Cast. consil. clxxxj. In causa, quæ uertitur coram uicario.*

glo. in cle. j. de baptis. in uer. liberi. Bar. in l. ij. ff. de ac cus. in uer. quæro, quid de filia naturali. Adde, qui admittātur ad impe trādum rescriptū absq; speciali man dato? Vide per Au gel. in l. j. in fi. ff. de iniur. nā ibi eos numerat.

Excipiuntur ab ista

Limitatione duo casus.

19 Primus est, quando † spurius uellet impetrare pro illis, quibus posset succedere, secundū Hosti. hîc, quem prædicti sequuntur: & remittit ad no. in c. Rayn utius. super uerbo, absq; liberis. de testa. Et an, &

b *An & quādo] Adde Bar. in l. fin. uer. quæro, an sic cedat. ff. de his. qui bus ut indign.*

b quando [b] possint spurij succedere, re mittit hîc Imo. ad tex. & glos. cum ibi no. in l. si qua illustris. C. ad Orfi. & in l. si spurius. & in l. hac parte. ff. unde cog. Et ideo dicit hîc Ab. ꝙ isti admit-tuntur ad impetrandum pro coniun ctis per lineam fœmininam: quia ad inuicem sunt co-gnati, & sibi succedunt, d. §. uulgo. Similiter uidetur, ꝙ frater naturalis admittetur pro fratre, qui esset ex eadē matre: quia ex latere materno habent proximitatem & agnationem, ut est de mente glo. ij. in l. hac parte. ff. un-de cogn. Gui. de Cu. in l. parentes. ff. de in ius uocan. Et quando illegitimi succedant, uide latè Ang. in §. fin. in auth. qui. mod. natur. effic. sui. & concluſiuè Imo. in c. ni si cùm pridem. de renun. & Matthe. de Matthes. in tract. de succ. ab intest. cum concor. ¶ Secundus casus est in naturali tantùm, quia iste potest impetrare, ut coniun-ctus, secundum Innoc. hîc: quia multis priuilegijs gau-det, in auth. qui. mod. natur. effi. legit. §. ij. & fin. & sequū-tur omnes prędicti hîc, cùm talis certo casu admittatur ad successionem, auth. licet. C. de natu. lib. & notatur in c. tanta. qui fil. sint legit. & uidetur probari, secundum Abb. hîc, in l. parentes naturales. ff. de in ius uoc. ¶ Sed contra hoc dictum Innoc. tenet Ioan. de Imo. in l. ex fa-cto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. uolens, quòd sicut spu rij non dicuntur coniuncti, ita nec naturales: quia ꝙ quis admittatur pro alio sine mandato, est constitutio iuris ciuilis, & exorbitans à iure, l. non solùm. §. qui alie no. cum glo. ff. de neg. gest. Ergo non uidetur admitten dus naturalis, ne fiat extensio. Pro hoc etiā allegat: qa naturalis non reputatur coniūctus alteri fratri, quoad successionem. Allegat glo. ij. in d. l. hac parte. Dicit tamē quòd propter authoritatem Innoc. opinio eius fortè seruaretur in practica. Sed huic motiuo Ioan. de Imol. respōdebitur paulò pòst in pri. uer. respōdet etiā. ¶ Est uerum, quòd do. Abb. hîc credit, ꝙ indistinctè omnes illegitimi dicantur coniuncti: & hoc in specta naturali æquitate: nā secundū naturam sunt consanguinei, & in eis cadit affectio naturalis: hoc est, quoad matrimoniū impediendum dicuntur consanguinei, c. per tuas. de probat. c. discretionem. de eo, qui cog. consan. uxo. suæ. Et hanc opinionem sentit Bart. in l. ij. ff. de accus. Et hæc not. quia faciunt ad multa, secundū eum. Et hoc modo non solùm in casibus d. auth. ex complexu. sed indistin ctè remaneret falsa ista v. limitatio. Sed istis motiuis re spondet Alexan. tenens opinionem communem, in d. §. si quis rogatus. quòd imo distinguēdum est inter na turalem & spurium, ut §. dixi: quia in dubio nō intelli-gitur de tali spurio, per auth. ex complexu. C. de incest. nupt.

18 ¶ Limita † quintò istam ultimam fal-a lēntiam, nisi [a] coniunctus sit spurius, seu natus ex damnato coitu, sm Inn. hîc per l. uulgo. ff. de stat. ho. & l. quia semper. ff. de in ius uo. & §. uulgo. Inst. de suc. cog. ubi tales non succedūt: & sic non uidentur proprie coniūcti. Et sequuntur hîc Host. Io. And. Bu. Imo. & do. Bal. & expressiùs Ang. in l. sed & hæ. in pri. ff. de proc. & Bal. in l. cū acu tissimi. C. de fideicō. Et intelligit hoc Bal. hîc, siue sint ascendētes, siue descē dentes, siue collaterales, per l. lege lu-lia. §. nec distinguitur. ff. de ritu nup. li cet in materia merè naturali, ut in pœ na l. Pompeię de parricidijs, continea tur spurij: quia natura communis est. Allegat Cyn. in d. §. nec distinguitur.

nupt. præter quàm ubi tractatur de matrimonio impe diendo: quia ibi summa honestas & maximus pudor attenditur, c. j. de sponsa. in vj. l. nihil. & l. adoptiuus. ff. de ritu nupt. Nec obstant not. per Bart. in d. l. j. & ij. ff. de ac cus. quia illa dicta non procedunt absolutè: nam etiā, quo ad accusandum, non admittitur spurius sub ap-pellatione suorum, ut per Bar. in l. neganda. in fi. C. qui accus. non pos. quia sumus in materia ciuili. Ergo uer-ba sunt ciuiliter intelligenda, l. Iulianus. uer. hoc capi-te. ff. de rit. nupt. Si tamen uellet admitti, ut quilibet de populo, tunc admittitur, imo præfertur aliis: arg. l. quā-uis adulteri. C. de adul. & l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excus. tut. Et ista uult Imol. in d. §. si quis rogatus. ut ibi per Alex. & Ang. Aret. in lib. Malefi. in uerbo, nec nō ad querelam. uer. quæsiuit etiam Bar. Respondet etiam A-lexan. ad rationem Io. de Imol. relatam §. proximè, uer. secundus casus. dum uoluit, ꝙ naturalis non dica-tur coniuncta persona: nam imo uidetur, ꝙ iste text. sit fundatus in ratione naturali. Patet in l. sed hæc. in prin. ff. de proc. ubi libertus potest agere pro patrono: & hoc quia propter beneficium libertatis susceptū dictat ra-tio eum habere affectionem maximam ad patronū: ar-gu. l. sed si l. §. consuluit. ff. de pe. hæ. Ergo cùm affectio i-sta naturali ratione habeatur inter filiū & patrem natu ralem, & pari ratione ad fratrem naturalem, debemus dicere, ꝙ iura uolentia personas posse agere sine māda to, habeant locum etiam in naturalibus, per l. parētes. cùm ibi not. ff. de in ius uoc. l. adoptiuus. §. j. ff. de rit. nup-ti. & l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. secundū eū. Et differētia inter naturales & spurios, ut primi ueniāt appellatione suorum, non alij, uide omnino Bal. in l. j. ibi, quoad secundum articulum. C. qui accu. & in l. quis quis. C. ad l. Iul. maiest. & ibi etiam aliquid per Sal. in l. filium. in ij. quæstione.

Prędictis obstant duo.

Primò uidē

20 ꝙ primo filius naturalis non possit agere, neq; impetra-re pro patre, sequendo Imo. in d. §. ex facto. quia sequē-retur hoc inconueniens, ꝙ pater ex uitio suo lucrare-tur. Nam lex positiua uoluit, quòd nō possit relinque-re filio naturali, quantum uellet: & hoc ad refrænandū uitium parentū. l. fi. C. de nat. lib. Vt ergo refrænetur ui-tium patrum, dicemus filium naturalem tantùm, non posse agere, aut impetrare pro patre. Et ita per hanc ra-tionem tenet hîc And. Sic. dicens se audacter per hoc re probare Innoc. & sequaces. Sed certè ista ratio non con cludit: quia tex. hîc in fin. non habilitat coniunctos, ut inducat lucrum pro coniuncto, quo fit impetratio: sed quia, sicut lex ciuilis præsumit, ꝙ cōiunctus fideliter & cum affectione causam agitet pro coniūcto, & ꝙ uerisi-militer coniunctus ratum habebit: ita præsumitur, ꝙ coniunctus impetrabit sine fraude & sine animo mer-candi ex ipso rescripto cum coniuncto. Quæ ratio ha-bet locum in naturalibus, in quibus uiget pietas erga patrem, auth. licet. in fin. C. de nat. lib.

a *Isti ueniūt] Ad de tu, quòd natu-rales dicuntur cō-iuncti. Bar. in l. ij. ff. de accus.*

a Et cùm isti ueniunt [a] appellatione cō iunctorum, & in his præsumatur di-cta affectio, tenēda est opinio non ha bita consideratione ad dictam refræ-nationem uitij parentū, quæ fit in eo, ꝙ prohibentur relinquere in totum filijs. ¶ Obstat secundò prædictis, in quantum dictum est, ꝙ spurius accu-sare potest de morte patris, ut extra-neus, & quilibet de populo: imo præ-fertur cæteris, ut p. Bal. in d. l. negāda. & Imo. in d. §. si quis rogatus. Nam contra hoc arguitur sic: actio competens cuilibet de populo, debet intētari, per eū, qui est integræ opinionis, l. popularis actio. ff. de pop. act. l. criminis. in uerbo, si tibi integra æstimatio. C.

b *Infames] Adde do. Alex. de Imol. in consil. lxxx. ij. parte.*

b ꝙ acc. Sed spurij & nati ex dānato coitu sunt infames [b],

c. nōnulli. §. sunt & alij.

& non integræ æstimationis, aut. ex complexu. C. de in-cest. nupt. Notant Bal. & Sal. in fin. C. de uerb. sig. & Cy. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. ma. Ergo spurius, ut quilibet de populo, non potest accusare occisores patris. Et per hanc rationem tenendum est intrepidè cōtra Bart. Bal. & Imo. ubi §. tāquā pessimè locutos, secundū And. Sic. hîc. huic rationi respondent Moder. in lib. Malefic. in d. uerbo, nec nō ad querelam. uer. tu aūtem in hac mate-ria. Adde ꝙ Bart. dicit, ꝙ ille, qui aliàs repellitur ab ac-cusatione, non repellitur, quando prosequitur suā, uel suorū iniuriā. Allegat Spe. in ti. de recu. §. j. ad fi. uer. sum ma. per c. omnib. iij. q. vj. & c. prohibentur. ij. q. j. in uer-bo, mortē propinquorū defendant. ¶ Sed cōtra istam responsionē facit, quia si isto casu admittantur, tanquā ueniāt appellatione suorum, ergo non solùm tanquā quilibet de populo, sed etiam pro interesse particulari uidentur admittendi prosequentes suorum iniuriā. Et sic esset uera opi. Bar. in d. l. ij. ff. de accus. quā reprobant in hoc Bal. Imol. & Alex. in dictis locis, nisi dicamus, ꝙ licet per prædicta non ueniant appellatione suorū, uel coniunctorū, capiendo suos eo modo, quo capiuntur in d. l. neganda. & in d. c. omnibus. cū similibus tamen non sunt omninò similes extraneis: & ratione sanguī-nis possunt dici largo modo sui; adeo ꝙ saltē, tanquā quilibet de populo, admittantur prosequentes iniuriā suorum, & ex hoc iure sanguinis præferantur alijs, tan-quam propēsiori dolore moti, d. l. quāuis adulteri. in uerbo uerus dolor ad accusationē impellit. d. l. amicis-simos. in fi. in uerbo, naturales stimulos. & l. ij. §. fin. ff. de adult. ubi præfertur in accusatione, qui propensiore iu re & maiori dolore mouetur. Et multis modis patere potest, ꝙ in concernentibus sanguinē, & ubi lex utitur uerbis naturalibus, longè differunt naturales ab extra neis, ut inuenies discurrendo totā repetitionē Alexā. in d. §. si quis rogatus. & quæ abbreuiaui in c. in presentia. post Abb. de proba. Et ab istis non est discedendū, quæ sunt conclusiones approbatæ magis communiter, licet opin. do. Abb. hîc, & Bart. in d. l. ij. de accusa. semper fue-rit uisa mihi æqua, ut appellatione coniunctorū ueniāt omnes illegitimi, inspectis benè rationibus Bart. Et eīs sequitur Bal. in c. de cætero. in fi. de testi. & in d. l. j. C. qui acc. Sequendo opin. eorū cessarent difficultates, de qui bus §. Et idem tenet Bart. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de acc. dicens illum text. optimè facere ad hoc. Et idē not. Bart. in l. cùm simus. ad fin. C. de agri. & censi. lib. xj. & Ang. in l. uxorē. C. qui accusare non poss. ¶ Limita

21 sextò & ultimò prædictā ultimā fallē-a tiā, dum modò [c] impetrans tanq; con-c iunctus, sit in tali gradu, ꝙ sm consue tudinē patriæ appellatur coniūctus. Si enim est in tali gradu, ꝙ licet sit cō-sanguineus, tamē de stylo patriæ non reputatur coniunctus, non habet lo-cū iste tex. sm do. Abb. hîc dicentē idē, quo ad casum d. l. sed & hæc. quia lex nō cōsiderat nisi affectionē, & ideo cō cludit, ꝙ ultra personas ibi expressas est arbitrariū, inspecta affectiōe & mo ribus patriæ, qui cōiuncti debeāt ad-mitti. Et adducit theoricā Doctorū in c. postremo. de app. sic adaptans opi. Inn. Cōpo. & Host. hîc, qui inter se ua-riant in decidendo, qui dicatur cōiuncti, ut per eum. Et ista fuit opin. do. Car. hîc, qui dixit, ꝙ aut de cōsuetu-dine curiæ apparet, & illi standum est: & procedat opi. Cōpost. hîc dicentis, ꝙ de consuetudine admittitur fi-lius fratris, & sororis, fratris, patris & matris i cōsobrin⁹, & filius consobrini, & omnes consanguinei usq; ad ter tiū gradū inclusiuè: ultra nō. De affinibus autē admit-titur socer, & prosocer: & de descēdētibus gener & pro-gener. Et dicit Papam oretenùs determinasse, ꝙ affinis

c *Dū modò] Ad de tu, quòd appel-latione coniunctorum ueniunt etiā affines, l. sed & hic. in prin. ff. de proc. Vide Scribē tes in l. reprehen-denda. C. de instit. & substit. & in l. cùm maritum. & ibi Bal. C. de fol. et in l. manifestissi-mi. §. fin. C. de fur.*

collateralis, ut sororius non admittatur. Aut non constat de consuetudine curiæ: & tunc censentur coniuncti usq; ad quartum gradū: sed ultra illum est arbitrariū, usque ad quem gradum dicantur coniuncti, nec ne. Allegat no. in d.c.postremo. Facit gl. ij. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. dū dicit affectionē considerari. Et eā allegat Bal. in d.c.postremo. & facit tex. in l. cùm allegaui. C. de cast. pe. lib. xij. in uerbo, affectioni fraternæ. quem allegat Bald. in l. j. uer. super tertio. C. qui accu. ¶ Nec est loquendum pari modo in hoc de potestate agendi & impetrandi: quia actus agendi est maioris pōderis. Hinc est, q̄ conuentus monachorū, potest impetrare sine cōsensu abbatis: non tamē agere: quia agere est species alienationis. Vnde qui prohibetur alienare, prohibetur rē in iudicium deducere, l. ait prætor. §. j. ff. de iure delib. Non sic in impetratione literarū ad lites: quia nihil perire potest absenti per impetrationem. Et hanc differentiā considerat hīc Andr. Sic. dicens, q̄ nullus hoc animaduertit: & ideo totus mundus in ista materia fuit hactenus in errore dicēdo, q̄ in quo gradu quis potest impetrare, in eodē potest agere, secundū eum concludentem singulariter, quòd ad agendum admittuntur coniuncti usq; ad quartum gradum, inclusiuè: ad impetrādum uerò usq; ad septimū. Et est concordia noua secūdum eū. Sed certè Host. Io. Andr. Butr. Imol. Abb. & Domi. hīc expressè aduertūt hoc dicentes, quòd ad agendum admittuntur usq; ad quartū gradū inclusiuè, & non ultrà: quia in agendo posset parari præiudicium absenti, non sic in impetrando. Et ideo admittitur ultra quartum gradum, secundum Host. & prædictos, licet Abb. aliter referat Host. ¶ Considera benè, q̄ quantū ad terminos huius decretalis, uidetur tenēda opin.

Bart. & do. Abb. intelligēdo, ut exprimit Car. clarius, q̄ Abb. quòd[a] ultra† quartum gradū sit arbitrariū, qui dicātur coniuncti in hac materia: sed usque ad quartū gradum admittuntur indistinctè, saluo in omnibus styloꝰ curiæ. Sed huic opinioni obstat, q̄ dicit Bald. in d.c.postremo, & in l. j. qui acc. uidelicet, q̄ ubicunq; tractatur de significatione uocabuli, nunq̄ est ad arbitriū iudicis recurrēdum. Et dicit de hoc esse tex. notabilem in l. item in legato. §. paruī. ff. de leg. iij. Potest responderi, q̄ si consuetudo est in loco, quòd appellentur coniuncti illi, qui sunt cōsortes, seu de stirpe, aut de cassata, seu de tali domo, iudex arbitra- 24
bitur tales esse coniunctos. Et idem, si consuetudo non arbitraretur coniūctos, nisi in certo gradu. Et si iudex hoc arbitratur, non est arbitrarī propriam significationē uocabuli: quia cùm sīt arbitrata & declarata per cō suetudinem, ipse dicitur eam imitari, & nihil de nouo facere: sed exequi interpretationem causatā à cōmuni usu loquendi. Si uerò de hoc non sit certa consuetudo, tunc fortè dicentur coniuncti in proposito omnes, qui sunt successibiles ab intestato. De affinibus autē starē cum dicto Cōpo. ex quo dicit, per Papā fuisse ita determinatum. Et prædicta sunt de mente Io. de Imol. & do. Abb. in terminis multūm similibus in d. c. postremo, ubi uide Phi. ¶ Generaliter autē, cùm quæritur, qui ueniant appellatione coniunctorū, uel appellatione suorū, reperiuntur uariæ opin. quas puto introductas fm uarietates subiectæ materiæ. Et de istis, ne uidear transcribere alibi scripta, remitto ad ea, quæ allegātur in repertorijs Brix. & Firmiani in uerbo, Coniūcta persona. & per Alex. in l. exigendi. uer. quæ autem dicātur coniūctæ personæ. C. de proc. Et de ista materia, qui dicantur

a *Quòd] Adde tu, quòd Vltramō tani dicunt, quòd coniuncta persona dicitur usq; ad x. gradum: & hoc in agnatione: usq; ad septimum in cognatione. Adde tamen, quòd Franc. Tigri. Bar. Sal. & Bal. sequuntur gl. in l. cùm alienam. in fi. C. de leg. q. sit in arbitrio iudicis, qui dicatur cō iunctus: & ibi uide Bart. qui ponit rationem, & adducit opin. Vltramontanorum.*

coniuncti, uide etiā And. Sic. in repe. l. cū acutissimi. fol. 4. 15. & 68. C. de fideic. & Mod. in lib. Malef. fol. 18. ad fin. & longā apostillā Alex. in d. l. ij. ff. de accus. & Car. in decausam. §. uerùm. in j. q. de elect. Et qui uenīant appellatione suorum, uide melius, q̄ alibi, per Martinū in c. cū P. Manconella. in vij. col. cum trib. col. seq. de accu. Et cū istis paucis locis inuenies loca plura. Et adde, q̄ in casu huius decretalis, & de essentia legis, sed & hæc. non uenit coniunctus magna amicitia, ut per do. Abb. in c. corā. de offic. deleg. & latè & copiosè per Alex. in d. l. exigē di. & in l. sæpe. ff. de re iudic. & per eundem in l. j. §. lege Falcidia. ff. ad l. Falcid. quicquid scribat And. Sic. in d. l. cùm acutissimi. c. cùm M. Ferrariensis. in iij. char. super tit. prox. Si enim non uenit spurius appellatione coniunctorum, ut s. multo minùs amicus.

Expeditis Ampliationibus & fallentijs ad istum tex. in quibus cōclusa sunt omnia dicta Doctorum hīc, & alibi, necessaria ad materiā, restāt solùm duo. ¶ Primum est notabile dictū Cō-
23 post. dicentis hīc, q̄ † cōtra impetrantē rescriptū nō admittitur tertius opponens excōmunicationē ad impediendā impetrationē, etiamsī pro ipso est lata excōmunicatio: quia ex quo contra eū nō agit, cessat exceptio, quæ est actionis exclusio, l. j. ff. de excep. Et si posset eum tāgere, nō admittitur ad cōuenientiā iudicū, sed datur cautio, q̄ per illud rescriptū non cōueniet eum, ne sibi præiudicetur. Et ita dicit fuisse obtētū in curia. Et sequūtur hīc Io. And. But. Imo. & Domi. & And. Sic. remittentes etiā ad Spe. de rescr. præsen. §. ratione formæ. uer. sed pone, tu es excōmunicatus. & uer. seq. ubi idē tenet. Et ut intelligas illa uerba, Ad conuenientiam iudicum, uide Dom. post Io. An. in c. j. uer. an reus excōmunicatus. de rescript. in vj. ¶ Obstat notabilis decisio Car. in c. exceptionem. in vj. q. de except. ubi dicit, q̄ contra excommunicatū agentē in iudicio tertius potest opponere exceptionē excōmunicationis, ut repellat eū à iudicio: qa ex quo iudex potest hoc ex officio, sequitur, q̄ est publicū interesse, ut repellatur. Igitur quilibet audiendus est. Et dicit, q̄ fortè istud est uerius, licet contrarium teneat Arch. in c. j. de rescr. in vj. considerās, q̄ nō interest tertij. Et pro isto dicto Car. facit, quod not. Bart. in l. ubi pactum. uer. & ideo iam de facto dixi. C. de transact. Et sequuntur ibi cōmuniter Scribentes, dū dicūt, q̄ quando inquiritur contra homicidā, potest tertius cōparēre & allegare, q̄ occīsus erat bānitus, qui poterat impunè offendi ex forma statuti. Et per hanc allegationē factā à tertio debebit iudex supersedere inquisitioni. Et confirma, ut ibi per Alex. uerbic. itē per istā glos. ¶ Po-
test† fortè responderi istis dictis ab alio in isto proposito non consideratis, & negari æquiparatio inter opponentem, ut repellat à iudicio, & inter opponentem, ut repellat ab impetrando: nām primo casu bene uersatur interesse publicum propter periculum communionis, sed non sic in actu impetrationis: quia quo ad illum actum, nō uidetur esse incœptū periculū cōmunionis, sed fieri præparatoriū ad futurā cōmunionē: & quādo ad illā deuentum erit, tunc audietur tertius pro publico interesse. Sed nō sic in actu impetrationis. ¶ Cogita tamen: quia intentio Car. in d. c. exceptionem. fuit reprobare Archi. in d. c. j. de rescr. in vj. & Archi. ibi post medi. & ante fi. in uer. sed pone, q̄tu eras de. dicit forma liter idem, quod Doctores hīc post Compo. s. q̄ tertius non auditur ad opponendam excōmunicationem impetratori, licet alij non referāt Arch. in d. c. j. Vnde uidetur Car. per consequens uelle reprobare id, quod tenēt Doct. hīc. Sed, ut dixi, potest dari differentia inter repulsionem ab impetratione, & repulsionē à iudicio, per rationem prædictā, nisi replicares, dicendo, quòd qua ratione in principio iudicij tertius potest opponere excō munication em uolenti agere, ut repellat eum à limine iudicij propter imminens periculum proximæ cōmunionis:

nionis: eadem ratione posset opponere actui suæ impetrationis, ut impediatur periculum communionis, qd̄ posset uersari in impetratione, & quod uerisimilius uersabitur in usu ipsius impetrationis: quia non præsumitur impetrare animo non utendi. Nec enim minùs faciendum est uolenti impedire periculum futurū, quàm existēs, ne post uulnerata causam, &c. l. fi. C. in qui. cau. in integ. restit. non est necesse. Et istud non inuenies alibi discussum. ¶ Vltimò restat aliud, quod ponit hīc Dom. post Rotam in ti. de iud. dec. v. in nouis, aliàs nu. 185. in cip. Itē q̄ ualet commissio, uidelicet q̄ filiusfamiliās in patria potestate constitutus, potest impetrare in Romana curia commissionem fiendam uni auditori. Et ad p̄bandam hanc conclusionem utitur Rota duplici uia: s. speciali & generali. Specialis est illa, de qua dixi s. in iiij. fallentia. q̄ commissiones, quæ fiunt auditoribus sacri palatij, sunt potiùs distributiones. Generalis uia est, p quam expressè uolūt, q̄ etiā in curia ualeret eius impetratio. Et hoc probāt: quia filiusfa. secundū aliquos nō est inhabilis per se ratione patriæ potestatis ad impetrandum, quia non simpliciter prohibetur impetrare, uel agere: imò in multis casibus agere potest, l. filiusfa. §. sed ipse. ff. de proc. c. non iniustè. j. de proc. & c. qui generaliter. de proc. in vj. Itē quia rescripti impetratio nō est actus iudicialis, sed extraiudicialis, ut probat Inn. in c. quoniam contra. de proba. Et facit tex. hīc, & in c. fi. j. eo. Item per solā impetrationem non debet excludi filiusfa. quia potest esse, q̄ impetrabit in castrēsi, uel quasi, in quo agere potest: & sic nō apparet inhabilis à prī. Et licet in alijs requiratur consensus, potest tamen interuenire, ante quàm agat. Ideo sola impetratio nō cōcludit eum adhuc agere, iuxta no. per Inn. in c. ex conquestione. de restit. spo. Et cū ista decisione trāsit hīc Domi. ¶ Adde Aeg. Belle. dec. Rotæ dccxxx. incī. commissio impetrata. ubi idem formaliter tenet subtilioribus rationibus, & reputat fortissimum illud argumentum, quod ultimò est factum: quia sufficit, q̄ in iudicio interueniat iste consensus. Ergo non requiritur, q̄ præcedat ante impetrationem commissionis. Et pulchrè deducit, quo iure, & in quibus prohibeatur filiusfa. agere. Vide latiùs per eum. ¶ Et ex his cum laude Dei est finitum commentum istius solēnis decretalis. ¶ Vltimò, quia in vij. ampliatione feci mentionem de pœna falsantium literas Papæ, adde quæ dixi in d. c. ij. uer. præsumitur contra rescriptum. s. eod.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Clericus ubi sortiatur domicilium.*
2 *Clericus secularis habens beneficium requirens residentiam, sortitur ibi domicilium.*
3 *Clericus habens plura beneficia requirentia residentiam, dicitur habere plura domicilia.*
4 *Clericus habens unum beneficium, in quo tenetur residere, licet ibi non resideat, nec sit dispensatus super non residentia, tamen dicitur ibi habere domicilium.*
5 *Clericus licet dicatur habere domicilium in loco beneficij requirentis residentiam, non tamen per hoc desinit habere domicilium in alijs locis, in quibus aliàs de iure habet domicilium.*
6 *Clericus licet alibi, quàm in loco beneficij dicatur habere domicilium, tamen domicilium principale dicitur esse in loco beneficij.*
7 *Clericus quandocunque non reperitur in loco beneficij, in quo tenetur residere, præsumitur iniusta & malitiosa absentatio.*
8 *Prælati religiosi sortiuntur domicilium in loco prælaturæ.*
9 *Iudex competens quis sit, si agitur de materia concernente ipsum beneficium.*
Decretum interponendum super alienatione rei ecclesiasticæ, debet interponi in loco, ubi est ecclesia, de cuius prædij alienatione agitur. Post nu. 9. uer. septimò ficit.
10 *Actor an habeat electionem, an uelit conuenire reum clericum in lo-*
co beneficij, an alibi, ubi etiam habet domicilium: uidelicet quando agitur de materia beneficij.
11 *Domicilium ut quis sortiatur, quot requiruntur.*
Conuersatio assidua an causet domicilium. Post num. 11. uersic. considerandā bene.
12 *Scholaris, uel mercator, quando, uel ubi sortitur domicilium.*
Scholaris qualiter in loco studij sortiatur domicilium. Post num. 12. uers. secundò limita.
13 *Dietæ ad aliquem conueniendum, à quo loco debent computari.*
14 *Iudex appellationis quando potest inhibere iudici à quo.*
15 *Exceptio, quòd quis non trahetur ultra duas dietas, an possit opponi post litem contestatam.*

CAPITVLVM XXIX.

Dilectus filius. ij. ¶ Si occasione duorum rescriptorum, unius s. in causa principali, alterius in causa appellationis, contenditur, non iudex super principali, sed deputatus super appellatione, cognoscere debet de ualiditate appellationis. H. D. secundum do. Abb. & uenit ad limitationē c. pastoralis. s. eo. tāquam solùm ea, quibus est aliquid addendū ultra Modernos scribentes: relīqua, quę principaliter non cadunt hīc, seruanda sunt ad loca ppria, ad quę etiam remittūt hīc Doc. ¶ Et primò habebimus, an & quando in loco beneficij dicatur clericus habere domicilīū. ¶ Secundò, an ex solo commorari sortiatur quis domicilium. ¶ Tertiò, quis locus attendatur in cō putatione dietarum. ¶ Quartò, quando iudex ad quē, inhibeat iudici à quo. ¶ Vltimò remissiuē, utrum dilatoria quotidiè grauans, possit opponi quandocunq;.

De domicilio Clerici, uult hīc gl. q̄ clericus nō sortiatur domicilīū in loco beneficij, seu ecclesiæ, uel præbendæ. Et pro intellectu huius materiæ, collectis dictis Doctorum hīc & alibi, ordinauī nouiter nouem cōclusiones. ¶ Prima
1 conclusio. Clericus † secularis habens beneficium non requirens residentiam, non censetur ibi habere domicilium, secundum Innoc. in c. ex ore. de priuileg. ad fin. uer. alij autem seculares. & sequitur ibi Butr. dicens illā gl. Innoc. esse ueram, & menti tenēdam. Et sequitur etiā ibi do. Abb. remittens ad seipsum in c. postulasti. de foro compe. Et Ro. in tit. de appel. decis. ix. incī. Item, q̄ in causa beneficiali. in nouis, & But. Imo. & Domi. hīc, nisi ibi habeat larem, aut habitet, secundum Bu. & Imo. hīc. Et dicuntur non requirere residētiam beneficia simplicia secundum generalem consuetudinem ecclesiæ, nisi aliūd sit inductum de iure speciali, secundum Car. & Imol. in c. fi. de cler. non resi. Est uerum, q̄ Inno. Ioan. An. Butr. & Abb. ibi uidentur firmare, q̄ de iure communi omnia beneficia requirant residentiam, nisi appareat contrarium uigore consuetudinis, uel statuti, uel priuilegij: uel, nisi essent paruī ualoris, ut uiginti solidorum, uel pensiones. Sed eorum opinio procedit secundum primitiuam ecclesiam, ut latiùs per do. Maria. in repe. c. ex tuæ. uer. octauò quæro. de cle. non resi. ¶ Secunda cō
2 clusio. Clericus † secularis habēs beneficium requirens residentiam, fortitur ibi domicilium, secūdum omnes prædictos hīc, & in d. c. ex ore. Et ad idem allegat hīc Butrig. Innoc. in c. postulasti. de fo. compe. & gl. & Doct. in c. cùm nullus. de temp. ord. in vj. & Io. And. in c. statutū. §. cùm autem. de rescript. in vj. & Arch. iij. q. vj. in sum. & xj. q. j. ff. clericus. & glo. j. in c. quia in tantum. de præben. Item tenet Bal. firmans etiam conclusionem præcedentem in l. senatores. ff. de sena. & ibi dicit, q̄ ubi beneficiū requirit residentiam, ibi clericus fortitur forum, tanq̄ necessarius incola: nam in culpa est, si se aliò transfert, argum. l. prætor. §. pen. ff. de eden. Cum istis concordat Domi. in d. c. statutum. §. cùm uerò. & pulchrè Bar. in l. j.

uer. item quæro de rectore. ff. ad mu-
a ni. dicens, q̃ rector[a] cuiuslibet eccleſię efficitur ciuis loci, ubi eſt eccleſia, per d. c. cùm nullus. ſicut miles poſitus in aliquo loco ad exercendam militiã, efficitur ciuis illius loci, l municeps. §. fin. ff. ad mu: Sicut etiam uir trahit ad ſe uxorem ſuã, ut efficiatur ciuis illius
b ciuitatis, unde eſt uir[b], l. fi. §. item reſcti pſerunt. ff. ad mu. Et intelligẽda ſunt dicta Bart. ſecundum primam cõcluſionem, de qua ſ. Et iſta ſunt de mente Bar. in l. hæres abſens. §. proinde. in fi. ff. de iudic. & no. do. Abb. in c. fin. de paroch. dicens idem in abbatibus, & alijs præpoſitis eccleſiarum. Et de his etiam per Bal. in l. ut perfectius. C. de anna. except. & Ang. conſi. xxiij. dictũ ſtatutum. in fi. Et ibi dicit, q̃ ciuilitas adepta ex beneficio, finitur eo dimiſſo. Et dicit Domi. in c. fi. in prin. de off. deleg. in vj. q̃ uulnerãs monachũ, punitur, ut uulnerans ciuem. Et dicit Lu do. Roma. conſ. ccclxj. q̃ clericus Romanus poteſt habere domicilium in Alemania ratione beneficij, & ſubijci etiã epiſcopo Germano. Et dicit Bal. in l. ab eo. circa fi. C. quomodo & quã do iud. q̃ domicilium inuentũ ratione eccleſiæ, eſt inuẽtum à iure, ſicut domicilium uxoris in domo uiri. Et dicit Bal. in l. omnes. in prin. C. de epiſc. & cle. q̃ lares & domicilia clericorum ſunt in eccleſia, in qua debẽt reſidere, per illum tex. ibi, ſanctis altaribus obſecundent ſuis laboribus & domicilijs conſtituti. Et dicit Rota in ti. de reſcr. dec. lxx. inci. ſi aliquis eſt oriundus. in antiquis, q̃ ſi imperãs narrat ſe clericum talis diœceſis, & illa ſit ſolùm beneficiatus, ſufficit, licet de alibi ſit oriundus: qa ſatis dicitur de illa diœceſi, ex quo habet ibi domicilĩ occaſione beneficij, per no. hic. ¶ Tertia concluſio. Ha-
3 bens† plura beneficia requirentia reſidentiam, dicitur habere plura domicilia, ſecundũ gl. in c. priuatus. lxxj. diſt. & in c. quoniam. xxj. q. ij. & in c. quia in tantum. j. de præben. Intellige, ubi utriq; deſeruit, nunc uni, nunc alteri, ita quòd quaſi æqualiter in utroq; reſidet, iuxta gl. in c. non poteſt. de præb. in vj. facit l. aſſumptio. §. iuriſprudentibus. ff. ad muni. & c. ij. de ſepult. in vj. Secus, ſi uni ſeruit ipſe, alteri uicarius eius, iuxta c. extirpandæ. §. qui uerò. de præb. Tunc enim habet domicilum tantùm, ubi reſidet: quia ſola reſidentia, ſeu reſidẽdi neceſſitas eſt illa, quę facit ſortiri domicilium, ut ſatis probatur hîc: & no. Inno. in d. c. ex ore. Et qui habet uicarium, uidetur diſpenſatus ſuper reſidẽtia. Ita declarat iſta do. Abb. in c. poſtulaſti. de for. compe. quem referunt & ſequuntur ibi Maria. & And. Sic. Et ſecundum hæc intelige obſcura uerba Arch. iij. q. vj. in ſumma. in fine, quę
4 ſimpliciter refert ibi Domi. ¶ Quarta cõcluſio. Habẽs† unum beneficium, in quo tenetur reſidere, licet ibi non reſideat, nec ſit diſpenſatus ſuper nõ reſidentia, nihilominus dicitur ibi habere domicilium, ſecundum Butr. in d. c. poſtulaſti. quia cùm de iure nequeant alibi habitare, quàm in beneficio, non uidetur ibi eſſe animo perpetuæ habitationis, ſed momentaneæ: argu. l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. ſecũdum eum. Ad idem uide But. in c. fi. uerſ. unum non omitto. de for. compet. ubi dicitur, quòd habitatio contra ius non imprimit domicilium. Vnde reſidens in alia diœceſi, quàm ubi habet be-

c *Vltrà decẽniũ] Adde do. Alex. de Imo. in l. lex Cornelia. §. ſi qs tamẽ. ff. de iniurijs.*

neficiũ, in quo reſidere teneretur, nõ ſortitur ibi domicilĩũ: quia nõ uidet ibi eſſe cauſa ppetui uſus. Sic etiã in uxore nõ reſidẽte cũ uiro, ſm eum. ¶ Limita, niſi aliqs ſtaret ultra decẽniũ[c]: quia uidetur ibi conſtituiſſe domicilium, arg. l. ij. C. de incol. libr. x. Et ſic conſideratur potiùs, quod fit, quàm quod fieri debet, ſecundum Ab. in d. c. poſtulaſti. ¶ Cõſidera in hoc ultimo, q̃ quatenus eſſet utile ipſi non reſidenti habere domicilium in loco debitæ reſidentiæ, poſſet procedere iſta declaratio Abb. q̃ imputetur ſibi, ex quo alibi uidetur conſtituiſſe domicilium. Sed quatenus eſſet damnoſum & præiudiciale, non habere domicilium in dicto loco, tunc fortè dicemus, q̃ fingatur odio ipſius habere ibi domicilium, ne ex contumacia ſua reportet commodum, contra c. contingit. de do. & contu. Facit, quod in ſimili ſcribit Bart. in l. unica. C. de in fa. lib. x. dicens, q̃ eo caſu, quo ex delicto aliquis deſinit eſſe nobilis, intelligitur, quatenus nobilitas eſſet ei utilis: ſed quatenus eſſet onoroſa, ſecus. Facit gl. pe. in fi. in c. ij. de confeſ. in vj. dicens, q̃ ſi ficta conceſsio, de qua ibi, eſſet utilis illi contumaci, non haberetur pro confeſſo. Facit, quod no. Bald. in l. cũ proponas. la ij. C. de pac. dicens, q̃ clauſula, Rato manente pa-
d cto, non prodeſt frangenti fidem[d]. Facit, quod not. Car. in clem. j. in vſi. oppoſ. de regula. dicens, q̃ priuatus loco & capitulo, non eſt priuatus loco oneris, ſicut in his, quæ ſunt diſciplinæ, arg. c. reprehenſibilis. de appe. in uerbo, capituli diſciplina. Dat ſimile in excommunicato, qui non elígit, & tamen ab horis non repellitur. Facit gl. pe. in c. pro illorum. j. de præb. dicens, q̃ ea quæ facit excommunicatus, in ſuum præiudicium ualent. Facit gl. in l. ij. §. nemo. ff. de capi. dimi. dicens, q̃ bannitus deſinit eſſe ciuis, niſi in oneribus. Quod intelligerem, niſi ageretur de honore, in quo requireretur in homine fides erga patriã: quia cùm hęc qualitas non ſit in bãnito, uidetur debere excuſari, iuxta id, quod ſcribit Bal. in c. dilectus. el j. ad fi. ſ̃. eo. dicens, q̃ banniti non tenẽtur ire in exercitum: quia non licet eis ingredi ciuitatẽ, nec in publico comparêre, ſecundum eũ. Pro quo etiã facit ratio, quam dixi. Cùm enim ſit hoſtis patriæ, non eſt in exercitu neceſſarius: imo eſſet ſuſpectus. Facit etiam text. in l. actione. §. item ſi ſocietatem. ff. pro ſocio. ubi renuncians ante tẽpus ſocietati, deſinit eſſe ſocius, niſi quoad incõmoda. Facit qd̃ no. Imo. in l. ſi quis ſolidum. in fin. ff. de hæred. inſtit. dicens tria in ſimili poſt Ang. & Bal. ibi, maximè q̃ excluſi ab officio odio eorũ, non intelligitur de officijs onoroſis. Facit gl. in l. ij. §. nemo. ff. de ca. di. & quod no. Bar. in diſputatione, ſtatuto Lucanæ ciuitatis conſil. & hoc dictum Doct. in d. l. ſi qs ſolidum. extollit Andr. Sic. in repet. rubr. de reb. eccleſi. non alien. allegans etiam duo ex dictis prędallegatis, cũ quibus per caſum conuerſum conuenit lex, qd̃ fauore, C. de ll. cum concor. quas dicam j. prope fin. octauæ cõcluſionis. Pro prædictis facit etiam qd̃ no. Pe. de An. in c. intelleximus. de iud. dicẽs, q̃ pœna aut. hoc amplius. C. de fideic. non procedit, ubi eſt damnoſum hæredi, q̃ ſit hæres: & ſequitur Alex. in d. aut. hoc amplius. in apoſtillis: & exclamat And. Sic. ubi ſ̃. Facit conſilium Bald. lxvj. prout allegat Baptiſta de ſancto Seuerino, in repe. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. dicens, q̃ ſi ſtatutum uult mercatorem uſurarium non haberi pro mercatore, nõ intelligitur, quoad onera, quæ ſubire debent mercatores. Iſta dicta ſeruient ad multa, nec inuenies allegata per Modernos. Ex quibus in propoſito fortè inferri poteſt, quòd clericus de facto non reſidens in loco beneficij requirentis reſidentia, fingitur in onoroſis habere ibi domicilium, & ſic poteſt ibi citari, & non comparens conſtitui in contumacia. Et uidemus cõuerſò, quòd poſſet quis habere domicilium alibi, quo ad commoda, nõ quoad incommoda, ut tenet do. Abbas loquens de regularibus in d. c. poſtulaſti. uerſ. hoc limito & reſtringo. Tamen iſtam conſiderationem non

affirmo

d Frangẽti fidẽ] Ad quod adde do. Alex. de Imol. in l. quod fidem. ubi etiã plenè per Bar. uer. quæro, quid ſi hoc caſu. ff. de iniur. act.

affirmo: quia nullus eã ponit. Imò Ab. ſentit contrariũ, quãdo alibi reſidet ultra decenniũ, ut ſ̃. retuli. Ideo cogitabis. ¶ Quinta cõcluſio. Quãuis† clericus dicat habere domicilĩũ in loco beneficij requirentis reſidentiã, nõ tamen per hoc deſinit habere domicilium in alijs locis, in quibus aliàs de iure habet domicilium: putà, ſi alibi patrimonium haberet, uel alibi de facto reſideret, ſecundum Ioan. And. in d. c. ex ore. licet fortè uerba Inno. ibi aliud innuant, ſecundum Butr. in d. c. poſtulaſti. ubi latè exẽplificat, quot modis poſsit dici alibi domicilium, & ſequitur ibi Domi. Et benè facit tex. in c. cũ nullus. de temp. ord. in vj. loquens de domicilio originis & beneficij. ¶ Sexta concluſio. Licet† alibi, quàm in
6 loco beneficij poſsit clericus habere domicilium, tamẽ principale domicilium dicitur eſſe loco beneficij, ſecundum Innoc. in d. c. ex ore. & Butr. & Abb. in d. c. poſtulaſti. Idem But. poſt Ioan. And. in c. fin. uerſic. unum non omitto. eo. tit. niſi ageretur de ipſo patrimonio, uel de delicto alibi commiſſo: quia in ſimilibus caſibus inſpiciuntur domicilia, & loca ſubijcientia ſubiectam materiam, ſecundum eos. Ad hoc l. ſi fideicommiſſum. §. fi. ff. de iudic. ſecundum Butr. & facit, quod dicetur j. in no. conclu. In alijs autem habentibus plura domicilia, attenditur, ubi principalius quis habitet, ſecundum Inn. in c. omnes. de maio. & obe. & ſequitur Bart. in l. aſſumptio. §. iuriſprudentibus. ff. ad muni. Et dicit Ioan. And. in addi. Spe. de compe. iudi. adi. §. j. uer. xlij. q̃ domicilĩũ

a *Nõ poteſt] Ad quod adde no. do. Soci. conſ. xxxv. inci. Circa prædictam conſultationẽ. uerj. tertiò probatur. cum uerſ. ſeqũè. in prima par. Et adde, quæ etiã per eum habẽtur in cõſ. cclxxxviij. inci. Circa primã quæſtionem. uerſ. primò, quia. in ij. parte.*

a originis mutari non poteſt[a], per l. filij. §. pe. cum l. ſeq. ff. ad muni. niſi ciuitas originis capite fuerit diminuta, ut Troia. Et ſequitur Butr. in c. accedens. lo ij. ut lit. non conteſt. Et quomodo multis modis poteſt quis dici eſſe iudex clerici, ponit etiam do. Abb. in c. fi. de fo. compe. ¶ Septima concluſio.
7 Quandocũq; † clericus non reperitur in beneficio, in quo obligatur reſidere, ſemper præſumitur iniuſta & malitioſa abſentatio: & ideo ſi alibi eſſet ſi ne iuſta cauſa, ſufficit citationem fieri ad domum, & procedetur contra eũ lite non conteſt. ſecundum Innoc. in c. fin. poſt prin. & ante medium, de eo qui mit. in poſſ. ¶ Limita tamen hoc, dum modò ipſa eccleſia agat cõtra clericum: putà, propter non reſidentiam: ſecus, ſi alius ageret actione reali uel perſonali, uel pararetur inquiſitio cõtra eum: quia non ſufficiet citatio ad domum. Nam hoc reſpectu extraneæ perſonę non præſumitur iſta malitia, cùm eius reſpectu non teneatur adeſſe in loco, ſecundum eum. Et latiùs eum reaſſumit Io. An. But. Card. Imo. & Abb. ibi, licet in eo, q̃ dicit de marito reſpectu uxoris æquiparando eum beneficiato, Car. & Imo. ibi, & Car. in c. j. qui matr. acc. poſſ. aliter dicant, per c. quoniam. §. ſi autem. ut lit. non conteſt. de quo etiam per Car. in cle. j. in fi. q. de iudic. Tamen ipſum etiam ſequitur Abb. quoad illud de marito, in c. prælatum. & in c. j. in fi. qui matr. ac cuſ. poſſunt. Et cum iſtis dictis Innoc. tranſit etiam Angel. in l. ut perfectius. C. de anna. except. & Butr. in c. unico, de ſyndico. & Rota in tit. de app. deciſ. ix. in nouis in ferens, quòd ſufficit, ſi appellans intimat appellationẽ in cauſa beneficiali interpoſitam ſuper ipſa eccleſia parochiali, de qua litigatur: quia non tenetur appellans quærere alibi rectorem. Et cum Innoc. uide etiam Imo. in cle. cauſam. uer. tertiò præſumitur. de elect. & do. Maria. in repet. c. ex tuæ. de cle. non reſi. ¶ Eſt uerum, quòd And. Sic. in c. conſultationibus. de offic. dele. prædictis non adductis reprobat ſimpliciter Inno. in d. c. fin. etiã in eo, qd̃ dicit de clerico nõ reperto, per text. in c. quoniã. §. porro. ut lit. non cont. ubi probatur ſecũdum eũ, quòd contra reum in cauſa matrimoniali & ſpirituali

Felini j. pars.

c. dilectus filius. ij.

poteſt ad ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata procedi, dum modò reus ſit contumax uerus: quia citatus malitioſè uenire contemnit, uel, quia malitioſè ſe occultat, & ſic latitat: quia impedit, ne poſsit citari. Ergo probatur ibi, quòd non præſumitur latitare. Et ſubdit, quòd qui ſemel fuit in iudicio, præſumitur abeſſe ex iuſta cauſa, per tex. elegantem in l. ſi cùm. §. hæc autẽ uerba. ff. de fideic. lib. ¶ Nihilo minùs ſequenda eſt opi. Innoc. communiter approbata: quia tex. in §. porro. nõ loquitur de matrimonio ſpirituali, uel carnali completo, ſed inchoato, ut per electionem & ſponſalia: quo caſu non dicitur adhuc ſtrictè electus, uel ſponſus ad reſidentiam: ſed ubi matrimonium ſpirituale, uel carnale eſt completum, tunc in ſpirituali procedit: quod eſt dictum Innoc. & non ſeruatur text. in d. §. porro. ſed in §. ſi uerò. per quem dicit Imol. in d. c. fi. poſſe ſaluari opi. Innoc. in matrimonio ſpirituali: in carnali uerò fortè non eſt uerum, quòd contra contumacem poſsit procedi ad diffinitiuam per tex. in §. ſi autem de carnali. in d. c. quoniam. ubi expreſsè dicitur, quòd alter, cùm iuſtè eſt abſens ex propria uolũtate, niſi appareat, quòd malitioſè ſit abſens, non poteſt procedi ad diffinitiuã: de quo latiùs per Abb. & Moder. in d. c. prælatum, & in d. c. j. Vel dic ad §. porro. quòd licet loquatur etiam de matrimonio carnali, uel ſpirituali completo, non negat, quando in dubio præſumatur abeſſe prælatus ex malitia: ſed in marito ſecus, per d. §. ſi autem. Et iſtis adde, quòd ubi clericus ſe abſentauit à beneficio ex cauſa legitima, tunc non ſufficit eum citare ad domum, ſecũdum Innoc. in d. c. fi. & ſequuntur ibi alij, & Domi. in c.
8 olim. ad fi. eo. ¶ Octaua concluſio. Quæ† dicta ſunt de clericis ſecularibus, procedunt in prelatis regularibus: quia ſortiuntur domicilium loci præ
b laturæ[b] ſuæ, ſecundum Bal. in d. l. j. ff. ad muni. Et idem dicit in monacho. Sed tale domicilium durat, donec perſeuerat in monaſterio alicuius ciuitatis, & finitur, cùm transfertur per ſuũ capitulum ad aliud monaſterium, ſecũdum eum: de quo meminit do. Abb. in c. fin. in j. no. de fo. compe. & Ang. in l. hæres abſens. §. j. in fin. ff. de iudic. Et idem in hoc ultimo, puto in ipſis prælatis regularibus, per eandem rationem, licet Bar. loquatur ſolùm de monacho. ¶ Differunt tamen iſti à clericis ſecularibus in uno, quia abbas extra ſuum monaſterium non poteſt dici habere domicilĩũ, quia plus aſtringitur monaſterio eccleſiæ, cùm ex ui profeſsionis teneatur ad ſtabilitatẽ ſui monaſterij, xvj. q. j. placuit. xij. q. ij. non dicatis. & c. nolo. Ita dicit Butr. in d. c. poſtulaſti. allegans Inno. in d. c. ex ore. Quod reputat ibi ſingulare do. Ab. circa mediũ. ¶ Sed hoc intellige, ſecundum Abb. in d. c. poſtulaſti. quo ad incommoda & onera: nam quoad commoda, iſti non perdunt domicilium originis, uel ciuitatem propriæ patriæ: ſicut in ſimili de uxore no. in l. cùm quædam. ff. de iur. om. iud. ut latiùs per eum, quę uide. ¶ Confirma iſtam ſuam declarationem quatuor modis. Primò ex uerbis Pe. de Anch. c. fi. uer. ego addo. de offi. deleg. in vj. ubi dicit, q̃ per monachationem nõ deſinit quis eſſe ciuis ſuę ciuitatis, per l. ordine. §. fi. ff. ad muni. Nec perdit iura ciuilia, per l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cler. quia qui monachatur, dicitur aſcendere ad ſtatum maiorem, aut. de monach. in prin. Et per dignitatem ſuperuenientem prima ciuilitas non tollitur, l. fi. ff. de ſena. ¶ Secundò pro dicta declaratione do. Abb. facit, quod no. Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. &

b Domiciliũ loci prælaturæ] Et idẽ i monacho: ſed tale domicilium durat, donec perſeuerat in monaſterio. Adde, quod idem eſt in milite, ubi meretur ſtipẽdium: nam ibi poteſt conueniri. Idẽ eſt in doctore, ſi ibi legit, uel habeat aliquid ſtipendium, ibi poterit conueniri. Ita dicit Abb. in c. fi. de fo. compe. in j. no. Adde Spec. in tit. de compe. iudi. adi. §. j. ubi ponit quinquagĩta duos modos fortiẽdi fori.

Paul.de Castro in l. sub conditione. ff. de liber. & posth. ubi dicunt, quòd per ingressum religionis filius liberatur à patria potestate, quatenus ipsa potestas esset ei ad incōmodum, sed non quatenus prodesset ei, uel monasterio ex persona ipsius: putà, quoad successionem. ¶ Tertiò facit l. quod fauore. C. de ll. per quā sæpissimè scriptū cōperio inducta fauore alicuius ita demum operari, si cōmoditas per legem data sibi placuerit: aliàs non, sicut inquit Ioan. And. de teste. series. obstare publicationē in causa matrimoniali, quādo agitur de eius fauore, licet in hoc nō acceptetur eius opus per Doctores ibi propter paritatem periculi, quod imminere posset ex non dissolutione matrimonij. Sic & Petr. de Anc. consil. mihi cxxxv. super prædicto dubio, q̄ si ex forma contractus inducitur gestorū nullitas, si secuta fuerit cōtrauentio, ita demū procedit, si alteri, qui non contrauenit, ea annullatio placuerit, aliàs non. Sic & Abb. de iureiur. quēadmodū, inquit, q̄ ius disponens de expulsione uxoris adulteræ, ita demū seruabitur, si maritus eo iure uti cōsultiùs putauerit: aliàs nō. Sic etiā gl. maior in fi. in c. fi. de cōiu. ser. q̄ annullatio matrimonij cū seruo cōtracti à canone inducta ita demū seruabitur si id alteri cōiugi placuerit: aliàs nō. Idē de separatiōe mariti frigidi, inquit gl. in c. si quis acceperit. xxxiij. q. ij. Sic etiā glo. in l. eleganter. in prin. de dolo. & Ab. cōditionaliter de empt. & uendit. dixit contractū dolo initū tenere, si ita maluerit, qui dolum passus esset. Similiter Lud. cons. ccccliij. Visa principali cōstitutione. & cons. cccxvj. Circa propositū. dixit iura irritātia contractū minoris non solennē, ita demū procedere, si ad eius dispendiū tendat contractus: aliàs non: inducit l. non eo minùs. C. de procur. & alia, pro quibus institi latiùs de iudic. causam. Similiter dicit gl. in l. ij. C. de testi. q̄ uolente parte cessant iura repellentia domesticum à testimonio. Si militer Ab. post Ioan. And. in c. fi. de iud. uer. tertia lectura. q̄ si nocet ecclesiæ, q̄ in causa sua feriæ non obstēt, obstabunt no. Rap. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. dicens idē de fisco. Sic intelligitur l. publicas. C. de feu. Sic etiā Car. in c. fin. de testi. dixit, q̄ si mihi displicet, q̄ aduersarius remittat iuramentū testi à me producto, non remittet. Similiter Ang. in l. fin. ff. de app. reci. dixit, q̄ priuilegium datū ibi militibus, ut à sententia super annona militari nō appelletur, non impedit appellare, quando est lata cōtra præstationē annonæ. Sic etiā glo. ij. in fi. l. si uerò. ff. qui. & à qui. dixit: q̄ iura inducta in fauorē libertatis nō debent operari contra libertatē. Sic etiā Paul. de Ca. cons. ccxj. Sic dicta pignora. in prin. q̄ solennitas debita à statuto circa pignora inducta fauore debitorum, non nocet debitori, si omittatur, & sit ei utilius. Allegat glo. in d. l. eleganter. ut ibi pulchrè. super quibus & similibus insiste ex dictis Bal. & aliorum in d. l. quod fauore. ¶ Quartò facit decisio Bart. in l. iij. §. si emancipatus. ff. de contra tab. & Bal. & alij in l. si Rufinus. C. de testa. milit. dum dicūt, q̄ priuilegium ciuitatis concessum ex priuilegio scholaribus, nō facit eos ciues, quoad onera, uel detrimenta subeunda: sed solū quoad fauores. Ad cuius dicti intellectū cùm hîc pertinenter non cadat, uide Alex. & plenius Phil. in d. l. si Rufinus. & aliquid per Alex. in l. j. ff. de leg. j. & ultra eos Ludo. Ro. consil. ccxvj. incip. Electio domini capitanei. & Mod. in lib. Malef. fol. 38. & Paul. de Castr. in l. si uerò. ff. de acquir. hæred. & omnino Baptist. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Et cū istis inuenies alias quotas. ¶ Nona conclusio. Solus † diœcesanus loci, in quo situm est beneficium, dicitur iudex competens, quādo agitur de materia concernente ipsum beneficiū, etiāsi non requirat residentiā, & etiāsi clericus alibi habeat domicilium: putà, si disputatur de titulo. ¶ Ista nona conclusio probatur octo modis. Primò per id, quod not. gl. in c. cùm ex eo. in uerbo. subiectas. de elect. in vj. per quā dicit ibi Domi. quòd episcopus orginis, uel domicilij, non utitur iurisdictione uoluntaria in concernentibus beneficium alibi sitū. Et exemplum habes ibi in dispēsatione. ¶ Secundò ad idem gl. in c. ordinarij. in uerbo, ordinariorum. & quod ibi no. Ioan. An. & Domi. de offi. ord. in vj. ubi tractabitur, quòd de titulo beneficij cognoscit episcopus, in cuius diœcesi est beneficium, nisi indirectè contingat eum inquirere de titulo beneficij alibi sitī, nō ut principaliter de illo cognoscat, sed ut ex hoc cognoscat, an licitè teneat beneficiū sitū in sua diœcesi, uidēdo titulū utriusq; beneficij. ¶ Tertiò ad idē facit, q̄d no. Inn. in c. cū iā dudū. post prin. de præb. ubi dicit, q̄d si clericus habet domicilium in plurib. locis: fortè qa habet plures ecclesias, tamē si agitur contra eū super una ecclesia, debet cōueniri corā eo, q̄ est superior suus, respectu illius ecclesiæ. Ex quo dicto infert do. Abb. in d. c. postulasti. quòd tenetur respondere coram illo episcopo, & ei reuerentiam exhibere, etiāsi beneficium non requirat residentiam. ¶ Quartò facit gl. j. in c. quia in tantum. de præb. dicens idem, quod proximè est dictum post Inn. quod coram uno episcopo conuenietur tantùm de illis, quæ ad illam ecclesiā pertinent. Et dicit ibi do. Abb. in fin. quòd habens domicilium alibi, debet conueniri in loco domicilij, nisi in spectantibus ad beneficiū, q̄d habet alibi, etiā quando non requirit residentiā. Et idē in hoc ultimo firmat Bal. in l. senatores. in fi. ff. de sena. dicens, q̄ si beneficiū nō requirit residentiā, clericus nō fortitur ibi domicilium, nec potest ibi conueniri, nisi ratione ipsius beneficij. Allegat istū tex. ¶ Quintò facit dictū Bu. post Io. An. in d. c. fi. uer. unū non omitto. de fo. cōpe. dū dicit, q̄ si clericus habet domicilium in loco beneficij, & in loco patrimonij, inspicitur in eo conueniendo regulariter locus beneficij, nisi in concernētibus patrimonium uel delictū. Et sic sentit, q̄ in cōcernētib. beneficiū debet conueniri in loco beneficij. ¶ Sextò facit, quod in terminis scribit do. Maria. in c. sanè. de fo. cōp. dicens, q̄ etiāsi disputatur de beneficio, in quo quis de iure, uel ex dispensatione non tenetur residere, etiam si ibi non habet domicilium, debet causa agitari in loco beneficij. ¶ Septimò facit dictū Inn. in c. pastoralis. ad fin. de priuil. ubi dicit, q̄ ad interpositionē decreti super alienatiōe rei ecclesiasticæ nō attēditur locus, ubi situ est prædium: sed ubi sita est ecclesia, quę uult prædiū alienare, & illius episcopus requirēdus est, & sequitur Arc. in c. in uēditionib. circa med. xvij. q. iiij. & Bal. in auth. hoc ius porrectū. uer. quæro igitur, quis. C. de sac. san. eccl. & Imo. in cle. j. uer. sed quid si ecclesia sita. de re. eccl. nō alie. & Host. Io. de Lig. Bu. & Ab. in d. c. quāto. & Cal. in ti. de re. ec. nō alie. cōf. x. & Ro. in ti. de iud. dec. vj. in nouis: & Pe. de Per. in tract. De unione beneficiorū, c. x. Lu. Ro. in l. ij. in prin. uer. xj. ff. de uerb. obl. & Car. in cle. j. §. sanè. in ult. q. de iur. pa. Est gl. x. q. ij. in c. hoc ius. uer. q̄ si necessitas. in uerb. duos. & notāt multi alij, de quib. aliàs. ¶ Octauò facit, q̄d no. do. Ab. in c. cū capella. in fi. de priuil. ubi dicit, q̄ si illi capellani delinquūt extra capellā, de qua ibi, possunt per ordinariū uniri, si aliàs sunt subiecti ordinario: sed si delinquūt in capella, uel est cōtētio de iurib. illius capellæ, nō potest ordinarius cognoscere: quia quoad illā, habēt speciale iudicē, s. Papā, uigore exēptionis, de qua ibi: & sic in spectātibus ad rē alteri specialiter subditam, non inspicitur, q̄ quis habeat alibi domicilium: propter q̄d ex alijs causis possit ibi conuenīri. Et prædicta non inuenies ab alijs reducta.

9 10 Oriebatur Prīdie Lucæ noua dubitatio in facto super præmissis, utrūm † quando disputatur de materia spectante ad certum beneficium detur optio actori, an uelit conuenire reū in loco domicilij, quod fortè habet alibi: an in loco beneficij? Et uidetur, quòd sic: quia regulariter etiam, ubi est agendū actione reali, datur optio actori, an uelit agere in loco rei sitæ, uel in alio loco domicilij ipsius rei cōueniēdi, ut no. gl. pe. in c. dilecti. de fo. cōp. & ibi do. Ab. post

post alios copiosè, & gl. i c. statutū. §. cū uerò. in uerbo, recūsetur. de rescri. in vj. & Inn. & Io. An. hîc, dicēs ita cōmuniter tenere Legistas: & sequitur Domi. hîc. Idē Gof. in c. sanè. de for. compe. & ibi do. Ab. dicens hanc esse cōmunem opi. Idem Spe. de compe. iud. addit. §. j. uer. sed quid si debitor. & Io. An. post Host. in c. quanto. de off. ordi. cum multis aliis cōcor. nisi in casu auth. habita. C. ne fil. pro pa. ubi datur optio reo: & latè declarat do. Maria. in c. fi. uersi. ulteriùs. de fo. compe. ¶ In contrarium facit: quia Doc. allegati in ista conclusione uidentur sentire, quòd iudex beneficij adeo sit iudex in materia ipsius beneficij, quòd alius esse non possit, etiam uolente actore. Et fortè idē etiamsi reus uellet, nisi accedat licētia episcopi, iuxta c. significasti. de fo. compe. & non sine causa. Gl. in d. c. quia in tantum. dicit, quòd clericus habet domicilium in loco beneficij in spectantibus tantùm ad ipsum beneficiū. Vnde si illa glo. & Inn. in c. cùm iam dudum. de præb. uellent, q̄ etiā iudex domicilij cognōsceret de spectantibus ad beneficium, nō specificassent, q̄ illa cognitio respiciens beneficium spectat ad iudicē beneficij. ¶ Sed ad istud responderi posset, q̄ non uoluerūt dicere, q̄ potestas iudicis beneficij ueniat priuatiuè ad potestatem aliorum iudicū ipsius rei respectu beneficij, sed cumulatiuè. Et dixerūt specialiter ad denotandū diminutionē & limitationem potestatis ipsius iudicis beneficij: quasi dicāt, q̄ ipse solum cognoscere possit de spectantibus ad ipsum beneficium, & nō de alia materia concernente ipsum beneficiatum. Et non dicūt, q̄ ipse solus de materia beneficij cognoscere possit, sed solum, id est, q̄ ipse aliud non cognoscit. Tamē adhuc pro ista parte, q̄ non det optio actori: considerabā sic: nam dicta iura loquentia de optione, ut l. ij. C. ubi in rē actio. & d. c. dilecti. loquūtur ubi agitur reali, & de rebus profanis: quo casu, q̄ reus magis conueniatur in loco rei, quàm in loco domicilij, concernit solùm commoditatē & interesse partium. Et ideo in potestate actoris est dicta electio. Sed non sic, ubi agitur de materia ipsius beneficij: quia agitur de cōcernentibus officium ipsius episcopi, qui est superior ipsi beneficio: putà, si disputatur de titulo ipsius beneficiati: quo casu an sit intrusus, uel nō, uidetur cognoscēdum per ipsum superiorem beneficij, cuius interest scire de canonica institutione in ecclesijs sibi subiectis, c. ordinarij. de of. or. in vj. Idem si disputatē de iuribus ipsius ecclesiæ: quia protectio & cura de dotibus ecclesiarum conseruandis uidetur spectare ad ipsum episcopum præsidentem illi loco, per not. in c. j. de relig. do. Et sicut ecclesia est subiecta, xvj. q. vij. omnes basilicæ. ita etiam bona & iura ipsarum ecclesiarum. Vn de inconueniens uidetur, quòd ex hoc solo, quòd clericus alibi habebat domicilium, alienus episcopus possit cognoscere de iuribus ecclesiæ sitæ in aliena diœcesi. ¶ Nec obstat c. postulasti. de fo. compe. ubi alienus episcopus iudicat clericum non sibi subditum: quia efficitur sibi subditus. Nam illud est ratione delicti alibi commissi. Quo casu cùm offendat aliū iudicē, debet ab eo puniri, authen. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. sed hoc domicilium, quod habet alibi clericus, non uidetur causa potens ad faciendum illum competentem circa beneficium alibi situm. Et pro hoc facit: quia ipse non dicitur superior suus, respectu illius beneficij. Patet, quia in eius manibus renunciare non posset: nam, ut dicit gl. in cle. j. de renun. debet renunciatio fieri in manibus illius, qui posset à beneficio destituere, & ipse non posset destituere, nisi delictum esset commissum in sua diœcesi: & tunc executio sententiæ spectaret ad episcopum de beneficio, d. c. postulasti. Sed sola intrusio, quæ allegatur hîc de beneficio alibi sito, nō facit, quòd agatur crimināliter de delicto. Et hæc tene menti, tanquam nouā, secundum quæ consului & obtinui.

11 Ad domicilium Sortiēdum duo † copulatiuè requirūtur, s. quòd quis in loco maiorem partem rerum suarū possideat, & assiduè in loco illo cōuersēt. Gl. hîc. Nec etiam sufficit, q̄ solùm ibi cōuersēt: sed Inn. hîc tenet, q̄ sufficit sola conuersatio, per l. senatores, allegatam in gl. quæ, secundū eum, loquit alternatiuè, dicendo, Vel assiduè cōuersat: & ita alternatiuè. Allegat etiam Inn. illam l. in c. ex parte B. in prin. de fo. cōp. & gl. fi. l. ij. C. ubi de cri. agi opor. Si uerò est litera copulatiua, tunc requiritur exabundāti, q̄ ibi assiduè cōuersēt: & sufficit, q̄ in loco illo habeat maiorem partem fortunarum suarum, ad hoc ut ibi sortiatur domicilium, secundum Inn. hîc per l. ciues. C. de incol. lib. x. ¶ Ex istis infertur, quòd ratione assiduæ conuersationis sortitur quis forum[a] in loco, ubi studet: & similiter in loco, ubi quis uersatur assiduè ratione mercantiæ. Ita sentit Inno. in d. c. ex parte B. & gl. loquens de scholari, in d. l. ij. C. ubi senator. & Bar. in l. ij. C. ubi de cri. agi opor. dicens, q̄ licet tales non habeant ibi domicilium, tamen ex assiduā cōuersatione sortiūtur ibi forum, & possunt ibi cōueniri. ¶ Cōsidera bene: quia prædicti expressè dicunt, quòd assidua conuersatio non inducit domicilium, sed quòd facit quem sortiri forum. Ita Bart. ubi s. & Bu. hîc, ita intelligentes Inn. hîc, & in dictis locis. Sed potest dici, quòd scholaris, & mercator, & similes assiduè cōuersantes dicunt contrahere saltē quasi domicilium, ut dicit do. Abb. in d. c. quod clerici. in ulti. notabili, de fo. compe. dicit Domi. post Bu. in c. quæ contra. ad fi. viij. dist. quòd scholares ligantur statutis loci, contra glo. ibi: quia ex quo ibi habitant, sortiuntur forum, licet perpetuò non sint ibi permansuri, tamen domicilium ibi non habent ex solo commorari. Allegat no. in d. c. quod clericis. contra Host. ibi. ¶ Pro pleniori declaratione prædictorum nota duas declarationes cum certis limitationibus nouiter ordinatis. Prima declaratio, 12 Scholaris, uel † mercator non fortitur forum ex assidua conuersatione, quo ad contractus alibi initos: sed solùm, quo ad contractus initos loco conuersationis. Ita sentit glos. & Bart. in l. hæres absens. §. perinde. ff. de iudi. licet aliud dicat Bu. hîc sequendo Bart. in l. ij. C. ubi de cri. agi opor. & malè, secundum Imo. hîc. Et si diceretur, ergo frustra uidetur requiri assidua conuersatio, quo ad contractus, quia ipse solus contractus facit quē fortiri forum, c. fi. de fo. compe. respondet hîc Imo. quòd imo etiam quo ad aliqua alia, fortitur iste forum ex assidua conuersatione, quem non fortiretur aliàs ex solo contractu: nam si mercator uendit equum in loco, in quo assiduè conuersatur, nedum poterit ibi conueniri, sed etiam, si equus sit traditus, & postea euictus, poterit ratione euictionis adhuc ibi conueniri mercator: quod non posset, si solùm in loco contraxisset, ex quo erat aduena, si non interueniret conuersatio, ut not. Bart. in d. §. perinde. secundum eum. Et puto, quòd uelit inducere uerba Bart. ibi, in uers. quid ergo dicemus. ¶ Sed contra istam declarationem tenet copiosè do. Abb. in d. c. quod clericis. per rationes & authoritates, de quibus per eum: cum quo transeo maximè per illam rationem: quia absurdum esset, quòd ibi moraretur, & nollet ibi respondere de contractibus alibi initis. Præterea parum operaretur sortiri forum ex conuersatione, ut proximè tactum est. Nec huic rationi uidetur colligi dictum responsum ex dictis Bart. in d. l. hæres absens. Idem etiam sentit Ang. cons. xxvij. incip. quidam Victor. de quo tamen uide etiam aliquid per do. meum de Are. in d. c. quod clericis. ¶ Secunda declaratio. Ad hoc, ut sola conuersatio faciat quē fortiri forū, requirit, q̄ sit conuersatio decē annorū, secundū Cy. in d. l. senatores. C. ubi sena. uel cla. Alleg. l. ciues. C. de incol. lib. x. & sequit latè Ang. in cons. proximè allegato, allegando gl. in d. l. ciues. Et dicit cautum debere esse cū, qui fundat se in assidua cōuersatione, ut

Forum] Adde Sicu. in c. quod clericis. de fo. comp

deducat dictum tẽpus. Idem tenet Bal.in l.j. uer. quarto quæro. C. ubi de cri. agi opor. dicens poſt Iac. But. q̃ ſcholaris nõ efficitur incola alicuius loci ante decẽnĩ: quia quotidie uidetur eſſe in uia, donec eſt in ſtudio. Et ideo de contractibus, uel delictis commiſsis alibi non poteſt cõueniri in loco ſtudij: & reprobat gl. s̃. allegatas aliter ſentientes. ¶Sed aduerte: quia multi tenent ſufficere conuerſationẽ aſsiduã, etiã non decennalẽ. Ita Inn. in d.c. dilecti. & gl. s̃. alleg. & Sal. in d.l. ſenatores. & in l.ij. C. ubi de cri. agi opor. & do. Car. in c. ex parte B. de fo. compe. dum modò ex coniecturis non appareat eum de loco receſſurum. Idem tenet ibi latè do. Ab. dum modò habeat etiam certam partem fortunarum ſuarum in illo loco, per illum text. Videtur tamen Abb. requirere hoc, ad finem ut quis dicatur ſortiri ibi domicilium: ſed ad finem ut poſsit ibi cõueniri, uidetur uelle, quòd ſufficiat aſsidua conuerſatio. Et pro iſta parte uide latiſ ſimè ultra omnes Doc. Maria. in c. fi. de foro comp. ubi ultra alios conſiderat, quòd non reperitur text. qui dicat, quòd requiratur habitatio decennalis. Nec obſtat l.ij. C. de inco. lib. x. quia reſpondebitur ſ. in uerſ. tertius caſus. Imò iura loquentia de habitatione dicunt ſimpliciter, quòd per eam quis efficitur incola, d.l.ij. C. ubi ſenatores. not. Inno. in d.c. ex parte. ¶Et licet do. Maria. multa ſcribat, tamen ordina dicta eius breuiter per conſiderationem trium caſuum. Primus caſus eſt, quando ſola habitatio non habet aliam cauſam, aut actum adiunctum ſignificatiuum aſſumpti, uel non aſſumpti domicilij: & hoc caſu ſit arbitrarium, ut arbitretur iudex ipſam habitationem & moram: & ſi fortè nulla alia cauſa adeſt conſtituti domicilij, non debebit arbitrari domicilium conſtitutum minori tempore decẽnij, per text. iuncta gl. in l. eſt uerũ. C. de inco. lib. x. Et facit quod de decennio no. gl. in l.j. C. de ſer. fug. Et ita dicit ſenſiſſe do. Abb. in c.fi. de paroch. dum dicit, quòd ſi habitans non emit ibi poſſeſsionem, ſed ſtat ibi in ſuſpenſo, tempus erit arbitrarium. ¶Secundus caſus eſt, quando habitatio habet admixta aliqua ſigna ſignificatiua domicilij, ut quia in loco, ubi prius habebat domicilium, uẽdidit domum & poſſeſsiones, & contulit ſe ad alium locum, in quo emit domum & poſſeſsiones: & dicetur ibi conſtituiſſe domicilium, ut per Hoſt. & do. Abb. in d.c. fi. Et hoc modo intelligatur l.ij. C. ubi ſena. cũ aliis prælleg. Et concludit latè Maria. contra Abb. in d.c. ex parte. quòd habitus totius patrimonij, uel maioris partis, nõ conſtituit domicilium: quia requiritur animus, qui cognoſcitur per habitationem. Et dicit do Abb. in d. c. fi. per illum text. quòd ubi immediatè quis declarat animum ſuum, quòd uult ibi habere domicilium, dicetur tunc habere ſine alia expectatione temporis. ¶Tertius caſus eſt, quando quis habitauit decẽnio: quia uidetur habere animum perpetuò ſtandi, & præſumitur ibi cõſtituiſſe domicilium, etiamſi priùs non oſtẽderit alia ſigna domicilij acquirendi: putà, ſi ſteterit ſimpliciter cõducendo domum. Et ita loquitur text. cum gl. in l.ij. C. de incol. li. x. Et ita intelligaẽ, quod not. Io. An. in præ. Decre. per l. cùm de in rem uerſo. ff. de uſur. & no. Hoſt. in d. c. quod clericis. & gl. Bar. & Ang. in l. lex Cornelia. ſ. domũ. ff. de iniur. & Spec. de cõpe. iud. adit. ſ.j. uerſ. xlv. & uer. lj. ¶Limita dupliciter hunc tertium caſum, ſecundum do. Maria. ubi s̃. Primò, dum modò decennium ſit continuatum: ſecus, ſi interpolatum. Allegat Ang. in d. ſ. domum. ¶Secundò limita, niſi ſit præſumptio, quòd etiam habitans decennio non intendat ibi contrahere domicilium, ſecundum ipſum. Exemplificat in ſcholari, qui ſtetit in ſtudio decennio, & fortè ſtuduit primo in una facultate, & modò in alia: uel fortè detentus alia extrinſeca occupatione, non potuit ſtudium cõplere, & continuè cogitat de repatriando: quia iſte non ſortitur domicilium per decennium. Et idem poſſet exemplificari in quocunque alio oſtendente per exterio ra ſigna, quòd non intendit domicilium ſortiri. Et facit text. cum gloſ. in l. eius. la ij. ſ.j. ff. ad muni. Et ideo dicit Bart. poſt Dyn. in d.l. lex Cornelia. ſ. ſi tñ. q̃ quando eſt certitudo, quòd ſcholaris ſtat in loco cauſa addiſcendi, nunquam ſortitur ibi domicilium, etiamſi ibi ſtaret per mille annos, per l. quæſitum. in princip. ff. de leg. iij. & l. nihil. ff. de capti. Et idem dicunt Bart. & Ang. in l.ij. C. de incol. & Ang. in d.l. hæres. ſ.j. & Bart. in l. quæſitũ. & Bal. in l. eſt uerum. C. de incolis. dicens per illum text. quòd qui ad tempus determinatum eſt de loco diſceſſurus, non efficitur incola etiam ultra decennium, per text. in l. ex facto. ff. de hære. inſtit. Et hoc etiam tenet Ang. in d.l. hæres abſens. ſ.j. Vbi autem certum eſt, quòd ſcholaris figit ſedem ſuam, nec habet animum recedendi, tunc ſine dubio conſtituit ibi domicilium, per l. domicilium. ff. ad muni. Quando autem ſumus in dubio, an habet animum recedendi, tunc ex curſu decem annorum præſumitur, quòd inde noluerit recedere. Secus, quando eſt certum, quòd habet animum recedendi: quia tunc, ut eſt dictum, nullo tempore ſortitur domicilium. Ita declarat Bart. in d. ſ. ſi tamen. cum quo ex ſimpliciter tranſit Bu. in proœ. Decre. uer. item quòd ex commorari in loco. & pleniùs in c. quod clericis. de fo. comp. & do. Ab. in d. proœmio, ſ. Gregorius. dicens, quòd ſi ſcholaris moratur ultra decennium in ſtudio, uidetur, quòd nõ principaliter cauſa ſtudij ibi moretur. Tamen aliæ præſumptiones fortiores de animo ſcholaris, poſſent elidere hanc præſumptionem, ſecundum eum. De quo etiã ponunt Moderni in d.c. quod clericis. uidelicet And. Sic. ſ. Et ibi etiam do. meus de Are. qui in aliquibus mordent dicta But. ibi. Et dicit Domi. in c. eos. de tempo. or. in vj. quòd non poteſt ſcholaris ordinari ab epiſcopo ſtudij, quaſi ibi habeat domicilium, niſi poſt x. annos. Quod ultimum intellige ſecundum prædicta: & uide Spe. & Io. An. in d. uer. xlv. ubi dicunt, quòd ſcholaris ſortitur domicilium per decennium. Et ibi Io. An. refert Gof. in d. c. quod clericis. referentem de multis ſcholaribus factis ciuibus Bononiæ, & qui ibi ad ætatem, decrepitam uidelicet, deuenerunt. Et ſecũdum prædicta intellige gl. ij. in l. ſcire oportet. ff. ad muni. Et uide gl. in ſ. itẽ ſi quis. de p uincia. xiij. q. ij. quæ dicit, quòd ſola habitatio non facit quem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi ibi habitauerit decem annis: tamen ibi reſpondebit de ibi geſtis, per d. l. hæres abſens. Et iſta ultima dicta intellige ſecundum prædicta.

13 Computantur dietæ In† reſcripto diœceſis, ubi eſt res, de qua quis conuenitur. Gl. hîc no. Ergo q̃ licet in actione perſonali in computanda dieta attendatur locus domicilij habitationis, ut ſubdit iſta gl. cõmuniter approbata, tamen in actione reali computatio fit à fine diœceſis, ubi res eſt ſita. ¶Sed gl. magiſtra in c. ſtatutum. ſ. cùm uerò. in uerbo, unam dietam. de reſc. in vj. tenet, quòd hodie etiam in reali fiat computatio à loco domicilij habitationis: quia illud c. ſimpliciter conſiderat tractationem: & quis propriè dicitur trahi à diœceſi domicilij, ubi facit reſidentiam. Ad idem tex. s̃. c. p-xi. Facit c. cùm quis. de ſepul. in vj. ubi in ſimili inſpicitur domicilium habitationis. Ad idem etiam l. fi. C. de præſcri. long. temp. ubi licet res præſcripta ſit extra prouinciam, tamen ſi præſcribens, & ille contra quẽ præſcribitur, ſunt in eadem prouincia, currit præſcriptio. Sed opi. gl. hîc tenet Guil. in cle. j. de reſcri. & Io. de Lig. Bu. & Ioan. de Imo. hîc per iſtum tex. qui approbat exceptionem, quòd non poterat iſte reus trahi ultra duas dietas à fine diœceſis, ubi res erat ſita. Et quia iſta iura non ſunt in hoc hodie correcta, per d. c. ſtatutum. & licet text. ibi ponderet tractum, & propriè dicatur quis trahi à diœceſi domicilij habitationis, tamen in hac materia uerbum Trahi, uerificatur etiam in illo, qui trahitur

hitur de diœceſi, ubi res eſt ſita. Patet ex c. præcedenti, ubi fit mentio de iſta tractatione: & tamen iſte text. interpretatur illud, qñ agitur actione perſonali de diœceſi, ubi res eſt ſita. Ergo eodẽ modo debet intelligi text. in d. ſ. cùm uerò. quia l. noua ſuperueniens debet intelligi ſecundũ terminos antiquos, ut in ſ. fi. in authẽ. de filijs ante dot. inſtru. na. & gl. in cle. ſtatutum. in uerbo, cõſuc. de elec. Et bene facit etiã, quod no. in ſimili in auth. offeratur. C. de lit. conteſ. & in l. ſed & poſteriores. ff. de legi. ¶Nec obſt. c. cùm quis. de ſepul. in vj. quia loquit, quo ad aliã materiã, ſ. quo ad percipiendam quartã, quæ debẽ rectori parochię domicilij habitatiõis, qui ſuſtinuit onera ſacramentorũ. Nec obſtat l. fi. C. de præſcri. longi tẽp. quia loquit in alia materia, ſcilicet præſcriptionis. ex quibus impugnari uidetur gl. in d. c. ſtatutũ. licet in practica foret difficile obtinere cõtra eã, ſecundũ Imo. hîc. Et hanc partẽ tenet etiã Ioan. de Lig. & Zenze. in d. ſ. cùm uerò. ut ibi refert Domi. adducẽtes alia, de quib. per eũ. Et idẽ Io. Mona. poſt Car. in c. ex parte B. ad fi. de fo. cõpe. Nihilominus a ſequenda eſt opi. gl. in dicto uerbo, unã dietã. quã ſequit Rota in ti. de reſcri. deciſ. xxviij. incip. Cõmuniter tenet in antiquis: & Bal. in l. fi. uer. ſed hîc quæritur. C. de e/dic. di. Adria. tol. & do. Ab. hîc, & in c. ex parte B. de foro cõpe. & Domi. hîc, & in d. ſ. cùm uerò. Nam, ſecundum ipſum, utrobiq̃ tota difficultas conſiſtit in hoc, quæ dicat propriè ſua diœceſis: quia tex. s̃. c. proxi. & d. ſ. cùm uerò. dicunt nõ trahi à ſua diœceſi. Et gl. in c. ſtatutũ. dicit, quod propriè dicit illa domicilij: & iſta opinio uidet magis æqua: quia ex cõtraria opi. ſequeretur magna abſurditas. Pone enim, q̃ Florẽtinus uult cõuenire Bononiẽſem ſuper re, quæ eſt ſita in Angliã, ſecundũ opinionẽ, quæ habet, compũtationem dietarũ fieri à loco rei ſitæ, quilibet iſtorum cõpellitur exire domicilium, & ire iuxta Angliã: quod eſt abſurdum, & ſequereẽ oppoſitũ eius, propter quod eſt facta reſtrictio dictarum: quia non parcereẽ laboribus & expenſis partium, ut hîc dicit tex. Vnde cùm ratio reſtringens dietas ità cõcludat in reali, ſicut in perſonali, trahatur ad realia, etiãſi ius expreſsè loqueretur de perſonali: quia ius etiam exorbitans trahitur ad comprehenſa ſub ratione eius, licet in diſpoſitione ſtrictiùs loquatur, ut no. gl. in cle. j. in uerbo, eligaẽ. de elec. Ergo iſta opinio tenenda eſt, ſecundũ eum. Idem Car. in cle. j. de reſcrip. ¶Pro hoc, ſecũdum do. Ab. hîc, quia licet quis ſortiatur fõrũ ratione rei ſitæ, uel ratione contractus, tamẽ illa non poteſt dici ſua diœceſis, ſicut alibi dicit, quòd ratione cõtractus, uel rei ſitæ, uel delicti, quis nõ efficitur ſubditus illius iudicis, licet ibi ſortiatur forum, ut no. gl. in cle. j. in uerbo, ſubditos. in fi. de fo. compe. & ſentit gloſ. in c. à nobis. lo j. de ſen. excom. Item, quia tex. s̃. c. prox. põderat in iſta tractatiõe laborẽ & ſumptus itinerũ. Et iſta debẽt attẽdi habito reſpectu ad diœceſim, ubi perſona reſidet: & non, ubi eſt ſita. ¶Hanc partem tenet etiam Imol. s̃. c. proxi. in prin. & in c. fina. ſ. eodem: quia eſt eadem ratio in realibus, quæ eſt in perſonalibus, ſcilicet fatigationis rei. Ergo idem ius, c. ij. de tranſ. præſa. Et tenendo hanc partem, reſpondet hîc Domi. ad iſtum tex. quod ſi beneficium requirebat reſidentiam, tunc ibi habebat domicilium: ſi autem non requirebat, tunc replicatio iſtius non erat bona. Poteſt etiam dici, quòd licet hoc reuocaretur hîc in dubium, non tamen deciditur, unde ſit facienda computatio: ſed pronunciatur ſuper alio articulo non pertinente ad iſtum. Et prædicta probant, quòd non ſolùm de iure nouo, c. ſtatutum. ſed etiam de iure iſto fit computatio à loco domicilij. Ad idem facit d. c. ex parte B. non deſtruendo cum ſuppletione, dum requirit manſionem. Item, quia ut eſt dictum, eadem ratio, ſ. nè quis incommodetur à negotijs, erat de mente c. præcedentis, ut etiam conſiderat dominus meus de Are. in d. c. ex parte. ¶Fallit iſta communis opi. in duobus caſibus. Primus, quando quis uult conuenire coram delegato reum ex cauſa, per quam poſſet etiam eum in eodem loco conuenire coram ordinario, puta ratione cõtractus, uel delicti. Nam tunc non eſt curandum, quòd trahatur extra domicilium per plurimas dietas: quia nullum grauamen per impetrationem ſibi infert: nam Papa eſt ordinarius cunctorum, ix. q. iij. in c. cuncta. Sicut ergo ratione contractus, uel rei, poterat cohueniri coram ordinario, ita coram delegato, ſecundum do. Abb. hîc per text. hîc in c. dilecti. de fo. compe. Et hoc uoluit ibi Inno. ſi bene ponderetur, ſecũdum eum. Et pro hoc reprobat Abb. opi. Vinc. in c. ſanè. de foro compe. ut hîc per eũ. De quo ultimo dixi s̃. c. proximo, in prin. ¶Fallit ſecundò, ubi quis habet plura domicilia, quorum unum eſt principalius: ſed cum non ita principali concurrit res litigioſa, ita quòd in domicilio non principaliori eſt ſita res litigioſa: & tunc computatio debet fieri ab iſto domicilio inferiori propter concurſum rei litigioſæ: quia duo uincula rumpunt unum, c. j. de treu. & pa. Ita dicit do. Ab. hîc per d. c. ex parte B. cui per hoc dicit ſe dare nouum & ſingularem intellectum. Et iſtas duas fallentias ponit etiam do. Abb. ibi. Et eum ſequũtur ibi communiter Moderni, & ſequitur etiã And. Sic. hîc, dicens iſtum intellectum do. Abb. ad d. c. ex parte. fuiſſe Io. de Fan. in d. ſ. cùm uerò. Et aliud nouũ non ponit in hac materia.

Non inhibet Iudex ad quẽ, iudici à quo, ſecũdum Inn. hîc: ſed priùs 14 debet præmittere cognitionem, utrùm† appellatio ſit recipienda: & ſi eam recipit uelut emiſſam ex probabili cauſa poterit poſtea inhibere iudici à quo, ne procedat. Et pro hoc uide text. in c. Romana. ſ. quòd ſi obijciatur. de ap. in vj. Et iſtud dictum ſequuntur Compoſ. & communiter alij hîc, uidelicet Ioan. An. Bu. Domi. & Abb. & per Bald. in addi. Spec. in tit. de ap. uer. per appel. ab interlo. Idem tenet Rota in nouis, conclu. ccccxij. incip. Item ſi appelletur hodie. de app. lviij. dicens, quòd non reuocantur attentata poſt inhibitionem non canonicè factam, per c. non ſolùm. ſ. j. in uerbo, canonica. de ap. in vj. Et quòd ad hoc, ut inhibitio dicatur canonica, oportet, quòd ante quàm iudex inhibeat, incipiat cognoſcere, an ſit appellatio interpoſita ex cauſa legitima, uel non. Et dicit Rota. in ti. de ap. deciſ. lix. incl. Facta fide. in antiquis, quòd auditor datus in cauſa appellationis, debet uidere proceſſus iudicis, à quo eſt appellatum, an fuerit cauſa legitima ad appellandum: & ſi fuerit, inhibeat, ſi petatur poſtea & aſsignetur terminus ad dandum libellum, & in cauſa procedendum. Ad idem Rota de ap. in vj. in antiquis. ¶Limita primò, niſi Papa recipiat appellationem ex certa ſcientia, & hoc conſtet ex uerbis reſcripti: quia tunc delegatus ab eo datus ſuper illa appellatione, poterit illicò mittere inhibitõ-

c. dilectus filius. ij.

Nihilominus] Adde tu, q̃ iſta c-pi. glo. & ſequaces non placet: nã mihi uidetur, q̃ ſit cõtra caſum legis, in l. ſi. C. ubi in rem act. nam ibi dicit tex. q̃ reus poteſt cõuenire, ubi res eſt indiſtincta. Et iſta opi. in terminis tenuit ipſemet Feli. ſibi cõtrarius in c. nõ nulli. s̃. eo. in uer. quintus caſus. ubi dicit, & fortè melius, q̃ ſi fit cõmiſſio cauſæ in loco rei ſitæ, non eſt neceſſe, ut in reſcripto derogetur dictis: quia reus indiſtinctè ratione rei poteſt ibi trahi. Iſtud idẽ tenuit do. Ab. in c. ex parte. de foro comp. Adde, q̃ idẽ tenet gl. in c. dilecti. de foro comp. in pe. gl. quæ dicit, q̃ in actione reali datur optio actori, an uelit agere in loco rei ſitæ, an uerò in loco principali domicilij rei cõueniendi. Quã gl. ibi oẽs ſequuntur, & exclamãt. Quare propter iſta teneo, q̃ opinio Felini nõ ſit uera. Cogita: & adde Lud. ponentem in ſing. uerſi. diœceſis. uerſ. ubi aliqs.

hibitoriam, secundum do. Abb. hîc: quia ex tali receptione statim fuit suspensa iurisdictio primi iudicis, c. pastoralis. §. præterea. de off. del. & no. Pau. de Cas. cons. xxvij. in prin. Et p ista ratione facit, quod no. Rota in ti. de testi. decis. iiij. in nouis, dicens eo ipso, q Papa remittit causam ad partes, adeo sunt ligatæ manus auditoris, q licet articuli non includantur, & licet pars vellet, non potest amplius se impedire sine noua cõmissione, etiã si litera remissionis sit solùm bullata, & nondũ trãsmissa, per no. in c. ut nostrum. de ap. ubi inferior non intromittit se à modò de negotio, quãdo Papa manũ apponit. ¶ Limita secundò, nisi Papa in cõmissione appellationis exprimat ipsum grauamẽ: quia etiã si simpliciter causam cõmittit, uidet approbasse grauamen: & sic non est opus, q delegatus præmittat cognitionẽ super habilitate causæ, sed solùm sup ueritate, secũdũ do. Ab. hîc dicentẽ ita sensisse Ab. & Io. An. in d. §. q si obijciat. Et ita etiã ponit Domi. ibi. ¶ Limita tertiò, nisi Papa cõmittat causam in appellatiõe à diffinitiua: quia siue exprimatur causa, siue non, Papa eam committẽdo uidetur appellationem recepisse, secundum do. Ab. hîc dicẽtem, ita sensisse Io. An. in d. §. q si obijciatur. ubi etiam uide Domi. Et idem tenet Ioan. An. & alij hîc. Procedit autem regula ſ. posita, quando Papa committit appellationem ab interlocutoria nõ expresso grauamine, nec ex certa scientia, secundum eum. Item procedit regula in iudice appellationis inferiore à Papa, per d. §. q si obijciat. Quia ante quàm inhibeat, debet recipere appellationem, ueluti emissam ex causa probabili, & debet cœpisse cognoscere de ueritate ipsius: de quo latiùs per Domi. in d. §. quòd si. & per Spe. in loco ibi allegato. ¶ Limita quartò, nisi Papa committat simpliciter causam appellationis alicui ex auditoribus in Romana curia: quia de stylo est, quòd ibi etiam committit causam principalem, & incontinenti auditor solet mittere in habitorium iudici à quo, secũdum do. Ab. hîc remittentẽ ad Rotam decis. xj. cum duabus sequen. Et est hodie posita in ti. de ap. decis. iij. in nouis, §. sed pone. ubi uideas: & ibi est longa additio ponens triplicem cognitionem, quam debet præmittere iudex, cui est commissa causa appellationis. Et secundum istas limitationes potest intelligi opinio illorum, quos recitat hîc Compost. & sequi uidetur do. Car. qui dicebant simpliciter, quòd d. §. quòd si obijciatur. loquitur, cùm appellat ad archiepiscopum: secus, si appellatur ad Papam: & mouebantur per d. §. præterea. Et de materia uide etiam per Ang. in l. per hanc. C. de temp. ap. ¶ Extra gl. tangunt hîc Vincen. Io. An. & omnes alij, excepto Abb. utrum † ista exceptio, quòd quis non trahatur ultra duas dietas, possit opponi post litem contest. concludentes, quòd sic: quia est grauamen quotidie grauãs: ideo omni tempore potest opponi, ut ex nunc. Et est limitatio ualde famosa ad iura, quę dicunt, dilatoriam non posse opponi post litem contest. ut non habeant locum, quando exceptio dilatoria habet causam successiuam, ex qua quotidie oritur ius excipiendi. Et semper allegantur dicta Doct. hîc, super quibus licet multa addi possent, tamen ex certa scientia omitto: tum, quia Philip. opportunè scripsit in c. ex parte. de appel. tum, quia ultra ipsum insteti tam subtiliter, quàm copiosè, c. exceptionem. uersic. limita tertiò. de excep. & in c. accedens. ij. ut lite non cont. Ideo ibi uide: & inuenies, q de hac materia non est improuisè loquendum propter periculum multiplicis æquiuocationis in ea latens.

15

SVMMARIVM.

1 Capitulum, hoc uerbum quid significet, aut qualiter accipiatur.
2 Synodus, concilium, conuentus, & actus, quid sunt: & qualiter conueniant, seu differant.
3 Congregatio clericorum secularium potest etiã appellari conuentus.
4 Simile nullum est idem cum suo simili.
5 Data literarum faciat regulariter præferri literas, exceptis tribus casibus.
Negligentia primi impetrantis qualiter cognoscatur. Post nu. 5. uer. sunt autem quatuor casus.
6 Clausula Anteferri, quid operetur.
7 Clausula Anteferri, cum non obstantia sibi iuncta, refert se tantùm ad totaliter expectantes, quibus est à Papa collatus canonicatus. Et iunge uersi. tertia conclusio.
8 Papa si concessit literas unionis, ut fiat cedente, uel decedẽte certo rectore, & unio sit facta, non tamen sortita effectum, impetratio interim facta cum clausula Anteferri, non præiudicat illi unioni.
9 Fundare se quis non potest in eo, quod impugnauit. Hæc est regula lib. 6. inci. ex eo.
Qualiter autem regula illa limitetur octo modis, uide hîc post numerum 9. uer. regula ex eo. lib. 6. & limitationes suas per ordinẽ, ut eo. nu. nono, 10. & 11.
12 Iudex in confessione iudiciali supplet absentiam partis.
13 Actus meus impugnatus in iudicio, an mihi noceat.
14 Instrumentum & contentum in instrumento, qualiter differant.
15 Papa si faciat duas collationes de eodem beneficio una die, quæ præualeat.
16 Episcopus & suus uicarius si conferunt beneficium eadem die, præualet collatio episcopi.
17 Præmium si sit propositum primò ingredienti castrum, & duo simul ingrediantur, quis debet habere præmium.
18 Item de duobus ab brauium pariter peruenientibus.
19 Item de duobus natis eodem tempore.
20 Duo si pacem pariter frangunt, quid iuris?
21 Sortes quando sunt licitæ data perplexitate concursuum.

CAPITVLVM XXX.

Capitulum. ¶ In pluribus rescriptis impetratis in eadem ecclesia super cõsimili beneficio, statur præsentationi, & non datæ, si prior in data fuit negligẽs in prosequendo ius suũ. H. D. ¶ In tex. ibi, monstrauit. Notant hîc Doc. quòd istud uerbum Capitulum, positũ in singulari numero potest iungi uerbo singularis numeri: quandoq; iungitur uerbo pluralis numeri. Patet in c. significauerũt. de excep. & in c. in causis. de elect. Et uterq; modus loquẽdi est cõgruus, secundũ Io. An. hîc. Et subdit do. Ab. q quo ad Latinitatem, istud procedere potest: sed quo ad cõgruitatem sensus, dicendũ est, ut hîc per Cal. q si uerbum Capitulum, iungitur cum uerbo sonante ius, debemus uti uerbo singulari: ut, Capitulum habet iurisdictionem: sed si iũgitur cũ uerbis sonantibus actũ, seu exercitium ipsius actus, debemus uti uerbo plurali: ut, Capitulum dederũt uoces, uel appellauerunt: quia actus sunt singulorum, ius uerò penes ipsum corpus collegij, ut est de mente Inn. in c. irrefragabili. de off. ord. & in c. fi. de iure pa. ¶ Et in quantum Doc. hîc ponunt de significato huius uerbi Capitulum, adde do. Car. in cle. j. in prin. in x. q. de regula. ubi latè declarat post Pau. an † & quando sumatur pro loco, & quando pro personis collegij. Et uide Bald. in l. fi. in prin. C. de impu. & alij substi. ubi latè & pulchrè declarat, quæ dicantur nomina collectiua[a], & quomodo cognoscantur. Et dicit illud esse collectiuum, quod in singulari numero multitudinem significat: & quòd nomina collectiua sunt singularia uoce, sed pluralia intellectu: quia in singulari numero conueniunt pluribus simul, ut uerbi gratia hoc nomen Populus: nam populus non est unus homo, sed multi homines uno tantùm intellectu comprehensi, l. sicut, in fi. ff. quod

1

4

a *Collectiua] Ad quod adde do. Soci. cons. ccxlix. in cip. Materia præsentis cõsultatiõis. uer. secundò simpliciter moueor. circa prin. in ij. parte.*

ff. qđ cuiusq; univ. nõ. Et dico, q omnis numerus faciẽtium populum, ad unũ & quasi singularẽ intellectũ refertur. Fit etiã collectio per uerba pluralis numeri, l. cuibus. ff. de re. dub. Vnde nomen Antianorum, uel priorum, est nomen collectiuum: quia exponuntur per nomen collectiuũ singularis numeri, id est, per hoc nomẽ officium uel collegium, uel multitudo, uel uniuersitas, d. l. ciuibus. Et de hoc nomine Conuentus & Collegiũ, uide aliquid per Car. in cle. ij. xiiij. q. de rescri. Et Conuentus non solùm denotat fratrũ congregationem, sed aliquando generale concilium, secundũ do. Ab. post Io. An. in c. j. in fi. de testi. dicentẽ de hoc, & qbusdã alijs esse bonũ tex. in c. j. xv. dist. ubi habes, quid sit † Synodus, Concilium, Conuentus, & Cœtus: & uide tex. in c. innotuit. de elec. ubi uidet, q conuẽtus & capitulũ sunt synonyma: nam id, quod uocat cõuentus, postmodũ appellat ibi capitulum. Tamẽ, ut dicit ibi do. Ab. in j. no. ecclesia, de qua ibi, secũdũ quosdã, erat cathedralis regularis, ideo congregatio appellatur cõuentus: nam ex consuetudine congregatio religiosorum solet appellari cõuentus, d. c. j. prope fin. xv. dist. Et dicit hîc Imo. post alios, quòd etsi conuentus, propriè est religiosorum, & capitulum propriè est clericorum secularium, tamen quãdoq; cõgregatio religiosorum appellatur capitulum. Allegat c. cõtingit. de transac. & c. nisi essent. de præb. Et q capitulum respiciat ecclesias seculares, & cõuentus regulares, no. Ioan. And. & Domi. in c. quia sæpe. in prin. de elec. in vj. & ibi bonus tex. referẽdo singula singulis. Et simili modo facit c. quãuis. de of. or. in vj. & tex. in c. ij. lviij. dist. per quem no. ibi Domi. q cõgregatio regularium appellatur conuentus, & non capitulum. Adde q † cõgregatio clericorum secularium potest etiam appellari conuentus, d. c. j. in fine, xv. dis. & ibi Domi. in ult. no. & c. quoniã. in uerbo, episcoporum cõuentus. xviij. dis. & ibi Domi. in j. no. & c. cùm ecclesia. de causa pos. & propri. & ibi do. Ant. colligens, q ecclesiæ collegiatæ secularium cõprehenduntur appellatione ecclesiarum cõuentualiũ: & sic nomen Conuentus, conuenit etiã ecclesię seculari: & remittit ad notata hîc, & in c. nisi. de præb. Adde etiã prædictis de uerbo Capitulum, & similibus, Fran. Pauí. latissimè in tractatu De potestate capituli sede uacãte, fol. 5. uer. præmitto quintò. Et ibi multa inculcauit de materia capituli, & quomodo constituantur, congregẽtur, citentur & puniantur talia corpora mystica. De ista remissione facies tibi sæpe honorem.

3

c

c. capitula lum.

Habet differẽtiam] Adde do. Alexan. in l. quod Nerua. ff. de posi.

4 Nullum simile Est † idẽ[a]. Quotidie ad hoc allegatur gl. secundum Imo. hîc, dicentem bene facere l. qđ Nerua. cum gl. ij. ff. depos. ubi gl. allegat Aristotelẽ dicẽtẽ, Nihil est idẽ, cui ad ipsum simile est. Et cũ ista gl. cõcordat gl. magna. post prin. in c. bona fides. de depos. Idẽ no. gl. in §. tria. uer. si qs uerò iudex. in gl. ij. post med. iij q. vij. & in l. j. in prin. in uerbo, quẽadmodum. ff. quod iussu. & Bal. in l. meminimus. in prin. C. de leg. hære. Et dicit Bald. in l. qui liberis. in prin. ff. de uul. & pu. q illud dicit simile, quod non est idem forma liter, sed in effectu. Vnde non est per omnia idẽ: sed idẽ in ratione pro tanto appellatur simile: & melius nõ habet in iure, quàm ibi, qd dicat simile[b], secundũ eum. Et ideo dicunt ibi Ang. & Imo. q duplex est similitudo: uno modo penes formã, alio modo penes effectum: & ubi omnibus est cõformitas, tunc ibi est idẽtitas. Facit, quod no. Dy. in regula, sine possessione. de reg. iu. in vj. ¶ Et dixit glo. in c. si sacerdos, aliàs incipit, Deus, quis similis tibi. de pœ. dis. j. q. triplex est imago, siue similitudo. Prima idẽtitas, secundum quã tãtùm filius Dei est similis patri. Alia est imi-

a *Est idem] Adde, quod no. per do. Soc. consil. ix. inci. prosequẽdo ordinem. circa. prin. in ij parte.*

b *Simile] Vide etiã Bal. in l. nãq;. ff. de legi.*

5 Literæ Priores † in data regulariter præualent, per istum text. secundum communem intellectum, exponendo uerbum Prius, nominaliter, ut sic exponamus Prius mandatum, id est, primum mandatum. Ad idem c. si duobus. cum glos. in uer. si non apparet. de rescrip. in vj. & c. tibi, qui. eod. tit. & li. & text. in c. eum, cui. de præben. in vj. Et ibi glos. fi. dicit per illum text. esse approbatam lecturam, quæ exponit istum text. in uerbo Prius, nominaliter. Et istud, tanquam regulare, præsupponunt omnes Doct. allegati ſ. & in d. c. eam te. & stylus curiæ, qui percipitur ex pluribus regulis cancellariæ Apostolicæ. Et si diceres, secundæ literæ non deberent ualere non facientes mentionem de primis, per not. in c. cæterùm. ſ. eodem. dic. quòd

imo

imo ualent: quia si per negligentiam primi impetrantis secundæ obtinent, ut j. in j. fallētia: ergo à principio non sunt nullæ, ut hîc per Car. & Imo. ¶ Præterea, ut dicit Imo. in c. mandatum. j. eo. in secundo rescripto subintelligitur clausula, Si pro alio non scripserimus, qui huiusmodi gratiã prosequat. Et ideo secũda gratia semper ualet, sed cõditionaliter. Vnde si primus prosequatur, non ualebit secunda: quia deficiet conditio. Si aũt non prosequatur, tunc secũda gratia sortitur effectum, ex quo in effectu tunc uerificat, & tacita cõditio suipendit, sicut expressa. Allegat gl. in l. itẽ quia. ff. de pac. Et ideo dicit hîc do. Ab. communẽ opinionem esse, ꝙ ista secundæ literæ non peccãt in subreptione: quia quælibet gratia ualet: & si capitulum uellet, posset recipere utrũq; : sed non tenet recipere, nisi unum: quia Papa non intendit grauare eandem ecclesiam de duobus, nisi exprimat, ut hîc, & in d. c. mandatum. Vnde capitulum excludit alium uno recepto, non per uiam nullitatis, sed per uiã exceptionis grauaminis. ¶ Ampliatur uno modo ista regula, uidelicet etiãsi secundus impetrãs prius præsentet, & prius recipiatur in canonicum, quàm primus, quia nihilominus prima uacans debetur primo impetrãti, ut d. c. tibi, qui. & c. eum. cui. de præben. in vj.

Fallit Primò regula ista, ubi primus deprehenditur in negligentia, ut hîc in gl. & est tex. in d. c. tibi, qui. in fi. Et licet ponant certi modi conuincendi negligentiã in proposito, de quibus j. tĩ in modo deprehendẽdi negligentiã est arbitrariũ: nã iudex habet arbitrari, utrũm fuerit negligens in nõ præsentãdo, uel non petendo: quia fortè iste allegabit legitimã causam dilationis, & in hoc succedit arbitriũ iudicis. Et sic saluatur opinio Ioã. An. hîc, & in c. si clericus. in sua gl. in uerbo, negligentia. de præb. in vj. & in cle. unica, in gl. pe. de præb. & ibi Car. in §. fi. in iij. q. ubi simpliciter dicit esse arbitrarium, qũ primus dicatur negligens. ¶ Sunt autem quatuor casus, quibus deprehenditur negligentia primi impetrantis. Primus est, quando primus fuit negligens in præsentando suas literas, & secundus prius præsentauit: nã secundus debet esse potior in assecutione præbẽdæ. Ita probatur secundũ unũ modũ intelligendi in d. c. tibi, qui. iũcto prin. cum fi. Et uidetur satis probabilis intellectus, secundum Ab. hîc intelligentẽ hoc, dum modò concurrant duo impetratores Apostolici: nã si concurrunt Apostolicus & capitularis simul, negligẽtia impetratoris Apostolici non cõuincitur per capitularem, i. per receptum authoritate capituli, nisi per solã collationem. Pro hoc, secũdum eum, facit c. tibi, qui. & c. si clericus. de præben. in vj. Facit etiam ad materiam, secundum eum post Lap. tex. in c. si tibi. de præb. in vj. ubi is, cui facta fuit collatio beneficij, non conuincitur de negligentia irreuocabiliter, nisi per collationẽ alteri factã. ¶ Secundus casus est, quãdo lapsus est annus: quia, secundũ quosdã, dicitur tunc constare de negligẽtia primi, per c. plerunq; . s. eo. quod nõ placet hîc Io. An. quia illud c. loquit in literis ad lites. Ideo non debet extendi ad beneficia, cùm nõ sint amarẽ interpretãda, arg. c. olim. de uerb. sig. & l. fi. ff. de cõsti. princ. Et no. hoc uerbũ, ex quo habes semper notare, secundũ Ab. hîc, ꝙ rescripta ad lites sunt strictiùs interpretanda[a], quàm rescripta ad beneficia: qđ est ualde notandũ per id, qđ habet in c. quãuis. de præb. in vj. ubi dicitur, ꝙ rescripta ad beneficia, sunt strictè interpretanda. Tĩ contra hoc facit: quia secundum But. in c. olim. in fi. de uerb. sig. strictior interpretatio fit in beneficialib. ꝙ in literis ad lites, per d. c. quãuis. Sed, ut dixi s. eo. causam, potest dici, ꝙ dictũ Io. An. hîc probet, quòd literæ beneficiales difficiliùs expirẽt: nõ aũt probat, ꝙ debeãt strictius interpretari. Nã per ea, quæ ibi adduxi, patet ꝙ ualde strictè interpretãtur: sed rationabile est, ꝙ difficiliùs expirẽt: quia maius est præiudicium eas perdere, quàm rescripta ad lites. Et licet difficilius expirent, tamẽ difficilior est earum impetratio: quia subreptio uitiat eas ipso iure: & nõ sic rescripta ad lites, ut dicẽt j. c. proxi. Et sic in specta impetratione, interpretatiõe & expiratione, uidentur talia rescripta ad lites & ad beneficia habere se, ut excedentia & excessa secundùm subiectã materiã. ¶ Tertius casus est, quando executores secũdi impetratoris, uel ordinarius monent primum, ut faciat sibi prouideri: & ad hoc præfigunt sibi tempus competens, intra quod istud faciat: quia eo elapso cõuincitur de negligẽtia, & possunt ipsi prouidere. Secundò ita no. Rota de concess. præb. §. in antiquioribus, dicens, ꝙ ita cõmuniter practicatur. Aliàs autem, cùm non sit in proposito statutũ tẽpus à iure, est in arbitrio iudicis arbitrari negligentiã attentis circunstantijs attendendis, secundũ Rotã. Et istum casum intellige, nisi scriberetur pro primo expectante cum assignatione termini, iuxta cle. unicam, de concess. præben. quia tunc, si permittit labi mensem non acceptãdo, dicetur notabilis negligentia absq; alia termini assignatione, ut no. ibi gl. in uerbo, intra mẽsem. & sequitur Domi. in d. c. tibi, qui. & Ab. hîc. ¶ Quartus casus est iste, ꝙ xime dictus, quando in literis exprimitur tẽpus: quem casum intellige, nisi ex impedimento, uel culpa executoris euenisset, ꝙ intra mensem non potuisset expectãs acceptare: quia tunc lapsus mensis non imputatur ei, secundum Rotam, de rescr. decis. xxix. & de concess. præben. uij. & xiij. in antiquis. Et donec durat mensis, non potest ab alio præueniri, adeo ꝙ si interim conferatur alteri per Papam cum clausula, Si nõ est alteri ius quæsitum, collatio non ualet: quia ipsi expectanti est quæsitum ius, id est, facultas acceptandi, quæ adhuc pendet, cùm non dum acceptauerit, secundum Rotã de concess. præb. dec. cxxj in antiquis. ¶ Item intellige istum quartum casum, nisi essent duo expectantes cũ assignatione mẽsis: quia, quo ad secundũ, non currit ei mẽsis donec fit finitus mensis primi, secundum Pe. de Anc. in repe. d. cle. j. de concess. præb. De quo tũ uide latissimè Car. ibi in §. secus. in vj. q. & cons. lxxviij. inci. Frater unice. ubi aliter tenet: de quo etiã per Rotam de rescri. decisi. lxij. in antiquis. ¶ Item intellige istum casum, nisi alius diu possedisset beneficium pacificè, quod tũ uerè uacabat de iure: quia excusat impetrans à cursu mẽsis, secundũ Aegi Belleme. decis. dcc. inci. in casu cõclusiõis. nisi esset notoriũ, ꝙ de iure uacat, secũdũ Old. cõsi. cclxxxij. inci. Casus est talis: aliquis impetrauit. ¶ Amplia fallentiã istam, etiãsi impetrãs nõ habeat coimpetratorẽ: quia si est negligẽs, potest ordinarius alteri conferre, & per collationem alteri factam erit extincta gratia istius, secundũ do. Ab. hîc per c. si clericus. de præb. in vj. Per quem tex. putat idem, etiamsi cum authoritate Papæ esset receptus in canonicum, & negligeret petere prębendã uacantem. Et istud Ab. reputat nouum, secus dicẽs, si post collationem esset quis negligens in petenda possessione: quia nõ perdit ius suum, nisi in casu, de quo per gl. singularem in c. contingit. in gl. fi. post prin. de do. & cõtu. ubi latiùs per eum, licet possit per superiorẽ priuari. arg. c. si quis abbas. xvij. q. ij. & gl. in c. ea, quæ. de off. arch. secundũ ipsum hîc latioribus. uerbis. ¶ Intellige primò istã ampliationem, nisi talis impetrãs fuisset ab initio effectus canonicus authoritate Apostolica: quia licet fuerit negligẽs in petẽda prima prębẽda alteri collata, tamen potest aliã postea uacantẽ petere, ut est tex. in d. c. si clericus. in §. uerum. & facit, quod dicẽt j. in ij. limitatione huius fallentiæ. Et illum tex. inducit etiã Cal. in disp. incip. A diffinitiua sententia, ad illũ, qui appellauit, & non petijt apostolos intra triduum sibi assignatum: quòd licet illam appellationem non possit prosequi, tĩ aliã potest interponere durãte decẽnio, & prosequi. Et

[a] *Strictius interpretanda*] *Adde do. Soc. cõsi. xcvj. inci. Viso ꝓcessu. circa medium iij. col. in prima parte, char. clxij.*

qui. Et illum text. in §. uerũm. limita, ut ibi per Domi. post Lapum, uersi. quid si iste. ¶ Intellige secundò hanc ampliationem, nisi in gratia expectantis authoritate Apostolica esset clausula, Ad præbendam, quam duxerit acceptandam: quia non potest sibi imputari negligentia, adeo quòd per collationem alteri factam sit extincta gratia sua, quò minùs possit aliam acceptare, secundum Rot. de præben. decis. iiij. in antiquis, dicentem non habere tunc locum dictum c. si clericus. & allegat Archi. ibi, & Inn. j. eo. mandatum. Et idem dicit Rota, si habeat gratiam, quòd possit acceptare præbendã ecclesię cum præstimonijs unius cedentis, uel decedentis: quia tunc potest simul, uel successiuè acceptare præbendam, uel præstimonium etiam separatim. An autẽ iste unicus expectans possit conuinci de negligentia per alium actum, quàm per collationem alteri factam, dicetur paulo pòst, uersi. limita secundò. Et ibi etiam dicetur, an ista secunda intelligẽtia de clausula, Quam duxerit acceptandam, habeat locum, quando est adiectum tempus acceptationi. ¶ Limita fallentiam hanc primò de negligentia duobus modis. Primo, nisi primus & secundus impetrauerint ad idem corpus beneficij, & apparet de prioritate temporis: quia tunc secundus impetrans nunquã potest aliquid obtinere uigore illarum literarum: quia fuerunt surreptitiæ non facientes mentionem de prioribus: & sic nullæ: quia subreptio in beneficialib. uitiat ipso facto, ut dicetur j. c. proximo. Vnde negligentia primi non potest ius confere secundo. Et hoc casu nõ habet locum dispositio c. pen. de rescri. in vj. ubi si non apparet, quis sit prior in data, est locus præsentationi: nam quando literæ ambæ referuntur ad idem subiectum, id est, ad certum corpus beneficij, mutuò se impediunt, & recurrendũ est ad ipsum concedentem. Ita notanter uoluit Ioan. An. in c. si à sede. de præb. in vj. Et istam limitationem ita ponit ad literam Abbas hîc. ¶ Adde Domi. in d. c. si à sede. & quæ dixi s. eo. pastoralis. ad fi. prin. ubi dixi, ꝙ si apparet de prioritate ratione unius horæ: & faciunt, quæ dicentur j. ad fi. huius c. uer. extra glo. Et hîc adde Pet. de Anch. & do. Abb. in c. ij. de offi. deleg. ubi dicunt, ꝙ cùm conferatur idem beneficium duobus sub eadem data, nec ꝙ apparet, cuius supplicatio prius fuerit signata, debet in hoc consuli Papa, qui utranq; gratiam fecit, & secundũ eius responsum est procedendum. Allegant Io. An. in d. c. si à sede. Nec obstat c. pe. de rescri. in vj. quia loquitur, ubi agitur de prouisione facienda, non de facta: quia in illa facienda potest utraq; gratia ualere per gratificationem eorum, quibus scribitur: sed in facta secus: quia statim neutra ualet, uel pendent à diffinitione concedentis. Nec obstat d. c. si à sede. quia loquitur in collatione facta eodem tempore à diuersis: quia si unus possidet, ille præfertur: sed prædicta loquuntur in collatione facta ab eodem. Et an cæteris paribus præferatur ille, qui priùs præsentat executoris: dicit Rota, ꝙ sic, decis. c. inc. Item si unus. in nouis, hodie de præb. v. Sed contrarium tenet additio ibi posita: quia d. c. pe. de rescrip. in vj. loquitur in præsentatione facta illis, ad quos spectat canonicorum receptio. Et ita dicit latè consuluisse contra Rotam Petr. de Anch. & Fran. de Zabarel. id est, Cardinalem. Et ita etiam tenet Domi. eos referens in d. c. pe. dicens, se etiam idem consuluisse, licet Rota noluerit inhærere opinioni Car. & Pet. de Anch. ¶ Limita secundò, nisi primus impetrans habuisset canonicatũ à Papa, uel fuisset receptus in canonicum authoritate Papæ: quia tunc nõ conuincitur negligentia sua in assecutione prębendæ per actum circa collationem. Ita refert Lap. d. c. tibi, qui. Io. And. sibi respondisse, quasi dicat, secundum Abb. hîc, ꝙ donec prębenda conferatur alteri, semper illam petere poterit negligentia priori nõ obstante: secus, si data negligentia fuit collata alteri, quasi per collationem præmissa negligentia tollatur illud ius affectuum ad prębẽdam, quod habet primus ex receptione in canonicum. Et hoc membrũ sic declaratum uidetur probari in d. c. si clericus. in ij. parte, secundum do. Abb. hîc. ¶ Sed contrarium firmat hîc do. Abb. ꝙ imo etiam, ubi præcessit collatio canonicatus, potest conuinci impetrans de negligentia sua citra actum collationis, per tex. in d. c. tibi, qui. Nam in principio loquitur, quando primus & secundus fuerunt recepti, & prębenda uacabat de præsenti: & decidit ibi, ꝙ debetur primo impetranti, licet secundò recepto. Vnde non refert se ad negligentiam commissam in actu præsentationis, sed loquitur generaliter. Ergo uidetur, ꝙ si uacauerit prębenda, & primus impetrans, licet receptus, fuerit negligens diu in petendo, ꝙ secundus impetrans diligens debeat præferri. Nec obstat c. si tibi absenti. de præben. in vj. quia cùm ibi beneficium fuerat collatum, meritò non excluditur, nisi per collationem alteri factam: quia non est dare actum citra collationẽ potentiorem primo. Sed in casu nostro prębenda non fuerat collata primo, sed solùm canonicatus: meritò ergo ex quo uterq; est canonicus receptus, debet negligentia in petendo obesse primo. A quanto autem tempore requiratur ista negligentia, est arbitrarium: quia text. ibi non determinat, secundum Abb. hîc. Idem tenet hîc Ioã. de Imo. dicens receptum authoritate Apostolica posse præueniri per negligentiam inductam ex actu citra collationem, per dictum c. tibi, qui. referendo finem ad omnia superiora. Et in prin. tex. posuerat casum, quando primus expectans fuit receptus in canonicum: & dicitur simpliciter in fine, ꝙ per negligentiam potest præueniri. Idem tenet Lap. in d. c. tibi, qui. quem refert & sequitur Domi. hîc, dicens, quòd conuincitur negligentia per actum solius præsentationis. Et ad c. si clericus. de præb. in vj. respondet, ꝙ ibi uacat argumentum à contrario sensu. Et ad c. si tibi. respondet, ut s. pe. do. Abb. ¶ Opinio, de quã refert Ioan. An. Lapo, uolens, ꝙ factus canonicus non conuincitur de negligentia in petenda prębenda, nisi per collationem alteri factam, potest saluari, quando in eadem ecclesia non est alius impetrans, ut in ampliatione, de qua suprà: quia tunc licet fuerit in notabili negligentia, tamen ex quo non est deuentum ad collationem alterius, debet ille obtinere. Et ita procedit text. in d. c. si clericus. à contrario sensu, & text. in c. tibi, qui. non contradicit contrario sensui illius text. quia c. tibi. loquitur, quando est alius impetrans in eadem ecclesia: & tunc potest induci negligentia per præsentationem secundi, uel alium actum denotantem negligentiam primi. Ita saluatur Io. de Imo. in d. c. tibi, qui. ¶ Et istam saluationem sequitur Domi. in d. c. tibi, qui. nisi in literis esset adiectum tempus reseruationi & potestati executoris, ut fi dicitur, cõferas beneficium, quod intra mensem duxerit acceptãdum: quia lapso mense, etiamsi non fit ibi alius expectans, non poterit sequi acceptatio, nec collatio. Et sic procederet tunc opinio Lapi indistinctè: quia inducitur negligentia etiam in unico expectante per solum lapsum dicti temporis, dum modò tempus sit adiectũ reseruationi & potestati executoris, ut dixi: secus, si non esset adiectum tempus, nec reseruationi, nec potestati executoris, ut quando dicitur beneficium, quod in tali loco uacauerit, quod duxeris acceptandum tibi conferendum, nostræ collationi reseruauimus, inhibentes ne quis super illo intra mensem aliquid præsumat attentare: quia tunc, licet fuerit in negligentia notabili, tamen ex quo non est alteri collatum, nec est secundus impetrans, poterit sibi conferri. Et procedit opi. Ioan. An. & saluatio Io. de Imol. secundum Domi. in d. c. tibi, qui. propter doctrinam glo. magistræ, in d. cle. j. in uerbo, intra mensem. de concess. præben. ex qua colligitur prædicta distinctio circa modum adiectionis temporis. Et eam sequitur Pet. de Anch. consi. mihi cclxxxij.

e. capitulum.

inci. Casu præmisso esset à nomine. de quo etiam per Rotam de concess. præb. decis. x. & xxx. in antiquis, ubi ponitur, ꝙ non ualet acceptatio facta post mensem re integra. ¶ Est uerum, quòd quicquid dicat Domi. saluatio Ioan. de Imo. uideretur prima facie posse procedere indistinctè: nam ipse loquitur, quando ille, de cuius negligentia agitur, habuit canonicatum, prout loquitur ista limitatio secunda: quo casu, licet distinctio glos. in d. cle. j. procedat in eo, qui est canonicandus, tamen in eo, qui iam habuit canonicatum, lapsus temporis qualitercunq; adiecti non uidetur inducere negligentiam, adeo quòd re integra expectans non possit adhuc purgata mora præbendam uacantem petere etiam à suo executore, ut uidetur concludere gloss. in d. clem. j. quam sequitur ibi Imol. & etiam Abb. licet dicat passum esse satis dubium. Et sequitur Rota in tit. de cõcess. præb. deci. xj. in nouis, olim. cccxxviij. incip. item ꝙ habens. in fi. & ibi Collector dicit hanc opinionem esse uerisimam: quia tunc beneficium dicitur magis effectum, per d. c. si clericus. & c. ei, cui. & c. si postquam. eod. tit. & lib. Et ideo uidetur ex his concludendum, ꝙ opinio Lapi, do. Abb. Ioan. de Imo. & Domi. de qua s. ante uer. opinio, de qua. procedet, ubi ille, cui est collatus canonicatus, habet coimpetratorem: quia tunc indistinctè conuincitur eius negligentia per actum citeriorem collatione. Ideo procedat d. c. si clericus. Opinio autem Ioan. And. & saluatio Ioan. de Imol. de qua in d. uer. opinio, de qua. procedar, ubi ille, cui est collatus canonicatus non habet secundum expectantem post se: quia donec sit deuentum ad illam collationem, non dicitur inducta in eo negligentia, quò minùs possit petere eandem præbendam non petitam, etiamsi in eius gratia tempus sit adiectum reseruationi & acceptationi, secundum gloss. & Rotam in dictis locis. Sed si ei non est collatus canonicatus, & tempus sit adiectum acceptationi & reseruationi, bene inducetur negligentia per actũ circa collationem, etiamsi ibi non esset secundus expectans: & procederet glo. in d. cle. j. in uerbo, intra mensem. in j. parte: & opi. Domi. in d. c. tibi, qui. An autem sit dare excusationem aduersus cursum dicti temporis, dixi aliquid s. in uersi. quartus casus. Nihilo minùs tutius est tenere contra glo. in d. cle. j. in uerbo, intra mensem. in fi. & Rotam, ubi s. sequendo Lap. & Dom. in dictis locis: uid. licet quòd licet expectans sit effectus canonicus, si habit tempus adiectum in sua gratia acceptationi præbendæ, non potest se impedire de tali præbenda, etiamsi non habet coimpetratorem, ut latè & subtiliter firmat do. Car. in d. cle. j. quia non est uerum, quòd collatio canonicatus afficiat præbendam simpliciter, sed eam solam, quam intra mensem acceptat. Est enim limitata collatio canonicatus respectu præbendæ, quã acceptabit intra mensem. Vnde ex quo illam non acceptauit intra mensem, perinde est, quo ad illã, ac si non fuisset canonicus. Quod autem illa præbenda non potuerit conferri per ordinarium, uel per secundum executorem intra mensem, non fuit ex eo, ꝙ erat affecta, sed ex adiectione mensis, quæ hoc operatur, ut in d. cle. j. Et ita dicit se declarasse dictam gloss. uni doctori, qui de ipsa eum interrogauit per literas. Et est ista responsio in suis consilijs consi. lxij. inci. Casus, super quo iuris consiliũ petitur: & primò forma impetrationis, etc. ubi ostendit, quòd uerba glo. in d. cle. j. si bene ponderentur, non innuunt contrarium. ¶ Et super istis latiùs insistit do. Card. in d. cle. j. subdens, quòd si ibi non sunt alij expectantes, bene debetur ei secunda præbenda, quæ postea uacabit. Et ita loquitur d. c. si clericus secundo responso: quia cùm sit canonicus, debetur sibi præbenda nulli alij de iure debita. Primam autem, quam negle xit petere non potest: quia iam in illa quæsitum est ius ordinario conferendi eam, cui uult. Posset tamen ordinarius, si uellet, conferre eam expectanti. Sed quo ad secundam de iure debitam, obtinebit eam ab ordinario authoritate Apostolica, per d. c. si clericus. Sed in casu præmisso ordinarius cõfert sibi primam neglectam iure ordinario, sicut eam potest conferre cuilibet extraneo. Nullo tamen iure eam petere potest, secundum eũ. Et sic concludit, quòd etiam in impetratore non habente coimpetratorem acceptatio facta post mensem nullius est effectus. Vnde saluatio Ioan. de Imo. in d. c. tibi, qui. procedet, ubi non est adiectũ tempus acceptationi: secus, si est adiectum. Et sic erit uera distinctio Domi. de qua ibi, & suprà retuli, quamuis aliud dicat Rota: & gloss. in d. cle. j. approbata per alios, quorum opinio multum ponderaretur in practica: propter quod meritò dom. Abb. reputat passum dubium in d. cle. j. Et dum est dictum, quòd ordinarius potest conferre illam præbendam neglectam ipsi negligenti, si uelit, uide Domi. idem tenentem post Lap. in d. c. si clericus. §. uerùm. Et an sit dare excusationem iustam aduersus lapsum dicti temporis, dixi aliquid suprà in iiij. casu istius fallentiæ. Et ista sunt, quo ad primam fallentiam regulæ suprà positæ dicentis regulariter præferri primum in data. Et prædicta non reperies alibi ita declarata, & quotidie inseruient. ¶ Fallit secundò dicta regula, Vbi secundus in data habet ius suum à Papa, sed anteriores ab inferiore: quia iste præcedet illos, per text. in c. hi, qui. de præben. in vj. & not. gloss. in regula, qui prior. in fi. de reg. iur. in vj. & Ioan. And. & Domi. in cap. ei, cui. de præben. in vj. dicentes regulam, de qua suprà, procedere, ubi concurrunt plures impetrantes à Papa, & ille, qui recipitur de mandato inferioris à Papa, qui id fieri facit authoritate Papæ, dicitur receptus authoritate Papæ, d. capitu. hi, qui. etiamsi esset legatus fungens authoritate Apostolica sibi specialiter in hac parte concessa, dicto cap. hi, qui. Per quem text. in hoc decidit notabilem quæstionem Calderin. in tit. de præbẽ. consil. viij incip. Legatus uigore gratiæ. Et adde, quòd habentes gratiam à Papa cum clausula, Non obstantibus, etc. præferuntur illis, quos nominat archiepiscopus habens priuilegium de aliquibus nominandis, etiamsi in suo priuilegio dicatur, quòd nominati ab eo præferantur Apostolicis: quia Papa, qui hoc concessit, non potuit successorum manus claudere, secundum Rotam in tit. de concess. præben. decis. xvj. in antiquiori. incip. Vtrùm si sit concessum. quasi sentiat secus de his, quibus prouidet ipse Papa, qui dedit priuilegium: sed etiam in illis crederem idem, quando est dicta clausula, Non obstantibus. ¶ Fallit tertiò & ultimò dicta regula, ubi secundus habet in literis clausulam Anteferri, de qua habes in c. pe. de præben. in vj. quia dicitur, Non obstante, quòd pro alijs scripserimus, quibus uolumus te anteferri: quia tunc illi, qui sunt primi in data, non præcedunt, ut patet ex uiribus ipsorum uerborum. & not. Ioan. And. & alij in cap. mandatum. infrà, eod. etiamsi illi primi essent recepti ad primarias preces impetratoris, secundum Rotam de præben. decis. xv. in antiquior. Et licet ibi non sit hoc uerbum Anteferri, tamen est in meis antiquioribus per numerum conclusione dxxvij. incip. Vtrùm illi, quos imperator. quia non sunt melioris conditionis illi, quàm Apostolici impetrantes. ¶ De hac clausula Anteferri, nota quinque conclusiones alibi non ordinatas. Prima con-
6 clusio. Licet † habens dictam clausulam præcedat primum habentem ius affectũ, & processum factum pro prima uacatura, d. c. pe. tamen fallit, ubi primus acceptasset uacantem, licet prouisio non esset secuta, secundum Rotam. de rer. permu. decis. ult. Vtrùm Innocentianus. in nouis, & de concess. præbẽ. lj. in antiquis, si aliqs expectans. & eo. tit. decis. xiij. in antiquioribus: qa non est uerisimile, Papam uoluisse tollere ius primi ita appropriatum, sicut appropriatur per acceptationem, nisi expressè de hoc fecerit mentionem. Pro hoc cap. fin. de con-

de concess. præben. in vj. ubi per reuocationem tollitur ius ad rem: quia de hoc ibi fiebat mentio: aliàs non tolleretur. Non obstat, quòd in secundis literis dicatur, etiam si per primas literas quomodolibet esset processum: quia intelligitur per executorem, non per partem, ut latiùs inuenies in dicta decis. utrùm Innocentianus. Et hîc non consideratur, quòd acceptatio non dat ius, sed collatio, maximè cùm dicta clausula sit restringenda, ut in dicta decis. si aliquis. Ad hæc facit conclusio sequens. Fortè tamen ista conclusio debet limitari, dum modò expectans fecerit protestationem, quòd ei fieret prouisio per executorem, & sic non sufficeret sola acceptatio. Moueor ex decisione Rotæ de concess. præben. ult. in antiquis, quæ incipit, Dic, quòd reuocatoria. ubi dicitur Gregorium XI. statuisse, quòd reuocatoria Papæ de gratijs expectantibus, non habet locum in his, qui acceptauerunt beneficium uacans intra tempus debitum, dato quòd prouisio non fuerit secuta, dum modò fuerint protestati. Et sic uidetur, quòd sicut non curatur de iure eorum quæsito ex simplici acceptatione, quo ad illam reuocatoriam, ita nec in proposito, ubi est minus præiudicium: quia non reuocatur, sed differtur donec sit, puisum habenti clau-
7 sulam Anteferri. ¶ Secunda conclusio. Clausula † Anteferri, cum non obstantia sibi iuncta, refert se tantùm ad totaliter expectantes: non autem ad illos expectantes, quibus est à Papa collatus canonicatus, secundum Thomam Fastoli dubio Rotæ xlv. incip. secundò ergo præsupposito. per text. in cap. si clericus. §. uerùm. de præben. in vj. & quia clausula Anteferri, uidetur exorbitans à iure communi, & sic ultra terminos non debet extendi, regula, quæ à iure. de reg. iur. in vj. Et ita dicit tenuisse Aegi. & Franc. de Amilia: & faciunt, quæ dicta sunt suprà in ij. limitatione primæ fallentiæ: & sentit Old. consilio ccxxxiij. incip. Credo de iure, etc. ¶ Ad idem est in terminis solenne consilium Card. cxxxvij. incipiens, Factũ sic se habet: uacantibus, etc. ubi etiam multa inuenies de istis clausulis antelationis, quam dicit esse materiam scrupulosam, & in qua præclari doc. sunt prò & contrà. Et etiam ponit, quando in gratia est clausula, per quam quis debet anteferri etiam posterioribus impetratoribus, non obstantibus quibuscunque clausulis literarum suarum: & tangit de materia rescripti habentis clausulam derogatoriam ad rescripta, de qua dixi suprà eo. nonnulli. Et ad materiam bene facit gloss. magna in c. si soli. de concess. præben. in vj. & quæ ibi scribuntur de istis antelationibus. Et nota, quòd ubi in gratia conditionali dicitur, quòd purificata conditione perinde habeatur impetrans, ac si Papa contulisset ei à principio canonicatum, tunc ista uerba retrotractiua faciunt eum præferri purificata cõditione alijs expectantibus non effectis canonicis, secundum Rotam plenè, de concess. præben. decis. xij. in nouis, item si Papa. ¶ Tertia conclusio. Si dicitur, uolumus te anteferri omnibus, qui impetrauerint in tali loco, etiamsi per eorum literas sit processum ad inhibitionem, reseruationem, uel quomodolibet, etc. illud subiunctiuum Impetrauerint, licet possit importare præteritum & futurum, iuxta gloss. in cap. ad hæc. in uerbo, elegerint. suprà, eod. & ibi dixi: tamen isto casu importat præteritas impetrationes, non futuras, secundum Old. consi. cxcviij. incip. Circa primum, quia ista presumuntur poni ad tollendam surreptionem, ne uideantur taceri primi impetrantes, contra cap. mandatum. infrà, eod. Sed surreptio non contingit ex eo, quòd tacentur illi, qui in posterum impetrabunt: quia hoc esset arctare hominem ad impossibilem diuinationem. Item, quia illa uerba Quomodolibet processum, adaptantur solùm ad præteritas impetrationes. Item, quia ista clausula Anteferri, est odiosa, & iuri communi repugnans: ideo arctanda, quantum fieri potest, ut iu-

ra manifestè probant, & notant apertè Compost. in c. causam. suprà, eod. & Arch. in c. quoddam. de præben. in vj. Dum modò ergo possit in aliquo uerificari, arctabitur, & inducit alias rationes, de quib. ibi. ¶ Quarta conclusio. Si † Papa concessit literas unionis, ut cedente, uel decedente certo rectore, etc. & unio sit facta, & nondum sortita effectum: quia non euenit cessio, uel decessus, impetratio interim facta cum clausula Anteferri, non præiudicat illi unioni, licet hodie eueniat uacatio per decessum, secundum Old. subtiliter & elegan-
8 ter consi. ccxxiij. incip. Factũ tale est: dñs Clemens Papa. quia illa clausula posita in potestate uniẽdi, scilicet cedente, uel decedente, non denotat conditionem, sed ex nũc habet effectũ. Item illa clausula Anteferri, habet locũ, quo ad similes expectãtes, & nõ quo ad personã, quæ nunc est persona in ecclesia. Adducit etiã c. cõsultationibus. de dona. dicens illum tex. sufficere ad decisionem huius quæstionis, nisi utamur nimia subtilitate, ut latiùs per Old. quem sequitur Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de præb. uer. proponitur quæstio. ¶ Quinta & ultima conclusio. Clausula Anteferri, non tollit ius alteri quæsitum, secũdum Compos. c. causam, quæ suprà, eo. & Domi. post Ioan. And. in c. fin. in princ. de concess. præben. in vj. Ita communiter dicitur in literis, in quibus apponitur dicta clausula. Quando autem dicatur ius quæsitum, patet ex prædictis, & plenius dixi in d. c. causam. in fin. ubi uide. Et de ista clausula, Si non est alteri ius quæsitum, uide etiam quod dixi in c. super literis. in quinta cõclusione, suprà, eo. Et ad hanc conclusionem dixi etiam aliquid in d. c. causam. in fin. uer. etiam posui, an d. clausula tollat ius ad rem. Et istis etiam adde, quòd clausulæ generales derogantes expectantibus, non derogant habentibus clausulam Anteferri, nisi de ea fiat mentio, ut est stupendum cons. Ol. cccxxiiij. Factum tale est: dominus noster Papa. An autem & quando habeat aliquis beneficium antelationis, dato quòd in suis literis non sit clausula Anteferri, collige ex uarijs antelationibus, de quibus in ultima regula cancellariæ. Et de prælatione habentium eandẽ datam, dicetur infrà, & aliqua dicta fuerunt suprà, c. pastoralis. ad fin. princ. in glos. in uerbo, relaxetis. in fi. In quantũ dicit, ꝙ si c. contra secundũ appellauit, tenet appellatio ex eo, quia ei debet prouideri, qui primò impetrauerit, & uidetur contra istud facere: nam ex quo capitulũ impugnabat gratiam primi impetrantis, non
9 uidetur posse eam inducere contra secundum, ne † fundet se ex eo, quòd impugnat contra reg. ex eo. de regu. iu. in vj. & cap. cùm olim. de censi. propter hoc dantur, propter quod impugnat, contra regulam, aliàs duæ responsiones per Doc. hîc limitantes pulchrè dictam regulam, ex eo. ¶ Regula, ex eo. lib. vj. primò limitatur sic: ꝙ ex eo, ꝙ quis impugnat, potest se fundare pendente impugnatiõe: quia cũ euentus litis sit dubius, l. quod debetur. ff. de pecu. si non posset se ex materia impugnationis fundare, posset sequi, quòd si succumberet in impugnatione, grauaretur etiam pro secundo, secundum Compost. & sequuntur hîc omnes Scribentes: & est limitatio magna ad dictam regulam, secundum Abb. hîc. Optimè facit, secundum Ioan. And. hîc, l. iiij. quæ incipit, diximus in j. responso. ff. de excu. tu. ubi pendente appellatione super excusatione tertiæ tutelæ, si ille eligitur ad quartam, potest se excusare ex illa, quam impugnat: quia si succumberet in illa, remaneret postea oneratus quarta tutela, unde expectatur finis illius appellationis. Facit etiam, secundum Ioan. And. cle. j. in uer. si uerò alter. ut lite pendẽ. ubi etiam expectatur euentus litis. Et adde Pet. de Anch. consi. mihi xiij. Viso processu. in fi. ubi tenet hãc limitationem ad dictam regulam, ex eo. licet non alleget Doc. hîc, sed allegat d. l. diximus. Vnde infert, quòd quis potest se fundare in certa pendentia litis, licet eam impugnauerit, quando

c. capitulum.

pendet iudicium super impugnatione. Et hanc limitationem tenet etiam Imol. in c. ex parte decani. infra, eo. ¶ Secunda limitatio est, ut licet ex facto, quod quis impugnat, non possit se iuuare contra eundem, tamen contra alium tertium bene potest se fundare: quia potest quis in diuersis instantijs uti diuersis usjs etiam cõtrarijs: & ista impugnatio non præiudicat, nisi inter illos, inter quos emanat, quæ habet uim confessionis. Ita not. hîc dom. Ant. & sequitur Imol. & Domi. hîc. Ex quo infert Imo. quòd aliquando licitum est opponere de iure tertij, de quo remittit ad Legistas in l. cùm seruum. C. de ser. fugi. & Bart. in leg. ij. de excep. rei iudi. & ad not. infrà. eod. mandatum. Et uult dicere dominus Ant. quòd sicut confessio non præiudicat, nisi quo ad præsentem, l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. ita ista impugnatio non præiudicat impugnanti, quo ad aliud: & ita in isto text. ubi licet impugnaretur gratia Callimachi in iudicio contra eum moto, tamen potest allegari contra secundum impetratorem, uelut personam extraneam à primo iudicio. ¶ Hanc secundam limitationem pulchrè confirmat dominus Anto. in c. cùm olim. uersic. quandoque reprobans instrumentum succumbit. de censi. probans latissimè, quòd qui impugnauit instrumentum & succubuit, licet non possit se fundare ex impugnatione in eadem instantia, uel cum eodem aduersario, tamen potest se fundare ex eodem instrumento in alia instantia contra extraneum: quia cùm ille esset absens, ista confessio oriens ex tacita renunciatione, non operatur, quo ad illum. Allegat l. postquam liti. C. de pac. & l. non solùm. la ij. §. liberationis uerba. ff. de lib. leg. & quod not. in c. pridem. de pact. Quo ad easdem uerò personas bene præiudicaret, & omnino nõ posset, quo ad easdem, uti illo instrumento in alia instantia. Nec obstat, si dicas, quòd renunciatio fuit iudicialis, quæ debet prodesse & nocere etiam absente parte, d. l. postquam liti. quia, secundum eum pulchrè, nocet absente parte, seu præiudicat, quo ad partes, quæ debent esse in iudicio, quarum personas repræsentat iudex, licet absentes, l. si ob causam. C. de euic. sed non quo ad extraneos, quos non repræsentat, & pro quibus non sedet. Et quòd intelligatur renunciare usui illius instrumenti respectu illius instantiæ tantùm, inducit dictum Innocen. in cap. cùm uenissent. in fi. de testib. ubi dicit, quòd istæ tacitæ renunciationes, aut generales, nunquam referuntur ad aliam instantiam, sed limitantur ad illam tantùm: & sic limitatur text. in d. c. cùm olim. secundum eum. Et ista procedunt, quando impugnatio fuit reprobata per sententiam: quia tunc fundans se in eo, quod impugnauit, habet pro se authoritatem sententiæ: sicut in simili dicitur, in c. mulieri. de iureiur. Idem, si sententia fuit talis, secundum quam instrumentum, uel alia dispositio non remanet impugnata, nec approbata per sententiam, ut quia poterat decidi absque approbatione, uel reprobatione instrumenti impugnati, secundum But. in d. c. cùm olim. post Bart. in l. post legatum. ff. de his, qui. ut indig. Idem, si actus impugnationis pendet, ut suprà, in prima limitatione: sed si super impugnatione esset lata sentẽtia, & pronunciatum de nullitate actus, quem quis impugnabat, tunc non posset amplius se fundare super illo actu iudiciali sententia annullato, nisi esset impugnata solennitas actus, & non ipse actus, eo modo, quo dicetur infrà, quia potest actus allegari per ipsum impugnantem. Et quoniam ad ista dicta sæpe recurritur tanquam ualde limitantia dictam regulam, ex eo. ideo non extra propositum possumus breuiter notare certas alias limitationes ad dictam regulam, ex eo. ex dictis Bart. in d. l. post legatum. & But. in dicto cap. cùm olim. & aliorum alibi reducendo aliqua sub stylo nõ usitato in hac materia, per aliquem, quem uiderim: & habebis multa ultra apostillantes Barto. & But. in dictis locis. ¶ Limita igitur tertiò d. regulam, ex eo. nisi impugnatio contineret in se manifestũ iuris errorem: quia tunc potest quis se fundare in eo, quod impugnauit, secundum Bart. in d. l. post legatum. & But. in dicto c. cùm olim. uer. sextus casus. Facit, quod not. Barto. in l. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg. dum dicit per illum tex. quòd confes-

a sio [a] habens in se manifestum iuris errorem, non nocet: putà si quis confitetur appellatione ornamentorum uestem contineri, contra illum text. Et ideo contra cõfessionem quis uenire potest, quando fuit contra ius expressum: & ita etiam contra confessionẽ tacitam resultantem ex impugnatione, quæ est manifestè contra ius. ¶ Limita quartò, nisi impugnans desistat ab impugnatione ante sententiam: quia tunc non prohibetur se fundare ex impugnatione, secundum Bart. & But. ubi suprà, per l. alia. C. de his, quibus ut indi. ubi de dicto persistentiæ purgatur per desistentiam, & non dicitur perfectum, nisi per perseuerantiam. Et ideo infert ibi Bar. in prin. quòd qui dicit instrumentum falsum, potest pœnitere, & dicere ipsum uerum, & agere ex ipso. Et dicit Rota de ap. decis. lv. in antiquis, & Aegi. decis. cccluij. incip. tertia Martij. quòd appellans, qui suam appellationem deseruit, & impetrationem appellati impugnauit, potest ab impugnatione desistere & inhærere impetrationi appellati. Pro ista limitatione etiam est text. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. ubi desistens à querela inofficiosi testamenti non punitur in amissione eius, quod alias amitteret ob iniustam querelam. Idem etiam gloss. in dicta regula, ex eo. dicens idem in eo, qui simpliciter protestatur: quia propter hoc non prohibetur se fundare in eo, super quo protestatus est, per tex. in c. præsentiũ. de testi. Sed istud declara omnino, ut ibi per Abb. ad fi. Et istis adde Spec. in tit. de positio. §. viij. uersic. primo, ubi dicit, quòd expositione negata non potest quis se fundare, nisi doceat se errasse. Quid autem, si iam esset pronunciatum super impugnatione, an possit tunc recedere ab ea, dicetur infrà in vj. limitatione. Et istis adde Imol. cap. ex parte S. uer. satis tamen uidetur. suprà, eo. ubi dicit limitando Spec. quòd licet appellatus, qui negauit appellatum fuisse, non possit petere reuocari attentata pẽdente appellatione, tñ si recedit ab illa cõtradictione, potest illud petere, per not. per Bald. in d. l. post legatum. Pro quo uide Rotam de appel. decis. xliij. item si appellatus. in nouis, ubi dicitur, quòd qui spreta appellatione aduersarij conatus fuit per processus

b sui executoris uotum consequi, potest ea uia frustratus appellationẽ illam prosequi. Similiter dicit latè Bar. in dicta leg. post legatum. ad fi. quòd si negaui positionem tuam, possum reuocare negationem, & ex illa positione me fundare [b]. Et sequitur Bald. in l. edita. in repe. Paduana, uersic. sæpe accidit. C. de eden. & sic limitatur dictum Spec. in d. §. viij. dum dicit, quòd quis non potest se fundare ex positione aduersarij, quam negat eum, qui in princ. de iureiu. & per Ang. sing. in consil. cliij. in. q. uertente, etc. & per Alex. in l. fuus. C. de rep. here. & in l. naturaliter. §. nihil commune, de acqui. pos.

a Quam negauit] Adde idem tenentem do. Soc. consi. clviij. inci. Visis processu & sententijs. uersic. nec obstat, si dicatur. in ij. parte.

Confessio] Adde tu, quòd hoc uerum est, quamuis Fel. nihil allegat. Adde, quòd Ant. de But. in c. fi. de confes. dicit, quòd confessio etiam iurata, et acceptata per partes, potest reuocari, si constat de errore probabili. Idem tenet Ludou. Ro. in cons. cccxcj. & in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. Adde dom. Ias. de May. præceptorem meum, in leg. error. C. de iuris & facti igno. Ada de, quòd confessio continens expressum iuris errorem, non nocet. De quo uide dominũ Alex. de Imol. in l. si conuenerit. in uer. confirmo istam. ff. de re iud.

Me fundare] Adde Ange. in l. f. uersi. ubi stipulanti. & ibi dom. Alex. de Imol. de uerb. obli. ubi dominus Alex. dicit uerum, nisi aduersarius probauerit illam: quo casu negatio non potest reuocari, per not. per Bart. in l. eum,

Felini j. pars.

a [a] Et sequitur eum Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. & in leg. non utique. ad fin. ff. de excep. Et ad hoc, an quod primò negaui, possim postea confiteri, uide subtiliter Bald. in l. unica, C. de confes. Et dicit Bald. in l. cùm precum. ad fin. uersic. extrà quæro. C. de lib. causa. quòd licet producens instrumentum & attestationes, uideatur confiteri contenta in eis, tamen potest errorem corrigere, per leg. iij. C. de fid. instru. Ad quod uide etiam Bald. in l. si magnum. ad fin. C. qui accus. Et dicit Bald. in c. præsentium. uer. quæro, an possit de testi. quòd protestatus contra personas testium potest recedere ab illa protestatione. Et idem Abb. post alios ibi, ad fin. in quo uide, quod dicam infrà in fi. sextæ limi-

10 tationis ad dictam regulam, ex eo. ¶ Limita † quintò, nisi iudex ex officio uellet se fundare super probatione impugnata etiam in fauorem impugnantis: quia potest, secundum Innoc. in d. c. cùm olim. post medium. uersi. unde dico. ubi dicit, quòd si instrumentum, quod quis impugnat, cõtinet, quòd debet mihi centum sub conditione, nõ adiudicabit mihi illa centum purè, sed sub conditione: quia non debentur ante conditionem existentem. Et hoc dictum extollit ibi dominus Abb. tanquam singulare: & sequitur etiam But. in c. cùm dilectus. uersi. uel secundò dic. secundum Gof. de consue. & ibi Imol. & Bart. in d. l. post legatum. uer. ad unum tamen. & sentit Paul. de Cas. in l. Publia. §. Titius. ad fin. ff. depos. & dominus Abb. in d. c. præsentium. ad fin. & ibi latè Are. Ex quo dicto infert Bald. in l. unica, uersi. ex hoc pone talem conclusionem. C. ut quæ des. aduoc. quòd si produco scripturas in parte & partibus pro me facientibus, iudex potest inhærere scripturæ, quatenus facit pro aduersario. Quod reputat ibi singulare Paul. de Cas. Sed recipit istud dictum plures aduertentias, quas collige ex not. per Alex. in d. l. j. uer. in quantum autem. Bald. post Rotam, de testi. decis. iij. in nouis: & Paul. d. l. Publia. dixi pleniùs in cap. cùm uenerabilis. uersi. limita secundò. de excep. Et pro ista limitatione soleo ponderare text. optimum, & ad hoc non gustatum, in cap. constitutus. de relig. domi. ubi contra episcopum impugnantem contractum fertur sententia, adiudicata tamen sibi pensione, quæ in contractu continetur. ¶ Excipit But. in d. c. cùm olim. uersic. an autem iudex. duos casus de mente Innocen. ibi, in quibus ista limitatio non procedit. Primus est, quando capitula instrumenti essent separata: quia licet pro illo, contra quem impugnabatur instrumentum, iudex pronunciet ex uno capite instrumenti, non tamen pronunciabit pro impugnante ex alio capite separato ab illo: & sic intelligitur text. in d. c. cùm olim. Secus, si est capitulum connexum, ut in exemplo, de quo suprà, de debito sub conditione. Tamen, quo ad istum casum, uide certas considerationes Are. in dicto c. præsentium. ¶ Secundus casus est, quando is, contra quem est impugnatum instrumentum, non eget adiutorio instrumenti ad uictoriam reportandam: quia aliis modis probauit plenè intentionem suam. Tunc enim non debet iudex pronunciare pro impugnante instrumentum, ex quo ille, pro quo ferenda est sententia, non indiget instrumento: secus, quando eo indiget: quia tunc procedit limitatio, & consequitur impugnans ex persona alterius id, quod ex propria persona consequi nõ potest, iuxta l. petendæ. C. de tem. in inte. rest. pe. ¶ Restringe istos duos casus, nisi cõprehensa in instrumento tangerent utilitatem publicam, quia indistinctè po-

c. capitulum.

test iudex in eo se fundare etiam ad secundarium commodum impugnantis. In talibus enim iudex ex officio supplere põt, secundum Bu. in d. c. cùm olim. per ea, quæ habentur in c. cùm uenissent. per illum tex. de instit. in c. cùm nobis olim. de elec. & per gl. in c. licet causam. in uerbo, astrinxit. de proba. & in c. cupientes. §. cæterũ. in uerbo, contumacia. de elec. in vj. & per tex. in de constitutionem. in fi. & quod ibi Pau. de elec. & quia reprobans instrumentũ non potest iuri publico derogare, c. si diligenti. de foro cõpe. ad hoc c. cùm clamor. de testib. & ibi not. ¶ Limita sextò dictã regulã, ex eo. nisi impugnans succubuerit in impugnatione: quia tunc põt se fundare in eo, pro quo est lata sententia, licet id priùs impugnauerit, secundũ Bar. in d. l. post legatum. uer. certè ultimũ dictum. arg. l. Aurelius. §. fi. ff. de li. leg. Respondet ad l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testa. q est speciale in instrumentis pertinentib. ad ultimas uoluntates, ut latiùs per eum; quẽ refert, & sequitur Alex. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de uerb. obli. ¶ Sed aduerte: quia But. quẽ ipse non allegat in d. c. cùm olim. uer. fortè dictum Bart. non est uerum. impugnat hoc dictum Bart. quia si ageremus de pœna indignitatis, seu de priuatione cõmodi instrumenti propter indignitatem, & sic de pœna merè in odium impugnantis, tunc Bart. diceret uerum, q p text. in d. §: meminisse. imponens aliam pœnã indignitatis, procedit solùm in casu suo. Sed hic est alia causa priuandi, quàm causa cõmodi instrumenti: & agitur, nedum de odio impugnantis, sed de commodo illius, contra quẽ est facta impugnatio, cuius respectu ista impugnatio induxit tacitam renunciationem, ut est casus in d. c. cùm olim. Si ergo persistit reprobando instrumentum usq; ad sententiã, & succubuit, uidetur renunciasse cõmodo instrumenti, quæ renunciatio etiam in diuersa instantia debet sibi nocere. Quapropter dicit posse dici prima facie, q p si uariatur instantia inter alias personas, iste possit uti hoc instrumento, ut dictum est s. in secunda limitatione: quia renunciatio facta absente parte non præiudicat. Et hoc casu saluabitur dictũ Bar. Sed quo ad easdem personas, bene præiudicat, adeo ut in alia instantia non possit inter easdẽ personas uti instrumento impugnato, per rationẽ præ dictam, quã ipse deducit latioribus uerbis. ¶ Considerabam tria motiua ad probandum, q p opi. Bar. sit indistinctè uera, uidelicet q p etiam inter easdem personas quis possit uti probatione impugnata, quando in sua impugnatione fuit uictus per sententiam. Primò considerabã uerba, quæ postea subdit But. in d. loco, uolens probare, quòd inter alias personas possit se in alia instantia fundare: nam rationes suæ probant idẽ esse inter easdem personas, dum dicit in uer. & si dicas, quomodo hoc, etc. quòd iste dicitur renunciasse usui, respectu illius instantiæ: quia istæ tacitæ renunciationes, aut generales, nunquam referuntur ad aliam instantiam, sed limitantur ad illam instantiã tantùm. Hoc dicit esse notabile dictum Innoc. in c. cùm uenissent. in fi. de testi. Facit ultra ipsum glo. fi. in cle. sæpe. de uerb. sign. quam extollit do. Abb. in c. quoniam contra. in ul. col. de proba. & in c. præsentium. in iiij. col. de testi. & in c. si quis contra clericum. in xvj. col. de fo. compe. & Pau. de Cas. consi. xxv. in v. col. ostendentes per illam glo. quòd taciti consensus iudiciales in uno actu nõ extenditur ad alios actus. Et licet istud primum motiuum non fiat per But. in dicto cap. cùm olim. ad probandum, quòd inter easdem personas possit iste uti, imo solùm inter alias, ut patet ex conclusione, quam statim facit in uer. & sic stat conclusio. tamen uidetur, quòd probet idem esse inter easdem personas. ¶ Secundò pro op. Bart.

u facit, quia † ista tacita renunciatio, in qua se fundat But. non potest plus operari, quàm una expressa confessio: & hoc negabit. Sed certè confessio expresse facta etiam parte præsente, non tamen acceptante, non

a *Cōfessio expressè facta ex parte præsente, non tamē acceptante, nō nocet*] *Adde tu, q aliquādo cōfessio facta pte absente, nec acceptāte, nocet: et hoc, quoniā actus confessātus dependet solùm à uoluntate cōfitentis, utputà additio, uel ratihabitio: secus, si à uolūtate utriusq; partis: quia in hoc casu nō nocet confessio. Et hoc modo intelligas Fel. hic. Adde Bart. ad ista in l. certū. §. si qs. ff. de cōfes. et Bal. in l. generaliter. C. de nō nume. pe. in xj. q. & Bart. ibidem in ij. col. in uer. quæro, utrùm confessio.*

a nocet[a], ut probabitur. Ergo necista, quæ non fuit ab aliquo acceptata, imo impugnata. Et quòd ultra præsentiam requiratur acceptatio, not. latè Sal. in l. generaliter. in vj. q. C. de non nu. pec. ubi refert se sæpius consuluisse, & ita tenuisse dominum suum Richar. de Sali. & probatur per l. fi. ff. de interro. act. Dicitur enim confessio, quasi simul fassio, à faris, uel fare, fatur: & dictio Cum, illi cōiuncta, denotat simultatem locutionis, l. j. §. j. ff. de pac. l. consensu. in prin. ff. de ac. & ob. Idem Sal. in hunica, in xv. oppo. C. de confess. & in l. iubemus. C. de lib. causa. Et ibi dicit, quòd nō sufficit, quòd testes dicant confessionem fuisse factam parte præsente, nisi dicant, & ea instante, & petente, seu cōfessione acceptante. Et ista etiam sunt de mente Bal. in l. iij. uer. secundò no. C. de repu. hære. per illum tex. & Floria. in l. fin. ff. de interro. act. Nec obstat c. fi. de succes. ab intest. ubi ponderatur sola præsentia: & ibi do. Abb. in notabilibus, uidetur recedere à prædictis, licet ipsa nō alleget: quia ad illū tex. respondet quatuor modis Sali. in alio proposito in l. in bonæ fidei. in xvj. col. uersū. sextum exemplum. C. de reb. cred. Et inter alia dicit, quòd ibi confessio fuit facta ad instantiam abbatis, uel loquitur in confessione facta in extremis uitæ ob causam mortis speratam: ideo tunc maioris est efficaciæ, quia tunc non creditur ob aliam causam sic fateri. Et ista uidetur sequi And. Sic. in d. c. fin. in xij. col. licet parui faciat rationes Salic. in dicta leg. generaliter. & debiliter mouetur.

Limitaretur Tamen ista glos. si uera esset, duobus modis. Primò, nisi quis omisisset, p̃ponere exceptionẽ in causa principali, nõ ex malitia, sed ex quadã negligentia, uel simplicitate: quia tunc, etiãsi aliàs esset uera opinio huius gl. & sequaciũ, tamen isto casu nõ procederet. Ita dicit Fede. in d. consi. cclxxxvj. Petrus rector ecclesiæ. dicens; q̃ inter hæc duo, scilicet negligẽtiã & simplicitatẽ ex parte una, & dolũ & fraudẽ ex parte altera, longa est differẽtia. Allegat c. super literis. s. eod. & sequitur Im. post Bu. in d. c. Quintauallis. Sed obstat huic limitatiõi talis ratio: nã cõclusio in causa est terminus iuris, post quem nõ admittuntur probatiões, c. cùm dilectus. de fid. instru. Sed ubicunq; agitur de excludendo aliquẽ intrà certũ terminũ, sufficit, q̃ sit negligẽs, siue per dolũ, siue quomodocunq;, ut statim p̃babitur. Ergo si dolus excludit istũ post illum terminũ, debet etiã eũ excludere negligentia. Consequentia tenet, si minor est uera, sicut maior. Minor autẽ patet ex dicto Bar. in l. pe. ff. de adul. ubi dicit, q̃ imputatur negligẽtia ei, qui interfecit non ritè bannitũ: quia debuit perquirere, an esset ritè bannitus. De quo per Bal. in l. ex morte. C. ad l. Aqui. cũ cõcor. de quib. p̃ Ang. Are. & Mod. i li. Malefi. fol. clxxxiij. Similiter dicunt Bart. Ang. Salic. & Paul. de Cast. in l. si ideo. C. de his, quib. ut indig. q̃ obligati sub pœna ad denunciandũ maleficia, nõ excusantur, si fuerint negligẽtes, etiã sine dolo. Et no. Bal. i l. j. uer. ut cõcludamus. C. ac Mace. & facit c. pastoralis. de excep. & c. plerunq;. s. eo. & cle. j. in fi. de concess. præb. & c. potuit. cũ si. de loca. & totus titulus de sup. neg. præla. cũ aliis iuribus punientibus negligentiã. ¶ Si respõderes, q̃ ista, & his similia, p̃cedunt, qñ agitur de termino exclusiuo operãte exclusionẽ: sed hîc conclusio in causa & sententia, qui sunt termini exclusiui, nõ possunt operari exclusionẽ, inspecto præsenti statu: quia sunt in suspẽso per appellationẽ, l. j. ff. ad Turp. replicaret, q̃ sm istam respõsionẽ eodẽ modo non deberent ista excludere eũ, qui dolo omisit, postquã non habent operari exclusionẽ: cuius contrariũ uult ista glos. & sequaces. Et ideo attentis prædictis ista limitatio reddit dubia: quia si opinio huius gl. est uera, ista limitatio est falsa: nã siue per negligẽtiã, siue per dolum omiserit exceptionẽ, nõ audietur super ea in causa appellationis. Et eodẽ modo si gl. est falsa, ut s. fuit conclusum post Inn. ut posset quis producere exceptionẽ dolo prius omissam, fortiùs poterit opponere exceptionẽ negligenter omissam: & sic utroq; 17 casu ista limitatio nõ procederet. ¶ Secũdò† limitaretur ista gl. si esset uera, nisi fortè fuisset prælatus, qui omisisset probationes in causa principali: quia tunc eas poterit producere in causa appellationis, etiãsi in priori instantia eas omisisset per dolum: quia delictũ eius nõ

[a] *Ecclesiæ*] *Vide no. in l. iubemus. C. de ss. eccl. & Bal. in prælud. feud. ult. col. & in c. j. qualiter do. proprie. et uide Car. in cle. ij. §. j. post gl. de hære. & in cle. j. §. cæterùm. de priuil. & adde Bal. in l. memi nerit. unde ui.*

[d] præiudicat ecclesiæ[a], ut in regula, delictũ. lib. vj. cũ concor. Ita no. Fed. in d. consi. & sequuntur But. & Imo. in d. c. Quintauallis. Et ex hoc nota, q̃ delictum prælati in iudicialibus nõ nocet ecclesiæ. Ad quod uide gl. in c. cùm uenerabilis. in uerbo, licet autẽ. de excep. & ibi aliquid per Abb. ¶ Considera duo. Primò, quòd iste prælatus tenebitur ad expẽsas, in quibus per dolum fatigauit aduersarium: quia ista est culpa personalis, & pœna respiciẽs expensas, nõ concernens præiudiciũ ecclesiæ. ¶ Secundò considera, quòd imò fortè nõ est differentia inter prælatum & aliũ in hac materia, attento quòd delictum prælati in iudicialibus omittẽdo legitimas exceptiones nocet ecclesiæ, sed datur restitutio in integrum, ut per do. Abb. in c. j. ad fi. uer. in iudicio uero. de do. & contu. ubi sic temperat gl. in regula, delictum. li. vj. & in d. c. cùm uenerabilis. Et ut s. dictum est, istæ duæ limitationes non procedunt tenendo contra istam glos. ut s. tenui: quia siue dolosè, siue negligenter quis omiserit exceptionem in principali, siue sit prælatus, siue alius, potest in causa appellationis proponere exceptionẽ omissam in principali, omisso & purgato interesse aduersarij, ut s. est dictum. Et hęc no. quia istũ quotidianũ passum nõ uidi ab alio ita declaratũ. Nec ista cõsiderauit hîc An. Sic. cuius mentionẽ facio: quia rarò aliquid addit ultra prolixã recitationẽ, aliorum Scribentiũ, nec̃ de usurpatione dictorũ suorũ, aut cuiusquã potest me quispiã notare, cùm ei attribuantur, quæ sua sunt, qñ aliquid boni adducit. Et de hoc magis credas experientiæ & oculatæ fidei, quàm morsibus inuidorũ æmulorũ, eis me tandẽ respõdere, qui cogẽt in fine p̃sentis opusculi. ¶ In ea. gl. in fi. Cõmunis opinio Doc. hîc, & in plurib. locis, de quib. j. eo, q̃ literæ ad lites nõ uitiẽtur ipso iure per surreptionẽ: sed oportet, quòd ope exceptionis irritentur. In literis autẽ beneficialib. secus est: quia sunt ipso iure nullæ absq; alia exceptione. Et ex his faciamus duas regulas ampliando & limitando opportunè eas insertis plurib. dictis ab alijs nõ reductis, licet do. Abb. hîc nõ ponat, nisi de secũda regula, s. in beneficialibus, & de prima dicat se posuisse in c. cæterùm. s. eo. ubi dixit quædã breuiter. Et cũ dictis Doc. trãsit hîc And. Sic. recitata ad literã tota ista gl. & omnibus cõmẽtis Doc. hîc de uerbo ad uerbum, insertis quibusdam suis motiuis: de quibus fiet mẽtio j. quatenus aliquid importabunt. Et no. quòd hîc nõ tractatur de alijs uitijs literarũ, sed solùm de uitio surreptionis. Vnde de alijs uitijs dic, ut traditur in locis suis, utputà de uitio. Latinitatis dic, ut s. eod. ad audiẽtiam. De uitio generalitatis dic, quòd uitiat ipso iure, s. eod. ad hæc. Idem, si impetrans caruit mandato, s. eo. c. nonnulli. Et ibi de effectu distantiæ loci. Et de multis alijs, quæ obijciuntur contra rescripta, & plerunq; reddunt ea nulla, uide Spec. de rescri. præsenta. in c. per totum. Est ergo in principio propositi facienda prima regula in hunc modum:

c. ad audiẽtiã. ij.

17 **Literæ ad lites** Surreptitiæ † non sunt nullæ ipso iure, sed opẽ exceptionis: & probatur in c. si autem. & in c. plerunq;. s. eo. ubi secundum rescriptum impetratum per surreptionem, id est, per taciturnitatem primi, non est nullum. Patet: quia si esset nullum, non conualesceret data negligentia primi impetratoris. Et ista inductio approbatur ab omnibus in d. c. cæterùm. ut ibi dixi examinando de iuribus secundi rescripti nõ facientis mẽtionem de primo. Et istam regulam præsupponunt etiam pro uera omnes allegandi in sequentibus fallentijs, & latè eam firmat Aegi. Belle. decis. Rotæ lxxxiiij. incip. executoria. in princip. & Rota de offic. deleg. xiij. in nouis, Item si causa. & Butrigar. in c. preterea. uer. quartus casus. de dilat. Et pulchrè Nicol. Myl. in repertorio in uerbo, rescriptum. §. xxxiiij. incip. rescriptum ad lites. & Rota de appel. lxij. si aliquis iudex. in antiquis, & Imol. in capitulo, cùm nostris. uersi. aduerte tamen. de concess. præben. & amplissimè Hostien. in summa huius tit. §. quæ possunt obijci. xiiij. colum. uersic. sed nunquid processus authoritate illarum. cum pluribus col. ibi seq. ubi ponit de ualiditate processus facti per literas surreptitias. ¶ Ampliatur ista regula, etiamsi literæ cõcernerent beneficij priuationem: quia nihilo minùs, quo ad hoc, regulãtur, ut literæ ad lites, non ut literæ beneficiales, secundũ domi. Abb. in c. ex parte Adæ. uersic. tertiò no. de testibus. Et ad hoc pondera gloss. i. ibi, dum dicit, quia hanc exceptionem omisit, ualuerunt literę, &c. iuncto text. ibi. Et idem sentit domi. Abb. hîc ante fi. dum dicit, quòd si deputaretur iudex principaliter super contentione beneficiali, ualeret processus super executione literarũ beneficialium, licet essent surreptitiæ, si non fuit oppositũ. Secus dicas in processu facto per executorẽ cũ causæ co-

gnitione literarū beneficialiū: quia si sunt surreptitiæ, processus est nullus, ut hîc per Abb. & dicetur ſ. in prima fallentia sequentis regulæ, & ibi dicenda faciunt, p
18 hac ampliatiõe. ¶ Fallit † primò prædicta regula in literis obreptitijs, id est, nõ p̃r falsi expresionem, uel ueri suppresionẽ obtentis, sed per inuolucrũ uerborũ: putà, ironicè, uel callidè loquendo, adeò q̃ literæ effugiãt deliberatãcõscientiã principis: quia tales literæ etiã ad lites sunt ipso iure nullæ, fm Inno. s̃. eod. cùm dilecta. & sequuntur aliqui, quos ibi allegaui. Et not. Aegi. Bel. d. decis. lxxxiiij. dicens, q̃ literæ impetratæ cõtra conscietiã Papæ & suorũ officialiũ, sunt ipso iure nullæ. Et idẽ tenet Nic. Myl. in uerbo, rescriptum. §. xxxiiij. inci. rescriptum ad lites. Sed quia Imol. in d. c. cùm dilecta. & hîc, tenet contra istã fallentiã, ideo nõ est sequẽda, ut latiùs dixi ibi. ¶ Fallit secundò, nisi in eodẽ rescripto fiat gra- 20
tia, & accessoriè detur iurisdictio ad executionẽ gratię. Nã tunc, sicut ipso iure gratia annullatur propter surreptionẽ, ita & iudicis datio, fm do. Ab. i d. c. cæterùm. per text. oppo. in c. si super gratia. de offic. dele. in vj. Per quẽ infert, q̃ si Papa contulit Titio ecclesiã sancti Laurentij, & pro executione gratiæ deputauit Sempronij executorẽ, si surreptio interuenit, gratia est nulla ipso facto: & per consequens executoris datio, cùm ueniat accessoriè ad gratiã. Quid autẽ, si executor detur separatim à gratia, dicetur ſ. in iij. ampliatione sequẽtis regulæ post Abb. hîc concludentẽ idem esse in eo. Et pro hac fallentia uide etiã tex. s̃. eo. constitutus. quẽ ponderatibi Abb. in ulti. no. dicens etiã sic posse intelligi, qd̃ no. Io. An. in c. j. de litis contesta. in vj. ¶ Ad idem uide Lud. Ro. consil. cccxxx. Omnipotentis, &c. circa princ. ubi probat, q̃ qñ datio iurisdictionis delegatæ unitur cum concessione gratiæ, tunc rescriptũ fortitur naturã gratiæ, & non literarũ contẽtiosarũ. Allegat tex. fm intellectũ Inn. in d. c. constitutus. Ad idẽ inducit c. cùm dilecta. s̃. eo. & c. ex literis. de of. dele. ut latiùs per eũ. Adde etiã Old. consil. lxxxj. inci. Quòd processus factus. ubi uult, quòd surreptio cõmissa in impetratione gratiæ reddit ipso iure nullũ processum executorũ. ¶ Fallit tertiò in casu c. j. de rescrip. in vj. ubi sunt nullæ literæ ad lites ipso iure, si impetrãtur ab excõmunicato. Quẽ tex. limita, & declara multipliciter, ut ibi p Domi. post alios, & aliqua addidi in c. fi. de excep. & in c. dilectus.
19 lo j. s̃. eo. ¶ Fallit quartò, qñ † literæ essent datæ à nõ habente potestatẽ, fm But. Imol. & Domi. hîc, per c. sua. cũ gl. fi. de offic. uica. quia habent uitiũ ex causa funditùs annullante: & facit limitatio præcedens. Et idem tenet But. in c. cæterùm. uer. hæc uera sunt. suprà eo. & ibi Domi. Et idẽ dicit Domi. post Io. Mo. & Io. And. in c. ij. ad fi. de fil. presby. in vj. allegando d.c. sua. & c. graue. de offi. ord. Et uide But. in d.c. sua. ubi dicit per illum tex. q̃ licet literæ sint obtentæ super iustitia, tñ si extẽduntur ultra limites potestatis concedentis eas, sunt nullæ: quia defectus surgit ex causa annullãte. Et cũ istis uerbis uidetur ibi transire Domi. ¶ Fallit quintò, qñ rescriptum delegatoriũ non solùm præparat causam, sed etiam eã terminat: quia tunc ratione surreptionis uitiatur ipso iure, fm Bal. in l. ij. C. de colluſ. dete. per illum tex. & sequitur Lud. Ro. d. consil. cccxxx. ¶ Cõsidera bene, q̃ si cõmissio, quæ fit in rescripto, cõtinet idẽ, quod ius cõmune, tũc est magnum dubiũ, an uideatur operari noua formã. Et de hoc dictum fuit s̃. eod. c. cùm dilecta. Et si continet formã, tunc planũ est, q̃ processus contra eã esset nullus, ut ibi dixi. Si autẽ non inducit nouã formã, tunc non uidetur, q̃ hoc dictũ Bal. possit adaptari per uiã fallentiæ ad regulã nostrã: imò fortè non procedit, quia licet rescriptũ dicat, quomõ iure debeat causa terminari, tamẽ nõ obstat, quin fit rescriptũ ad lites. Patet: quia etiã alia rescripta ad lites dicũt plerũq̃, ut fiat iustitia, uel quod iuris est: & similia uerba, quæ etiã importãt, quomodo causa debeat terminari, & surreptio nõ inficit ea ipso iure. Vnde si processus factus uigore rescripti terminãtis causam, nõ habet aliũ defectũ, nisi q̃ rescriptũ est surreptitiũ, nõ uidetur, q̃ sit nullus. Nec obstare uidetur d. l. j. qa nõ sunt ibi aliqua uerba denotãtia, q̃ illud rescriptũ esset ipso iure nullum: & licet dicatur rescriptũ nõ ualere, tñ propter uerbũ Proponas, de quo ibi, uidetur præcessisse exceptio filij opponẽtis de falsa suggestione contra illũ seruũ. Vel posset respõderi, posito, q̃ ibi rescriptũ esset nullum, q̃ nõ fuit rescriptum delegans causam, sed fuit decisio per literas principis cõmittẽtis executionẽ rei concessę, non cognitionẽ: & sic erat potiùs quædã declaratio principis determinans causam: quo casu surreptio bene uitiat talia, ut dicetur in sequẽti regula. Et ita reuera uidetur loqui Bal. Et ita procedat ista fal. hoc modo intellecta. Sed tñ non esset propriè fallentia, inspecta regula, quæ loquitur de rescripto cõmittente causæ cognitionẽ. ¶ Fallit †
4 sextò, ubi [a] per surreptionẽ est obtẽtũ aliquid, quod nõ solet cõcedi, nisi ex certa scientia Papę: quia ex quo non interuenit illa certa scietia, literæ sunt nullæ. Ita uidetur posse firmari ex uerbis Rotæ de rescri. decis. xlij. in antiqs, & eo. ti. xiij. in antiquiori. in fi. ubi dicitur, q̃ si causa est deuoluta ad curiã, iuxta c. oblatæ. de app. & c. cordi. eo. tit. in vj. non ualet impetratio ad partẽ tacentẽ de deuolutione. Et assignãt hãc rationẽ: quia ex quo causa est deuoluta ad curiã, ut sit ibi tractãda, nõ potest extrahi, nisi sit ibi certa scientia Papæ. Et allegant c. prouida. de elect. in vj. Et ideo inspecta ista ratiõe, resultat generaliter ista fal. Et q̃ hoc sit de mẽte Rotę, patet: quia priùs adduxerant iura, quæ dicunt ualere factũ per literas surreptitias. Quibus non obstantibus, dicunt in proposito fuisse decisum contrariũ, ratione prædicta. ¶ Considera duos casus. Aliquando certa scientia requiritur in derogãdo iuri cõmuni, uel stylo curię, & tunc, p cedere uidetur dicta decisio: quia si in rescripto nõ sunt expressa ea, per quæ prĩceps posit dici informatus, quòd materia sit talis, rescriptũ nõ ualebit, ut in exẽplo prædicto: quia licet prĩceps sciat ius cõmune, tñ si non exponit ei factũ, adeò q̃ ex facto cognoscatur ius cõmune, ipse errare potest, & generaliter rescriptũ derogãs iuri cõmuni, nõ ualet: ut latè fuit deductũ, s̃. eo. nõ nulli. in secũda regula. Et p prędictis facit optimè, qd̃ not. Aegi. Bel. decis. Rotæ xlvj. inci. Exceptio. ubi dicit, q̃ si Papa cõmittit auditori causã pendentẽ in partib. corã dño tẽporali, nõ facta mentione de dicta pẽdentia, cõmissio est nulla: qa hoc esset cõtra ius, in quo requiritur certa scietia Papæ, & plenitudo potestatis, cùm nõ est uerisimile, q̃ Papa uoluisset cõcedere suo uicecãcellario, arg. no. per Inn. c. innotuit. i. fi. de elec. ¶ Aliqñ certa scietia requiritur in derogãdo iuri priuatorũ: quia princeps per rescriptũ nõ tollit ius tertij, nisi ex certa scientia, ut dixi in c. earũ. s̃. tit. proxi. Et tunc si pars nõ opponit de surreptione talis rescripti, uidetur, quòd ualeat, sicut etiam sententia, quæ est in præiudicium tertij, ualet, si non appellatur, c. quo ad consultationem. cum si. de iudic. Vnde in isto casu nõ credo procedere hanc fallentiam. Si enim omnis surreptio, per quam inducitur præiudicium partis haberet

a *Vbi*] *Adde tu, q̃ hoc uerum est, nisi appareat p uerba rescripti de certa scientia Papæ, quòd præsumitur, etiamsi expresse nõ dicatur. Ita loã. An. in c. nõnulli. s. eod. & ibi do. Ab. in q. in uer. mẽtio nẽ. Et sic limitatur gl. i. cle. ij. eo. titul. quæ dicit, q̃ princeps facit ex certa scietia, quãdo in rescripto illud expresse dicit. Sufficit ergo, ut appareat, etiãsi expresse nõ dicatur. Adde, q̃ istud habet locũ, nõ solùm in certa scientia, sed etiã i motu proprio, quia si apparet, q̃ princeps fecerit aliquid motu proprio, etiamsi nõ examinatur, præsumitur motus proprius. Ratio est: quia tantum ualet, q̃ princeps dicat, Ex certa scientia, quantũ si diceret, Motu proprio: quia ista duo, motus proprius, & certa scientia, æquiparantur, ut per Scribẽtes in c. ad hoc. s̃. eod. tit.*

a *Vbi literæ*] *Adde tu, q̃ Bart. tenuit contrariũ opi. uidelicet q̃ imò tribuunt iurisdictionem. Eũ uide in l. præscripti. C. si contra ius, uel uti. pu. in uer. quæro, utrum. Adde tamen, quòd cõtra Bart. tenuit Bal. in l. j. C. de colluſ. detegen. Lu. Ro. in consi. cccxxx. quod inci. Circa primũ. & Canonistæ in c. super literis. eo. ti. in fi. Et istam opi. contra Bart. teneas: quia cõmuniter est, & approbata.*

ret locum, non staret regula s̃. posita. Tamen cogitabis. ¶ Fallit † septimò, a ubi literę [a] sunt falsę: quia illæ nõ sunt literæ reuera, sicut falsus procurator nõ est procurator, nec dant aliquã iurisdictionem: imò sunt nullæ ipso iure, secundum Inno. in c. super literis. s̃. eo. in gl. inci. imò sine forsan. uerſi. sed quid si literæ sunt falsæ. cum uer. seq. usq̃ ad fi. illius gl. & sequit̃ latè Aegi. Bel. d. eci. lxxxiiij. inci. executoria. quẽ uide. Et subdit in fi. quòd hanc distinctionem inter rescriptũ falsum & surreptitium, ponit Cy. in l. præscriptiõe. C. si contra ius. ¶ Fallit octauò, ubi p cessus cõcernit materiã, in qua iudex ex officio potest se interponere, ut, p publica utilitate ecclesiarũ: qa etiãsi pars non excipiat, potest superior irritare processum gestum ex talibus literis, fm do. Abb. in c. cùm dilecta. in iij. col. in uerſi. cogitaui. s̃. eo. ubi ita intelligit illum tex. reputãs hanc singularem, & nouam limitationẽ in hac materia: sed addit rationẽ: quia silẽtium partis non debet præiudicare, nec uiã præcludere, quominùs iudex ex officio possit irritare processum, quandocunq̃ saltem, ante quàm sententia transeat in rẽ iudicatam. Inducit gl. no. in c. j. in uerbo, absentia. de elec. in vj. de qua dixi in c. causam. lo j. de iudi. ¶ Fallit nonò in casu cle. j. de rescri. & ita illum casum pro speciali uidetur notare ibi gl. fin. & ibi Card. post Matth. in j. col. uer. deinde dicit Matthæus. Et ita etiam pro specialib. possunt notari duo casus ibi allegati in gl. fi. uidelicet c. j. de resc. in vj. de quo dixi s̃. in iij. fal. & c. si tantùm. in fin. de rescrip. in vj. Sic etiam potest intelligi tex. s̃. eod. ad hæc. & quod ibi not. Imol. post Bu. in ult. col. ¶ Fallit decimò, quando impetratur rescriptum non solùm cõferens iurisdictionem, sed etiam ab alio eam reuocãs: quia tũc surreptio uitiat ipsum ipso iure, secundũ Inn, Host. & Io. An. in c. ex literis. de offic. deleg. Sed contrarium tenet Inn. in c. cæterùm. s̃. eo. & sequitur Nic. Myl. in uerbo, rescriptum. §. xxxiiij. uer. rescriptum ad lites. remittẽs ad Bu. in d. c. cæterùm. & in c. ex parte B. de fo. compe. Et ad hoc uide, quæ latiùs dixi in d. c. cæterùm. concludendo post alios, quòd fm rescriptum, non faciens mentionem de primo, non est nullum ipso iure, sed ope exceptiõis. ¶ Fallit undecimò & ultimò, qñ rescriptũ nõ est impetratum primo loco & principaliter circa iurisdictionẽ tribuendã, sed est post iurisdictionẽ attributã impetratum super aliquo articulo, uel particularitate gratiã continẽte: uel etiã impetratur primũ rescriptum continens gratiã, uel executionẽ, uel aliud negociũ, uel cõcessionẽ iurisdictionis: tunc si illud rescriptũ est surreptitium, non ualet. Ita scribit ad literam Nic. Myl. in d. §. xxxiiij. Allegat Inn. in c. ex literis. de of. dele. Idem dicit in quolibet rescripto gratioso, allegando Lap. in c. j. de lit. cõtest. i vj. & Io. An. in c. ij. de fil. presby. in vj. Quod ultimũ replicabitur etiã in secunda ampliatione sequentis regulæ. Sed considera, q̃ Inn. in d. c. ex literis. non ponit illud uerbum De concessione iurisdictionis, quod prima facie uidetur implicare contradictionem, cùm s̃. dictum sit, quòd rescriptum tribuens iurisdictionem, non uitiatur ipso iure per surreptionem, nisi fortè intelligamus dicta uerba de concessione aliqua, quæ non fit per uiam rescripti tribuentis iurisdictionẽ delegatã, sed per uiã alicuius cõcessiõis, uel beneficij concedentis iurisdictionẽ ordinariã. Regula autẽ nostra loquitur in rescripto dato ad partes. Et pro ista fallentia conueniunt multa dicta, quæ posui s̃. c. postulasti. ostendendo, quòd gratiæ & cõcessiones generaliter uitiantur ipso iure, quando est tacitum id, quo expresso princeps non concessisset gratiã, uel non ita facilẽ. Dic, ut ibi. Per hęc est expedita prima regula. ¶ Ponitur regula secunda, hoc modo:

Literæ beneficiales

Surreptitiæ † sunt ipso iure nullæ, secũdũ Inn. Io. An. & cõmuniter omnes Doc. hîc, & Inno. s̃. eo. ad aures. & in c. constitutus. s̃. eo. per illos tex. & idẽ Imol. in c. ad aures. in pen. notabili, s̃. eo. & in c. ad hęc. in ultimo notabili, s̃. eo. Et ad hæc etiam quotidie allegatur iste tex. fm do. Abb. hîc dicentem, quòd clariùs etiam istud probatur in cle. j. de præb. ibi, ueluti surreptitia nullius penitùs est momenti. Ad idem allegat c. j. & ij. de fil. presby. in vj. & sequit̃ simpliciter do. Maria. in repe. c. postulasti. uersic. octauo principali articulo. s̃. eo. Adde tex. æquè bonũ in c. si motu. de præb. in vj. ibi, ueluti surreptitiam uires nolumus obtinere. Et hanc regulam firmat Old. concluſ. lxxxj. & solenniter concluſ. cclvij. incip. Factum tale. ubi pro hoc induxit dictum c. ad aures. & d. c. constitutus. & tex. hîc, & in c. cùm olim. lo ij. §. nos igitur. de priuil. Adde etiam tex. in c. quod super his. de fi. instru. & ibi Abb. in iiij. not. Adde etiam do. Card. concluſ. xcix. redemptoris, &c. uidetur, quòd unio præmissa, &c. & Cal. in tit. de reb. ec. non alie. consil. xiij. cum concor. quas dixi s̃. eo. postulasti. iiij. char. In quibus habetur, quòd surreptio uitiat ipso iure literas obtentas super unione beneficij, licet aliter dicat Rota de reb. ec. ij. in antiquioribus, ut ibi dixi. Et cum istis concordat Bal. in c. cùm adeò. uer. nota diligenter. s̃. eo. dicẽs, quòd literæ obreptitiæ ad beneficia, sunt nullæ. Et assignat rationẽ: quia qui mentitur, facit se indignum, authen. contrà, qui propriam. C. de non nu. pec. Vnde tacitę conditionis defectus impedit literas, ne producantur in esse: nam idem operatur tacita conditio, quod expressa. Allegat gl. in l. item, quia, ff. de pac. Cum istis etiam concordat Car. consil. xxxiij. inci. In hac dubia q. ad fi. dicens esse text, optimũ in d. cle. j. de præb. ¶ Non obstat, quòd aliqui tex. uidentur uti uerbis denotantibus nullitatem ipso iure in literis surreptitiè obtentis, ut in c. cæterùm. & in c. sedes. in fi. s̃. eo. per quæ iura And. Sic. recedit ab opinione cõmuni, in d. c. cæterùm. Quare respõde, ut per Domi, quem ipse non uidit in d. c. cæterùm. ubi ipsum retuli. Et pro illa responsione facit etiam, quod no. Imo. in d. c. sedes. in pe. no. Et de ratione differentiæ inter rescripta ad lites, & ad beneficia, dicetur in fi. huius regulæ. Recipiat autem ista regula tres ampliatiões, & duas fallentias. ¶ Amplia primò, etiamsi Canonici scientes factum, putà surreptionem literarum, & ignorantes ius recipiant aliquem uigore talium literarum: quia ex quo ignoranter receperunt, non habent animũ constituendi ius de nouo, secundum do. Ant. & do. Abb. hîc, per l. nec ignorans. C. de donat. & l. si per errorem. ff. de iu. om. iu. & reprobant Compos. hîc. quòd aliter dicebat. Et ista ratio uidetur concludere, licet Imo. hîc simpliciter dicat, quòd fortè de iure tenet receptio, licet esset iusta causa agendi, ut receptus remoueretur, per l. j. ff. de condi. inde. ¶ Amplia secundò hanc regulam etiam in alijs priuilegijs, & beneficijs principum: nam surre-
b ptio uitiat ipso facto [b] ea, fm Ab. post alios hîc. Allegat l. j. ff. de nata. restit. & l. si nõ cognitio. C. si cõtra ius, uel utipubli. & qd̃ ibi not. & ita cõmuniter tenent Doc. fm eum. Et allegat Inn. s̃. eo. cùm dilecta. Et hoc dicit esse notãdum. Et idẽ dicit do. Abb. in c. quod super his. in j. col. de fide instru. dicẽs generaliter, quòd literæ gratiosæ sunt ipso iure nullæ, p tex. ibi, & in c. nouit. cum gl. fi. de his, quę fi. à præla. & in c. j. §. iij. de fi. presby. in vj. & p no. hîc. Idẽ etiã no. Bal. in l. præscriptiõe. in iij. col.

b *Ipso facto*] *Adde do. Soci. cõsil. cclj. inci. Quoniam in præsenti cõsultatiõe. uer. confirmo omnia præmissa. circa prin. in ij. parte. char. cliij.*

c. ad audietiã. ij.

col. uer. ego dico. C. si contra ius. & do. Abb. cõsil. cxxix. In nomine, &c. super quæstiõis materia, quæ in præsentiarũ uertit. in iij. col. Et hinc est, q surreptio uitiat ipso iure indulgentiã & cõfirmationẽ, c. dudũ. lo ij. ad fi. cũ gl. in uerb. expressa. de elec. Et de confirmatione probatur in c. porrecta. in fi. de confir. uti. uel inu. Idẽ in reuocatiõe, d. c. quòd super his. in uerbo, expressa. Idẽ in priuilegio, c. ex multiplici. de deci. No. In. s. c. cùm dilecta. circa mediũ. Est text. in c. j. de fi. presby. in vj. & in c. non potest. de præb. eo. lib. No. Io. An. in c. si cui. de præb. eo. lib. & do. Ant. in c. sup literis. uers. quarta opinio. s. eo. Et ista allegat Nic. Myl. in uerbo, gratia, §. lvij. inci. gratia siue sit. Adde Cal. in ti. de feu. cõclu. j. ubi tenet, q cõcessio feudi obtenta per surreptionẽ, est nulla. Et idem no. do. Car. cõclu. xciiij. inci. nobiles uiri dñi de Vinciguerra. uer. tertiò obijcitur. Ad idẽ, qd not. Pet. de Anc. cõclus. mihi cccl xxxij. inci. Visis diligẽter iuribus. ubi dicit, q surreptio uitiat priuilegium concessum super immunitate. Allegat c. cùm olim. de re iud. & c. ex multiplici. de deci. Ad idẽ, quod no. Bal. post Inn. in c. inter dilectos. ad fi. de fid. instru. ubi dicit, q priuilegiũ impetratũ per obreptionẽ non tenet. Pro quo dicit ibi Bald. facere l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & post hu. & l. Iulianus. §. j. ff. de condi. in de. Et idẽ no. But. in d. c. cùm dilecta. uer. pro hoc secundò incidenter. Et dicit hîc Domi. q surreptio uitiat ipso iure literas dispensatiuas ad beneficia. Allegat no. in c. ij. de fil. presby. in vj. Et idem dicit, si dispensatio impetratur pro alio, per d. c. quod super his. ¶ Amplia tertiò, etiamsi ignoranter & per simplicitatẽ fuit cõmissa surreptio. Satis est enim, q princeps nõ fuisset ueri simíliter cõcessurus, si cessasset surreptio, sm do. Abb. hîc per c. constitutus. s. eo. d. de quo dicit se plenius retigisse in c. super literis. s. eo. Et uide, qd latè dixi in j. & ij. cõclusione. ¶ Fallit primò dicta regula, nisi executor datus per rescriptũ beneficiale, processisset causa cognita: ut quia impetrator petijt, ut executor compelleret capitulum ad eũ recipiendũ, & imponeret silentiũ super cõditione, & iudicio rectè agitato, & executor pronunciauit, à cuius pronunciatione nõ fuit appellatũ: quia tũc processus tenet, ex quo nõ fuit opposita exceptio surreptiõis, nec fuit appellatũ: quasi tunc istæ literæ sortiantur naturã literarum impetrarũ ad lites. Ita concludit Cõpos. hîc, quem sequuntur latè Io. An. But. Imol. & Domi. hic: quia ex quo assumit partes iudicis, iudicamus de eo, sicut de iudice. Vnde sicut in cõtentiosis ualet processus, ita in istis: quia sententia lata per iudicem, non potest postea retractari. Et ad hæc facit, quòd not. Bal. in l. præscriptione. uersi. ego dico, q etiam. C. si contra ius. ubi dicit, q qñ in priuilegijs est annexa causæ cognitio, putà, Prouideas Titio, si eum idoneum inueneris, statur declarationi cõmissarij factæ causa cognita, licet non fundetur in causa ueritatis: & si quis ex hoc grauatur, appellet. Allegat Inn. in c. fi. de præsum. & gl. in cle. j. de offi. dele. Sí autem non est annexa causæ cognitio, sed princeps disponit per seipsum, motus ex obreptione impetrantis, tunc ipso iure nõ ualet priuilegiũ, per eum. ¶ Tempera hãc fallentiã dupliciter. Primò, ut dixi, dũ modò executor assumat partes iudicis: secus, si assumeret partes executoris: tunc enim, sm prædictos & Ab. d. cõs. cxxix. processus esset nullus: quia uenit accessoriè ad gratiã: ideo uitiat ad limites illius gratiæ, arg. regulæ, accessorium. de reg. iur. in vj. Ad hoc c. constitutus. s. eo. & c. cùm nostris. de concess. præbẽ. & c. cùm olim. de do. & contu. Et ita intelligunt prædicti lo. Mona. in c. ij. de fil. presby. in vj. Et quòd ueniat ille processus accessoriè ad gratiam, est tex. in c. si super. de offic. dele. in vj. Et ita intelligitur iste tex. nã cùm litera sit loco tituli, & litera, tanquã surreptitia, sit nulla, iste teneret beneficium sine titulo. An autem, & quando possit executor assumere partes iudicis, latè ponit Inn. & alij in c. fin. de præsum. Et ibi alia posui in repetendo illam decre. & est gl. ord. & ibi omnes in cle. j. de offic. dele. ¶ Tempera secundò, ut dicta sententia transeat in rem iudi. quo ad partem uictã, nõ tamen respectu uictoris: quia cõtinet uitium, quod nõ est remissibile tacito consensu partiũ: & ideo superior poterit contra eum inquirere, & remouere eũ à tali beneficio, sm prædictos omnes hîc. Et est ualde gustãdũ, ut hîc per do. Abb. Sed in hoc nihil addo: quia de hoc, quomodo & qualiter sententia in beneficialibus transeat in rem iudi. scripsi opportunè in c. lator. de re iud. in pen. col. uers. declaratio. ubi uide: quia inuenies istũ punctum nouissimè declaratum, tam respectu copiæ, quàm subtilitatis. Sed istam primã fallentiam indistinctè impugnat hîc do. Abb. hoc probans efficacibus rationibus: quia ex quo literæ sunt ipso iure nullæ, processus executoris est factus corã non habente potestatem. Ergo nullus, ut in c. j. eo. ti. in vj. Et inducit pulchrè dictũ tex. c. si super gratia. per quẽ ostenditˇ, q ualiditas & inualiditas processus executoris totaliter dependet ab ipsa gratia, ut hîc latiùs per eũ: cũ quo trãsit hîc An. Sic. dicens, q istud etiã uoluit hîc do. Car. & q pro hoc facit iste tex. cuius uerba ipse conatur multipliciter induce ad ostendendũ, q denotent nullitatem ipso iure. Et ad idem uide do. Ab. in c. cęterùm. in j. col. s. eo. ¶ Videtur tamen ultra istos posse dici, quòd ista fallentia ſaluari possit uno casu: uidelicet, qñ literæ gratiosæ nõ sunt surreptitiæ, sed literæ executoriæ seorsum impetratæ super ipsa gratia, sunt surreptitiæ. Tunc enim processus agitatus uigore istarũ, uidetur ualere: quia sunt símiles literis de iustícia. Et ita no. Lu. consil. cccxxx. omnipotentis. & c. circa primũ. dicens ita intelligi, qd no. Io. An. post Inno. in c. j. ad fi. de lit. contest. in vj. Est uerũ, quòd do. Card. hîc dicit, quòd si uerę literæ executoriæ dentur separatim à gratia, siue simul cũ gratia, semper surreptio uitiat eas. Quod uidetur contrariari huic dicto Lud. Sed uerba do. Car. possunt intelligi de surreptiõe, quæ est in ipsa gratia beneficiali, ut sic illa uitiet etiã literas executorias, quãuis separatim datas. Et idẽ à fortiori, surreptio est in literis gratiosis & executorialibus. Sed ubi gratia beneficialis non est surreptitia, licet literæ executoriæ etiam datæ, non ex interuallo sint surreptitiæ, tñ uidetur: quòd ualeat processus ex eis factus: quia cùm regulentur sm uires gratiæ principalis, d. c. si super gratia. si ipsa gratia nõ est surreptitia, uideˇ, quòd processus ex eis non uitietur ipso iure, & titulus habitus ex talibus literis, nõ uidetur iniustus, attenta radice nõ infecta. Tamen cogitabis: quia ista nõ declarantur per alios, neq reuerà aperit bene Lu. in d. consi. an loquatur de surreptione cõmissa in literis executorialibus, an in gratiosis. ¶ Fallit secundò dicta regula, ubi rescriptũ cõtinet plures gratias: quia surreptio circa unã, non uitiat alias, ut probatur in c. si eo tempore de rescri. in vj. quem tex. facit ad hoc, sing. do. Abb. in d. c. cæterùm. & in pluribus altis locis, de quibus feci mẽtionẽ: ubi uide. ¶ Postremò insistunt Doc. in ista materia, inuestigando rationem diuersitatis inter literas ad lites, & literas ad beneficia. Et dicit do. Abb. quòd ista ratio nullo iure exprimitur. Et inter rationes, quæ reddunˇtur, illa est satis apparens, sm eum: quia surreptio magis uitiat gratiam, seu beneficium, quàm literas de símplici iustícia: quia facilíus conceduntur istæ de iustícia. Item quia magis uidetur iste ingratus, qui nititur obtinere beneficium cum surreptione. Sed melior uidetur ratio, quàm reddit hîc Car. & Imo. uidelicet quia literæ ad beneficia tribuunt ius: sed literæ ad lites tríbuunt iudicẽ, & non ius: & sic primæ sunt maioris præiudicij: ideo facíliùs insiciũtur. Non tamẽ dicas, quòd literæ beneficiales sint loco tituli: nam ipsæ attestãtes collationem esse factam, sunt loco tituli, non autẽ istæ mandantes beneficium conferri, ut meliùs cæteris concludit do. Abb. j. proxi. in fi. & ibi dicetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 ¶ Literæ ad diuersas Ecclesias, quando plures possint impetrari.
2 Titiuli multiplicatio in beneficialibus fit ad cautelam.
3 Renunciare uelle gratiæ expectatiuæ non sufficit, ut ualeat impetratio beneficij uacantis, de ipsa expectatiua mentionẽ non faciens.
4 Mentio est facienda de iure ad rem, non sortito effectu.
5 Beneficium impetrans debet facere mentionem primi beneficij sibi collati, licet illud nondum acceptauerit.
6 Mentio an sit facienda de literis primis inualidis.
7 Spoliatus beneficio, debet de ipso facere mentionem. & nu. 8.
9 Mentio de quibus debeat fieri in rescriptis ad beneficia.
10 Episcopus si concedit alicui clerico fructus alicuius altaris usq; ad certũ tẽpus pro mercede spiritualiũ laborũ suorũ, & si iste impetret unũ beneficiũ, nõ tenetur facere mẽtionẽ de ista assignatiõe.
11 Intrusus quot modis quis dicatur. & num. 12.
13 Intrusus potest propria authoritate renunciare suo beneficio.
14 Exprimere non oportet qualitates, quæ insunt beneficio de iure cõmuni, sed illas tantum, quæ insunt de facto, ratione cõsuetudinis ecclesiarum, uel alio modo.
15 Exprimere nõ oportet ea, quæ præsumũtur notoriè sciri per Papã.
16 Exprimere oportet beneficia, quæ habent permutantes, quando faciunt permutationem in manibus Papæ.
17 Gratia Si neutri, debet facere mentionem de qualitate beneficij, & de modo uacationis, ac si de nouo beneficium impetraretur.
18 Exprimere debet impetrans beneficium manuale, quod habet.
19 Exprimere nõ oportet beneficiũ, quod quis habuit, cui renunciauit.
20 Exprimere debet impetrans, quòd ille, per cuius mortẽ uacat beneficium, erat familiaris alicuius Cardinalis: alio modo nõ ualet impetratio.
21 Exprimere debet impetrãs, quòd beneficiũ, quod petit, est hospitale.
22 Exprimere non tenetur impetrans hospitale, quod iam habet: quia in eo non habet titulum Ecclesiasticum.
23 Mentio debet fieri in rescripto, quòd ille, ad cuius collationem impetratur beneficium, habet solum collationẽ unius beneficij.
24 Vnio facta de beneficio reseruato, non facta mentione reseruationis, non ualet.
25 Exprimere nõ tenetur impetrans ius, quod alius habet ad rem, per acceptationem solam alicuius beneficij.
26 An sit mentio facienda de natura præbendæ, an sit sacerdotalis, uel electiua? an non?
27 Beneficium non dicitur electiuum, ex eo quòd plures stant cum tali priore in Ecclesia.
28 Dignitas electiua an cõprehẽdatur appellatiõe beneficij, in odiosis.
29 Electio, uerbum latè sumptum, comprehendit etiam collationem.
30 Exprimere nõ tenetur impetrans beneficium annexum, sed tantùm principale.
31 Exprimere debet quis beneficium, cui renunciauit, quando renunciatio non tenuit.
32 Exprimere oportet possessionẽ coloratã, quã alius habet ĩ beneficio Et satis exprimitur, quando in literis est clausula, Amoto quolibet illicito detentatore, ut uer. sequẽti, secũdò nota, quod quãdo, &c.
33 Beneficium si fuit detentum per duos menses, impetrans tenetur facere mentionem de detentatione.
34 Possidens beneficium coloratè, non potest amoueri sine causæ cognitione, licet aliàs collatio non tenuerit.
35 Collatio facta à Papa motu proprio, ualet, etiam non facta mentione possessionis coloratæ.
36 Tacere non nocet impetranti coloratam possessionẽ alterius, quando est tali modo inducta, quòd si Papa sciuisset, facilíus literas cõcessisset.
37 Exprimere non oportet modum uacationis: quia omnis modus uacationis comprehenditur, quando nullus exprimitur.
38 Vacatio per mortem licet exprimatur, tamen in materia non odiosa ueniunt omnes uacationes.
39 Exprimere debet impetrans, quòd beneficium, quòd petit, est de iure patronatus laicorum.
40 Exprimere oportet Ecclesiã cathedralẽ, aliàs impetratio de beneficijs uacaturis in aliqua Ecclesiarũ diœcesis nõ comprehẽdit eã.
41 Clericus impetrans beneficium, debet facere mentionem qualitatis beneficij, aliàs impetratio non ualet.
42 Episcopus potest unire beneficium seculare monasterio monachorum, & statuere, quod per monachos regatur: & quid tale statutum operetur.
43 Ad inducendam consuetudinem, de qua in c. cùm de beneficio. de præben. in vj. requiri annos xl.
44 Regularis si habet beneficium seculare ab Episcopo, & spolietur, licet sit inhabilis respectu tituli, tamẽ competit sibi possessorium, & facit fructus suos, quia potest præscribere.
45 Prioratus manualis licet confirmetur, uel conferatur alicui per Papam, ut perpetuus, per hoc non mutat naturam suam: imò eo uacante, reassumit suam naturam.
46 Monachi non possunt præsentare regularem ad Ecclesiam, quæ cõsueuit regi per seculares clericos.

CAPITVLVM XXXII.

In nostra. ¶ Receptus per literas Apostolicas, licet prębendã expectet per alias literas hoc suppri mentes, in alia Ecclesiã impetrare non potest, ut ei prouideatur. H. D. Notant hîc Doc. maximè Imol. & Abb. quòd receptus in canonicũ, sub expectatione præbendæ nõ dicitur assecutus beneficiũ Ecclesiasticum: & sic potiùs ipsa prębenda, quàm ius canonię appellatur beneficiũ Ecclesiasticum. Nam ipsa spiritualia nõ possunt diu esse sine temporalibus, j. q. iij. si quis obiecerit. Quod est notabile, sm do. Ab. ut appellatione beneficiatorũ non ueniant strictè habentes canonicatus sine prębenda. Pro hoc facit, quod no. Rota de præben. xxv. in nouis. Itẽ, si legatus, qui dicit, quòd receptus in canonicũ ultra numerũ, nõ dicitur beneficiatus, cùm uno canonicatu uacante, expiret canonicatus, quẽ ille habebat, adepto uacãte. Vnde inferunt, q habens facultatem prouidendi habentib. unicũ beneficium tantùm, potest prouidere taliter recepto habenti unicũ. ¶ Limita hæc, nisi in Ecclesia, in qua recipitur, nõ esset certus numerus canonicorũ, uel prębendarũ: quia in ea receptus dicitur beneficiatus, cessante dicta ratiõe sm Rotã. Et pro his etiam facit, quia tale ius ad rem non potest permutari, ut latè per Imol. in c. fi. uiij. col. de rer. permu. Dum tangit Abb. hîc, in ult. notabili, quòd oportet dicere qualitatem beneficij obtenti, & latiùs insistit hîc Domi. post Cald. Adde quæ latiùs dixi post Abb. in c. ad aures. s. eo.

1 Literæ Ad † diuersas Ecclesias qñ possint plures impetrari sub eadem data, est aduertendũ: quia gl. Inno. & Ab. antiquus hîc uolunt, q omnes literæ ualeant, & sit in optione impetratoris, quib. uti uelit. ¶ Pro hac opi. adducuntur tria. Primò, si duo impetrant sub eadem data in eadem Ecclesia, ualet sal tem unum rescriptum, c. pen. eod. tit. in vj. Sí ergo unus impetrat diuersa rescripta sub eadẽ data, saltem unum ualere debet. Quod enim iudicatur de duob. iuribus in eadẽ persona concurrentibus, iudicari debet de eadẽ persona, in qua duo iura cõcurrunt: arg. c. in scripturis. viij. q. j. & c. cùm olim. de re iudic. cũ si. ¶ Secũdò: qa nõ debet uitiari utrũq rescriptũ, sed potest uti altero, cùm cesset rõ pluralitatis bñficiorũ, quæ uideˇ esse rõ, quare hîc nõ teneãt literæ. Ergo cessante causa dispositiõis, debet cessare & dispositio, iurib uulgaribus. ¶ Tertiò facit iste tex. iũgẽdo quæsitũ respõso: nã loquit, qñ plures literæ fuerũt impetratæ: & dubitatur, an ualeãt. Et respõdetur, q si est receptus p alteras, alterę nõ ualent. Ex hoc ergo uidetur cõcludere, q ualẽt illę, ex quib. est

receptus

c. in nostra.

receptus, arg. c. nõnne. de præsump. Cõtrariũ tenet hîc Host. Io. And. Cal. But. Imol. & Abb. quía fraudulenter impetrauit. Voluit enim iste habere literas pro plurib⁹ beneficijs. Ex quo præsumitur, quòd circunuenit Papam. Vnde eius impetratio præsumitur surreptitia. Et hæc est ratio, quare literæ non ualent, etiam circumscripta ratione pluralitatis. Ad hoc ſ. eo. postulasti. & c. cùm olim. de re iud. Et sic in ipsa data fuit uitium, quare non ualent, c. ſi eo tempore, eò. ti. in vj. Et istud dictũ inducunt hîc Bu. Domi. & Abb. contra illos, qui faciũt se ponere in Rotulo plurium Cardinaliũ in coronatione Papæ, ita ꝙ omnes habent eãdem datã, nec in uno faciunt mentionẽ de altero: quia per hoc neutra gratia ualet, ſm eos. ¶ Ad primã rationem in oppositũ respõdetur, ꝙ illud, quod est dictũ de duob. iuribus, procedit, qñ duo iura licitè concurrũt in eadem persona: secus, ubi est diuersa ratio in una persona: nam hîc, cùm quis impetrat diuersa rescripta, uersatur in eo uitium: quia suum factũ non ignorauit, c. ab excõmunicato. ĵ. eo. Secus, qñ duo impetrant sub eadem data: quia sic alter poterit ignorare factũ alterius: & per consequens, cessat uitiũ, ſm Io. An. ¶ Ad secundã rationem respondetur, ut est dictum, ꝙ uoluit iste impetrans saltem ab initio habere plura beneficia: & sic ratio dispositionis non deficit, saltẽ quantum ad intẽtionem. Ideo nõ cessabit dispositio: quia quantũ in eo fuit, uoluit Papam circũuenire. ¶ Ad tertiã rationem de isto tex. respondẽt Cal. & But. quòd debet intelligi, qñ secundæ literæ succeſsiuè post primas sunt impetratæ, facta receptiõe per primas: ut patet ex respõsione. Et hoc probat finis tex. qui arctat ad faciendũ mẽtionẽ de receptione. Si enim intelligeretur de literis eiusdẽ datæ, impossibile esset, ꝙ arctaretur ad faciendũ mentionem eius, quòd nondũ erat in rerũ natura, ſ. tit. proxi. c. cùm accesſissent. Præterea, ſm But. & Domi. hîc, Papa consulebatur hîc tantùm super usu secundarũ literarum: & illi respondetur. Vnde non præsupponit, ꝙ ualeant illæ literæ, per quas erat receptus: imò quęcunq; sint, non ualent illę, quib. utitur stante alia receptione. Vnde nõ præsupponit receptionẽ ualere: quia de illa nõ interrogabatur: quod patet ex themate & respõsiõe, ſi subtiliter intueatur, ſm eos. Respondent etiã ad c. ex tenore. ſ. eo. ubi fraus nõ præsumitur, nisi utatur ambabus literis: quia loquitur in literis contentiosis, in quibus attenditur solùm interesse partis: & sic ponderatur usus, à quo causatur interesse: hîc autẽ non solùm molestatio est causa prohibitionis, sed etiã pura intentio ad effectũ nõ deducta: quia in talibus beneficialib. leuior surreptio uitiat, ut est dictum ſ. c. proxi. ¶ Considera urgentẽ rationẽ pro prima opi. quia ista consequentia non uidetur uera, ui delicet: Iste impetrauit eodẽ tempore literas ad plures Ecclesias, ergo utebatur fraudulẽto animo, sperans cõsequi beneficium in animo, ꝙ quamprimũ aliqua ex literis sortirentur effectum, desisteret ab usu aliarum: sed ideo multiplicauit titulos, ut haberet retia parata ĩ plurib. aquis. Et per hanc uiã citiùs beneficiabitur, quàm expectando in una Ecclesia tantùm: & ideo, nisi aliud appareat, non præsumitur hîc aliqua circũuentio, nec; fraus. Facit c. fi. de præsump. cum ſi. ¶ Nihilo minùs trãseamus more nostro cu cõmuni opinione: quia, ut dicũt hîc Doc. in alio membro, de quo statim dicetur, nõ est uerisimile, quòd ſi Papa cognouisset se concesſisse semel literas ad unã Ecclesiam, iterum concesſisset ad aliã, etiam sub eadẽ data: & ex hoc causatur surreptio, c. postulasti. ſ. eo. ¶ Et tenendo hanc opi. limita eã primò, nisi iste impetrans excusaretur iusta ignorãtia, ut quia iste impetrauit unicas literas per se, alias ignoran ter eius procurator: tunc enim debet dari sibi optio, c. gratia. de rescri. in vj. ſm Bu. Imo. Domi. & Ab. hîc. ¶ Limita secũdò, nisi quis impetraret plures literas ad unũ beneficium, & haberent eandem formam & datã: quia una uidetur esse litera, licet pluries exemplata: sicut dicimus in pluribus testamentis habentibus eãdem datã & formã, l. unum. ff. de testa. ſm omnes hîc: quod est utile, adeò ut dari posſit una doctrina, uidelicet,

2 Titulus multiplicatur Adꝛ cautelam ĩ eodem beneficio. Ita ex his infert hîc Ab. Et est bo. text. in c. post electionẽ. de concess. præben. Nõ tamen, ut cõsequatur ius in beneficio ex utroq; titulo: quia esset cõtra c. ut quis duas. de elec. in vj. sed, ut posſit se defendere ex utraq;. Quod dicit esse notabile. Et dicit do. Abb. in d. c. post electionẽ. in iij. no. quòd in agendo & in petendo confirmationẽ nõ potest quis se fundare super duobus titulis, per d. c. ut quis duas. sed bene se defendendo. Et ita intelligit illum tex. quem dicit esse no. & se nescire alibi. ¶ Ex quo habetur cautela, quòd ſi dubitans de prima collatione tua, impetres secundã: quia per hoc non inducitur renunciatio primæ: imò potes uti utraq; ad defensionem tuã. Et idem no. do. Abb. in c. cùm olim. lo ij. ad fi. de priuil. & Lap. alleg. ulti. prope fi. & do. Car. pulchrè in c. inter dilectos. uersi. sed contra. ad fi. de fid. instru. quẽ ibi recitaui, & Imol. in c. ex parte Astensis. ĵ. in no. de concess. præben. Vnde dicit Io. An. in c. cùm personæ. ad fi. de priuil. in vj. post Ioã. Mo. quòd regula dicens, id, quod meũ est ex una causa, nõ posſe effici meum ex alia, d. c. inter dilectos. fallit, qñ dubium est de prima causa, ex qua dico aliquid meũ: quia tunc ad cautelã potest fieri meum ex secunda causa, per d. c. post electionẽ. Et dicit Rota de rescrip. xliij. in antiquis, decisiuinci. Nota ꝙ ubi quis, &c. ꝙ habens duas gratias pro beneficio habendo, ſi utendo secunda succumbat, potest uti prima: quia istæ gratiæ non sunt contrariæ, licet sint diuersæ, & tendentes ad eundem effectũ. Et hoc intelligit Rota uerũ, ſi eodem contextu & sub eadẽ data sint impetratæ: secùs, ſi sub diuersis datis, & diuersis temporibus. Allegant Io. An. hîc. Sed hoc ultimũ non uidetur ponere Ioã. An. hîc: imò de mente ipsius, & expresſiùs de mẽte do. Ab. est, quòd tã succesſiuè, quàm eodem tẽpore potest quis impetrare plures gratias super eodem beneficio, ut ſ. retuli. Et hanc limitationẽ firmat etiã pulchrè do. Car. consil. lxxj. inci. Vacante quadã parochiali Ecclesia. etiamſi in unis ex illis literis esſet aliqua clausula, quæ non esſet in alijs: putà, ꝙ derogaretur iuri patronatus laicorum. Quod ultimũ intelligo, nisi ante istas secũdas literas fuisset alteri ius quæsitum, propter dictã clausulam omiſſam in primis literis, ut per Car. consil. xxxiij. in fi. & facit c. quãuis. de rescri. in vj. & quod dixi in c. inter quatuor. de ma. & obe. Cum istis concordat pulchrè Lud. consi. ccccxxxiij. incip. Quo ad primũ. ad fi. declarans post Lap. in d. alle. ultima, quomodo quis potest petere possessionem beneficij ex duplici tit. & respõdens pulchrè ad d. c. inter dilectos. dum ibi dicitur, ꝙ id, quod meũ est, &c. ut habeat locum in agente: secus in petente possessionẽ. Ad quod ultimũ uide omnino Cal. de elec. consi. vij. incip. an capitulum, ut quis duas. & ibi Domi. in addi. & eundem in d. c. ut quis duas. in ulti. col. Et inuenies latè rationem differentiæ, quare non posſit agi ex duplici titulo, & tñ potest peti possessio ex duplici titulo. Et licet aliàs legendo d. c. inter dilectos. dubitauerim de illa ratione, tamen uidetur posſe transire, inspectis bene uerbis Domi. quia non dicitur iste uti duplici titulo pariter, sed alternatiuè: quod non potest fieri à petente cõfirmationẽ electionis, cùm ibi requiratur cõsensus certus. ¶ Intellige hæc dupliciter. Primò, nisi habens collationẽ beneficij à superiore, impetret postea ipsum ab alio inferiore. Potest enim tũc superior priuare eũ beneficio:

ficio: quia est quædam ingratitudo & delusio erga superiorem, propter quod inducitur legitima causa priuandi eũ. Ita singulariter not. do. Abb. in c. cùm olim. uersic. & not. istam glosſ. de re iud. Sicut dicitur de uasallo, qui ab alio cognoscit feudum, ut ibi per eum limitantem, nisi hoc faceret ad cautelam, ut quia dubitat probabiliter de ualiditate primæ collationis, ꝙ d. c. post electionem. ¶ Secundò intellige, dum modò iste duplex titulus tendat ad eundem effectũ: secus, ſi ad diuersos, seu contrarios effectus in eadem persona, ut latè per Lud. consi. cccl. incip. Casu propositæ. uersi. quo ad secundũ. ubi uult, quòd habens titulum in beneficio conferentem ius in re, ſi postea impetrat in commẽdam, desinit habere illum primum titulum conferentem ius in re: quia titulus commendæ non est illi conformis, quo ad effectum, cùm cõferat solam detentationem, & differãt effectualiter in multis, ut ibi per eum ita limitantem d. c. post electionem. Et ista no. ad ornamentum illius capituli, ubi adhuc nullus ista reduxit, sed reducẽtur forte in posterum. ¶ Limita tertiò dictam conclusionẽ, nisi quis impetret plures literas contentiosas super eodem negocio: quia illæ ualent, secundum gl. ĵ. in prin. in c. ex tenore. ſ. eo. dum modò nõ utaꝛ utriſq; : quia tunc interesset aduersarij non sic fieri. Vnde literæ ad lites, uitiantur propter interesſe aduersarij: sed literæ ad beneficia, uitiant: quia Papa uerisimiliter non daret literas, ſi haberet notitiam aliarum, ut declarat hîc Imol. & Abb. ¶ Circa impetrantẽ aũt plures literas ad diuersas Ecclesias sub diuersa data, concludũt hîc Innoc. Host. Cal. & cõmuniter oẽs cõtra gl. ꝙ nõ solùm, quãdo per literas est aliquid cõsecutus, secũdæ, ut id tacentes, nõ ualent, etiamſi fuit solùm receptus, ut hîc: qui casus sunt clari: sed etiã, ſi primæ literæ nullũ sint sortitæ effectũ, non ualent secundæ nõ faciẽtes de eis mentionẽ: quia, secundũ eos, nõ est uerisimile, ꝙ ſi Papa sciuisset de prioribus, cõcesſisset secundas. Vnde saltẽ negari nõ potest, quin talis ueritas sit suppreſſa: quæ ſi fuisset expreſſa, reddidiſſet principẽ difficiliorẽ ad concedendũ. Ergo taciturnitas uitiat, per c. postulasti. ſ. eod. ¶ Subdit etiã Abb. cõ
potuisset aduersarius cōsequi, si ego non impetrassem, etiāsi per impetrationem meā præcludatur ei uia ad futuram & nouā impetrationem, ut in exemplo, de quo ibi. Quod no. ad multa. ¶ Octauum corollariū. Iura, quæ arctant ad expressionē certā qualitatum in impetrationibus beneficiorū, habent locū in impetrationibus dispensationum, sm Domi. in c. non pō. in fi. prin. de præb. in vj. propter gl. ij. ibi, quod ipse reputat no. ad extensionē illorum iurū. Idem sentit do. Ab. in c. ad aures. uer. aut impetro dispensationē. s̄. eo. & Aegi. Bel. decis. Ro. ccccxxvij. si episcopus. dicens, q̄ ea, quæ uitiant prouisionē, fortiùs uitiant dispensationem, quæ est strictioris iuris. Allegat no. in d. c. non potest. & in c. j. de fil. presby. in vj. Bene facit gl. pe. ibi, si enim in literis. c. si Apostolicæ. de præb. in vj. Et dicit Aegi. doctor antiquus in c. de multa. de præb. quòd si dispēsatur cum aliquo, ut possit consequi duas dignitates, uel personatus, intelligitur, ut habeat in diuersis ecclesijs, non in eadem: quod extollit ibi do. Ab. post alios. ¶ Nonū corollarium. Quādo dicitur in rescripto, q̄ obstātia, & ea, quæ expressione indigerent, habeant pro expressis, non est opus alia expressione, secundum do. Ant. consi. ij. & cōsi. lv. Visis literis legitimationis. tamen super hoc non est transeundū cum breuiloquio. Ideo uide, quod nouiter reduxi in c. nonnulli. in prin. in ij. fallen. s̄. eo. ¶ Decimum corollarium. Nulla debet esse notabilior expressio, quàm de cura animarū, secundū Cal. hîc in iij. q. Et ideo nota, q̄ si plebanatus habet curā parochiæ, oportet de illa cura facere mentionē. Et non sufficit dicere, q̄ est plebanatus ecclesiæ curatæ collegiatæ, secundū Carpulchrè consi. xxxiij. In hac dubia quæstione. quia possibile est esse in ecclesia collegiata & curata dignitatem, quæ est principalis, & ad quā quis cōsueuit per electionem assumi, quæ tamen non est curata: quia ex speciali dispositione instituentis, uel alio iure potest cura parochiæ & collegij ad aliū pertinere. De cura parochiæ, ꝓbatur in c. statutū. de elec. in vj. De cura collegij, de quo est maius dubiū, per c. cùm ab ecclesiarū. de of. or. ꝓbatur in c. irrefragabili. §. excessus. eo. tit. Et notanter ponderat, q̄ ibi capitulū præscribit iurisdictionē corrigendi singulos de collegio etiā excludēdo episcopū, ita q̄ non est locus præuentioni: qd̄ probat uersi. ex tunc. ut etiā no. Io. An. c. pastoralis. super gl. in eo. ti. Et de his uide latiùs per Car. in d. consi. quod ipse reassumit in c. fi. j. de præb. & sequitur ibi Imo. licet cum aliquali scrupulo. Facit, qd̄ no. Aegi. Belle. d. decis. Rotæ ccccxxij. Si episcopus obtinens. ubi dicit, q̄ si promotus ad episcopatū impetrat dispensationē sup̄ retentione prioratus, quē habebat, & tacet, q̄ est curatus, dispēsatio est surreptitia. ¶ Et ampliat hoc in decisione sequētī, etiam si fiat mentio de cura ꝑ uiā exceptionis, per cle. j. de preb. Et paulò pòst etiā ampliatur, etiāsi Papa dispenset motu proprio: qa motus proprius non tollit surreptionē, quæ procedit re ipsa, & ex intentione Papæ. Itē quia opus est alia dispēsatione. Ad quod ultimū uide dicta s̄. eo. ad aures. v. conclu. Facit etiā pro dicto consi. dictum Rotæ de præbend. xiij. in antiquioribus, utrùm cùm qs pro expresso solius collegij nō infert expressum esse, q̄ beneficiū sit electiuū, ut latiùs dicā corollario xxij. ultimo de etiā latè Domi. in c. cùm illis. ulti. col. de præbend. in vj. ubi ponit post alios, an facta mentione collegij, dicatur tacitè facta mentio curæ & uidet concludere, q̄ sic, quando collegiū & cura est in eodē corpore: aliàs non, ut ibi latius: quod licet sequatur etiā Mari. s̄. eo. postulasti. lj. col. ibi, secundò quæro. tamen consi. Car. magis placet per rationes, quas s̄. posui. Adde etiā istis, q̄ gratia de dignitate non extēditur ad curata, secundū Rot. latè de præb. xviij. in antiquio. Et adde, quòd si est prioratus, in quo prior non exercet curā per se, sed per uicarium, nihilo minùs dicitur prior habere curā, sm Rot. in ti. de offi. uic. decis. ij. in antiquis. Et dixi satis s̄. eo d. c. postulasti. in prin. ubi etiā tetigi, quòd secus est in beneficio curato habitu, & non actu. Idē dicas, si beneficium simplex habet annexā ecclesiam curatā secūdariò, per id, quod dicetur j. in xxxiij. coroll. Dic etiā, secus, si ex cōstitutione ecclesiæ aliquis gereret uices curati in sede illius curati: quia propter solum exercitiū curæ accidentale ille uicegerens non dicitur habere beneficiū curatum. Old. consi. ccij. Factum tale est: statutum est. quem refert & sequitur Alber. de Ros. in j. parte statu. q. cxlviij. Ecclesię cuius dā. Scias etiā, quòd si plures pręficiuntur ad regimē animarum alicuius ecclesiæ, nullus istorum dicitur habere curā animarum. Old. consi. lxvij. q. talis est. Item q̄ sit facienda mētio, qualiter beneficio, quod impetrat, solet seruiri per uicarium temporalē, uel perpetuum, uide Car. d. consi. xxxiij. Dixit etiā Rota in isto ti. xxxj. quæ incipit, no. q̄ quis non tenetur, in antiquis, q̄ in literis, in quibus Papa, puideret, non est opus exprimere curā beneficij: sed bene in illis, in quibus mandat puideri. Et ita intelligit c. cùm in illis. de prębend. in vj. maximè in beneficio tali, qd̄ de se habet curā. Sed istud uidetur cōtra prædicta. Et puto procedere solùm in dicto casu, s. ubi beneficiū de sui natura habet curā. Et no. q̄ licet exprimantur ista uerba, uidelicet q̄ talis dignitas, uel talis ecclesia est curata, tamen sufficit dicere uerba, quæ infallibiliter inferant eā esse curatā: putà, si dicitur, q̄ potest excommunicare, & q̄ tenetur audire confessiones, & conferre sacramenta. Ita dicit Rot. in tit. de præb. decis. xiij. in antiquioribus. & uide, qd̄ dicetur in sequenti corollario. ¶ Adde etiā prædictis tex. in cle. j. de præben. ubi inuenies pulchrum casum circa hanc mentionē curæ. Et de illo tex. feci mentionē in c. licet de off. or. ordinādo quædā dicta noua & subtilia ad gustū illius clementinæ, quæ est aurea ad multa. ¶ Vndecimum corollariū. Vbicunq̄ in rescriptis beneficialibus exiuris dispositione requirit expressa mentio, nō sufficit, q̄ uenia tacita in cōsequētiā. Ita dicit Domi. in c. humanū genus. j. dist. ꝓpter gl. ibi in uerbo, prohibet. Et facit, sm eum, text. in c. suscepta. de rescri. in vj. & qd̄ ibi notat, & in cle. j. in ij. & iij. respōso, de præben. Et cōfirmari & impugnari pōt ex multis, quæ dixi s̄. ti. proxi. trāslato. Vide ibi. Sed tenendo istud dictū puto limitandū, nisi illa esset consequentia infallibilis, i. q̄ expressio uerborū ꝑ consequentiā inferret de necessitate illud idē, quod infert ipsa expressio, ut in exēplo Rotæ, de quo in præcedenti corollario de mētione curię implicita, quæ æquipollet explicitæ. ¶ Duodecimum corollariū. Vbi requirit aliqua expressio in hac materia, debet ꝓferri uerbis, quæ possint intelligi, & sint usitata in curia: & non sufficit uti uerbis usitatis in patria illius, q̄ supplicat. Ita dicit Aegi. Belle. decis. Ro. ij. inferens, q̄ nomina librariū & aliarū monetarū interpretanē sm consuetudinē loci, in quo fit impetratio, non ad quæ fit impetratio. Et de hoc dicto memini in c. ad aures. in xj. conclusione, s̄. eo.

16 ¶ Tertium decimū corollarium. In † permutationibus beneficiorū, quæ fiunt in manibus Papæ, oportet facere mentionē de alijs beneficijs, quæ habēt permutātes, sm Ro. in ti. de præb. decis. xj. in antiquis: secus, si fiāt in manibus alicuius ordinarij, sm Ro. in tit. de rer. permu. decis. xiiij. in eisdē. Pro quo ultimo facit, qd̄ dicetur j. corollario xix. ¶ Quartum decimū corollariū. Impetrās beneficiū si asserit se habere primā gratiā, quā offert se dimissurum adepta possessione illius beneficij, & ante habitā dictā possessionē impetrat illud beneficiū facta mentione illius impetrationis secūdæ, sed tacito de prima gratia, cui promisit renunciare, non ualet tertia impetratio: qa possibile esset, q̄ non assequeretur illā possessionē, & sic prima gratia esset apta acquirere aliq̄ beneficiū. Ergo de ipsa debet fieri mentio, per istū text. Ita dicit Rot. in isto tit. decis. xxj. in nouis, & de præben. decis. xxxvj. in antiquioribus. ¶ Quintum decimum

17 corollarium. Gratia † Si neutri, debet facere mentionē

c. in no-
stra.

de qualitate beneficij, & de modo uacationis, ac si de nouo beneficium impetraretur, ſm Ro. in iſto tit. deciſ. xxiiij. in nouis, & Lud. conſ. cclxij. Quoad primum. Et ſcias, ꝙ in impetratione beneficij debet fieri mentio, ꝙ eſt litigioſum, ſm Ro. in ti. de præb. deciſ. xvij. in nouis. Facit, quod no. Cal. in iſto ti. conſ. xij. dicens, ꝙ in habilitatione literarum ſurreptitiarum debet fieri mẽtio de pendentia litis. Et hæc intellige de lite mota ipſi impetratori. Sed ſi eſſet lis pendens inter alios, non tenetur ille, qui impetrat beneficium litigioſum, facere mẽtionem de illa lite, quando impetratio nullo modo cedit in præiudicium iuris litigatorum, ut latè cõſuluit Old. conſi. cxcix. Quidam Hugo Marcelli. De modo autem uacationis non eſt aliàs neceſſaria mentio, ut j. corollario xxxvij. ¶ Sextum decimum corollarium. In gratia reformatoria primæ non eſt opus exprimere beneficia expreſſa in prima, ſecundum Rotam in præalle. deciſ. de præben. xvij. in nouis, propter quãdam regulam Gregorij IX. Ideo gratia nulla, exprimens tamen aliàs neceſſaria, operatur, quòd ſecunda reformatoria illius non uitiatur ex taciturnitate eorum, quæ ſunt expreſſa in prima. ¶ Ex his infert Rota, quòd impetrans beneficium expreſsis beneficijs obtentis, ſed tacito de pẽdentia litis ſuper eo, ſi poſtea reformat primam impetrationem expreſſa pendentia litis, non nocet taciturnitas beneficiorum ſemel in prima expreſſorum. Dicas tamen, quòd quando ſecunda gratia agat ius acquiſitum ex prima immutando eius naturam, & inducendo etiam ius nouum, tunc in tali gratia requiritur mẽtio beneficiorum, quæ quis habet, ſecundum glo. pe. in c. ſi Apoſtolicæ. de præbend. in vj. Per quam habes unã regulam generalem, ſecundum Domi. ibi, quòd in omnibus literis, ꝓ quas ius antiquũ augmentatur, uel per quas conſeruat, debet fieri mentio aliorum beneficiorum. Et reaſſumit Ludo. conſil. cclxxxiij. In propoſito caſu. in prin. ¶ Facias ergo tres caſus. Primus eſt, quãdo ſecunda gratia ſubintrat in locum primæ, ut operetur ſolùm illos effectus, quos debebat operari prima, ſi fuiſſet ualida: & tũc, ex quo Papa plenè eſt informatus ex narratis in prima, non eſt opus replicatione: quia ſicut conceſsit primã, ita concederet ſecundam. ¶ Secundus caſus eſt, quãdo augmentatur ratione primarum literarum: & tunc, cùm iſta conceſsio uideat plus conferre, quàm prima, requiritur replicatio illarũ qualitatum: quia licet Papa conceſſerit, quod eſt minus, nõ ſequetur, quòd ita cõcederet, quod eſt plus. Vnde licet Domi. in d. c. ſi Apoſtolicę. uideatur intelligere illam gl. etiam ubi ſecunda impetratio ſolùm conſeruat ius primum, tamen fortè tunc non procedit dictũ ſuum: quia eſſet contra dictam deciſionem Ro. & rationẽ ſuprà dictam. Et ſi diceretur, quòd gloſſ. in d. c. ſi Apoſtolicæ. loquitur etiã de literis, per quas ius acquiſitũ conſeruatur: dic, quòd loquitur de diſpenſatione. Illa enim non intrat in locum primæ gratiæ, ſed confert ſibi conſeruationẽ inductiuã noui iuris, & de qua non concurrit in Papa eadẽ facilitas concedendi, quæ fuit in concedenda gratia. Si enim diſpenſat, clarũ eſt, quòd debet ſcire de aliꝭ beneficijs diſpenſati. Nam diſpenſatio nedum cõſeruat primã gratiam, ſed facit eam inexpugnabilẽ, quæ poterat expugnari. ¶ Tertius caſus eſt, quando gratia reformatoria tendit ad diminutionẽ particularẽ gratiæ primo conceſſæ: quia ſola uoluntas ſupplicãtis ſufficit ad inducendum Papam ad diminuendã primam gratiã, ſecundum Lu. conſi. cccl xij. in fi. dicentem ita loqui dictam regulã Gregorij XL. quia uerbũ Reformare, ſonat in diminutionẽ. Allegat gloſ. in c. ſtatutum. in prin. in uerbo, reformandũ. de reſcrip. in vj. ¶ Decimumſeptimũ corollarium. Omnia obſtantia gratiæ, quæ clarè poſſunt colligi ex narratis, uidentur tacitè eſſe ſublata, licet de illis tollendis nihil dictũ fuerit in cõceſsione gratiæ. Aegi. Belle. deciſ. Rotæ cccxxxiij. In cauſa domini Car. Allegat no. per Ia. & Pe. in l. fi. C. ſi contra ius, uel uti. pub. & per Ioan. And. in c. j. de exceſ. præla. in vj. Quod declara pleniùs ex his, quæ dixi in c. ſuper literis. in iiij. regula, s̃. eo. ¶ Decimumoctauũ corollarium. Non nocet mihi impetrãti gratiam, tacuiſſe acceptationem, quam fecit procurator meus nomine meo in partibus me ignorãte, & nulliter, licet poſt hanc meã impetrationẽ illam acceptationẽ ratificauerim, ſecundum Aegi. Belle. deciſ. Ro. dxxij. concluſio, quòd habens. ¶ Limita, niſi eſſet ueriſimile, quòd habuiſſet notitiam illius acceptationis, & de hoc eſſent coniecturæ notabiles: quia tunc impetratio eſt ſurreptitia, nec per ſolum iuramentum probaretur tunc ignorantia, ut latè not. Lud. conſil. ccccl xxxj. præſentis dubitationis articulus. Et de materia uide Domi. poſt alios in c. gratia. in j. col. de reſcrip. in vj. ¶ Decimumnonum
18 corollarium. De † beneficio manuali, quod habet impetrans, facienda eſt mentio, ſecundum Cald. in iſto ti. conſi. ix. quia de omni beneficio, quod quis obtinet in titulum, debet fieri mentio, infrà eo. ꝓponente. & non diſtinguitur, an ſit temporale, uel perpetuum. Secus dicit, ubi eſt beneficium temporale, quod non datur in titulum, ſicut eſt uicaria temporalis, de qua non eſt neceſſaria mentio, per c. poſtulaſti. ſuprà eod. ut declarat Domi. in d. conſi. ix. in addi. Et ad iſta duo dicta uide elegans conſilium Cald. de præben. xxx. an ſi ſacriſtæ.
19 ¶ Vigeſimum corollarium. Non † nocet tacere, quòd iam habui beneficiũ, & quòd ei renunciaui, ſecundum Lap. alleg. lxxxix. duo prælati. iiij. col. uer. item eſt ſciendum. Et ibi etiam dat doctrinam in hac materia, quòd ad hoc, ut taciturnitas alicuius rei habeat uitiare gratiam, requiritur, quòd ſit talis, qua expreſſa princeps facilè non conceſsiſſet, per notata ſuprà eo. ſuper literis. Quod intelligitur ſecundum communẽ curſum & ſtylum cãcellariæ: nam aliàs non poſſet unquam ſciri, an princeps feciſſet gratiã, an non: fortè eam feciſſet, & fortè non. Vnde referendum eſt hoc ad probabilem coniecturam, uel communẽ uſum aliarum literarũ per principes conceſſarum, ſeu ſolitarum concedi. Vnde non ideo uitiaretur gratia, quia tacui me flauum, uel puſillum, uel quòd iam habui beneficium, ſi renunciaui, ut eſt dictum. Et ſic intellige Rot. de conceſ. præben. deciſ. liij. Dominus Papa. in antiquis, dum dicit, quòd de omni qualitate, quę habet mouere, uel alterare animum principis, debet fieri mentio. Ad quod etiam uide Rot. de reſcri. deciſ. xxxij. ad fin. in nouis, & Aegi. Belle. deciſ. dcxcviij. extra Rotam, quorum dicta retuli in c. poſtulaſti. s̃. eo. ¶ Vigeſimumprimum corollarium. Oportet † facere mentionẽ, quòd ille, cuius morte uacat beneficium, erat familiaris alicuius Cardinalis: aliàs impetratio eſt nulla, ſm Rotam in ti. de præben. cõcluſ. xv. in antiquis, dicentẽ ita ordinaſſe Gregorium XI. Intelige, etiamſi deſierat eſſe familiaris tẽpore mortis, ut eſt aurea deciſio Ro. de præben. xx. Papa reſeruauit. in antiquioribus. Mouetur: quia ex quo ſemel fuit familiaris, beneficia, quæ tunc obtinebat, iam fuerãt reſeruata in manibus Papæ. Ergo ex quo ſemel fuerũt reſeruata, nõn deſinunt eſſe, nec ueniunt ad manus inferiorũ, do nec Papa ſemel diſpoſuerit de eis: arg. no. per Inno. in c. inter dilectos. j. de exceſ. præl. ¶ Pro hoc, quia uidemus in ſimili, quòd beneficia illius, qui ſemel fuit collector, uel ſubcollector unicus, uel familiaris cõmenſalis Papæ, ſunt reſeruata, etiamſi tẽpore mortis deſierit eſſe talis. Et intellige de beneficijs, quæ habuit ante officiũ, uel eo durãte, nõ poſt. Ad hoc uide Rot. in tit. de præbẽ. cõcluſ. xij. xiij. & xiiij. in antiqs. Et ſubdit Rot. idẽ cõcluſ. xxx. ꝙ licet officiũ dans cauſam reſeruationi ceſſauerit, nõ ceſſat reſeruatio. Et ꝙ etiãſi iſti deſierint eſſe tales, nõ tamen ceſſat reſeruatio: uide Pet. de Ancho. conſil. mihi cxxxij. De natura. ¶ Idem, ſi talis moriat, ante quàm acceptauerit officiũ, ſm Ro. in ti. de præben, concluſ. xj. in no-

in nouis. ¶ Idem, ſi acceptauit, & non exercuit, ſecundum Ro. in ti. de præben. concluſ. xiiij. in antiqs, dicentem hoc eſſe de ſtylo, licet ſecus dixerint aliqui ſapientes. ¶ Sed caue in hoc ultimo, quia reſpectu familiarium non gaudẽt priuilegio familiaritatis, qui non famulantur, ſm do. Abb. in c. cùm dilectus. ad fin. de cler. non reſi. dicentem eſſe ad hoc diligenter aduertẽdum. Inducit c. ex parte. eo. ti. & c. fi. de uer. ſig. in vj. Ad idẽ uide Pe. de Ancha. cõſi. mihi ccxxviij. Primò inquirendũ. ubi conſuluit, ꝙ de reſcriptis inter capellanos Pape nõ excuſatur à reſidẽtia in beneficijs ſuis, niſi circa Papam obſequialẽ ſe exhibeat. Idem do. Mari. in repe. c. ex tuæ. de cle. non reſi. in xxvij. col. uerſ. decima cauſa. & in ſeq. col. uer. decimatertia cauſa. & pulchrè domi. Car. conſi. xxvij. uacauerunt. prope fi. dicens, ꝙ illi ſoli capellani gaudent iure capellanatus, qui ſunt in proſecutione officiorum & negotiorum per ſedem Apoſtolicam eis cõmiſſorum. Allegat extraua. Innocẽtij V. ad futuram. Et iſtorum beneficia ſunt reſeruata aliorum, non ſm eum. Et iſtas deciſiones nota, tanquam ratione allegatas & multùm importãtes. Sed obſtare uidetur ſtylus curiæ, de quo in d. deciſ. xiiij. de præb. in antiquis, quę dicit, ꝙ poſtquam ſemel quis eſt factus collector, uel ſubcollector, ſiue utatur officio, ſiue non utatur, beneficia, quæ tunc habebat, remanent reſeruata: & ſic non curatur de exercitio officij, niſi dicas, ꝙ ille ſtylus procedit, quatenus eſt introductus, & non amplius: quia limitata causa limitatum parit effectum, l. in agris. ff. de acqui. re. do. Et ideo ſi eſſet de ſtylo, ꝙ etiam familiares non exercentes perſonã ſuam in familiaritate dicerentur ueri familiares, illi ſtandũ eſſet. ¶ Et caue: nam quæ dicta ſunt de collectoribus & ſubcollectoribus, debent intelligi, quando tales officiales moriuntur tempore pontificis, qui creauit eos officiales: ſecus hodie, ſi non eſſet ille pontifex: quia tunc reſeruatio eſt finita. Ita reſpondi in facto, motus primò per regulam cãcellariæ, quæ de his loquitur, dum dicit, qui ſuo tempore, ſupple Papæ reſeruantis, ſua officia exercuerunt. Secundò per deciſionem peregrinã Dominici in c. præſenti. in prin. de offic. dele. in vj. ubi ita etiã dicit ſe reſpondiſſe, ꝙ morte reſeruantis expirat reſeruatio, per illum text. Poſtea mutaui reſponſionẽ propter extrauag. Pauli II. ad perpetuam. decidentem, ꝙ tales reſeruationes non expirent morte Papæ. Et illa conſtitutio eſt in multis Clementinis impreſsis Venetijs. ¶ Et adde, quòd ſi conceditur alicui poteſtas conferẽdi beneficia familiarium ſuorum, & u-
22 nus de famulis deſinit eſſe famulus, poſtea moriẽ, non poterit ille cõferre beneficia ipſius: Rota præal. de præben. xx. in antiqoribus: alle. Io. And. in c. fi. de uerbo. ſig. in vj. ¶ Adde etiã iſtis Thomam Faſtoli dubio Rotæ liij. ſecundò dubitaẽ. ubi uult cõtra ea, quæ dixi ſuprà, qu òd reſeruatio beneficiorum cedentium, uel decedẽtium capellanorum Papæ, non afficit beneficia eorum, qui deſierunt eſſe capellani. Scias etiam circa prædictã regulã cancellariæ xxx. Itẽ uoluit, ꝙ impetrans, ubi dicitur, ꝙ impetrans beneficiũ uacans per obitũ familiaris alicuius Cardinalis, tenetur exprimere nomen & titulum ipſius Cardinalis. Et ſi ille fuerit in curia, ꝙ accedat eius cõſenſus: aliàs gratia ſit nulla. Idem uult, ſi ille deſijſſet eſſe familiaris: & hoc quo ad beneficia ſibi cõpetentia tempore familiaritatis, & prerogatiuas Cardinalis in beneficijs ſuarum eccleſiarũ. Tetigi in c. cùm ecceſsijs. de ma. & ob. ¶ Vigeſimumſecundũ corollarium. Oportet † exprimere, ꝙ eſt hoſpitale, cle. p literas.
21 de præben. Et idẽ de aliꝭ qualitatibus, de quibus ibi in text. In quo ſcias, ꝙ ꝓcedit, etiãſi ſcriberet motu ꝓprio, ut ibi per gl. iiij. & ibi per Car. in v. q. & per eundem latè conſ. cxviij. Caſus talis eſt: agitatus eſt ꝓceſſus. Et idem dicas de beneficio ſolito regi per laicũ: qa non uenit in gratia cõceſſa clerico ad beneficia uacatura, niſi fiat mẽtio de illa qualitate, ſm Rot. in tit. de reſcrip. deciſ. lxj. in antiquis, per notata in d. cle. per. literas. & quia, ex quo ſcribitur pro clerico, præſumit̃ ſcribi de beneficio clericali, arg. l. ſed ſi qd. §. mancipiorũ. ff. de uſuf. ubi ſi relinquitur uſusfructus mancipij, debet uſufructuarius uti ſeruo legato ſm qualitatem ſerui. Vnde ſcriptorẽ nõ debet deputare ad calcẽ portandam, uel ſimile. Facit in terminis c. cùm de beneficio. de præb. in vj. per quẽ tex. dicit Domi. in c. fi. §. j. in fi. de offic. deleg. in vj. ꝙ ſi mandatur prouideri de beneficio clerico ſeculari, intelligit̃ de conſueto cõferri clerico ſeculari ſm conditionẽ perſonæ. Et eſt dictũ Cal. in diſpu. inci. Dominus Papa dedit conſeruatorẽ. & credo legiſſe Domi. alibi dicentem, quòd ſi Papa mãdat prouideri clerico de officio, intelligitur de eccleſiaſtico. Facit l. plenũ. §. equitij. ff. de uſu & ha. & ibi pulchrè Bar. ubi uerba intelliguntur ſecundum qualitatẽ perſonæ, de qua fit mentio. Facit, quod no. Do. in c. fi. §. j. in fi. de offic. deleg. in vj. & in c. cùm de beneficio. de præb. in vj. poſt Cald. in diſpu. Dominus Papa dedit conſeruatorem. ¶ Et per d. cle. per literas. credit Pe. de Anc. in repe. c. ſi ꝓpter. uer. ſed nunquid. de reſcri. in vj. ꝙ gratia conceſſa in forma, de qua ibi, ſuper fructibus beneficiorũ non includit hoſpitalia, ſicut etiam appellatione eccleſiarum, monaſteriorũ, uel priora tuum non ueniunt hoſpitalia. Facit etiã, ſecundum eũ, declaratio Bonifacij VIII. de qua per gloſſ. j. in cle. fj. de decimis, quę uult, ꝙ impoſitio decimæ Papalis non eſt extendenda ad hoſpitalia. ¶ Et per d. cle. per literas. dicit Ro. in titu. de conceſ. præbend. deciſ. xlvij. in antiquis, quòd licet eleemoſynaria ſit camera capellæ, quæ ſpectat ad collationem ſacriſtę, tamen habens gratiam expectatiuam ad beneficia ſuppoſita ſacriſtæ, non habebit eleemoſynariam, neque capellam ei annexam. Et ita dicit fuiſſe deciſum: tamen rationes, quæ ibi adducuntur in fine pro expectante, inferunt ſatis urgenter, quòd capella ſit principalior, & dignior: & ſic trahat ad naturam ſuam eleemoſynariam: & facit c. ſuper eo. de præben. in vj. ¶ Limita ſin. d. clem. per literas. niſi eſſet aliquod hoſpitale ſpectans ad collationem prælati regularis, & ipſe ſoleat conferre illud, ut manuale alicui religioſo: quia tunc religioſus habens expectatiuam ad beneficia ſuppoſita tali prælato, poterit petere tale hoſpitale, ſecundum Rom. in titu. de reg. deciſ. iij. in antiquis. Et ſic limita opi. domi. Card. in d. cle. per literas. quæſt. xiij, dum dicit poſt Laurent. quòd ille tex. habet locum etiam in regularibus. ¶ Vigeſimumtertium corollarium †. Impetrans beneficium non te-
22 netur facere mẽtionem de hoſpitali, quod habet: quia in eo non habet titulum eccleſiaſticum, ſed adminiſtrationem, iuxta cle. fj. §. ut autem. de reſi. dom. Ita Pau. de Leaza. in cle. fi. de offic. or. & ſequitur ibi domi. Car. in x. quæſt. & Imol. in j. col. & Mari. in repe. c. poſtulaſti. uerſic. ſed quære. ſuprà eo. Hoc intellige, quando impetrantur literæ in forma gratiæ: ſecus, ſi in forma pauperum: quia tunc debet fieri mentio de hoſpitali, ſecundum Domi. in repe. d. c. poſtulaſti. xix. col. uer. ſed quid de hoſpitali per ea, quæ ipſe dixit ibidem in xij. col. uer. ex præmiſſis puto. dum ponit, quòd oportet exprimere patrimonium, ubi impetrantur literæ in forma pauperum: & facit, quod dicetur infrà in xxx. corollario. ¶ Dicas etiam, quòd quando aliquis haberet hoſpitale in titulum, tunc indiſtinctè eſt facienda mentio de eo, ſecundum Domi. in d. c. poſtulaſti. nõ in repe. ſed in lec. in fi. dicentem ita tenere ibi Lap. de Caſtel. Generaliter autem, quando diſpoſitio loquẽs de eccleſijs comprehendat hoſpitalia, uide copioſè And. Sicu. in c. ex literis. de conſue. cum pluribus concordantijs & declarationibus, quas ultra eũ ſoleo ponere in c. de quarta. de præſcri. ¶ Vigeſimumquartũ corollariũ. Opor-
23 tet † facere mẽtionẽ, ꝙ ille, ad cuius collationẽ impetrat̃, habet ſolùm collationẽ unius beneficij: aliàs eñ, ſi hoc nõ exprimit̃, gratia nõ comprehẽdit illud beneficium, in quo

c. in noſtra.

in quo ille est monocularis. Ita dicit Io. Mo. in regula, in generali. de reg. iur. in vj. quia sicut inutilis esset impetratio, cùm impetratur beneficium uiuentis, c. ij. de cõcess. preben. ita inutilis est, si ille, ad cuius collationẽ impetratur, habeat conferre unum solum: quia utroq; casu datur uia ad speciale uotum captandæ mortis. Ita dicit scripsisse Clementem IIII. in facto præposituræ sanctæ Mariæ de Burgis contra impetrãtem dignitatem in genere, cùm ibi esset unica: & sequitur Ioan. An. in d. regula, in generali. allegando glo. suam in cle. j. in uerbo, certa. de præb. quam uide: & est singul. secundũ Car. ibi in §. fin. in vj. q. & eam latè reassumit ibi Imo. in §. fi. & ibi etiam do. Ab. in fi. colligens, quòd dictio Aliquod, significat diuersitatem. Vnde si mandatur alicui conferri aliquod beneficiũ in certa ecclesia, & ibi sit unicum, non uerificabit̃ in illo. Quod nota ad multa. Cum istis cõcordat Ro. in ti. de præben. consi. xij. in nouis: & Tho. Fastoli dubio Ro. lv. Primò, an gratia: quia cùm ille sit monocularis, nõ debet priuari illo unico lumine: pro qua ratione facit ultra istos tex. in cle. j. de sen. exc. ad fi. ibi, hoc unico lumine priuare nolumus, nec debemus, eum ibi alle. in gloss. ¶ Declara illud corollarium dupliciter. Primò, nisi quis habeat collationẽ unius beneficij tantùm, & in uno alio præsentationẽ: quia non dicitur monocularis, secundum Tho. Fastoli dubio Rot. lvj. ¶ Secundò declara, nisi in uno haberet collationem solius, & in pluribus haberet conferre simul cum aliis: quia etiam illud unicum ueniet sub gratia expectantis beneficium spectãs ad collationem talis prælati cõmuniter, uel diuisim, sm Rot. pulchrè in ti. de rescr. decis. xxxiiij. in antiquis. Si tamen literæ dicerent de beneficio, quod ipse habet conferre simul cum pluribus, secũdum Ro. in tit. de rescr. decis. lv. in antiquis. Allegat gl. in c. mandatũ. de præben. in vj. ad quod uide omnino, quæ dixi, quo ad hoc, in c. eam te. ad fi. s. eod. Et ex isto corollario habes pulchram limitationem ad l. fundus, qui locatus. ff. de fun. instru. de qua memini in c. fedes. in vij. declaratione, in c. j. iiij. col. s. eod. ¶ Vigesimum quintũ corollarium. Sufficit exprimere qualitates beneficij, quæ sunt sufficiẽtes ad mouendũ Papam, licet non exprimãtur aliæ, sm Aegi. Belle. concluſ. Rot. ccxxxiij. Impetratio certi iuncto summario, quod est in tabula in ti. de præb. summario xxiij. in quo istud clariùs dicitur. ¶ Vigesimum sextũ corollarium. Impetrans beneficium post postulationẽ factam de illo beneficio nondum præsentatã superiori, nõ tenetur facere mentionẽ de illa, secundum Domi. in repe. c. postulasti. ad fi. s. eo. post subtilẽ disputationẽ huius puncti nota. Mouetur in effectu: quia p postulationẽ nullum ius acquiritur postulato, quo ad beneficiũ, ad quod ut postulatio cum postulato depẽdeat à sola gratia, c. bonæ. lo j. & c. pe. de postu. præla. & c. cupientes. & c. denicp. de elec. in vj. Si ergo nullum ius sibi quæritur respectu tituli beneficialis, ualebit impetratio non facta mentione iuris postulati, quod nullum est: quia de eo, quod non est, nulla mentio fieri põt, c. ad dissoluendũ. de despon. impu. Inducit etiam alias rationes, de quibus per eum respondentẽ contrarijs. ¶ Vigesimum septimum corollarium. Si post unionẽ beneficij factam ex legitima causa ab ordinario, antè quàm sortiatur effectum, Papa reseruat tale beneficium, & mortuo prælato confert illud non facta mentione unionis, ualet collatio, secundum Rot. in tit. de reb. ec. nõ alie. decis. iij. & v. in antiqs: quia p hoc non tollit̃ unio, quę est perpetua, sed solùm suspenditur ad tempus, cuius effectus potest differri ex facto principis superueniente, l. fi. ff. ad municip. Facit c. nõ est. de uoto. ¶ Contrariũ tenet Rot. in tit. de rer. permu. decis. iij. in antiqs: quia sm hoc possibile esset, quòd unio remaneret inefficax propter frequentes impetrationes: quod esset absurdũ, cùm unio ista legitima respiciat causam necessariã, quam nõ est uerisimile quòd Papa uoluerit tollere, nisi expressè dicatur. Et uidetur Rota hoc intelligere, qñ Papa cõfert beneficiũ ad instantiam supplicantis. Sed ubi confert motu, pprio, tunc uidet̃ uelle, cp procedat alia decisio. Sed Domi. in d. c. postulasti. uer. credere, &c. uult, cp etiam cõcessio facta motu, pprio Papæ non ualet, nisi fiat mentio de unione: quia Papa non intendit per suas literas prejudicare iuri alterí quæsito, nisi exprimat hoc in literis, siue sit præiudicium extinctiuum, siue dilatiuum. Patet in c. quamuis. & c. si propter. de rescri. in vj. Ad idẽ c. si super gratia. & c. statuimus. de offic. dele. eod. li. ubi æqualiter ponit non intẽdere in suis dispositionibus auferre etiã impedimenta dilatiua. Ergo cùm hîc auferat ius alterius saltẽ ad tempus, uidetur, cp non ualeat. Ad idem c. ti, qui. de rescri. in vj. & c. capitulũ. s. eod. ubi plus est, cp non intendit Papa tollere ius ad rẽ primi impetrantis, nisi de eo fecerit mentionẽ, etiamsi sit præiudiciũ dilatiuum, ut quòd secũdus præferat̃ primo. Ergo multo minùs debemus intelligere, ut auferat, licet tẽporaliter effectum iuris quæsiti in re p unionẽ. ¶ Non obstãt rationes adductæ in contrariũ: quia concludunt, cp Papa posset tale beneficiũ conferre. Sed hoc nõ negat, sed dicitur, cp Papa in dubio non intẽdit ferre præiudiciũ iuri alterius, etiam qñ scribit motu, pprio, ut per Io. And. in c. si motu proprio. de præb. in vj. & dixi in c. ad aures. s. eo. ut latiùs p Domi. ubi s. quẽ ad literam refert & sequitur Mar. in repe. d. c. postulasti. Ad quod uide etiam Io. An. in addi. Spe. in ti. de præben. in prin. ¶ Prædicta intellige, qñ unio præcedit reseruationẽ Papæ: secus econtrà: quia si beneficiũ est reseruatum per Papã, licet teneat unio, quæ fit postea per inferiorẽ, tamẽ suspẽdit eius effectus, si Papa utitur reseruatione, & illo dimittẽte beneficiũ, unio habebit effectũ. Ita Car. in cle. ij. ad fi. prin. uer. nonò quæro. de reb. ec. nõ alie. Et ita uidet̃ intelligere dictam decis. Ro. de re. ec. non alienij. quæ dicit, quòd unio caret effectu, donec Papa contulerit: sed ex quo contulit illo dimittẽte beneficium, unio habet robur. Et sic intelligit, quando reseruatio præcessit unionem. Sed ubi unio præcessit reseruationẽ, tũc tene prædicta, quamuis Rota expressè dicat utrunque, s, cp reseruatio præcedens nõ impedit unionẽ fiendam per ordinarium, sed suspẽdit. Et postea ex hoc infert, cp reseruatio Papæ subsequẽs post unionẽ ab ordinario factã impedit effectum unionis etiam non facta ipsius mentione. Nam hoc ultimum non est tenẽdum, per prædicta: neq; istud sequitur ex primo dicto: qa cp reseruatio Papæ præcedens prędominetur unioni ordinarij, quæ sequitur, hoc est rationabile, cùm Papa disponat de re, in qua nulli est ius quæsitum: sed nõ sequitur, cp idem sit, si reseruatio sequatur. Iam enim inchoatum est ius ordinario & ecclesiæ, cui sequens actus Papæ non præsumitur præiudicare. Et ista tene mẽti. ¶ Et scias, quòd gratiæ expectatiuæ non tollunt ordinario potestatẽ uniendi etiam post processum factũ per executorem, sm Io. An. in Spe. super rub. de præben. & gl. fi. & Doc. in c. fi. de rescrip. & Rot. de re. ec. non alie. decis. iiij. in antiquis, & Pe. de An. in repe. c. si propter. de rescri. in vj. cum concord. ¶ Item scias, quòd † unio facta per Papã de beneficio reseruato non habita mentione reseruationis, non ualet: ideo impetrans illud, tanquam reseruatum, non habita mentione unionis, bene impetrat, secundũ Cal. latè in ti. de re. eccles. non alie. consi. ulti. ¶ Vigesimum octauum corollarium. De † iure ad rem cõsecuto ex acceptatione sola expectantis, nõ tenet̃ impetrãs à Papa facere mentionẽ, & impetratio, pcedit, etiãsi habeat clausulã, Dũ modò nõ sit alteri ius quæsitũ: qa in alia uacatione utet̃ expectãs sua gratia: secus in eo, q electus iã fuerat, uel solùm præsentatus ad beneficiũ. Nã tali impetrãti Apostolic⁹ nõ derogat nõ facta mẽtione de eo: & clausula, Dũ modò nõ sit alteri ius quæsitũ, uerificat̃ in electo tantùm, uel præsentato: qa expiraret ex toto

toto ius suum: Ita dicit eleganter Rot. in ti. de præb. concluſ. xvij. in nouis: & sequitur ad literã Domi. in repe. c. postulasti. s. eo. Idem tenet Aegi. Bel. cõcluſ. Rot. cxlvij. per illa uerba dicens, cp clausula Dum modò non sit alteri, &c. tollit ius quæsitum ex acceptatione: quia id palatij usurpatio, seu obseruatio obtinuit. Et ita seruatur Papa sciente & tacitè approbãte. Secus de iure ad rem alio modo quæsito, putà per electionẽ, aut patroni clerici, uel laici præsentationem. Et de hac clausula, Si non est alteri ius quæsitum, uide, quæ dixi in c. causam. ad fi. & in c. super literis. uer. quinta regula. s. eo. ¶ Et amplia prædicta, etiamsi electus nondũ acceptasset: qa nihilo minùs de eius electione est facienda mentio, secũdum Domi. in c. quàm sit. §. j. in j. no. per illum tex. de elec. in vj. ¶ Vigesimumnonum corollariũ. In impetratione, quæ fit ab ordinario, perpetuò non est necessaria mentio eorũ, quæ ipse præsumitur scire. Ita sentiũt Host. & Io. An. c. cùm nostris. de concess. præben. dum dicunt, cp non est opus in tali impetratione facere mẽtionem de possessione colorata alterius: quia apud ordinarium non cadit surreptio, cùm ipse præsumatur scire possessionem esse alterius. ¶ Istud dictum reprobat do. Ab. post Bu. in d. c. cùm nostris. quia colorata possessio alterius reddit inualidã collationem alteri factã: & attendit̃ ista inualiditas etiã in collatione ordinarij, ne uideatur conferri beneficiũ uiuentis, & nõ inspicit̃ surreptio. Et idem no. Imo. ibi in uersic. plus etiã dixi. quia secunda collatio, quæ fit post primã non cassatã, nõ uidetur tenere, per no. in c. auditis. de elec. Et declara hoc, ut latiùs per Imo. in d. c. cùm nostris. ¶ Nihilo minùs uident̃ uelle Bu. Imo. & Ab. ubi s. cp ubi taciturnitas nõ causat inualiditatem, sed surreptionem, tunc corã ordinario non notatur surreptio in his, quæ sunt uerisimiliter ei nota. Est uerum, cp idem dicimus in Papa, ut s. in v. corollario. Sed in hoc est differẽtia: quia multa sunt, quæ præsumunt̃ nota ordinarijs, & non Papæ. Hinc est, quòd in impetratione, quæ fit ab ordinario, nõ est necessaria expressio ualoris beneficij, ut dixi in c. ad aures. in xiij. concluſ. s. eo. Similiter non oportet corã ordinario facere mentionem de alio beneficio, quod habet impetrans, cle. ij. de of. or. ¶ Quinimo uidetur generaliter dicendum, cp in impetrationibus, quæ fiũt ab ordinario, non sit necessaria mentio aliqua, nisi quatenus iure est expressum, quãdo non tacetur aliquid, qd̃ reddat collationem nullam, per ea, quæ no. generaliter do. Card. post Laudi. in d. cle. ij. ad fi. dicens, cp ordinarij præsumuntur melius scire qualitates impetrantium & beneficiorũ, quàm Papa, uel legatus: & ordinarij dicuntur conferre motu proprio & prouidere ecclesijs, Papa autem & legatus prouident personis. Et dicit Ro. in tit. de rer. permu. cõcluſ. xiiij. in antiquis, cp permutatio facta in manibus ordinarij tacito de alijs beneficijs, quæ habet permutans, ualet: secus, si in manibus alterius.

¶ Trigesimum corollarium. Non est opus facere mentionem de aliquo reditu, q non uacat morte impetrantis, nec habet alteri conferri, secundum Rot. in tit. concluſ. xj. in antiquioribus, dicentem ita fuisse sæpiùs obtentum: quia iura loquentia de mentione facienda, loquuntur de beneficio ecclesiastico. Sed limita hoc non procedere in literis in forma pauperum, secundũ Domi. in c. postulasti. s. eo. in lec. ad fi. & repe. quia fiunt ad releuandum paupertatem. Vnde ex quo tacetur, quòd quis habet, unde uiuat, literæ sunt surreptitiæ: quia tacetur tale quid, quo expresso difficiliùs impetrasset. Et faciunt, quæ dicuntur de facienda mentione sufficiẽtis patrimonij, ut latè dixi in c. postulasti. s. eod. ¶ Trigesimumprimum corollariũ. Oportet † facere mentionẽ de natura prębenda, an sit sacerdotalis, uel electiua, an non, secundum Ro. in isto ti. concluſ. xxxv. in antiquis, nisi talia exprimant̃, per quæ Papa possit scire qualitatem beneficij. Et ad istud de qualitatibus beneficij obtinendi, & etiã obtenti, uide, quæ dixi post do. Ab. in c. ad aures. s. eo. ¶ Hoc autem, quòd debet fieri mentio, an præbenda sit electiua, tene perpetuò mẽti: & gusta & confirma ex eo, quod elegantet scribit do. Car. in cle. quia contingit. uer. ut autem. in iiij. no. de reli. do. ubi colligit ex gl. in uerbo, electionem. quòd beneficium electiuũ propriè dicitur, quando in eo procedit̃ per electionem, quæ exigit confirmationẽ superioris: & sic secus, si electio nõ egeret cõfirmatione. Ex quibus infert, quòd si mandat̃ prouideri de beneficio spectãte ad collationẽ capituli, nõ ueniunt canonicatus, in quibus capitulum eligit, & episcopus confirmat: qa dicuntur beneficia electiua, non aũt collatiua. Et literæ Papę nunq̃ derogant electoribus, nisi exprimatur, ut dicetur in sequẽti corollario. Et ita dicit se cõsuluisse in ecclesia Ferrariensi, & est solenne consiliũ suum cv. incip. Dominus noster Papa. ubi uide, uer. tertiò, quòd dispositio. & uide eundem in cle. j. in §. ad hæc. in iiij. q. de præb. Et hoc bene no. qa poteris infringere mille expectatiuas in illis ecclesijs, in quibus de cõsuetudine capitulũ eligit canonicos, & episcopus cõfirmat, prout est inducta in ecclesia Ferrariensi, & in ecclesia ista Pisana: & dico amplius, quòd etiãsi canonici eligant in plena forma electionis, & non confirmat̃ eorum electio, tamen ratione formæ in electione seruatæ dicitur beneficium electiuum, etiamsi superior non confirmat: & nõ includitur in literis non facitẽtibus mentionem de electiuis, ut in aureo consi. Old. cxlvj. Factum tale est: de consuetudine ecclesiæ Eduensis. licet fortè prædicti & Rot. alleganda propè in uer. & scias. contrariũ sentiant, dum dicunt: secus, si proceditur per electionẽ sine confirmatione. Tamen re uera dictũ Oldra. est bene fundabile, inspecta mente plurium difficultantium derogationes electionũ, quæ tota militat, ubicunq; per scrutinium & alias ceremonias fit electio: nã tale ius multos tangens & perficiens opus bene cæmentatũ, nõ præsumitur per Papam unquam tolli: qui respectus retractiuus Papæ nõ uidetur cessare propter cessationẽ confirmationis, licet has contrarietates nullus scribens ingrediatur, quem uiderim. Et istis adde, quæ sunt in sequenti corollario. ¶ Trigesimum secundũ corollarium. Oportet facere mẽtionem, cp beneficiũ est electiuum, per tex. in c. cùm in illis. uer. illis uerò. de præben. in vj. Et nõ sufficeret, quòd in clausula executoria fieret mentio de electione, præsupponendo quòd suprà esset dictum de electione: quia illa uerba, quæ præsupponunt aliud, nihil disponunt in præsupposito, per tex. in cle. j. in fi. de præben. Quẽ text. gusta multipliciter, ut dixi in c. licet. de offic. ordi. Modum autem cognoscẽdi beneficium electiuũ collige ex dictis in præcedenti corollario: quibus adde do. Ab. in c. nobis. de iurepa. ubi sentit, quòd si fit mentio de electione, intelligitur propriè de illa, quæ exigit confirmationem. ¶ Et no. diligenter, quòd de iure communi in beneficijs minoribus non prouidetur per electionẽ, ut probat tex. in c. cùm in ecclesijs. de præb. in vj. Et hinc est, quòd ubi fit mẽtio de beneficijs electiuis, dicitur de dignitatibus & personalibus, d. c. cùm in illis. & d. cle. j. quæ iura habent respectum ad ius commune. Tamen scias, quòd de iure speciali possibile est, quòd minora beneficia sint electiua, & in eis habebit locum istud corollarium, ut concludit Domin. in d. §. illis. pro quo uide omnino Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de act. & peti. §. super petitionibus. ad fi. uersi. per literas quoque. uolentẽ sufficere, quo ad casum d. c. cùm in illis. quòd beneficium sit electiuũ de consuetudine antiqua, quæ habet uim legis. Et in talibus habet magnam uim, si in disponẽdo de modo in electiuis, c. cùm dilectus. de cõsuetud. & c. Abbate. de uerb. signi. & quod ibi notat̃. Et hoc dictũ allegat, p notabili do. Car. in d. uer. ut aũt. & in d. cõsi. cv. & ita cõmuniter tenet̃, sm gl. in cle. j. in uerbo, dignitate. de præb. quã sequit̃ ibi Car. in §. j. in j. q. & etiam Imo.

c. in nostra.

Imo.ibi in princi.reputans hoc eſſe notandum. Eſt uerum,quòd Cal.bis conſuluit cõtrarium, ut ipſe dicit in ti.de præben.conſi.xij.ſed malè,ſecundum Domi. in d. §.illis. ¶ Et ſcias,quòd Innocentius Papa vi. declarauit ſemel in camera,quòd uolebat illud beneficium eſſe, & dici electiuum, in cuius electione ſeruabatur forma c. quia propter. de elect. uel per cuius uacationem redditur eccleſia uiduata prælato. Aliud autem beneficium,ad quod per ſimplicem electionem,ſeu nominationẽ quis aſſumitur ſine alia ſolennitate, ſeu confirmatione ſuperioris,non debet dici propriè beneficium,imo potiùs collatiuum.Ita dicit Collector audiuiſſe deciſione mihi cxxxvij. Item nota, quòd uocet. quẽ non reperi in impreſsis. Et ibi etiam dicit,quòd ubi requiritur confirmatio ſuperioris,dicitur beneficium electiuum, poſito quòd ſit de minoribus beneficijs. Allegat gl.in d.cle.j. de præben. Sed ubi electio non indiget confirmatione, tunc nõ dicitur beneficium electiuum: imo potius collatiuum,ſecundum ipſum.Cogita tamẽ
27 per dicta in fi. proximi corollarij. ¶ Itẽ ſcias, quòd † non ſequitur,plures ſtant cum priore in tali eccleſia,ergo priorat⁹ eſt electiuus: fortè enim ſpectat ad electionem alterius,ſecũdum Ro.in ti.de præben.in deciſ. xiij. in antiquioribus,ubi latè dicitur,quòd ad hoc,ut dicatur facta mentio,q dignitas eſt electiua, non ſufficit facere mentionem de collegio,niſi dicatur, q ſit electiua. Et dicit Arc.in c.monaſterium.xvj.q.j.quòd non ſequitur, in tali eccleſia ſtant multi clerici, ergo eſt ibi collegium. Requiruntur enim plura, ut dicatur collegiũ, de quibus per Inn.& alios in c. cùm dilecta. de exceſ. præl. Ad quod uide omnino Old.conſ.cclxxxj.q prioratus. ubi latè ponit, quòd prioratus dicitur collegiatus, uel conuentualis,ſi ibi collegiatè uiuunt monachi,etiamſi non eligant priorem,& ſit prioratus manualis: & ibi q ſi impetratur gratia ad dignitatẽ, non uenit talis prioratus.Et de hoc,quando prioratus dicat dignitas,uide gl.& Doc.in cle.ij.in uerbo,conuentuale.de reſcrip. Fede.cõſi.cxxxij.Caſus talis eſt. ¶ Et no.quòd ſi nullus modus prouidendi exprimit, uenit modus electionis, & omnis alius modus,ſecũdũ gl.in cle.j. §.j. de præben. quam ſequitur & dicit eleganter ibi Car.in v.q.& illam gl.ſequitur etiam ibi latè Domi.in c.cùm in illis.§.j.in ij. col.& Car.in d.conſi.cv.& Rot.in ti.de præben. col.x. Item q habens gratiam. in nouis, quæ eſt etiam in ti. de conceſ.præben.deciſ.xiiij.in antiquis:dixi in c.ſedes.iij. col.ibi,addatis multa.s.eo.& illam gl. ſequitur etiã Domi.in c.ſuſceptũ.in pe.col.de reſcrip.in vj.& eſt aurea limitatio ad d.§.illis.ſuper qua potes inſiſtere ex dictis iſtorum in locis præalle.& remanet ualde declaratum iſtud corollarium,ut intelligatur,quando ſit mentio de collatione,uel alia diſpoſitione ad aliũ ſpectante:quia non uenit electio. Sed ſimpliciter mandatur prouideri de beneficio uacaturo, ueniet etiã electiuũ, ex quo non exprimitur aliquis modus prouiſiuus. Rationẽ diuerſitatis clarè explicat Car.in dictis locis. Vide eum. Et facit etiam,quod dixi s.eo.ſedes.iiij.col.ibi,prima declaratio.Et addo,quòd ſi ſcribitur de canonicatu ſpectante ad prouiſionẽ, præſentationẽ, ſeu diſpoſitionẽ capituli, non uenit canonicatus ſpectans ad electionẽ, ſm Ab.cõſi.mihi cxxxiij.In quæſtione, quæ ad præſens uertitur inter dominum Nic.inducit d.c.cùm in illis,& alia
28 ex prædictis. ¶ Quòd autem † dignitas etiã nõ electiua,nõ cõprehendatur ſub appellatione beneficij in odioſis, licet ſecus in fauorabilibus, dixi in c.poſtulaſti. in ij.caſu quarte fallentie in materia diſpenſationis extendendæ, s.eo.Ad quod uide etiã Ab.in c.pe. de uerb. ſig.Domi.in c.ſi ꝓpter.ij.col.de reſcr.in vj.per gl.& Doc. 29
in cle.auditor.in uerſi.beneficio.de reſcri.Cal.hoc ti.cõſi.iiij.Pe.de Anc.in regul.in vj.Car.in cle.j.in prin.in iiij. q.de ſup.neg.præla. Ana.poſt Abb.in c.ij.iij.col.de cler. pug.in duell. Domi. in c. cùm de beneficio. in princ. de præben.in vj.Et generaliter, quæ ueniant appellatione beneficij,uide latè Nic.Myl.in reper.in uerbo,beneficium.§.ij.cum octo ſequentibus,& Brix.in uerbo,beneficium eccleſiaſticũ. ¶ Scias etiã,quòd ſi in literis mandatur prouideri de beneficio ſpectante ad ordinationem alicuius,iſtud uerbum Ordinationẽ,eſt adeo prægnans,q includit collationẽ, præſentationẽ,& omnem modum,quo quis habet de re propria diſponere.Glo. or.Guil. de Mon. ſeu in extrauag. Ioannis xxii. ſedes. ſuper uerbo,ordinationẽ,quam refert & ſequit Domi. in d. c. cùm in illis.§.cùm autem.ante fi.& Mari. in repe. c.poſtulaſti.s.eo.xxxvj.col.uer.aduerte tamen. ¶ Sed caue:quia non credo,quòd iſti uelint,q ueniat electio, propter tex.in d.cle.j. de præben. in uerb. quamuis aliã diſpoſitionem. Eſt caſus cum gl. & ibi firmant omnes, quòd dicta uerba non includunt electionẽ:& eſſet difficile oſtendere,quòd uerbum Diſpoſitio, ſit minoris cõprehenſionis,quàm uerbum Ordinatio: nec aliter fuit de mẽte gl.præallegatæ. Vtitur enim uerbis directis ad unam perſonam habentẽ aliquo modo prouidere beneficio,& uult, quòd nominata ordinatione ueniũt alij modi ꝓuidendi.Non enim potuit ſentire de electione,quæ non cadit in unam perſonã,ſed collegiũ, c.j. de elec. ¶ Et ſi diceres, quid ſi ſcribitur de prouiſione ſpeciãte ad collegium cum clauſula generali, ſ.Vel quamuis aliam diſpoſitionem,ſeu ordinationẽ: tunc clarum eſt,quòd nõ uenit electio,d.cle.j.Sed quid ſi ſub illa generalitate non poteſt uenire,niſi electio,cùm fortè nullo alio modo habeat illi prouidere, & certè ut uerba aliquid operentur,uidetur q ueniat electio.Et ita,licet trepidè,attentat Mari.in d.c.poſtulaſti.& eſt maximum dictum ad d.cle.j.& ſi.de materia c.ſedes.s.eo.d.ut ibi dixi in vij.declaratione. ¶ Sed non credo,quòd ſit ſuſtentabile:qa Papa ſcribens cum illa clauſula generali,uoluit includere omnem alium modũ prouidendi,ſi quis alius competeret ſimilis illis,de quibus loquit:non tamen cogitauit abſolutè,ſed ſolùm de modo prouidendi ſimili expreſſo & non maiori: & ſi alius nõ ineſt, niſi maior,illum nõ cogitat,per c.ſedes. cum ſimilibus, s. eo.Et qua ratione ubi nullus alius modus ſubeſſet,illa clauſula eſt ſuperflua,ut nemo negabit:eadem ratione, quãdo ſubeſt alius modus,ſed ex iuris diſpoſitione nõ comprehẽſibilis.An aũt iſta noua limitatio poſſet procedere extra dictũ caſum,tetigi in dicto c.ſedes. ¶ Scias etiã,q licet in materia ſtricta uerbũ Prouiſio non cõprehendat electionem, d.c.cùm in illis. tamen ſecus eſt in materia larga: quia tunc comprehẽdit omnẽ modũ, per quem prouidetur eccleſijs,ſm Domi.in d.c. cùm in illis.§.illis.in ij.q.& in c.j.uerſi.not.primò ex iſta gloſ.de elec.in vj.Allegat gl.iij.in cle.fi.de elec. quam etiam allegat Lud.conſi.cclxiij.Et ibi addit, quòd nõ uenit datio in cõmendam. ¶ Sed caue:quia illa gl. non dicit expreſſè de electione.Et cum ea tranſit ibi Imo.uer.glo.iij.
4 & Car.in vij.q.[a] notantes ex ea,q uerbum Prouiſio,eſt uerbum latum: neque diſtinguit illa gloſſ.inter materiã largam & ſtrictã,ſed ſimpliciter uidetur uelle, q ſit uerbum latũ. Præterea conſidera,q ſi gl.ſenſit de materia ſtricta,malè loquitur: quia non eſt ita latum uerbum,q cõprehendat tũc electionẽ.Patet in d.c.cùm in illis.Sed in materia larga bene ueniet electio appellatione prouiſionis,ut eſt de mente illius gl.quæ nõ expreſsit de electione:quia tex.ibi exprimit de elec. ubi etiam declarat do.Ab.quẽ uide. ¶ Et ſimiliter dicas,
29 quòd † uerbum Electio,latè ſumptũ comprehendit etiam collationẽ,c.cùm eccleſia Vulterana. de elec. c. cùm dilectus.de præben. Interdũ cõprehendit præſentationem,c.nobis.& ibi do.Ab.de iu.patro. Interdũ poſtulationem,c.in cauſis.de elec.c.poſt trãslationẽ. de renun.

Propriè

a *Card.in vij.q.* Quẽ *omnino uide, & meliùs in cle.j.§.fi. de præben. Et adde eum in cle. pleriſq. in prin.xvj.qu.de elect.*

Propriè uerò ſumptũ differt à ſuprà dictis, d. c. cùm in illis.Et ideo licet capellani eligant ſibi plebanũ, non tamẽ ex hoc illa plebs poteſt dici collegiata. Ita ſcribit Fede.conſi.xxx.Factũ tale eſt:legatus de latere.in fine.Ad quod etiã uide Domi.in c.quàm ſit. ad fi.princ. de elec. in vj.ubi uult,q extra caſum c.cùm in illis, qui eſt odioſus, expreſsio unius ex illis modis prouiſiuis comprehendit alios, quãdo eſt eadẽ ratio utrobiq. Allegat gl. in cle.j.in uerbo,conferat.in fi.de re.permu.& gl.maiorem in fi.in c.ſciant cuncti.de elec.in vj. ¶ Scias etiã, quòd licet expreſſo uno modo ꝓuiſiuo non ueniat electio,ꝓ prædicta:tamen uenit actus habens uim electionis,& qui regulatur,ut electio.Patet,quia uenit beneficiũ ſpectans ad præſentationẽ patroni eccleſiaſtici iure eccleſiæ,ut traditur in c.cùm dilectus.de iurepa. & in c.dilectus.de of.leg.& ibi dixi: & tamen præſentatio clerici habet uim electionis,ut no.Inno.in c.cùm aũt.in fi. de iurepa.& Car.in cle.j.in prin.in j.oppoſ. de ſup. neg. præla.& Lap.alleg.lxxxiij. Dominus noſter Papa,uer. ſed nunquid.& Domi.poſt Archi.in c.ij. de prebend.in vj.Hinc eſt,q ſicut non põt fieri electio alternatiua, c.ij. de elec. in vj. ita nec talis præſentatio patroni clerici, ut 32
not.gl.antepe.cle.ij.de iurepa.& Domi.in d.c.ij.in j.col. niſi clericus eſſet patronus ex patrimonio, ut in dictis
30 locis. ¶ Trigeſimumtertium corollarium. Non † eſt opus facere mentionẽ beneficij annexi, ſed ſufficit exprimere principale,ſm Rot.in iſto ti.conclu.xl.Allegat Io.An.in c.ſuper eo.de præb.in vj.Sed Pe. de Anch.in regula,acceſſoriũ.uer.item facit.de reg.iur.in vj. intelligit hoc,cùm una eccleſia eſt acceſſoria alteri:ſecus,ſi ambę pariter uniunt: quia tunc de utraq debet fieri mentio: arg.no.in c.j.j.ne ſede uac.& in cle.j.de præben.& ꝓ Pau. in cle.j.de elect. Et ad hoc uide etiã omnino Pet. de Ancho.in cle.j.uer.duodecimò no.de exceſ.prela.& Domi. poſt Lap.in d.c.ſuper eo.circa me. Cognoſcitur autẽ,q unum eſt principale ex uerbis unionis, aut ex denominatione librorũ antiquorũ,ſecũdũ gl.in cle.per literas. in uerbo, eccleſias. de præb.Et credo,q Pe.de Ancho.in d.regula,uoluit allegare illã gl.quãdo allegauit notata in cle.j. de præben.Et ſubdit Imo.poſt Butr.in d.cle. per literas.q in dubio illud, qd eſt magis dignũ, præſumit principale:& illud, qd eſt minùs dignũ, præſumit acceſſoriũ.Ad qd uide pulchrũ conſiliũ Pe. de An. mihi cix. Pro impetrante ad collationẽ prioris.ubi docet,quę ſit natura iuriũ unitorũ concurrentiũ in perſona unius. Secũdum prædicta intellige Ang.& Imo.in l.ſed ſi plures.§.filio impuberi.ff.de uul.& pup.dũ dicunt,q impetrãs eccleſiã intelligitur etiã impetraſſe eccleſiã illi unitam,per d.c.ſuper eo. & d.§.filio.ubi diſpoſitio unitorũ debet eſſe uniformis.Et iſtis adde,q ubi beneficium eſt unitũ & annexũ alteri, perdit nomẽ beneficij, & nõ debet dici beneficiũ, ſicut ante unionẽ dicebatur, ſm Ro. in ti. de reb.ecc.nõ alie.concluſ.x.in antiquis. Ad quod uide latè Mar.in repe.c.ſicut unire.art.viij.q.xij.j.de exceſ.præla.& quod no.Domi.poſt Lapũ in c.cùm perſonæ.§.fin.uer.in eo uerò.de priuile.in vj. ubi dicit,quòd ſi eccleſia exempta uniatur,non exẽpta perdit exẽptionem:quia aſſumit naturã ſuę principalis.Et econuerſò ſi non exempta unitur exẽptę, efficitur exẽpta.Sed ſi uniantur ſimul,ita q una nõ ſubjiciatur alteri,tunc nulla eatũ mutat naturã.Quod facit ad prędicta.Et in hoc de exemptione,quam acquirit monaſteriũ non exemptum unitum exempto,uide Cal.in ti.de priui.conſ.xj. ¶ De terris aũt alicui ciuitati unitis,quomodo regulẽtur,non eſt materia noſtra.Sed uide Bar.in l.ſi cõuenerit.§.ſi nuda.ff.de pig.act.cum concor. no. per Alex. ibi in apoſtil.& in l.j.ff.de leg.j.in lec.Et aliqd dixi in c.trãſlato.de conſti.& in c.poſtulaſti.de ſo.compe. ¶ Trige-
31 ſimumquartũ corollarium. Oportet † facere mentionem de beneficio,cui quis renunciauit, quando renunciatio nõ tenuit,ſecũdum Rot.eleganter in ti.de renun. concluſ.xij. Quidã Card.in antiquis.Eſt etiã eo.ti.conclu.iiij.in antiquioribus, quia licet ſuperior poſſit ratificare & admittere renunciationem inuito renunciãte,tamen donec eius ratificatio & admiſsio ſubſequat, interim habet ius in beneficio & remanet in eo intitulatus,iuxta ueram opin.Inn.in c.quod in dubijs.de renun.Ideo ſi ille impetrat beneficium,& tacet de iſto renunciato,dicitur tacere beneficiũ, quod adhuc ipſe habet.Et quòd per talem renunciationẽ perdatur poſſeſſio,& non proprietas beneficij,uide Inn.in d.c.quod in dubijs,& ibi aliàs dedi concordantes ad hoc. Si aũt renunciatio eſt acceptata, nõ eſt neceſſaria mentio beneficij renunciati,ut incidenter fuit dictum s.in xx.corollario. ¶ Trigeſimumquintũ corollarium.Ordinatus ad titulum eccleſię alterius clerici,tenetur facere de illo mentionem in impetratione beneficij,ſecundũ Ana.in c.per tuas.lo iij.in fi.de ſimo.dicenitẽ,quòd licet Car.ibi remittat de hoc ad dicta per ſe,hîc tamen iſtud eſt ſecurè tenendũ per id, quod habetur in c. ſi motu proprio. de præben.in vj.Et talis dicitur habere beneficiũ, c.conquerente.de cle. non reſi. ¶ Trigeſimumſextũ corol-
32 larium. Oportet † facere mentionẽ de poſſeſsione colorata,quam habet alius in beneficio impetrato, per c. cùm noſtris.de conceſ.præbend. Et dicitur poſſeſsio colorata,quando eſt defectus in conferente. Non tamen inducitur ex eo priuatio ipſo iure,ſed per ſententiã. Dicitur autẽ non colorata, quando quis eſt priuatus ſententia hominis,uel iuris, etiamſi non ſit ſecuta amotio facti,ut latè declarant Doc.in d.c.cùm noſtris.maximè Imo.ibi poſt Cal.ibi latè inſiſtentem in ſua repe.& Lap. alleg.xvj.an ualeat.& do.Car.conſ.xxxiiij.in fi.& latiſsimè do.Mari.in repe.rub.de cauſa poſ.& proprie.trac. vj.art.ix.Et dicit Lu.cõſ.cccclxv.In re præſenti, &c. quia nulla eſt præſentatio facta ad eccleſiã, qua quis eſt priuandus, donec priuetur. Et ille dicitur incoloratè poſſidere,qui eſt intruſus.Quis autẽ dicatur intruſus, dixi s.in ij.corollario.Et ornabis d.c.cùm noſtris.per j. ſcripta xiij.notabilia,quę pro maiori parte ſunt ultra Scribentes ibi, neq hactenus ab alio ordinata. ¶ Primò nota, quòd ſi in impetratione eſt clauſula Vocatis uocandis,uel clauſula,Dum modò non ſit alteri ius quæſitum,nunquã poteſt taiis gratia, ut ſurreptitia, infringi,quaſi nõ dixerit de iure alterius,uel de colorata poſſeſsione.Ita conſuluit do.Car.conſi.xciiij.inci. Nobiles uiri domini de Vinciguerra. ubi uide.Et de iſta clauſula,Si non eſt alteri ius,&c.ſcripſi in c.cùm cauſam. ad fi.s.eo. & aliquid s. in xxviij. corollario. ¶ Secundò
4 no.quòd quando in literis eſt clauſula,Amoto[a] quolibet illicito detento-
re, ſatis dicitur facta mentione colorate poſſeſsionis, ſecundum Rot.in tit. de reſc.deciſ.xxxij.incip.no. ſecũdum aliquos.& deciſ. lxiij. nota, q de gratia.in antiquis:& Domi.in c.nemo.de elec.in vj.quem uide.Et ideo dicit Ro. prealleg.xxij.q non eſt hodie neceſſaria dicta mẽtio coloratę poſſeſsionis, cùm ponatur cõmuniter hodie in literis dicta clauſula Amoto,&c. Intellige, dum modò iſta clauſula apponatur in literis gratioſis:ſecus enim,ſi ſolùm in literis executorijs,ſecundum Imol.poſt Card.& But.in d.c.cùm noſtris.uer.aduerte tamen.& Lap. allegatione xv.per cle.j.in fi.de præb. Item Cal. de præben. conſil.xxv. Et ꝓ hoc faciũt multa dicta ad guſtũ d.cle.j. in fi.probãdo,q uerba poſita in executione nõ augent diſpoſitionẽ, quæ dixi in c.licet.de offi.ordina. ¶ Sed nouiſsimè reperio hãc conſiderationẽ impugnatã per do.Bar.de Zabarel.nepotẽ do.Car. archiepiſcopũ Spalatenſem,& canoniſtã maximũ,in ſuo elegãti Opere cõſiliorũ,conſ.viij.Dominus Zapetrus de Pratis miles.in ij.dubio,ubi dicit,q licet iſta cõſideratio fuerit ſubtilis,

a *Clauſula, Amoto*] *Vide Card.in cle.j.§.j.de præb. Et quid operatur talis clauſula, uide Bal. in addi.ad Spec. in ti. de exacu.in uerſic. clauſula Amoto.*

tñ non uideť uera, qa stylus curiæ nō habet: nec unq̃ habuit talē clausulā apponi in literis gratiosis: nec eis cōuenire pōt talis clausula, cùm illa simpliciter dirigat̃ ad eū, cui fit gratia. Sed talis clausula solùm cōuenit literis executorijs, ut patet in c. ꝓposuit. de cōcess. præb. & in c. cùm uniuersorū. de re. permu. Et ideo cōcludit simpliciter tenendū, ꝙ dicta clausula posita in literis executorijs operať mentionē coloratæ possessionis. Et ita dicit simpliciter tenuisse Io. de Deo in quæstionibus suis, lib. j. q. xxiij. Subdit tñ, ꝙ dicta limitatio fortè ꝓcedere posset, ubi literæ executoriæ fuissent factę aliquo interuallo medio post literas gratiosas, quasi Papa iam de gratiosis nō sit memor ex antiqtate facti: qa tunc posset procedere, ꝙ clausula illa in executorijs posita, non extendit̃ ad gratiosas: sed ubi literæ gratiosæ & executoriæ sunt simul factæ, non ꝓcedit impugnatio prædicta: qa cùm simul & semel Papa dederit gratiosas & executorias, fuit certioratus de dicta possessione, & nō ignorabat, qualiter & cū quibus clausulis cōcessisset gratiosas, quas tūc cōcesserat, arg. c. excōmunicato. j. eo. cùm de facto suo ꝓximo nō præsumať ignorās, ut ibi & per Spe. de deposito. §. vj. uer. qd si interrogatus. & uers. hoc tñ. in fi. Et hæc bene nota: qa sunt de honore lucrando.

33 ¶ Tertiò no. ꝙ si † ꝓ duos menses beneficiū fuit detentum, teneť impetrās facere mentionē de detentione, sm Ro. decis. præalle. de reser. xxxij. in antiquis. Sed est alia decisio ibi, lxxij. inci. Dic, ꝙ ordinatio Papalis, quæ dicit, Gregorij XI. ordinasse, ꝙ si fit gratia de beneficio specialiter reseruato, & alter detinuerit illud beneficiū per annum, si nō fiat mentio de dicta detentione, dicta gratia nō ualet. Et sic uideť per istā decisionē, ꝙ de detētione, quę est minoris spatij temporis, quàm unius anni, non sit opus facere mentionē. Et ita tenent curiales moderni temporis, ut accepi ex literis amici experti in curia. Et ita sonat quasi expresse hodierna regula cancellariæ Apostolicę, quę est xxxij. Item uoluit dominus noster, ut improbi, &c. ubi dicitur, ꝙ ille, q impetrat beneficiū tunc ꝓ annum immediatè præcedentē pacificè possessum, debet facere mentionē de possessione illius, & quot annis possedit: aliàs impetratio est nulla. Et sic uideť uelle, ꝙ si non possedit ꝓ annū, non est necessaria mentio possessionis. Cogitabā, utrùm de possessione possemus loq duobus modis in hac materia. Vno mo 34
do de detentione mera, quæ nullū habet colorē, & tūc de ista nō sit necessaria mētio, nisi durauerit ꝓ annū. Alio modo de possessione colorata: tunc quāuis dura uerit minori tēpore, debeat de ea fieri mētio. Sed nō puto, ꝙ curiales intelligāt sic dictas decisiones: & fortè, secundū eos, utrumq; dictū esset falsum. Si em aliqs detinuit beneficiū de facto sine ullo colore, non uideť, ꝙ sit necessaria mētio illius intrusionis: tū, qa cessat ratio d. c. cùm nostris. de qua ibi per Ab. uersic. tum ꝓ dictū per regulā, non præstat. de reg. iur. in vj. concor. & dictis datis §. eo. ex tenore. Ex quo sequit̃ falsitas secūdi dicti: qa si de possessione nō colorata nō esset necessaria aliqua mētio, sequit̃, quòd dictæ decisiones curiæ loquunt̃ de possessione colorata. Et ideo si non est annalis, non est necessaria eius mentio. Et sic audiui seruari in curia, ut dixi. Quod bene no. ¶ Subdit Rota præallega. lxxij. ꝙ si dicit̃ in gratia, talis detinuit ꝓ annum & ultrà, nisi declaretur illud, & ultrà ꝑ certū tēpus, dicta gratia non ualet, si detinuit ꝓ bienniū: sed si ꝓ annū tantùm, ualet gratia. Et subdit, ꝙ ista habēt locū in beneficio specialiter reseruato per Papā. ¶ Sed aduerte diligentissimè: quia quicquid paulo antè scripserim, nunc cōsidero, ꝙ intentio Ro. in præal. decis. lxxij. de rescrip. in antiqs, est ponere unū casum specialē, in quo oportet facere mentionē de mera detentione nihil iuris habente, uidelicet ubi cōcurrūt ista duo: primò, ꝙ beneficiū impetratum ex speciali reseruatione: secundò, ꝙ alius antea possederit ꝓ annū. ¶ Et ad hoc cōsidero, ꝙ Rota nō sine mysterio appellat illā detentionē, nō aūt possessionē. Vult ergo, ꝙ isto casu de detentione fiat mentio. Quòd autē sit detētio, probat̃ sic: quia decretū Papæ appositum in reseruatione, facit, ꝙ possessio cōtra reseruationē obtēta est meri facti, & caret omni effectu & adminiculo iuris, ut elegāter decīdit Rot. xvj. in nouis: quæ est in tit. de rest. spol. conclu. iij. Vnde dixit elegāter Lapus dicta allegatiōe xvj. & sequit̃ Imo. in d. c. cùm nostris. ꝙ ubi ordinarius cōtulit beneficiū reseruatū Papæ, sua collatio nulla non dat titulū coloratū. Si diceret: quare ergo oporteret facere mentionē de tali detentione annali? potest dici, ꝙ cùm ignorātia reseruationis habeat in se iustum colorē ignorantiæ, iste iustus error iuncto spatio anni æquipollet possessioni coloratę: ex quo ordinarius & possidens ignorauerūt de hac speciali reseruatione. Et licet, ut dixi, ista sit mera detētio, ꝓpter decretū, tñ quia cōcurrit iusta ignorātia, æquipollet ista colorata detentio coloratæ possessioni, ideo ꝙ ex illo Papa uult de hoc informari, sicut de iure uult informari de possessione colorata. ¶ Et si diceret, quid si reseruatio, super qua fundať impetratio, esset generalis? Dicerē, ꝙ tunc non est opus facere mentionē de detētione alterius. Primò ꝓ prædictā decis. Ro. lxxij. quæ pōderat expresse reseruationē specialē. Secundò, qa non pōt uerisimiliter allegari ignorātia ipsius generalis reseruationis: & sic illa detentio nō habet in se ullum colorē iuris, uel facti.

¶ Et hoc intellige de reseruatione notoria, de qua constet, sicut in c. licet. de præb. in vj. Secus fortè de aliis generalibus reseruationibus beneficiorū, putà capellanorum, collectorū & subcollectorū: nam cùm de illis posset esse dubiū, utrùm sint, uel fuissent tales, & sic beneficia reseruata, fortè illa detētio esset ita digna mētione, sicut illa, cui apponit̃ reseruatio specialis. Ad qđ in simili pōdera d. decis. Rot. de resti. spo. iij. iūcto prin. cum fi. Quod aūt dixi §. nō oportere facere mētionē de possessione colorata, quæ nō est annalis, nō reperio ab aliquo tactū: sed ita habui à curia, ut prædixi, & multùm probať in dicta regula cāncellariæ xxxij. Et prædicta no. tanquā à nullo alio hucusq; deducta. ¶ Quartò no. ꝙ dispositio d. c. cùm nostris. ꝓcedit, qñ aliqd corporale & tēporale possideť: secus, si aliqd incorporale, ut canonicatus, sm Lap. alleg. xvj. Allegat Io. An. in d. c. cùm nostris. ¶ Quintò no. ꝙ † possidens coloratè beneficium, licet aliàs collatio nō tenuerit, non pōt amoueri sine causæ cognitione, sm Domi. in d. §. sed obijcit. ij. q. iij. Allegat Compost. in c. capitulū. §. eod. Sed beneficiū non possessum coloratè pōt cōferri ꝑ habentē potestatem, ꝙ d. c. cùm nostris. sm eum. Et qñ intrusus sit citandus ante q̃ auferať ei possessio, uide text. & Doc. in c. licet. de ꝓb. in vj. & quæ dixi latè in c. cùm olim. de re iudi. & ponit elegāter Domi. in d. §. obijcit. qñ ad obtinēdam restitutionē beneficij habeat spoliatus docere de sua possessione saltē colorata: de quo dic, ut ibi, & in locis, quæ ipse allegat. ¶ Sextò not. ꝙ sicut uitiať impetratio beneficij certi, nō facta mentione coloratę possessionis, ita impetratio beneficij incerti. Vñ si dať executor ad prouidendū de uacaturo, nō intelligit̃ de eo, qđ uacabit de iure, & nō de facto, sm Pe. de An. in repe. c. si propter tua debita. uer. & istā distinctionē collegi. de rescri. in vj. ubi facta lōga distinctione, an & qñ executor possit ꝓuidere de beneficio ab alio possesso, quā dicit se collegisse ex uarijs apostillis Ioan. An. in d. c. cùm nostris. subdit id, qđ est dictum tanquā nouū: & ꝙ ipse habuit in facto, in quo aliq dicebant aliter, uolentes, ꝙ c. cùm nostris. intelligať, quādo sunt specialiter impetratæ literæ super certo beneficio, tanquā uacante, qđ non uacat de facto: secus, quādo literæ impetrant̃ super uacante, uel uacaturo. Sed sm Pet. non apparet ratio sufficiens differentiæ. Itē sciēs beneficiū uacare de iure, & nō de facto, de facili posset fraudare mentem d. c. cùm nostris. impetrādo generaliter beneficiū uacaturū, uel uacans,

cans, tacita illa possessione colorata, ut latiùs ꝓ eum: & sequitur ad literā do. Ma. in repe. c. postulasti. uer. quartò notandū. §. eo. exclamās de hoc, & dicēs se nō legisse alibi. Sed adde, ꝙ hoc dictum sequitur Collector Ro. decis. cxcv. Habēs gratiā. in nouis, & in addi. & illa additio nō est impressa in Rota per rubricas, de præb. decis. x. in nouis, ubi est illa decisio, Habens gratiam, &c. Contrarium tenuit Lap. alleg. lxxxiij. dominus Papa, in pe. col. qa in talibus generalibus literis nō præsumit̃ tacuisse possessionē ex fraude, sicut præsumit̃ in literis ad certū beneficiū, nec posset exprimere qualitatē omnium beneficiorū: tamen magis placet opi. Pe. de Anc. quia ista ratio differētiæ inter literas speciales & generales non est cōclusiua: imo ratio c. cùm nostris. militat in utrisq;, s. quia Papa in dubio non intendit præiudicare possessori. Nec obstat, ꝙ nō posset exprimere impetrās qualitates omniū beneficiorū: quia satis est, ꝙ dicat in suis literis de uacatione iuris, uel facti. Et uide Imol. in d. c. cùm nostris. uer. circa tertiū. ubi licet nō faciat mentionē de dictis decis. concludit idē, qđ Pe. de An. in d. c. si, ꝓpter. quia in generali dispositione nō debet uenire id, qđ quis nō esset in specie uerisimiliter cōcessurus. Et refert Compos. in c. capitulū. §. eod. dicentē se sæpiùs ita clamasse in curia. Tñ cōmunis opi. Doc. in d. c. cùm nostris. tenet istud, qđ dicit Lap. Et ita Car. & Pe. de Anch. ibi, sm Inn. Et idem do. Abb. ibi in uer. Qđ bene notabis. ¶ Septimò no. ꝙ gratia Papę etiā fauorabilis loquēs de fructibus beneficiorum uacantiū alteri dādis, intelligitur de beneficijs uacantibus de iure & de facto, nō de iure tantùm, secundū Pe. de Anch. latè in d. c. si, ꝓpter. xxxviij. col. uer. ad ꝓpositam. de rescri. in vj. dicentem, ꝙ quamuis in casu illius c. materia sit fauorabilis, non uenit tale beneficium: quia uerbū Vacare, adaptatur ad beneficia à nemine possessa, nec est uerisimile, ꝙ 35
per tales literas Papa uelit in quietare illū, qui præsumitur iustè possidere: & generaliter in literis & priuilegijs uerbū Vacare, debet intelligi de uacatiōe iuris & facti, ut ꝓ Io. An. in d. c. cùm nostris. & latiùs de hoc ꝑ Pet. de Anch. ut §. reputantē hoc esse nouū. ¶ Octauò not. ꝙ si expectās Apostolicus prætendat permutationē fuisse factam in fraudē ipsius, & ex hoc acceptet beneficiū inter alios permutatum, iuxta c. ij. de renun. in vj. si ꝓpositur tali beneficio, est restituēdus, ꝓpter coloratā possessionem attētis uerisimilibus cōiecturis, licet re uera appareat nihil fraudis interuenisse, sm Ro. in tit. de re. permu. cōclus. ulti. in antiquis. ¶ Nonò no. ꝙ dispositio dicti c. cùm nostris. nō est exorbitās. Vnde nedum in beneficialibus, sed etiā alijs impetrationibus dicendum est, ꝙ non extēduntur ad possessa per alios, ut est casus, & ibi glo. in c. ij. de deci. in vj. & patet in c. dudum. eo. ti. & ibi Inn. Ratio enim d. c. cùm nostris. est generalis, uidelicet quia si fuisset expositum Papę, ꝙ alius erat in possessione colorata, non sic de facili cōcessisset rem 36
ab alio possessam. Ergo impetratio fuit surreptitia, per c. postulasti. §. eo. Ita dicit Domi. in addi. ad consi. Cald. de præb. xxix. concludēs contra Cal. ꝙ nō ualet impetratio facta de beneficio unito, nō facta mētione possessionis obtentæ uirtute illius unionis, quāuis unio esset nulla. Considera, quòd si unio erat ipso iure nulla, non uidetur possessio colorata, ut dicitur de collatione in d. c. cùm nostris. Sed si unio erat in titāda, uidetur uera opi. Domi. ¶ Decimò no. quòd si aliquod beneficiū uacat notoriè de iure, tamen de facto nō uacat, si expectans non acceptet ipsum intra mensem, de quo in literis suis, iuxta cle. j. in fi. de concess. præben. non pōt eum acceptare post mensem, sm Old. cōsi. cclxxxij. Casus talis est. in fin. Et parū sibi præiudicať: quia gratia sua salua manet ad alia beneficia acceptāda. Et in hoc nō haberur in cōsideratione laudabilis respectus, ꝓpter quē impetrans non acceptauit, uidelicet qa execratur lites, quamuis aliàs hoc nō sit improbādum, l. item si res. §. j. ff. de alie. iu. mu. cau. fa. Idem fortè sensit gl. in c. si clericus. in uerbo, negligenter. in prin. de præben. in vj. dum dicit, Vel execrabatur lites: & sic sentit in hoc, ꝙ omisit acceptare beneficium, in quo opus erat litigio, ꝓ quod uidetur loqui de beneficio ab alio possesso, & nō uacāte de facto. Si enim nemo ipsum possidet, non uideť esse opus litigio. Et eandem expositionem facit ibi Arch. super uerbo, negligēter. ¶ Sed domini de Rota in ti. de concess. præb. concluſ. xlvij. in antiquis, primò referūt hāc opinionem dicētem ita tenere Io. Mo. Arc. & Io. An. in c. si clericus. de præb. in vj. postea dicunt, ꝙ contrariū tenēt domini auditores, uidelicet quòd ista non acceptatio nō nocet tali timēti lites cum possidente de facto: nec tenetur expectās acceptare, nisi beneficiū uacās de iure & de facto: quod dicunt esse satis iuri consonum: qa fortè ille non habet, de quo litiget, & posset incurrere multa pericula litigādo. Item tenet Aegi. Belle. concluſ. Rotę dec. In casu cōclusionis. dicēs, ꝙ possessio aliena impedit & excusat habentē acceptare. Fortè precedēs opinio procedit, ubi notorium est, quòd beneficium uacat de iure: sed ista procedit, ubi ignoratur, uel est dubium. Tamē in practica prætaleret indistinctè ista secunda propter authoritatē Rotæ, & habet in se æquitatē, s. propter laudabilē execrationē litium. Et prodistinctione, quam dixi inter uacationem notoriam, & non notoriā, uide in terminis Lap. alleg. lxxxiij. Dominus Papa. ubi eleganter dicit idem, uolēs, quòd expectans potest acceptare uacans de iure, licet nō uacet de facto: & quòd si nō acceptat intra mensem, nō pōt amplius acceptare: & currit mensis à die, quo habet notitiam uacationis: sed quandiu est occulta, non currit: & sic nō requiritur, quòd sit notoria, sed satis est, quòd sit nota, secundum eum. Tamē, ut dixi, ſtaretur potiùs decisionibus Rotæ. ¶ Vndecimò no. quòd † ualet collatio facta motu proprio Papæ, licet non faciat mētionem dictæ possessionis coloratæ, secundum Cald. in ti. de rescrip. cōsi. xiij. quia motus proprius excludit subreptionem, c. nō pōt. & c. si motu. de præb. in vj. & idem not. Cal. in d. c. cùm nostris. sed do. Ant. ibi tenet cōtrarium: quia licet motus ꝓprius firmet rescriptum cōtra uitium subreptionis, d. c. si motu. nō tamē firmat cōtra aliud impedimentū, ut ibi notatur: quia non est uerisimile, quòd Papa uelit priuare possessorem iure suo sic ex abrupto. Sequitur Imo. in d. c. cùm nostris. uer. in Papa autem. & ibi etiam do. Ab. uer. sed do. Anto. Et istud cōfirmare potes multipliciter per ea, quæ nouiter reduxi in c. ad aures. §. eod. ¶ Duodecimò not. quòd ista
4 clausula, Non obstāte collatione[a] alteri facta, operetur, quòd literæ nō cēsentur subreptitiæ, quasi non sit facta mētio de colorata possessione, secundum Imo. in c. causam, quæ. in fi. §. eo. 36
& ibi dixi. ¶ Tertiodecimò † & ultimò not. quòd nō nocet tacere coloratam possessionem alterius, quādo est inducta tali modo, quòd si Papa illud sciuisset, facilius cōcessisset literas: putà, si priùs Papa reseruasset sibi beneficium cum clausula decreti, & aliquis cōtra dictā reseruationem acceptasset possessionē beneficij: quia licet ista possessio esset colorata, tamē si impetrās narrasset, qualiter aduersarius possideat cōtra reseruationem Papæ, adhuc Papa facilius concessisset: quia istud magis ualidabat, & impugnabat petitionem supplicātis: & ideo sumus in casu c. super literis. §. eo. quia nō est tacitum tale quid, quo expresso Papa nō concessisset. Ita eleganter decīdit Bartholomæus de Zabarel. archiepiscopus Spalatensis in d. consil. viij. Zampetrus. in iij. charta. ¶ Non tamē aperit, quid si illa possessio fuisset acceptata ignoranter, putà quia nesciuit de decretis & tunc fortè istud notabile non procedit, quia licet decretum afficiat ignorantes, tamē ipsa ignorantia uide-

[a] *Non obstante collatione] De hac clausula uide do. Alex. de Imol. in suo consil. cxxv. ij. parte.*

turreddere possessionem excusabiliorē & dignā mentione. Certè ad materiam d.c. cùm nostris. uide p Scribentes ibi. Et circa dictum Inno. ibi de collatione facta criminoso, uel indigno, quando sit nulla, uide, quæ dixi in c. querelam. de iureiur. & plenius in c. ij. §. eod. ubi multa inuenies. ¶ Trigesimumseptimū corollarium.

37 Non † oportet facere mētionem de modo uacationis, & omnis modus comprehenditur, quando nullus exprimitur, secundū Lap. alleg. vj. & Ro. in isto ti. conclus. in fi. & est additio: & Domi. post Ioan. de Fan. in c. susceptum. de rescrip. in vj. dicentem pro hoc facere gl. in clemen. j. in uerbo, quamuis. de præb. quæ uult, quòd non est necesse exprimere modum, per quē prouideretur beneficio: & dixi §. corollario xxxij. uer. & no. quòd similis. Facit etiam, secundum Domi. gl. in uerbo, uacationibus. in c. cupientes. in princ. de elec. in vj. quæ uult, q uerbum Vacatio, simpliciter prolatum, includit omnē modum uacandi, etiam in materia pœnali. Et cum istis concordat do. Maria. in repe. c. postulasti. uer. secundò notandum. §. eod. & Fran. Paui. in tractatu De se. ua. fol. ix. ibi, etsi nullus modus. Adidem pondera gl. in c. ſ, per. in uerbo, uacabunt. de rescrip. in vj. & gl. ij. in c. j. ne se. ua. cod. lib. Facit etiam glos. in clemen. ne Romani. in uerbo, moriente. de elect. & in clemen. j. in uerbo, morì. ut lite pen. & in c. ſ cui. in uerbo, moriatur. & in c. quāuis. in uerbo, decedentium. de præben. in vj. & in c. fi. in uerbo, decessum. de concess. præben. eo. lib. & quod latè scribit do. Abb. in disputatione incip. episcopus & quidam rector. in ulti. dubio, dum decidit q. quæ aliàs fuit in facto, & de qua ipse meminit in c. licet. uer. sed aduerte ad unam notabilem obiectionem. de elec. Si tamē in impetratione beneficij exprimeretur unus modus uacationis, non ueniret alius, c. susceptum. de rescri. in vj. & dicitur paulo pòst. Nec obstant aliquæ ex glo. præall. leg. dum extendunt text. loquentes ad uacationem per alios modos: quia loquuntur in materia non odiosa: sed text. in c. susceptum. Procedit in odiosis & ambitiosis, secundum do. Ab. in d. disput. episcopus. ad fi. & Domi. in d.c. susceptum. Et prædicta teneas, licet aliqui aliter dicant, ut ibi per Domi. Et cum istis cōcordat Bald. in c. cùm accessissent. §. ti. proxi. ¶ Limita primò hoc corollariū, nisi impetretur rescriptū, Si neutri: quia debet fieri mentio de qualitate beneficij, & de uacatione, & modò uacādi, secundum Ro. in isto ti. conclus. xxiij. in nouis, quam allegaui §. corollario xv. ¶ Limita secūdò, nisi præsentetur superiori decretum electionis, ut confirmet eam iuxta formam glos. in c. innotuit. in uerbo, decreto. de elec. quia in eo non solùm debet dici de uacatione, sed etiam de uacationis modo, secūdum Io. And. post Host. in c. post translationē. in prin. super uerbo, ad ecclesiam. de renun. & sequitur ibi do. Ant. uersi. ultimò dicunt hìc Doc. & etiam Domi. in j. q. & Domi. in d.c. susceptum. Sed dic, quòd istud non est necessarium etiam in decreto, secundum Imo. in c. ecclesia. lo j. in notabilibus, & in c. Cumana. de elec. & in d.c. post translationem. in j. col. post Card. ibi dicentem, quòd licet hoc fieri possit, nō tamen est necessariū, ut patet in d.c. ecclesia. & in d.c. Cumana. ¶ Quod autem dictum est, expresso uno modo uacationis non uenire aliū, fallit primò, ubi communis opi. est, q uacet uno modo: quia licet re uera uacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem, quando est unicus impetrās ex illo capite putatiuo, & non habet coimpetratorem, qui impetrauerit ex alio uero capite, secundū Lap. plenè alle. lxxxix. duo prælati. & sequitur Domi. in d.c. susceptum. & Mari. in repe. c. postulasti. §. eod. ¶ Fallit secundò, nisi aliud appareat de intentione impetrantis, ut dicitur in tex. in d.c. susceptum. & no. Lap. in d. alleg. ¶ Fallit tertiò in acceptatione: quia licet beneficiū acceptetur, tanquam uacās per mortem Sempronij, & in ueritate uacet per mortem Titij, hoc non uitiat acceptationem, si aliàs cōstat de corpore, secundum Domi. in d.c. susceptum. Allegat Rotam, quæ hodie est de rescri. xxij. in antiquis, & de concess. præb. ij. in eisdem. Et scias, q ualet acceptatio expectantis non exprimēs modum uacationis, secundum Rot. de præb. decj. xxij. in nouis: & de concess. præb. vij. in eisdem. ¶ Fallit quartò, quādo exprimitur certus modus uacationis cum clausula, Vel alio quouis modo, secundum Rotam in isto tit. decis. xvij. in nonis: & eod. ti. xlvij. in antiquis: & de re iud. xij. in nouis, in fi. Sed arduum est dubiū, utrùm illa uerba, Vel quouis modo, possint importare, q etiamsi uacaret ex persona alterius, cū illius, de quo est dictum, impetratio tamen ualeat uirtute illius uerbi: de quo uide Domi. in d.c. susceptum. concludentem post Io. dē Lig. & Io. de Fan. & Rotam, q uenit etiam uacatio per mortem alterius. Et ita firmat Rot. de cōcess. præb. decis. xlix. in antiquis: & solenniter in tit. de præb. cōclu. xij. in antiquioribus: quia illa uerba respiciūt ipsum beneficiū, non autem personam. ¶ Sed contrarium, q imo illa uerba, secundum, Vel alio quouis modo, intelligantur ex persona expressa, nō ex alia, tenet Lap. in d.c. susceptum. dicēs se ita cōsuluisse & obtinuisse. Et idem tenet latissimè Ro. in ti. isto decis. j. in nouis: & eo. ti. decis. viij. xxxvij. & xlvij. in antiquis: & Aegi. Bel. decis. Ro. dcx. Licet palatium. & Imo. post Car. in c. fi. in prin. de præb. & do. Maria. in repe. c. postulasti. uersic. sed circa prædicta. §. eod. & do. Car. consil. xxxiij. incip. In hac dubia causa. nisi, secundū eum, diceretur, Vel alio quouis modo uacet: propter illud uerbum, Vacet, intelligitur, etiamsi ex persona alterius. Sunt enim duæ propositiones, & sic ad diuersa subiecta referūtur, ut etiāsi uacet ex persona alterius, debeatur. Et istud consonat, licet etiam hoc casu cōtrarium teneat Rot. prælle. xxxvij. in isto ti. in antiquis. Et adde, q prædicta procedunt, etiam quādo exprimuntur duæ personæ, tanquā beneficium uacet ex altera earū: quia si uacat ex persona tertij, non ualet impetratio, secundū Aegi. in d. decis. dcx. ¶ Fallit quintò † in materia nō odiosa: qa ueniunt in ea omnes uacationes, licet exprimatur uacatio per mortem, ut per do. Abb. in d. disput. episcopus. & in gl. paulo antè allegatis, & per Domi. pulchrè in d.c. susceptū. in fi. ¶ Cęterùm quando apostillabis d.c. susceptū. memento primò, q rescriptum Concedente, uel decedente, nō extenditur ad priuationem, secundū Tho. Fastoli dubio Rotæ xlvj. Die Mercurij. Item si dicitur in rescripto, Prouideas Titio de præbendis, portionibus & præstimonijs decedentium: ista omnia referunt ad præstimonia. Vnde si præbenda aliter uacet, cū cessione, uel morte detinentis, ille modus uacationis expressus refertur solùm ad proximā, secundum Tho. Fastoli dubio præal. & retuli in c. causam. §. eo. Item scias, q literæ ad beneficium uacaturum per priuationem Titij expirāt illo mortuo ante priuationem, nec post mortem priuari pōt, secundum Rot. in ti. ut lit. pen. decis. ulti. in nouis. Item scias, quòd impetrans beneficium uacaturū ex cōtractu matrimonij nō habebit uacans per renunciationē in cancellaria factam, secundum Rotam in ti. de præben. conclus. xxj. in nouis. Item mandatum Papæ de prouidendo Titio post priuationem faciendam de homicida expirat, si ille homicida priùs renunciat bona fide, ignorans de tali impetratione: secus, si sciret, fm But. consil. xliij. In Christi, &c. aggrediar fm, de quo nunquam sis oblitus. Secus, si esset priuatus ipso iure. Rota de re iud. v. accusatus coram ordinario. in antiquioribus. Et ibi etiam, q ualet renunciatio facta ab illo, cōtra quem inquiritur de crimine digno priuatione. Facit gl. in c. ij. in uer. si ita. ut li. pen. in vj. ¶ Scias etiam, q si quis narret in supplicatione, q beneficium uacat, c. de multa. de præben. & c. licet canon. de elec. in vj. & probat de uacatione, per c. licet nō obtinebit: quia hoc est impossibile stante primo modo uacationis, quem assertiuè firmauit,

uit, secundum Rot. in isto tit. cōclus. xiij. de quo dixi in c. ij. §. eo. Item scias, q gratia mea super assecutione beneficij tui, qd speratur uacare per assecutionē à te fiendam de alio, & oblationē à te factā de primo dimittendo, expirat, si obtines à Papa posse illud permutare, & fm retinere, etiamsi de mea gratia nihil dixeris, nisi in gratia mea diceretur, Vel alio quouis modo, fm Rot. in ti. de re iudi. conclus. xij. in nouis: quæ melius stetisset in isto ti. Et adde, q impetratio de beneficio tanq uacante per mortem, nō ualet, si ille uiuit, licet postea moriatur, ut est regula cancellariæ xx. quæ incip. Item uoluit, quòd si quis supplicauerit. Et adde, q non ualet impetratio facta tanq de beneficio uacante per mortem, qñ mortuus erat solùm electus, nō cōfirmatus. Rota de elect. v. item q cùm ad capitulum. in nouis, pter gl. quā extollit in cle. j. in uer. collatio. ibi usq ad confirmationem. ut lit. pen. Sequitur etiam Ab. ibi post alios, & Domi. in c. ſ electio. de elec. in vj. Et per eam dicit Bal. in repe. l. Aemilius. ibi, dicuntur decessisse. ff. de mino. quòd aliud est esse cōferendum, aliud esse collatum. Et quòd si moriē in curia ille, cui beneficium erat conferendum, non uacat in curia: secus, si erat collatū. Et dum illa glo. dicit, q collatio tollit uacationē ecclesiæ, limita, nisi sit appellatione suspēsa. Domi. in c. ſ post quam. in fi. propter gl. not. ibi de elect. in vi. Quod nota cōtra impetrationem factam ob talem uacationem. Item nota, quòd si quis impetrat beneficium uacans, uel uacaturū mortę Titij, licet ueniat beneficium uacās etiam morte uiolenta, ut per Domi. post Doctores in d.c. susceptum. in j. col. tamen si impetrans fuisset causa mortis Titij, nō ualeret impetratio, fm Ana. in c. fi. de homi. per id, qd dicit Bald. in l. si tibi. C. de do. ante nup. dicens, quòd licet donatio, quæ confirmatur morte, ita confirmetur, si qs interficitur, ac si moreretur morte sua, ut ibi: tamen fallit, si interficitur à donatario, per id, quod habetur in l. si ab hostibus. §. si uir. ff. sol. ma. ¶ Cōsidera, quòd si dictus impetrans fuit causa mortis illius, adeo quòd sit in culpa, in dubitatum est, quòd non debetur ei beneficium propter irregularitatem. Sed si fuisset causa, tamē caruisset culpa, non credo, q dictum Ana. procederet, ex quo nō est incapax beneficij habiti, uel habendi. Tamen cogitabis. Quomodo aūt uerum sit, q dicta impetratio uerificetur etiam in morte uiolenta, uide copiosè Ana. ubi §. & latissimè per And. Sicu. in rep. c. Raynaldus. in iij. chart. j. de testa. Adde etiā istis omnino Fran. Paui. auditorem Rotæ in aureo tractatu, De sede uacante, fol. viij. ubi ponit infinita de uerbo Vacare, & xij. modos uacationum ecclesiarū. ¶ Trigesimumoctauum

39 corollarium. Facienda † est mentio de iurepatronatus laicorum, secūdum Domi. & alios in c. ij. de præb. in vj. etiamsi specialiter ad laicum & clericū simul, ut per Domi. in c. j. in fi. de iure pa. in vj. quē sequitur Maria. §. eo. postulasti. xxxiij. col. uer. quartò quęro. Et si spectat ad collegium, non sufficit facere mentionem de personis per uerbum non collectiuum, ut dixi c. eam te. in iiij. declara. §. eo. sub uer. aliud singuli, &c. Et ad istam cōclus. uide, quæ iam pridem reduxi in quodam breui tractatu de Iurepatronatus, ubi ipsam ampliaui xj. modis, & totidem modis limitaui: & illum tractatum soleo referre abbreuiatè in c. dilectus. de of. leg. dic, ut ibi: ubi multa inuenies quotidiana. Vnum adde no. dignum, q si in supplicatione diceretur, quòd supplicans petit derogari patronis, licet de iurepa. eorum non clarè constet secundum ipsum, & postea patroni non probent, quòd tempore impetrationis clarè constabat de iure eorum, dicetur eis derogatum, quantumcunq hodie docuerint, quòd ad eos uerè spectat & spectabat ius pat. quia adhuc uerum est, quòd tunc clarè non constabat. Ita consuluit do. Card. consil. lxxj. Vacante quadam parochiali ecclesia. Quod perpetuò no. ad multa. Item dum dixi in dictis locis, quòd istud corollarium

nō procedit in iurepa. pertinente ex præscriptione, adde plenum consilium An. Sic. & Alex. quę consilia sunt in consilijs Alex. mihi in numero dlvj. In Christi, &c. uiso puncto. & consilio seq. Redemptoris nostri, &c. uisis & ponderatis narratis in themate. Et caue: quia illa dicta præsupponunt unum, quod est ualde dubium, uidelicet quòd ex sola præscriptione ille, qui non est patronus, possit effici patronus: in quo Arc. tenet contrarium latissimè in c. hortamur. lxxj. dist. cōtra quem insurgit uehementer Io. An. in regula, quod alicui suo. de reg. iur. in vj. Conatus fui adaptare eorum opiniones p nouam concordiam in c. causam. de rescri. Et de prædictis postea feci mentionē in d. tractatu, De iurepatronatus nuper hìc impresso pleniori stylo, quàm primitùs ipsum ediderim. ¶ Trigesimumnonum corollarium:

40 Oportet † exprimere ecclesiā cathedralem: aliàs impetratio de beneficijs uacaturis in aliqua ecclesiarū diœcesis non cōprehendit eam. Ita tex. in c. quamuis. lo j. ff. responso, de præb. in vj. Et habet locū ille tex. etiā in dispensationibus. Vnde dispensatus iuxta formam c. j. de fil. presbyt. in vj. non poterit habere præbendā ecclesiæ cathedralis, ut per Io. An. in addi. Spec. super rub. de fil. presbyt. & Rot. in tit. de filijs presbyt. ij. in no. & de offic. ordi. conclusi. iiij. in antiquis: & in tit. de fi. presby. concluſ. j. in eisdem. & latè Domi. in c. j. de fil. presby. in vj. dixi in c. postulasti. vij. conclusi. §. eo. Et impetrans gratiā, ut sibi prouideatur de uno, duobus, uel tribus beneficijs ecclesiasticis, in tali gratia non cadunt canonicatus ecclesiæ cathedralis, sed bene canonicatus ecclesiarum inferiorum, secūdum Cal. in ti. de præb. cons. xxxj. Et in gratia impetrantis ad collationem episcopi & capituli non includuntur beneficia ecclesiæ cathedralis: Ol. consi. clxxxv. Thema tale est: Titius. Et ista sunt inducta propter excellentiam ecclesiæ cathedralis, ut dicitur in d.c. quamuis. Per quem text. dicit dō. Ab. in c. at si clerici. in prin. xiij. col. de iudi. q ea, quę sunt digna speciali nota, non ueniunt in generali sermone, licet ex proprio significatu uerborum cōprehendantur. Et intellige hæc in materia odiosa, qualis est ista: secus in fauorabili, ut p do. Ab. in c. cùm super. in ij. no. per illum tex. de sepul. & Doc. in c. quāuis. Et no. q quādo exprimitur ecclesia cathedralis, non est opus exprimere nomē sanctiti licet secus sit in expressione ecclesiarum inferiorum. secundum Lap. alleg. xvj. Allegat Io. An. in d.c. quāmuis: & ibi gloſſ. in uerbo, extendit. Subdit Lap. de mente Io. An. & dictæ gloſſ. quòd etiā in locis solennibus habentibus ecclesias matrices, non est opus exprimere nomē sancti, licet quandoq aprimatur. Exemplificant in ecclesia Pratensi in Tuscia & similibus: & sequitur etiam ista Domi. in d.c. quamuis. per c. causa Carpensis. de uer. sig. ubi appellatur ecclesia sub nomine loci, & tamē nō est cathedralis. Adidem c. j. de mu. pet. & glos. Zenze. in extra. quæ incipit, si fratrum. in uer. Auinionensi. & no. Imo. in c. cùm adeo. per illum tex. §. eo. ¶ Fallit primò istud corollarium, quādo agitur de beneficijs modicis, uel minoribus ecclesiæ cathedralis, ut uicaria: quia ueniunt sub gratia, licet non exprimat ecclesia cathedralis, secundum Rotā in ti. de præben. conclus. vij. in antiquis. ¶ Fallit secundò in canonicatibus alterius ecclesiæ, cuius canonici ueniunt ad diuina in ecclesia cathedrali, secundum Rot. ibidem. ¶ Fallit tertiò, nisi quis expectaret ad collationem decani, uel capituli ecclesiæ cathedralis: quia pōt acceptare beneficia uacantia in ecclesia cathedrali, secundum Rot. in ti. de concess. præb. conclus. xxxj. in antiquis. ¶ Fallit quartò in beneficijs, quæ sunt in circūferentijs ecclesiæ cathedralis, fm Rot. in ti. de præben. conclus. vij. in antiquis, quæ etiā reassumitur in ti. de præben. cōclusij. in antiquioribus, nisi officiantes illa beneficia perciperēt reditus ab ecclesia cathedrali, ut ibi. ¶ Fallit quintò, quādo alia qua ecclesia, quę nō erat cathedralis tempore impetra-

c. in nostra.

tionis, efficitur cathedralis hodie: quia ista mutatio nō
nocet iuri quæsito ad rem in illa ecclesia ante mutatio-
nem status, secundum Domi. post Io. An. in d.c. quāuis.
Facit extrauag. Ioānis XXII. sedes Apostolica. quæ est
fol. cj. impressarū, uolens dimembrationē diœcesiū nō
nocere expectatiuis priùs datis. Et isti sunt duo casus,
in quibus nō attenditur præsens status beneficij: aliàs
enim secus, ut dixi ſ. eod. eam te. ad fi. ¶ Fallit sextò,
quādo scribitur, ut prouideat de beneficio spectāte ad
collationē episcopi: quia includitur ecclesia cathedra-
lis, si episcopus habet ibi collationē beneficiorū, secun-
dum Rot. in ti. de concess. præb. decis. viij. in nouis, post
Io. An. latè in d.c. quāuis. ubi uide Domi. in prin. Et di-
cit Ro. in d. loco d.c. quāuis. est tenendū in terminis su-
is, ſ. quando illa uerba posita in c. quāuis. inseruntur in
gratia impetrantis, uidelicet quādo mandat in aliqua
ecclesiarū ciuitatis, uel diœcesis prouideri: aliàs non.
¶ Fallit septimò in dispensatione non habente uerba
arida, & arcta, sed plena, ut si dispēsatur in omni eo, qđ
est circa dignitatē, & in beneficio curato: qa tunc inclu-
ditur, etiam canonicatus ecclesiæ cathedralis, ut elegā-
ter & mirabiliter decīdit Old. inducendo Spec. & Hosti.
consi. ccxv. Puncta breuia. iij. col. uersi. deinde dicitur, cp
dispensatio. ubi uidere potes: ideo nō extendo. Per quę
omnia habes, an & quando facta mentione generali ec
clesiarū, ueniat cathedralis. Cæterùm memento, quòd
ubi fit mentio de cathedrali, & etiā ubi in fallentibus spre-
dictis nō ueniunt canonicatus ipsiusecclesię cathedra-
lis, nisi exprimantur, ut per Inn. & omnes in c. fi. de præ-
bend. exceptis iij. casibus, quos nouiter enumerauī ſ.
eo. postulasti. in ij. conclusione. Et scias, quòd reuocato
ria gratiarum, quas facit nouus Papa, non extenditur
ad expectatiuā super dignitate & præbenda, si iam sor-
tita est effectum in dignitate, sed nō in præbenda etiam
nō annexa. Tho. Fastoli dubio Rotæ xlviij. incipi. Eo die
dominus Ademar. ¶ Quadragesimum & ultimum
41 corollarium. Oportet, quòd † clericus secularis impe-
trans beneficium regulare, faciat mentionē de eius na-
tura: aliàs impetratio non ualet, secundum Bald. in l. fi-
decommissa. ſ. si seruo. ff. de leg. iij. dicētem, quòd si cle-
ricus secularis impetrat beneficia non cōsueta dari cle-
rico seculari, non ualet impetratio: quia Papa etiā mo-
tu proprio non uidetur uelle aliter rescribere, quàm sit
consuetum. Et hoc dictum sequitur do. Maria. consi. mi
hi xxiij. Bonæ memoriæ Pius II. ad fin. & in rubrica de
consue. in ij. char. & de hoc per glo. ij. & Doc. in c. posses-
siones. de re. eccl. non alie. Sed hodie uide text. cum ma-
teria in c. cùm de beneficio. de præben. in vj. ubi quan-
do scribitur pro clerico de prioratu seculari, nō potest
prouideri de prioratu regulari, nisi expressè caueatur.
Et ibi dicitur, quòd beneficium dicitur seculare, quādo
ab uno, uel pluribus fuit gubernatum: uel seculare, eti-
amsi antè, uel pòst religiosi quandoq; ministrauerint
in eodem. Et no. ibi gloss. in uer. pòst. quòd administra-
tio sequens non tollit præscriptionem, nisi alia interue
niant, quæ ius aliorū habeant perimere. Et illam gloss.
allegat do. Card. consi. cxxxj. Reperitur quoddā instru-
mentum. in fi. quòd præscriptio completa non interrū-
pitur: & no. etiā do. Abb. in c. auditis. in ulti. no. de præ-
scrip. ¶ Cæterùm pro ornamento d.c. cùm de bene-
ficio. apostillabis ipsum ex infrà scriptis decem notabi
libus, quę pro maiori parte sunt ultra omnes doctores
ibi. ¶ Et primò uide do. Abb. in c. fi. in ulti. char. uer.
distingue tamen. j. de consuetu. ubi extollit d.c. cùm de
beneficio. in uer. ab uno. quòd unicus actus habēs cau
sam successiuam, sufficit ad inducendam consuetudi-
nem, si habuit continuationē per tantum tempus, per
quod inducitur consuetudo: de quo latiùs per Imol. in
d.c. fi. uersi. item requiritur. ¶ Secundò nota diligen-
ter, quòd non sequitur, Tale beneficium est guberna-
tum per clericos seculares per quadraginta annos, uel
econuerso per regulares: ergo talis status est impre-
sus: sed oportet, quòd actum sit à principio per episco-
pum, quòd sic regatur, secundum Domi. latè post Lap.
in dicto c. cùm de beneficio. Fatentur tamen, quòd po-
stea potest continuari bona fide per aliquem, qui pote
rit incipere. Et subdit Domin. post Ioan. de Lig. quòd si
religiosus præficiatur ecclesiæ parochiali seculari, iuxta
c. quod Dei timorē. de sta. mo. licet per xl. annos sit gu-
bernatum per talem, tamen poterit etiam seculari assi-
gnari. Et facit, secundum eum, & bene, consilium Cald.
in ti. de præben. consi. xix. Et ad idem adde Cald. de cō-
sue. consil. j. & uide Domi. ibi in addi. ubi etiam firmat,
quòd in casu c. cùm de beneficio. presupponitur, quòd
conferens beneficium facit animo & intentione impri-
mendi illum statum in beneficio ita & taliter, quòd illi
& non alteri non habenti illam qualitatem tale benefi
42 cium cōferatur. ¶ Tertiò nota, quòd † episcopus po
test unire beneficium seculare monasterio monacho-
rum, & statuere, quòd per monachos regatur: & tale sta
tutum operatur dispensationē cum monacho ibi præ
ficiendo, ut possit regere beneficium, licet aliter episco-
pus expressè non dispenset super hac translatione, se-
cundum Rotam in ti. de offic. ord. decis. iij. in antiquis.
43 ¶ Quartò nota, quòd † requiruntur xl. anni ad indu-
cendam consuetudinem, de qua in d.c. cùm de benefi-
cio. & ibi per gloss. in uer. legitima. & solenniter per Ro-
tam de præb. conclus. ij. in nouis. Et illa decisio, quam-
uis longa, hoc intendit in effectu, quòd uerbum Con-
suetum, requirit xl. annos, quando agitur de mutatio-
ne status in præiudicium tertij: secus, ubi soltùm agi tur
de mutatione usus: quia sufficit probare ultimum p ę
sentem statum etiam sine decēnio, nisi ex aduerso pro-
betur alius status præscriptus. Ex hoc sequitur corolla-
riū, quòd in casu d.c. cùm de beneficio. sufficit probare
præsentem statum, ut dicatur beneficium consuetū re-
gi per regulares, uel seculares: quia agitur de mutatio-
ne usus. Fallit hoc, ubi probatur de alio statu præceden
ti, uel sequenti, denotante beneficiū esse regulare: quia
etiamsi ille contrarius status non fuit xl. annorum, de-
bet præsens esse xl. annorum, nisi probetur olim fuisse
seculare ab initio, & hodie etiam dicatur esse tale, licet
interuenerit mutatio regularis naturæ non præscriptæ
xl. annis: tunc enim sufficit probare præsentem statum
secularem sola præscriptione xl. annorum: quia habet
colorem iuris communis, & est ei cōformis, iuxta gloss.
in c. fi. de consue. in vj. Sed si ille medius status regula-
ris non compleuisset præscriptionem xl. annorum,
non recederetur ab eo per præsentem statum non simi-
lem. Et ista omnia latiùs deducuntur per Rotam, de
qua meminit latè Do minic. in d.c. cùm de beneficio. Et
ita intellige ultra ipsum Rotam in ti. de proba. conclus.
xix. in antiquis, quæ uult, quòd in casu isto sufficit be-
neficium fuisse rectum per xl. annos per regulares. Et
quòd in dubio attendatur præsens status beneficij, ui-
de Bal. in l. si mater. per illum tex. C. ne de statu defunc.
cum concor. pluribus, quas nouiter dedi in c. eam te. ſ.
eo. ¶ Quintò nota, quòd non ualet impetratio cle-
rici secularis de beneficio regulari, nec regularis de se-
culari, nisi in signatura super petitione commendę hu-
iusmodi fiat mentio de statu beneficij, ut habetur in re-
gula cancellariæ Apostolicæ xlj. incip. Item uoluit,
44 quòd nulli. ¶ Sextò no. quòd si † regularis habuit
beneficium seculare ab episcopo, & spolietur, licet sit
inhabilis respectu tituli, tamen competit sibi possessо-
rium, & consequenter facit fructus suos: quia potest
præscribere, ut in d.c. cùm de beneficio. Ergo possidere,
per regulam, sine possessione. de reg. iur. in vj. secūdum
Rotam in tit. de rest. spo. decis. ix. in tit. de concess. præ
bend. decis. xxxiij. in antiquis. Et no. hanc suam conse-
quentiam ad multa. Et non intelliges de præscriptione
tituli quia titulus beneficialis nō acquiritur ex præscri
ptione,

ptione, ut tradit in regula j. de reg. iur. in vj. sed præscri-
bitur natura beneficij faciendo de seculari monasticū:
& econtrà. ¶ Septimò not. quòd beneficium spectans
ad collationem, uel præsentationem regularium, nō di
citur per hoc regulare, secundum Rotam in tit. de reser.
conclu. xlviij. in antiquis: & eo. tit. xij. in antiquioribus,
uer. nec ob. Et habetur principaliter in illa decisione, cp
priuilegium prælati regularis habentis sub se ecclesias
regulares & seculares, per quod nō arctatur recipere ali
quem ad ecclesias suas per generales literas, non intelli
gitur de ecclesijs suis secularibus, sed de regularibus, in
quibus propriè fit receptio. ¶ Octauò not. quòd col
latio facta canonico regulari de beneficio consueto so-
lùm clericis secularibus assignari, est nulla: nec excusat
negligentia habentis præsentare, uel conferre, quò mi-
nùs locum habeat deuolutio ad superiorem: ut Aegi.
Bel. decis. Rot. clxxij. Collatio facta. ¶ Non obstat di-
ctum Innoc. in c. cùm nostris, de consuet. præben. quia lo
quitur in casu, quo collatio tenuit ipso iure, licet priua-
ri posset propter crimen, ut in c. inter dilectos. de excess.
præla. secundum ipsum. Ad idem uide latiùs Rotam in
tit. de præb. cōclus. xxvij. in nouis, ubi dicitur, quòd col
latio facta de parochiali ecclesia consueta clericis secu-
laribus assignari, monacho, etiam de licentia abbatis
absq; dispensatione episcopi, ipso iure non ualet. Est ue
rum, quòd Aegi. Belle. conclus. Ro. decis. cclj. patronus.
multùm subtiliter opponit contra istam cōclusionem:
sed respondetur rationibus suis, ut per Rotam in tit. de iu-
repa. conclu. v. in nouis, qui concordat cum prædictis.
Et istas decisiones habeas familiares ad multa. Et dum
in eis fit mentio de Innocen. in c. cùm nostris. de consues.
præb. uide omnino, quæ dixi in c. ij. ſ. eo. dum tractaui
45 in princ. utrùm collatio facta peruro, uel aliàs crimino
so, sit ipso iure nulla. ¶ Nonò not. quòd † licet priora-
tus manualis confirmetur semel alicui, uel conferatur
per Papam, ut perpetuus, per hoc nō mutat naturam:
imo eo uacante reassumit ipsam, secundū But. in c. por-
recta. uer. & dicit, quòd per hoc. de confir. uti. uel inutil.
pòst Paul. & Lap. in locis ibi allegatis. ¶ Decimò & ul
46 timò not. quòd † ad ecclesiam, quæ consueuit per secu-
lares clericos regi, non possunt monachi præsentare re-
gularem. Ita dicit Pet. & Abb. antiquus in c. ij. j. de sup.
neg. præl. Intellige in nō curatis: uel, si non præsentarēt
illum, ut remaneret adhuc claustralis, per cle. j. eo. tit. se-
cundum Ioan. An. in d.c. ij. quasi dicat, sm Bu. ibi, quòd
ad curatum seculare possunt de iure promoueri, per c.
cùm ad monasterium. j. de sta. mo. Et ad istud notabile
uide omnino subtile consil. Fede. cxxxvj. Factū tale est:
quædā ecclesia. cum duabus subscriptionibus sequen-
tibus, ubi fit subtilis altercatio, utrùm dispositio dicti c.
cùm de beneficio. habeat locum in casu conuerso, uide-
licet utrùm sicut ibi de beneficio cōsueto regi per regu-
lares non potest prouideri seculari, ita sit econuerso. Et
in fi. dicitur, quòd necessaria esset declaratio Ioan. An.
¶ Sed tu dicas, quòd si consuetudo est prescripta de se-
culari sapiens negationem: id est, quia prescriptum est,
ut non reformetur de regulari, non potest ibi regularis
promoueri sine dispensatione. Aut simpliciter est præ-
scriptum de seculari, nō tamen excludendo regulares,
sed solùm per xl. annos fuit reformatū beneficiū de se-
culari, & tunc non propriè dicitur consuetum regi per
seculares tantùm, quin possit prouideri regulari. Suffi
cit enim regulari, quòd non reperitur prohibitus. Econ
uerso autem secus foret: quia si per xl. annos fuerūt ibi
instituti soli regulares, non poterit institui secularis sine
dispensatione, cùm beneficium dicatur assumpsisse na-
turam regularis, & sic secularis est inhabilis. Ita intelli-
ge d.c. cùm de beneficio. secundum Car. in cle. j. in prin.
in xxj. q. de sup. neglig. præl. ubi dicit, quòd nemo hoc
aperuit. ¶ Sed aduerte: quia ista noua declaratio for
te repugnat dictis Domi. in d.c. cùm de beneficio, quæ

summaui ſ. in ij. not. huius corollarij, maximè dum di-
cit Car. quòd si per xl. annos fuerunt ibi assumpti soli
regulares, beneficium assumit naturam regularis: nam
imo uidetur necessarium esse, cp regatur ut regulare, prout
latè deducit Domi. Item no. bene differentiam domini
Car. multùm declarantem d.c. cùm de beneficio. ¶ Et
ista sufficiat pro scholastica repetitione huius famosæ
decretalis, in qua per prædicta satis alleuiati sunt labo-
res habentium in posterum scribere super hac materia.

c. in no-
stra.

SVMMARIVM.

1 Prælatus habens aliàs iurisdictionem, an posit in facto proprio fulminare sententiam excommunicationis.
2 Iurisdictio an posit quæri per consuetudinem, & quando, & quan-
do non. Et multa alia de iurisdictione uide remissiuè hic.
3 Agi potest contra eundem in eodem iudicio, & in eodem libello, su-
per pluribus articulis: uide remissiuè.
4 Falsus procurator quot modis dicatur.
5 Sciens aliquem se gerere pro procuratore suo in iudicio, & non con
tradicit, præiudicium sibi facit.
6 Constituens procuratorem pro se & alijs præsentibus non contradi
centibus, ualet constitutio procuratoris.
7 Dominus si uult reuocare institorem, debet hoc publicè conscriberet
aliàs reuocatio non ualet.
Reuocatio procuratoris iudicialis, uel extraiudicialis, non ualet, nisi
fuerit intimata procuratori. Post nu. 7. uer. secunda regula.
8 Reuocatio mandati in maleficijs non ualet, nisi fuerit intimata man-
datario.
9 Reuocatio procuratoris constituti ad contrahendum matrimonium
ualet, etiamsi procurator se reuocatum ignoret, per c. fin. ſ. fin.
lib. vj. quem ſ. ampliat hic multis modis. Quas ampliationes ui-
de num. 10. & 11. & 12.
13 Quod sit discrimen inter procuratorem ad renunciandum simplici-
ter, et inter procuratorē ad renūciandū ex causa permutationis.
14 Reuocatio procuratoris etiam iam ignorantis reuocationem, ualet,
quando actus non potest fortiri effectum sine consensu domini,
sicut est in translatione dominij.
15 Renunciatio beneficij facta à procuratore reuocato, an ualeat?
16 Si constituens procuratorem renunciarit beneficio procuratore iam
reuocato, quid iuris? & num. 17.
18 Reuocatio procuratoris ualet etiam non intimata, ubi agitur de solo
præiudicio constituentis, & gesta per ipsum procuratorem sunt
nulla.
19 Reuocatio procuratoris ualet etiam non intimata, quando reuocans
mandatum & mandatarius censentur una persona.
20 Aduersarius si fuit particeps in occultatione fraudulenta, & in ce-
lando reuocationem, quid iuris?
21 Procurator quando est factus ribaldus, uel inimicus domini, uel aliàs
mutauit conditionem in peius, seu deterius, uidetur ipso iure man
datum reuocatum.
22 Procurator quando est datus ad gerendū negocium cum certa perso
na, ad hoc ut reuocatio operetur nullitatem gestorum, necesse est,
quòd sit notificatum illi personæ.
23 Procurator quando non erat destinatus ad certam personam, satis est
ipsum procuratorē fuisse certificatū de reuocatione, quare agat
ipse contrahens contra ipsum falsum procuratorem.
24 Reuocatio procuratoris iudicialis debet intimari iudici, uel partis
aliàs gesta per eum tenent, quo ad præiudicium reuocantis, sed
non ad eius commodum.
25 Gesta per procuratorem reuocatum non possunt per dominum rata
haberi.
26 Procurator reuocatus an aliquo casu posit agere contra constituen-
tem ad interesse, quando non tenent gesta per procuratorem re-
uocatum.

27 *Reuocatio procuratoris si fiat post litem contestatam, an debeat fieri cum causæ cognitione.*

28 *Defensor, qui satisfecit, habetur loco domini etiam ante litem contestatã: & ideo talis defensor nõ potest reuocari ante litẽ cõtestatã.*

29 *Procurator ad negocia quandocunq; reuocari potest, licet procurator ad lites reuocetur tantùm ante litem contest.*

CAPITVLVM XXXIII.

X parte decani. ¶ Quicquid procurator reuocatus, & de hoc certificatus in iudicio, facit in fauorem domini, nõ tenet, licet reuocatio ad noticiam iudicis, uel aduersarij non peruenerit: secus, si illud tendit ad commodum aduersarij. H.D. secundum Abb. ¶ Not. primò iuncta gloss. ſ. quòd priuatæ personæ potest cõcedi priuilegium excommunicandi suos manifestos malefactores. Similis indulgentia habetur in c. ex parte. el ſ. de uerb. sign. ubi plenè de effectu huius indulgentiæ: & uide, quod not. Innocent. in c. uenerabili. de cens. & text. in c. dilecto. de sentent. excom. ubi notatur, utrùm † habens aliàs iurisdictionem, posit in facto proprio sententiam excommunicationis fulminare. Et ex hoc, & ex text. infertur, quòd capitulum etiam ecclesiæ cathedralis, non habet de iure communi potestatem excommunicandi, nec etiam interdicendi, ut in c. quæsiuit. de his, quæ fi. à ma. par. cap. Nam iurisdictio de iure communi est penes episcopum, licet eam debeat explicare cum consilio capituli, c. iij. de consue. in vj. tamen ex speciali cõsuetudine potest capitulum acquirere iurisdictionem. Sic intellige c. irrefragabili. §. cæterùm. de offi. ord. secundũ Abb. hîc post do. Card. Et ex his infert But. hîc, quòd capitulum non habet potestatem promulgandi excommunicationem de iure, nisi priuilegio sibi concedatur: quod dicit se satis credere, quòd nõ uacante sede: aliàs sic. Allegat c. cùm olim. de maio. & obe. Et hoc ideo, quia non habet iurisdictionem, sed prælatus sic: & sic sequitur hîc Imol. ¶ Addit hîc An. Si. gloss. in l. j. in uerbo, dare potest. ff. de tu. & cu. datis ab his. quæ dicit, quòd ille solus habet ius dandi tutores, cui lex, senatusconsultum, uel princeps cõcessit, l. muto. §. tutoris. ff. de tutel. Et subdit, quòd idem potest competere priuato homini per priuilegium, l. rescripta. C. de preci. impe. offe. Et illam glo. dicit ibi Nic. de Neapo. esse sing. pro qua allegat l. prohibere. §. planè. ff. quod ui, aut clàm. & l. solẽt. ff. de his, qui not. infam. Et eodem modo dicit de consuetudine, quæ præstat ius dandi tutores homini priuato. Allegat not. in l. j. C. de eman. lib. Et dicit Ang. in l. imo magnæ. ff. de legibus. in multis locis reperiri, quòd per consuetudinem prorogatur iurisdictio, ut in l. j. C. de eman. lib. Sed quòd merè priuato detur iurisdictio, non reperitur, nisi in c. cùm cõtingat. de fo. comp. & illum text. reputat ibi sing. Ioan. An. & est etiam text. in l. cùm prætor. in uerb. morem. ff. de iudic. ubi consuetudo dat iurisdictionem mulieri, licet non sit in dignitate cõstituta. Et de illo rex. exclamat ibi Ang. secundum And. Sic. hîc. Sed certè ibi Ang. colligit aliud, uidelicet quòd potentia delegandi potest induci à consuetudine ad limitationem, l. à iudice. C. de iudi. Addit etiam hîc An. Sic. magis ad propositum gloss. in c. præter hæc. in uerb. ducibus. xxxij. dist. & in c. bene quidem. in uer. Romanum põtificem. xcvj. dist. & in c. Mennam. ij. q. v. quæ dicunt, quòd Papa potest concedere laico ius excommunicãdi & suspendendi clericos: nam excommunicatio potiùs accedit iurisdictioni, quàm ordini, ut in c. transmissam. de leg. & sic nedum potest per indulgentiam competere clericis facultas excommunicandi, sed etiam laicis: de quo exclamat hîc And. Sic. Subdit etiam, quòd iste text. non probat, quod est dictum, siue consideremus decanum, siue capitulum, de quibus loquitur iste text. quia decanus nõ dicitur homo priuatus: imo habet iurisdictionem, per id, quod not. Bald. in l. j. in fin. C. de seruis reipu. ma. ubi uoluit, quòd præpositus capituli dicitur habere iurisdictionem, per c. edoceri. §. eo. & c. cùm ab ecclesiarũ. de off. ord. & l. omnes. §. nihilo minùs. C. de episc. & cle. Et sic nõ est uerum, quòd decanus dicatur persona priuata, ut dicunt hîc Doct. Similiter consideraț, quòd capitulum potest facere statuta, ut per gloss. in c. ij. de uer. sign. in vj. licet ipse dicat, de reg. iur. Ergo habet iurisdictionem: quia condere statuta est iurisdictionis, ut dixit Innocent. in c. cùm accessissent. de consti. & Batt. in l. j. ff. de iust. & iur. & in rub. ff. de iurisd. om. iudi. & temperat dictum Doct. hîc, ut non procedat in consuetudine: quia illa non potest dare priuato clerico potestatem excommunicandi, secundum Innocent. in c. cùm contingat. de fo. compe. sed malè loquitur, secundum An. Sic. hîc per illum text. æquiparantem indulgentiam & consuetudinem. Et idem not. Innocent. in c. olim. lo iij. de rest. spo. ubi idem tenuit in cõsuetudine, quod in indulgentia: & pro hoc, quia excommunicatio magis accedit iurisdictioni, quàm ordini, ut dicit gloss. in d. c. præter hæc. Vnde sicut consuetudo tribuit iurisdictionem, d. c. cùm contingat. ita potest tribuere potestatem excommunicandi: laico autem nõ potest hoc competere, nisi ex indulgentia, ut in gloss. prædictis, secundum eum latiùs extollentem ista. ¶ Considera primò, quòd † ista materia non cadit hîc pertinenter: ideo circa ipsam sufficit notare remissiones optimas & principaliores: uide in primis do. Maria. in c. cùm cõtingat. de fo. comp. ubi in toto commento reassumit per sex articulos de iurisdictione[a] quæsita ex cõsuetudine, & quæ iurisdictio possit quæri, & per quem, & qualiter, & quanto tempore, & per quos, & cõtra quos, & quis sit effectus consuetudinis: utrum decanus, archipresbyter, archidiaconus, & similes habeant iurisdictionem, & qualẽ, & quo iure, uide latissimè Abb. in repe. c. si quis cõtra clericum. in tribus ultimis chartis, de fo. comp. Et eadem ponit in d. c. cùm contingat. usq; ad fin. commenti. Aliqua etiam per eundem in c. cùm ab ecclesiarum. in pen. col. de offic. ord. & in c. quãto. in eod. situ, de offi. or. in c. quæsiuit. de his, quæ fiu. à ma. par. c. & per Bart. in cle. in uer. ne igitur. in ij. & viij. q. de cele. mis. cum concor. ¶ Considera secundò, quòd And. Sic. in c. cùm accessissent. xxxvij. col. de cõsti. tenet, quòd capitulum non possit facere statuta: & mouetur, quia, secũdum eum, nõ habet iurisdictionem, nisi sede uacante. & sic tenet ibi contrarium eius, quod hîc. Sed uide, quæ dixi in c. cùm oẽs. circa vj. col. uer. quartò aduertẽdũ. §. tit. prox. Et inuenies, q; ista stãt simul, capitulũ nõ habere iurisdictionem, & tamẽ posse statuere: quia ita demũ potestas statuendi requirit iurisdictionẽ, quãdo statuit in spectantibus ad ipsam iurisdictionẽ: aliàs nõ, ut p; Pet. de Anc. in rep. c. j. xij. char. uer. primò quæro. §. tit. prox. cum concor. quas allegaui in d. c. cùm oẽs. Itẽ an & quãdo cõsuetudo possit dare facultatẽ excõmunicandi, & q; possint de iure excommunicare, uide omnino Abb. in d. c. si qs cõtra. & in d. c. cùm cõtingat. & Host. in summa, de sent. exc. §. quis possit excõmunicare. xij. col. uer. nedũ aũt. & omnino Domi. in c. nemo. j. q. j. Et istorũ dicta ordinaui in c. si sacerdos. de off. or. faciẽdo regulã, q; solus episcopus excommunicat, & nõ inferior. Et deinde posui sex fallentias. Vide ibi. Quòd autẽ Papa possit dare indulgentiam excõmunicandi etiã laico, no. Imol. in c. ecclesia. de consti. allegando gloss. in d. c. bene quidem. quam etiam

a *De iurisdictione*] *Adde tu, si quæritur, quã iurisdictionem tribuat consuetudo? respõde, q. simplicem iurisdictionẽ sine dubio tribuit: & hoc tenẽt omnes Scribentes in c. cùm contingat. de fo. comp. & ibi text. apertè, ubi probatur, quòd etiam priuata persona potest acquirere iurisdictionem simplicem consuetudine. Sed quid de mero et mixto imperio? dic, ut dicam in d. c. cùm contingat.*

etiam sequitur Pet. de Mon. in tract. De potestate Papæ & cõcilij, & Anan. in c. sicut in uno. de hære. & Domi. in §. ad hæc. xxxij. dist. propter glo. ibi in uerbo, ducibus. Ex qua infert, quòd solus Papa potest cõmittere laico potestatem excõmunicandi, uel cognoscendi de iuribus spiritualibus. Ad idem allegat gl. in d. c. bene quidem. in c. primo, in gloss. iij. xcij. dist. & c. Mennam. ij. q. v. Faciunt, quæ habẽtur per gloss. & Scribentes in c. quanto. de iudic. dum ponit, quòd Papa potest cõmittere causam spiritualem laico: dic, ut ibi, ubi soleo ponere. Et an laicus, uel qui non est in sacris, possit absoluere ab excõmunicatione, uide gloss. & Doct. in c. canonica. in uerbo, presbyter. de sentent. excom. & Archi. in d. c. bene quidem. cum concor. & fortè dicetur in c. ab excommunicato. j. eo. ubi Imo. ponit in antepen. col. uer. an autem isti executores. ¶ In quantũ Abb. ualde no. istum tex. quòd iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictio, etiam quãdo agitur omnino de effectu iurisdictionis, adde, quæ dixi in c. super literis. §. eo. in tertia fallentia, ad regulam illius literæ, ubi fuit facta opportuna mentio de hoc text. & dictis Abb. hîc. Item dum notat Abb. quando quis possit se fundare super expresis in exceptione aduersarij, & remittit ad dicta per se, & in c. cùm uenerabilis. de except. uide, quæ ibi dixi. Item dum Abb. not. istum text. ad limitationem regulæ, ex eo. uide, quæ dixi §. eo. & capitulum. ubi reduxi fallentias ad dictam regulam: & in octaua fallentia, seu limitatione feci mentionem de isto text. & de dictis Doct. hîc. Item dum no. Abb. quòd sententia, qua quis pronunciat se iudicem competentem, est interlocutoria, non diffinitiua: adde, quæ dixi in rub. de re iud. & in c. significantibus. de offic. deleg. ¶ Item dum not. hîc Doct. ex text. iuncta glo. quòd † in eodem[a] iudicio & eodem libello potest agi contra eundem super pluribus articulis: p; sequere istud, ut in remissionibus, quas opportunè ponit Alexand. in l. si idem. in prin. ff. de iurisd. om. iu. & per eundẽ extensiùs in l. edita. C. de eden. & latiùs per Lud. in l. ij. §. item si in facto. ij. col. ff. de uerb. oblig. & omitto, quia non cadit hîc. ¶ In glo. in uerbo, procurator. Not. gloss. quot[b] modis † dicatur falsus procurator, & solet frequẽter allegari, secundum Abb. hîc. Adde Bald. latiùs in l. falsus. in princ. C. de furt. & alias concordantias, de quibus opportunè per Alex. in l. licet. circa princ. C. de pcur. & per Firmanum in reper. in uerbo, procurator falsus. quorum remissiones habeas hîc pro expresis. Et adde, quòd qui habet mandatum generale, si facit actum requirentem speciale, dicitur fuisse falsus procurator, secũdum Bald. in c. nonnulli. j. col. §. eo. Et dum Abb. post Innocent. tangit de ratificatione gestorum per falsum procuratorem, uide omnino, quæ dixi. de iudic. causam. el j. ad fin. de re iudic. ubi inuenies plura nouiter ad intellectũ legis iij. §. falsus. ff. rem ra. hab.

a *In eodem*] *Adde tu, stat statutũ in ciuitate, quòd iudex non possit cognoscere, nisi sit causa tantæ summæ, an debet fieri coaceruatio plurium summarum ex diuersis actionibus debitarum ad iurisdictionem includendam? Vide Bart. in d. l. si idem. in prin. ff. de iurisd. om. iudic. Et sic not. quia unit ad ampliationem istius, quod dicitur hic per Feli. quia uidetur sentire, q; in eodem iudicio & eodem libello potest agi contra eundem. Adde ad ista: pone, statutũ est, quòd libros mercatorũ cõ eorũ iuramento cõputatur usque ad summam tantam: pone, aliquis apparet debitor in libris, et sunt multe summe, sed nulla de per se excedit summam taxatam per statutũ, an debet fieri cumulatio, ad hoc, ne possit iurare? Mart. Laud. in d. l. si idem. ff. de iurisd. om. iud. tenet, quòd fit cumulatio, ad hoc, ne stetur iuramẽto? Vide ibi per do. Iaſ. May. præceptorem meum.*

b *Quot*] *Adde tu, quòd falsus procurator est ille, q; petit aliquid, ut procurator, cùm non sit: & si consequitur, quod petijt, fit obreptio: & sic incidit in crimen falsi: ita Bar. in l. si aũt. §. item. ff. de negot. gest. Adde ad ista, quòd appellans se doctorẽ, cùm non sit, punitur pœna falsi. Bar. in l. eos, qui. §. qui se pro milite. ff. de falsis. Adde, quòd ista ita demum uera est, quando se appellat doctorem, & aliquem actũ facit doctori congruentem: secus, si simpliciter se doctorẽ appellat. Ita limitat Bart. illum §. qui se pro milite. in l. quisquis. C. de aquæduc. lib. xj. Adde Bart. in l. reddatur. de profes. & med. lib. x. Vide Bal. in l. data opera. C. qui accus. nõ pos. Et hoc modo intelligas in procuratore.*

Subdit iuxta hoc Innoc. hîc dictũ notabile, quod quotidiè allegatur: uidelicet quòd si † quis scit aliquẽ se gerere pro procuratore suo in iudicio, & nõ contradicit, facit sibi præiudicium. Vnde ex hoc uidetur ille rem gerere ex uoluntate sua, quasi uelit, quòd uideatur sibi dare mandatum, uel præsumendũ est eum habere mandatum: & super hoc dicto insistunt Scribentes hîc, & in pleriſq; alijs locis: & multi sequuntur Innoc. multi etiam improbant. ¶ Decreui super isto passu non scribere: quia, ut omnes sciunt, est examinatus stylo altissimo & elegantissimo, tam subtiliter, quàm copiosè & ordinatè, per Alexand. in repe. l. sæpe. in j. col. cum x. sequẽtibus. ff. de re iud. ubi primò adducit multa pro Innocent. hîc, deinde multa in contrarium. Et hanc partem contrariam sequitur postea, & saluat in decẽ casibus opinionem Innocent. hîc. Esset ergo temerarium transplantare hîc de nouo hanc materiam tam solenniter à tanto uiro examinatam, etiamsi aliqua addi possent per eum non adducta. Sufficiat ergo plenitudo sua tenui nostra fucatione non indigens: tamen poteris ei addere hanc breuem epistolam, tanquam tenues flosculos super opulenta mensa. ¶ Et pro dicto Innocent. facit gloss. in c. tantis Daniel. in gloss. fin. ibi, uel dic. lxxxj. distinct. Istud dictum sequitur Butri. in c. possessionem. in antepen. col. de proba. & c. inter dilectos. antepen. col. de fid. instrum. Vide etiam ipsum in c. cùm in iure. ix. col. uersi. not. istud dictum. de offic. deleg. ubi dicit, quòd Innoc. ibi non dicit idem, quod hîc, licet uulgus ad idem eum alleget: sed dicit, quòd si sciui talem gerere nomine meo, & non opposui, præsumitur procurator, ex quo non contradixi, nisi aliud probem: tamen hoc reprobat Alexand. ubi suprà, in nona saluatione, & uide Rotam in titul. de procurat. xxxviij. & sequenti, in nouis, ubi pulchrè fit mentio de Innocent. hîc. Et scias, quòd si † quis constituit procuratorem pro se & alijs præsentibus non contradicentibus, ualet procuratoris constitutio, secundũ Rotam, de procurat. conclusione xiij. in antiquior. & uide Rotã conclusione cccxxvij. item si habens. quæ est ineptè situata in tit. de consuet. præben. decis. xiij. in nouis, ubi tractant, utrùm inepta acceptatio procuratoris, putà de minori beneficio, quàm gratia loquatur, præiudicet domino scienti? & uidetur concludere, quòd non, nisi dominus ratificet. ¶ An autem sufficiat, si ratificet post tempus datum ad acceptandum? uidetur, quòd non, per id, quod notat Bartol. in l. bonorum. ff. rem ra. hab. & ita dicit in summario dictæ decisionis. Tamen ipsa decisio uidetur firmare contrarium, & respondere ad dictum Bartol. quod non intelligitur, quando ratificatio tendit ad præiudicium solius ratificantis: quia tunc potest ratificare quandocunque, ut per Archi. in c. ut circa. de elect. in vj. & l. Pomponius. la ij. & quod ibi Bartol. ff. de neg. gest. Adde etiam Abb. consilio mihi cij. Iesu Christi, &c. circa primum dubium, ij. colum. ubi latè tenet, quòd gerens actum, ut procurator, sciente domino,

c. ex parte decani.

domino,quamuis non dante mandatum, præsumitur habuisse mandatum.Ideo neganti hoc incumbit probatio.Item circa septimam saluationem,quam dat Alexand.ad dictum Innocent. hîc, uidelicet quandocunq; nõ solùm te sciente & patiente,sed etiam præsente, cõparui nomine tuo: adde, quod pulchrè scribit idem Alexand. consil. mihi ccxvij. Viso instrumento donationis factæ per nobilem uirum.in iiij. col. ibi, secundò respondeo:quod satis est. ¶ Item ultra decem saluationes,quas dat Alexand.ad dictum Innocent.in d.l.sepe:adde undecimam, uidelicet quòd opinio contraria procedit,quãdo constat,quòd comparens nullum habet mandatum.Sed si esset dubium, an haberet mandatum, uel non, eo ipso quòd dominus patitur eum agere,præsumitur habuisse mandatum, secundum Bu. & Domi.hîc:& Domi.in c.qui ad agendum. de procur. in vj.ad fin.princip.Allegat Innocent.in c. cùm in iure. de offic.deleg.Et dicit hîc Domi.ita posse intelligi dictũ suum relatum ad text.cùm hîc dubitaretur, an ualuisset reuocatio,uel non: & sic,an haberet mandatum,uel non: Quod dicit esse bene notandum. Cætera in isto utili passu uide perfectissimè,ubi s. ¶ In ea. glosso.ibi, quare non reuocatur super hoc:quare primæ literæ ualuerunt,& non secundæ,cùm ambæ fuerunt impetratæ ab eodem procuratore reuocato:uide Doct.hîc insistentes opportunè,præsertim do.Abb.ponentem ad istum text.quatuor intellectus. Omitto, quia nihil adderem: & quædam dicta in istis intellectibus seruient ad materiam sequentem.

Reuocatio

Procuratoris qualiter sit faciendæ distinguit hîc latè Ioã. An. post dominum suum in legibus Martinũ Silimannũ: & eius dicta reassumunt hîc omnes Scribentes, quorũ dicta pluribus additis ordinauit per sex regulas cũ aliquibus fallentijs alibi non contextis. ¶ Prima regula. Quando † dominus uult reuocare institorem,oportet, ut hoc publicè conscribat: quia aliàs non habetur pro reuocato,secundum prædictos:& Imol. in cle.j.uer. si uerò nõ fuit expressa.de renun.per l.sed & si pupillus. §.proscribere.ff.de instito.Et quis dicatur institoris exercitor,remittit Abb.ad not.per Innoc.& alios in c. quod quibusdam.de fideiuſ.Idem dicit Bar. in l.qui hominem a. §. si Titium. ff. de sol. dicens, quòd qui uult notificare reuocationem omnibus debitoribus, debet facere proponi edictum in aliquo loco publico, uel faciendo præconizari,per d.§.proscribere. Quid autẽ, si talis institor esset datus ad diem,utrùm sit necessaria talis intimatio post diem? Vide,quod dicetur j.in iij.regula. Et nota, quòd talia publica edicta non debent fieri clandestinis temporibus,quibus uerisimiliter non habetur notitia:putà,in hora prandij, uel de sero tarda hora.Item facientes ea apponere non debent postea facere amoueri incontinenti ea, ut non deueniant ad aliorum noticiam.Istis enim casibus nihil operantur,secundum Phil.in c.constitutis.lo ij.ad fin.de app.qui ad hoc extollit uerba Innocen.in c.cùm olim.post med.uersi.si autẽ clandestinis.de causa poss.& propri.quem sequuntur ibi alij.Facit,quod not.Bald.in d.§.proscribere. quẽ sequitur Cataldi.de Iusso, in tract. syndicatus, q. cxxv. ubi dicit, quòd si schedula citationis affigitur ostio, & statim leuatur,non dicitur citatio competenter facta.Et dicit But.in c.fi.in j.col.de eo,qui mit.in pos. quòd tunc dicitur citatio publicè fieri, quando fit uerbis apertis, & claris, ita quòd intelligatur. Allegat Zenzel. in cle. causam.de elect.per tex.in d.§.proscribere. Et dicit Pau. in d.§.proscribere,quòd Florentiæ, quando dissoluuntur societates inter mercatores, bannitur per totam ciuitatem,ad hoc ut de cætero ex cõtractu celebrato cum uno non teneantur alij:& hoc per illum text. Et subdit, quòd ista edicta debent poni in ualuis palatij,uel ecclesiarum,& non in loco alto,sed basso,ut possint ab omnibus legi.Et dicit,quòd non prodest proposuisse talia dicta in locis publicis,si statim fuerint remota, sed debent esse continua. Tamen hoc intelligit arbitrio iudicis.Sufficit enim,quòd inducatur notorium, ita quòd uerisimile sciatur per totam ciuitatem. Non autem est opus,quod stet affixum in secula seculorum, secũdum eum.Et dicit Bald.in l.mandatũ,paulò ante fin.C.manda.quòd ista edicta debent poni in frequentioribus locis ciuitatum.Allegat text.quem dicit esse singul.in l.iubemus.C.de defen.ciui.An autem ista regula habeat locum in procuratore cõstituto ad negotia,non determinata persona,cũ qua habeat expedire, est punctus dubius,de quo dicetur j.in iiij.regula.Et prædicta seruanda sunt etiam in bannis,quæ eduntur imminente syndicatu alicuius officialis,ut elegãter ponit Paris de Puteo in tract.syndicatus.fol.iij.in iiij.col.& seq. ¶ Secunda regula. Nõ ualet reuocatio procuratoris iudicialis, uel extraiudicialis,si non fuit intimata procuratori,ut hîc,& in l.si mandasset.ff.man.& c.mãdato.j. de procur. cum concor.de quibus in dictis locis,& est glo.magna. in fi.in c. necillud.xxx.q.v.Et gl.magist.in c.tibi domino.in gl.ij.post princ.lxiij.dist.inferens,quòd iuramentum procuratoris habentis mandatum ad ligandũ dominum,ligat eum,etiam quando procurator est reuocatus,& ignorat reuocationem factam à domino:& ibi etiam Arch.allegat plures concor.ad hanc regulam: & no.Innoc.Ioan.An.But.& Imol.in c.quidam.j.de renunciat. ¶ Et procedit ista regula etiam in maleficijs, quoniam † non b sufficit reuocare mandatum de maleficio committendo, nisi etiam notificetur reuocatio mandatario,secundũ Bart. post Guil.de Cu.in l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de condi. ob cau. pro quo est gl.in c.mulieres.in gl. fi.circa med. de sen.excõ.& ibi Doct. contra Innoc. & est glosso.ordinaria in c.cùm quis.in uerb.mandato.de sen. excom.in vj.& ibi etiam Doct.& Sali. in l.nõ ideo minùs.uersic. quæro quartò. C.de accus. & Angel. in l.j. C. de Nili aggeri. non rump.& Alb.in l.j.pe.col. de off. proc. Cæsa.ponẽs post prædictos,quòd nõ sufficit reuocare mãdatum datum de uerberando clerico,nisi intimet mandatario. Et ita intelligẽdus est Innoc. in c.ad audientiam,de homi.dum loquitur de reuocatione mandati, secundum Sali. ubi s. Et de his etiam in libro Maleficiorũ in uerbo, Sempronium mandatorem. ¶ Fallit primò ista regula in casu c.fin.§.fin.de procur.in vj. uidelicet † in procuratore dato ad contrahendum matrimonium:quia si reuocatur, non tenet matrimonium, etiamsi ignoret reuocationem. Et licet allegatur ualiter ille text. pro casu multùm speciali,tamen,ut dicit Domi. post Imol. in d. §. fin. in j. col. & Angel. in l. si procuratorem. ad fin.ff. de procur.descendit ex generali ratione iuris,de qua dicetur in sequẽti fallentia: scilicet quia sumus in casu,in quo requiritur consensus domini,licet de isto casu dubitauerint gl.iiij.in l.iiij.ff.de sponsalib.

a *In l.qui hominem] Vide ibidẽ do.Alex.de Imol. & adde Card. in clem.j. xiiij. q.de renunc. qui dicit, quòd sufficiat fieri procuratori, nec necesse sit publicè fieri, ut ibi per eum.*

b *Non] Adde tu, quòd istud fallit, quãdo mandatarius recusauit mãdatũ:quia isto casu mandans non tenetur de delicto secuto: et per consequens, nõ tenebatur notificare reuocatiõem. Ita Bal.in l.si literas. C.manda.in fi.& in l.j.iij. col. C.de ser.fug.Bart.in l. qui aliena.§.si is, qui. ff. de acqui. hære.*

Dictum capit.

Fi.de proc.in vj. amplia quinq; modis. ¶ Primò in † matrimonio cõtracto uigore literarũ:qa si eas reuocauí,licet lector earum hoc ignorauerit,nõ tenet matrimonium,ut no.gl.magna in fi.in c.necillud.xxx.q.v.& ibi

ibi Arch. ¶ Amplia secundò etiam in cognatione spirituali,secundum Bal.in c.audita. uer. quæro,nunquid procurator.de resti.spo.& ibi idem dicit in procuratore constituto ad emancipandum:quia in istis actibus requiritur consensus domini uerus perseuerans,& non fictus.Et ista ampliatio præsupponit pro uera illam opinionem,quòd comparentis possit contrahi per procuratorem,de qua uide latissimè Ioan. An. in reg. potest quis.de re.iur.in vj.in Mercu.& Abb.& Moder. in c. ueniens.de cog.spi.Alex.in l.Gallus.§.fortis tan.ff.de lib. & posthu.& Domi.in c.j.de cog.spi.in vj. cũ multis alijs.

11 ¶ Amplia tertiò,etiam † in matrimonio spirituali, putà in procuratore ad acceptandum beneficium, secundum Domi.post Lap.in d.c.fin.§.fi.in fin. & Imol.in cle. j.in j.col.uersi.aduerte tamen. de renun. & Rotam in tit. de procur.decis.xj.Nota,quòd ubi aliquis.in antiquis, ubi dicitur,quòd si aliquis fecit procuratorem ad acceptandum beneficium,si secundò facit alios procuratores,uidetur reuocare primum,posito quòd non sit certificatus:quia ex quo agitur solùm de præiudicio constituentis,non inspicitur,quòd procuratores, qui reuocantur,sint certificati,uel non: aliàs autem bene inspiceretur,l.si mandassem.ff.man.cum s. ¶ Amplia quartò,etiamsi ille,qui reuocauit procuratorẽ, ratificet matrimonium nomine suo contractum à procuratore reuocato:quia si illa, quæ fuit desponsata, non consentit de nouo, non sufficit dicta ratificatio, quoniam actus fuit nullus,& ideo non sufficit,quòd de nouo superueniat consensus unius tantùm, ut latissimè per Pet. de Anch. in sua disput. Splendidæ in sulæ regni Cypri. de quo ipse meminit in c.rati.in pen.char.de reg. iur. in vj. Tamen ibi non uidetur esse completa dicta disputatio, quoniam super isto dubio de ratificatione sunt solùm quinq; argumenta ad partem affirmatiuam, quòd ualeat ratificatio, & tamen ipse concluſit, quòd non ualeat. Ita concluſit do. Pet. cum domino Anton. de But. ut ipse dicit,& consilia utriusq; sunt in consilijs Pet. de Anch.consil.mihi ccxxiij.A.duas filias habebat.& consilio seq.quod est in consilijs But.lxiiij.& fuit quæstio in facto inter regem Cypri & ducem Mediolani. Et hanc ampliationem ponit etiam Domi.post Imol. licet prædictos non alleget in d.§. fin. uer.in fi.

a *Etiam] Adde tu, quòd domin⁹, qui cõstituit procuratorem cum pacto de non reuocãdo,potest tamẽ reuocare. Cy. in l.ij. C. de iure emphy.Ioan.An. in c.ij.de procur. in vj. ubi dicit, q. idem erit,si constituens iurasset nõ reuocare procuratorem. Adde tamẽ, quòd est periurus . Ita tenet Bal.in repe.Spec. in uersi. procurator.*

a gloss. ¶ Amplia quinto, etiam a si † 12 constituens iurasset nõ reuocare procuratorem,ut not.gloss.in d.c.fi.in uerbo,reuocatus.Et idem generaliter dicitur in omni mandato procuratoris, secundum Bar.in l.cùm precariò.ff.de precar.Ang.in l.& in perpetuum. ff.de procur.& in l.Stichum. §. usumfructũ. ff.de solut.Ludo. in l.alia. §. eleganter. in ult.col.ff.solu.mat.& in l.j.§.si stipulanti.in j.col.ff.de uerb.oblig.Pau.consilio lv.Venerabilis uir.Lud.in l. stipulationes non diuiduntur . de uerbor. oblig.Alexan.in l.Stipulatio hoc modo concepta. in princ. uersi item facit: an si testator.eo. tit. Imol. in c.dilecto. ij.de præben.& in c.cùm contingat.de iureiur. ubi accuratè istud discutit: quoniam habet in se aliquid difficultatis,uolẽdo generaliter inferre,quòd actus gestus contra iuramentum ualeat,licet incurratur periurium,quando iuramentum est contra naturam actus,uel non habet concursum iuris communis,licet possit seruari sine interitu salutis æternæ:quæ difficultas causatur ex text.in c.intellecto.de iureiur.& ex gloss.fin.in c.licet.de iureiur.in sexto. Et licet multa dici possint, ut patet ex notatis per Alexand. in d.l.stipulatio.& aliquid perstrinxi in c.cùm accessissent, uer.& aduerte.s.tit.proxi.& in c.edoceri.uer. circa quartam.s.eo.tamen prædicta communiter tenentur in alijs casibus,ut etiam per Alexan.plenè consil.mihi ccclxxx. Vacante capella.quæ est de iure patro.& in l.duobus.§. fin.ff.de iureiuran.& dixi in c.si diligenti.in ix. fallen.de foro compe.& copiosiùs in c.diligenti.de præscript.

c. ex parte decani.

¶ Sed quo ad propositum de reuocatione procuratoris,est decisio Rotæ non solita adduci in hac materia in tit.de procur.viij.in antiquis,quæ uult,quòd procurator constitutus ad permutandum & resignandum beneficium causa permutationis , non potest reuocari, quando dominus iurauit eum non reuocare: & si reuocat , non ualet reuocatio . Et ostendit Ro. differentiam inter actus profanos & spirituales : nam in profanis agitur ad interesse contra pœnitentem,l.si pecuniam.cum ibi no.ff.de condi.ob cau. Sed in hac causa spirituali non potest agi ad interesse pecuniarium, ut per Innocent.in c. querelam. in gloss. mag. de elect. Respondet etiam ad c. si inter. de sponsal. quòd ibi actus erat talis,qui bono modo non erat retractabilis, ideo non obstante iuramento tenet actus. Respondet etiam ad dictum Ioan. An. in regula, quod semel. in Mercur. cum concord. in quibus dicitur testamentum iuratum posse reuocari : quia ibi ante mortem testatoris non quæritur ius tertio : quod secus est in proposito,ubi altera parte inuita non potuit iuramentum resolui absque permutatione: neque dicitur talis permutatio simoniaca, quasi non libera, sed necessitata à iuramento : quia præsupponitur , secundum Rotam , quòd à principio sit libera etiam cum causa,sed ex pòst facto, ex quo partes liberæ consenserunt permutationi fiendæ, possunt se ligare iuramento, ut fiat permutatio, per c. cùm inter. & ibi Innocent. de renun.& præsumitur, quòd permutatio sit recta & bona,ex quo partes à principio liberè consenserunt, ut latiùs per eos.

¶ Considera primò,quòd in contrarium uidetur facere, quod not. Domi. in d. §. fin. ubi tenet post Feder. in quodam consilio, quòd constituens procuratorem ad renunciandum, licet iuret non reuocare, nihilo minùs ualebit reuocatio , licet reuocans sit periurus. Tamen 13 ad istud dictum potest responderi, quòd † aliud in procuratore ad renunciandum simpliciter, aliud in procuratore ad renunciãdum ex causa permutationis. Nam in primo casu non agitur de alterius præiudicio. Qui enim sperabat beneficium uacaturum per renunciationem, non potest allegare aliquod ius suum constitutum in illa spe: quia nõ possunt pacisci partes, quòd renunciatio fiat ad commodum alterius consecuturi beneficium: & ille tractatus esset simoniacus , ut per gloss. in c. ex parte. el j. de offic. deleg. & dixi s. eo. ad audientiam. el ij. Vnde cùm simpliciter fit datus procurator ad renunciandum, non potest allegari aliquius præiudicium ex pœnitentia constituentis. Non sic in procuratore dato ad permutandum, in quo præcessit quodam modo contractus innominatus inter partes,in quo etiam re integra non est locus pœnitentiæ, ubi interesse non est æstimabile,ut dicit Rota. ¶ Consideranda etiam,quòd Rota non facit mentionem de gloss. in d.c.fin.de procur. in sexto. Vnde cogitabam, utrùm illa gloss.uideatur destrui per istud dictum Rotæ: & uidetur, quòd sic, dum Rota uult, quòd in spiritualibus ualet actus contra iuramentum,nec est locus pœnitentiæ: quia præiudicium non est æstimabile: nam idem uidetur in casu d. c. fin. ubi agitur de matrimonio, & sic de actu spirituali . Tamen puto , quòd gloss. remaneat uera : quia licet matrimonium de se sit quid spirituale, tamen in quantum contrahitur inter laicos , non dicitur propriè spirituale . Patet : quia ibi interuenit dos , & sic datio rei temporalis , quæ non potest interuenire in spiritualibus , ut per gloss. j. in c. quicquid. j. q. j. & in c. honorantur. xxxij. q. ij.Item

ij. Item ibi non habetur consideratio ad interesse: quia propter hoc, quòd ego constituerim procuratorem ad contrahendum matrimonium, non dicitur quæsitum personæ desponsatæ aliquod ius, propter quod possit agere ad interesse, & matrimonio cõtractum per procuratorem reuocatum nõ obligat dominum ad aliquid, d.c.fi. Ergo nec iuramentum de non reuocando, quod est contra naturam actus, ut per Bart. in d.l. cùm precario. Sicut etiam reuocãs testamentum, quamuis iuratũ, non tenetur ad interesse illius, qui erat in testamẽto institutus, ut per Ioan. An. in reg. quod semel. lib. vj. cum concor. Et per istam primam fallentiam poteris apostillare Doct. in d.c.fi. Et stantibus prædictis nõ duxi omittendum mirabile dictũ Alb. de Rosa. in l. si procuratorẽ. in pen. col. uer. quid si in literis. ff. de procur. ubi dicit se credere, quòd non possit reuocari procurator, quando in mandato dominus promisit, & iurauit eum non reuocare. Et ita dicit se obtinuisse: quia quod ab initio est uoluntatis, post factum est necessitatis, l. sicut. C. de act. & oblig. & quia forma mandati est seruanda, l. diligẽter. ff. man. Respondet ad l. si quis in principio testamenti. de leg. iij. q. loquitur in ultima uoluntate, quæ depẽdet à mera uolũtate testatoris, & ambulatoria & libera est: secus in contractibus, d.l. sicut. Fatetur tamen, q. si fortè iustissima causa superueniret, posset reuocari, argum. l. post litem. cum sequentibus, ff. de procur. Et uult Alb. ibi, & apertiùs in l. item ad litem. ad fin. eo. tit. q. etiam si non est iuratum de non reuocando, sed simpliciter adiecta clausula de non reuocando, nõ poterit reuocari per d.l. sicut. Et ideo subdit in d.l. si procuratorem. quòd uadet ista forma, Constituo te procuratorem: & quoties esse desieris, iterum te constituo. Vnde si opponitur procuratori, quòd est reuocatum mandatum, nõ obstabit reuocatio, secundum Vber. propter dictam clausulam. Et quòd sic possit cõstitui, est arg. l. repeti. primo respon. ff. quib. mo. ususfr. amit. Et re uera si ista dicta procedunt, euertitur totaliter gl. in d.c.fi. Tamen propter assi sientiam tot Doct. qui eam extollunt, credo, q. prævaleret in practica, non autem ita facilè in scholis, tum per d.c. intellecto. & per alia prædicta, tum per authoritatem & rationem Alb. maximè dicentis se obtinuisse.

14 ¶ Fallit secundò dicta regula, quando † est actus, qui non potest sortiri effectum citra consensum domini, sicut est translatio dominij: quia tunc per procuratorem reuocatum nõ transfertur dominium, licet reuocationem ignorauerit. Ita not. gl. magna ad fin. in cle. j. de renun. per l. id, quod nostrum. ff. de reg. iur. Et sic loquitur l. eius, qui in prouincia. §. quas uerò. ff. si cer. pet. & l. ij. §. sed si quis donaturus. ff. de donat. Et idem dicit Imol. hîc allegando l. pater. ff. de manu. uin. & l. si quis prohibuit. ff. de Publicia. & quod no. gl. i. §. aliæ. in Instit. de actio. Hinc est, secundũ eum, quòd si procurator habet mandatum ad uendendum rem domini, & ad transferendũ dominiũ in emptorem: tunc si dominus reuocat mandatum, & non intimat procuratori reuocationem, si procurator uendidit, & tradidit, non transfertur dominiũ, quia sine consensu domini transferri non potuit: tamẽ tenebit contractus uenditionis in præiudicium domini: quia procurator poterat uendere nomine domini etiam sine eius consensu, l. rem alienam. ff. de cõtrahen. emp. Ideo ex quo habuit mandatum, & ex quo ignorauit reuocationem, tenebit, & tenuit uenditio ad præiudicium domini, l. si mandassem. ff. man. & d.l. si quis, prohibuit. Et ideo ille emptor, cui facta fuit traditio, poterit uti exceptione: & etiamsi cadat à possessione, habebit Publicianam: & contra dominum hoc casu: & est casus in d.l. si quis prohibuit. & not. gloss. in d. §. aliæ. secundũ eum. Et dicit Bal. in d.l. si quis prohibuit. in ij. not. quòd traditio, de qua ibi, non transfert dominium, sed Publicianam, quæ præfertur dominio, secundum Dy. & est ratio, secundum Bald. quia in dominio transferendo requiritur uoluntas domini, l. iij. §. subtiliùs. ff. de condi. ob. cauſ. & sequit̃ Maria. in rub. de causa pos. & propri. in primo tractatu, xx. artĩ. in vj. declaratione, quæ est fo. xlij. dicens, quòd si procurator habens ad id mandatũ, rem uendidit, licet dominus prohibeat, ne rem tradat, si tradidit, non transfert dominium, licet ille, cuius erat procurator, esset dominus, per d.l. si quis, phibuit. quia dominus non consensit, ex quo prohibuit: transfertur tamen Publiciana per illam l. secundum intellectum Dy. quod est ualde singulare, secundum eum. ¶ Sed aduerte: quia Iac. But. in §. sed iste. de act. uult. quòd isto casu non detur Publiciana contra uerum dominum: quia ibi non erat dominus, qui prohibuit: & esset absurdum, secundum eum, quòd plus iuris habeat ille, qui non dominus tradi prohibuit eo, cui tradi uoluit. Nec illa l. dicit illud, ut latiùs per eum. Et hoc sequitur Maria. in d. rub. de cau. pos. in iij. tractatu. art. iiij. uer. sextus casus. & est fol. cxxvj. dum ponit casus speciales, in quibus Publiciana competit contra uerum dominum, cõtra regulam l. pen. & fi. ff. de Publicia. ¶ Et hoc modo non esset uerum illud uerbum Imol. hîc, quòd ex titulo habito à procuratore reuocato transferatur Publiciana competens etiam contra dominum, sed bene competet contra non dominum: quamuis cum dicto Imol. concordet Angel. in l. fi. ff. de Publicia. & Angel. Aret. in §. sed iste. ibi, & aduerte, quòd licet. Instit. de act. ¶ Et c iue: quia posito, quòd opinio Imol. hîc, quæ est communis, est uera, tamen recipit notabilem declarationẽ, uidelicet ut non habeat locum, si per præsentiam procuratoris est solutum, uel aliter domino satisfactum. Non autem sufficeret, quòd procurator habuisset fidem de precio, ut Publiciana competeret cõtra dominum, nisi habuisset potestatem habendi fidem de precio. Ita dicit, & sic debet intelligi gloss. secundum primam lect. in l. si à Titio. ff. de rei uen. Et hoc sequitur Ang. in l. de precio. ff. de Publicia. & Aret. in d. §. sed iste. Et dicit Angel. in d.l. si quis prohibuit. q. illa lex est mirabilis, dum uult, quòd licet ille procurator prohibitus nõ transferat dominium, tamen transfert quasi dominium, & sic usucapiendi conditionem. Est enim mirum hoc, cùm apud ipsum procuratorem non sit dominium, nec quasi dominium, & dominus uoluit nihil transferre: tamen hoc operatur iustus titulus, & bona fides emptoris. Et dicunt Bald. & Sali. in l. si liberam. C. quod cum eo. quòd licet in translatione dominij non teneat id, quod agit procurator reuocatus etiam ignorans, tamẽ hoc est uerum re integra: secus, si procurator iam esset obligatus ad tradendum[a], per d. l. si quis prohibuit. Et credo, quòd intelligãt respectu effectus, quem habet illa traditio, scilicet transferendi usucapiendi conditionem. Et ibi etiam assignãt rationẽ differentiæ inter translationem dominij & obligationẽ personalem: quia dominij translatio pendet ex consensu domini, sed personalis obligatio ex cõsensu promissoris.

[a] *Ad tradendũ*] *Vide et adde Bar. il. j. C. de fatisdat. et per Car. in cle. j. v. oppos. de renun. & omnino per Paul. de Cast. consil. lix. incip. Venerabilis uir.*

Istam secundam fallentiã ponit etiam Paul. in d.l. eius, qui in prouincia. uer. interdum mando tibi aliquid. ff. si cer. pet. & Imol. in cle. j. de renun. & Bald. in l. si procuratorem. ff. man. dicens, quòd translatio dominij est talis actus, in quo requiritur consensus domini. Vnde ue rum dominium non transfertur inuito domino. Allegat d.l. si quis prohibuit. Et idem not. Imol. per illam l. in c. mandato. de procur. Et pro tanto uidemus, secundum eum, quòd in matrimonio contrahendo sufficit procuratorem esse reuocatum, ad hoc, ut non teneat, quod ipse agit etiam ignorans reuocationem. Et contra istam fallẽtiam oppone, ut per Sal. in l. mandatum. C. mandati. uersi. quæro secundò. Et solue, ut per eum ibi in pen. col. uer. aut quæritur de liberalitate.

Excipiuntur

Excipiuntur Tamen ab ista fallentia duo casus, in quibus etiam in actu. in quo requiritur consensus domini, tenent gesta per procuratorem reuocatum ignorantem reuocationem ¶ Primus est in casu cle. j. de renun. ubi † tenet renũnciatio dignitatis, uel beneficij, facta per procuratorem ad hoc cõstitutum, licet priùs procurator fuerit reuocatus, ipso tamẽ & superiore, cui fiebat cessio, id ignorante, nisi reuocatio fuerit occultata per malitiam. Et dicit Bal. in c. audita. de resti. spol. quòd in illo actu suffi cit iuris fictio: quia fingit mandatum durare, nec esse perfectè reuocatum, & quòd extra illum casum, si soli reuocanti præiudicatur, tenet in distinctè reuocatio. Ratio specialitatis dictæ cle. assignatur ibi pulchrè in text. scilicet ad euitandam illusionem in beneficialibus. Et ad corroborationem illius rationis, uide multa pulchra, quæ reduxi in c. cùm olim. uer. ad illud de circũuentione. de re iudi. ubi inuenies, quomodo etiam talis illusio multum est execranda in Romano pontifice: & notat etiam pulchrè Rota de præb. concluſi. xxxij. in antiquis, in pe. col. Idem in collegio Cardinalium, secũdum Bald. in l. j. C. de Lati. li. tol. ubi inuehit contra Cardinales, qui dicebant se coronasse Papam fictitiè. Et loquitur de electione facta de Vrbano VI. Et per ipsum in tractatu de Schismaticis, quem ponit in Rub. C. si quis aliquem testa. prohi. Idem dicas in episcopis. Vnde episcopus, qui iusſit ut beneficium cõferretur uni, non potest uariare, secundum Rotam de concess. præb. decis. xxix. in antiquis: & episcopus, qui semel nominauit unum intuitu gratiæ, nõ potest alium nominare etiam re integra, secundum Rotam in ti. de concess. præb. decis. xxvij. in antiquis. Idem dicin clericis, per c. cùm autem. de iure pat. & per id, quod pulchrè dicit Host. in c. consulta. ibi. Et ibi dicit Lap. quòd ista limitatio non habeat locum in re uocatione occultè facta præsente procuratore, nõ uidetur iure probari: imo esset contra illum text. indistinctè loquentem. ¶ Amplia tertiò, etiam in procuratore constituto ad renunciãdum causa permutationis: quia uallet renunciatio, & permutatio isto casu, etiam si procurator fuerit reuocatus, & hoc ignorauit, secundum Domi. post Lap. in c. fin. ppe fi. de procu. in vj. Et ibi dicit Lap. se uidisse literas Papales sub bulla, quæ uidebantur approbare istud dictum. Et respondet quibusdã rationib. facientibus in contrarium. ¶ Limita primò dictam cle. j. respectu permutationis, nisi reuocatio esset notificata illi, cũ quo debeat fieri permutatio: quia licet dicta cle. loquat̃ solùm de notificatiõe fiẽda procuratori, uel superiori: tñ isto casu, etiamsi nulli sit facta, sed alteri, cum quo habebat permutari, ualet reuocatio, secundum Domi. post Lap. in d.c.fi. quasi in fi. de procu. in vj. quia ille fuit in dolo tacendo reuocationem dolosè. ¶ Et si diceres, quòd cle. j. uidetur requirere solùm notitiam reuocationis in altera ex dictis personis: respõdetur, quòd non dixit de aliis personis: quia loquitur in materia renunciationis. Vnde intelligendo, q. habeat locum etiam in permutatione, ut s. dictum est, sufficiet, q. reuocatio sit intimata alteri. ¶ Ex hoc inferri potest ad dubium, de quo aliàs fui interrogatus: Titius misit procuratorem Romam cum mandato ad renũciandũ beneficio, Sempronius accedebat ad curiam, ut impetraret illud beneficium uacaturum per renunciationem, quæ fieri debebat ad istum effectum, ut ipse consequeretur illud beneficium. Et dum Sempronius esset in itinere, fuit notificata sibi in hac urbe Pisarum reuocatio dicti procuratoris: ipse autem accedens ad curiam, & præueniens nũcium portantem reuocationem ipsi procuratori, obtinuit beneficiũ secuta renunciatione facta per procuratorem ignorantem reuocationem: uidebatur, quòd impetratio non ualeret, quasi ipse per dolum tacuerit de illa renunciatione. Contrarium respõdi super uerbo, fortè, quia d. cle. j. uult, quòd ad hoc, ut renunciatio nõ ualeat, reuocatio innotescat procuratori, uel superiori; Sed hîc neutri eorum innotuit. Ergo, &c. Non obstat, quòd sufficiat eam esse notam alteri permutãti: quia in casu illo is, cum quo est permutatio facienda, gerit uicem partis, ut per Rotam de procur. decis. vij. in antiquis. Sed iste habens spem facti in renunciatione futura, est ut extraneus. Vnde non uidetur, quòd intimatio facta sibi, operetur plus, quàm si esset facta personæ extraneæ. ¶ Si diceres, fuit in dolo tacendo reuocationem: negatur, quia tacens uerũ non peccat, nisi quando est productus ut testis, ut per Inn. & alios in c. j. de cri. fal. Vnde dicit But. in c. j. in iij. no. de proba. quia tacere ueritatem, ad quam quis non tenetur in foro contentioso, non est peccatum mortale, sicut etiam alius extraneus sciens hanc reuocationem, non teneẽ eam notificare procuratori. Et hoc nunquã negabis. Est uerum, quòd si iste daret operam, ne reuocatio innotesceret procuratori, talis fraus non prodesset ei, & reuocatio ualeret, dicta cle. j. in fi. Sed non uidetur, quòd solum silentium debeat imputari: & pœna illusionis detestatæ, in d. cle. j. debet habere

16 locum non obstante silentio istius. ¶ Limita secũdò † d. cle. j. nisi constituens procuratorem renunciaret beneficio procuratore iam reuocato: quia licet procurator ignorans reuocationem ex pòst renunciet, tamen renunciatio domini uidetur tenere, non autem renunciatio procuratoris: quia cle. j. loquitur, quãdo procurator renunciat beneficio. Sed in casu isto procurator non renunciat, cùm iam beneficium uacauerit per renunciationem domini: nam quando dominus renunciauit, habebat eo tempore titulum in beneficio, cùm nondum procurator renunciasset. ¶ Et hoc etiam probat̃: quia si moreretur constituens, antè quàm procurator renunciaret, non dices, quòd renunciatio ualeat: quia cùm semel uacet per mortem non potest amplius uacare ex eadem persona, c. susceptum. de rescript. in vj. Ergo parificando mortem ciuilem naturali, iuxta ibi notata, dicemus idem, quando ipse renunciat: & ita respondi in q. facti, licet multi aliter fantasticarẽtur in hoc. ¶ Quid autem, si

c. ex parte decani.

tem,si eadem die renunciant dominus,& procurator:& nõ apparet,quis priùs renũciauerit? Pendet ex his,quæ dixi in simili in c.pastoralis.ad fi.& in c.capitulum.ad fi. eo.Et ad hoc pondera consilium Cal.de offi.uic.ij.ubi dicit,q si episcopus & uicarius conferunt eodẽ die,præsumit collationem episcopi præcessisse: tamen non est bona æquiparatio uicarij & procuratoris in hoc casu, ut ibi per eum:cui adde Abb.in l.fæpe.in fi.ff.de offi.præsi.ubi dicit,q si episcopus confert ante eum,cui commisit uices suas in conferendo,ualet collatio episcopi, per l.iudicium soluitur.ff.de iudi.Et ita fuit iudicatũ Romæ,
17 secundum eum contra Gui.de Suza. ¶Secũdus† casus exceptuatus ab ista secunda fallentia,est fauore liberationis:quoniã licet sit actus,ad cuius essentiam requiritur uoluntas domini, tamen si soluit procuratori reuocato ignoranti reuocationem,liberat soluens, ut no.gl. magna ante fi.in d.cle.j.de renun.in uer. fallit fauore liberationis.per l.cùm quis.§.j.& l. qui hominem. §. si Titium.ff.de solut.ubi dicit,q post reuocatum mãdatum debitor ignorans liberat soluendo procuratori reuocato.Et idem not.Ab.hîc,dicens,q soluentes procuratori reuocato liberantur,nisi reuocatio sit publicè nota,per d.l.eius, qui in prouincia.ff.si cer.pet.licet ille tex. possit intelligi in institore,secundum eum.Et idem not. Sal.in d.l.mandatum.uer.aut quærit,quantum ad obligationem priùs cum domino contractam.dicens,q ignoranter soluens liberetur.Ideo non est necesse,ut debens soluere certioretur de reuocatione mandati. Allegat iura,
18 de quibus s. ¶Fallit† tertiò ista secunda regula,ubi[a] agi

a tur solùm de præiudicio constituẽtis: quia tunc ualet reuocatio procuratoris,etiam non intimata: & gesta per ipsum sunt nulla, secundum Car. post Laudinũ in d.cle.j.uer.unde pro pleniori.Pro quo uide Rotã in tit.de procu.concluſ.ij.in antiquis: quæ dicit,q ubi aliquis fecit procuratorem ad acceptandum beneficium, si secundò fecit alios,uidetur primos reuocare, posito q non sint certificati:quia ex quo agitur solùm de præiudicio constituẽtis,nõ inspicitur, quòd procuratores, qui reuocantur,sint certificati,uel nõ: aliàs autem inspiceretur, ut l. si mandassem. ff. mand. Ita dicit intelligendam gl.in cle.j.de renun.cum concor. Idem tenet Pau.consi.lv.in pe.col.uer. quartò quæritur.dicens,quòd ubi reuocatio non redundat in damnũ pecuniarium alterius tertij, nec procura

a Vbi] Adde tu, in simili,q, ubi agitur solùm de præiudicio constituentis, ipse constituẽs potest ratificare gesta sui procuratoris reuocati in sui præiudicium. Ita Bar.in l.dispẽsatorẽ.ff. de solut. & in l. quo enim. §. Iulianus.ff. rem rat.hab.Adde Bal. in l.falsus.in uerſ. secũdò præmitte. C. de fur.& Bart. in c.factũ tale est: A.mo.

toris,potest ipse procurator ignorans reuocari: nec ualet, quicquid facit post reuocationem, licet ignorans. Inducit l.si pater.ff.de ma.uin.& l.ij. §. sed & si quis donaturus.ff.de donat.Idem etiam tenet Bald.in c.audita. in pe. col. uer. solutio: aut tractatur de resti. spolia.Pet.de Ancha.in cle.j.de renun.& Ange. de Are.in §. rectè. Insti. manda. Ad hæc etiam facit sequens fallentia. Et hanc fallentiam tenet etiam Pau. de Cast. in l. si procuratorẽ. ff. de procur. quia quo ad nullitatem sententiæ latæ in fauorem reuocantis,non est opus,quòd reuocatio fuerit intimata. Allegat gl. iij.in prin. in c. ij. de procu.in vj. ¶Fallit quartò,quando agitur solùm de hoc, uidelicet an præsentia solius procuratoris reuocati in curia faciat partem reuocantem censeri præsentem in curia? & in hoc dicitur,quòd non, etiamsi procurator ignoranter reuocationem. Ex quo sequitur, quòd si est impetrata commissio,tanquam per præsentia partium, & apprehensus quidã procurator,q fuerat reuocatus ante hanc impetrationem,sed hoc ignorabat, talis impetratio nõ tenet,nec per eius præsentiam causa potest dici esse in curia, secundum Rotam in ti.de rescrip. decis. iij. in antiquis: quia nulla in hoc potest dici partis deceptio, ex quo talis procurator nihil faciebat, nec fecerat,ut ibi latiùs habetur. ¶Fallit quintò,ubi aduersarius nondum fuerat certificatus de mandato procuratoris:quia tenet reuocatio facta de eo, licet sit incognita aduersario, ut not.glos.iij.post med.in c.ij. de procu.in vj. quam sequitur Imo. hîc, & in cle.j. uer. uidere.de renunc. & Rota in addi.in tit.de procur.decis.ij.in nouis, & Imo. post But. in c.mandato.de procur. & Ana. consil. xxv. in princip. dicens dictam glos. esse singularem, & limitare omnia iura de hac materia loquentia. ¶Fallit sextò in reuocatione nuncij:quia tenet & operatur nullitatem gestorũ: posteà etiamsi nuncius ignorauit, secundum Imo. in d. c.mãdato.uer.circa primum. quia dominus censetur actum facere mediante organo nuncij,l.& licet.ff.de con

b Et ideo] Adde tu, quòd Feli. hic non aperit bene, an gesta per nuncium , etiam sine mandato , possint ualidari per dominum ratihabitionẽ in qua q.reperio,quod Bar.fuit uarius: quia in l. qui autem.§. constituere.ff.de constit. pecu. & in l. multum.§.fin.C.si quis alt.uel sib.tenuit , quòd dominus non potest ratihabitione ualidare gesta per nũcium,qui non habet mandatum:& posteà in l. certè. ff. de preca.tenuit contrà: sed communis opi. est, q non possit: quam tenet Bal.in l. falsus. C. de furt. & Bart.in c.s. alleg. A.mo.

b stitu. pe. Et ideo[b] ex quo dominus reuocat mandatum , non potest actus ualere.Vnde non est tũc necessarium, quòd reuocatio deueniat ad notitiã ipsius nuncij: & allegat not.in l. si pater.ff.de ma.uin.& glos.in d.cle.j.de renun.quæ hoc sensit, dum dicit, quòd reuocatio nudi ministri sine certioratione impedit actum gerendum.Et sic intelligitur d.l.si pater. secũdum eum: & sequitur ibi Imo. dicens rationem diuersitatis inter nuncium & procuratorem colligi ex notatis in c.fi.de procu. in vj. & in d.l. licet. & idem dicit Ang.in d.l.mandatum.C.mandati. & Ana.consi.xxv. uersi. secundò principaliter. Idem etiam tenet Bal. in c. audita.uer.quæro,quid in nuncio.de resti. spo. quia nũcius nihil facit animo proprio, sed domini, cuius uerbum portat in ore suo.Idem ergo, secundũ eum, in reuocatione literarum: quia eis reuocatis abest intellectus, & sine intellectu nulla uera obligatio cõtrahitur,ut singulariter notat in l.non figura.ff.de act.& oblig.& in l. diuus. ff. de mili.testa. Idem etiam tenet Io. Ann. in c.fi.in prin.de procu.in vj. & ibi Domi.in §.fi.in j.col.dicens,q quando qs contrahit per nũcium, uel epistolam cum absente,in omni contractu sufficit reuocatio ante cõtractum, etiamsi non transiuit in notitiã procuratoris, uel partis:quia censet reuocatum mandatum , nec posteà obligatur,per d.l.si pater.Et est ratio: quia nuncius, uel epistola solùm præbet iudicium ministeriorum, ut pica & organũ, d.l. & licet.& l. multum. C. si quis alteri, uel sibi.Deficiente igit cõsensu tempore præsentationis, nihil agitur,etiamsi nuncius non fuit certioratus , licet gl.in l.j.ff.de contrahen.emp.etiam in nuncio,uel epistola teneat contractum,& non bene, secundum Io. & Domi.ubi s. ¶Hanc fallentiam intellige primò, quãdo aduersarius agitur de lucro captãdo:& ita loquitur l.si pater.ff.de ma.uin.Sed si ageret de damno euitando, tunc tenerent gesta occasione nũcij,uel epistolæ, si reuocatio fuit incognita aduersario.Ita dicit Bal. in l.si ,pcuratorẽ. quasi in fi.ff.de ,pcur. Et ita intelligit gl.fi. in fi. in d.l.j.ff. de cõtrahẽ.emp. ¶Et si tu diceres,deficit cõsensus: respõdet,q deficit cõsensus uer9: tñ interpretatiuus cõsensus fingit durare: & cõtractus ,pceduit ex ficto cõsensu, liq ad certũ. ff. loca. Et hoc modo sustinet dicta gl. à qua nõ est tutũ recedere,maximè in consiliis,secundum eum. Idem latè firmat Bal.in d.c.audita.dicẽs, q ubi tractatur de damno uitando,tenet contractus odio illius,qui cõmittit dolum in celando reuocationem.Et inducit regulam generalem traditam in l.eleganter.in prin.ff.de dolo.iunc-

lo.iuncta alia regula,quam appellat solẽnem & elegãtem , quòd quicunq; contractus in contrahendo sunt bonæ fidei,similiter & in resoluendo,ut no.in l. de tutela.C.de inte.rest.mi. Vnde probat, quòd dol9 inductus ad resoluendum contractum,non impedit resolutionẽ, ut ibi per eum.Oportet tamen ad hoc,ut reuocatio nuncij operetur in damnum alterius,q in ea non concurrat dolus, uel culpa:dolus,ut si facta fuit clandestinè: quia tunc in fraudẽ præsumitur facta,secundũ Bal.in d.l.mãdatum.in pe.col.uer. sed contra id,quod dicit de nũcio. per l.non existimo.ff.de autho. tu. & quia debet puniri, qui facit clandestinum instrumentum in alterius præiudiciũ,ut no.Inn.in c.j.in gl.magna,uer.itẽ nota, cùm officium.de fide instru.Dicitur autem culpa etiam,quãdo non fuit clandestina reuocatio,sed tardè facta , adeo q etiamsi uoluisset deducere in illius notitiam, nõ potuisset:nam tunc pœnitentia nõ prodest,secundũ Sal.in d.l. mandatũ.in pe.col.uersi.quæro modò,quid in nuncio. per l.si pecuniã.§.item si quis dederit.ff.de cõdi. ob.cau. & arg.l.obligari.§.tutor.ibi, post tẽpus,&c. ff. de autho. tu.Et hoc est,quòd uoluit gl.in d.l.j.ff.de cõtrahen.emp. secundum eum:& ideo non est differentia inter procuratorem & nuncium,quantum ad hoc,secundũ eum.Si ergo reuocatio nuncij non fuit intimata, & tñ non fuit clãdestina, neq; tardè facta, tunc procedit ista fallentia, q reuocatio operatur nullitatẽ gestorũ, etiamsi ista nullitas alteri noceat,ex quo non potest imputari reuocãti dolus,uel culpa.Et sic intellige uerba Bald.de quibus in fi. sequentis intelligentiæ.¶Intellige secundò hanc fallentiam in eo,qui est propriè nuncius: quia non consentit, sed refert consensum domini,quod fieri posset etiam ostãno inanimato,ut cornu, uel tuba , si inuicem in hunc modum se intelligant contrahentes,arg.l.Labeo.in fi.ibi,in sono quodã.ff.de suppellec.leg. Sed secus est in eo, qui est nuncius impropriè: ut si dico , Facio te nuncium meum ad uendendum: tunc talis nuncius consentit , & ualet actus , sicut in procuratore. Ita declarat Bald. in l. falsus.uersi.secũdò quæritur.C. de fur. & ibi etiam dicit, q si alius lẽditur ex reuocatiõe uerì nũcij, tenet reuocãs actione de dolo,uel iniuriarum, & crimine stellionatus: arg.l.eleganter.§.seruus pactionis.& l.rem quandam. ff. de dolo.Quod intelligerẽ,quando reuocanti posset imputari dolus,uel lata culpa, secundum quod dixi paulo antè de mente Bald. & Sal.in d.l.mandatum. ¶Fallit
19 septimò, quando †reuocans mandatũ & mandatarius cẽsentur una & eadẽ persona : quia reuocatio operatur tunc effectum suum,etiã non intimata,ut sentit gl.in c.ti ibi domino.in gl.mag.in fi.lxiij.dist.dum dicit, q in casu l.si pater.ff.de ma.uin. ideo sufficit reuocatio non peruenta ad procuratorẽ:quia pater & filius censẽt una persona,xxxv.q.iij.c.cõtradicimus.§. hac authoritate. Et ista ratio posset multipliciter confirmari ex his, quæ aliàs reduxi in c.afferte.de præsump.sed Car.reprobat hoc in d. cle.j.de renun.vij.col.uer.& ad prædicta est, quod no.gl. &c.quia non est uerum,q censeantur una persona,quo ad omnia.Tamen dicit defendi posse,quòd censeantur, quo ad hoc,una persona:quia non potest uersari specia
22 le interesse filij,ut ibi per eum. ¶Fallit octauò in reuocatione, quæ fit per mortem : quia illa operatur effectum, etiam non intimata,ut not.gl.in d.cle.j.& ibi Imo. dicẽs, q nõ est necesse,q notificetur etiam in iudicio, per l. pe. ff. quæ sen.sine ap.rescin.quia non potest aliquid imputari non notificanti,ut not.in l.j.C.de satisdat.& per Bar. in l.si procuratorem absentem.in fi.ff.de procurat.Dicit tamen Imo.q mandatarius potest repetere,si quid eius interfit,ne iusta ignorantia puniatur,per text.in §.rectè.
20 Instit.mand. ¶Fallit nonò,quãdo† aduersarius fuit particeps in occultatione fraudulenta , & in celando reuocationem:quia tunc præiudicatur sibi,& tenetur de dolo reuocanti, maximè si procurator non est soluendo. Ita dicit simpliciter Car. post Laudinum in d. cle. j. uer: unde pro pleniori. Allegat l. si procuratorem. §. fin. ff. man.Facit,quod not.omnes post Cald.in c.ad probandum.de re iud.cum concor.quas ipsi dedi. ¶Limita secũdò,ubi dicitur,quòd gesta per inhabilem,qui communi errore putabatur habilis , non ualent respectu illius litigatoris,qui erat conscius illius inhabilitatis : & reputatur aurea limitatio ad l.Barbarius.ff.de offi.præ
a to. ¶Fallit decimò, quando[a] procu-
21 rator † est factus ribaldus , uel inimicus domini, aliàs conditionem mutauit in deterius: quia uidetur eo ipso reuocatum mandatum , ut per Bart. post Dy. in l. si cùm Cornelius. per illum tex. ff.de sol.Et sic est dare casum, in quo reuocatio non intimatur per dominum, & tamen operatur nullitatem gestorum.Et cum dictò Bart. concordant multi, quos allegat Alex. in apostillis , & etiam Imo. post Pet. de Anc. in c. propter sterilitatem. de loca. Pau. in l. quod seruus. in fi. ff. de posl.Pet.de An.in c.nulli.de elect. in vj. & in c.si quem.iij.not.de procu.eo.lib. Lud.in l.si cùm dotem.§.eo autẽ tẽpore.ff.sol. mat. & in l. is, cui bonis.ff. de uer. obli. Ana. in c. qualiter. lo ij. in princip. j. de accus. bonus text. in c. j. in j.col.uer.adijciebatur. de concess.præb.in vj. ubi gesta per prælatum depositum non ualent, etiamsi ignorabat depositionem.Circa quem text.uide Domi.ibi,& in c.eum,qui. de præb.in vj.Ana.in d.c.qualiter.§.ad corrigendos.Butr.in c.consultationibus. de iu. pat. Lap. alleg.cxxx.pro dubij.ad fin.Cal.in tit.de re iudic.consil.ulti.cum concor.& fortè aliquid dixi s.eod.cæterùm. ¶Et intellige illud c.j.quando sententia depositionis est specialis & certa:secus , si est lata in genere: putà quòd qui non fecerit tale quid,sit priuatus:nam talis sententia nõ afficit contrauenientem,qui de ea ignorabat,ut latè per Alb. de Ros.in ij.parte sta. quæst.cxcix. & Io. And. in regula,mora.de reg.iur.in vj.in Mercu.Nam sententia specialis & certa cõtra certam & nominatam personam inducit notorium:secus,quando sententia est generalis & incerta, ut latiùs per prædictos,quos uide. Et intellige hanc fallentiam, si debitores soluentes tali procuratori ribaldo, sciebant eius nouam qualitatem : secus, si ignorarent,secundum Bald. in l. pater hæredi. ff. de test. tu. Per quod uidetur generaliter dicẽdum idem in alijs personis aliquid gerẽtibus cũ tali procuratore,& ignorantibus eius conditionem. ¶Fallit undecimò,ubi homo non exequitur actum , sed lex: quia sufficit reuocatio , licet ad nullius notitiam deueniat , secundum Pet. de Anc. in d. cle. j. dicentem ita limitari omnia iura de hac materia loquentia: & allegat l. si pecuniam.§.si procurator.ff.de condi.ob causam. Quod dictum gusta , ut per Ana.consil.xxv.in fi.Et hæc quo ad secundam regu-
22 lam, de qua s. ¶Tertia regula. Quando † procurator est datus ad gerendum negotium cum certa persona, ad hoc,ut reuocatio operetur nullitatem gestorum,non sufficit, quòd sit notificata ipsi procuratori , sed etiã debet notificari illi personæ,secundũ Doct.hîc,& in d.cle.j. de renun.per l.si fideiussor.§.j.ff.man.Et dicit hîc do. Ab. istud probari hîc optimè secundum iij.intellectum: & no.Abb.in c.ex insinuatione.de procur. & Pet. de Anch. in d.cle.j.& Angel. de Are.in §.rectè.in ulti.col.Insti.man. ¶Ista regula potest limitari secundum fallentias datas ad præcedentem regulam : quia in casibus, in quibus nõ est necessarium , quòd reuocatio intimetur ipsi procuratori,non erit necessarium,quòd intimetur ipsi parti:& ideo Sal.in d.l.mandatum.limitat hanc regulam ex casu c.fi.de procu.in vj.de quo s.dictum est. Itẽ, nisi procurator esset datus ad negocia usq; ad certum tẽpus:qa-

a Quando] Adde tu limitando ista, nisi sit procurator ciuitatis,uel uniuersitatis,constitutus ab administratoribus ciuitatis : quia propter mutationem status non tollitur, neque definit esse procurator, ut est casus in l. quòd si fortè.ff. de solut. Adde Bald.in l. mandatum.C. manda.& in vj.d.c.A.mo.

c. ex parte decani.

gesta post illud tempus non tenebunt, etiamsi non fuisset facta per dominum alia reuocatio, uel reuocationis intimatio: quoniam finito illo tempore, est reuocatum mandatū, & reuocatio præsumitur nota parti, cùm præsumatur uidisse mandatum limitatum ad tempus. Ita declarat Pau. consi. cccxxxj. Visis & ponderatis omnibus. ¶ Quarta regula. Quādo† procurator nō erat destinatus ad certam personam, satis est ipsum procuratorem fuisse certificatum de reuocatione, unde agat contrahens contra ipsum falsum procuratorem, ut l. falso procuratori. ff. de condi. ob cau. & facit l. si procurator. ff. de cond. inde. Debuit enim ille contrahens cum ipso cogitare hoc euenire posse, arg. l. si quis domum. ff. loca. secundum Ioan. And. & omnes alios hîc, uolentes, quòd in casu isto non sit opus publicare aliter reuocationem. Et idem sentit gl. in d. cle. j. in uer. facienda. in fin. dum dicit, uel saltem procuratori. & ibi Imo. uers. si uerò non fuit expressa. Ibi tamen loquitur in procuratore constituto, non ad actus uniuersales, sed simpliciter ad actum unum expediendum, non determinata persona, cum qua actus geri debebat: & paulò ȝ. uers. dicit do. Ant. tenet aliter in procuratore dato ad actus uniuersaliter expediēdos. Et cum istis concordat Rota de procu. dec. ij. in no. in addi. Idem Bart. & Bald. in l. j. C. de fatisdat. dum dicunt, quòd si est incertus ille, qui potest lædi ex tali reuocatione nulla, requiritur notificatio reuocationis, per l. fi. §. pe. & fi. ff. de euic. Idem Cyn. in l. mandatum. in pe col. C. man. dicens hanc fuisse opi. Mart. Sil. in quadam sua dispu. Idem tenet Io. Fabri in §. adhuc. in pe. col. uersi. quæritur iuxta hanc glo. Insti. man. & ibi dicit, quòd text. in l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito non militat in procuratore, sed institore. Et quòd inter istos non procedat parificatio, patet, secundum eum: quia per mortem domini non reuocatur institor, sed bene procurator generalis, §. morte. Insti. man. Et sic uidetur habere magnas authoritates ista pars, uidelicet quòd dispositio d. §. proscribere. non habet locum in procuratore: & sic non est opus publicè intimare reuocationem procuratoris constituti generaliter ad non contrahendum cum certa persona. ¶ Sed in contrarium uidetur esse communior opinio, quòd imo sit publicè notificanda reuocatio procuratoris etiam non
23 dati ad gerenda negocia cum certa persona, & debet seruari d. §. proscribere. Et ita tenent Bart. & Pau. in l. qui hominem. §. si Titium. ff. de sol. & Bald. in l. mandatum. uersus fi. C. man. & in l. si procuratorem. ad fi. uer. quid ergo in procuratore. ff. de procu. Bart. in l. non solùm. §. morte. uer. quādoq; per hanc protestationē me exonero. ff. de ope. noui nun. Sal. in d. l. mandatum. uer. aut in mandato non continebatur, dicens, quòd debent fieri proclamata per loca publica, & edicta proponi in locis, in quibus omnes frequenter conueniunt, per d. §. proscribere. Idem tenet Domi. in c. ex insinuatione. uersi. hoc uerum, nisi fuisset constitutus. ȝ. de procu. & Imo. in c. mandato. in pe. col. uer. in alijs autem conclude. eod. tit. & in cle. j. ante pe. col. uer. dicit tamen Antonius de renun. & Fran. de Albe. in d. §. proscribere. Et in quantum dicit Bar. in d. §. si Titium. & Sal. in d. l. mandatum. quòd sufficit intimatio per uocem præconis: hoc reprehendit Rapha. Cu. in d. §. si Titium. quia uox præconis paucis innotescit, authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. Ideo requiritur edictum. Ad quod uide Inno. in c. fin. post princip. de maio. & obe. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uer. per edictum. in fi. & latissimè Maria. in rub. de dilat. arg. xxv. princip. cum suis concord. ¶ Et ista adde ad Alex. in d. §. morte. uer. item Bart. uoluit. ubi sequitur hanc partem, addens quòd Bart. potest saluari à contrarietate in hoc puncto, intelligendo id, quod ipse dicit in §. morte. quando talis procurator fuit deputatus ad exercenda negocia in uno certo loco: sed ubi non fuit datus ad certum locum, tunc procedit prima opi. quam posuit Bart. in d. l. unica: quia impossibile est dicere, in quo loco debeat fieri ista publicatio, ut ibi per eum. Pro quo uideatis Bald. in l. si procuratorem. ad fi. ff. de procu. ubi dicit, quòd casu quidam aduocatus Florentinus consuluit, quòd nullum erat remedium, nisi consideretur procurator: quia sub prætextu mandati non debent contrahentes decipi: sed falsum & inutile consilium fuit, secundum eum: quia sufficit, quòd tunc intimetur ipsi procuratori, ut d. l. si mandasse. ff. manda. & no. in d. cle. j. Aliàs esset absurdum dicere, quòd istud mādatum esset irreuocabile, nisi per mortem domini, uel procuratoris curiosus debet esse, qui contrahit, ut inquirat an mādatum sit reuocatum, necne, arg. l. iij. §. sed si sic. ff. de in rem uers. secundū eum. Et de modo, & uiribus edicti reuocatorij, de quo ſ. uide, quæ dicta sunt in prima regula. ¶ Et unum nouum cōsidera: quia si dominus constituens procuratorem ad negocia in certo loco expedienda, esset informatus de personis, cum quibus procurator iam incepit gerere negocia, fortè isto casu non sufficeret publicare reuocationē per edictum, sed debet intimari illis personis: primò per id, quod no. Imo. post Bu. in d. cle. j. uer. quod intellige secundum do. Anto. de renun. ubi loquens de procuratore constituto ad certum actum non determinata persona, cum qua actus debet geri, dicit, quòd si dominus esset certificatus, cum qua persona cœpit procurator actū gerere, debet illi certificare reuocationem. Et facit, secundum eum, c. pastoralis. §. fi. ſ. eo. ubi postquam genus est specificatum, requiritur maior solennitas in reuocatione. Et idem uidetur dicendum in procuratore constituto ad actus utiles propter paritatem rationis. Secundò per id, quod no. Domi. post Pet. de Anch. in c. j. in fi. de elec. in vj. ubi dicit, quòd citatio per edictum non arctat, quando est certus, uel uerisimilis contradictor, quē materia tangit: quia ille est specialiter citandus, per l. si eo tē pore. C. de remiſ. pig. Et concordant multi, quos dixi in c. ij. ſ. tit. proxi. Tamen quia ista est magna restrictio ad d. §. proscribere. loquentem indistinctè, ideo non est firmanda nimis aperta fronte, maximè æquiparando institorem & procuratorem, ut faciunt Doc. allegati paulò antè in uer. sed in contrarium. ¶ Quinta regula. Reuoca
24 tio† procuratoris iudicialis debet intimari iudici, uel parti: aliàs gesta per eum tenent, quo ad præiudicium reuocantis, sed non, quo ad eius commodum, c. mandatum. de procu. cum concor. de quibus ibi in glos. ij. & per glo. fi. in l. si procuratorē. ff. de procu. Et hoc latè distinguunt omnes in d. c. mandato. & Bart. Bald. & Sal. latissimè in l. unica, C. de satisdat. & Ang. Are. in §. rectè. in ulti. col. Insti. mand. & Pet. de Anch. in cle. j. de renun. & aliquid per do. Abb. in c. ex insinuatione. & in c. in nostra. de procu. Et prosequere distinctionem istorum, cui nihil addo. ¶ Sed illud inter alia bene no. quòd notitia iudicis de reuocatione inducit nullitatem processus ipso iure: notitia autem solius aduersarij inducit nullitatem processus ope exceptionis. Ita dicit glos. fin. in medio in l. si procuratorem. ff. de procu. quæ est aurea, secundū Bald. ibi. Sed contra ipsam opponitur hoc modo: Dolus partis magis reddit actum nullum, quàm dolus tertij, l. eleganter. ff. de dolo. Ergo quando reuocatio peruenit ad partem, magis debet esse processus nullus, quàm quando ad iudicem. Respondet Pet. & sequitur Bald. in d. l. si procuratorem. quòd in substantia iudicij non est iudex tertia persona: imo est fundamentum iudicij, & defectus iudicis magis reddit processum nullum, quàm defectus partis. Hinc est, quòd excommunicatio iudicis reddit processum nullum, c. ad probandum. de iureiur. Secus in excommunicatione partis, c. j. de except. in vj. Et hoc tene menti, secundum Bald. dicentem, quòd pro illa glos. facit l. uir bonus. ff. iud. sol. Et istam conclusionem firmat etiam Bald. hîc: quia iudex sciens procedens cum persona illegitima, nihil agit. Allegat pro

gat pro sing. glos. in d. l. si procuratorem. Idem etiam tenet glos. & Bart. in d. l. unica, C. de satisdat. Et pro eo, quod dicitur de iudice, facit c. si duobus. de ap. ubi probatur, quòd si iudex scit iurisdictionem sibi non competere, uel exceptionem competere absenti, non ualet, quod agit. ¶ Sed do. Abb. in c. in nostra. & in c. mandato. in penul. col. de procura. sequendo glos. in d. c. mandato. tenet indistinctè, quòd etiamsi aduersarius solus scit de reuocatione, iudicium sit nullum, per text. hîc, qui uidetur ad hoc apertus, secundum eum. Item est, quid imputetur aduersario, quare litigauit cum procuratore reuocato. Vnde cùm non habuerit ille procurator reuocatus facultatem deducendi ius domini in iudicium, non apparet ratio, quare debeat ualere iudicium. Sed psum enim decepit, ut in simili dicitur in l. is, qui se obtulit. & in l. qui se liti. ff. de rei uen. Nam si aduersarius scit, quòd reus non possidet rem, & nihilo minus uoluit agere contra eum, non obligatur reus ad interesse. Inducit d. c. in nostra. Nam ibi Papa ignorabat illam reuocationem, & nihilo minus dicit, quòd illa exceptio reuocationis intimatæ aduersario reddebat iu-
25 dicium retro nullum. ¶ Sexta regula. Gesta† per procuratorem reuocatum non possunt per dominum ratificari. Glos. fi. hîc in princip. & no. Spe. in tit. de defensore. in princip. uersic. sed pone, egisti. Allegat gl. in l. dispensatorem. in uersic. non puto. ff. de solut. quam etiam notat ibi Bart. licet non firmet: & facit, quod est dictum supra in j. fallen. ij. regulæ. uersi. amplia quartò, dum fuit facta mentio de illis consilijs in facto regis Cypri. Et hāc regulam ponit etiam Pau. de Cast. in l. si procuratorem. ff. de procu. dicens, quòd dominus qui reuocauit procuratorem, non potest ratificare sententiam in suum fauorem latam, etiamsi reuocatio nulli fuerit intimata. Allegat d. l. dispensatorem. cum glos. ¶ Fallit primò dicta regula, nisi actus, qui ratificatur, tendat ad præiudi-
a cium ratificantis[a], secundum Spe. ubi
a *Ratificātis] Ad de text. in l. cùm pater. §. Mæuius. ff. de leg. ij. & Bald in repert. to. Spec. uerb. ratificatio. & per Bart. in l. certè. §. j. de precario. & in suo consil. factum tale est, &c.*
ſ. & Imo. in c. mandato. ad fi. de procur. Et ita loquitur l. quæcunque. §. Iulianus. ff. rem rā. hab. ¶ Fallit secundò, ubi agitur de commodo non principaliter, sed in quandam consequentiam: quia tunc potest quis approbare gesta per procuratorem reuocatum, secundum Imo. in d. c. mandato. ita intelligentem uerba Bart. in d. l. dispensatorem. dum dicit, quòd potest hîc cadere ratificatio ad finem exceptionis, per ea, quæ habentur in d. §. Iulianus. ¶ Et ideo infert, q; si procurator reuocatus exigit debitum domini, & promiserat de rato, si procurator soluit domino illud, quod exigit, & dominus habeat ratam solutionem factam procuratori, non potest procurator conueniri ex stipulatione de rato: & cōsequenter, si repetatur id, quod fuit solutum, obstabit exceptio. Quod dictum declara, ut per Bald. in l. falsus. uers. tertiò quærit. C. de fur. ¶ Fallit tertiò, quando talis est actus, qui à quocunque factus fuisset, posset ratus haberi: quia tunc licet procurator fuisset reuocatus, uiaret ratificatio, secundum Ang. in l. Pomponius. in princip. uer. sed uidendum est. ff. de neg. gest. Et dicit, quòd Inno. uidetur hoc tenere hîc. Et tene menti: quia amplius non audiuisti, secundum eum. Ergo procedet regulā in actu, qui non potuisset fieri ab illo procuratore
27 reuocato, nisi uirtute mandati, quod reuocaueram: secus in actu, quem quilibet potuisset gerere sine mandato, & per meam ratificationem ualuisset. Et hoc modo fortè intelligenda sunt uerba Bart. in d. l. Pomponius. in fi. prin. dum firmat, quòd illud, quod est factum per procuratorem reuocatum, potest haberi ratum: quia sicut nihil prohibet mādatum nouum instituī, ita nihil prohibet factum post reuocationem ratum haberi. Tamen mens Bart. uidetur fuisse indistinctè, quòd ualet post reuocationem, licet Ang. & prædicti non faciant mentionem de dicto Bart. Et no. quòd in ista materia tātum operatur scientia, quantum ratificatio, secūdum Ab. hîc, & Car. in d. clem. j. præsupposito pro uero dicto Inn. hîc, de gestis per falsum procuratorem me sciente. Et ad hāc regulam uide etiam aliquas remissiones in repe. Firma. in uer. procurator reuocatur ad fi. An autem possint ratificari gesta per falsum procuratorem in fauorem ratificantis, est quæstio longior, de qua uide Pet. de Anch. consi. mihi cxvij. Vnus procurator nomine Baldasar. Imo. in c. cùm in iure. in xiij. & ult. col. de offi. deleg. Ro. de procu. dec. ij. ſ. in no. & eo. tit. xiij. in antiquis, Bald. Sali. & Flor. in l. si tutor. C. in qui. cau. in inte. resti. non est necess. Ang. in l. licet. ff. de iudi. cum concor. quas dedi in c. causam. Io j. ad fin. de iudi. ubi posui in hoc regulam affirmatiuam cum duodecim fallentijs. Et ibi dictis adde, quæ allegat Firma. in uersi. procurator falsus. Et ad intellectum l. iij. §. falsus. ff. rem rat. ha. multa nouiter reduxi in d. c. causam. & quædam alia postea addidi in c. j. ad fi. de regul. in vj. ubi uide: quia poteris apostillare apostillantes d. §. falsus. & d. l. licet. & d. l. si tutor.

26 **Postremò scias**, Quòd in illis† casibus, quibus non tenent gesta per procuratorem reuocatum, etiamsi ignorat reuocationem, tamen si in aliquo interest ipsius mandatarij, seu recipientis mandatum, quòd scuisset reuocationē, fortè quia fecit aliquas expensas, quas non fecisset, non nocebit sibi talis reuocatio, quo minus possit agere actione mandati ad interesse, ex quo non fuit certificatus de reuocatione, secundum Imo. in d. c. mandato. & per id, quod habetur in §. rectè. & in §. item si adhuc. Insti. mand. Idem notat Sal. in d. l. mandatum. C. manda. in uer. aut ignorauit. dicens, quòd si procurator est damnum incursurus ex implemento mandati, certforandus est de reuocatione ipsius, per l. inter causas. in princip. & §. j. & l. si tibi mandassem. ff. man. in d. §. item si adhuc. & dominus tenebitur ei mandati. Idem tenet Imo. d. cle. j. de renun. dicens, quòd quoties interest aduersarij, fortè ratione aliquarum expensarum, semper oportet reuocationem mandati in eius notitiam transiuisse, ut euitetur petitio illius interesse. Allegat glos. pen. in c. fina. de procu. in vj. & d. l. si mandassem. Scias etiam, quòd reuocationes, quæ publicè fiunt, debent fieri tali tempore, quòd ad notitiam postea contrahentis priùs potuerint peruenire; aliàs adscriberetur moræ & culpæ, secundum Sal. in d. c. mandatum. per l. si pecuniam. §. si quis dederit. ff. de condi. ob cauſ. & l. obligari. §. tutor. ff. de author. tu. Adde etiam Lud. consi. cclxiij. ubi ponit, quòd procurator ad negocia non potest reuocari re non integra, l. si quis prohibuit. ff. de Pub. & l. si pecuniam. §. item si quis dederit. ff. de condi. ob cau. Et adde, quòd si procurator utitur mandato reuocato scienter, aduersario ignorante, tenetur actio de dolo ciuiliter, & crimine stellionatus criminaliter, secundum Albe. in l. quidam debitor. per illum text. ff. de dolo. Et hæc sufficiant pro ordinanda hac materia intimationis reuocationis procuratoris, quam alibi ita ordinatam non inuenies. Cætera prosequere, ut per Doc. in locis ſ. allegatis, & per Pau. in l. si procuratorem. ff. de procu. in glos. in uer. suspicionem. ibi, quia tunc sine causæ cognitione remouetur.
27 ¶ Not. ex glos. quòd† in reuocatione procuratoris, quæ fit post litem contest. requiritur causæ cognitio, nisi ipse consentiat reuocationi, uel reuocetur ante lit. conte. Et de hac materia, uide plenius in text. & glo. in c. ij. de procu. in vj. Et dicit ibi Pet. de Anch. in iij. not. quòd quando reuocatio fit post lit. contest. non sufficit, quòd fiat uolente procuratore: sed etiam requiritur consensus aduersarij: quia per lit. contest. procurator quasi contraxit cum eo, l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. quem quasi cō-

c. ex parte decani.

tractum non poteſt dominus, uel procurator diſſoluere aduerſario inuito, ut ibi idem dicit do. Ab. in c. auditis. uer. ſed ſaluando. de procur. quia intereſt aduerſarij, ut quia procurator ſine cauſa nō reuocet, ne uarietur iudicium immutatione perſonarū. Allegat l. poſt litē. iuncta gl. & l. quæ omnia. & ibi gl. ff. de pcu. Et de materia uide tex. gl. & Scribentes in l. ante litē. cum l. ſeq. & in l. ſi, cuius. ff. de procu. & Domi. poſt alios in d. c. ij. ¶ Et not. q̄ ſicut ualet reuocatio procuratoris ſine cauſa, licet ſit lis conteſtata, quando ipſe expreſſè cōſentit, ut per gl. hîc: ita etiā, quando ipſe ſcit, & tacet, ut not. gl. maior in c. ſi quē. de procu. in vj. Et iſtud eſt rationabile: quia ſicut tacens nō uidetur acceptare mandatum procuratorium, cùm ſit onus, l. filiusfamiliâs. §. inuitus. ff. de procu. niſi alius actus interueniat, cle. ſ. de procu. ita tacens uidetur conſentire reuocationi, tanquam ſit alleuiatiua oneris, & inductiua rei acceptabilis, iuxta doctrinā Inn. in c. in geneſi. de elec. de qua per gloſ. in c. is, qui tacet. de reg. iur. in vj. cum concord.

a *In l. ante litē.*] *Vide ibidē Io. de Pra. & adde, quod ad hoc per eam habetur in l. quæ omnia. §. ſi ad uerſarius. eo. ti. ff. de procur.*

Et nota, Quòd ſi dominus ueniēs ad cauſam, nō ut aſſiſtat procuratori, ſed ut eam tractet, reuocaret procuratorē[b], d. c. ſi quē. §. j. intellige hoc, q̄ cedere ei actu uolūtario: ſecus in neceſſario, in quo dominus agit ſufficientiùs, q̄ procurator: qa tūc per talē actū nō uidet reuocari procurator, ſecūdum Rotā in ti. de pcur. deciſ. xxij. in anti. Et licet uideat hoc intelligere, qñ procurator eſt abſens: ſecus, ſi præſens: tamē Rota ibidem deciſ. xxxj. indiſtinctè firmat, q̄ ſi aliud non apparet, non uidetur in dubio reuocare procuratorē, faciēdo actū, q̄ ſit ex aliqua neceſsitate. Ad idem, quod not. Rota, de pcu. deciſ. xxv. in nouis, quæ dicit, q̄ ſi procurator qui alium ſubſtituit, compellit per iudicē reſpōdere articulis aduerſarij, fortè ut melius inſtructus, uel aliū actū facere, nō uidetur per hoc reuocare ſubſtitutū, dum modò poſtea non ipſe, ſed ſolus ſubſtitutus in cauſa pcedat: quia ea, quæ compulſus facit, non imputantur ad præſumptam reuocationem. Et aduerte: quia non capitur in propoſito actus uoluntarius & neceſſarius eo modo, quo capit Aegi. Bel: deciſ. cxix. licet pcurator. Intelligitur enim hîc actus uoluntarius, quem procurator facit non compulſus: & neceſſarius, quem facit compulſus. Aegi. uerò capit actum uoluntarium, id eſt, qui ſit ex poteſtate gratioſa & uoluntaria. Et iſtum actum non poteſt procurator exercere: putà offerre ſe ad uoluntariē confitendum, uel facere gratiam, quòd ad uidendum iurare teſtes ipſe, uel dominus non euocentur. Iſta enim talia non tranſeunt in generali mandato, ſecundum eum, per ratio-
28 nes & authoritates, quas ibi uide. Et idem† ipſe not. cōcluſ. clxxxij. Licet in cauſa beneficiali. & dicit Bart. in l. Titius. circa fi. uer. extra gl. ff. de procu. quòd defenſor, qui ſatiſfecerit, habetur loco domini etiam ante li. cont. Et ideo talis defenſor non poteſt reuocari ante lit. cont. niſi cauſa cognita, per l. is, cuius. eo. ti. quia per conteſtationem eſt dominus litis, ſicut procurator. Et idem ponit Bar. in l. is, cuius. dicens, quòd iura, quæ dicunt procuratorem poſſe indiſtinctè reuocari ante lit. conteſt. in procuratore cum mandato, cuius factum præiudicat domino. Ideo poteſt indiſtinctè remoueri ante li. conteſt. Sed in defenſore eſt ſecus, per illam l. cuius ratio eſt, quia defenſor comparet ſine mandato, cuius factum non præiudicat domino, & poteſt dominum liberare inuitum ſuſcipiēdo iudicium, ut l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. & l. ſolutionem. ff. de ſol. Et ideo uertitur iſta cauſæ cognitio, an defendat reum, tanquam gerens negocia ſua animo repetendi, an animo donandi. ¶ Et no. quòd† quæ dicta ſunt de lit. conteſt. quo ad reuocationem, habent locum in procuratore ad iudicia. Sed pcurator ad negocia poteſt quandocunque liberè reuocari: quia in negocio nū quam fuit ſibi ius acquiſitū, l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſolu. c. fin. de procu. in vj. & not. Angel. poſt litem. in ſ. col. de procu. Cætera, quæ generaliter poſſent dici de reuocatione procuratoris, uide in locis prælegatis per Firma. in uerbo, procurator reuocatur. ¶ In gloſ. in uerbo, dicebant. circa ea, quæ tangit hîc latè Imo. ad intellectū regulæ, ex eo. de reg. iu. in vj. Vide, quæ dixi ſ. eo. c. ubi feci mentionem de dictis ſuis, ponendo multa ad intellectum dictæ regulæ. ¶ In gloſ. in uerbo, ſine mandato. De hoc, utrùm habens generale mandatum cum libera, poſſit requirentia ſpeciale mandatum, dixi in c. nōnulli. §. ſunt & alij. in prima amplia. ſ. eod. ubi fuit facta mentio de hac glo. ex dictis Doc. hîc.

29

b *Reuocaret pro curatorē*] *Et adde do. Soc. cōſ. xxiiij. in c. uiſis diligēter & maturè. uer. ſe cūdò, quia poſito. in j. parte, char. xlv. q. ſi procurator poſt litem conteſtatā cōparuerit pluries, & actitauerit, nulla facta pteſtatione in forma cōſueta, uideli cet circa renouationē procuratorū ſuorum, intelligitur procurator reuocatus.*

SVMMARIVM.

1 *¶ Reſcriptum impetratum contra hominem alicuius diœceſis, non extenditur ad hominem eiuſdem nominis alterius diœceſis.*
2 *Impetrans reſcriptum ſuper eccleſia contra presbyterum, ſi errauit in nomine presbyteri, licet conſtet de eccleſia, non ualet reſcriptū: quia eſt ſtricti iuris.*
3 *Demonſtratio falſa ſi det cauſam conceſſioni, licet conſtet de corpore, non ualet diſpoſitio.*
4 *Si in actu requiritur, quod conſtat nedū de corpore, ſed etiā de intrinſecis qualitatib. corporis, quia ad eos refertur implicitè mēs diſponētis, tūc error circa illa intrinſeca uitiat, licet cōſtet de corpore.*
5 *Error nominis proprij licet non uitiet, ſi conſtat de corpore, tamen error in nomine appellatiuo uitiat.*
6 *Procurator ſi renunciat beneficio, non refert, ſi dicat, renuncio beneficio tanquam procurator, uel tanquam nuncius: quia ſimplicitas Canoniſtarum non facit differentiam inter apices iuris.*
7 *Error confinium non uitiat diſpoſitionem, ubi conſtat de ueritate.*
8 *Papa ſi mādat, puideri in diœceſi Bononiēſi B. ſcholari Bononiēſi, et ille B. ſcholaris ſit Paduanus ſtudēs Bononiæ, an uideat reſcriptū.*

CAPITVLVM XXXIIII.

1 Significante. ¶ Reſcriptum† impetratum cōtra hominem alicuius diœceſis, non extēditur ad hominem eiuſdem nominis alterius diœceſis. H. D. Concludit Hoſt. Imo. & communiter alij, quòd ſi in caſu iſtius decre. conſtaret de corpore, ualeret reſcriptum, ut latiùs hîc per Bu. Imo. Ab. Domi. exemplificantes, ut hîc per eos, nō habito reſpectu ad diſtinctionem Io. An. Et hanc concluſionem, quo ad reſcripta, firmat etiam Hoſ. in ſum. de reſcr. præſen. §. quæ poſſunt. uerſic. idem, ſi erretur. quē ſequitur Spe. eo. ti. §. fi. uer. quid ſi indubitatè. & Bar. in l. demonſtratio falſa. uer. quintò quæro. ff. de condi. & demonſ. Et ſentit Bar. in l. patronus. §. libertis. ff. de leg. iij. & not. Rota de reſcr. xvj. in nouis, & xlvij. in antiquis: ibi, quia conſtat de certo corpore, quę eſt etiam in ti. de reſcri. xij. in antiquioribus. Et ex iſtis dictis infert Rota de conſeſ. præb. xv. in antiquis, quòd error in expreſſione nominis defuncti, non uitiat accepta tionem, ſi de corpore beneficij acceptati conſtat. Similiter dicit Aegi. Belle. deciſ. Rotæ dcxliij. error, &c. quòd error nominis proprij poſſeſſoris, cōtra quem commiſsio impetratur per conditionem dictę poſſeſsionis deſigna ti non uitiat, arg. l. ſi quis in fundi. ff. de lega. j. & l. nominatim. ff. de libe. & poſth. Similiter dixit Imo. poſt Steph. in cle. ſi de beneficio. uer. quærit Stephan⁹. de prebē. q̄ ſi mādatur prouideri de certo beneficio in ſpecie, putà de tali ſpectante ad collationem epiſcopi, poterit conferri beneficium, licet ex negligētia epiſcopi ſit de-

uoluta

uoluta collatio ad capitulum: quia falſa demonſtratio non uitiat gratiam Papæ, ubi conſtat, de quo beneficio intellexit Papa, arg. l. falſa demonſtratio. ff. de condit. & demō. Secus, ſi in genere diciſſet de beneficio ſpectante ad collationē epiſcopi non demonſtrato certo beneficio, ut ibi per eū per illum tex. Tamē hoc dictū Stephꝰ probat ibi Car. in iij. op. dicēs. q̄ inter iſtos duos caſus non eſt differētia: quia uerba reſtringunt gratiā, & non poteſt dici, q̄ uoluerint grauare capitulū, c. cū in illis. de præb. in vj. & ſeruāda eſt forma mādati, ut ibi per eū. Similiter etiā dixit Io. An. in c. quāuis. Io. ſ. ad fi. de præbē. in vj. q̄ licet non exprimatur nomen ſancti, quādo mā datur prouideri in eccleſia cathedrali, tamē ſecus in eccleſijs inferioribus, ut ibi per gl. magnā in fi. niſi ſint eccleſiæ in locis ſolennibus habentibus matricem eccleſiam: quia intelligitur de illa, ex quo poteſt conſtare de tempore abſq̄ alia demonſtratione nominis ſancti: & exemplificat in eccleſia Pratenſi in Thuſcia. Et ſequitur Lap. alle. xvj. in fi. & Dom. in d. c. quāuis. in ult. col. addu cēs ad idē c. cauſam. de uer. ſig. & c. ſ. de mu. peti. & idem no. Imo. poſt Car. in c. cùm adeo. in ult. notabili, per illū tex. ſ. eo. Similiter dixit Bal. in l. pe. ff. de re. dub. ſe dixiſſe in facto, quòd ſi dux ducatus facit inquiſitionem cōtra Titium poteſtatem Aſiſij, & in ueritate uocatur Sēpronius, q̄ magis inſpicimus hāc dignitatem, quàm nomen proprium[a]: quia nomen proprium nō habet mēti, ut ibi: & ſic magis accipitur demonſtratio, quàm nomē proprium. Remittit etiam ad dicta per ſe in d. l. falſa demonſtratio.

a *Quàm nomē. p priū*] *Ad qđ adde Bar. in l. qui habebat. ff. de re. dub.*

2 Declara Quinq̄ modis prædicta & ſimilia. ¶ Prima declaratio eſt, q̄† ſi impetrauerit reſcriptum ſuper eccleſia cōtra presbyterum, ſi erraui in nomine presbyteri, licet conſtet de eccleſia, non ualet reſcriptum, quod eſt ſtricti iuris. Ita dixit Ioan. de Deo in j. lib. Quæſtionū, q. xlj. quem ſequitur Ioan. Ān. in addi. Spe. de reſcri. præſen. §. ratione cauſæ. uer. quid ſi in dubitatè. Allegat tex. hîc, & ſ. c. prox. Et dicit Io. An. q̄ uerè ſic ſeruatur: quia ne ſtetur in lite, procuratur reformatio literæ. ¶ Secunda declaratio. Licet error circa expreſsionem diœceſis rei non uitiet reſcriptum, quando conſtat de corpore, ut ſ. tamen ſecus in errore commiſſo per actorem in expreſsione propriæ diœceſis. Ita expreſſè ſentit Ioan. And. ſ. c. prox. ſuper uer. cùm eſſes. quia tolerabilior eſt error in alieno nomine, quàm in proprio: arg. c. ab excommunicato. ſ. eo. & l. ſi. C. de hæred. inſtit. Et pro hoc facit: quia licet error in nomine, p prio alterius non uitiet diſpoſitionē, ſi de corpore conſtat, l. ſi quis in fundi uocabulo. de leg. ſ. tamen ſecus, u-

b *Error proprij nominis*] *Adde, quod idem eſt in teſtamento: Bart. in l. ſi. C. de hære. inſtit. in ſ. not. Ad de, quòd idē eſt error proprij nomi nis filij teſtatoris. Quod intellige, ni ſi filius eſſet natus patre abſente, & nutritus: arg. l. Titius. §. Lucius. & quod ibi not. Bal. ff. de lib. & poſth. Adde do. Alex. in d. l. ſi. C. de hæred. inſtit. in princ.*

c *Nulla*] *Adde tu, quòd ſi eſt falſa de*

b bi eſſet error proprij nominis[b] ipſius diſponentis: quia uitiabit actū, d. l. ſi. & ibi notāt Bar. Bal. & Ang. C. de hær. inſtit. & ibi pleniùs declarat Phi. Corneus in ſ. col. poſt Raph. ¶ Tertia de-
3 claratio. Quando† falſa denunciatio dat cauſam cōceſſioni, tūc etiam ſi cōſtat de corpore, diſpoſitio non ualet. Lud. conſ. cccxxvij. iſtę ſunt rationes. in ſi. p tex. in l. ſi pater. & l. nec apud. C. de hered. inſt. & in l. eam, quā. C. de fideic. ubi eſt expreſſum, q̄ nulla[c] eſt inſtitutio hæredis, putà Titij, quando teſtator eum inſtituit: quia falſò ſibi fuerat demonſtratum eius fuiſſe filiū, nec aliàs eum inſtituiſſet: & tamen cōſtabat certitudinaliter teſtatori decorpore Titij. Et uide Scribentes in d. l. ſi pater. Et ita etiā poteſt intelligi l. ſ. ff. de nat. reſt. ¶ Quarta] declaratio. Quā
4 do† in actu requiritur, q̄ cōſtet nedū de corpore, ſed etiā de intrinſecis qua litatib. corporis, quia ad eas refertur implicitè mens diſponentis, tunc error circa illa intrinſeca uitiat, ſi cōſtet de corpore. Ita poteſt colligi ex deciſione Hoſt. in ſumma de baptiſmo. §. quæ ſit. uer. quid ergo, ſi quis putet. ubi dicit, q̄ ſi baptizans intendit baptizare maſculum, & ei imponat nomen Petrus, cùm ſit puella, non uidetur baptizata ipſa puella: quia oportet, q̄ intentio baptizantis fundetur ſuper uero, ut per ſe ponit ibidē uerſ. ſed cùm paruuli. Secus, ſi de hoc non cogitabat, ſed ſimpliciter baptizabat: quia tunc uidetur baptizata, ut ibi p
5 eū. ¶ Quinta declaratio. Licet† error nominis proprij non uitiet, ſi conſtat de corpore, per prædicta: tamen error in nomine appellatiuo uitiat, d. l. ſi qs in fundi. Et iſtud limitatur q̄nq̄ modis, quos reducit latè ibi Alex. & eum aliter deſcribendum non duxi: quia multiplicata & magnificata ſunt opera ſua. Sed in quantum examinat copioſè opi. Hoſt. in c. petitio. de proc. & ſaluat eam ſolùm in uno caſu, uidelicet quādo ille, qui fuit cōſtitutus procurator per illa uerba, Conſtituo tē fāctorem meum, uel clericum meū, uel aſinum meum, fuiſſet præſens actui: quia tunc ualet mandatū, aliàs non: & inducit gl. ſing. in l. qui extrinſecus. ff. de uer. ob. ut per eū, quē uide: nā certē uidet poſſe teneri dictū Hoſt. indiſtinctè, q̄ etiāſi tale mādatū mittit ab ſenti, ualet: qa qua ratione ualet mandatū in hac forma preſenti, uidelicet qa cōſtat de mēte nō obſtāte æquiuocatione circa expreſsionē officij, profectò cadē ratione uidet dicendū ualere mandatum in abſente, cùm ex uerbis mandati exprimētibus nomen p prium & appellatiuum procuratoris cōſtet aperte de mēte cōſtituētis, licēt circa denominationē officij, pcuratorij uſus fuerit uerbis impprijs: nā talis impropriętas uidet tantū debere operari erga preſentē, quātū erga abſentē: & ecōuerſo. Nōeſt em̄ æquiuocatio, uel ineptitudo uerborū in demōſtratione ponę pcuratoris, ſed officij, licēt debuiſſet dicere, Cōſtituo tē pcuratorē. Non erat ſic in caſu l. quæ extrin ſecus. cū gl. Nā ſi dico, promitto tibi equū abſentē, & ibi eſt bos, nō ualet ſtipulatio: qa error nominis appellatiui inducit æquiuocationē in corpore. Secus ubi eſt præſens bos, & dico, Promitto iſtū equum: quia tunc propter preſentiam equi & abſentiam bouis cōſtat de errore circa demonſtrationem, non circa corpus rei demonſtratæ. Et ideo hæc eſt una de illis limitationibus, in quibus error nominis appellatiui non nocet in re præſenti.

Vltra Alex. Qui multa allegat, ubi ſ. p Ho. adde Bal. ſ. c. px. ubi dicit, q̄ nō refert, utrū pcurator renūciās bñficio, dicat, renūcio tā cū pcurator: uel dicat, Renūcio tāq̄ nūcius: qa ſimplicitas Canoniſtarū nō facit differētiā in apicib. nominū; ſed ius ciuile facit differentiā, ſm eū. Tamē in iſta materia uidet, q̄ idē ſit de iure ciuili, ſm eū p prædicta, & p ſ. dicēda. Et illud dictū. Hoſ. ſequ. Ab. in d. c. petitio. & ſentit Ab. in c. in ptractādis. ibi, hæc, pcedūt. de iu. ca. Facit, qđ in ſimili dixit Bal. in l. teſtamētum. circa prin. C. de teſta. q̄ ſi teſtator uocatis ſeptem teſtibus dicat, Vos eritis præſentes huic contractui, & hæredem inſtituit, erit teſtamentum, licet teſtator uocauerit ipſum cōtra-

c. ſignificante.

ctum.Et idem si uocauerit ipsum codicillum, uel donationem.Circa quod uide Ioan.And.in addi.Spe.de instru.edi.§.compēdioſè.addi.inc. ad intellectum. & Bal. in l.filij.ad fi.ibi,ſed ſi tabellio.C.fa.er.& in l.quærebatur.ff.de teſt.mil. & Pau.in l.nemo poteſt.j.col.de legi.& in l.fi.C.de codicil.& Bar.in l.j.in xvj.q. ff. de iure cod. & Ang.in l.illud.§.tractus. ff.de iure codicil. Similiter etiã dixit Bart.in l.j.§.j.ff.quod cuiuſq; uni. no.quòd ſi uniuerſitas dicat,Facimus talem procuratorem,uel talem ſyndicum,cùm debeat dicere Actorem,non uitiatur cõſtitutio: quia licet ſit erratum in nomine contractus,ſi tamen uerba de ſe contractum important, talis error non uitiat. Allegat l.ſi uno. in prin. ff.loca.ubi ponitur donatio pro tranſactione,& l.ſi olei.C.loc.ubi ponitur locatio pro contractu nominato,& l.ij. de ſuſpect.tuto. ubi exponitur cura,i. tutela. Similiter dixit Bal.in l.ante ſententiæ,in ultim.q.C.quorum app.non reci. quòd ſi iudex ità pronunciauit,Per hanc noſtram diffinitiuã ſententiam dicimus & pronunciamus appellationem eſſe deſertam: iſta uerba iudicis non poſſunt facere, q̃ interlocutoria ſit diffinitiua: & ideo appellabitur, ut ab interlocutoria. Et idem conſuluit Pet. de Anch.non allegando Bar.conſ.mihi cccxxxix.Præmitto dicens,q̃ licet iudex dixerit diffinitiuè,non tamen attenditur iudicis intentio,ſed natura rei adductæ in iudicio,quam non mutat,nec mutare poteſt æſtimatio iudicis. Allegat l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio.ff.ſolu.matrim. Similiter dixit Rota de appell.deciſ.xxx.in antiquis, quòd ſi appellauit ad Bonifacium ix. & moritur, poſſum proſequi appellationem coram ſucceſſore:quia licet aliàs expreſsio perſonæ faciat diſpoſitionem non trãſmitti ad ſucceſſorem,c.ſi gratioſæ.de reſcript.in vj.tamen inſpecta mente appellantis uidetur potiùs uoluiſſe adire Papam reſpectu dignitatis, quàm perſonæ.Sequitur Domi.confirmando dupliciter in d.c.ſi gratioſæ. Similiter dixit glo.in l.j.§. item illud. ff.ad Syl.q̃ ualet in quiſitio non exprimens nomen occiſoris, dum modò conſtet de corpore:& ſequitur Are.quem uide in §. quadruplí. Inſtit.de act.Idem dicitur de corpore occiſi, ut per gloſ. j.in c.libellorum.in uerſ.Caio Seio. ij. q. viij. cum conc. quas dixi in c.ij.uerſic.ſecunda concluſio.de libel.obla. Plura alia penè infinita poſſent in ſimili adduci ad p̃bandũ illud generale,de quo in c.intelligentia. de uer. ſignific. ubi non ſermoni res,ſed ſermo rei ſubijcitur,& quæ de impropriatione uerborum libelli ſcribit Butr. in c.examinata. de iudic. cum concor. & facit in ſpecie. quod no.Abb.in c.ij.ibi, pone ſecundò. de libel. oblat. De errore autem nominis proprij,an & quando uitiet, proſequere,ut per Alex.in d.l.ſi quis in fundi.j.col.

7 **Et dum Alex.** Iuxta hæc cõcludit, qd̃ † error confinium non uitiat diſpoſitionem, ubi de ueritate cõ

a De ueritate cõſtat] *Ad quam materiã uide, & adde do. Alex, de Imol. in ſuo conſil. viij. iiij. parte. & Ang.Aret. in tract. maleficiorũ. verſ. in platea cõmunis.*

9 niunt non solùm illi de comitatu, sed etiam illi de territorio, ut l. qui ex uico. ff. ad muni. & l. qui in continentibus. ff. de uerb. sign. & per Bar. in l. j. ff. ad muni. & in l. ij. ff. de uer. sign. & in l. non dubito. ff. de cap. bona glo. in c. j. de usur. in vj. Et hoc in materia larga, uel saltē indifferenti. Secus putat Ab. *b* in materia restringibili[b], per ea, quæ s̄. dicta sunt, licet aliter sentiat Bar. in d. l. ij. ubi dixit, q̄ condemnata ciuitate uidentur condemnati comitatiui. Sed illud potest procedere in materia communi ciuibus & comitatiuis, sm eum. Et refert hîc do. Card. se respondisse Paduæ, q̄ statutum disponens, ne ciuis obliget se pro forensi, cōprehendit comitatēsem. Refert etiā unū consil. Bar. inci. Ciuitati Camerini. & est in ordine cxcvj. in quo dicit, q̄ nomine ciuium continētur comitatiui, per l. qui ex uico. ff. ad muni. cōiūcta l. ciues. C. de incol. lib. x. Et quia idem est dicere, ciues Camerinenses, & Comitatēses, ut probatur in l. j. ff. ad munic. Sed ille, qui est de comitatu, dicitur Camerinensis, d. l. qui ex uico. ubi gl. dicit de Virgilio. Ergo Comitatenses sunt ciues. Præterea quando aliquid relinquitur ciuibus, non debetur tantùm illis, qui sunt iuxta muros, sed omnibus. Ideo administratores reipub. capiunt l. ciuibus. ff. de rebus dub. Et sic patet, quòd etiam comitatenses continētur. ¶ Præterea aliquando ciuitas ponitur pro loco muris circundato, & muro finitur, l. ij. ff. de uerb. sign. & c. fi ciuitas. de sent. excom. in vj. Quando q̄ ciuitas ponitur pro coadunatione hominum, & tunc continentur etiam rustici. Casus est in l. fin. ff. de nundi. Ita in p̄posito. ¶ Nec obstat iste text. quia fatetur Bar. q̄ appellatione eorum, qui sunt in diœcesi, non continentur ciues, & illi qui sunt in ciuitate: argum. C. ne rustici ad ullum obseq. aduoc. l. j. lib. x. Sed appellatione ciuium bene continentur Comitatenses: quia tunc ponerentur, ut sepa-

a *Appellatione] Adde tu, quòd ciuili appellatione ueniunt illi, q̄ sunt de ciuitate, diœcesi, uel comitatu. Doctores in rub. solu. matrim. licet gloss. in isto text. contrariū sentiat, secundum Bart. in l. j. ff. ad muni. Ade, quòd Bar. in l. ij. C. de natu. lib. dicit ibi per illum tex. q̄ ille, qui ex uico est, sortitur originem ex ipsa ciuitate, cui subest uicus.*

b *Restringibili] Adde Bar. in consil. suo, Ciuitati Camerini, &c. & Bal. in Marg. uerbo, Ciuitas. uersic. ij. & Ioan. de Perus. in l. quia tale. ff. sol. matrim.*

ut separatæ species. Ita residet pulchrè Bar. in d. cons. Et de ipso meminit Petr. de Anch. in repet. c. j. §. tit. prox. in xlij. char. uer. super alio dubio consului. & in c. si ciuitas. de senten. excom. in vj. & in c. j. de constit. eo. lib. ¶ Et
10 ista faciunt ad q. no. & dubiam, utrum † priuilegium, si est concessum ciuitatibus, uel ciuibus regni, extēdatur ad castra, uillas, & comitatenses? Ad quod uide Bart. in l. ij. in j. col. ff. de uerbor. signif. cum concor. & addit. de quibus per Alexan. in rubr. ff. solu. matrim. Et quia puto cum optimè loqui, & pauca essent addēda, ideo pro stricta ista conclusione sufficiat allegasse eum, qui etiā repetit conclusionem suam cum pluribus remissionibus in l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infec. & aliquid per eundem in eadem l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infect. dum refert Ludo. ibi, quem omnino uide. Et ei adde Per. de Anch. in repe. regulæ, accessorium. ubi latè reassumit dicta Bar. in l. ij. ff. de uerb. sign. & Bal. de pa. Const. circa prin. & in c. j. de cap. qui cu. uē. Et de dicta q. uide plenius, q̄ alibi, per Albe. in ij. parte statutorum, q. clxxvij. rex ex statuto, seu priuilegio concessit. ubi refert totam dispu. Iac. de Bell. allegatam ab omnibus de hac materia loquentibus. ¶ Faciunt etiā hæc ad dictum Bal. in l. si in aliquam. post prin. ff. de off. proconsul. & in actu: & omnino in vij. col. ibi, sed hîc du
11 bitatur. C. ne uxor pro mari. ubi dicit, q̄ † represaliæ cōcessæ contra ciues non possunt exerceri contra Comitatenses, cùm sint odiosè & strictè interpretandæ. Et idem no. Ludo. in d. §. si de uectigalibus. allegando Ang. qui hoc non ponit in l. insulæ. ff. de iudi. De quo tamen per Bart. in tract. represaliarum in j. q. vij. q. principalis, & Domi. in c. præsenti. super gloss. pen. de præbend. in vj. & in c. statutum. §. cùm uerò. de rescript. in vj. ¶ Adde etiam Domi. in c. j. circa medium, de usur. in vj. ubi ex gl. in uerbo, alienigenas, plura colligit in proposito, maximè q̄ ille dicitur ortus de ciuitate, qui oritur ex uico ciuitatis: quod dicit notandum pro statutis dantibus 13 priuilegium natis in ciuitate: quia procedunt etiam in nato extra ciuitatem, dum tamen in uico ciuitatis. Dicitur autem uicus, pars urbis carens muris, ubi sunt uillæ ac frequentes domus, si modò suburbanæ non sint, ut per Vallam elegantiarum c. ccj. Dixit tamen Albe. in suo Dictionario in uerbo Villa, quòd differunt uicus & uilla, per l. uicum. ff. de uerbor. sign. Nam uicus est congeries habitationum, sicut in fauce maris, quasi uiæ custos: uilla est quilibet ruralis locus. Et uilla quando q̄ sumitur pro ædificio rustico, ut ibi latiùs per eum. Et de his j. latiùs. ¶ Dixit etiam Domi. in c. ius Quiritum. per illum tex. j. dist. quòd si conceduntur represaliæ contra Romanos, includūtur omnes subditi Romanorum appellatione personarum loci, ut dicendo Bononienses, uel Romani: secus, si fieret expressio sub nomine loci, ut dicendo, Concedimus Bononiæ tale priuilegium: quia tunc non comprehenderet, nisi habitantes in ciuitate. Et inducit textum cum glossa suprà in proœmio Decretalium, in uerbo, commorantibus. & uide Domi. in d. proœmio super salutatione, in fin. ubi post Butr. not. ex gloss. in uerbo, commorantibus, q̄ appellatione Bononiensis non comprehenditur habitās in castris. In contrarium inducit gloss. hîc, cum qua dicit concordare Bart. in l. prouinciales. ff. ad munic. Voluit dicere in l. j. ubi dicit, appellatione Perusinorum cōprehendi illos de comitatu Perusino: quod intelligit uerū Dom. post Bu. nisi adiciatur aliqua qualitas adaptabilis solis ciuitatib. ut in d. salutatione: dū dicit Scholaribus: quia intellexit de stantib. in ciuitate, cū rure non te 14 neatur studiū: secus, si rure teneretur studiū, ut fecit Ia. Bal. Et ita procedat gl. in d. proœ. sm eos. ¶ Et pro dicto Bar. allegat Domi. gl. in d. c. ius Quiritum. quæ dicit, q̄ Romanorum appellatione comprehenduntur omnes subiecti Romanis. Vel posset dici, quòd glo. in d. proœmio procedit: quia text. ponderat habitationē, quæ sit Bononiæ, non in comitatu. Et uide Abb. in d. salutatione in fi. ubi no. illam glo. quòd appellatione Bononiēsium, seu commorantium in Bononia, non comprehēduntur comitatiui, quando adijcitur aliqua qualitas proportionabilis ciuitatensibus. Et uide Lucam de Pēna in l. prouincialium. C. de ero. mil. an. ubi dixit, q̄ rustici per se faciunt plebem. Allegat §. legitimi. in auth. quib. mod. natur. effic. legit. Tamen etiam rustici dicuntur plebani episcopi. c. decernimus. xvij. dist. ibi, cunctā diœcesim, siue plebem aggregare. Quem tex. notat ad hoc Paris de Puteo in tractatu De syndicatu, fo. iiij. uer. deinde uerò eliguntur. ¶ Quinta conclusio. Appella-
12 tione † comitatiuorum non ueniunt ciues: quia comitatiui sunt obligati ad strictiora onera, quàm ciues, l. j. & ibi no. C. ne rustici ad aliquod obs. aduo. Notat Bar. in l. j. ff. ad muni. ibi, ad declarationem istius. & Ab. hîc. Et hanc conclusionem tenet etiam Bar. in d. cons. cxcvj. Ciuitati Camerini. & in d. l. ij. circa medium, ibi: breuiter diximus. ff. de uer. sign. & quæ dicta sunt in iij. conclus. de diœcesi respectu ciuitatis, conuenient etiam huic cōclusioni de comitatuis, secundum eum. Et dicit Angel. in §. si quis igitur. in auth. quib. mod. natur. effic. sui. q̄ licet per illum textum comitatiui non sint ciues ciuitatis, sunt tamen ciues comitatiui: & hoc uidetur uoluisse gloss. in l. prouinciales. ff. de uerb. sign. secundum eum. Et dicit Bart. in l. si quis. per illum textum. C. de natur. lib. q̄ qui oritur ex uilla, uel uico, sortitur originem ex illa ciuitate, cui uilla, uel uicus ille subiacet. Et allegat etiam gloss. in l. nulla. §. q̄ si in uico. C. de episc. & cleri. & tex. in l. qui ex uico. ff. ad muni. quem etiam ad hoc no. Et sentit Bal. in l. j. post prin. C. quæ sit lon. consue. dum dicit, q̄ consuetudo ciuitatis operatur etiam in uillis. Et est ad hoc gloss. fin. ultra ipsum in l. ex ea. ff. de postu. quam habui à Firmano in uerbo, comitatiui. ubi uide de his. ¶ Hanc conclusionem limitat hîc Ab. duobus
13 modis. Primò, nisi essemus in materia larga. Vnde † si datur priuilegium diœcesi, uel hominibus de comitatu, comprehenditur totus comitatus, seu tota diœcesis. per suprà dicta. ¶ Secundò limitat, nisi aliquis esset natus in comitatu ex ciuibus: quia tunc dicitur ciuis: nā quo ad ista onera, non inspicimus locum originis, sed personas, ex quibus nascitur. Ita dicit dixisse Bar. in l. j. ff. ad muni. Si autem aliquis est natus in aliqua ciuitate ex parentibus, qui non constituerunt ibi domicilium, sed erant transeuntes, uel ad tempus trahebant ibi moram, non dicitur ciuis illius ciuitatis, ut uidetur inclinare Bart. in l. filios. C. de munic. & ori. lib. x. Oportet enim ad hoc, ut acquirat ciuilitatem, quòd parentes constituant ibi domicilium. Quod dictum est sing. & menti tenendum, secundum Abb. hîc, qui per hoc adducit: nam ex quo habet animum se transferendi, fingitur non esse in illo loco, ut l. quæsitum. in fin. ff. de leg. iij. & l. hæres absens. ff. de iudic. & c. Romana. cum sua glos. de for. compet. in vj. Et prædicta no. secundum eum, cū quo transit mera relatione Andr. Sicul. hîc. ¶ Addatis Nic. de Nea. Bal. & Ang. idē tenentes in l. huiusmodi. §. legatum. de leg. j. Dicunt enim, quòd licet aliàs quis efficiatur ciuis loci per propriam originem, l. ciues. C. de incol. lib. x. & l. j. ff. ad munic. cum si. Tamen fallit, ubi aliquis, putà ciuis Perusinus, cum uxore sua prægnante, trāsibat casualiter per ciuitatem istam, & uxor eius hîc peperit: nam partus censetur ciuis originarius Perusinus, quoniam fingitur natus Perusij, per d. §. legatum. Et cum hoc dicto transit Pau. de Cas. ibi in lec. Bononiē si. ¶ Sed † Imo. & Pau. de Cast. latè in lec. Paduana: & Alex. in d. §. legatum. tenet contrarium: & sic non procedit dictum Abb. hîc, & fundatur per regulam d. l. ciues. & per no. per gloss. in l. assumptio. §. j. ff. ad muni. & in d. l. filios. ubi filius quantumcunq; natus extra locum originis paternæ ultra ciuilitatem, quam habet ex persona patris, efficitur ciuis loci originis propriæ. Et secun-

c. Rodulphus.

dum hanc opin. fuit practicatum in facto, ut dicit Pau. de Cast. in d. §. legatum. & Raph. in l. cætera. §. fi. eo. tit. Et subdit Pau. in §. legatum. q filius doctoris Paduani legentis alibi, natus in loco, ubi pater legit, non minus dicitur originarius Paduanus, per prædicta. Quod reputat benè no. ad statuta, quæ requirunt, q sit ciuis originarius ille, qui est de collegio doctorum. Et ita uidi seruari in pluribus doctoribus, & in me in collegio Ferrariensi, in quo uiget tale statutum, licet mihi origo fuit casualis ex Felina oppido diœcesis Regiensis: origo uerò utriusq parentis ex Ferraria, auí autem paterni ex Venetijs: proauí & aliorum maiorum ex Luca: & facit, quod not. Domi. in c. j. §. j. ultra medium, de usur. in vj. uer. secundò no. quē retuli in præcedenti conclus. ¶ Et si diceres, Iste non est merè originarius, sed fictè, & in statutis uerba intelligūtur propriè, non

a *Non fictè] Ad de idē tenentē do. Soci. consi. cxxix. inci. Præstantißimi iuris uer. secundò ostenditur. in fi. in j. parte, char. cc.*

fictè[a], l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. ergo intelligitur statutum de originario uero: responderetur, q quādo statutum loquitur in matera iuris communis, & ab eo non exorbitat, tunc si ius commune æquiparat casum uerū & casum fictum, idem erit in statuto, ut declarat Imo. in c. ad audientiam. in §. no. de cler. non resi. per illum text. iuncto c. cūm dilectus. eo. tit. inducendo, ut per eū: quē sequitur Alex. in l. §. lex Falcidia, in antepe. col. ff. ad le. Falc. Et in isto casu habemus ius commune æquiparās casum uerum, & casum fictum, l. assumptio. §. filius. ff. ad muni. ¶ Præterea respondetur ex dictis Sal. in l. siue possidetis. in iij. q. C. de prob. dum dicit, q quando dispositum potest conuenire casui uero, sicut ficto, & mens & ratio disponendi ita habet locum in uno casu, sicut in alio, tunc statutum habet locum in utroq, siue dispositio sit fauorabilis, siue odiosa. Vnde statutum, q nullus ex ciuibus uadat ad talem locum sub certa pœna, uel non possit agere cōtra commune, nisi certa forma sub certa pœna, locum habebit illud statutum in ciuibus, nedum originarijs, sed etiam ex constitutione, & sic fictis. Secus, ubi in facto non potest habere locum eadē ratio, prout apparēre potest ex uerbis statuti, ut si dice-16
retur, q ciues originarij gaudeant certo priuilegio, uel immunitate: nam ciues ex constitutione non debent hoc priuilegio gaudere. Modò in proposito, cùm de iure communi paria sint esse ciuē originarium uerè, uel esse natum alibi ex parentibus originarijs, d. §. filius, uidetur esse eadem ratio faciendi de collegio istum sicut uerè originariū: nō sic in ciue ex priuilegio: quia statutū loquēs de originario, uoluit expressè istū excludere.

Expeditis Cōclusionibus tactis hîc per Ab. collige multa hinc inde sparsa, ex quibus declarantur uocabula concernentia diuersa genera locorum. In quibus si in uitium inculcationis in me non usitatæ nunc uidebor incidere, excusatum me reddat inopinata & repentina ad curiam Romanam uocatio, cuius notitia reperit me in principio huius ultimæ aggregationis, in qua eodem contextu ordiri oportuit, & texere, ut finito huius decretalis commento fiat punctus, & practicetur lex, cōtra pupillum. §. si qui ad maius. ff. de re iud. cum concor. de quibus ibi in c. cū teneamur. de præb. ¶ Dicatis ergo remissiuè tantùm in primis de hoc uerbo,

Territorium. Recurritur ad tex. gl. & Bar. in l. pupillus. §. territoriū. ff. de uerb. sign. & ad apostillam Alex. ibi, quam ex in-
15 frà scriptis retterato calamo latè apostillaui. Et dicitur territorium, uniuersitas agrorum intra fines cuiusq ciuitatis: quia magistratus eius loci ius habet terrendi, i. submouendi intra eos fines. Quem text. allegat gl. j. in c. si quis episcoporum. xvj. q. v. Et per illum text. dicit ibi Bart. q si ciuitas fuit ad exercitum, & aliquis in illo exercitu deliquit, potestas ciuitatis potest punire illum, qui deliquit in illo exercitu: quia territoriū dicitur à terrēdo: & sic qa illa ciuitas locū terret, potest cognoscere de ibi cōmissis: & sequitur Abb. in c. fin. uer. item dubitatur, quid sit ciuitas. de for. compe. ¶ Limita, nisi ille exercitus mouisset bellum iniustum, secundū Gab. de Osoletis in i. iij. §. efftactuæ. ff. de offi. præfe. uigi. quem sequitur Alb. in j. parte statu. q. clxij. ciuitas statuit: licet subdat Ric. tenere, q tūc saltem habet iurisdictionem, sicut caput & rector exercitum gubernās.

Et dicit Ab. cōs. xx. inc. super quæstione uertēte. in prin. q ubicūq quis habet potestatē terrendi seu distringendi, totū illud dicitur de territorio, seu districtu suo, per d. l. territoriū. Vide etiam, quod no. Abb. in c. cùm contingit. uer. & primò pōnā. de fo. compet. Dicit etiam Bal. in rub. quæ sint regalia. q territoriū nō est aliud, q̄ spatiū terræ munitū iurisdictione. Et subdit de mari, ut retuli s. in prima declaratione secundæ conclusionis. Et dicit Bal. in l. ij. post medium, ff. de of. præsi. q quælibet iurisdictio desiderat suū

b territoriū, l. fi. C. ubi, & apud quē. qa[b] territoriū à iurisdictione & terrendo dictum est: unde habet iurisdictionē inhærentē glebę ex ui sermonis. Quo modo tamē iurisdictio ordinaria possit esse sine territorio, uide Alex. in l. soluet. ad fin. ff. de iur. om. iud. dū inducit auth. habita. C. ne fi., p pa. ubi doctor est ordinarius sine territorio. Et uide Old. cons. clxxvj. Factū tale est: in uertice cuiusdam mōtis. ubi dicit, q sub appellatione territorij & districtus, p-prietates non continentur, quia ista uerba sonāt superiorem coercionis, d. l. pupillus. §. territorium. c. licet causam. de prob. ¶ Proprietatis[17] uerò appellatio dicitur dominium nudum, à formali usufructu separatū, l. proprietatis. C. de prob. An autē cōcesso territorio, uel castro, uideatur cōcessa iurisdictio, uide copiosè Alex. in l. j. in fi. ff. de iur. om. iu. Dixi aliquid in c. qd sedes. in fin. de of. or. Et ibi dictis adde Alb. latissimè in l. imperium. uers. ītē quæro, utrūm recognoscens castrū. ff. de iu. om. iud. ubi concludit cum Ol. in cons. allegin dictis locis, q inuestitus de castro, non est inuestitus de territorio & mero imperio. Et inter alia allegat istum text. in c. quamuis. §. j. de præbend. in vj. Et in quo differat territorium contentiosum à territorio fori pœnitentialis, uide Abbat. in c. cùm cōtingat. uers. & hæc sunt quæ in hac materia, de for. compe. Et si scribitur episcopo, ut puniat exemptos sui territorij, intelligitur de illis, qui sunt in sua diœcesi, nō in aliena: quamuis illa sit de territorio nominato. Maria. in c. ad abolendam. de hær. cùm territorij appellatione quandoq diœcesis contineatur, maximè in similibus commissionibus, xvj. q. vij. omnes basilicæ. licet sumatur latiùs in d. l. pupillus. §. territorium. Et de hoc uerbo Territorium, dicetur etiam aliquid paulò pòst ponendo de districtu. Et dicit Bal.

cit Bal. in c. j. in prin. ibi, sed cōtra secundū. qui. mo. feu. amit. q ubi est rex irruens, tanq̄ in hostes, cum exercitu, ibi est territorium regis: & hoc, si bellū est iustū: nam ius gentium hoc dictat, & ipsa naturalis iustitia. Et tale territorium dicitur à potestate terrendi, sicut districtus dicitur à distringendo, ut not. gloss. in §. rursus. in uers. potestate. Instit. de act. & in cle. ne Romani. §. sanè. in uer. diœcesis. de elec. in cle. pastoralis. in uer. districtū. de re iudic. & per gl. in c. prouinciæ. xcix. distin. Dixit etiam Alb. in uer. territorium. q diœcesis aliquando uocatur territorium. Allegat c. si quis episcoporum. xvj. q. v. & ibi gl. & c. omnes basilicæ. xvj. q. vij. & d. cle. ne Romani. ut ibi per eum. Certas etiam quæstiones de materia territorij ponit Brixi. in uer. territorium, quas hîc trāsplantare non expedit. ¶ De uerbo autem

17 **Districtus,** Dicit † Bald. in c. licet tausam. de proba. q est id, quo arctatur, siue distringitur originarius & incolā: & est uocabulū præcisum, secundum eū. Alle. no. in §. rursus: Instit. de act. & in l. j. C. ubi de poss. agi opor. item districtus est etiam in mari. Allegat gl. in c. ubi. de elect. in vj. de qua dixi s. in ij. conclusione. Item ambitus territorij comprehendit quædam loca, quæ non sunt de districtu, ut monasteria & ecclesias. Item diœcesis est clericorum: districtus est clericorum & laicorum. Alle. hoc c. concludens in his uocabulis standum esse cōsuetudini uulgi. Et dicit Abb. ibi in princ. q districtus significat etiam executionem pœnarum & quamlibet coactionem actualē. Sed hoc dictum impugnat ibi Aret. in j. no. quem potes uidere concludentem, q ibi districtus importat merū & mixtum imperium. ¶ Et dicit Bal. in l. j. §. cùm urbē. ff. de offic. præf. urb. q districtus est latius uocabulū, q̄ comitatus. Hinc est, q clerici dicuntur de districtu iudicis laici, & per quod aliquando distringit eos. Allegat no. in c. fi. de offi. dele. in vj. de quo aliquid paulo pòst. Quandoq tamen districtus capitur pro diœcesi. Item quandoq pro comitatu. Allegat c. prouincię. xcix. dist. Et ibi dicit Bal. q nullus dicitur habere territorium, nisi qui habet mixtum imperiū: quia potest in possessionem mittere re ipsa, l. iubere cauere. ff. de iu. om. iud. Proprium enim accidens territorij est, in possessionē mittere. Et ideo cōsules artiū, priè nō habēt territoriū: qa nō possūt in possessionē mittere, nisi cōsuetudo, uel lex municipalis aliud eis, p mitteret. Et per hoc uidetur, q archidiaconus, licet in suo archidiaconatu habeat iurisdictionē ordinariā, tamē quia territoriū est episcopi, nō archidiaconi, nō posset mittere i possessionē ex suo decreto in territorio alieno. Ad quę ultima uerba uide Alex. in l. solet. ad fi. ff. de iu. om. iud. dū ponit; an de essē

a *Districtus] De hoc uerbo districtus, uide etiā do. Soci. cons. lxxiiij. inc. in præsenti cōsultatione. uersic. præterea dictum. circa fi. ibi, & hoc maximè in j. parte, char. cxxvij. ubi, unde dicatur, et quid denotet.*

tia iurisdictionis sit territorium. ¶ De hoc uerbo Districtus[a], uide etiā Bald. in rub. quę sint regalia. quem retuli s. in prima declaratione secundæ con-
18 clusionis. Et dicit ibi Bal. q † territoriū sion est aliud, q̄ terræ spatium munitum & armatum iurisdictione. Et dū retuli proximè Bal. dicentem, Appellatione districtualium comprehendi etiam clericos, adde Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iust; & iu. ubi notat illum tex. q sacerdotes sunt partes reipubl. Et dicit, q sunt etiam de districtu. Allegat etiam Ioan. And. in d. c. fi. Et illud dictum sequitur etiam Pet. de Anch. in c. dilecti. de for. compet. dicens, bene facere illum tex. ubi priuilegium concessum ciuibus Anglicanis includit clericos. Et per illum text. dicit ibi do. Car. q clerici dicuntur esse prouinciales. Et dicuntur etiam ciues, ubi habent beneficia. Et allegat c. dilectus. ij. ſ. eo. Et dicit And. Sicul. in cle. ne Romani. §. sanè. de elect. q si Papa concedit quandam terram ec clesiæ in uicariatum alicui, & data sit sibi potestas colle

ctādi ibi habitantes, & etiā districtuales, poterit collectare clericos: quia sunt de districtu. Allegat Ioan. And. ubi s. Et ita dicit se consuluisse; & liberter uiderem illud consilium, ut inueniretur responsio ad dicta Domi. in d. c. fi. §. fi. qui uult, q in materia arctatiua clerici nō dicātur districtuales. Imò de illo dicto Io. And. dubitat latè Imo. in d. c. dilecti. in fi. ubi uide: & etiam ipse Imo. in d. c. fi. ut ubi refert Domi. licet cum dicto Ioan. And. transeat Ludouí. solenniter in sing. in uerb. clerus. & est nu. ccccxxxix. habeo casum in facto Car. Nouarensis. & sequenti, & Domi. in c. fi sententia. in prin. de sent. excom. in vj. & Pau. de Cast. cons. ccxcvj. Ad primū. & cons. prope allegando, & Brix. in reper. in uerb. districtus. & pulchrè Pet. de Anch. in cons. cl. Optimis. & in rep. regulæ, ea, quæ. in xx. q. de reg. iur. in vj. ubi etiam allegat Oldr. consil. xxxij. Quæstio est, latè ponentem, q facerdos debet reputari de uniuersitate & populo. In quo ultimo uide quę latè dixi in rep. c. ecclesia. in iij. q. §. ti. prox. Et puto prædicta pēdēre ab ibi dictis, ubi examinatur, an appellatione populi ueniat clerus. Vide ibi dicta omisso ulteriori progressu: quia dicta consilia & alia reduxi in d. c. ecclesia. in uarijs quæstionibus ab hoc depēdentibus. Et an capitulum canonicorum ueniat appellatione ciuium, uide Bart. in l. j. uer. quæro etiam, an capitulum. ff. ad muni. Obstat etiam d. consi. And. Sic. qd paulò pòst dicetur cum Pau. de Cast. Dixit etiam Fran. de Are. cons. lxxvij. Et ratio scribendi, &c. q nunquam uidit bene declaratum, quid sit proprię districtus. Vnde ipse dicit, q proprię est dominium, uel territorium accedens ciuitati in subiectionē ultra fines simul cum ciuitate statutos, intra quos, quidquid est, uocatur territoriū. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. sign. & comitatus, secundum Bal. in d. §. cùm urbem. Quicquid autem de nouo sibi accedit, nisi concedatur sub nomine comitatus, dicetur districtus. Allegat Cy. & Bal. in l. etiā. C. de iu. do. & sentit Pet. de Anch. licet istos non alleget, in cle. ne Romani. §. sanè. secundum ipsum. Repugnat etiam dicto consi. And. Sic. elegans consi. Pau. de Cast. cxxxij. Notandum est, q hæc imperialis concessio. ubi dicit, q licet loca exempta, & personæ exemptæ comprehendantur in uniuersitate territorij & populi in fauorabilibus, non tamen in onerosis, nec in concernentibus ipsorum odiū & grauamen: & loquitur in materia collectarum, & onerum, uolens, q licet loca donata comiti Iacobo de Vermo sint de territorio Veronæ, tamē impositiones iniunctæ per dominos Venetos Veronensibus super bonis territorij districtus, non comprehendunt illa. Ex quo uidetur, q idem sit de terris ecclesiarum, quæ in impositione onerum, uel tributorū indigent speciali mentione iuxta gl. in uer. diuino. in c. quā. quam. de censib. in vj. ¶ Cognoscitur etiam pulchrè ex pluribus eductionibus Pau. in d. cons. quando aliqua bona ratione immunitatis, uel alterius prærogatiuæ possint dici extra territorium, & quando non. Bene fatetur Pau. de Cast. ibi, q donatio facta per dominos Venetos præfato comiti, non operatur, quando illæ terræ donatæ sint de districtu ipsius dominij Venetorū, & nō posset generale indultum immunitatis sibi concessæ, quando ipsa ducalis donatio scriberet imponendo grauamina territorio Veronensi ad commodum reip. Venetæ. Oporteret enim, ut cōmune contribueret occasione terrarum, quas habet in illo territorio: quia sua immunitas liberat solū à munerib. imponendis per cōmunitatem Veronæ: non autē dicit aliquid de imponendis per ipsum dominiū concedens hāc immunitatē: & hoc dū modò generalis impositio facta à dominatione specialiter nominaret etiā dicta loca. Aliās em p generalē impositionē factā cōmunitati Veronēsi, non intelligitur in dubio derogare specialib. immunitatib, etiā si generalis dispositio fiat per modū legis. Allegat gl. in l. iij. C. de silen. lib. xj. & gl. antepe. in c. j. de cap. mo.

in vj. & Arc. in c. reuocantes. xxij. dist. & facit c. ex multiplici. de deci. fm eũ. Pro quo uide, quæ dixi in c. j. uer. secunda dispositio. ſ. eo. ornando gl. in d. l. iij. Tetigi etiã de districtu & territorio do. Abb. cons. xx. super quæstione. in prin. dicens, q territorium dicitur à terrendo: districtus à distringendo. Et ubi quis habet potestatem terrendi, seu distringendi, totum illud dicitur de territorio, seu districtu. Allegat no. in d. l. pupillus. & in cle. ne Romani. de elec. Et cõsuluit Ab. q de quodã castro, qd' diceretur esse de territorio & districtu Senensi, licet dubitaret, an esset de comitatu propter quædam capitula exceptionũ eis cõcessa. Dixit etiã Car. in cle. ne Romani. ſ. sanè. in v. q. de elect. q districtus & diœcesis sunt distincta. Sed territoriũ & districtus ponũtur pro eodẽ, ut p̃bat ille text. in dictione Seu, quæ bis repetitur, & sonat idẽ, qd' Id est. ¶ Et est tex. in d. ſ. sanè. in uer. hoc casu. per locum à speciali, q appellatione districtus, uel territorij regulariter nõ uenit diœcesis. Et ita no. ibi gl. in uer. hoc casu. & Car. in ij. not. in v. q. Et subdit in vj. q. post Paul. fuisse sæpe obtentum Bononiæ, q stante statuto, q nullus de ciuitate, uel comitatu certo quid faciat, non comprehenduntur hi, qui sunt de districtu, & non sunt de ciuitate, uel comitatu: de quo ibi latiùs. Et dicit Brix. in uer. districtus. q districtus latiùs patet, q̃ territoriũ. Allegat c. pen. in fi. de offi. dele. in vj. & Bar. in l. j. de off. præfec. urb. Et dicit, q in odiosis appellatione districtus nõ continetur ciuitas, per c. quãuis. de præb. in vj. Secus in fauorabilibus, l. j. ſ. qui urbem. ff. de offi. præfe. urb. Ad prædicta etiam de districtu & territorio facit consilium Alex. mihi dlxviij. Visa q. contra dictos inquisitos. dum ponit, q prohitio de contrectando, uel mercãdo sal, nõ ligat portantẽ ex alio loco, & uolentẽ transire ex loco, in quo est prohibitũ mercari: & ostendit, q statutũ loquens de transitu per comitatũ, intelligitur etiã de transitu per ciuitatem. ¶ Et de uerbo

19 **Comitatus,** Vide Ab. in c. ueniens. in iij. no. de præsc. ubi dicit, q† quãdoq; comitatus idem est, q tota diœcesis: quandoque uerò est certa pars diœcesis, ut putà quia aliquis comitatus est in diœcesi, ut j. c. prox. quãdoq; uerò ponitur comitatus impropriè pro curia principis cum omnib. officijs suis instructa, c. si uobis. iuncta gl. j. xxiij. q. ult. facit c. j. quis dicatur dux. ubi ille dicitur comes, qui inuestitus est de aliquo comitatu: alij uerò sine comitatu dicũtur comites abusiuè[a], ut ibi no. Bal. fm Ab. qui idẽ ponit in hoc ult. in c. legebatur. de ma. & obe. & illũ tex. in d. c. si uobis. Allegat etiã Card. in d. ſ. sanè. in vj. q. dicens, q comitatus capitur etiã pro curia, seu residentia principis: sed propriè & naturaliter in statuto, uel alia dispositione importat territoriũ uillarũ, uel castrorũ, qd' est pertinens ad ciuitatẽ, ita q gaudet eisdẽ priuilegijs, & constituit eandẽ rẽp. Et per hoc potest contingere, q aliquid est de ciuitate, & nõ de districtu, qui districtus cõtinet tantũ id, qd' actualiter à ciuitate distringitur. Sed comitatus non sic strictè accipitur. Vnde aliqua castra sunt de comitatu Imolę, quę sunt de districtu Bononię. Et hoc modo dicimus, q qui est de uico, intelligitur de illa ciuitate, cui uic[o] subest, l. q ex uico. ff. ad muni. Subdit, q in istis attẽditur etiã cõmunis usus loquẽdi. Vnde Bononiæ fit illa diuersitas inter comitatũ & districtũ, Paduæ uerò quicquid est de districtu, dicitur de comitatu: Subdit etiã post Pe. de Anc. ibi, q terræ tecõmẽdatæ Florẽtinis, nõ sunt cẽsendę de districtu Florẽtino, sed potiùs dicũtur cõfœderatæ. Allegat Bar. in l. nõ dubito. ff. de capti. Ad quod ultimũ uide usitatã apostillã Alex. ibi, cui pro nũc adde de istis cõfœderatis tractatũ optimũ Mar. Laud. de cõfœderationib. ubi de hoc ponit lxiij. cõclusiones: & extat amplissimũ cõsiliũ Mariæ Senensis in ordine meo lv. Vt quæsitorum superiùs formatorũ. multa ponit And. Sic. in apostil. suis ad Bar. in extraua. qui sint rebelles. Solẽnissimè Bal. in disp. quædã ciuitas Tusciæ recepit quoddã castellũ impressa post disputationes Ang. in impressione Veneta. Plenè Ab. cons. in ordine meo, cxlvj. Ad dilucidationẽ illius dubitationis. ubi solẽniter loquitur de terra Scarlini recõmendata domino Plũbini. Et ista breuis & dilatabilis cõmemoratio uberrimorũ locorũ sufficiat pro isto nũc incidẽti omissis minutioribus. locellis, de quib. aliàs. De comitatiuis etiã plura inuenies in aureo repert. Firma. in uer. comitatiui. Et dixit Brix. in uer. comitatiuo. q comitatus dicitur districtus alicuius ciuitatis, ubi est episcopus. Allegat c. j. xix. dist. & c. prouinciæ. cum gl. in uer. comiti. xcix. dist.

a *Abusiuè] Ade de idem tenentem do. Soc. cons. clxv. inc. Visis inuestituris. uersic. circa primam dubitationem. circa fi. in ij. parte, char. xxvj.*

20 **Cæterùm** Ad euitandã† nimię prolixitatis nauseã, sufficiat remittere ad loca opportuna nõ extẽdendo quid in eis dicatur, prout olim licebat cõmentantib. ante fœlicia hæc tẽpora impressionũ, in quib. potest quilibet amplã bibliothecã leui impẽsa cumulare. Vnde ubi examine nõ est opus, satis est loca, maximè non trita, docere. Et ideo quid sit uilla, uide Ab. in c. uenerabili. in iij. no. de cẽs. De ciuitate, prouincia, terra, territorio, patria, oppido, & similib. uide optimas remissiones per Alex. in l. j. ſ. fiue autẽ. ff. de ope. no. nũ. Et ad illud de prouincia, uide tu omnino Imo. in c. pe. uer. aduerte: quia istud nomẽ Prouincia, de testi. ubi elegãter ponit multos modos, quib. fm uarias materias capitur hoc uerbũ Prouincia. Esto memor. Et unde sit dicta prouincia, uide Car. post Pau. in cle. dudũ. uer. extra ciuitates. in j. q. de sepul. Et omnino adde q si fit mẽtio de habitãtib. in certa regione, uel, prouincia, nõ cõprehendũtur habitãtes in cõfinib. Domi. singulariſsimè in c. j. de tẽpo. or. in vj. colligẽs hoc ex dicto Ioã. An. ibi, per qd' sequitur, fm eũ, q in materia stricta emanante sup̃ prouincia Tusciæ, Lõbardiæ, Romãdiolæ & Marchiæ Triuisanæ nõ includetur Bononia: qa est sita in cõfinio istarum quatuor prouinciarũ, ut dicit patẽte in priuilegio studij. Quod no. bene. Facit dictum Bald. in l. omnes populi. uer. item si statutũ dicat. ff. de iust. & iu. q statutũ prohibens mulierem contrahere sine consensu propinquorũ, non extẽditur ad participantẽ de duplici sexu, quia nõ est propriè mulier, sed homo mixtus. Vnde dicitur Hermaphroditus. Alle. l. hoc legatũ. ff. de leg. iij. & sequitur Pe. de Anc. in rep. c. canonum. in iiij. mẽbro, de const. ut dicit Alex. cons. mihi cclxij. Animaduersis statutis, inducens similia, quæ ponuntur in materia mixturę, in l. j. ff. de uerb. ob. ubi uide Lud. amplissimè. Quid autẽ sit oppidum, uicus, municipiũ, uide pulchrè Arc. in c. qualibet. xiij. q. vj. Et de oppido ponit Valla c. ccj. Elegantiarum, elegantia inc. uicus. Et de uico aliqd j. propè. Et de ciuitate, uilla, castro, oppido, insistit solenniter Domi. post alios in c. si ciuitas. in ſ. & ij. col. de sent. excom. in vj. Cui adde omnino Bar. in extraua. qui sint rebelles. in uer. Lombardiæ. ubi ponit de prouincia, uilla, castro: & latiùs de ciuitate: & sic, quid incolatus, & quid municipiũ, ponit Maria. in fi. de foro cõp. De incola dixi in c. quoniã. in prin. de off. ord. ubi uide, quoniã inuenies, quis dicatur habitator, & qs incola. Differentiã autẽ inter incolã, & inquilinũ, & incolã, & accolã ponit latè Lau. Val. Elegãtiarũ c. ccxxxv. incincola. ¶ Quid aũt sit burgus, uide latè Bar. in l. si hæres. ſ. uicis. ff. de legib. ubi dicit, q uideť uniuersitas approbata, p̃ l. pe. C. de fun. rei priu. lib. xj. Ponit etiã Bar. in d. ſ. uicis. de uico, uilla, & castro. Alle. Io. And. in d. c. si ciuitas. Et de uico ponit latè Lau. Valla c. ccj. Elegãtiarũ. in. et. uicus. dicens, q est pars urbis diuisa. Diuisa enim est urbs, quasi in mẽbra minora, sicut subura, carinæ, esquiliæ, uici. Et ibi dicit pulchrè ad hæc, q de etymologia taliũ uerborũ parũ attinet disputare: quia plerunq; fallax est, & in primis, nisi fideli fundamento nitatur, friuola.

uola. Dicit etiã, q uicus est locus ultra urbem distans uno miliari, ubi sunt frequentes uillæ & domus muris carentes: nam si eos haberet, castellum esset: loca uerò proximiora dicuntur suburbana in plurali: nam in singulari significat prædium, ut in suburbano meo Mizanẽsi, & prædio Tusculano, ut ibi latiùs. ¶ Quid† autem sit foresta: dicit gl. j. in c. cùm dilecti. de dona. q est locus, in quo ferę includuntur, & habet quis in eo usum uenandi. Et dicunt ibi Io. An. & Card. quòd est uulgare Franciæ & Angliæ. Et ubi sunt talia loca, dicitur foresta latum nemus sine clausura, & sine aqua: ubi est flumen dicitur sylua: ubi circundatur aquis, dicitur insula: ubi autem includitur muro, uel palis, dicitur parchus, secũdum Io. An. in d. c. cùm dilecti. Quod not. pro parcho

21 *Et ducis Ferrariæ] Adde, & no. a etiam pro duobus barchis illustrissimi d. do. Guid. Vbaldi ducis Vrbini: unus est iuxta ciuitatem Fori Sempronij, et alius iuxta terrã castri Durãtis. Ille uerò ducis Ferrariæ hodie nõ habetur, propter magnã & nobilẽ augmentationẽ ciuitatis Ferrariæ: imo de eo nõ nulle possessiones sunt farctæ & fertiles.*

b *An hortus sit de domo] Adde tu, q si hortus est coniunctus duabus domibus, si habet aditum ex utraq; domo, & alter uẽdatur, debet diuidi hortus: quia dimidia horti uenit in uenditione: sed si habet aditum ex una domo tantum, illi domui tantum cedit hortus. ita Dy. in consi. suo incip. In Dei nomine: amen: Pe. uendidit Martino. Adde Bar. in l. prædijs. in ſ. pe. in fi. ff. de leg. iij. Adde, quid in ultimis uoluntatibus? pone, testator legauit domum, an ueniat hortus, etiamsi per hortum sit aditus ad domum? Bartol. in l. prædijs. in ſ. pe. ff. de leg. iij. dicit, q domo legata intelligitur relictus etiam hortus*

ducis Mediolanensis, & ducis Ferrariæ[a]. ¶ Vocat etiam uiuariũ, secundũ gl. j. in l. usufructuarius uenari. ſ. si uiuarijs. ff. de usuf. quæ dicit, uiuariũ esse locũ circundatũ muro, aqua, uel sępe, ubi ferę sunt inclusæ, ut in lacu Perusino: & sequit ibi Ang. & dicit Valla, ubi s. c. viij. q uiuariũ dicit, ubi cõtinetur aues, pisces, uel ferę, quæ duntaxat ad 2 uictũ spectãt. ¶ Hort[us] † aũt est loc[us] sine reditu, factus ad amœnitatẽ: & dicitur prædiũ urbanũ, ut latè p̃ Bar. Cep. de ser. urb. prę. c. de horto. quod est lxxvj. Et quia ad ipsum hodie cõmuniter recurrit, quãdo dubitat de horto: ideo adde dictis suis optimũ consiliũ Alex. Visis uerbis dicti testamenti. quod est in ordine meo cõtinuatiuo omniũ uoluminũ, ccclxiij. ubi etiã ponit, q̃ legata uisis uerbis domo ueniat hort[us]: & aliqua ponit Firma. in uerb. hortus. Et an hortus sit de domo[b], uide gl. in c. fi. xij. q. ij. & copiosè & amplè And. Sic. post alios in repe. c. Raynutius. de testa. Et de dictis istorũ feci aliàs mentionẽ, consulendo Senis inter quosdã fratres cõtẽdẽtes de horto nõ nomina to in diuisione domus. Et in istis locis allegant omnia opportuna. Ideo utilius puto cõmemorare illos, qui uide runt omnia, q̃ eorum dicta eis tacitis trãscribere. Inquit eñ Greg. de Ãgel. Quid est, q nõ uidẽt, qui uidentẽ omnia uidente? Sic & uos scĩẽtes, ubi ponã materiã, illi, qui uiderũt omnia, uidebitis etiã omnia. Omittũt tñ isti id, qd' scribit Ab. in c. j. in iij. no. de cẽs. ubi no. illũ text. q appellatione domus nõ uenit area, uel hortus, licet sint iuxta domũ: nã ibi ponunt, ut diuersa. Et facit c. j. de deci. & quod ibi do. Ab. Vide tex. in l. si urbana prædia. ff. de uer. sig. ubi horti, qui in ædificijs cõtinent, ueniũt appellatione prædij urbani, si uoluptatis causa comparati sunt: sec[o], si sunt in reditu. Et no. Cæp. de ser. urb. c. xj. post prin. De horto etiã per Alex. cõsi. mihi ccccc. Consideratis uerbis & alijs, quæ in themate. ubi etiã ponit, an facta mentione dom[o] ueniat curia, quę aliàs grosso modo dicit curtile. Et de curia, seu curte, ponit etiã Cæp. de ser. urb. c. xlvj. & Ab. in c. ueniẽs. iij. not. de præscr. & aliquid dicet statim. Et dicit Bal. in quodã suo cõsi. quid si quis legauit cõtẽta in domo: q aut hortus est paratus causa domus, & tũc appellatione domus uenit hortus, per l. prędijs. ſ. qui domũ. de leg. iij. secus, si nõ est paratus causa domus. Ita loquit l. Olympico, de ser. ur. prædi. Et subdit, quòd hortus dicit paratus causa domus, ubi est hortus causa delitiarum dom[o], uel est pediſſequus domus. Curia autem, de qua tactũ est paulo antè, diffinit per Domi. post Ioan. An. & Lap. in c. j. ſ. porro. de sta. reg. in vj. & inter alia refert dictũ Philosophi, q. curia est determinat[e] locus ad recipiẽdũ & ad separãdũ se ad inuicẽ. De curia, seu curte, in materia feudali, uide Ia. de Alua. in c. j. in prin. de cap. q cu. uen. & in c. j. ſ. fi. in prin. qui mo. feu. amit. & in aliis locis allegatis per ipsum in tabula sui operis, in uer. curia castri dicit locus tã intra castrũ, q̃ extrà. iuxta castrũ, qui ab ipso castro defendat. Et in quo habitãtes defendant castrum, Bal. in l. pe. C. de cõdi. in ser. uerſ. sed nunquid castrum. Et ibi, an uendita curia, sint uẽditi uasalli. Et per eundẽ in l. in testamẽto. ff. ad l. Fal. Et uide Fran. Are. cõsi. xv. in prin. ubi consuluit, q priuilegiũ concedens ecclesiæ Mantuanæ castrum Bagnoli cũ curia, seu curte, includit principaliter iurisdictionem loci, & postea dominium rerum, per c. cùm Bertoldus. in uer. cum uniuersitate. de re iudic. & per Bal. in c. j. ſ. item si quis. quib. mod. feud. amit. Et hoc latè utiliter prosequitur in d. consi. quod uidere potes. De hoc uerbo Curia, ponit etiam aliquid Brix. in uerbo, curia. & plenius Firma. & etiam Alber. in uerbo, curia. ¶ Vbi autem dixi uerbum, quòd nõ debemus dicere, Ita seruat curia Romana, nisi illa obseruantia sit firmata constitutione Apostolica: quia stylus curiæ est uolubilis, & mutatur ad mutationem Pontificũ, auditorum & aduocatorũ, qui faciles sunt in mutandis institutis prædecessorum: Io. An. in c. j. super glo. iiij. de ele. in vj. dum enumerat post Comp. uarios & contrarios ritus curiæ in materia illius decretalis, & multa exempla in hoc dari. possent meditando tempora præterita, & præsentia, & constitutiones ueteres, & nouas: omnia iustificat curia per rationem c. non debet. cum concord. de consan. & affi. & dictum adde ad c. quàm grauí. de cri. fal. Collis autem est monticulus, siue per se, & à monte separatus, siue pars montis. Iugum est ipsa arduitas montis, & proclíuis ac prona supinitas, cui similis est in colle: cliuus tamen multò magis & clemens, ut cliuus Capitolinus, & cliuus qui ducit ad Ianiculum, cliuus montis Auentini: qui omnes sunt in urbe Roma, quam ex hoc quídam uocant urbem septicollẽ. Promontorium mons est inmari prominens. Hæc Lau. Val. suarum Eleg. c. ccxxiij. De collibus etiam ponit Cæp. de ser. ru. prædfo. liij. Et in sequentibus capitulis inuenies ibi de aljs locis, ſ. de ualle, aqua marís, portu, nauí, lacu, fluminibus, insulis, alueo, aggere, fonte, piscatione, & similibus. Et de uallibus etiam pulchrè scripsit Alex. in quodam consi. Considerans uerbis instrumenti. non impresso, facto pro dominis de Mirandula: aliàs De concordia contra dominos Carpenses, litigantes tunc coram Anton. Sãdeo patritio Ferrariensi, genitore meo, electo ab eis in arbitrum ob famosam eius integritatem, syncerítatem & authoritatem. Et dicit inter alia, quòd cum esset instrumentum inter eos, quòd illæ dicantur ualles, ubi est fundus aquarum, & cannæ sine arbustis & arboribus: certè ad hoc, ut non dicatur uallis, requiratur copulatiuè, quòd non sint ibi arbores, nec; arbusta. Vnde si ibi sunt aliquæ arbores, non dicuntur non esse ualles, nisi etiam sint arbusta. Et indycit tex. in l. si is, qui ducenta. ſ. cùm ita. in fi. ff. de rebus dub. & do. Card. in cle. in plerisq; de elec. & ibi bona gl. in uer. populo. Et arbustũ dicitur loc[us], ubi multæ arbo-

c. Rodul phus.

res simul sitæ sunt,sicut salicetũ,teste Papia & Seruio,se cundũ eum,dicentẽ, ꝙ etiã inspiciat cõmunis usus loquendi per iura uulgaria.Bar.etiã in sua Tyberiada, in iij.char.pulchrè ponit de istis, uidelicet quid sit planicies,colliș,mõs,uallis,& fossa.Et quomodo ista inter se differãt,uide ipsum opportunè. Et de ripa uide Bal. in l.riparũ,in prin. ff.de reb.du.ubi ponit post Bar.mẽsuret uenditione:& distinguit inter ripã propriã proprietate & usu,& ripam publici fluminis. Prima mensurat, non secunda:de quo per eũdem in pluribus alijs locis ordinatis per Alex.cõsi.mihi cclxj.Raynal.de Sauiolis. aliàs incipit,omissis argumentis,ubi de hoc habes ad saturitatem. Et de alueo multa ponit Bal.in rub. ff. de re.di. & Bart. in dicta Tyberiada,in uer. quòd si uis fluminis. cui respectu acquisitorum eximpetu fluminis,
23 adde Fede. consi.cvij.Domine Francisce. ¶ Det fouea autem,seu fossa,uel fossato,quæ sunt inter uiam publicam & fundum priuatum,uide Bart.in dicta Tyberiada,in uer. per alluuionẽ.& etiam ad fi. illius uer. ibi, in his autem multum,&c.per Bald.in d. l. riparum. & in l. lapilli,eod.tit.Et an actus factus in fossa,dicatur factus in re mea,uide Bald.in d.l.riparum.ad fi. Et an maleficium commissum in fossatis uiæ publicæ,dicatur commissum in uia publica,uide Ang. & Aug.in lib. Malefi. in uerb.in platea cõmunis. Et conductor obligatus ad refectionem fossatorum,intelligatur obligatus ad illa, quæ annuatim renouantur,non autem ad ea, quæ simul fiunt,ut sint perpetua,nisi aliud habeat consuetudo.Bart.in l.impensæ.ff.rerum amo.& in consilio cxciij. Commune Lucignani locauit. Et an in mensuratione agrorum mensurentur fossata, uide etiam Alex. in d.
24 consil.Raynaldus.aliquid Brix. in uer. fossa. De insula ponit plenè Bart.in d.Tyberiada,in c.de insula.ubi plenè uide: & per totũ illud opus inuenies de huiusmodi uocabulis. ¶ De campo & agro uide Vallam libro elegantiarum,c.ccxxxvj. ubi dicit, quòd campus est planicies terræ ampla & grandis: ager uerò est tum territorium urbi circumiectum,ut ager Pisanus: tum locus in rure cultus,siue arando,siue seminando:nam is,qui seritur frumentis,aruum nominatur. Ager etiam includit flumina,lacus,cæteraq; omnia, secundum eum latiùs. ¶ Sylua generalius nomen est luco,& solet esse cædua:Lucus nequaquam cæduus est:Nemus autem uoluptatis causa comparatũ, & amœnitate plenum:Saltus uerò sylua inuia, nec transeuntibus peruia, in quo pasci atq; æstiuare pecudes solent:& hyemare, si aer loci patitur.Valla elegan.ccxxxvij. ¶ Vicinia autem non tam homines,qui eundem uicum incolunt, significat, quàm qui prope domum tuam habitant: uicinitas autem non homines, sed propriè propinquitatem uicinorum,significat.Valla,ubi s.c.ccj. ¶ Et in quo differãt hæc:murus,paries,mœnia,porta, ianua, uide eundem c.clxxix.murus,&c.¶ Pomœrium uerò est locus ad muros intrà & extrà, quo ædificare nõ licet, quasi post mœnia. Pomarium est locus frequẽs arboribus pomi.Vala ibidem c.viij. ¶ Et ibidem, quòd Aluearium est locus, ubi sunt aluei apum: sed melius pro copia alueorum eodem loco collocatorum ac mellificantium. Et rosarium magis significat copiam fructuum,cùm uno loco rosas gignent, quàm ipsum locum, ubi fructices sunt.Et ibi etiam,quid sit dormitorium,tentorium, tectorium,& similia.Et ista sufficiant nimis fortè elongata,quàm oportuisset.Sed consideranti, quòd plura,ex his dilatari potuissent, quàm sint præmissa ueloci discursu glomerata,uidebunt hæc pauca,& minima pars omissorum,de quibus recurret curiosus indagator ad repertoria, tam in iure, quàm in oratoria arte impressa.Quòd si quispiam fellito corde oscitans, cõtrarium dicat esse grauitati Iuristarum Grammaticos adduxisse,caueat,ne per hoc de leuitate redarguat Archi.Bald. cæterosq; plurimos iurium uertices, qui de uocabulorum proprietatibus plerunq; importantissimè differentes,Papiam,Catholicõ, cæterosq; authenticos & celebres Grammaticorum aurigas accuratissimè allegant,sequuntur & approbant.

Vltimò, Quia tex.hîc,& in c. præcedenti, & in c.seq. dicunt,In irritum reuocetis: & sic præsupponunt, quòd ubi committitur irritatio, actus teneat: rogauerunt me plerique uim impetrandi in me habentes, ut in calce huius tit.commemorem aliquid noui de modo cognoscendi,quando uerba importent actum esse nullum, & quando importẽt annullandũ, super quo semper me ascribendo retraxit & retrahit optima ratio. Duo enim moderna luminaria utriusq; iuris de hoc opportunè & copiosè instruunt. Primum est Alex. in sua uberrima apostilla posita ad Bart. in l. imperator. ff. de iu. fis. Alterum est And. Sic. in c.si diligẽti.xxxvij.col. cum septem seq. de fo. comp. ubi instat ad plenam saturitatem, subdens in fi. quòd difficile esset alibi inuenire istum passum ita examinatum,& quòd multi,maximè Legistæ, attribuent ista fibi: quapropter territus horum plenitudine, & prognostico futuri furti à tãto uiro prophetizato excusaui meum silentium nunc,sicut quando legi c.si diligenti.de fo.comp.Rogatus autem instantiùs, ut saltem aliqua fragmenta spicarum post collectam ab alijs messem omissarũ accumulẽ, id denegare nec potui,nec debui. Colligo igit̃, seu discurro remissiones pro maiori
25 parte inusitatas ultra plenitudinẽ præmissam, in qua hęc de diminutione notare non intẽdo. Sunt igit̃ inter alia hæc.¶ Verba latæ sententię†,uel ferendæ,colligendo truncatè & decisiuè, prout longa diligentia usus, apostillaui Alex.ubi s. ad literam,isto modo. Aliquatenus locum non habet,denotat,quòd si actus fiat, erit nullus ipso iure.glos.fi.in c.prætenti.de sen.exc.in vj. Et quòd sub nullo tenore,uel forma fieri debet, secundum Domi.post Archi.ibi. ¶ Plenissimam firmitatem, importat ipso iure.Bald. in l.fi. ad fi. C. ex qui.cau. ma. Ipso iure,id est,iure disponente absq; alia infirmatoria hominis.Abb.in c.j.per illũ text.de re iudi.Et importat absq; ministerio iudicis[a]. Bart.in l.j.in
a fin. de compẽs. Aliàs non ualeat, non denotat ipso iure,quando apponitur solẽnitati,quæ potest interuenire post actum.Bart. in l. uniuersa. C. de preci. impe.off. Dixi latè nouiter in c. quoniam.in prin.ut li.non contest. Idem,quando tale uerbum adijcitur actui proprio. Tho. Fasto.subtiliter dubio Ro.xxxij.secundò dubitabat idem do. Bernardus, &c.per l. diuus. §.licet. de iu. condi. Et de hac clausula, Non ualeat,an denotet ipso iure,dixi utiliter in c.nonnulli.§.j.in iiij.fall.ẽ.eod. ¶ Amittat, hoc uerbum non sonat in præteritum,sed futurum, nisi addatur ipso iure. Glos. in l. amissione. §. j. ff. de capi. di. quam rarò inuenies alibi,secundum Bald.ibi, quem uide. Tamen uidetur esse similis in l.si quis in tantum, in uer.amittat.C.unde ui.contrarium dixit Abb.in c.cùm in cũctis.pe.col.de elec. per id, quod de uerbo Subiacet, dicetur j. priuetur: licet hoc uerbum importet per sententiam, gl. in c.quicunq;.in uer.innodetur. de hære. in vj. cum concor. Tamen prolatũ à testatore importat ipso iure.Fran.de Crema.in suis notabi.in no.lxx.tu scis.qđ uerbũ.Allegat Bal.qui mihi hoc nõ dicit,in l.j.C. de his, quæ pœnom. Sub interminatione anathematis, non importat ipso iure:gl.pe.in c.cùm ecclesia. de immu.eccle.Penit⁹, importat ipso iure.Domi.in c.j.de postu.prę la.in vj.non tñ semper,propter gl.in c.Romana.§. in uniuersitatem. de sent. exc. in vj. quam sequitur Fran. de Are.in c.in causis.in pe.col.de testi.sed eam reprobat tãdem Domi.in d.§.in uniuersitatem.in fi.quã uide.¶ Cadat ab omni iure suo, importat per sentẽtiam Matthe.

a *Ministerio iudicis*] *Adde Bart. in l. Mœuius. §. duobus.de leg.ij.*

Matheſi.

58 dubitatur. ¶ Limita tertiò † respectu fructuum: quoniam ad hoc, ut debeantur fisco, non requiritur declaratoria super priuatione ipso iure imposita: sed statim à die incursæ pœnæ debentur fisco. Ita tex. gloss. & Ang. in authen. de incest. nup. in prin. Et ibi infert, quòd non ualet instrumentum confectum à tabellione priuato ipso iure tabellionatu, cùm confectio instrumentorum sit fructus officij, nisi fuisset occultè toleratus, ut per eũ: & est glos. in §. pe. in authen. de tabelli. multùm ornata per Ana. in c. fraternitatis. de hæret. Hanc limitationem firmat etiam Domi. post Ioan. And. in c. felicis. in princ. de pœnis. in vj. per text. in d. authen. de nup. & quæ etiam ad hoc allegat Maria. in d. c. Iudæi. lo ij. de Iudæ. dicens, quòd in hoc est utile, quòd constitutio puniat 59 ipso iure: quia interim delinquens etiam nondum declaratus, nõ faciet fructus suos. Allegat etiam ad idem text. in authen. de rap. mul. circa fi. Facit etiam pro hac limitatione, quod dixi post Abba. in cap. j. de consti. in vj. fal. in prima restrictione data ad gloss. in c. fraternitas. xij. q. ij. dicendo post dom. Abb. quòd ibi pœna privationis bonorum est imposita ipso iure, non est tutus in foro conscientiæ, etiamsi non sit declaratus, ut etiam per Abb. latiùs in c. dilecti. de arbi. Et hanc limitationem firmat etiam Petr. de Ferrarijs in sua practica Papiensi, fol. clxxxiij. in uerbo, ipso facto. dicens, quòd à tempore criminis habetur ratio fructuum: & interdicta est alienatio bonorum, prout eleganter not. secundum eum, Iaco. de Bel. in d. §. j. authen. de incest. nup. Ad idem dicit facere not. maximè per Bart. in l. post contractum. ff. de donat. nam uult ibi Bart. uer. secundum tempus. q; ubi confiscatio est facta ipso iure, nõ ualet donatio, uel alienatio bonorum: quia non habet dominium, cùm statim amiserit. ¶ Procedunt ista, ubi à iure inducta est statim pœna confiscationis: sed si est per iudicem imponenda, secus: secundum Bald. in leg. non solùm. in fin. ff. de restit. in integ. ubi dicit per illum text. quòd licet bona homicidæ debeant confiscari, tamen hoc non intelligitur inuito fisco. Et ideo, donec fiscus agnoscat, non intelliguntur confiscata: arg. text. ibi, & in l. j. §. an bona. ff. de iure fis. Et ideo dicemus, quòd licet facta fit confiscatio uerbalis, nisi fiat incorporatio, confiscati utuntur bonis, secundum eum. Et ad hoc uide etiam Domi. in d.c. ij. §. j. de præscr. in vj. & facit sequens limitatio. ¶ Limita quartò respectu effectuum executiuorum, quos absque hominis ministerio secum trahit pœna ipso iure imposita: quoniam isti uim suam instigunt absque declaratione iudicis. Ita text. & ibi Bald. in l. quæ sub conditione. §. fi. ff. de condi. insti. ubi remisso semel iuramento à prætore, non est necesse amplius ipsum adire. Ideo dicit ibi Bald. in sua pulchra distinctione super quæstione, an & quando super dispositis à lege oporteat iudicem adire: quòd ubi ultra prouisionem legalem non requiritur aliquod ministerium iudicis in exequendo, non oportet adire iudicem, per illum text. Secus, ubi requiritur ministerium iudicis in exequendo. Propterea dicit Imola in c. felicis. de pœnis. in vj. prout recitat ibi Domi. in princ. quòd quicquid sentiat ibi Ioan And. non est necessaria aliqua declaratoria super pœna ipso iure imposita, quo ad effectus, qui immediatè trahunt executionem ad factum: nec de sui natura expectant aliam extrinsecam executionem post se. Hinc est, quòd irrogata à iure statim infamia, ille est intestabilis ante declaratoriam: secus, ubi expectatur hominis ministerium, ut in confiscatione bonorum, uel priuatione beneficij: quia tũc requiritur sententia declaratoria, & procedit dicta regula. Pro qua limitatione facit optimè, secundum Domi. ibi: quod not. Innoc. in c. qualiter. lo ij. de accusa. ad fi. ibi, item no. quòd sententia lata. ubi dicit, quòd sententia lata statim sortitur quosdam effectus: ubi gratia, si talis sit pœna alicui imposita, quæ libertatem aufert, ulteriùs eius testamentum non ualet, nec; aliquid ex testamento capiet. Quæ uerba pulchrè reassumit Benedictus de Plumbino in quadam disputatione, Titius habens Germanum legitimum. viij. col. Videmus enim in pœna excommunicationis à iure imposita, q; ipso iure affligit & inhabilitat, quo ad omnes suas potentias, illum, qui in eam incidit absq; alia declaratione, per c. pastoralis. in fi. de app. ubi trahit secum executionem. Et facit c. cùm non ab homine. de sen. excom. Vnde respectu ipsius excommunicati statim excommunicatio operatur, repellendo eum à cõmunione, celebratione, cæterisq; actibus excommunicato ueritis, per prædicta: sicut in simili dicitur in c. fi. de coha. cle. & mul. ¶ Aduerte tamen attentissimè, quoniam † ista 39 procedunt respectu ipsius excommunicati: sed quo ad hoc, ut ab alijs debeat tractari, repelli & euitari, ut excommunicatus, opus est sententia declaratoria iudicis declarantis eum esse à iure excommunicatum. Ita satis audacter decidit Pet. de Anc. consi. mihi clxxxv. Tribus de causis dominus episcopus Fauentinus. ij. col. per d.c. cùm secundum. & per id, quod not. Ioan. And. in c.ij. de præscrip. in vj. etiam in pœnis efficientibus personam, ut est infamia. de qua tamen aliter suprà. Concludit ergo generaliter Pet. de Anch. quòd sententia canonis, uel statuti, non priuat quem exercitio actuum permissorum, nisi post sententiam declaratoriam. Quod dicit esse not. ¶ Sed re uera non erat tempore Petri de Anch. conclusio ista iure aperte fundata: imo desiderauit Ioan. And. quòd ita statueretur, ut in sua gloss. in cle. ij. in gloss. iij. in fi. de sen. excom. nec putauit per d.c. cùm secundum. esse decisum apertè, quòd excommu-

c. Rodulphus.

nicatum à iure, uel interdictum non teneremur euitare ante denunciationem. Imò in excommunicato est casus in dicto cap. cùm non ab homine. cum concor. ibi in gloss. alle. quòd excommunicatum etiam non denunciatum teneremur euitare: contra quæ iura puto per inaduertentiam scripsisse Pet. de Anch. in d. consil. Dictum tamen suum hodie est uerum, & satisfactum est desiderio Ioan. Andr. in d. gloss. quoniam attestatur dominus Abb. in d. cle. ij. fuisse hodie hoc statutum concilio Basilien si, in xx. sessione, ubi statutum fuit in hæc uerba: Insuper ad euitanda scandala & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possent, misericorditer indulgemus, ut nemo deinceps à communione alicuius, sacramentorum administratione, uel receptione, aut alijs quibuscunque diuinis intus, uel extrà, prætextu cuiuscunque censuræ à iure, uel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, uel aliquem uitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, uel censura huiusmodi fuerit publicata, uel denunciata specialiter & expressè, non obstantibus constitutionibus, etc. saluo, si quem pro sacrilega manuum in clericos iniectione sententiam latam à canone adeo notoriè constiterit incidisse, quòd factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari: nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, uolumus abstineri, iuxta canonicas sanctiones. Et ita statuit Martinus V. in concilio Constantien si, & refert ad literam Archiepiscopus Florentinus in ij. parte iij. partis suæ summæ, tit. xxvj. c. ulti. & subdit, quòd licet quidam dicerent hanc constitutionem fuisse propositam, sed non acceptatam, præcipuè ab Italica natione, tamen duo uenerabiles uiri, quos nominat, & qui interfuerunt concilio, dixerunt ei, quòd fuit acceptata ab omnibus, ut perpetua: & ita reſidet ibi. Subdit Archiepiscopus idem latiùs ponens in tractatu De censuris, c. lxxxiij. uer. not. diligenter, q̃ ista constitutio facta Constantię, fuit approbata in concilio Basilien si, ante quàm scisſuram faceret. Et refert eam, subdens, fuisse approbatam per Eugenium tunc Papam, ut sibi retulit do. Iulianus, qui ibi legatus fuit, & etiam unus alius: & ibi disputat, an Papa potuerit hoc statuere? & concludit, q̃ sic. Et subdit, quòd cùm quidam uisitans Martinum Papam V. dixisset, quòd audiuerat illam constitutionem fuisse pro quinquennio, Papa dixit, Ego uolo, quòd semper duret. Et idem dicit dixisse quendam famosum auditorem Rotæ, & alia narrat circa robur huius constitutionis, quæ re uera est importantissima, & multum correctoria dictorum iurium. ¶ Sed nouissimè mecum sæpe in uno cogitaui, & uiros grauissimos consulens non inueni saturantem administrationē meam: nam Archiepiscopus uidetur in relatione sua excipere duos casus, in quibus stat adhuc ius commune. Primum colligo ex illo uerbo, generaliter promulgata. Ergo secus, si specialiter. Secūdus clarè patet in uerb. saluo, uidelicet in pcussore notorio clerici: & pondera, quia dicit se hanc constitutionem habuisse à Iuliano Cardinali, qui, ut legatus, interfuit eius promulgationi. Consi dero, quòd do. Abb. in d. cle. ij. non loquitur sic: sed dicit, quòd excipitur ille, quem cōstiterit incidisse in excommunicationem, ita ut nulla possit tergiuersatione celari. Non ergo excipit simpliciter notorium clerici percussorē, sed omnē notoriè excommunicatum. Ecce ergo discrepantiam maximi ponderis: nam secundum primam relationē, notorium excōmunicatum nō denunciatum non teneor euitare, excepto dicto percussore: secundum secundam teneor euitare omnem notoriū, quod quantum impor tet, bene gustant, qui de casibus conscientiæ quotidiè pulsantur. ¶ Salua uerìtate, quæ ex originali apparere potest, & salua decisiōe dominorū curialium, adhæreo secundæ relationi propter duo. Primò: quia notorius excommunicatus non est necessariò denunciandus ex cōmunicatus, ut paulo s. uer. limita primò. & not. Abb. & Phi. in c. peruenit. lo j. de ap. Ergo notorius rarò euitaretur. Secundò: quia uenerabilis uir frater Nicolaus de Ausmo in supplemento Pisanellæ in uerbo, clericus. iij. in fi. referens hanc cōstitutionem, & diceps esse magnā innouationem in hac materia, dicit apertissimè in hęc uerba, nisi aliquem ita notoriè excōmunicationis sententiam incurrisse constiterit, q̃ nulla possit tergiuersatione celari, etc. Et sic concordat cum relatione Abbatis, & dicit se extraxisse hanc constitutionē de libro do. Iuliani Cardinalis, qui uulgariter dicebatur S. Angeli, qui præfuit dicto concilio: & sibi ostendit hanc constitutionē in camera sua & studio suo Florentię, M. cccxl. die xj. Decembris. Et pondera mirabiliùs, dum Archiepiscopus & iste hanc exceptionem uario modo referentes, allegant authoritatem & informationē eiusdem Iuliani: & profectò nunqnam uidit rationē concludentē, quare magis debuisset exceptuari casus notorij percussoris, quàm alius notorius excōmunicatus. Cogita bis adhuc: non hîc enim tetigi, ut uiderer rerum nouarum detector, sed ut habentes raritatē librorum informentur de pluribus, & qui unum librū habet, non credat se omnia habere: & caueat, qūo loquatur, maximè in prædicationibus. Subdit utiliter frater Nico. ubi s. Per hoc tamen huiusmodi excōmunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit dicta constitutio in aliquo releuare, nec eis qūolibet suffragari. Idem dicit Archie. in dicto tractatu De cēsuris, paulò ante relationē dictæ constitutionis, dicens, q̃ per hanc constitutionem non tollitur, quin ipse excommunicatus debeat se subtrahere à cōmuniōe fideliū in diuinis, ut extra. Et hoc est utile, p id, quod dixi in prin. huius quartæ limitatiōis, uidelicet q̃ excommunicatio operatur, quantum ad se. Vnde iste nō poterit esse in iudicio, nec esse testis [a], nec contrahere [b]: & genera liter nihil facere de prohibitis excōmunicato. Non enim intendit dicta constitutio in aliquo suffragari excōmunicato, sed solùm succurrere communicantibus cum eo. ¶ Et gusta unum nouum. Nam tu scis, q̃ si † excōmunicatus est iudex, & occultus, & non denunciatus, sententia sua ualet [c]: c. ad probandum. de re iud. Dicit autem singularissimè Cal. ibi, & omnes referunt, q̃ si pars, quæ coram eo litigat, scit eum esse excōmunicatum, gesta pro illo sciente nō tenent. Et est aurea limitatio ad l. Barbarius. ff. de off. præto. ut ibi satis scripsi. Modò cō sideraba m, q̃ dictum Cal. fortè non procedit respectu excōmunicationis, sed procedit in alijs inhabilitātibus, occultis cæteris & parti notis: quoniā tunc non procedet l. Barbarius. Sed in excōmunicatione etiam nota parti, secus per dictam constitutionē. Et si diceres, Ipse iudex est inhabilis, & dicta constitutio non habilitat inhabilem, ut paulo antè respondeo, q̃ dictum Cal. non fundatur in fauore iudicis, nec hoc respicit, sed solùm est dictum in odium scientis iudicē excommunicatum, & eum non euitantis, ut non teneatur, d. c. cū non ab homine. Hoc autem odium est sublatum per dictam constitutionem nouam, per quam licitè cōmunicat quis excommunicato non notorio non denunciato. Et sic est limitatum dictum Cal. iuxta hanc l. quæro. C. de sent. & Bald. in leg. j. uer. unam omisi. C. de iuris & facti. ingno. & Ioan. Pa. in summa in libello rei, uersic. publicè excommunicatus. et Bal. in Marg. uerb. sententia. Et adde domin. Soci. cons. xxxij. incip. Ex his, quæ superiùs. uer. & ex ipsa. in fi. in j. parte, char. lxv. Vide gloss. xiiij. q. j. in summa, & in q. viij. ubi habes, quòd istæ sententiæ latæ ab excommunicato ualent, donec detegatur infamia: post non.

a *Testis*] Adde do. Alex. in l. iij. §. lege Iulia. ff. de testi. & do. Soci. cōsil. xlv. incip. Visa appellatiōe. uersi. præterea isti. ibi, sed existens. in prima parte, chart. lxxxvj. quod est uerū, nisi tempore ferendi testimonij absoluat, quod fieri potest, quando est solus, ne proba tio pereat: arg. l. seruus. fol. mat. secundum Ange. in repet. uerb. testis. uersi. testes, quorū. Quod tamen intellige, si sit data potestas absoluendi non aliter, secū dū Old. cōsi. cxlv.

b *Nec contrahere*] Adde do. Alex. de Imo. in l. si quis arbitratu. de uerb. oblig.

c *Valet*] Adde Bal. in l. id, quod pauperibus. C. de episc. & cle. ij. col. et Bal. in l. ij. uersi. iuxta

Et ista not. quia sunt recentia, & nouissima, & de pane lucrando.

Citatur etiā pars,

41 quando † profertur sententia declaratoria pœnæ incursæ. Gloss. not. in clem. præsenti. in uer. constiterit. de censi. Et ibi pulchrè domi. Abb. post alios: & glo. in cle. ij. in eodem uerbo, de pœnis. & utrobiq; Doct. Petr. de Anch. consi. præal. Bald. Gasp. Cardi. & Mod. in c. ij. de spon. & omnes statim allegandi sub hac conclusione: & Rota de li. cont. iij. in nouis: & Imol. post Car. in d. c. extirpandæ. de præb. ¶ Et adeo est uera ista cōclusio, q̃ licet excōicatio lata sine citatione, & sine monitiōe, uel iuris ordine, teneat, q̃uis iniusta, xj. q. iij. c. j. §. cū ergo. Imol. latè in c. fi. de præb. Rota. de sen. excō. viij. in antiquis, & iij. in antiquioribus: gloss. ij. q. j. in summa. Imol. infrà, eo. ab excommunicato. cum concor. Nihilominùs ipsa sententia declaratoria excommunicationis à iure latæ incursæ est nulla, si non præcesserit par- 43 tis citatio, ut per Imol. post Card. in c. extirpandæ. de præb. Et rationem differentiæ inter censuram & declarationem super censura, accuratè ponit Franc. de Are. consi. clxv. ubi uide dictam regulam etiam dilatatā. ¶ Intellige primò, dum modò debeat discuti factum, propter quod quis dicitur excommunicatus. Ita loquuntur d. gloss. Sed ubi præsupposito delicto pro indubitato quis declaratur excommunicatus ad finem, ut magis innotescat, uel ut hodie euitetur ab alijs, non est opus eum citare, secundum Lud. consi. ccclxxxij. In casu præmisso. ad fi. licet multi aliter allegent dictas gloss. non intelligentes eas, secundum eum. Inducit c. reprehensibilis. de ap. quem text. not. ibi Abb. & Mod. secundum eum: quem uide. Sic etiam intellige Rotam de sen. excō. xix. in antiquis: dum allegat dictas gl. uolens, quòd si petitur declarari per ordinarium, quem incurrisse canonem, si quis suadente. xvij. q. iiij. debet præmitti causæ cognitio & partis citatio, nō tamen litis contestatio: quia hîc nihil petitur adiudicari, uel auferri. Et ita etiam uidetur hæc intelligere Nic. Myl. auditor Rotæ, in suo reper. in uerbo, citatio. §. lxxxij. in ci. citatio. sic dicens, quòd ista citatio fit, ubi negatur factum, ex quo à iure pœna infligitur: & per eundē ibi in §. xcviij. citari debet quis, etc. Et adde Lud. in l. is, cui bonis. ff. de uer. oblig. Allegat ad hæc d. c. reprehensibilis. & ibi uide Phi. ¶ Intellige secundò, nisi declaratoria excommunicationis fiat super excessu notorio: quia non est opus citare excommunicatum. Tex. in c. peruenit. lo j. de ap. & ibi latè Abb. & Phil. & not. Abb. in c. parochianos. in j. col. de sen. excommu. Et licet tunc denunciatio non sit necessaria, ad hoc, ut talem euitent, per d. §. in iiij. limitatione proxima, tamen fit denunciatio, ut innotescat his, qui nesciunt factum esse notorium. Et intellige, quòd sit certum, non competere aliquam iustam excusationem excommunicato, ut per Abb. in simili in c. accepta. de resti. spo. & in c. uestra. in fi. de coha. cle. & mu. cum concor. quas dedi in c. cùm olim. de re iudi. Secus, si potest competere aliqua excusatio, ut latè per. Franc. de Aret. in d. consi. clxv. & dixi in d. c. cùm olim. Et sic intellige rem, quod no. Imol. post Card. in d. c. extirpandæ. vij. col. allegando Guil. in d. clem. præsenti. qui dicit, quòd etiamsi factum sit notorium, tamen pars est citanda: quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt, ut dicitur in c. ad nostram. lo iij. de iureiur. Et idem dicit Imol. post Guil. in d. clem. præsenti. pe. col. Dicitur autem notorium in excusabile illud factum, quod nullo casu est licitum: putà, transitus episcopi ad aliam ecclesiam sine licentia Romani pontificis, c. quanto. de transl. præla. & adulterium, blasphemia, & similia: quę si apparent notoriè fuisse perpetrata, non cadit ibi excusatio. ¶ Intellige 42 tertiò, nisi † sit dubium de fuga citandi: quia tunc potest declarari incurrisse pœnam omissa citatione. Abb. in d. c. cùm non ab homine. xij. col. de iudi. & Domi. in c. j. §. fi. in pe. col. de homi. in vj. ubi dicit, quòd omittitur citatio, ubicunq; ex ea induceretur impunitas criminis. Not. Bald. in l. consentaneum. vj. col. uer. quæro unà cum But. C. quomodo & quando iu. dicens, quòd isto casu possent recipi testes parte non citata. Et est specialissimum, ne fuga instruat eum, secundū ipsum. Vnde dicit Bald. in l. cunctos. C. de sum. tri. in lec. quòd ubi quis est suspectus de recessu, non est necesse, q̃ edictum ad eius notitiam deueniat. Allegat Innocen. qui hoc dicit in c. ex literis. de excel. præla. Et dicit Salic. in l. absentem. C. de accus. quòd iudices moderni prouident, quòd habita informatione à testibus super crimine, incipiunt à captura, ne ex citatione reus factus certior incipiat à fuga. Faciunt multa, quæ ob suspicionem fugæ sunt inducta, de quibus in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cre. cum concord.

Et appellari

Potest † ab ista declaratoria: gloss. fin. in cap. cupientes. §. quòd si. in uer. priuatos. de elect. in vj. licet à pœna ipsius leg. in quam dicitur partem incurrisse, appellari non posset, l. si qua pœna. ff. de uerbo. sig. & c. quia nos. de app. Et dictam gloss. sequitur Abb. in d. clem. præsenti. & consi. in impressis cj. Ad claram & luculentam. Et ibi dixit, quòd licet in facto uerè notorio non possit appellari, c. cùm sit appel. tamen à sententia declarante factum esse notorium appellari potest, per dictā gloss. quam etiam ipse sequitur in dicto cap. peruenit. & ibi Phil. & Ana. in cap. super his. vij. col. de accus. & in cap. prohibeas. j. col. de magist. Et idem Bald. in cap. ad nostram. in fin. de app. Et caue, ne dicas, Appello ab ista pœna: sed dicas, Appello, quia non sum culpabilis: uel, quia non fuit probatum, secundum Bald. in leg. unica, uersi. sed hîc restat dubium. C. ne ex delic. defun. & dictam glo. sequitur etiam Ludouic. consilio cccclxxxij. & Abb. in c. fin. vij. col. de iuram. cal. & Imo. post Card. in dicto cap. extirpandæ. vij. col. Operabitur etiam inter alia magnum effectum dicta appellatio: quoniam licet sententia, per quam quis excommunicatur, non suspendatur per appellationem, c. pastoralis: de app. quia tunc constat de excommunicatione, quæ ligat, etiamsi est iniusta: tamen si appellatur à declaratoria excommunicationis incursæ, & sic est dubium ipsum factum, per quod dicitur quis excommunicatus, & declaratio potest esse non uera, ideo in dubio, uel cùm constat eam non ueram, appellatio suspenditur, & nullatenus euitabitur, nisi appellatione deserta, uel finito articulo appellationis, & prosecutionis, & non probatis deductis in appellatione. Ita dicit Domi. post Lapum in cle. j. in ult. char. uersi. undecimò quæro. de seq. pos. & fruct. dicens hoc esse singulare & utile in practica: & transit ibi Imo. in fin. Cæterùm si argueretur sic in contrarium, licet sententia declaratoria suspendatur, tamen excōmunicatio non suspenditur: quia si statim tenuit, aut statim erat incursa, nulla appellatio suspendit eam, d. c. pastoralis. aut non erat incursa, & tunc, quòd tenet, non suspenditur, c. ad diffoluendum, de despons. impu. Licet enim ueritas excommunicationis apud nos non sit certa, sed pendeat à futuro euentu, qui dubius est, l. quod debetur. ff. de pecu. tamen re uera aut statim tenuit, aut statim fuit nulla: ęa lex est certa de omni eo, de quo est certa natura, l. si pater. ff. de solu. & l. cùm ad præsens. ff. si cert. pet. Ergo

c. Rodulphus.

non cadit hîc ſuſpenſio. Reſponde, licet non reperiam tactum, & aſſumam uerba Abb. in d.c. paſtoralis. §. fi. v. col. uer. ad ſecundum dubium. & ibi etiã Imo. & latiùs Phil. & dic, q̃ ſi pendente appellatiõe alij ſecum cõmunicant, nõ peccant. Idem, ſi ipſe ingerit ſe diuinis. Excuſatur enim ab irregularitate: quia iſti non dicuntur cõtempſiſſe, ex quo pendebat appellatio. Excuſatur itaq̃ ex probabili ignorantia, c. pe. cũ gl. de cleri. excom. mi. Sed ſi gerit aliqua, uel cum eo geruntur ratione priuati iuris, ſeu officij: & ſunt de actibus prohibitis excõicato actiuè, uel paſsiuè, ut collatio beneficij, uel acceptatio, talia erunt nulla conſtito de ueritate excommunicationis etiam priùs occultæ, traheturq̃ effectus declaratæ excõmunicationis retrò, etiamſi talis ignorabat ſe excommunicatum, ſecundum glo. in d.c. pe. Non enim habet locum l. Barbarius. ff. de offi. præto. in his, quæ geruntur iure priuato ab inhabili: quia in illis tantum nocet inhabilitas occulta, quantũ manifeſta. Inn. ſingulariſsimè in c. cùm dilectus. de conſue. quẽ ſequitur Io. An. in c. j. de reſcri. in vj. & ibi Domi. j. col. Pau. de Leaza. in commento c. ſi celebrat. xij. col. de cle. excom. mi. Ab. in c. ſi uerè. in fi. de ſen. excom. in c. ueritatis. ad fi. de dolo & contu. in c. conſultationibus. de iure pa. in c. poſt ceſsionem. de prob. in c. Cumana. quaſi in fi. de elec. in c. exceptionem. in antepe. col. de excep. in c. intelleximus. de iudic. in cap. conſulti. de procur. & in c. ad probandum. de re iud. Notat etiam Inno. in c. cum Vintonienſis. prope fi. de elect. Phil. in c. ſæpe. xxj. col. uer. ſecundò patet. de appel. Inno. in c. cùm dilecta. in j. gloſſ. ẽ. eo. & in c. nihil. in j. gl. ad fi. de elec. Car. in cle. j. ad fi. de reg. Lud. in ſing. dccxxv. iura faciunt omnes. in d.l. Barbarius. & in c. pia. de excep. in vj. Quas quotas diuerſimodè Inno. guſtantes & declarantes non adduxi aliàs, nec forte ab alio audiuiſti. Itaq̃ in propoſito oportet concludere, quòd non habeat maiorem uim appellatio interpoſita à dicta declaratione, quàm appellatio interpoſita ante excommunicationem. Illa autem in caſu non iuſtificatæ demum appellationis non reddit ualida geſta ab appellante, ut priuato, ſecundum prædictos: ita nec iſta. Secus ſi in his, quæ excuſantur propter nõ contemptum, ut celebratio in obſeruantia excommunicationis, & ſimilia. Et ſic propter argumentum præfatum remanet reſtrictum dictum Lapi non conſuetum ita ab alijs commentari. Et hæc ſufficiant. ¶ Per quæ omnia habetis, Commilitones amantiſsimi, quod toties petijſtis, uidelicet ineptias meas circa materiam pœnarum incurſarum, uel incurrendarum, quomodo uidelicet hoc cognoſcatur. Demum duas concluſiones ſuperinde neceſſarias: unam, quando ſit opus declaratoria ſuper pœna incurſa: aliam, quando ad eam ſit pars citanda. Quæ duo, ſi memor ſim, tetigi aliàs in uoce legendo d. cap. cùm non ab homine. Tamen repetiſſe hîc non piget: tum quia pleniùs dictum eſt, quàm ibi, & collecta tunc in ſcholis pauci habent, & ineptè: tum, quia defectuoſa fuiſſet cumulatio noua ſuprà facta abſque coniunctione harum concluſionum, quæ per hoc ab impertinentia excuſantur, compenſantes etiam utilitatem inſertorum cum prolixitate in loco minùs proprio ſituata, ſed uehementiore calami tranſcurſu ampliata ad inſtar nauis portui appropinquantis, maiori plerunque, quàm expediat, remigatione exaggerata.

¶ Expeditum eſt igitur hoc cap. Rodulphus. cum ſua dote, ſicut & cætera præcedentia: quibus nihil detrahit octo capitulorum ſequentium omiſſio, à uobis nõ magnificanda: tum, quia materiam habent ualde tenuem, excepto cap. ab excommunicato. repetito ſolenniter per Car. But. & nouiſsimè per Iaco. Zochum: tum, quia me excuſat ratio prælegata ſuprà, in hoc cap. in uer. expeditis.

De officio & poteſtate iudicis delegati,

TITVLVS XXIX

SVMMARIVM.

1 *Maius dignum ratione communionis, trahit ad ſe minus dignum.*
2 *Iuriſdictionem habens ex commiſsione alterius, an ſemper dicatur delegatus.*
3 *Statutum ſi dicat, quòd nullus poſsit habere duo officia, an habens cuſtodiam arcis, poſsit habere aliud officium? tenet, quòd non. Cardinalatus an dicatur officium. Vide poſt nu. 3.*
4 *Cardinalatus officium & poteſtas, qualiter differunt.*
Auditores Rotæ an dicantur ordinarij. Vide poſt nu. 4. uer. quæro, utrum auditores Rotæ.
Quid de uicario epiſcopi. ibidem, uer. uicarius etiam epiſcopi.
Appellari an poſsit à delegato epiſcopi ad eius uicarium. Vide in rubrica de offi. deleg. poſt nu. 4. uer. utrùm à delegato epiſcopi.

COntinua hîc iſtam Rubricam, ut per Doct. ſed uidetur ultra Abb. quòd iſta rubrica nõ ſit bene ſituata, quia iudex ordinarius habet iuriſdictionem generaliorem delegato. Sed rubrica de offi. ord. poſt ponitur. Ergo, etc. Ad iſtud contrarium reſpondet Ioan. And. hîc, quòd ideo anteponitur rubrica de offi. dele. rubricæ de offi. ord. quia iudex delegatus eſt dignior: ſed Ant. hîc mordet iſtam reſpõſionem, & adducit rationem: quia in iſta rubrica ſunt aliqua capitula, quæ loquuntur de delegato ab ordinario. Ergo non debebat anteponi. Sed ipſemet poſtmodũ ſaluat, dicens: quòd ſunt tam multa quàm plura capitula in iſta rubrica, quæ loquuntur de delegato Papæ, quàm quæ de delegato ab ordinario: & ideo præponitur iſta. ¶ Dicunt hîc Moder. quòd † ratione cõmunioõis & mixtionis, maius dignum attrahit ad ſe minus dignum [a]. Allegant text. in l. ſi communem. ff. quemadmo. ſeruj. amit. & dictum Bart. in l. præcipimus. §. pen. C. de appel. ubi ratiõe clerici laicus gaudet illius priuilegio in re communi: & dictum do. Card. in c. Ioannes. de teſta. ubi dicit, quòd ratione mixturę clericus trahit laicum ad forum eccleſiaſticum. Facit gloſſ. in c. j. de offi. dele. in vj. uer. fratribus. ¶ Vltra ipſos adde ad hoc gloſſ. in c. j. uer. fratribus. de renun. in vj. quæ dicit, quòd Papa loquendo in communi Cardinalibus, uocat ipſos fratres: quia ibi ſunt aliqui epiſcopi. Adde Io. de Lig. in c. ex literis. de conſti. ubi dixit, quòd ſi agitur de conueniẽda uniuerſitate ſcholarium, conueniũtur corã eccleſiaſtico: quia in ſtudio ſunt aliqui clerici. Ergo in propoſito. Et uide dictũ beati Tho. ij. ij. q. lxix. art. iij. ubi ſi partes cõpromittunt in ordinariũ, q̃ potuiſſet cauſam diffinire ſine compromiſſo, an procedens intelligatur procedere ſecundum poteſtatem ordinarij, uel ſecundum poteſtatem compromiſſariã? & dicitur ibi, quòd præſumitur procedere ſecundum poteſtatem ordinariam: quia ordinaria eſt potentior & generalior. Adde dictum do. Abb. in c. ad audientiã. de præſcrip. ubi dicit, ſi laicus habet rem communem cum clerico, putà ciuitatem cum curia Romana, poteſt ſe tueri præſcriptione centum annorũ. Alle. d.l. ſi communem. & c. de quarta. de præſcript. ubi ſi laicus habet rem cõmunem cum epiſcopo, non currit præſcriptio uacante ſede. Adde do. Abb. in c. fin. de iure pat. ubi dicit, quòd ſi ſunt duo patroni, unus clericus, alter laicus, quòd reſcriptum

a *Minus dignũ] Adde tex. in l. ij. in prin. C. de legi. ibi, & uide Bal.*

ſcriptum Papæ præiudicabit ambobus. Et dicit, quòd ratione maioris fauoris ſit denominatio à laico: quia eſſet damnoſum clerico, ut fieret denominatio ab ipſo clerico. Allegat text. in d.l. ſi communem. Vide text. in c. ſacris. de ſepul. ubi non exhumantur corpora excõmunicatorum, ne exhumentur corpora nõ excommunicatorum. Facit optimè text. in c. per tuas. de arbi. ubi in materia ſpirituali poteſt compromitti in laicum ſimul cum clerico. ¶ Vltra prædicta dicunt hîc Moder. q̃ etiam uidetur eis, quòd iſta rubrica non ſit bene ſituata: quia in ff. uet. primò ponitur rubrica de ordinario & poſtea de offi. dele. & dicunt, q̃ uidetur, quòd iuriſdictio ordinaria ſit capacior: quia capit plura. Ergo eſt dignior. Allegant glo. in c. in nouo. xxj. diſt. & Bald. in l. j. ff. de offi. præfe. urb. ubi patriarcha æquiparatur regi. ¶ Ad argumentum Moder. quod fuit Ludo. Roma. in rub. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſdict., reſpondetur, ut ibi per Lud. ubi dicit, quòd in iſto titulo communiter tractatur de delegato principis, qui eſt dignior ordinario: ſed in d. tit. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdictio, tractatur de delegato à uicarijs, ſeu iudicibus ordinarijs: & cùm hoc ſit, patet, quòd bene ſituata eſt hæc rubri. Ergo, etc. ¶ Quæro, utrùm † habens iuriſdictionem ex commiſsione alterius, dicatur ſemper delegatus [a]? & Dic, q̃ non: quia aliquando dicitur iudex extraordinarius, c. de cæter. de tranſac. & eſt text. in c. inducias. §. ſpatium. uer. ei autem. iij. q. iij. quia delegata iuriſdictio eſt extraordinario modo inuẽta. Et multis modis ponitur uerbum Delegare, in c. uiſis. xvj. q. ij. ubi uide. ¶ Quæro, quare rubrica dicat potiùs De officio & poteſtate, & non iuriſdictione? Reſpondet Io. An. dicens, q̃ ſi rubrica diceret de iuriſdictiõe, rubrica eſſet generalior nigro: quia in c. fi. j. eod. datur miniſterium nudum: ideo non ponitur de iuriſdictione. ¶ Super † uerbo Officio, quæro, quid ſi ſtatutũ dicat, quòd nemo poſsit habere duo officia, utrùm habens cuſtodiã arcis, poſsit habere aliud officium? Dic, q̃ nõ, ſecundum Moder. hîc. qui allegant Pet. de Anch. in c. ij. de conſtitu. in vj. & gloſſ. in l. ne quis. in uer. officiorum. C. de digni. li. xij. & allegant, quod no. Bal. in c. j. de feu. guardiæ. Arbiter etiam dicitur habere officium, c. uno delegatorum. j. eod. Et procurator dicitur habere officium, c. ſi quem. de procu. in vj. Et ibi Domi. Et prædicator dicitur habere officium, c. quod Dei timorem. de ſtatu reg. Et notarius habet officium, c. ut officium. de hære. in vj. Fallit in notario principis, ut in leg. j. de man. prin. Et multi alij ſunt, qui dicuntur habere officium, ſecundum Moder. hîc. Sed uide Domi. in cap. j. de conſue. in vj. ubi enumerat omnia iſta iura allegata hîc per Moder. & ibi ultra ipſos enumerat quinq̃ officia. Et uide Pet. de Anch. in repe. regulæ, ea quæ. de regul. iur. in vj. ¶ Tribus modis ſumitur hîc terminus Officium, ut per Bart. in leg. j. ff. de iuriſdict. om. iud. Officium uerò, prout capiunt Canoniſtæ, eſt adminiſtratio rerum eccleſiarum, ſiue prærogatiua chori. Ita Arch. in cap. j. de conſue. in vj. & ſequitur Ant. in c. de mulcta. de præben. & Abb. in clem. diſpendioſam. de iudic. in apoſtillis, reprobans gloſſ. ibi, quæ dicit monachum habere officium. Et adde Cal. in c. poſt ceſsionem. de proba. & ibi Ab. in ij. col. Alber. in iiij. parte ſtatutorum, quæſt. xxiij. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum prohibet quem habere officia, non poterit habere orationem apud populum. Et Cald. in titulo de transla. præla. conſi. j. ubi dicit, quòd Cardinalatus non dicitur beneficium, ſed officium. Facit cap. per uenerabilem, qui fil. ſint legi. & conſilium Pet. de Anch. cccxl. inci. Viſo themate prædicto. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum facit mentionem de officialibus populi, ueniunt officiales eccleſiaſtici, ſi materia non eſt odioſa. Ioan. And. in cap. j. de ſagitta. ubi dicit, quòd coquus delicatorum ciborum dicitur habere officium & artem. Allegat text. in cap. ne tales. de conſe. diſt. in v. & uide Ludouic. fing. dcxlvij. col. lxxiij. incip. nunquid eſſe coquum. & ibi dicit, quòd coquus imperatoris, uel principis, habet dignitatem. Allegat Bald. in cap. j. de feu. guar. ¶ Quæ † differentia ſit inter officium & poteſtatem? Omnes hîc ponunt, & dicunt, quòd officium reſpicit illud, quod delegatur: Poteſtas concernit id, quod poteſt per delegationem, ſecundum Pet. de Anch. in dicta regula, ea quæ. Ioan. And. dicit, quòd poteſtas capitur pro eo, quod eſt in habitu: officium uerò, eſt ipſe actus. ¶ Et hoc uerbum Poteſtas, ponitur multis modis. Quandoque importat actum iuriſdictionalem, c. qui reſiſtit. xj. q. iij. Aliquando Poteſtas capitur pro homine, c. tua nos. de homi. & eſt text. in cap. j. de iureiur. in vj. & in c. ſed nec. ne clerici, uel mona. Aliquando capitur poteſtas in genere fœmino, c. fin. de iudi. c. precaria. x. quæſt. ij. & uide Pau. de Caſ. in l. eum, qui [b], ff. de iuriſ. om. iud. ubi dicit, quòd ille debet uocari Poteſtas, qui habet merum & mixtum imperium: alij uerò, qui non habent, uicarij uocari debent, uel alio nomine, ut ibi per eum. Aliquando importat poteſtatem patris, ut Inſti. de patria poteſt. Aliquando ponitur ad beneplacitum. Et de iſto uerbo uide text. in leg. poteſtatis. ff. de uerbo. ſignifi. & ibi attenditur ſubiecta materia, & gloſſ. in §. rurſus. in uerbo, poteſtate. Inſtit. de actio. & Inſtit. de tute. §. j. in uerbo, poteſt. ¶ Quæro, utrùm auditores Rotæ dicantur delegati, uel ordinarij [c]? & Vide gloſſ. in cap. j. in uer. iudicio. de re iudic. in vj. quæ dicit, quòd auditores ſacri palatij non ſunt iudices: gloſſ. j. in cle. auditor. de reſcrip. Archi. in cap. experientiæ. xj. quæſt. j. qui dicit, quòd auditor eſt delegatus. Bart. in l. præcipimus. C. de appel. §. j. ubi dicit, quòd habent ordinariam. Bald. in l. fin. C. ubi ſena. uel clariſsi. Et uide de hoc deciſionem dominorum de Rota, xiij. in nouis, in tit. de offi. deleg. incip. Item ſi cauſa. ubi dicunt, quòd ex quo habent iuriſdictionẽ in habitu, cenſentur quaſi ordinarij, & diſpoſitio cap. j. de reſcrip. in vj. non habet locum in auditoribus Rotæ. ¶ Dicit etiam Spec. in tit. de offi. ordi. §. j. quòd in audiendo habent ordinariam, in iudicando delegatam. Cum hoc tranſit Ant. in cap. fin. de re iudi. Domini de Rota deciſione xvj. in nouis, in tit. de re iudi. incipiente, Item dubitat. Adde Domi. in c. ſtatutum. §. notarium. de reſcri. in vj. Vbi ponit, an licite recipiant ſalarium. ¶ Legatus uerò de latere habet ordinariam iuriſdictionem: text. eſt in cap. ij. de off. leg. in vj. Spec. in tit. de legato. §. nunc oſtendendum. uerſi. legatus. ubi dicit, quòd legatus de latere concurrit cum quocunque ordinario. ¶ Vicarius etiam epiſcopi ordinariam [d] habet: gloſſ. in cap. ij. de offi. uic. in vj. in uerbo, Officialem. & gloſſ. in cap. perlectis. in uerbo, & iurgia. xxv. diſtinctio. & in capitu. Romana. in uerbo, generaliter. de appella. in ſexto. quas ſequitur Abb. in cap. decernimus. de iudi. & in capitu. ſi quis contra clericum. xij. col. de foro compe. Et ratio eſt, quia facit unum tribunal cum epiſcopo, capitu. ij. de conſuetudi. in vj. ¶ Limita, ut habeat locum in uicario

a *Delegatus] Quis autem dicitur delegatus? Vide, quæ habentur per authen. in c. quoniã. ſuprà, de reſcri. & quod ibi dixi in apoſt.*

b *l. eum, qui] Et ibidem etiam ad hoc uide dominium Alex. de Imo. & adde Arc. plenius xj. quæſt. prima. magnum omen.*

c *Ordinarij] Adde Ludo. pon. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. de uerb. ob. & ibi ad hoc uide omnino do. Alex. de Imol. & in l. morę. de iuriſdi. om. iu. in vj. col. ubi etiam per Bar. et adde Guil. de Cu. l. ſæpe. de re iud.*

d *Ordinariam] Adde, quæ ad hoc habentur per Alexan. de Imol. in rubri. de offic. eius. & in leg. & quia. ante fin. de iuriſdictione omnium iudicum.*

cario generali: secus in foraneo, quia dicitur delegatus. Ita Innocen. in c. Romana. prope. fin. de offi. ordi. in vj. gloss. in clemen. ij. in uerbo, foraneo. de rescript. ¶ Secundò limita, nisi esset deputatus ad uniuersitatem causarum, ut per gloss. in cap. cùm causam. de appel. in uerbo, delegatus. in fin. quia tunc esset delegatus habens instar ordinarij. ¶ Item limita, nisi uicario committeretur aliquid speciale ultra generale mandatum: quia in illo speciali uicarius dicitur delegatus. Ita Domi. in dicto cap. perlectis. in ij. col. Allegat Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de offi. uica. §. j. & Lap. in cap. ij. de offi. uic. in vj. ¶ Vtrùm à delegato episcopi possit appellari ad uicarium eius? Dic, quòd non, ut per Ab. in d. c. si quis contra. de foro compet. & ponit Ioan. And. in tit. de accusa. in additionibus, in ultima additione. ¶ Si Papa alicui mandat aliquid fieri, in dubio præsumitur potiùs excitare ordinariam potestatem, quàm nouam tribuere. Fallit, nisi in literis Papa ponat Authoritate nostra: per text. in cap. cum aliquibus. de rescript. in vj. Intellige, dum modò istud uerbum Authoritate nostra, ponatur in medio, non in fine: quia si apponatur in fine, non intelligitur delegatum facere, sed ordinarium excitare. Ita Innoc. in cap. quoniam Abbas. infrà, eo. ¶ Quibus personis possit à Papa committi: & sic, qui possunt esse iudices delegati, habes tex. in cap. statutum. de rescrip. in vj. & in clem. ij. eo. tit. ¶ Quæ causæ possunt delegari, habes text. in l. iubere cauere. de iurisd. om. iudi. & ibi Doct. dicentes, quòd omnis causa, quæ est cognoscibilis, est delegabilis: & Doct. in c. quod sedes. de offi. ordi. ¶ In quibus locis possit expediri causa delegata, uide d. c. statutum. de rescrip. in vj. & tex. in c. statuimus. de offi. lega. eo. lib. ubi plenè tangitur.

SVMMARIVM.

1 ¶ Delegatus exercet iurisdictionem, non solùm inter partes, sed in quoscunq; iurisdictionem suam impedientes.
2 Minæ & terrores an inducant iustum metum?
3 Negligens ad obuiandum delicto, qualiter puniatur.
4 Et an quis teneatur obuiare delicto? dicit regulariter, quòd non: fallit multis modis.
5 Negligens ad obuiandum delicto, punitur de iure canonico, ut delinquens, sed mitius.
6 Negligentia in prælato, an sit peccatum mortale.
7 Clericus, cuius intuitu aliquis est percussus, an sit irregularis.
8 Consilium præstans ad delinquendum, an & qualiter teneatur.
9 Et quid in delictis atrocissimis.
10 Et an habeat locum in eo, qui consilium reuocauit.
11 Et an puniatur consulens, si ille, cui consulitur, erat aliàs facturus.
12 Consulens aliquid, ex quo uerisimiliter non debet sequi homicidium, sed cõsuluit rem illicitam, ex qua postea sequuta est mors: an sit irregularis.
13 Nisi ille, cui clericus consuluit, esset aliàs facturus: quia clericus non esset irregularis.
Præsentia sola sine operatione, an sufficiat ad aliquem puniendum. Vide post nu. 13. uer. tertium membrum.
14 Opem præstare uidetur, qui armatus astitit, etiamsi nihil faciat.
15 Delegatus licet habeat iurisdictionem in impedientes suam iurisdictionem, tamen non habet potestatem contra testes coram eo falsum deponentes.
16 Delegatus quando debeat imponere censuram, uel non.
17 Delegatus non potest imponere pœnam confiscationis bonorum.

CAPITVLVM I.

Via quæsitum.

1 ¶ Delegatus † iurisdictionē exercet, non solùm inter partes, sed in quoscunque suam iurisdictionem impedientes. ¶ Not. hîc secūdum Modernos in uersi. quid sit faciendum. quòd interrogatus per ista uerba, potest non solùm pronunciare super principali, sed etiam super appenditijs & dependentibus. Et allegant Ange. in l. eius, qui in prouincia. ff. si cer. pet. Et pro hoc dicunt esse text. hîc. Vltra ipsos uide Ange. & Imol. in l. si fundum sub conditione. §. j. ff. de leg. j. & Ange. in l. quærebatur. ff. de testa. mili. ubi dicit, Iurisconsultus de aliquo consultus potest non solùm respondere super illo casu, sed etiam super alio. Et Angel. in leg. is, qui quadraginta. ff. ad l. Falcid. Confirmo per cle. ij. de iudi. ibi, quoquo modo tangentibus, & gloss. in cap. accusatus. de hære. in vj. in §. cùm uerò, in uerbo iudicari. ¶ In quantum dominus Abb. ponit hîc differentiam inter minas & terrorem, ultra ea, quæ ponit hîc, uide gloss. in cap. §. lxxiij. distinct. quæ ponit differentiam inter inuitum & reclamantem, & eam facit singularem Abb. in cap. ueniens. de sponsa. ¶ Dicit hîc Bald.
2 quòd † minæ & terrores faciunt metum excessiuum. Dicunt hîc Moder. quòd solæ minæ [a] non inducunt metum, nisi eo
d modo, quo dicit hîc Abb. in secundo notabili. Allegant Bar. in leg. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non da. & dictum Bald. in leg. fin. ff. de hære. instit. ubi dicit, quòd si aliquis est minatus alicui mortem, & postea ille reperitur mortuus, an præsumatur mortuus ab eo? Esset distinguendum circa qualitatem personæ, ut ibi per eum. Vide hîc per Doct. distinctionem, quam ponunt. Item allegant leg. j. C. si quis impera. maledi. ubi dicit text. Ex personis hominum dicta pensemus: & gloss. in cap. cùm dilectus. infrà, quòd metus cau. Et ampliant dicendo, quòd blanditiæ etiam inducunt metum. Allegant l. j. C. si rector prouin. ubi gloss. dicit, q; blanditiæ instantissimæ principis habent uim minarum. Allegant text. in c. cùm inter R. de elec. ¶ Vltra illos uide Ab. plenè in c. abbas. in prin. j. quod met. cau. & Bart. in l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. & Imo. in l. qui in aliena. §. Celsus. de acqui. hær. Cum istis concordat Domi. in c. fuerunt. vij. distin. Facit in simili dictum Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope. noui nuncia. ubi dicit, q; si unus dicit se per metum non appellasse, attenditur persona iudicis, an solitus sit irasci, uel non. Et uide Salice. in d. l. j. C. si quis impera. male. & quæ sequuntur. ¶ An autem preces potentum inducant metum, ponit Imol. in cap. cum inter R. de elect. & in cap. petitio. in princ. de iureiur. & gloss. in leg. j. in uer. quædam. ff. quod iussu. Et hæc not. & dicas, quòd sic in principe seuero: aliàs in dubio nõ præsumitur, quòd princeps soleat malè tractare subditos. Hoc dicit Ioan. And. in c. infinuante. qui cleri. uel

a *Solæ minæ*] *Adde tu ad ista: pone, pater est terribilis & furiosus, & contrahit matrimonium pro filio, qui non audet dicere contra patrem, an poterit uenire cõtra matrimonium, tanquam contractum per metum? Vide per dominum Abb. in cap. nonne. de præsumpt. & per Innocent. in c. causam. infrà, eo. tit.*

uouen. & ibi Abb. in fi. ¶ De metu reuerentiali dicetur in cap. cùm causam. infrà eod. ¶ Probat hîc text. quòd agentes & consentientes, pari pœna puniuntur: & de hoc ponit hîc domi. Abb. ¶ Vltra ipsum amplia primò, quòd hoc habeat locum in pœna imposita ipso iure.

iure. Ita Abb. in c. quantæ. de senten. excom. in secundo nota. ¶ Et in quantum Abb. tangit hîc de metu: dicunt hîc Moder. quòd metus statuti est iustus metus. Allegant Bald. in l. omnem. in fin. C. ad Tertul. ubi dicit, quòd metus statuti est terribilis: & Cyn. in l. ij. C. quod metus causa, & Bal. in l. falsus. in pe. col. C. de fur. Abb. in cap. dilectus. el ij. in penul. notabili, de simo. Et uide Ioan. And. in c. præterea. ij. de iure patr. super uerb. extorquentem. ubi dicit, quòd non dicitur sponte soluere, qui scit se posse compelli ad id faciendum, etc. De quo facit festum Petr. de Anch. in cle. præsenti. de censi. Illud dictum Ioan. And. allegat etiam Ana. in cap. sicut tuis. de simo. & in cap. ij. xiiij. col. de delic. pue. & ibi allegat tex. & Bald. in l. nouissimæ. ff. quod fal. tu. author. Et uide Petr. de Anch. consi. lxiij. inci. In causa, quæ uertitur. & Abb. consi. lx. in penul. col. uol. j. ubi dicit, quòd soluens ad edictum tyranni excusatur: & uide Bald. in l. j. circa fi. C. de condi. ob tur. cau. ubi dicitur, quòd tandiu durat metus tyranni, quandiu ille uiuit, per text. in c. j. quod me. cau. Et idem dicit durante statuto tyranni. co. ¶ Not. hîc Anto. in uer. manifestè, quòd iudex potest punire & compellere impedientes iurisdictionem suam, & ex coniecturis, quanquã manifestè non appareat illos impedire. ¶ Dicunt hîc Moder. quòd hoc dictum non est uerum, si datur alicui potestas cum certa qualitate: nam oportet, quòd adsit illa qualitas, aliàs non potest potestatem exercere. Allegat Inno. in c. cùm sit. de foro compe. Modò sic in text. nostro datur potestas iudici, si manifestè constiterit. Ergo, etc. ¶ Glo. in uer. compellunt. Tenendo cum do. Abb. & contra glos. scilicet quòd iste, qui impetrat auxilium potentiorum, non perdat causam, est una ratio: quia rubrica, ne licet. poten. loquitur in actore: tex. nostri loquitur in reo: & alias rationes ponunt Moderni hîc. ¶ Illud, quod dicitur, quòd non licet actori impetrare auxilium potentiorum, limita, nisi actor haberet causam cum uno æquè potenti. Ita Pau. de Cas. in l. j. C. ne lic. poten. per l. cùm pater. §. filio. ff. de leg. ij. ¶ Glos. in uersi. pari pœ-
3 na. In quantum Abb. tangit, an † teneatur, qui per negligentiam non obuiat delicto? Mod. allegant tex. in §. alia. Insti. de publi. iu. & dicunt soluendo, quòd ille tex. loquitur in delicto, quod committendum est contra remp. quia quilibet etiam extraneus tenetur pro rep. Probatur hoc modo: Offendens clericum, offendit ius publicum, l. j. ff. de iusti. & iur. Sed omnis persona debet obuiare, ne clericus interficiatur, c. quantæ, de sen. excom. Ergo, etc. Et dicunt Moder. quòd hoc tangit do. Abb. in c. j. de restitu. spo. & dicunt, quòd dicta Bart. allegata hîc per Abb. sunt multùm crudelia in allegando Bald. in quodam consi. incip. Quàm eleganter. ubi dicit, quòd non reperitur lex, quæ dicat, quòd per scientiam quis debeat mori, non reuelando illud, quod scit. Allegant & Ange. in l. ij. ff. de pari. ubi dicit, quòd multi per Italiam fuerunt decapitati propter dictum Bart. in d. l. utrùm. ubi dicit, quòd per solam scientiam debet quis puniri, si non obuiat delicto. Et ibi dicitur,
4 quòd propter hoc anima Bart. etc. ¶ Conclude † ergo, quòd secundum l. non tenetur quis obuiare delicto: gl. est in c. quantæ. in uer. interpretari. de sen. excom. & tex. in l. metum. §. sed licet. ff. quod met. cau. ¶ Fallit primò, nisi agatur de damno subditi: quia dominus tenetur ipsum iuuare: gl. est in d. l. culpa. & Doc. hîc. Adde, q; ubi superior est negligens, punitur. Ita Bal. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsi. ubi dicit, q; si potestas uidet, q; unus interficitur, & potest obuiare, & non obuiat, potest puniri. Concordat Bald. in l. nullus. C. de sum. trinita. in uer. item not. contra potestatem. & l. j. §. qui es. ff. de offi. præfe. urb. Tempera: dum modò commodè possit dirimere rixam. Item tempera, dum modò uideat, q; rixa sit talis, quòd possit ipsam impedire. Facit, quod dicit Hosti. in c. solet. de senten. excom. in vj. ubi dicit, quòd excõmunicatio non debet ferri à prælatis, quando uident, quòd non possint iuuare: nec ipsi, in quos fertur, eam timeant. Et ibi exclamat contra quendam episcopum, qui excommunicauit quosdam armatos bellantes, & multi excõmunicati mortui fuerunt. ¶ Secundò fallit in subdito offendenti: quia subditus debet auxiliari. Barto. in l. utrùm. ff. de pari. & hîc Doc. l. deoq; Bart. in d. l. utrùm. uoluit, quòd sola scientia æquiparetur perpetrationi delicti. Sequitur Abb. in c. j. de restit. spolia. Cum Bart. concordat Domi. in c. negligere. ij. q. vj. & ibi dicit, q; qui scit crimen cõmittendum contra remp. & non obuiat, debet puniri. Allegat Bart. in extrauagan. qui sint rebelles. Concor. Pau. de Cast. in l. fin. C. de his, qui, ut indi. ¶ Contrarium tenuit Bal. in d. consilio, Quàm eleganter. & Ange. in l. ij. ff. de pari. & Salic. in l. j. C. de raptor. uirg. ubi dicit, quòd sequentes Bart. occidunt proprias animas. Vide Ioan. de Ana. in rubri. infrà, de his, qui fil. occi. Tamen in practica seruatur opinio Bart. quia non inuenitur casus decisus de hoc. ¶ Limita, quòd non habeat locum in patre sciente filium uelle committere crimẽ læsæ maiestatis, per text. in l. milites. §. desertorem. ff. de re mil. Et per illum tex. dixit Sali. in l. propter in fidias. C. qui accus. dando cautelam, quòd si pater dubitat, ne filius accusetur de crimine, uadat pater & ipsum præsentet, & debet ipsi pœna remitti, ne pater filium occidere uideatur. ¶ Fallit tertiò in crimin ibus atrocioribus, in quibus nõ obuians, cùm potest, punitur, sed non morte, sed alia graui pœna. Ita Bald. hîc. Allegat text. in d. l. utrùm. & uide text. in §. alia. Insti. de pub. iud. qui sic potest intelligi. Et quòd in atrocioribus conscius puniatur, facit text. in l. quisq;. C. ad l. Iul. maiesta. & text. in c. si quis Papa. in fin. lxxv. dist. ubi est text. quòd si quis scit de tractatu mortis pontificis, etiamsi sit particeps, liberatur, & debet præmiari, si reuelat. Et est mirabile, quòd socius reuelans præmietur. Ex quo limitatur decisio Bart. in l. iij. ff. de condi. ob tur. cau. ubi dicit, quòd præmium datum reuelantibus, non datur participi reuelanti. Et sic patet, quòd ille, qui non reuelat, tenetur. Dic hoc uerum, si est subditus. Ita Ange. in l. ij. ff. de parrici. ¶ Confirma hoc per gl. in cle. pastoralis. in uer. non sufficit. de re iudi. quæ dicit, q; crimen læsæ maiestatis non committitur per nõ subditum. Et de illa exclamat Bal. in l. nihil. C. de manumis. & in l. ij. C. de fal. mone. & Old.
5 consi. xliij. ¶ De † iure canonico non obuians delicto punitur, ut delinquens, sed mitiùs: glo. & omnes Doct. hîc: licet aliqui dicant, quòd de iure canonico punitur eadem pœna, si non obuiat delicto. Ita Innoc. hîc. Mouetur per c. quantæ. de sent. excom. Sed dic, quòd non obstat dictum cap. quantæ. per locum à speciali, & uide Ange. in l. j. C. de Nili agge. non rump. Et nisi esset tex. in d. c. quantæ. posset dici, quòd non haberet per ista locum in illo casu c. si quis suadente. Vel dic, quòd cap. quantæ. non ponit aliquid speciale, sed ponit ius commune, & explicatur illud, ne aliquis excusetur. Et quòd non sit casus specialis, est tex. in c. dilecto. de sent. excommu. in vj. Hoc tenet Archidi. in c. negligere. ij. q. vij. & est tex. in c. error. cum duobus cc. seq. lxxxiij. dist. & glo. in cap. non inferenda. xxiij. q. iij. Imò plus est, q; de iure canonico tenetur quis obuiare præiudicio proximi, etiam proximo inuito: & si quid expendit in facto, potest repetere illas expensas, putà in infirmitate. De hoc est gloss. lxxxiij. dist. in summa, & text. in c. ipsa pietas. xxiij. q. iij. & tex. in c. & qui emendat. xlv. dis. ¶ Declara primò illud, quod dicitur, quòd quis tenetur obuiare delicto: intellige, si potest sine incommoditate. Ita Bald. in l. j. C. de seruis fugi. ¶ Declara secundò prin-
6 cipaliter, quòd † illud uerbum Mitius, non procedit in prælato: gloss. hîc in princ. Confirma per gloss. in c. ea, quæ. de offi. archi. ubi negligentia in prælato est peccatum mortale: & gloss. in c. clericis. de immuni. eccle. in vj. in

c. quia quæsitũ.

vj. in uer. dissimulationem. Et ibi dissimulatio prælati est peccatum mortale. ¶ An uerò per negligentiam prælatus possit deponi? distingue, ut per Domi. in cap. grandi. de supple. negli. præla. in vj. Et dic, aut loquimur in prælatis secularibus: & isti non deponuntur propter negligentiam, nisi sit annexa alicui alij delicto, & tunc potest deponi: aut in prælatis regularibus, & isti possunt deponi propter negligentiam solam: quia facilius deponuntur regulares, quàm seculares: text. in c. qualiter. el ij. de accusa. in cap. si quis. xiij. quæst. ij. & gloss. in cap. cùm ad monasterium. de sta. mona. in uerb. negligens. ¶ Declara tertiò, nisi simus in casu, in quo lex lignanter requirat dolum: quia non sufficit negligentia, nec punietur etiam de iure canonico: quia negligentia non est dolus. Ita Innocen. in cap. quantæ. de sent. excom. Pro quo faciunt, quæ dixi in cap. ij. de constitu. ubi plenè hoc dictum sequitur domi. Antoni. ¶ Vtrùm uerò in dubio quis præsumatur negligens, uel fuisse in dolo? tangit hoc Abb. in dicto cap. quantæ. ubi dicit, quòd si per coniecturas non appareat negligentia, præsumitur in dolo. Faciunt gloss. in c. innotuit. in uerb. ignorantia. de elec. & alia in c. ueniens. de fil. presby. & in cap. eos. in uerb. scienter. de tempo. ordin. in vj. quæ dicunt, quòd qui potuit scire, & noluit scire, non excusatur ab ignorantia. ¶ Quarta declaratio est, quòd illud uerbum Mitius, non habeat locum in delicto committendo intuitu meo: quia debet pariter puniri. Ita Ioan. And. in cap. Petrus diaconus. de homi. ¶ Sed dubitatur, an † clericus, cuius intuitu aliquis fuit percussus, sit regularis? & dic, quòd si per dolum tacuit, est irregularis, si percussus ex tali percussione moriatur, & quòd in dubijs præsumitur dolus. Ita Ioan. And. in dicto c. Petrus, & uide ibi Abb. & Ioan. de Ana. ¶ Contra ista dicta facit text. in cap. ficut dignum. de homi. in §. illi etiam. ubi Innocen. dicit, quòd de iure canonico negligens pariter debet puniri. Sed respondè, quòd Papa ibi allegat illam authoritatem in illo, qui tulit opem, seu auxilium: & authoritas ibi allegata intelligitur de eo, qui potuit liberare, scilicet leuando auxilium, quod præstabat danti operam, etc. ¶ Secundum membrum gloss. est de præstante

a Consilium] *Add quod adde, quæ habentur per Flo. in l. seruit. quemadmo. serui. amit. pen. col. Item adde Ange. pulchrè in consil. xij. ubi ponit de eo, qui iuit ad Titium, & dixit: Ego nolo interficere Sempronium. Titius respondit: Quod uis facere, citò facias, aliter res tua non bene succedet: iuit, & interfecit, qualiter teneatur Titius? Ibi uide. Et an teneatur consulens aliàs facturo, uide Bart. in consilio cxxv. & Bald. in consil. cccxx. iij. lib. Et an statutum puniens dan-*

a consilium [a]. Dicit hîc Hosti. quòd 8 si † ille, cui consulitur, erat omnino facturus, tunc punitur consulens, sed non in tantum: si uerò non erat facturus, punitur pari pœna. Et Legistæ tenent, quòd consulens pariter punitur. Sed communis opinio est, quòd non puniatur pari pœna, sed secundum distinctionem suprà positam. ¶ Moder. dicunt, quòd Sali. in leg. j. C. de rap. uirg. tangit hunc passum, & allegant, quod scribit Bald. in l. j. C. de ser. fugi. & Cardin. in clemen. j. de pœnis. quæst. xj. & Ange. in dicta leg. j. C. de Nisi agge. non rump. Omnes isti tangunt hoc, an consulens teneatur pari pœna, uel minori. ¶ Cõclusio sit ista: Consulens facturo, non punitur æqualiter: secus, si non erat facturus. Text. est in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniurijs. in uerb. persuaseram aliàs nolenti. & est tex. in c. sicut dignum. de homi. in uerb. non ita. & text. in leg. fin. ff. de seruo corrup. ubi dicit, quòd plus est persuadere, quàm facere: & gloss. in §. ope. Insti. de oblig. quæ ex delict. nascun. 9 ¶ Limita, ut † non procedat in delictis atrocissimis, per text. in cap. felicis. de pœnis. in vj. in princ. & per

tem auxilium, consilium et fauorem ad maleficium, habeat locum in eo, qui dedit consilium, licet maleficium non fit secutum, uide Bald. in consil. cclvj. iiij. lib. Et *nunquid statutum puniens dantem auxilium, habet locũ in eo, qui materiam ueneni præparauit, uide per eundem Bald. in consilio ccij. lib. iiij.* Item *ad materiã istam adde, quæ copiosè & not. habentur per Soci. in consil. clxxxvij. incip. Visa bulla Pauli I. uersi. sed iterum instari posset. cum uersi. seq. in ij. parte. chart. lxj.*

b *Vt non] Adde tu, quòd contrarium fuit decisum per dom. de Rota per cap. sicut dignum. de homic. Ita Ludou. Ro. in singu. suis in uer. consi. & in uersi. contractibus.*

10 ¶ Limita quintò, ut † non habeat locum in eo, qui post consilium datum reuocauit: quia tunc non punitur. Ita Inno. in c. ad audientiam. de homic. Et est opus, quòd reuocatio notificetur, non solùm illi, cui dedit consilium, sed ei etiam, cui erat damnificaturus per consilium, secundum Innoc. ibi. Non est sic in mandato: quia sufficit, quòd notificetur mandatario: gloss. in d. c. mulieres. gloss. ij. in cap. cùm quis. de senten. excom. in vj. Ratio differentiæ est, quia quando mandaui alicui, ille, qui habet mandatum à me, non facit aliquid suo animo. Ideo si reuoco mandatum, desistet. Sed ille, cui consului, est passionatus, nec resistet pro reuocatione mea. Ideo necesse est, ut reuocatio consilij notificetur etiam illi, in cuius præiudicium datum fuit consilium. Et circa hæc notandum est primò, quòd consulens tenetur ad emendationem damni sicut principalis. Innocen. in cap. sicut dignum. de homic. ¶ Amplia hoc, etiam si competeret actio contra principalem damnificatorem. Et declara hoc esse uerum, nisi is, qui damnũ intulit, liberaretur: quia censetur. & tunc liberatus consulens. Secus, si liberaretur consulens: quia non est liberatus principalis. Ita Innocen. in d. c. sicut dignum. Et ibi dicit, quòd indistinctè tenetur consulens ad emendationem damni. Et ibi sequitur Abb. dicens hoc esse contra consiliarios multorum principum. Pro quo adduco dominũ Anto. in cap. ad aures. de ætate & qualitate. ubi dicit, quòd si aliquis doctor consuluit: & non bene: & per illud consilium fuit aliquis damnificatus, tenetur consulens ad in-

ad interesse. Et idem Anto. in c. tua nos. & ibi Ana. de
11 homicid. ¶ Limita, ut † habeat locum, quando ille, cui datur consilium, non erat aliàs facturus. Credo, quòd sic debet restringi dictum Innocen. suprà positum: se-

a Secus] *Adde tu, quòd opinio ista magis mihi placet: quam sequor, & eam confirmo istis medijs: si quis dedit consilium, siue operam aliàs facturo, non tenetur. Text. est clarus in §. at ubi ope. Instit. de ob. quæ ex delict. nas. Nec obstat l. j. §. si quis. ff. de ser. cor. quia est casus specialis. Vel potest dici, quòd ibi non solùm consuluit, sed etiam laudando seruum incitauit, quod magis est. Et pro hoc facit, quod no. in l. sæpe. §. fin. ff. de uer. signifi. et in l. j. in. fi. ff. mãdati.*

b Secundò amplia] *Adde tu, q̃ inuenio, quòd irregularitas nõ cõtrahitur, si quis casualiter occidit alium. Ita Bart. in l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. præst. Et est gloss. sing. in c. Maximianus. xxxiij. q. iij. quæ dicit, quòd clericus accusans de leui crimine coram laico iudice, quod non inducit mortem, si iudex ipsũ mortì tradit, hoc non nocet clerico: & tamen dabat isto casu operam rei illicitæ. Considera propter authoritatem Spec. hîc allegatam per Feli.*

cus [a], si, cui consulitur, erat omnino facturus. Moueor: quia lex ciuilis simpliciter loquens, si est iusta, habet locùm in foro conscientiæ: gloss. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. Ioan. Andr. in cap. ij. de uerborum significatio. in vj. & Ant. in c. nauiganti. de usur. cum si. Tunc sic lex ciuilis nõ grauat consulentem, nisi aliàs ille, cui consulitur, non erat facturus. Ergo stabimus legibus. Præterea licet l. ciuilis tractet solùm de corpore, lex tamen canonica tractat etiam de anima: gloss. & Doct. in c. cùm contingat. de iureiur. Sed lex canonica non punit consulentem, nisi ille, cui consulitur, non erat aliàs facturus. Ergo, etc. ¶ Vtrùm autem ratione consilij clericus incurrat irregularitatem, quando consuluit aliquid, quod si ab eo fuisset perpetratum, inducereturne irregularitas. Dic, quòd sic, per text. in §. illi etiam. in c. sicut dignum. de homici. & text. in c. si quis uiduam. I. dist. & text. in cap. ij. de cler. pug. in duel. ¶ Amplia etiam nedum in homicidio, sed etiam si consuleret in aliquare, ex qua posset sequi mors: putà, si diceret, tale instrumentum bellicum deberet poni in tali loco: & similia. Ita Innoc. in d. c. ad audientiam.

b de homi. ¶ Secundò amplia [b], etiam
12 si † consuluit aliquid, ex quo uerisimiliter non debet sequi homicidium: sed consuluit rem illicitam, ex qua postea secuta fuit mors: nam & isto casu est irregularis, quia consuluit rem illicitam. Ita Spec. in tit. de lega. §. iuxta. uersic. sed quæritur, quando occasione. ¶ Amplia, etiamsi diceret cõsulenti solũ, si talis occideretur, sequeretur utilitas: uel, putà si diceretur, multum prosperabit, si uiuet. Ita Io. And. in c. felicis. de pœnis. ¶ Amplia, etiamsi occideretur ille, cui consuluit. Ita Cardi. in d. c. ad audientiam. Pro quo est text. in c. fi. de homi. in vj. ¶ Limita illum text. quando ille, cui mandatur, fuit monitus, non ut percuteret talem cum ense, uel non percuteret eum in platea: quia non tenetur, quando mandatarius non potuit ex cedere fines mandati. ¶ Limita omnia prædicta, nisi clericus consuleret aliquid, ex quo posset sequi mors, sed nedum licita, sed appetibilis: putà pro fide. Ita Spec. in tit. de legato. §. iuxta. uersic. porro si quis aliquid suadeat. Et infert ad inquisitores hæreticæ prauitatis, qui possent tradere hæreticum curiæ se-
13 culari, ut interficiat. ¶ Limita, nisi † ille, cui clericus consuluit, esset aliàs facturus: quia clericus non esset irregularis. Abb. in c. sicut. in fi. de excess. prælat. ¶ Limita etiã, dum modò consilio clerici fuit paritum: secus, si obeditum non fuerit: quia non est irregularis. Ita Ioan. And. in Spec. in ti. de lega. §. iuxta. uer. quærebatur. ¶ Limita etiam, nisi clericus consuleret homicidium, non ad hoc ut talis moreretur, putà interrogatus, an talis commit-

c. quia quæsitũ.

tens tale quid debeat mori? respondit, quòd sic: quia respondens generaliter in casu nõ occurrenti, sed occurso, aliàs non est irregularis. Ita Io. An. in d. c. sicut ex literis. ¶ Vtrùm autem præsumatur in dubio, an esset facturus, uel non? Credo, q̃ in dubio præsumitur facientem aliàs non facturum: & sic tenetur consulens: nam in dubio nemo præsumitur uelle de-
c linquere [c], l. meritò. ff. pro socio. c. j. de scruti. Si sic est: ergo non præsumitur, q̃ ille uoluerit delinquere. Ergo tenetur consulens. Ita moueor per dictum Bar. & Ang. in l. si in uẽtre. ff. de priuil. credi. ubi dicũt, nobilis est allocutus aliquem in aure, & incontinenti ille commisit homicidium: & dicunt, q̃ si ille erat subditus, præsumitur fecisse de mandato illius, qui allocutus fuit in aure. Et Bart. in l. j. ff. de ser. fug. dicit, q̃ si ille, qui committit homicidium, erat inimicus, sed nõ capitalis: præsumitur, q̃ fecerit de mandato illius, qui locutus fuit in aure. Ad idem Inn. in d. c. ad audientiam. ubi dicit, q̃ si clericus mandauit, q̃ unus interficeretur, ille, cui fuit mandatum, tardauit executionem, & postea commisit homicidium, teneretur clericus, & cõsulens, nisi posset probari, quòd ille aliàs erat inimicus capitalis. Et moueor per dictum Bald. in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. ubi dicit, q̃ si unus interfecit aliquem, & dicit, quòd tales consuluerunt, sed omnino erat facturus, dicit quòd non statur eius dicto, nisi esset præsumptio contra facientem. ¶ Fateor, quòd ubi erat conjectura, quòd ille erat facturus, puta si constat, quòd erat inimicus capitalis, quòd non tenetur consulens de occiso. Ita Bald. in l. metum. in fi. ff. quod me. cau. Idem, si ille, qui commisit homicidium, parauisset omnia ad committendum homicidium. Ita gloss. in l. apud Celsum. in prin. uersic. causa. ff. de do. excep. quam allegat Ange. in l. j. ff. de eo, per quem fac. ¶ Et in quantum dicitur, quòd debet stari dicto rei in dependentibus ab animo, est uerum, quando non est præsumptio in contrarium: & sic in casu isto. ¶ Tertium membrum glo. est de consensu operationis. Doc. hîc ponunt, & ultra eos Moder. allegant hîc Cardina. in clem. j. de pœnis. ubi socius in delicto consideratur duobus modis, ut per ipsos: & ultra eum dicunt, quòd sola præsentia sine cooperatione non sufficit, nec punitur: quia ad hoc non uenit: & allegant pro hoc dictum Ange. in l. j. C. de Nisi agge. non rump. ubi dicit, quòd dictum Bart. de hoc non procedit, quando cooperans non sciebat illam qualitatem ultra homicidiũ. Mouetur per text. in l. utrùm. ff. de pari. & in leg. j. ff. de recepta. Et sic dicit obtinuisse Perusij, quòd unus, qui dederat auxilium alteri, non punietur in qualitate, quam ignorabat. Dicunt hîc Moder. quòd Angel. malè consuluit, & quòd imo debebat puniri cooperans: ratio, quia dedit operam rei illicitæ. Et dicunt, quòd qui dat operam rei illicitæ, non excusatur à qualitate rei illicitæ, leg. eum, qui innocentem. ff. de iniur. Item sola ignorantia, quæ causatur ex defectu iniuriati, excusat: putà, si unus diceret iniuriam uni uirgini, quæ esset uestita in habitu meretricali: aliàs secus, ut hîc plenè per eos. Sed tu dicas, quòd præstans opem punitur, ut faciens. Ita gloss. in clemen. j. de pœnis. in uerb. defensauerit. & probant iura hîc per Doct. allegata. ¶ Amplia primò, ut habeat locum, etiamsi delinquenti debeatur maior pœna, quàm debeatur ipsi auxilianti. Ita Docto. hîc. Sed Baldus hîc contrarium dicit, quia hoc solùm habet locum in atrocissimis.

cissimis. Sed contra Bal. communiter tenetur ista ampliatio, & adduco, quod ipse scribit in l. si uestris. C. de fid. instru. Intellige autem hoc, dum modò iuuans sciuerit illam qualitatem, quæ aggrauabat delictum, secundum Angel. in d. l. j. C. de Nili agger. ¶ Mod. hîc tenent contrarium, quos sequor: & moueor per c. fin. de homi. in vj. & confirmo per gloss. in c. meritò. j. q. j. ubi si unus cognouit unam, & postea dicit, quòd nesciebat illam maritatã, punitur de adulterio, licet uideatur text. contrarius in c. si uerò. de sen. excom. Si ergo in proposito nostro ille, qui credit aliquid facere, & maius facit, debet, quo ad illud, puniri. Ad d. c. si uerò. respondeo, q̃ ille text. loquitur in excommunicatione, & in pœna spirituali, ubi attenditur animus. Et per hoc reprobatur glo. in d. c. meritò. Ita Ioan. An. in regula, cùm quis. de reg. iur. in vj. per text. in c. si quis sororem. xxxiiij. q. fi. Et sic ille, qui dat auxilium in foro contentioso, punitur, quando dat operam rei illicitæ. ¶ Amplia, etiamsi ista qualitas, quæ est in isto auxiliante, sit apta augere delictum. Ita Salic. in l. j. C. de rap. uirgi. Allegat tex. in l. qui seruo. §. itẽ placuit. ff. de fur. ubi si mortuo uiro mulier extrahat aliquas res de domo, non dicitur facere furtum, sed contra eam datur actio rerum amotarum. Sed si nihil amouit, sed dedit opem faciendi furtum, a

a *Actione furti] Faciunt ad hæc, quæ habentur per do. Vin. in consil. suo incip. Saluatoris, etc. uisa inquisitione. quod est post consil. Alex. co. in quarta parte, & per Alex. in l. iij. §. si procurator. quod quisque iur.*

getur contra ipsam actione furti[a]: & sic attẽditur qualitas, quæ magis aggrauat. Allegat etiam tex. in §. hi, qui parentum. Insti. de obli. quæ ex delic. ¶ Amplia etiam, si qualitas aggrauans superueniret post delictum. Ita Bart. in l. is, qui opem. ff. de fur. per gl. in l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupto. ¶ Limita primò, dum modò auxilium dederit causam delicto, alias, si delictum aliter committebatur, punitur mitius. Ita Sal. in d. l. j. de rap. uir. in ultima char. per tex. in §. illi etiã. in c. sicut dignum. de homi. & ibi Io. de Ana. Confirmo per dictum Bald. in l. iudices. C. ad l. Iul. pecu. ubi auxilians non punitur, nisi ex actu proximo: secus ex actu remoto. Facit glo. in c. felicis. in uerbo, simplici. de pœnis. in vj. quæ uoluit, quòd sit dare gradum inter dantes fauorem. Et tenet Card. in clemen. j. de pœ. & uide Bald. & Ludo. in l. j. §. sed in eo. ff. ad Syll. ubi dicit, quòd ad hoc, ut inquisitio procedat, requiruntur ista uerba Præstitit opem, ut habilius maleficium committeretur. Et uide Bald. in l. non ideo minùs. in pen. col. C. qui accus. ubi dicit, q̃ inquisitio non procedit contra fautorem, nisi exprimatur modus fauoris, quamuis dicatur, quòd fuerit fautor & auxiliator. ¶ Limita secundò, dum modò de ope constet per sententiam: utputà, fuit captus ille, qui dedit auxilium, & confessus est, & sententia lata. Ita Bart. in l. si is, qui rem. §. si tu Titium. ff. de fur. ubi non sufficit, quòd principalis sit cõdemnatus, sed sententia ferri debet super auxiliante. Ideo consuluit Bald. quòd confessio malefactoris non nocet auxiliantibus & fautoribus, in consilio suo, quod incipit, Assessoris delicto. Et quòd sententia lata contra principalem conuictum non noceat fautoribus, sed requiritur nouus processus, & sententia, tenet Pet. de Anch. cõsil. ccxvj. inci. Nos Bartholomæus & Marianus. in repetitione c. qualiter. el ij. de accusa. in x. q. ¶ Limita, dum modò auxilium fuerit datum in commissione delicti, uel antè: secus, si præstitisset opem post delictum: quia non punitur. Ita Bartol. in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. dicens, quòd multi iudices errant in hoc, & in l. si quis in graui. §. si quis. ff. ad Sylla. ubi idem uoluit. Verum est, quòd contra illum auxiliantem postea potèrit procedi ad torturam. Ita Bald. in l. non ideo. C. de accus. in pen. col. ¶ Limita, nisi præstans auxilium ignorasset de delicto committendo. Ita Lud. consi. ccccl xxiij. incip. In Christi nomine: circa propositum. & Bart. in l. omnes. C. de agri. & censi. lib. xj. quia ad hoc, ut inquisitio cõtra auxiliantes procedat, debet poni hoc uerbũ, Scienter præstiterit opem. ¶ Limita, nisi essemus in materia repellente homicidam, putà quòd homicida non promoueatur ad statum & dignitatem: nam auxilians homicidæ non est homicida: & ideo poterit promoueri. Ita Bart. in d. l. is, qui opem. ff. de fur. per glos. ibi. Hoc est uerum de iure ciuili: secus de iure canonico. Ita Bart. ibi super eadem glo. Quod nota diligenter. ¶ Limita, nisi lex procederet aliter contra principalem, quàm cõtra fautorem, ut in l. j. C. de rapt. uirg. & ibi Salic. & Ang. in d. l. j. C. de Nili agge. ¶ Limita etiam, nisi ex pœna auxiliatorum sequeretur strages multorũ: quia tunc punirentur solùm delinquentes. Ita Inno. hîc per text. in c. sicut dignum. de homi. ¶ Et nota, quòd † ille etiam[b] uidetur præstare opem, qui armatus assistit, etiamsi nihil faceret, sed ex eius præsentia magis redderetur timidus insultatus, & animaretur insultans. Ita Inno. in c. continentia. de cler. percuss. & ibi Ana. in vj. col. & Petrus de Anch. in repetit. regulæ, accessoriũ. in vj. oppos. de reg. iur. in vj. & alij, quos retuli in dicto c. sicut dignum. de homicid. ¶ Quartum principale membrum est, quando quis consentit authorizando, uel defendendo: nam defendẽs, siue authorizans magis delinquit: glos. est in c. notum. ij. q. j. glo. in clemen. j. de pœ. in uer. defensauerit. in fi. Et dic, quòd in atrocissimis defensio sine authorizatione sufficit, per tex. in d. clemen. j. in uerb. authorizatur. & in c. pro humani. circa medium, de hom. in vj. ¶ Et nota, q̃ ille, qui asseuerat peccatum non esse peccatum, potest puniri, tanquã hæreticus. Text. est in cle. j. de usuris. & ibi glo. in uerb. hæreticus. & tenet Domi. in c. accusatus. §. sanè. in fi. de hæret. in vj. ubi dicit, quòd si habens uxorem asseuerat aliam posse capi, potest puniri, ut s. ¶ An uerò ille, qui mandat aliquid, teneatur, uide quæ scripsi in c. mulieres. de senten. excom. & ibi Abb. & Bal. & Salic. in d. l. non ideo minùs. & Bart. in l. non solùm. §. si mandãte. ff. de iniur. Et distinguunt Docto. in dictis locis, quòd aut uerba sunt scripta in rem, & tunc non punitur mandans: aut in personã, & tunc punitur. ¶ De modo cõsentiendi per ratihabitionem[c], uide Pet. de Anc. in regula, ratum. & regula, rati. de reg. iur. in vj. & Bald. in l. fi. C. ad Macedo. qui ponit regulam cum septem fallentijs, & Inn. in c. cũ uos. de his, quæ fiunt à præla. fine consensu cap. ¶ Capio glo. fin. in uer. expedire. Conclusio sit. quòd delegatus potest exercere iurisdictionem suam, etiam contra impedientes, etiamsi non ponatur in rescripto. ¶ Amplia primò, etiamsi in rescripto non sit clausula, Contradictores compescas, ut per Spec. in tit. de legato. §. sequitur. uersi. item ad officium. ¶ Item non solùm potest imponere censuram, quoties dicitur, sed potest etiam alias pœnas imponere. ¶ Item potest turbatores

b *Ille etiam] Adde tu, quòd ille etiam dicitur opẽ præstare, qui suis uerbis robur præstat, & aduersarijs timorem incutit. Ita Inno. in c. j. de homic. Adde etiam, qualiter puniatur, qui præbet auxilium, consilium, uel fauorẽ. Bonus text. in c. homo. xxiij. q. v. & in c. periculosè. de pœn. dist. j. Et adde etiam, an præstans testimonium pro aliquo, dicatur præstare auxilium? Vide Bart. in l. postlegatũ. §. his uero. in fi. ff. de his. qui. ut indi. Adde etiã, q̃, quando aliquis est præsens, & assistit alicui simpliciter, non dicitur opem ferre. Text. est in l. j. §. si i eo. & ibi Bart. ff. ad Sylla.*

c *Per ratihabitionem] Sed nunquid delicti ratificatio æquiparetur mandato, uide Spe. in tit. de abolit. §. ij. uersi. is igitur. & Sal. in l. nõ ideo minus. C. de accusa. ubi etiam uide per Bal. uers. undecimò quæritur, an in delictis. & Ange. in tract. maleficior. uerb. mandatorem.*

batores priuare beneficijs: de hoc est text. in c. quia si cut. de concess. præben. Ita tenet ibi Innoc. per illum tex. Domi. tenet contrarium in c. pro humani. §. j. de homi. in vj. Et dicit, quòd in c. quia. fuit speciális commissio: ergo secus in alijs. Tamen hoc non obstante opi. Inno. sustentari potest: quia potest imponere pœnam, quam uult, ut dicunt hîc Doct. Ergo imponere poterit etiam priuationẽ beneficij. Et dicamus, quòd in c. quia. fuit posita ad abundantem cautelam, & non fuit specialis cõmissio. ¶ Primà tamen declaratio sit ad hæc, quòd delegatus potest coercere impedientem iurisdictionẽ suam. Fallit, nisi turbans sit suus collega. De hoc est decisio Bart. in l. §. §. j. in fi. ff. si quis ius dicen. Pro hoc est gl. magna circa medium in c. cùm causa. j. eo. & est tex. in c. studeat. in uerb. persuadere. l. distinc. & ibi ponderat Domi. & est tex. in c. prudentiam. in §. adijciamus. j. eo. in uer. augendum. Et ratio est, quia par in parem nõ habet imperium. Et est text. in l. qui proprio. ff. de procur. ubi unus procurator non potest exigere ab alio procuratore. Et hoc intellige, nisi sint delegati dati cũ clausula, Quòd si non omnes: dum modò iste delegatus, qui turbatur, sit certus, quòd illi nolunt procedere: quia si non constat, non potest procedere. Ita limitat Domi. in c. si contra unum. eo. ti. in vj. Et ante quàm constet de uoluntate, hoc non potest. Text. est in c. prudentiam. j. eo. & in d. §. adijciamus. Adde, quę dicam in
15 c. fi. j. eo. ¶ Secunda declaratio est, quòd † licet delegatus habeat iurisdictionem in impedientem suam iurisdictionem, tamen non potest punire testes corã eo falsum deponentes. Ita uoluit Inno. in c. dilectus. j. de pœnis. per §. si uerò ignoti. in authen. de testi. & Abb. idem tenet in c. prætèrea. j. eo. Et hoc limita, nisi falsitas induceret turbationem suæ iurisdictionis. Ita Abb. in dicto c. prætèrea. ¶ Tertia, ubi non fit turbatio, sed oritur suspicio turbationis, sufficit satisdatio. Hoc uoluunt Doc. omnes hîc, & Ioan. And. tenet hoc in addi. ad Specu. in tit. de legato. §. sequitur. uersic. porro. Pro quo facit dictum Bart. in l. illicitas. ff. de offic. præsi. §. ne potentiores. ¶ Intellige, causa cognita super legitimitate suspicionis, & signa hoc uerbum, per ea, quæ ponit late Ioã.
16 de Imol. in l. ij. §. j. in fi. ff. sol. matri. mo. ¶ Quarta est do. Ant. & Ioan. de Imol. hîc, nisi sit tanta crudelitas, quòd sit uerisimile, quòd impediens non timebit censuram: quia tunc delegatus debet desistere, & non imponere istam censuram: quia censura est medicina. Sed hîc nõ est spes purgationis. Ergo, &c. Sed expectet delegatus, quòd tempora mutẽtur, uel uicarius Christi apponat manus. Potest quidem coercere, sed est hoc cõsilium, quod melius est, quòd desistat. Cõfirmo hæc per dicta Abb. in c. j. de diuor. ubi iudex cogit uxorem ad satisfandum, quòd non occidet maritum: & dicit, quòd si tãta est crudelitas uxoris, quòd hoc faciet, dicit, quòd debet desistere. Et allego Hostien. & Ioan. And. in c. solet. de senten. excõmu. in vj. ubi idem dicunt, quòd nõ debet imponi pœna excommunicationis, quoties nõ timetur, & hoc uerisimiliter apparet. Facit, quod posui in c. ab excõmunicato. de rescri. quòd etiã inuitus absoluitur ab excõmunicatione. Ergo fortiùs in casu nostro. Expedita ista gl. non debet imponi, quoties appareat, q̃ non timebitur. ¶ Quinta declaratio est, q̃ delegatus non possit bannire, neq̃ relegare turbatores. Hoc uoluit Bald. in l. j. in j. col. C. quomodo & quã. iu. & mouetur per tex. in l. nulli. C. de senten. & interloc. om. iud. ubi text. dicit, Nulli, cui statutum facere non licet, extra patriam imponere licet. Sed delegatus non potest facere statuta. Ergo, &c. Sed considera, quòd banniti æquiparantur relegatis, ut est gloss. in §. relegati. Insist. quibus modis ius pat. Et excommunicatus æquiparetur relegato: gloss. in c. pastoralis. §. si uerò. de appell. quod allegat Card. in c. perpendimus. de sen. excom. Si ergo potest excommunicare, ergo potest & relegare.

17 Cogita. ¶ Sexta † declaratio est, quòd non potest imponere pœnam confiscationis bonorũ. Ita tenet hîc Bal. & mouetur per text. in l. j. C. ne fine iussu princ. Confirmo hoc per aliud dictum eius in c. j. de pace tenen. ubi dicit, quòd habens generale arbitrium puniendi, non habet potestatem confiscandi, per d. l. j. ¶ Limita, nisi confiscaret exequendo pœnam legis: quia tunc potest confiscare: putà, si est datus delegatus super crimine, quod meretur confiscationem, tunc potest. Casus est in l. ij. C. de modo mulct. Ita declarat Salic. in d. l. j. C. ne fine iussu princ. ¶ Septima est, ut non habeat locum in turbatione nõ manifesta. Ita no. Ant. hîc. Idem Spe. eodem tit. §. sequitur. uersi. item ad eius officium. Idem tenet hîc Domi. ubi dicit, quòd istud aduerbium, Manifestè, debet habere qualitatem istam, quòd sit manifesta turbatio. Tamen teneo contrarium, quòd etiamsi non est manifesta, quòd potest coercere: quia non requiritur ista qualitas, quòd manifestè cognoscat. Sed probatio facit rem manifestam. Modò si iudex cognouit in iudicio, quòd turbauit, dicitur manifesta: & sic poterit cognoscere. per text. in capitulo j. de restit. in integr. in uer. manifestè apparet. & Bartol. in l. j. ne lice. potent. ubi dicit, quòd sufficit, quòd clausula Potens, præstiterit auxilium, & non, quòd uenerit in iudicium, & rogauerit iudicem, sed sufficit, quòd probetur in iudicio. Et pro hoc est expedita ista gloss. ¶ Dicit hîc Bal. Vtrùm interficiens potestatem ciuitatis sit rebellis? Dicit, quòd si interficit ob priuatam utilitatem, quòd nõ punitur, tanquam rebellis. Sed si interficit ob publicam utilitatem, potest puniri, & est rebellis. Salic. idem uoluit in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. & Bart. in extrauag. quoniam nuper. in uer. rebellando. ¶ Secundò dicit: pone, quòd unus interficit ambasiatores alicuius populi, quòd dicitur incurrisse crimen læsæ maiestatis: & allegat tex. in l. ossa. §. fin. ff. de reli. & sum. funer. ubi text. dicit, quòd prohibens procuratorem meum, ne aliquid faciat, dicitur me impedire. Ergo in proposito, & in c. ex literis. j. eo. dicit, quòd ille, qui nõ permittit præsentari literas alterius, dicitur facere iniuriã scribenti. Et allegat d. l. ossa. Pro isto dicto arguo: Rumpẽs securitatẽ datam à principe, incurrit crimen læsæ maiestatis. Tex. est in l. j. ff. ad l. Iul. maiest. Modò sic ambasiatores dicuntur hanc habere, l. ij. ff. de iudic. Ergo offendendo istos, dicitur offendere ipsum principẽ. ¶ Vltimò dicit ibi Bal. quòd quilibet de populo potest capere clericum de manibus familię potestatis: & ubi esset pœna imposita capienti, & eripienti aliquem de manibus eorum, non incurrit istam pœnam eripiens clericum. Rationem ibi allegat fauore religionis.

SVMMARIVM.

1 ¶ Iudex dubitans de sua iurisdictione, procedere non potest.
2 Causæ cognitio quæcunq;, potest largo modo dici executio.

CAPITVLVM II.

Anè. ¶ Cùm diuersæ literæ sub eadẽ data, & forma contraria impetrantur, & præsentantur à diuersis ad eosdẽ iudices, supersedetur utrisq;, donec Papæ cõsulatur. Hoc dicit. ¶ Dicit hîc Pet. de Anch. quòd ratio istius tex. est ista: q̃ † iudex dubitãs de iurisdictione procedere non potest. Allegat Bart. in l. multum. ff. de cond. & demonstra. ubi dicit, Citatus est Sempronius: dicit se nolle uenire, ante quàm nuncius referat: iudex fert sententiam, ante quàm nũcius redeat: dicit Bart. quòd illa sententia non ualet, & est nulla: & sic iudex dubius de iurisdictione suã, non potest illam exercere. ¶ Vltra Pet. de Anch. sequũtur multi Doct. Sequitur enim Ant. in c. cùm dilecti. de dolo & cõtu. & est gl. de hoc in c. sæpe. de appella. super uerb. peremptorie. in fin. & est unica & sola in iure canonico. Et allegat

Bart. illam in l. sed si de sua. ff. de acquir. possess. & est de hoc text. in l. hæc autem. §. j. ff. ex quibus cau. in pos. ea. ubi tex. dicit, quòd non sufficit, quòd aliquis sit contumax, sed debet constare liquereq; prætori. No. hæc diligenter. ¶ Confirmo hoc, quòd quoties dubitatur, recurritur ad Papam, per dictum Specul. in tit. de lega. in §. nunc ostendendum. uersic. xxxiiij. ubi dicit, quòd in casu huius decretalis, legatus de latere nō potest interpretari dubietatem. Vos allegatis text. in c. si ordinarij. de offic. ordina. in vj. uersic. si uerò. Ad idem est tex. in c. fin. de concess. præben. in vj. ¶ Sed quòd hoc non sit uerum, quòd sit cōsulendus Papa, primò arguo de c. duobus. de rescrip. in vj. ubi tex. dicit, q; si duo habēt rescripta, quòd statur præsentationi, si ambo præsentauerint eodem tempore, est locus gratificationi. Ergo nō est opus ire ad Papam. SOL. Ibi loquitur de gratia facienda, & non de facta: & tunc potest utraq; ualere. Sed loquimur nos in gratia facta: quia impossibile est, quòd ambo habeant id, quod petunt. Et ita intelligas. ¶ Secundò opponitur de d. c. si à sede. de prębē. eo. li. ubi si reperitur, quòd uno eodemq; die Papa contulit beneficium, & etiam legatus dicitur, quòd præcedit illius gratia, qui primò incipit possidere: dicas, quòd ille text. loquitur in gratia diuersorum, nos loquimur in rescripto emanante ab uno & eodem. Et ita respondeas ad dictum c. Etnot. quòd licet sit eadem data, tamen non eundo ad Papam, adhuc ratione horæ apparēre potest, quis sit prior: & poterit per testes probari hæc priorítas. De hoc est glos. in d. c. duobus. in uerbo, si non appareat. & in c. si à sede. in eo. uerbo. Facit dictū Bald. in l. si posthumus. C. de liber. & posthu. ubi dicit, quòd ratione unius horæ dicitur quis prior: & allegat text. in l. si pluribus. ff. de sol. in uer. hora sexta, albescēte cælo. Et ibi dicit, quòd ubi sumus in dubio, semper præsumitur priuatio posterior, si in una materia hæc concurrunt, priuatio scilicet & habitus. Allegat glos. in l. cùm proponas. C. de codicil. ¶ Idem tenet in prima constitutione Codicis, in §. quibus. ubi dicit, quòd ubi non apparet, quod sit prius, uel posterius, recurritur ad ordinem naturæ: & ibi dat exemplum, ubi dicit, quòd refutatio præsumitur posterior. Et tenet idem in c. pastoralis. §. de rescript. & uide ibi, & in c. capitulū
2 sanctæ Crucis. de rescrip. ¶ Secūdò †not. secundum Dom. in uerbo. executioni supersedeant. quòd omnis causæ cognitio largo modo potest di
a *Executio] Sed nūquid causæ cognitione commissa uideatur cōmissa executio? Dic quòd nō, ut per Glo. in l. item sic. §. qui haberet. de seru. rust. prædi. & est tex. in l. de quare. de iud. Sed an econtrà? Dic idem, nisi à principe, ut est tex. in l. & si cognitio. C. si cōtra ius, uel uti. publi. Ad qd' uide plenè p do. Alex. de Imol. in l. j. de offic. eius.*

ci executio[a]: quia isti nōdum incœperant cognoscere, & tamen dicit executioni. Et dicit hîc per hoc, quòd obtinuit dñs suus in facto libellū, in quo dicebatur ualere, Petit exequi instrumentum: nam dicebat aduocatus, q; libellus est ineptus: quia prius petebat executionem, quàm incœpissent cognoscere. Dicit Dominic. quòd obtinuit dominus suus per text. hîc, ubi optimè probatur inducendo, ut induxi. ¶ Et per istum tex. limitat hîc Domi. text. in l. j. C. de exec. rei iudic. & pro hoc allego consilium Petr. de Anch. cclxiij. ubi dicit, quòd superior in suo mandato nunquam censetur uelle tollere causæ cognitionē: & moueretur p l. nimis properè. C. de execu. rei iudic. ponendo exemplum, ut ibi per eum, in quo consuluit pro Domi. & Ant. in c. examinata. de iudic. & Imol. Sed Bart. in l. si cùm nulla. ff. de re iudica. uoluit contrarium. Ioan. de Imo. ibi dicit, q; hæc opi. de qua §. procederet, ubi esset in libello posita clausula, Omni meliori modo, &c. Sed in l. seq. dicit, quòd etiam procederet, si non esset clausula illa, Omni meliori uia & forma, &c. Abb. po-

CAPITVLVM III.

Si pro debilitate. ¶ Delegatus impeditus subdelegare potest causam, quæ sine eo commodè terminari potest. ¶ Primò limita, nisi in cōmissione Papa dicit, Præcipimus: quia
b tunc non potest subdelegare[b]: per gl. in l. sæpe. ff. de offi. præsi. quam sequitur ibi Bart. & in l. ij. C. commu. de lega. & Bald. in l. j. C. quomodo & quando iudex. & Lu. in l. j. §. j. ff. qd' quisq; iuris. Pro illa glos. facit glos. in c. dudum. xviij. q. ij. ubi dicit, quòd uerbū Præcipimus, magis stringit, quàm uerbum mādo: quam sequitur Imol. in clemen. sæpe. de uerb. signifi. ¶ Tamen non credo, quòd illa glos. sit uera: quia glos. in l. j. §. j. in uersic. quemadmodū. ff. quod iussu. dicit, q; quomodocunq; aliquid iniungat superior, semper præceptum est. Et Bald. allegat illam in l. si mādato. C. quod cū eo. Ergo siue dicat Mando, uel Præcipio, semper habebit uim præcepti.
¶ Secundò allego glos. in clemen. j. de test. in uerb. hortamur. quæ dicit, q; hoc uerbum importat necessitatem. Ergo præceptum. Et glos. in c. rogo. xj. q. iij. quæ dicit, quòd uerbum Rogo, habet uim præcepti. Et Roffre. tenet hoc in libellis suis in rubri. de actio. manda. ubi dicit, quòd in commissionibus non est differētia inter uerbum Præcipio, & Mando: & reprobat glos. in l. more. ff. de iurisdi. om. iudicum. Et sic credo, quòd glos. illa non sustentaretur in d. l. sæpe. Tamen omnes Legistæ tenent: sed ego tamen non teneo, &c. ¶ Secundò limita, quòd delega-
c tus[c] legati nō potest subdelegare. Ita Domi. in c. ij. de offic. deleg. in vj. ¶ Limita hoc, nisi subdelegaret nudū articulum, putà examinationem testiū: quia hoc potest, ut not. glos. fi. in clemen. j. de offic. deleg. sicut omnes delegati inferiorum. ¶ Secundò limita, nisi esset subdelegatus legati, ad uniuersitatem causarum: quia tūc potest subdelegare, ut est glos. fin. in l. imperium. ff. de iurisdi. om. iud. Pro ista fallentia est tex. in c. cùm causam. propefi. de appel. & in c. super quæstionum. §. si uerò. cum glos. j. eo. ubi dicitur, quòd solus delegatus principis subdelegare potest. Prò hoc glos. magna in c. fin. ad fi. de hæreti. in vj. ubi legatus non potest cōmittere causam appellatione remota, nec summariè. Et glos. in clemen. sæpe. in uer. mandatius. de uerb. signifi. & Anto. in c. pastoralis. in prin. j. de appel. ¶ In cōtrarium, quòd possit subdelegare delegatus legati, hoc uoluit Bald. in l. à iu-

b *Subdelegare] Adde do. Alexā. de Im. in l. ga. pe. col. in fin. de iurisd. om. iu. et plenius & singulariter in rub. de offic. eius cui mād. est iurisdi. & in add. ad Bart. in l. j. eod. tit. & uide per do. Soci. consil. lx. incip. Viso elegantissimo cōsilio. uersic. circa quintam dubitationem. cum uersic. seq. i j. parte.*

c *Delegatus]. Adde tu, quòd hoc fallit in delegato legati Cardinalis: quia talis potest subdelegare, & sic committere uices suas alteri. Ita Bald. in l. à iudice. C. de iudic. & do. Abb. in c. cùm Bertoldus. de re iudic. in uer. quintā lecturam. Adde, an delegatus inferioris à principe eū potestate subdelegandi, an possit alteri subdelegare? Bar. in l. more maiorū. ff. de iu. om. iudic. in uer.* dice.

c. si pro debilitate.

quæro, quid si. tenuit, quòd sic. Adde, quòd idem tenuit dom. Abb. in d. c. cùm Bertoldus. de re iudi. in uersic. an delegatus.

dice. C. de iudic. expresè, ubi dicit, q; delegati legati possunt subdelegare: quia legati Papæ æquiparantur proconsuli, c. ij. de offic. leg. in vj. Sed delegatus proconsulis subdelegare potest, l. cùm prætor. §. j. ff. de iudic. Ergo & delegatus legati subdelegare potest. ¶ Secundò adducitur text. in c. cùm Bertoldus. de re iudic. ubi delegatus legati subdelegauit examinationem testium: & Abb. ibi expresè firmat hoc, & non facit mentionem, nec; de Bald. nec; de Domi. ¶ Tertiò idem tenet Ang.
a in d. l. cùm prætor[a]. §. j. ¶ Tamen primam partem puto uerorem. Ad arg. Bald. fateor, quòd legati Papæ æquiparantur proconsuli: sed ego nego, q; delegatus proconsulis possit subdelegare: quia tex. in d. l. cùm prætor. dicit, quòd delegatus proconsulis potest cognitionem suam aliis demandare: non dicit subdelegare, & loquitur in deputato ad uniuersitatē causarum. ¶ Ad c. cùm Bertoldus. dicas, quòd ibi fuit subdelegatio super uno articulo: & hoc iam diximus suprà: & sic nō est contrà. ¶ Quæro: Papa committit causam non habenti qualitates necessarias in delegatione, non ualet delegatio, nisi Papa illi ex certa scientia committat: quæro, utrum delegatus non habens illas qualitates à iure requisitas, cui Papa commisit ex certa scientia, possit subdelegare uni non habenti ipsas qualitates à iure requisitas. ¶ Primò arguo, quòd possit committere non habenti illas qualitates: quia subrogatum debet sapere naturam illius, cuius loco subrogatur. Text. est in c. ecclesiæ. ut li. pend. & in clemen. j. de supplen. neglig. prælatorum. & in c. statutum. §. in nullo. de rescript. in vj. Et tenet Bald. in l. si puellam. C. si mancip. ita aliena. fue. Tunc sic, si subrogatum debet sapere naturam subrogantis, sufficit, quòd subdelegatus subrogatus habeat qualitatē delegati subrogantis, licet non habeat qualitates à iure requisitas, cùm suus subrogans etiam illas non haberet. Secundò arguo: dicit tex. in c. ex literis. de resti. in integ. quòd præpositus subdelegauit decano partes suas in causa matrimoniali, quæ non potest committi, nisi episcopis. Tertiò confirmo per dictum Bart. in l. j. ff. de iurisd. omni. iudic. ubi dicit, quòd causa meri imperij nō delegatur: quærit ibi Bartol. princeps ex certa scientia delegauit causam non delegabilem: dicit Bart. quòd iste potest subdelegare, ex quo princeps ex certa scientia fecit delegabilem, argumen. text. l. cùm pater. §. quindecim. de leg. iij. Ita in proposito nostro arguendo de re ad personas. ¶ In contrarium arguitur primò: quia commissio facta alicui inhabili, est quid personale: nā est certa dispensatio facta personæ illius. Sed iura personalia nō possunt in aliam personam transferri. Tex. est in regula, priuilegium. de reg. iur. in vj. & in l. quia tale. ff. soluto matri. Si ergo est personalis, non potest ad alium transire. ¶ Secundò pondero text. in c. statutum. in uerb. duntaxat. de reg. iur. in vj. Modò si reperitur, quòd Papa commiserit non habenti qualitatem, non debet hoc extendi ad alias per istam dictionem taxatiuam. ¶ Tertiò arguo, & fortiter, de tex. in c. super quæstionum. §. porro. & §. si uerò. j. eod. ubi Papa commisit causam duobus cum clausula, Appellatione remota: dicitur ibi, quòd illi non poterūt subdelegare cum clausula ista, Appellatione remota: & ratio est, qa qualitas apposita respectu illorum, non transit in illum, de quo Papa non cogitauit. Et fortiùs dicit text. ibi, quòd duo delegati nō possunt uni ex alteris cōmittere uices suas, ut cognoscat solus appellatione remota. Et eadem ratio est, quæ suprà. Ergo in casu nostro non da-

b *Arbitrio iudicis] Adde, quæ per authen. habētur. Adde in c. in causis. j. de testi. circa princip. & quod in Apostilis dicam.*

tur potestas transmittendi istam specialitatem in aliū. Et istud teneo. ¶ Ad argumētum primum dicas, quòd debet sapere naturam subrogati, scilicet naturam primordialem. Secus, si naturam accidentalem: quia non transit in subrogatum. Ita dicit do. Anto. in dicto c. ecclesiæ. el j. ut lit. pen. Sed qualitas, quæ est in me, non potest transire in alium primordialiter, sed accidentaliter sic. Ergo, &c. ¶ Ad text. in c. ex literis. de restitut. in integ. ubi Papa dispensauit de causa matrimoniali cū illis, qui cognoscere non poterant, non fuit mirū: quia Papa iam dispensauerat cum decano: sed destruitur, per d. c. super quęstionum. ubi etiam collegæ non potest committi, quòd cognoscat appellatione remota.
¶ Sed respondetur sic: quòd licet de stylo curiæ solis episcopis committantur causæ matrimoniales, tamen fallit, ubi aliàs commissa esset, non episcopo: quia tūc potest non episcopo committi. ¶ Ad argumen. Bart. dic, quòd omnes Doc. tenent contrarium, ut dicam in c. quod sedes. j. de offic. ordi. quòd imò, si princeps cōmisit causam non delegabilem uni, nō potest ille subdelegare, licet per principem sit facta delegabilis: quia uidetur, & est in hoc electa industria personæ. Et sic respondeas. ¶ Quando causa dicatur grauis, statur arbi
b trio iudicis[b]. Ita do. Anto. in c. quod sedes. de offic. ordi. Confirmo per dictum Anto. in c. edoceri. de rescript. ubi dicit, quòd quæ dicantur ardua, statur arbitrio iudicis: & per dictum eiusdem in c. fin. de iureiuran. ubi dicit, quòd statur arbitrio iudicis, quæ dicatur causa grauis, & in c. querelā. de iureiuran. ¶ Et uide Bald. in l. j. antefi. ff. de offic. præfe. præt. ubi dicit, quòd magnitudo causę est signū electæ industriæ personæ. Et ubi agitur de causa matrimoniali, non potest hæc causa subdelegari. Ita Ioan. Andr. hîc, & in causa matrimoniali potest committi examinatio testium, etiam non per uiam nudi articuli. Text. est in c. significauit. de offic. ordi. & in c. j. in fi. de testi. cog. & text. in clemen. j. de offic. delega. cum glos. in uerbo, ciuili. ¶ Capio glos. primam super uerb. liberum. Sed qualis debet esse ista debilitas? Et primò dico, quòd debet esse grauis, quæ causet impotentiam ad laborem: & moueor per istum textum, quando dicit grauí necessitate. Et pro hoc secundo allego text. in l. longiùs. ff. de iudic. ubi text. dicit, quòd onus iudicandi iudex diuidere non potest, nisi graue sit oneratius. Et facit text. in c. querelam, de iureiuran. & est text. in l. quæsitum. ff. de re iudic. & glos. in c. communis filius. xxiij. distinct. Pone, aliquis est debilis: quia fuit antè infirmus, utrūm possit se excusare? Dicas, quòd sic. Text. est in c. si qui testium. j. de testi. ubi æquiparantur debiles, uel in infirmitate constituti. Secundò allego l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. in uerbo, quasi ualetudine impedita. Et per illam l. dicit Bartol. in l. prægnantes. ff. de pec. quòd etiam illa, quæ peperit, post xl. dies non possit torqueri. Ad idem adduco dictum Ant. in c. quoniam. ut lit. non contest. ubi quærit, an ualetudinarij examinari possint? Et dicit, quòd non: quia æquiparantur infirmis. Confirmo hęc per tria dicta in simili. Primò allego text. in §. j. xlviij. distinct. ubi text. dicit, quòd sicut Iudæus non debet promoueri ad ordines sacros, eodem modo de illo, qui nouiter est conuersus ad fidem, sed debet expectari, quòd sua contritio sit firma. Et est glos. in c. constitutus. xvij. q. iiij. ubi glos. dicit, quòd non debet de recenti ueniens ad fidem promoueri ad sacra. Et est text. in c. accusatorem. iij. quæst. v. ubi tex. dicit, quòd paria sunt, esse inimicum, uel quòd de recenti fit reconciliatus. Et est glos. in c. per tuas. el grandi, in uer. capitales. in fi. de simo. Et idem no. Abb. post Innocen. in c. cùm oporteat. de accusat. ¶ Tertiò allego

allego Hostiē. in c. olim. de restit. spolia. ubi dicit, quòd hæc pœnalia sunt, quòd ecclesia sit uacūs, uel habeat prælatum de nouo creatum, qui nondum sit adeptus possessionem: quia, quo ad alienationem rei ecclesiasticę, dicitur ecclesia uacare: & mouetur per text. in c. cùm uenissent. de institu. in uer. ipse uerò timēs. Et allegat hoc Ioan. And. in c. j. de rebus eccles. non alien. ¶ Modò posset quis opponere de text. in l. ij. §. corporis debilitas. ff. de uac. mu. ubi text. dicit, quòd corporis debilitas excusat à muneribus, quæ exercentur corpore: sed ubi est necessaria sola prudentia, nō excusat debilitas. Sed sic est, quòd esse delegatum, est exercere memoriam & prudentiam, & non corpus. Ergo non excusabitur delegatus. Facit text. in c. j. de renunc. ¶ Respondē, quòd imò fatigat corpus officium delegationis: quia habet studere & uoluere libros, & assistere partibus. Præterea posset occurrere, quòd deberet exire locum. Ideo dicitur esse labor. Et sic tene, quæ dixi de graui necessitate, &c. ¶ Quæ dicatur grauis necessitas, primò est text.

a in l. j.[a] ff. de in ius uoc. Secundò est tex. in l. longiùs. ff. de iudic. in uersic. sine rei familiaris periculo. & gloss. in c. fi. de uerb. signifi. in vj. in fi. quam uide: & gloss. in c. ex parte. el ij. de cle. nō residen. quæ dicit, q̄ etiamsi clericus iurasset se nō absentare ab ecclesia, posset tamen pro sua propria necessitate se absentare: & est intelligendum de illa necessitate, in qua imminet periculum: secus, si esset talis necessitas, cuius expeditio esset facilis. Hanc declarationem ponit Ant. in c. prudentiā.

b in fi. j. eodem. ¶ Quæritur, utrùm[b] debeat stari dicto eius, qui dicit se impeditum: uel possit cogi ad faciendum fidem de impedimento? Ioan. And. tangit hoc in c. pastoralis. j. eod. Et dicit ibi Imol. q̄ debet stari dicto suo, nisi sint aliquæ coniecturæ, quæ præcesserint: quod non facit ratione impedimenti, sed ne displiceat alteri ex partibus. Ad idem allego Bald. j. in c. proximo, ubi dicit, quòd creditur literis iudicis dicentis esse occupatum ex causa. Et pro hoc facit text. in c. prudentiam. j. eod. in uer. literatoriæ destinatum. Tamē credo, quòd licet isti ita dicant, q̄ debet fieri fides de impedimento, quia Innoc. in c. ex transmissa. in prin. de præscrip. dicit, quòd ubicunq; quis allegat impedimentū, semper oportet probare: quia in dubio quis non præsumitur impeditus. Et est de hoc text. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cauti. ubi cogitur quis probare impedimentum, qui dicit se impeditum ratione uxarum, uel inundationis aquarū, aut aliqua alia causa iusta. Et est text. in l. qui commeatus. ff. de re milit. Et ita teneo, quòd iste debet probare suum impedimentū. Et ratio est: quia non statur dicto alicuius, ubi agitur de præiudicio tertij. Text. est in c. cùm in iure peritus. j. eo. Sed in ppósito nostro agitur de præiudicio huius tertij: quia non uult delegatus acceptare. Non obstat text. in c. prudentiam. quia debent illæ literæ esse sigillatæ sigillo ordinarij, per tex. in c. scisciatus. de rescript. Secundò dicas, quòd loquitur, quando explu-

a *Iudicantis*] *Facit, quòd not. habetur per Soci. consil. ccxlij. incip. Circa primum cōsultationis articulū. uersic. iiij. ut inquit Bald. in ij. parte, chart. cxxvj. ubi uide.*

ribus collegis unus nō uult acceptare: quia statur eius literis: quia nō agitur de subdelegatione. Et ita tene mēti. ¶ Capio gloss. in uer. consulere. Bal. hîc dicit not. quòd si appellatur ab isto subdelegato, nō appellabitur ad delegantem: quia si reseruauit solum consilium, nō est amplius delegatus, quia dicitur in totum subdelegasse.

¶ Vtrùm ualeat commissio facta delegato cum hoc, quòd procedat cum consilio talis, & prout talis consuluerit? omnes tenēt, quòd ualet talis cōmissio, præter Innocen. & Andr. Barba. hîc. Ego in c. ex parte. de consti. posui aliqua de ista materia. ¶ Vtrùm autem is, cui facta est talis cōmissio, teneatur sequi consilium iniustum?

c Et quòd non teneatur[c], allego Bart. & Angel. in l. si conuenerit. ff. de re iudic. & Anto. idem tenentem in c. intimasti. de appel. & in c. cùm olim. de arbi. & Bald. in l. manifestissimi. C. de fur. & Ang. cōs. clxxxvj. & cons. clxxxviij. & Paul. de Cast. consil. xv. Confirmo per id, quod not. domi. Anto. in c. ex literis. j. de sponsi. ubi dicit, quòd iudex, qui commisit causam iudici imperito, non excusatur in syndicatu. Secundò allego Angel. in l. si filius. ff. de iud. ubi dicit, quòd si iudex iudicaret secundum consilium iniustum, nō excusaretur in syndicatu. ¶ Limita, nisi iudex arctaret ad illud sequendum. Ita dicit Bart. in d. l. si cùm uenerit. Et si non arctatur, est cautela, quòd faciat, quòd partes dicant, quòd contentantur, quòd iudicet de consensu ipsarum, secundum illud consilium. Et hoc replicat Bal. in rubrica, C. de exercitor. Et sic nō tenetur sequi consilium iniustum: & excusatur, si nō est euidenter iniustum. Et sequitur ita Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & leg. Et ita declarat Imol. in d. l. si cùm uenerit. & Bald. in l. si mancipia.

7 C. de ser. fug. ¶ Vtrùm † uerò non sequendo consilium iniustum sententia sit nulla? dicatis, quòd sic: quia contra formam commissionis. Ita Anto. in c. cùm olim. j. de arbit. Q. iòd no. ¶ Vtrùm autem statutum uolens, quòd iudex sequatur consiliū sapien-

d tis, ualeat[d]? Imol. hîc tenet, quòd ualet, dum modò iudex recipiat potestatem à statuentibus: quia qui eligit iudicem, potest ei dare istam formam: aliàs autem nō, ut hîc per ipsum, qui allegat Ioan. And. in addi. Specul. in tit. de requisitione consilij. §. quid ergo in aduocato. Confirmo per dictū Anto. in c. pastoralis. de appell. ubi quærit, Vtrùm ualeat statutū, quòd à sententia iudicis non appellatur? & dicit, quòd si est factum ab illis, qui dāt iurisdictionem iudici, ualet: aliàs nō. Et Bart. in l. penult. ff. de aqua plu. arc. ubi idem tenet, & Bart. in l. fi. C. de senten. & interloc. omni. iudic. & in l. omnes populi. in vj. & xj. col. ff. de iusti. & iu. in uersi. iuxta præmissa. ¶ Sed nūquid ualeat ista sententia, Pronunciamus prout in tali consilio continetur, & in illo consilio dicebatur, Talis uidetur mihi esse absoluendus? Bart. in l. j. C. si aduers. liber. dicit, quòd nō ualet: quia omnis sententia debet cō-

b *Vtrùm*] *Adde tu, quòd Spec. in tit. de appell. §. nunc breuiter. uersi. quid ergo. uidetur dicere, q̄ probatur impedimentum per iuramentum. Et idē tenet Guiliel. de Cug. in l. ij. §. qd' diximus. ff. si quis caut. Adde tu, q̄ opin. Specul. & Guil. est uera, ubi aliter probari nō potest. Ita Bald. Angel. & Rot. in d. l. ij. §. qd' diximus. & est de mēte Bart. in l. ex argentarijs. §. fin. ff. de edend. uide Paul. de Cast. in d. §. quod diximus. qui optimè declarat doctrinam Bart. & aliorum in d. l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Adde, quòd doctrina Bartol. & aliorum in d. §. quod diximus. est*

c *Quòd nō teneatur*] *Adde idem tenentē do. Soci. cōsil. xxiiij. incip. Visis diligēter & maturè. uersi. & qui a. ut dixi i prima parte, char. xliij.*

d *Valeat*] *Vide domi. Alexan. de Imol. in l. maiorem. ff. de pact. & in l. filiusfamilias. §. ff plures. de exercitor. & Paul. de Cast. in l. & suum. §. hodie. ff. de pact. & Pet. de Suz. in l. filiusfa. lib. ij. de iudic. & Ludo. pon. in l. ij. ff. qd' quisque iur. & Paul. de Cast. in consil. lxxxv. & do. Alexan. in cō sil. lj. iiij. parte. et adde Bar. Cep. in rub. de uerb. sig. & Angel. in d. l. filiusfamilias. Sed quid ſi unum ſtinere*

tinere aut condemnationem, aut absolutionem. Et sequitur Abb. in c. illa præpositorum. de accusa. & Spec. tetigit in tit. de except. in §. uiso. uersic. porrò in Italia. & Ioan. And. ibi distinguit, quem uide. Sed quòd ualeat talis sententia, tenet Anto. in c. cùm uenerabilis. in §. quia uerò. de except. & ibi Abb. in quinta colum. Hanc opinionem tenet Bald. in l. testamento. ff. de hære. instit. Bald. in c. cùm ecclesia Sutrina. de caus. poss. & propri. & idē tenet Bald. in l. j. C. si aduer. liber. & Bald. in l. cùm iudex. circa fin. C. de sentent. Confirmatur: quia uerba sententiæ impropriantur, ut saluetur intentio iudicantis[a]: glos. in l. & puto. ff. fami. ercisc. §. j. in uer. communicari. ¶ Fallit primò, ubi deducta essent duo consilia contraria: tunc enim sententia non tenet. Hoc posuit Bart. in l. duo iudices. ff. de re iudic. & sequitur Bald. in c. fi. j. de iudic. Et subdit Paul. de Cast. in d. l. duo. quòd ubi sunt producta duo contraria, potest iudex eligere unum. ¶ Secundò fallit, ubi[8] consilium nondum est in actis productū: quia oportet quòd fuerit in actis productum. Hoc posuit Ludo. in repetitione l. j. ff. de re iudic. & allegat text. in l. iudex. C. de senten. Istam fallentiam sentit Abb. in d. c. illa. de accusat. in uer. maximè. Pro hoc adduco gloss. in l. quantum. §. Pomponius. ff. de arb. ubi dicit, quòd sententia, quæ non potest certificari ex actis, dicitur esse incerta. Et adduco Anto. in c. cùm uenerabilis. de relig. do. ubi dicit, quòd si iudex refert se ad instrumentum, non productum in actis, dicitur sententia incerta. Et allegat Ioan. And. in tit. de senten. prolat. §. qualiter. uersic. sed pone. ¶ Tertiò limita, nisi consilium productum adhuc esset clausum: quia tunc non ualet talis sententia. Ita dicit Bald. in l. j. C. de senten. ex breuic. recit. Confirmo per dictum Bald. in l. tribunus. §. cùm quis. ff. de test. mil. pone, episcopus uidit sententiam latam per uicarium. Et dicit, quòd confirmat unam sententiam, an uideatur per hoc aliàs reprobare. Et dicit, quòd sic, dum modò uide-
9 rit & legerit omnes alias. ¶ Sed † nunquid doctor possit inuitus compelli ad consulendum? Dicas, quòd

b sic[b], per glos. in l. ij. C. de præpos. sacro. scrin. lib. xij. Sed Ioan. And. in tit. de requisit. consi. §. j. uersic. sed nunquid. & Bald. in l. sancimus. la j. C. de aduoc. diuers. iudic. & Spec. in loco præallegato tenent contrariam partem. ¶ Prima pars est uera, quòd potest compelli: quia ad officium necessarium potest quis compelli, ubi non habet iustam excusationem, ut per totum titulum, ff. de mune. & hon. Modò, quando cōsilium est necessarium, dicitur officiū necessarium. Probo argumen. c. j. §. eo. Ergo, &c. Et ita tenent Bartol. & Salic. in d. l. sancimus. & Bart. in d. l. ij. tenet. ¶ Fallit primò, nisi iste requisitus pro consilio, fuisset aduocatus alterius partis. Hoc uoluit Bart. in l. proximè. in fin. ff. de his, quæ in testa. del. Idem uoluit Salic. in l. si ascribatur. C. de appell. ¶ Secundò limita, nisi iste doctor nō esset subditus iudici ordinario in loco: quia si non est subditus, nō potest cogi. Ita uoluit Ia. de Are. in tractatu De consilio sapientis, in uer. quid si iudex. per l. ij. C. qui pro sua iurisdict. ¶ Tertiò limita, nisi esset aduocatus unius partis: quia iustè se excusat. Ita uoluit Iacob. in dicto tractatu: allegat. c. postremò. de appel. ¶ Vtrùm autem doctori hoc modo coacto debeat dari salarium? dicatis, quòd sic. Text. est in l. unica. C. de suffrag. & in c. non licet. xj. quæst. iij. nisi partes es-

Felini j. pars.

sent adeo pauperes, quòd soluere non possent. Hoc[c] uoluit Hostien. in c. j. j. de offic. iudic. Et refert ibi dom. Abb. ¶ Quærit Bald. hîc, utrùm doctor, qui fecit consilium, possit reuocare, ante quàm sit pronunciatum. Primò arguitur, quòd sic: quia sapientis est mutare pro-
c positum[c], c. in malis. xxiij. quæst. v. In contrarium: Consilium sapientis æquiparatur testimonio. Sed testis nō potest reuocare dictum ex interuallo. Ergo, &c. Tamē dicit postea, quòd potest addere, uel declarare. Et uide Bar. in l. de tutela, circa med. C. de in integ. restitu. mino. ubi dicit, quòd non potest reuocare sine causæ cognitione: & Iacob. de Aret. in dicto tractatu, ubi dicit, quòd non potest reuocare: quia præsumitur in fraudem uelle reuocare, nisi incontinenti uellet. Allegat c. officij. de elec. & l. lecta. ff. si cert. pet. Quæ enim incontinenti fiunt, dicuntur eadem[d], ut est gloss. in c. prædicator. xvij. quæst. j. ¶ Secundò limita, nisi uellet reuocare ex ratione expressa, per text. in l. nonnunquam. C. de colla. bono. ¶ Tertiò limita, nisi uellet consilium declarare, per tex. in l. hæredes palàm. ff. de testa. Ita sentit Bald. hîc, ubi dicit, q̄ qui declarat, nihil de nouo addit.

c *Mutare propositum*] *Adde text. in c. cùm cessante. de appel.*

d *Eadem*] *Adde, quæ habentur de hoc in uerbo, incontinenti. per authen. in c. uetiens. j. de testi. & quod ibi in apost. dicam: & per authen. etiā in c. præterea. eo. tit. per domi. Soci. consil. lxviij. inci. Frustra. uersic. circa secundā quæst. circa prin. in j. parte, char. cxvij.*

SVMMARIVM.

1 ¶ *Prorogatio potest fieri apud delegatum de tempore ad tēpus.*
In imponenda pœna an iudex debeat mutare legem, uel consuetudinem. Post nu. j. uersic. tertiò addatis.
Tempus quando incipiat currere delegato. Post numer. j. uersi. glos. in uerb.
2 *Prorogatum tempus reuelat debitorem à periurio.*
3 *Prorogatio non ualet, si dicatur, Prorogamus ad tale tempus inciendium finito isto. num. 4.*
5 *Prorogatio sicut uitiatur errore de persona ad personam, ita etiā de tempore ad tempus.*
6 *Solennitates iudiciorum possunt tolli renunciatione partium in totum: & tunc iudex est, quasi arbitrator.*
7 *Partes possunt per pactum renunciare nullitati sententiæ: & possunt se obligare, quòd non opponetur per eos de sententiæ nullitate.*
8 *Sententia lata post tempus præfixum à statuto, est nulla, quādo tempus præfigitur causæ.*
9 *Delegatus an possit mulctare.*
Et quid in delegato ab inferiore à principe. Ibidem.
10 *Statutum in dubio uenit ad corrigendum ius commune: & ubi pro delicto imponuntur pœnæ diuersæ, sufficit unam imponere.*

CAPITVLVM IIII.

DE causis. ¶ Si committatur causa decidenda in certum diem, nisi partes prorogent diem, expirat iurisdictio. Secundò: ubi certa pœna non est imposita, potest iudex arbitrio suo illam imponere. Dicit Dominic. hîc in uersic. committuntur, scilicet à quocunque. Ergo omnes inferiores delegare possunt cum præfixione temporis. Bald. in l. properandum. C. de iudic. Allegat Innocen. in c. nostro. & subdit ibi Bal. quòd finito isto tempore non est finita instantia, sed superior poterit cognoscere super actis: quia licet expiret tempus, non expirat instantia. Allegat l. j. C. de peda. iudic. & Abb. etiam hoc tenet in c. uenerabilis. j. de

iudic. & Domini de Rota decis. lvj. ¶ Not. in uerbo, prorogare. quòd apud delegatum potest fieri prorogatio de tempore ad tempus. ¶ Not. quòd † duplex est contumacia: ut est text. in capitulo, causam. de re iudic. uersic. adire, uel iudicio tuo parêre, &c. ¶ In arbitrarijs iudex imponit pœnam arbitrio suo. Tex. est hîc. Dic tamen, quòd pœnam arbitrariam tollit consuetudo. ubi per illam est limitata ipsa pœna. Text. est in l. si quis reum. ff. de custod. reo. ubi dicit text. quòd si quis non dederit reum criminis, pro quo fideiusserat, punitur arbitrio iudicis, nisi sit imposita pœna à consuetudine. Et hoc tenet domi. Anto. quòd cessat pœna arbitraria, ubi est consuetudinaria, in c. j. de constit. & Abb. in c. licet. j. de pœnis. & gloss. in l. si barbatorem. C. de fideiusso. ¶ Secundò not. quòd ubi iudex habet arbitrari pœnam simpliciter, debet procedere de similibus ad similia. Gloss. est in capitulo, inquisitionis. in uerb. alioquin. de accusa. & est de hoc text. in clemen. j. §. uolumus. de pœnis. Secundò est text. in c. non solùm, in fi. de reg. iur. in vj. ¶ Tertiò addatis, quòd ubi iudex reperit, quòd l. in simili casu imponit pœnam, & aliam similem imponit consuetudo, quòd tunc iudex debet imitari similem legis. Ita dicit Ioan. And. in c. fi. de consuet. dum modò utraq; sit rationabilis. Et hoc sequitur Ioan. de Imol. in l. si uerò. §. de uiro. in penult. col. ff. solut. mat. & Bal. in l. de quibus. ff. de legib. nisi consuetudo concurreret præcisè in eodem casu: quia consuetudo derogat legi in casu suo, in quo lex imponeret pœnam. Tunc enim imitabitur iudex consuetudinem. Ita dicit domi. Anto. in c. fi. de consuet. ubi dicit, quòd consuetudo uincit legem, quoties est abrogata. ¶ Item aduerte: quia si pœna alteret iurisdictionem iudicis, tunc rescribet superiori. Text. est in l. diuus. la ij. ff. de falsis. Et non potest imponere pœnam, quam non patitur sua iurisdictio. ¶ Glos. in uer. incertum tempus. Tempus incipit currere à die præsentationis: secus, si esset limitatum tempus, ut si dicatur Vsq; ad Pascha: quia currit de momento ad momentum. Sed text. in c. audita. de rest. spo. ubi text. dicit, quòd si iudex delegatus est reuocatus per delegantem. Et ad hæc ipse fert sententiã, ante quàm sciat, quòd ualent omnia acta sua. Et allegat Bald. in l. j. C. ut lit. pen. & in l. falsus. C. de fur. & Panor. in c. ex conquestione. eodem tit. de restit. spo. ubi dicit, quòd delegato non confertur iurisdictio, nisi à die receptionis literarum, & sic notificationis. Si ergo, ut ex prædictis liquet, iurisdictio non confertur, neque aufertur, nisi à die notificationis. Ergo siue simpliciter, siue specificè datum sit tempus, uidetur, quòd non curat hoc tempus, nisi notificetur ipsi. Et sic non uideo rationem differentiæ inter hæc. Cogita: hoc enim dixi collationis gratia. ¶ Dicunt hîc Doc. quòd prorogatio debet fieri durante primo tempore. Allegant text. in l. sed si manente. ff. de precario, & text. in l. bonorum. ff. rem ra. hab. In hoc allegabitis quatuor decisiones ad hoc propositum. Spec. in tit. de lega. §. excipe. uer. item quòd iurisdictio expirabit. & Ang. cõsilio suo ccxxxvj. incip. Punctus: duo compromiserunt. Ad idem allego, quod scribit Anto. in c. præterea. in fi. de dilatio. ubi dicit, quòd si iudex nondũ finito tempore prorogauit, nõ dicitur noua dilatio, sed dicitur illamet prorogata. Ad idem adduco Bart. in l. iiij. in prin. ff. de dam. infec. ubi ponit hoc exemplum: Est commissum arbitrium potestati, ut posit arbitrari in certa materia: deinde electores prorogauerunt ipsum in officio: nunquid arbitrium sibi datum durante officio dicatur durare? Dicit, quòd si prorogauerunt, dicitur durare illud idem officiũ: & sic arbitrium. Secus, si finito tempore de nouo eligatur: quia tunc non habet amplius illud arbitrium à partibus, dum modò eligentes dicant, Prorogamus, non autem, Eligimus. Hoc idem dicit Imol. in c. fin. j. de precar. & allegat text. l. si cùm dies. ff. de arbit. in princ. ubi si durante primo compromisso partes dicunt Compromittimus in Titium, dicetur nouum cõpromissum: secus, si dicant, Prorogamus. & cõsil. Oldr. cxxij. incip. Citato. ubi dicit, quòd si illi de capitulo assignauerunt tempus unius mensis absentibus, & finito iam primo mense prorogauerunt tempus, quòd nõ ualet talis prorogatio: quia fuit potiùs nouus terminus, in quo requirebatur eadem solennitas. ¶ Prima tamen declaratio sit, quòd † tempus prorogatum, est idem tempus. Et sequitur ex hoc unum, quod not. Hostien. in c. præterea. j. de appell. ubi dicit, quòd iudex præcepit uni, quòd solueret intra decem dies, aliter erit excõmunicatus: & tandem iudex prorogat illud tempus, quod ex quo prorogauit: & sic fuit idem tempus, quod non incurret excommunicationem. ¶ Secundò uide Card. in clemen. j. de iureiur. ubi dicit, quòd si ille, cui iurauit soluere intra x. dies, prorogauit tempus, nõ incurro periurium, si non soluo intra illos x. dies. Et facit text. in l. proponebatur. ff. de iudic. ubi iurisconsultus dicit, quòd semper populus est idem, &c. Et sic facit, quòd si moriuntur omnes de aliquo populo, uel collegio, qui iurauerant super aliquo, quòd alij, qui succedunt, omnes obligantur ad iusiurandum præstitum per illos, qui præcesserant, etiamsi nullus sit nunc ex illis, qui iurarunt. ¶ Et adduco domi. de Rota decis. xx. ad fi. in nouis, in tit. de præben. incip. Suppositio facto. ubi dicitur, Papa pronunciauit unum episcopum, qui habebat alia beneficia, & Papa dispensauit, ut retineret, sed uni alij consignauit omnia beneficia, dicitur bi, ex quo Papa eodem contextu pronunciauit illum episcopum cum retentione beneficiorum, nõ fuit noua collatio, sed fuit ueteris collationis confirmatio: & sic remanserunt illi episcopo illa beneficia. ¶ Tertiò uide Card. in cle. statutum. de elect. ubi dicit, quòd ubi uni dispositioni fit una additio, quòd censentur replicata omnia, quę fiunt in principali: quia fit pars illius, cui additur. Ita in casu nostro: quia iurisdictio prorogata censetur idem & eadem. ¶ Primò limitabis hoc, ut non habeat locum in materia odiosa, quia tunc tempus prorogatum non dicitur idem. Hoc uoluit Bald. in l. si à te. C. de pa. inter empt. & uen. ubi dicit: Est statutum in ciuitate Senensi, quòd potestas non possit cognoscere de maleficijs tempore suo non commissis: pone, populus eligit eum de nouo, utrùm possit cognoscere de delicto cõmisso tempore primo, quo fuit in officio? Et dicit Bald. quòd fauore liberationis in materia odiosa non dicitur idem officium, & non poterit punire in secundo officio, ex quo non sciuit in primo officio: quia habetur pro nouo Potestate: & sic in proposito nostro. ¶ Secundò limita, quòd prorogatio debet fieri cùm suis qualitatibus: aliàs non tenet, tanquam prorogatio, sed tanquam quid nouum. De hoc est gloss. in c. hi, qui. de præben. in vj. ubi dicitur, quòd non dicitur prorogatio, ubi fit cum una qualitate noua. Et Dominic. ibi dicit, & refert Petrum, qui dicit, quòd præceptor suus dicebat istam gloss. scribendam esse literis aureis. Et uide Bald. in c. fi. de consuet. ubi dicit: pone, quòd est compositum tempus, ut talis causa expediatur intra mensem, nunquid possit prorogari usq; in infinitum? Dicit Bald. quòd non potest prorogari, nisi per alium mensem, nec poterunt etiam partes prorogare ad duos menses: sed bene possunt prorogare hodie ad unum, & postea ad alium mensem. Hoc etiam uoluit Bald. in c. præsentata. de testi. in c. tua nobis. de appell. & in l. j. C. ut in possess. leg. & in c. uenerabilis. de elec. semper allegando d. gloss. & Abb. allegat illam in capitulo, cæterùm. de iudic.

¶ Limita tertiò, quòd † in præiudicium tertij prorogatio non dicitur esse idem tempus: pone, tu contrahis cum Sempronio, ego fideiubeo pro eo: uenit tempus, quòd ille debet soluere, tu creditor prorogas tempus usque ad tempus Paschatis: postea finito tempore uis exigere à me fideiussore: quia ille fortè interim effectus est pauper: non potes, quia imputabitur tibi, qui prorogasti tẽpus. Et sic not. Arch. in c. te quidem. xj. quæst. j. ubi dicit, quòd fideiussor ad tempus non tenetur ad tempus prorogatum. Adde Angel. in l. si unus. §. si cum eo. ff. de pac. & Doc. in c. constitutus. de fideiuss. Ioan. de Imo. in l. ubicunq;. ff. de fideiusso. & Bartol. in l. Lucius. §. Paulus. ff. de adminis. tu. & Ioan. And. in c. præterea re quisitis. de appell. Dy. & Bar. in l. mora. ff. solu. matri. & est text. in l. item quæritur. ff. loca. & tenet Host. Abb. & Ioan. de Imol. in d. c. constitutus, & Spec. in tit. de fideiusso. §. j. uersic. illud autem. & ibi Ioan. And. & Bald. in addi. & Bartol. in l. ij. §. fin. ff. de præto. stipula. & facit text. in l. Labeo. alias incipit, si arbiter. §. fin. ff. de arbit. ¶ Contrarium tamen uidi consultum per domi. Marianum Senensem. Adde etiam prædictis text. l. si cùm Hermes. C. loca. ubi text. idẽ probat notabiliter, quòd tempus prorogatum non grauat fideiussorem. Et allego Ioan. And. in rubri. de fideiusso. §. j. ubi dicit: Quidam princeps commisit custodiam cuidam, & fideiussit aliquis pro ipso: postea confirmauit ipsum in aliud tempus, & interim ille tradidit arcem alij: dicit ibi Ioã. And. quòd non tenetur ille fideiussor in tempus prorogatum: secus, si simpliciter fideiusit, non apponendo tempus: quia semper erit obligatus, quamuis prorogentur tempora. Et ita uult etiam Abb. in c. constitutum. j. de fideiusso. Et hoc etiam sentit Hostien. in c. requisitus. de appell. ubi dicit, quòd prorogatio dependet à potestate partium. ¶ Secunda declaratio sit, quòd prorogatio potest fieri etiam ultimo momento temporis. Hanc ponit Bald. hîc per text. in l. ij. & in l. quod certatim. C. de posthu. hæred. institu. ubi posthumus, qui uixit parum, rumpit testamentum, ac si uixisset per decem annos. Facit tamen unam differentiam Bald. quæ restringit istam declarationem, in l. si à te. C. de pac. inter empt. & uendi. & uide text. pro illa differentia Bald. in c. commissa. de elec. in vj. ¶ Tertia declaratio sit: quòd licet in prorogatione requiratur consensus partium ante lapsum terminum, tamen consensus iudicis potest interuenire etiam post lapsum terminũ, ut est gloss. in c. causam. in uer. speciem. post medium, j. de re iudic. ubi dicit, iudex debet consentire antè, uel pòst. Et ratio est: quia ubi consensus interuenit per uiã simplicis consensus, potest interuenire etiam pòst, ut est glos. in c. cùm consuetudinis. de consue. Ergo & hîc cùm cõsensus requiratur, ut simplex cõsensus. ¶ Quarta declaratio sit, quòd † non ualet prorogatio, si dicatur, Prorogamus ad tempus tale incipiendum finito isto. Ita Bald. hîc. Confirmo per text. in c. de uxore. de sepul. & ibi Abb. põderat, dicens, quòd paria sunt, quòd aliqua fiant tempore inhabili[a], uel fiant tempore habili, & referantur ad tempus inhabile. Ergo in proposito, sicut partes finito tempore prorogare non possunt, ita etiam prorogare non possunt, nondum finito tempore, conferendo tamẽ prorogationem in tempore finito. Et pro hoc adduci potest gloss. in clemen. ij. in uerbo, sequentes. de magist. ubi sex menses incipiunt currere pendente prima suspensione. Et ita consuluit Oldr. consil. l. & tenet Bartol. in l. senatus. §. quãquam. ff. ad Turp. & Doct. in c. eos. de temp. ord. in vj. in princ. & Ioan. And. in c. cùm in cunctis. de elec. ubi plenè examinat hoc. ¶ Secundò pro Bald. est decisio Paul. de Cast. in l. siue pars. C. de dila. ubi dicit, quòd si iudex assignauit terminũ decem dierum, & postea assignauit alios decem dies, cp secunda incipit pẽdente prima, & non finita prima: quia potiùs uidetur quædam prorogatio, quæ debet incipere currere pendente prima. ¶ Quinta declaratio sit, quòd iurisdictio tẽporalis ordinarij prorogari non potest de tempore ad tempus. Bald. ponit hoc in l. si qui ex consensu. C. de episc. audi. ¶ Limita hoc, nisi finito illo tempore haberet iurisdictionem, siue administrationem: quia tũc, cùm hæc sit iurisdictio i habitu, de facili habitus reducitur ad actũ. Ita dicit Ioan. de Imol. hîc in c. P. & G. j. eod. & non facit mentionem de Bal. & allegat Spec. in ti. de compe. iud. adi. uer. si duo Pisani. ¶ Sexta declaratio est: quòd † sicut error ultiat prorogationem de persona ad personam, ut est tex. in l. si per errorem. ff. de iur. om. iudic. ita etiam de tempore ad tempus. Hoc dicit Inno. in c. prudentiam. in princ. j. eod. Idem uoluit Bart. in l. j. in fi. ff. de iudic. & allegat ipsum Innoc. in c. ad petitionem. de accus. & in d. c. prudentiam. dicit, quòd in prorogatione sufficit tacitus cõsensus partium, putà per acceptationem termini transcendentis metam, & iurisdictionem delegati, ut si delegatus est datus per mensem, si partes assignant alium mensem, & acceptant, non contradicentes uidentur prorogare. ¶ Septima declaratio est, quòd in prorogatione de tempore ad tempus, requiritur consensus iudicis: secus in prorogatione de re ad rem, uel de persona ad personam. Text. est in l. ij. §. etsi iudex. ff. de iudic. ubi Bart. declarat optimè hoc, quem uide: & Imol. in d. c. P. & G. ¶ Vltima declaratio est, quòd in prorogatione de tempore ad tempus sufficit consensus litigantium, licet tertius, de cuius interesse agitur, non consentiat. Ita dicit Bald. hîc, & allegat l. uenditor. ff. de iudic. Pro hoc est text. in l. j. §. denunciari. in fi. ff. de uen. inspi. ubi dicit text. quòd sufficit citare principales, quos materia tangit. Et allego Bal. in c. fi. de maio. & obed. & ibi Innocen. ubi uoluit hoc, quòd sufficit citare illos, quos res principaliter tangit, non secundariò: & Dominic. in c. fi. de elec. in vj. & est glos. fin. in c. quamuis. de pac. in vj. uer. detrimentum, scilicet principale. Et dicit ibi. Domi. quòd ubi dicitur de præiudicio, dicitur de principali præiudicio, non secundario. ¶ Capio gloss. in uersic. partium. Prima conclusio sit, quòd † solennitatibus iudiciorum renunciari potest in totum, & tunc iudex est quasi arbitrator. Ita gloss. in c. fi. in uer. illustrium. de re iudic. in vj. Secus si in parte, per l. ij. C. communia utriusq; iudi. ubi tanquam pactum, possunt comprobare sententiam nullam. Idem gloss. in c. statutis. ij. quæst. j. & hîc. ¶ Secũda conclusio sit, quòd licet partes non possint renunciare substantialibus iudiciorum, tamen possunt approbare aliqua acta nulliter facta, putà attestationes nulliter factas. Ita uoluit Innocen. in c. cùm causam. de testi. Sequuntur Dominic. de Ro. decis. cclvij. Si auditor. in nouis, & decis. ccccxxj. incip. Item not. in antiquis. Et dicunt, quòd etiam tacitè istæ attestationes probari possunt. Et illam declarationem sequitur Bald. in l. fin. C. de testi. & Bartol. in l. j. ff. de fer. ¶ Tertia conclusio est, quòd si reuocatur in dubium, utrùm solennitates substantiales interuenerint, statur dicto eorum. De hoc est text. in c. fin. j. de proba. & est singul. ibi, cum non reuocentur partes in dubium. Et illum text. facit ibi singul. domi. Abb. ad istam gloss. Illum tex. allegat domi. Card. in d. c. cùm causam. infrà de testi.

¶ Quarta conclusio est, quòd † partes possunt per pactum renunciare nullitati sententiæ, & possunt se obligare, cp non opponetur per aliquam illarum de nullitate sententiæ. Ita dicit Angel. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. in uer. ulteriùs ultra prædicta. & allego text. cum glos. in l. si creditoribus. C. de ser. pig. da. Et idem consuluit Angel. consil. clxxxvij. incip. A. & B. Pro quo facit dictum Bart. in l. properandum. C. de

[a] *Inhabili] Add de tex. in l. in tempus. de hære. instit. & in l. quòd sponsæ. C. de donat. ante nupt. qd limita, nisi natura repugnet, ut est text. & ibi dicit Alex. de Imol. in l. inter stipulantem. §. sacramenta. de uerbo. oblig.*

iudic. in princ. ubi quærit, si partes promittunt non allegare per emptionem instantiæ, an ualeat tale pactū: & dicit, quòd sic, quo ad ipsas partes, licet non, quo ad iudicem. Ita dicit etiam Imol. in c. uenerabilis. de iudic. & ualet hoc igitur regulariter. ¶ Fallit primò, ubi nullitas sententiæ apparêret ex tenore ipsius sententiæ. Ita dicit Ang. in d. §. qui prouocauit. allegans tex. in l. Carmelia Pia. ff. de iur. pa. ¶ Secundò fallit, quando nullitas causaret perplexitatem, uel repugnantiam: & hoc per text. in l. ubi repugnantia. ff. de reg. iu. ¶ Tertiò fallit, nisi nullitas causetur dolo aduersarij: qa forte participauit de pretio cum iudice corrupto. Ita limitat Angel. in loco præalleg. Allegat not. in l. tres fratres. ff. de pac. ¶ Quartò fallit, ubi nullitas causatur ab incompetentia iudicis. Angel. in dicto consil. clxxxvij. & allegò gloss. j. in clemen. j. in verb. nullatenus. de sequest. poss. & fru. ¶ Glos. in uer. prorogetur. utrūm cessante prorogatione semper iurisdictio finiatur finito tempore iudici præfixo. ¶ Conclusio sit, quòd † sententia lata post tempus præfixum à statuto est nulla: & hoc, quando tempus præfigitur causæ. Ita omnes hîc. Et tenet hoc Bald. in l. obseruare, §. proficisci. ff. de offic. proconsi. in iij. q. Idem tenet etiam Bal. in c. j. §. si de inuesti. inter do. & uasis or. Et idem tenet in l. properandum. in princ. C. de iudic. Idem tenet Paul. de Cast. consil. cccxxxiij. incip. Videtur dicendū. & Lud. approbat hoc cōsil. ccccxxv. & cccxxvij. ¶ Limita primò, nisi statutum imponeret pœnam iudici non expedienti: quia tunc sententia lata post tempus præfixum ualet, dum modò feratur in instantia iuris communis, ut omnes hîc. ¶ Secundò limita, nisi post tempus ferretur sententia absolutoria: quia potest ferri etiam post tempus præfixum. Ita posuit Angel. in d. l. properandum. C. de iudic. Et dicit esse text. singul. in l. final. C. ut intra certum tempus. ubi dicit text. biennio elapso, & non terminata causa, reus absoluatur. Et hoc est uerum, præter quàm in casu l. penult. C. de naufrag. libr. xj. ubi Angelus dicit, quòd est speciale in casu illo: & ita respondet.

a *Delegatus] Adde tu, quòd in tantum tenet hic Fel. quòd delegatus potest mulctare, quòd Bart. in l. j. ff. si quis ius dicen. non obtem. tenuit, quòd delegatus non possit mulctare, nisi ista potestas sit ei cōcessa per delegantem, per tex. in l. ij. ff. de iudic. in §. fin. Adde gloss. in l. si qua pœna. & ibi Bartol. ff. de uerb. signi. & gloss. in l. eos. C. de mod. mul. Adde tamen, quòd ueritas est ista, q delegatus principis potest mulctare. Et ita loquitur gloss. in c. pastoralis. j. eodem. in gloss. antepen. Adde etiam, an iudex delegatus possit contra cōsuetudinem, uel inobedientem banire.*

¶ Tertiò limita, nisi reus in iudicio esset confessus: quia tunc licet pereat tempus, non perit illa cōfessio, sed potest ferri sententia post lapsum terminum. Hoc uoluit Bal. in d. l. properandum. De hoc est tex. in c. j. & ij. de accus. in vj. & fuit dictum Innoc. in c. qualiter. el ij. de accus. & allegat ipsum Bar. in l. si cōfessus. ff. de cust. reo. ¶ Vltimò de ista materia uide per do. Mari. de Senis in rep. c. uenerabilis. de iudic. ¶ Glos. in 9 uerb. certa. Vtrūm † delegatus possit mulctare, uide glos. mag. in fi. in c. peruenit. xj. q. j. quæ dicit, q secundū iura nostra delegatus habet coercionem, ut quia potest interdicere & mulctare. Et allegat c. ex literis. j. eodē. Idem tenet Spec. in tit. de legā. §. sequitur. uer. item ad eius officium. Idem tenet Bal. in c. j. j. eod. ibi, do. Anto. idem tenet & Inn. in c. pastoralis. super uer. punire. j. eod. ¶ Contrarium tenet Hostien. in c. pro humani. de homicid. in vj. & ibi Domi. in §. j. ¶ Cōclusio sit ista, q delegatus[a] principis mulctare potest. Sed utrūm delegatus inferioris à principe, possit mulctare, est dubiū: & q nō possit, cōsuluit Ang. consi. viij. & istā teneo. ¶ Limitatur quatuor modis, in quibus delegatus inferioris possit mulctare. Et primò sgitur fallit, ubi iurisdictionem aliàs exercere non potest. Ita limitat Angel. in l. j. si quis ius dic. & d. consil. viij. ¶ Secundò fallit in delegato ad uniuersitatem causarū, etiamsi est delegatus inferioris. Glos. est in l. ij. C. de spor. pro qua gl. est gl. in c. cùm causam. j. de ap. quæ dicit, q æquiparatur ordinario. ¶ Tertiò fallit, quando potestas mulctandi esset sibi specialiter commissa, l. ij. in fi. ff. de iudic. ¶ Quartò fallit, ubi uellet mulctare officiales suos, putà nuncij, uel alium. Ita dicit Ang. in d. l. j. si quis ius di. ¶ Sed q indistinctè possit mulctare delegatus inferioris, probatur per tex. in capitulo, ex literis. j. eodem. ubi text. dicit, elusoria esset iurisdictio, si coerctionem aliquam non haberent: ergo potest excommunicare. ¶ Bart. in l. imperium. ff. de iur. omni. iu. ponit sex gradus meri imperij: & ibi dicit, quòd relegatio & deportatio sunt in quarto gradu meri imperij: in sexto gradu ponit impositionē mulctæ: sed excōmunicatio est meri imperij. Ita dicit Innocen. hîc. Excommunicatus æquiparatur relegato: glos. in c. pastoralis. §. uerùm. de appell. Sed delegatus potest excommunicare. Ergo si potest illud, quod est in quarto gradu, fortiùs potest illud, quod est in sexto gradu: & sic mulctare. Not. hoc argumentum: quia est stringens: & uide Angel. in d. consil. viij. ponit multa bona. ¶ Sed intellige, quòd potest delegatus mulctare: uerùm ubi contumacia impedit processum, uel damnificat aduersarium: aliàs nunquam potest mulctare. Ita uoluit Bald. in l. j. §. j. ff. si quis ius dic. Ita ibi exclamat de isto dicto Paul. de Castr. Et ita tenent domini de Rot. decis. cclxxix. ubi expressè tenent hoc: & allegat hanc decisionem Domi. in c. j. §. j. de elect. in vj. nisi iudex uideret, quòd idem non cōparêret in contemptum sui: quia tunc mulctare potest, l. si prætor. ff. de iudic. Pro ista declaratione habetis gloss. in capitulo, cupientes. §. quòd si. in uer. opponente. de elect. in vj. ubi dicit gl. quòd ubi potest expediri actus in absentia partis, potest expediri etiam in præsentia unius partis. Et illam allegat Abb. in c. fin. de do. contu. in prin. ¶ In gloss. ibi, quid si diuersæ sunt pœnæ. Moder. allegant gloss. in c. eos. in uer. per annum. de temp. ord. in vj. ubi dicit, quòd de iure antiquo erat alia pœna: & tamen non est correcta per hoc: & Pet. de Anch. in c. j. §. de constit. Sed uide Salic. in l. qui sepulchra. C. de sepulch. uio. ubi dicit, quòd † in dubio statutum uenit[b] ad corrigendum ius commune. Et quòd ubi pro delicto imponantur pœnæ diuersæ, sufficit imponere unam, & non omnes. Ita dicit Salic. ubi §. contra Bart. & Mod. Et de hoc ponit Ioan. An. in add. Spec. in tit. de pœna teme. liti. in §. j. ¶ Sed utrūm semel punitus possit iterū puniri: tex. est in c. felicis. de pœ. in vj. ubi probatur, quòd sic. Abbas, ponit in c.

num imponere? Bartol. in l. illicitas. §. fin. ff. de of fic. præsid. tenet, quòd sic. Considera: quia bannū mulctæ æquiparatur. Gl. est i l. j. §. ex hoc. ff. de uent. inspi. & in l. iij. §. ergo. ff. de suspe. tuto.

b *Statutum uenit] Pone, quòd plures sint pœnæ impositæ pro uno delicto à lege communi, postea supuenit statutum, quod imponit aliam pœnam nouam pro eodē delicto: an per pœnam statutariam sit sublata pœna iuris communis? Bal. in repeti. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de insti. & in l. nō est nouum. ff. de legi. dicit, quòd indistinctè pœna statuti est sequenda, & non pœna iuris communis. Et ratio est: quia potestas iurat seruare statuta, & iuramentum obligat in forma specifica. Text. in c. ad mortem. de iureiurā. Vide per Spe. & Ioan. An. in tit. de pœ. teme. li. per Bald. in l. j. in xj. oppo. C. de sum. trinit. & fide ca. & in l. placet. C. de sa. sanct. eccles. per domi. Alexan. in l. quicunq. C. de fer. fugiti. Adde, quòd Bald. in l. data opera. C. q accusa. non pos. tenet, quòd pœna statuti facit cessare pœnam legis communis. Et istam opinionem Bal. sequitur Pet. de Anch. in c. canonū statuta. de constit. in uersic. quæro, utrūm.*

tuæ.

tuæ. de procur. in j. colum. ¶ In gloss. in uer. infringas. Abb. hîc facit hanc gloss. singul. uidelicet quòd delegatus non potest dispensare super pœna: secus in ordinario. Dicit hîc Hostien. quòd ordinarius nō debet omittere pœnam iuris communis: & si omittit, efficitur infamis, l. seruos. C. ad l. Iul: de ui priua. Hoc dictum Hostien. allegat Roma. sing. suo lxxix. incip, Veni tu. col. xviij. ubi multùm exclamat. Et ibi subdit, quòd est etiā una alia pœna, quàm infamiæ, qua punitur talis iudex: scilicet, quia punitur eadem pœna, qua puniēdus erat delinquens, per l. fi. C. ne fac. baptif. reiter. ¶ Dicunt hîc Moder. quòd ex causa permittitur, quòd procurator generalis rumpat mandatum specialis. Allegant l. si hominem. ff. mād. Vide in c. j. de constit. ubi dixi anno præterito in scriptis.

c. præteri ea.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Delegatus potest citare per simplicem causæ commissionem, & exercere reliqua ad causam pertinentia.*
Et ibi etiam, quæ dicatur simplex commissio, in uersic. & dicit hîc Cardi.
2 *Delegatus an possit punire testes falsum coram se deponentes.*
3 *Et quid in delegato inferiori à principe.*
4 *Commisso uno, censentur omnia commissa, sine quibus commissio exerceri non potest.*
5 *Dispensatio extenditur ad cōnexa, sine quibus dispensatio stare non potest.*

CAPITVLVM V.

1 Ræterea. ¶ Per simplicem commissionem causæ potest delegatus citare† cōtumacem, punire, & reliqua ad causam spectantia exercere. Et est bona decret. in text. ibi, postquam ei causa simpliciter, iuncta glo. not. ¶ Et dicit hîc Card. quòd illa dicitur simplex commissio, quæ nullam formam habet, & quasi generalis. Et dicit, quòd hoc probatur, quòd per uerbum Simpliciter, imponitur, id est iusticiam facias. Et dicit, quòd dictum in se est uerum, sed quòd gloss. ista hoc non probat. Vos allegabitis text. cum gloss. in c. is, qui. de elec. in vj. iuncto text. in c. ut circa. eod. tit. & l. b. & ibi Domi. Secundò de hoc est text. in c. ej, cui. de præben. in vj. & ibi gloss. dicit, quòd Papa dicitur simpliciter scribere, quoties non derogat statutis, uel consuetudinibus. Et uide Bald. in l. j. C. de ædil. act. ubi ponit ix. significationes istius uerbi. Et dicit ibi, pone, quòd sta tutum dicat, quòd debeatur responderi positioni simpliciter: tunc si est captus unus pro homicidio, iudex uult, quòd respondeat simpliciter: ille dicit, nō occidi: sed si occidi, feci ad defensionem meam: & dicit quòd ista responsio est simplex: quāquam in hoc Bal. contrarium uoluit in l. unica, C. de confes. & etiam Bal. & Angel. in l. manifestissimi. C. de fur. Tamē ueritas est, quòd omnino illa responsio ualet, quantum ad hoc, quòd satisfaciat statuto, quo cauetur, quòd simpliciter respondeatur positionibus. ¶ Vlteriùs de isto uer.

a *§. Si quis simpliciter] Et ibidem uide domi. Alexan. de imol. ad fi. & in l. ea, quæ. xj. quæst. C. de condi. indebi. & in d. l. manifestissimi. in princ. in ultimis uerbis.*

simpliciter. uide Bar. in l. j. §. si quis simpliciter[a]. ff. de uerb. obligat. ubi dicit, quòd si unus interrogatus, Habuisti pecuniam, respondet & dicit, Non habui: sed si habui, exposui in utilitatē tuam, quòd non dicitur respondisse simpliciter. Sed Paul. de Castr. & Rap. dicunt se consuluisse cōtra Bartol. in d. §. si quis simpliciter, dicentes, quòd ista est una simplex negatio cum una modificatione, & quòd est simplex locutio. Et in hoc exemplo esset satisfactum statuto, de quo uerbo ponit etiā Lud. Ro. in d. §. si quis simpliciter. & Angel. in l. apertissimi. C. de fur.

¶ In text. ibi, Seueritate ecclesiastica. Dicunt Doc. quòd importat cōdemnationem hoc uerbum: & sic est plus, 2 quàm si dicatur censura ecclesiastica. ¶ In text. ibi, † plenariam potestatem. Dicit hîc Bald. quòd delegatus potest coram se testes falsum deponentes punire, per l. nullum. C. de testi. & potest eligere locum, nūcium, & tabellionem. Inno. in c. dilectus. j. de pœnis. dicit, q potest punire officiales delinquētes in officio iurisdictionis, aliàs habet remittere ad ordinarium. ¶ Moder. super isto uer. plenariam. primò allegant gloss. in l. si in aliam. §. cùm plenissimam. ff. de offic. proconsu. ubi gl. dicit Plenissimam, id est, merum & mixtum imperium. ¶ Secundò allegant gloss. in clemen. j. in uerb. fecisse. in fi. de proba. quæ dicit, quòd ubi lex dicit, quòd talis probatio habeat plenissimam fidem, quòd nō admittitur probatio in contrarium: & allegant gloss. in c. ij. xj. distinct. quæ dicit, quòd Papa habet plenariam potestatem, & episcopus semiplenam. Et allegant gloss. in c. conquestus. de for. comper. & tex. in c. suborta. in uer. plenariam libertatem. de re iudic. Ludo. de Ro. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. ¶ Sed ultra omnes allegabitis uos gloss. in clemen. j. in uer. omnimodam. de foro compet. ubi gloss. dicit, quòd si alicui concedi-
b tur omnimoda iurisdictio, quòd ueniat omnis iurisdictio[b]: & Innoc. in c. pastoralis. prope fi. de priuile. ubi dicit, quòd uerbum Pleno iure, importat temporale & spirituale, &c. Bal. in l. j. in princ. C. de reuo. don. ubi dicit, quòd ille possidet pleno iure, qui colligit fructus & di-
6 sponit pro libito suo[c]: & Anto. consil. suo. xxix. ¶ Quærit hîc Abb. an delegatus potest punire testes delinquentes coram se? & dicit, quòd sic. Bartol. uerò in l. diuus. la. j. ff. de fal. ubi quæritur, si potest punire falsum testem? dicit, quòd nō: sed quòd debet remittere ad ordinarium. Et idem uoluit in l. ij. ff. de iurisdic. om. iudic. & idem uoluit Angel. in l. si uacantia. C. de bon. uac. lib. xj. in repeti. In contrarium est gloss. in clemen. j. in gloss. j. de offic. deleg. quæ dicit, quòd delegatus potest
3 punire testes. ¶ Sed dicas, quòd † delegatus principis potest punire testem falsum deponē tem: delegatus uerò inferioris non potest, nisi propter illam falsitatem impediretur processus, ut dicit Ioan. An. in Spe. in ti. de teste. §. j. uer. quid de delegato. Hanc distinctionem sequitur Ioan. de Ana. in c. j. de cri. fal. & facit, quod not. Imol. in clemē. j. de hære. ubi dicit, quòd inquisitor potest punire testem coram se falsum deponentē. ¶ Sed q omnis delegatus possit punire testē coram se falsum deponentem, facit, quia ratione incidētiæ iudex efficitur de incōpetenti competēs, ut de hoc est tex. in c. causam. in ij. responso, de resti. in inte. & tex. in l. cùm proponas. C. de rebus cre. & ponit Bartol. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. ubi allegat tex. in l. iiij. ff. fini. reg. Vnde licet delegatus non sit ordinarius, si tamen testis deponit falsum coram eo, ratione istius falsitatis incidentis debet posse punire. Sed respondeo ad hoc de incidentibus, quòd est uerum respectu partis, non autem respectu tertij, & sic testis: quia non est iudex ipsius, sed partium, quæ litigant inter se, & sic efficitur iudex de eo, quod incidit inter partes: quia causa
4 commissa censetur, &c. non autem tertij. ¶ Not. quòd † uno commisso cēsentur omnia commissa, &c. Moder. allegant hîc Bald. in l. prima. C. si rector pro uinc. ubi dicit, quòd si est data potestas prioribus super iustitia ministranda, quòd eligere possunt potestatem. Secundò Bartol. in lege, seruos. ff. de ali. & cib. leg. ubi quærit, seruus agere non potest, tamen de iure naturali

b *Omnis iurisdictio] Adde, quæ habentur per authen. in c. grauc. j. de offic. tu. ord.*

c *Pro libito suo] Sed quid, si ponatur in substitutione? Dic, quòd sic, ut intelligi debet, ut per Paul. de Castr. in consil. clxviij. alias clij. incip. An cā, quæ uertitur. ubi etiā, an excludat Falcidiam?*

naturali aliqua permittuntur sibi: nūquid poterit agere super ipsis sibi permissis? & dicit, quòd sic: & text. & ibi Ioan. And. in c. ex parte. de accusat. ubi monachus accusat abbatem. Tertiò allegant Abb. in c.ij. de procur. ubi dicit, quòd ambasiatores ad componendum pacem possunt apponere pœnam rumpenti pacem. Quartò Ang. in l. bene à Zenone. de quadri. præscript. ubi procurator ad uendendum potest promittere de euictione. Ita resident Moder. ¶ Vltra quos ego primò adduco ad hoc consil. Angel. cclxxxix. incip. Thema. ubi dicit, quòd de hoc est casus in l.j. C. de nauic. lib. xj. Quod not. diligenter, secundum ipsum. ¶ Secundò Bartol. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. faci. ubi quærit, si sunt deputati officiales super abundantia, utrùm possint antecedentia, & etiam sequentia ad hoc: & ibi dicit, quòd sic, quòd omnia possunt, per quæ deuenitur ad ipsam abundantiam: quia illud dicitur principale in una commissione, per quod deuenitur ad finē ipsius commissionis. Item Paul. de Cast. consil. cccxxij. incip. Quoniam adiectione. ubi dicit, quòd per priuilegium datum uni super charitatiuo subsidio à quibuscunq; potest etiam inuitos cogere, quòd soluant: & Abb. in c. cùm oporteat. de accusat. ubi uide. ¶ Capio glos. in uer. simpliciter. quæ declarata est in not. j. ¶ Glos. in uer. coercere. clara est. ¶ Capio glos. fi. Concesso uno, uidentur omnia concessa, sine quibus illud

a expediri non potest: & uide Innocē. in c. cùm Bertoldus. in uerb. alijs. de re iudic. ubi dicit, quòd cōmissa examinatione testium, potest ille facere interrogatoria. ¶ Secundò Bald. in c. si pro debilitate. ē. eo. ubi dicit, q; si statutū dat antianis potestatē iudicādi cū cōsilio decem bonorū uirorū, q; ipsi poterunt eos eligere: quia si non eligerent, nihil possent facere. ¶ Tertiò Ioan. And. in rub. de execu. senten. in addi. ad Spec. ubi dicit: erant duo fratres, qui successerant in dominio, regnum non diuiditur, sed exercitium iurisdictionis: unus uolebat erigere furcas in territorio alterius fratris, dicebat ille, non potes: & ille dicebat, quòd non habebat locum, ubi posset erigere: & dicit ibi Ioan. An. quòd ille potest erigere furcas, ex quo commodè non potest exercere iusticiam. Et allegat istum text. ¶ Quartò Angel. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. maiest. ubi dicit, quòd si in statuto dicitur, quòd in crimine adulterij admittantur testes, nunquid per istos testes possint probari adminicula adulterij? & dicit, quòd sic, si adulterium sine istis adminiculis probari non potest. Et allegat istum text. Secus, si adminicula non essent necessaria. Et Bald. in authen. si dicatur. C. de testibus. ¶ Limita omnia predicta duob. modis. Primò, dum modò principale nullo modo expediri posset: secus, si expediri potest, sed non ita cōmodè & bene. Ita uoluit Domi. in c. solet. de senten. excom. in penult. col. in vj. ubi dicit, quòd delegatus non potest absoluere testes excommunicatos ad tempus: quia sola absolutio temporalis pertinet solùm ad Papam, c. uenientes. de testibus. Et dicit, quòd licet causa expediri non potest ita commodè, quòd hoc non obstat: quia inuenientur alij testes. ¶ Secundò allego pro ista limitatione Angel. in l.ij. ff. de iur. om. iudic. ubi dicit, quòd testis, qui debet examinari super principali, & iurauit sup hoc, potest examinari etiā super connexis: intellige necessarijs: secus, si illa connexa non essent necessaria. Et pro ista limitatione est consilium Lud. cccclxj. incip. In eo, quod quæritur, an per. ubi consuluit, quòd ambasiator Senensis iuit ad regem Apuliæ, & obtinuit, quòd posset extrahere frumentum ex regno Apuliæ: ille emit unam magnam quantitatem frumenti, & obligauit populum: & consuluit Lud. quòd teneretur ille de suo proprio:

a Non potest] *Adde, quæ ad hæc habētur per authen. in c. sunt & alij. ē. de rescript. & quod ibi in apostillis dixi.*

quia nō uidebatur ei concessum hoc, quòd posset emere: quia qui uult antecedens, non uidetur uelle consequens. Vnde illa emptio fuit imputata sibi. Et ibi dicit, Concesso consequenti, nō uidetur cōcessum antecedens, quando antecedens per se etiam stare potest. Et allegat l.j. §. igitur. ff. de exercit. ¶ Item allego Anto. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. ubi dicit, Dispensatio † extenditur ad connexa, sine quibus dispensatio stare non potest: secus, si dispensatio stare posset sine cō nexo: putà, si est dispēsatum cum uno illegitimo, quòd possit presbyterari: nihil dicitur de diaconatu, & subdiaconatu. Dicit, quòd ista cōnexa necessaria uenisunt ad dispensationem. Sed ubi non sunt necessaria connexa, non uenisunt, ut si impetrauit dispensationem super natalibus, non potest habere beneficium, ex quo non fuit dispensatum super hoc: & imputetur ei, qui non impetrauit dispensationem super beneficio: quia bene potest esse, quòd quis sit presbyter, & tamen sit sine beneficio. ¶ Secunda limitatio, nisi illa talia essent de reseruatis Papæ: qa & si iurisdictio nullo modo expediri posset, illa tamen non uiderentur concessa. Dicit Abb. in c. prudentiam. §. fexta. ī. eo. ubi dicit, quòd excommunicatus à Papa non potest absolui à delegato. Et si dicas, hoc modo iurisdictio expediri non poterit, dicit ipse, fateor hoc: sed tamen, quia hoc est reseruatū Papæ, nō poterit delegatus, & imputet sibi excommunicatus, cur nō uadit ad Papam, & facit se absolui. Pro quo facit c. quo ad translationem. de offic. deleg. ¶ Tertiò limita, nisi ea, sine quibus non potest negotium expediri, sint alio iure sibi prohibita. Ita Domi. in c.ij. pen. col. de hære. in vj. Et de hac materia uide Io. An. in regula, cùm quid una uia. de reg. iu. in Mercu. ¶ Secundò Cald. in disputatione, quæ incipit, Papa dedit conseruatores monasterio.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Delegatus potest uices suas collegæ suo, aut alteri committere.*

CAPITVLVM VI.

1 Vamuis. ¶ Si causa pluribus est commissa, potest quilibet eam causam delegare. H. D. ¶ Vtrùm † iste coniudex, cui unus cōmisit uices suas, possit ferre diuersas sententias, ex quo fungitur uice duarum personarum? Vinc. dicit hîc, quòd non: sed debet ferre unam sententiam, per c. pen. de elec. in vj. ubi ille, cui cōmittitur uox alterius: & sic habet duas uoces, non potest eligere duos, nec uariare. Pro hoc allego Abb. in c. cōstitutus. el ij. de appel. ubi dicit, quòd ille, qui habet eligere unū nomine alterius, peccat mortaliter, si non eligit optimum nomine illius, quem & ipse nomine suo tenebatur eligere: & fundat se super illo c. pen. Secus, si ille dixisset, Do tibi uocem meam, ut eligas talem: quia tunc debet dicere, Eligo talem nomine talis. Secūdò Abb. in c. cùm olim. in v. col. de re iudi. ubi dicit, putà est unus archipresbyter & canonicus: pone, quòd habet duas uoces, non potest dare unam uocem tanquam canonicus, & aliam tanquam archipresbyter. Et Lu. fing. lxxviij. incī. scholaris, cui cōmissa est. ubi dicit, q; in electione rectoris unus scholaris nō potest dare uocē sibi cōmissam uni, & alterā, s. suā alij. Quod no. & Lud. in l.ij. in prin. ff. de uerb. ob. ubi dicit, quòd ille, qui habet duas uoces, non potest dare, nisi uni: aliàs non ualet, & Lapus allegat. xxij. incip. An sufficiat. ubi dicit, quòd procurator trium patronorum non potuit tres eligere, unumquemq; nomine unius patroni, sed debuit eligere unū solum. ¶ Quærit hîc Bald. pone, quòd statutum est, quòd consules mercatorum non possint iudicare, nisi tres ex eis interfint: & dicit Bald. quòd non possunt alteri committere uices suas: quia commissio corporalis delegari non potest

c. significasti.

test, quia statutum considerat industriam personæ. Vide Soci. in scriptis in hoc c. & tex. in c. licet ex quadam. de testi. ubi dicit, quòd testis debet corporali iuramento iurare: quia uidetur industria personæ electa. Vide hoc in c. sequenti.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Delegatus inferioris à principe, an possit exequi suam sententiam.*

2 *Delegatus an possit inuocare brachium seculare pro executione sue sententiæ.*

3 *Delegatus si uult per se exequi sententiam in habitu militari, an possit.*

4 *Episcopus an possit tenere familiares armatos.*

5 *Rector uniuersitatis an & quando possit exequi sententiam suam.*

CAPITVLVM VII.

1 Significasti. ¶ Delegatus Papæ exequitur suam sententiam, quam non exequitur is, cui cōmiserat exequendam. ¶ Vtrùm † delegatus inferioris à principe possit mandare executioni sententiam suam? Conclusio sit, quòd non potest exequi, nec mittere in possessionem. ¶ Potest tamen exequi cōminando sub pœna, uel excommunicando, per c. ex literis. ī. eod. in uerbo, si nullam haberet coercionem, frustratoria esset commissio. Et tenet in c. cùm ab ecclesiarum. j. tit. proxi. & tenet Ioan. And. Anto. & Imol. in c. si quis contra clericum. de foro compet. & hoc communiter tenetur. ¶ Sed Ioan. de Imol. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. dicit, quòd delegatus inferioris à principe, de iure canonico potest exequi omni modo, etiam mittendo in possessionē: quia de iure canonico, quicquid est cognoscibile, est delegabile. Ergo poterit exequi mittendo etiam in possessionem. Anto. in d. c. si quid contra clericum. tenet contrarium: quia licet de iure Canonico possit mittere in possessionem, est uerum, si expri matur, quòd possit mittere in possessionem. Et allegat Spec. in tit. de execu. senten. §. nunc dicendum. ubi hoc uoluit. ¶ Sed ego teneo cum Ioan. de Imol. loco prælleg. quòd delegatus inferioris à principe de iure Canonico possit exequi sententiam eo modo, quo delegatus principis: quia cessat ratio meri & mixti imperij, quam Legistæ considerant. ¶ Vtrùm delegatus Papæ

a per se possit exequi sententiam suā? Text. iste uidetur dicere, q; non: quia hîc requiritur, q; prius inuocet auxilium ordinarij. ¶ Contrarium tenent omnes hîc, quòd imò lata sententia possit exequi. Et ad istum tex. dicunt, quòd fuit ita accidētia facti: quia ita accidit, quòd iste delegatus ita impe-

2 trauit auxilium ordinarij. ¶ Vtrùm † delegatus possit inuocare brachium

b seculare? pro executione sententiæ suę latæ per se? Primò habetis allegare Arch. in c. administratores. xxiij. q. v. ubi dicit, quòd delegatus potest inuocare auxilium brachij secularis, omisso ordinario loci. ¶ Secundò allego Feder. de Sen. consil. clxiij. incip. In Christi nomine: super inuocatione. ubi idem tenet, quòd Arch. & est in terminis illud consilium. ¶ Tertiò allego Card. qui plenius loquitur, in clemen. j. in x. q. de offic. delega. ubi dicit, quòd aut executio est facienda in possess. laicorum: & tunc debet requirere auxilium secularis per uiā simplicis requisitionis, hoc est, quòd executio committatur simpliciter eis. Si uerò de rebus ecclesiasticis: & tūc si non potest, tunc inuocet ecclesiasticum ordinarium: & si non potest, inuocet brachium seculare: & sic sunt tres gradus. Primò per seipsum, postea per ordinariū ecclesiasticum: postea si nō possunt ambo, inuocet tūc brachium seculare, quod no. etiam ad superiora. Et habes tres decisiones. ¶ Quartò Domi. in c. ut officium. §. denicq. de hæret. in vj. ubi dicit, quòd Lap. ibi dicit, q; curia seruat, quòd delegati non inuocant brachium seculare, nisi in delegatione exprimatur. ¶ Vltimò allego consilium Paul. de Cast. xxxix. incip. In Christi nomine: uisis actis tractatis in captura Thomasij. & ibi est de hoc bona decisio: & dicit ibi Paul. delegatum posse inuocare brachium seculare, est uerum: & etiam, quòd possit incipere ab inuocatione brachij secularis, nisi sit data forma in rescripto. Pone enim, quòd rescriptum dicit, Excommunices, si non timet, tunc inuoces brachium seculare: ille uero prius incœpit à captura: consuluit Paul. contra istum delegatum, quòd tenetur ad expensas quas fecerat ille ratione capturæ, & ad omnia damna: quia non seruauit formam rescripti: & sic processus fuit nullus, per c. cùm dilecta. de rescrip. Quod not. Et hæc est limitatio ad materiam. ¶ Vltimò Anto. in c. tanta. de excess. prælat. dicit no. prò & contrà, quòd delegatus potest inuocare brachium seculare. Tamen teneatis prædicta hoc non obstāte, & tene menti. ¶ De ordinario dicam in c.j. de offic. ordi. quando potest in-

3 uocare. ¶ Vtrùm † delegatus, si per se uult exequi sententiam in habitu militari, possit: dicas, quòd communiter tenetur, quòd non. ¶ Moder. allegant Angel. in l. j. in princ. ff. si quis ius dic. & in l. qui restituere. ff. de rei uen. & in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. Ego pro hac opin. communi allego Innocen. in c. cùm olim. el ij. super uerbo, per portarium. de priuile. in princ. ubi dicit, quòd merus executor Papæ non potest mouere arma pro executione: sed si resistitur ei, reuertatur. Et uide Angel. in l. ordo. C. de execu. rei iudic. ubi dicit, quòd non potest mouere arma delegatus. Secundò Angel. in d. l. iustè. ubi dicit, nec; merus executor, nec; delegatus mouebit arma. Allegat Innocen. in d. c. cùm olim. & uide etiam Angel. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. ubi dicit, quòd executor principis non infert uiolentiam, nisi sibi specialiter committatur, & Angel. in l. si quis missus. ff. ne uis fiat ei. ubi tenet idem, & allegat Innocen. in d. c. cùm olim. ¶ Sed gloss. in c. ex literis. ī. eo. dicit, quòd si delegatus exequitur sententiam iniustam, potest ei resisti. Ergo si est iusta, non potest ei resisti, & ipse eis potest iustè resistere. Secundò uide Abb. in c. de cætero. de re iudic. ubi ponitur materia executorum. Et ibi dixit Abb. quòd Angel. non intellexit Innocen. in d. c. cùm olim. quia Innoc. uult, quòd ubi sententia lata fuit in præsentia partiū, si resistitur huic executioni, potest mouere arma: & dicit, quòd merus executor non potest mouere arma: sed si lata est sententia super re illa, super qua fienda est executio, quòd potest mouere & cogere. Abb. hîc loquitur de delegato: & in c. de cætero. de re iudic. loquitur de executore. ¶ Nunc uideamus, si est idem in delegato. Et quòd sit, arguitur sic. Delegatus potest committere executionē. Sed executor super re iam sententiata & iudicata potest mouere arma. Si ergo executor delegati potest mouere arma super re, super qua lata est iam sententia: ergo & delegatus: quia propter quod unumquodq; tale, & illud magis, ut iuribus uulgaribus. ¶ Secundò arguitur: appellatione delegatorum uenient executores, c. si super gratia. eo. tit. lib. vj. iuncta gl. tunc sic, si executor est delegatus: & executor super re iudicata potest mouere ar-

4 ma: ergo & delegatus. ¶ Vtrùm † episcopus possit habere familiares armatos? Abb. tenet, quòd non, nisi haberet iurisdictionem temporalē. Moder. dicūt, q; Abb. malè loquitur: primò dicunt ipsi, Miramur de do. Ab. quòd non allegauit Bald. in l. nam salutem. §. fin. ff.

de

de offic. pręf. uigi. ¶ Secundò contra Abb. est consilium Old. lxxxix. ubi dicit, quòd ecclesiasticus nō debet inuocare secularem, nisi quando aliud non potest. Ergo signum est, quòd quādo fecit, quicquid potuit, quòd etiam mouit arma. Item concesso principali cōceditur accessorium, c. præterea. 3. eo. Item cùm fuit interdicta potestas gladij Petro, debet intelligi, scilicet de illicita: secus, si de licita. Sed uide Abb. in c. cùm nō ab hoc homine. in pe. no. de iudic. ubi replicat opi. suā, quam posuit hîc, quòd episcopus non potest tenere familiā armatam. Et ita teneo cum Ab. pro quo facit c. inter hæc. xxxiij. q. ij. & c. si filius. de testa. ¶ Vtrùm delegatus Papę possit dare possessionem in rebus laicorum. Inno. hîc dicit, quòd delegatus Papæ non dat possessionem in rebus laicorum, sed mandat, ut exequantur à iudice laico. Moder. hîc allegant Angel. in l. fi. C. de iudic. ubi retulit dictum Inn. & sequitur. Et limitat, nisi ille locus esset subiectus Papæ temporaliter: quia tūc potest mittere in possessionem laicorum [a]. Secundò allegant Inno. in c. pro humani. de homi. in vj. ubi dicit, quòd episcopus nō debet exercere iurisdictionem temporalem contra laicum sibi non subiectum. Item allegat Bal. in l. eos. C. de usu. & allegat gl. in clē. ij. de iudi. in uer. ecclesiasticus. ¶ Sed Mod. tandem tenent, quòd delegati Papæ possunt mittere in possessionem prædiorum laicorum. Mouentur per dictum Inn. in c. j. de mutu. pet. ubi dicit, quòd iudex laicus exequitur sententiam suam in bonis clerici cōrā eo reconuenti. Ergo si secularis non cōmittit executionem episcopo, eodem modo ecclesiasticus non cōmittet laico. Secundò mouentur per tex. in l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorū. ubi pupillus, qui uoluit alienare fundum, accessit ad iudicem, ut interponeret decretum ad fundum alienandum, qui tamē non erat in territorio iudicis domicilij. Sicut ergo ibi iudex domicilij potuit dare authoritatem: ergo eodem modo erit in proposito nostro. ¶ Pro cōmuni opi. quòd non possit exequi in bonis laicorum, allego Car. in cle. j. de off. deleg. in x. q. Sed dicas, quòd iudex ecclesiasticus modestè facit non exequendo sententiam in bonis laicorum. Si uerò exequitur, executio tenebit. Sed cōmunis opi. procedit de urbanitate: Moder. uerò loquūtur de rigore: & potest. Et bene dicunt, quia episcopus potest punire laicum non sibi subiectum pro crimine spectāte ad ecclesiam. Ergo eodem modo poterit in bonis laicalib. exequi sententiā super rebus, super quib. possunt ferre sententiā. Et uide Domi. in c. cùm episcopus. de of. or. in vj. ubi dicit, quòd episcopus pro crimine potest retinere laicum in pœnā in perpetuos carceres. Quod
5 no. ¶ Vtrùm † rector possit sententiam suam exequi? Bald. hîc dicit, q̄ non. Imò non potest capi facere scholares, nisi statuto, uel cōsuetudine aliter caueatur. ¶ Et Car. simpliciter sequitur, Moder. uerò allegāt Spe. in ti. de execut. sen. §. nūc uidendum. ubi dicit, q̄ ordinarius debet exequi sententiam rectoris contra scholarē, nisi scholaris habeat bona mobilia. Sed Abb. in c. si quis contra clericum. de for. compe. dicit, quòd rector habet merum & mixtum imperium, & potest exequi sententiam suam. Et sic Bal. uoluit potiùs dicere, quòd ordinarius sit sibi obediens. Et Bart. idem tenet in l. à diuo. §. j. ff. de re iud. & uide Abb. in c. cùm olim. in fi. de consue. & uide, quæ ibi dixi, de quo feci magnum festum, quòd rector habet cognoscere super causa criminali, nisi consuetudo sit in contrarium, sicut est Bononiæ, & alibi, per quam derogatur authen. habita. C. ne fi. pro pa. quæ quidem authen. habet locum in studio nouo, ubi non est derogatū per consuetudinem. Ideo nō potuit potestas procedere cōtra illos scholares anno præterito, & potuit puniri in syndicatu, si esset alibi, quàm

a *Laicorū] Vide Bal. in Marg. uersi. deleg. uersi. xj. & do. Alexā. de imol. in l. ij. de iurisdi. om. iu.*

Pisis. Quod bene no. & tene menti. ¶ Capio gl. in uerbo, non uult. clara est, quia allegatura, quæ uidebuntur in tit. hoc examinando.

SVMMARIVM.

1 ¶ Sententia notoriè iniusta, an ualeat.
2 Resistere an sit licitum iudici.
3 Delegatus an possit mādare executioni transactionē cōtra se factā.

CAPITVLVM VIII.

SI quando. ¶ Si ordinarius scit eū non canonicè institutum, quem delegatus iubet mitti in possessionem, non resistet uiolenter, sed precibus
1 instabit, ut differatur, donec cōsulatur Papa. ¶ Vtrùm †
b sententia[b] notoriè iniusta ualeat, tangitur in c. inter cæteras. de re. iudic. & examinauit Bald. in l. ciues. C. de ap. & Lud. in l. admonendi. ff. de iureir. Abb. ponit in c. ij. de purg. uul. & in c. quoniam contra. de proba. ¶ Secundò no. quòd delegato procedenti iniustè, non resistitur. Text. est hîc. ¶ Ab. hîc tangit hoc, & Mod. referunt Abb. & postea allegant Bald. hîc, ubi dicit, quòd coloni & inquilini licet nō possideant, habent ius resistendi. Secundò allegant l. quoniam. C. de app. ubi dicitur, quòd assessores debent resistere potestati, quoties uult aliquid iniustè agere: & si non desistit, punitur in syndicatu, & sic subditi suis prælatis: & Bart. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. ubi dicit, quod aut iudex procedit sub uelamine iusticiæ, & nō potest resisti: aut non, & tūc resisti potest. Istē allegant glos. in l. ut uim. ff. de iusti. iu. & ubi gl. dicit, Vim ui repellere licet, scilicet contra priuatū, nō autem contra iudicem. Et allegant glos. in l. si quis prouocationibus. C. de ap. ubi dicit, quòd ante grauamen illatum irreparabile resisti potest iudici, & licitum est appellare. ¶ Sed faciamus conclusionem, quòd † iudici nō
2 est licitum resistere. Tex. est hîc. Adidē est text. in c. qui resistit. xj. q. iij. ubi qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et pro hoc est una glos. singularis in c. præsentium. vij. q. j. ubi glos. dicit, quòd contra iudicem non competit interdictum. Vnde ui: & allegat illam Abb. in c. ex insinuatione. in j. col. de procur. & facit eam sing. Et est pro hoc text. in l. addictos. C. de epis. scop. aud. ubi lex dicit, quòd non debent clerici resistere potestati & sententijs latis per eū. Et dicit ibi Bal. quòd ille, qui eripit, aliquem reum condemnatum de manibus familiæ potestatis, punitur, ac si fideiussisset pro illo, & patitur illam pœnā: & allegat An. de Barullo in lege j. C. de exac. tribu. Imò debet puniri, tanquam committens crimen læsæ maiestatis. Ita dicit Bart. in l. iij. in fi. ff. ad l. Iul. maiest. & hoc sequitur Angel. de Aret. in §. pœnales. Instit. de act. ¶ Fallit primò, nisi esset appellatum. Ita uoluit Innocen. hîc: ratio, quia post appellationem uidetur procedere, ut priuatus. Hoc dictum Innocent. sequitur Bald. in l. adictos. & dicit, quòd si cōsanguinei illius, qui ducitur ad mortē, appellant, & iudex non admittit, possunt uiolenter resistere, dū modò ille tertius, qui præstat auxilium, sit uocatus ab oppresso. Ita uoluit hîc Abb. ¶ Considera: quia Bar. in l. prohibitum. expressè tenet cōtrarium: sed habet locum opi. Bar. qñ præiudicium est irreparabile: secus, si est reparabile. Et p hoc est Bart. in l. non tantum. ff. de appel. recip. ubi dicit, q̄ pro reo iniustè condemnato potest tertius inuito reo appellare: quia quis nō est dominus membrorū suorū, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Et hinc est, quòd Ioan. An. in c. cùm C. laicus. de for. compe. in vj. dicit: pone, reus est condemnatus in x. & si nō soluit intra x. dies, incidetur sibi pes: pone, quòd ille dicit, nō expecteris istos x. dies, incidatis mihi pedem: dicit ibi Ioan. And. quòd non potest: imo tertius eo inuito potest pro eo soluere, & post liberationem repetere. Ergo eodem modo potest appellare non solùm eo petente, sed & eo inuito. Et q̄ in criminalibus reus nō possit renunciare, probo per l. pactum inter hæredem. in glos. fi. mag. ff. de pact. & Bar. in l. Stichus. ff. de pec. leg. ¶ Item declara istam fallentiam, dum modò certū sit appellationem tenere. Ita dicit hîc Abb. Quod intellige, dum modò grauamen sit reparabile. ¶ Secundò fallit, nisi iudex procedat extraiudicialiter grauando: quia licet non sit appellatum, dum modò grauamen sit irreparabile, indistinctè resisti potest. Ita tenent omnes hîc, ita intelligentes l. prohibitum. C. de iur. fis. Pro hoc est text. in c. ij. de consti. in vj. in fin. ubi dicitur, quòd extra territorium iudicis potest quis non ei parēre. Ergo resistere. Et sic intellige, quòd ubi datur prærogatiua uni ratione certi officij, illa prærogatiua nihil operat, quatenus ille aliquid quærit, & facit extra officium. Hoc probat istud delictum, pro quo allego Bart. in extraua. qui sint rebel. super uer. rebellando. in princ. ubi dicit, quòd si officialis facit extra officium aliquid, & resistitur, non est rebellis resistens: sed bene esset rebellis, si faceret in officio. ¶ Secundò adduco Bal. in l. ab executione. in pe. col. C. quo. app. ubi quærit, utrùm liceat resistere executori? & dicit, quòd aut exequitur sine authoritate superioris, & tunc est licitum resistere: aut cum authoritate superioris, & tunc nō est licitum. ¶ Tertiò allego Abb. in c. dilectus. el j. 5. de rescript. ubi dicit, quòd spoliatus à iudice non resistit, saluo nisi sit spoliatus à iudice, nō tanquam iudice, sed tanquam priuato. Item allego Bal. in l. si quis in tantam. C. unde ui. ubi text. dicit, quòd rapiēs rem suā apud aliū, perdit eam: pone, dicit ipse, iudex expellit unū de re aliqua, & habet partem in illa re: dicit,

b *Vtrùm sententia] Adde tu, q̄ cōmuniter tenentur per Scribentes in c. inter cæteras. de re iudic. & per Inno. in c. fraternitatis. de frigid. & per do. Ant. de But. in c. suam. de pœn. & p Bal. in l. j. in pe nult. colū. in uer. sed quid. C. ne fili. pro pat. quòd notorietas iniusticiæ reddit sententiam nullam. Adde, quòd tun. in c. pl erunq;. de immut. eccl. dicit unū singulare dictū, quòd si pars, pro qua lata est sententia, confitetur eam iniustā, quòd debet retractari. Fortiùs dicit ipse, retractāda est, ubi notoriè cōstat de eius iniusticia: & maximè de iure Canonico: quia non debet permittere, quem retinere rē cum pacto. Et ista est cōmunis opi. Adde tu, quòd pulchrum est uidere, utrùm sententia lata cōtra ius litigatoris, quæ transiuit in rem iudicatā, posit retractari, uel aliquo remedio subueniri parti, contra quā lata est sententia? Hostien. in c. ij. de purg. uul. tangit istam difficultatem, & dicit, q̄ ctum*

licet nō debeat in re ordinario retractari, potest tamen peti restitutio in integrum ex causa generali, ut in c. ex literis. de restit. in integ. & in l. j. ff. ex qui. cau. ma. Et idem sentit glos. in l. fideiuss. §. in omnibus. ff. man. Et istam opin. Hosti. Canonistæ cōmuniter sequūtur in d. c. ij. Adde, quòd Doct. iuris ciuilis tenent contra Hostien. & dicunt, q̄ quando sententia est lata cōtra ius litigatoris, si transiuit in rem iudicatam, ex quo fecit ius inter partes, nō potest tolli illud ius. Ita Bart. in l. ij. C. quando prouoc. non est nec. Et adde not. per Scribentes in l. j. C. de cōd. inde. Adde & limita, quòd si à principe, petatur hæc restitutio in integrum, & concedatur, quòd ualet concessio: nam solius principis est hoc concedere, ut est text. in l. diui. ff. de pœn. & ibi Bart. Nam sententia facit ius inter partes, ut i c. cùm inter. de re iudic. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. Inferior à principe non potest tollere ius parti quæsitum, ut in l. j. & ij. C. sent. rescin. non pos. Et istud inter partes ius tenuit do. Abb. in c. ij. de pur. uul. in fin. Adde ad ista, quòd do. Alex. in l. ij. C. quādo prouo. non est ne. in apostillis suis, ponit quatuor limitationes, in quib. etiam sententia lata contra ius litigatoris est nulla ipso iure. Adde

quòd si ille expulit, aut illam rem abstulit, ut priuatus, tenetur ea l. & perdit partem, quam habet. ¶ Item allego Innocētium v. in extraua. Apostolicæ. ubi dicit, quòd officiales Papæ non tenentur respondere, nisi coram Papa. Dicit ibi Innocent. hoc est uerū, quoties per hoc turbatur officiū eorum: sed pone, quòd sunt aliqui, qui non exercent officium, tunc possent conueniri etiam apud alios iudices. Et allego pro hoc Car. in cle. j. §. fin. in iiij. q. de hære. ubi text. dicit, quòd inquisitores debeant habere familiam armatam: pone, quòd unus habebat priuatam inimicitiam cum uno officiali, & percussit eum, quis puniet ipsum percutientem? Dicit ibi Innoc. quòd ordinarius punietur: quia tunc ille percussus non exercebat officium, & ille percutiens nolebat impedire officium, sed priuata inimicitia eum offendit: & ratio est, quia tunc cessat illa prærogatiua. ¶ Item allego Bart. in l. fin. ff. nau. cau. fe. ubi dicit, quòd potestas tenetur de delicto familiæ, l. nec magistratibus. de iniur. dicit ibi, q̄ tenetur de delicto exercendo officium: secus, si commisit non exercendo officiū suum: quia non tenebitur [a]. ¶ Vltimò allego Lud. in consil. ccv. incip. In puncto. ubi dicit, statuto cauetur, quòd debet stari libris mercatorum: modò unus mercator fecit unam partitam, quæ non continebat factū mercantiæ: consuluit, quòd non daretur fides: quia intelligitur, quòd datur fides in rebus mercantię, non autem in alijs rebus data est illa prærogatiua: quia limitata causa limitatum parit effectum, l. in agris. ff. de acqui. re. do.
¶ Tertiò fallit, ubi grauamen est irreparabile: quia tunc potest indistinctè iudici resisti. Ita omnes hîc. Pro quo primò allego text. in c. non inferenda. xxiij. q. iiij. ubi text. dicit, eripe eū, qui ducitur ad mortem: dicit glos. f. hoc est uerum, quando ducitur iniustè: si est dubium, debet supplicari. Secundò glos. in c. hi, qui. xiiij. q. vj. ubi glos. dicit, iniustè condemnatum omnibus modis eripe. Et Pet. de Anc. in repe. regulæ, ea quæ. in xj. col. de reg. iu. in vj. ubi idem tenet: & de hoc text. in l. si quis prouocatione. C. quo. appel. ubi Bal. idem tenet: & Car. in cle. j. in iij. oppo. de re iud. ubi dicit, quòd non auditur ille, qui uult opponere contra tres sententias latas, nisi esset grauamen irreparabile. Et est dictum Paul. de Leaza. ibi. Idem tenet Bal. in l. per hanc. C. de temp. app. ubi dicit, quòd in interlocutoria à grauamine irreparabili nō debet causa exprimi in appellatione: & ualet appellatio, si non exprimatur. Item allego tex. in l. ij. §. j. ff. de app. nō reci. ubi text. uult, quòd posit etiam de iure ciuili appellari ab interlocutoria, quoties est grauamen irreparabile. Quod bene not.
¶ Vltimò allego Bart. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod ui, aut clām. ubi dicit, quòd nemo debet dicere sibi ius in causa propria. Hoc uerū, nisi unus inferat mihi damnum irreparabile: putà, si auferuntur animalia, uel inciduntur mihi uineæ: & est bo. text. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cre. Imò Pet. de Anch. uoluit, quòd de captura facta de suspecto à iudice incompe-

a *Quia non tenebitur] Sed numquid idem sit in episcopo, qui tenetur de delicto uicarij, uel officialis sui? Dic, quòd sic, ut per Ror. in decis. cclxxij. si uicarius. in no. Vide Bald. in l. ij. C. ubi de cri. agi opor. & in rub. C. de pœ. iu. qui ma. iu. in uer. quæro, numquid episcopus. & in l. nulli. C. quorum app. non recip.*

c. si quando.

 perenti,

petenti, non potest opponi de incompetentia fori iudicis. Et ita consuluit in consil. cxciij. incip. In auxilium ueritatis. ¶ Quartò fallit, ubi sententia notoriè est iniusta: quia tunc est licitum sibi resistere: & allegat gl. Abb. hîc, c. ex literis. in uerb. ex hoc. ĵ. eod. Confirmo hoc per gl. similem in c. non debet. xj. q. iij. ubi gl. dixit, si tibi constet, quòd iudex iniustè procedit, resiste ei uiolenter: & Arch. ibi dicit, si constet, ſ. notoriè. Allegat d. l. nec magistratibus. de iniur. Sed Ioan. de Imo. declarat hoc in c. ex literis. ĵ. eo. quòd debet intelligi gl. quãdo iniustitia est notoria, & damnum est irreparabile. Et ita dicit tenere hîc do. Car. postea dicit: considera, quòd alterum istorum uidetur sufficere: & sic sentit istam fallentiam. Ego dicerem, quòd quando non est notorium, tunc esset opus etiam appellare: sed si post appellationem grauat, licitum est ei resistere: quia ex quo notoriè grauat, non dicitur tunc esse iudex. ¶ Capio gl. in uer. transactionẽ. Moder. hîc allegant Pet. de An. hîc, qui facit tria motiua
3 ad probandum, cp † delegatus potest mandare executioni trãsactionem coram se factam: & primò mouetur per istum tex. quia æquiparat sententiam transactioni. Secundò allegat, cp actus, qui fit in presentia iudicis, habet maiorem uim, quàm si sit extra iudicialis. Tex. est in l. cùm ostendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tut. ubi fideiussor datus in præsentia iudicis, & tacens, nõ potest renunciare illi officio. Eodem modo transactio facta coram iudice, habet maiorem uim, quàm si fieret extra iudicialiter.
¶ Secundò allegant Pet. de An. in c. contingit. de arbi. & Pet. de Anc. in c. fi. de maio. & obe. ubi dicit, quòd cõpositio facta coram iudice, habet executionem paratam, sicut sententia iudicis. Et idem tenet in c. j. de offic. iudi. ubi allegat istum tex. Moder. preterea hîc dicunt, quòd mirantur de omnibus, qui dixerunt, quòd delegatus, qui habet ferre sententiam, non habet inducere partes ad concordiam. Imò dicit ipse pro hoc, quòd posit. Est casus in c. j. de testi. in uer. cõcordia, uel sententia. Secundò allegant text. in c. j. de testi. in uer. concordia, uel iudicio. text. in c. quærelam. de simo. in uer. concordia, uel iudicio. & loquitur de delegato. Ecce tibi in istis tribus cc. præmittit primò Papa concordiam, & postea sententiã: ecce, cp debet priùs concordare, si nolunt iudicem. ¶ Et per hæc Moder. hîc, tenẽt opi. Vin. hîc, cp delegatus possit exequi transactionem coram se factã. ¶ Sed considera quatuor casus. Primus, quando in commissione datur expressè potestas reducendi partes ad cõcordiam, ut in illis iuribus allegatis per Moder. tunc potest delegatus exequi. ¶ Secundus casus est, quando cessante tali commissione partes transigunt post sententiam, & transactio tendit ad executionem sententiæ, & tunc compellere potest. Et hæc fuit opi. Ioan. de Imol. hîc allegantis l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. ¶ Tertius casus est, quando ex permissu partium delegatus composuit eas: quia tunc potest ipsas cogere ad obseruantiam transactionis, dum modò transactio sit secundum ius. Et de hoc est dictum Bal. in c. j. §. inter partes. in pen. col. de l. Conta. ubi dicit, cp partes compromittendo in delegatum, non uidentur renunciare rescripto. Allegat Innoc. qui hoc dicit in c. in notuit. de arbi. Secus, si trãsactio facta à delegata uirtute compromissi, est cõtra ius: quia tunc nõ potest cogere partes, ut obseruent, sed adibunt ordinarium. Casus est in c. nisi essent. de præben. & ibi Abb. ¶ Quartus est, de quo loquuntur Doct. hîc, quando partes transigũt coram delegato: quia authorizat super ea. Et tunc dicendũ est, quòd non potest partes cogere ad obseruãtiam transactionis, quia potestas sibi data in rescripto nõ extenditur ad transactionem: sed bene differt ista trãsactio ab extraiudiciali, quia habebit ista corã ordinario executionem paratã, sicut sententia. De hoc est decisio Bal. & Paul. de Cast. in l. eũ, pro quo. ff. de in ius uoc. & idem tenet do. Ant. in c. P. & G. in notabilibus, ĵ. eo. & in c. ad reprimendam. de offic. or. & Bald. in l. fin. §. j. C. de usu. rei iud. & idem uoluit Bald. in l. qui crimen. C. qui accus. non pos. Idem tenet Bart. in l. j. ff. iudi. sol. Et ita intellige hîc.

SVMMARIVM.

1 ℣ *Delegatus an post sententiam diffinitiuam possit se intromittere cognoscendo.*
2 *Delegatus si pronunciat nulliter per errorem facti, potest reuocare sententiam suam.*
3 *Iudex ordinarius non potest reuocare sententiam suam. Fallit in casibus, ut ibi.*
4 *Iudex nullitatis quis esse debeat.*
5 *Interlocutoria nulla nõ potest reuocari, nisi per illum, qui eam tulit.*

CAPITVLVM IX.

IN literis. Post diffinitiuam executioni mandatam expirat iurisdictio. H. D. ¶ Capio gl. contra quam Doct. opponunt, & dicunt non rectè intellexisse istum tex. & declarat hîc Abb. & alij. ¶ Glos. ij. est declaratiua, quæ indiget memoria & sola recitatione: & ponit Spec. in ti. de legato. §. finit. ubi enumerat xviij. ca
1 sus, & Host. ponit etiã in Summa eo. tit. & §. ¶ Vtrùm † delegatus possit se intromittere post latam sententiam cognoscẽdo? Vltra omnes Scribentes hîc, dicas, quòd post sententiam executioni mandatam delegatus functus est officio: & etiamsi nõ est executioni mandata, est functus officio suo respectu cognitionis. Ad idẽ est text. in l. si ut proponis. la j. C. quomodo & quando iu. & ponunt do. de Ro. in nouis. decis. cccxlj. incip. Dubitatur, utrùm. ¶ Fallit primò in delegato principis: quia iste potest reuocare sententiam nullam, ut uoluit Ang. in l. postquã iudex. ff. de re iudi. & mouetur, quia iste æquiparatur ordinario, l. à iudice. C. de iudi. c. ſanè. ĵ. eo. Sed ordinarius reuocat sentẽtiam nullam. Ergo & iste: & in text. nostro non fuit sententia nulla. ¶ Contrarium firmat Bal. in d. l. si ut proponis. la j. C. quomodo & quando iu. & mouetur: quia potestas delegati est momentanea: quia pẽdet solùm ab illo rescripto. Sed iurisdictio ordinaria durat etiam post latam sentẽtiam. Hanc opi. Bal. sequitur Imol. in d. l. iudex, posteaquam. quòd delegatus etiam principis est functus officio suo, & non potest reuocare. ¶ Secundò fallit in delegato ad uniuersitatem causarum: quia si tulit sententiam nullam, potest reuocare. Hoc uoluit Bal. in d. l. si ut proponis. & mouetur, quia remanet sibi iurisdictio aliarum causarũ. Vos allegabitis duas glos. de hoc. Prima est in c. qualiter. el j. de accus. ibi, erant generales, id est, ad omnes causas. Et ibi Ant. dicit no. cp c. in literis. non habet locum in delegato ad uniuersitatem causarum. Et tenet Abb. & Imol. & gl. pe. in c. cùm causam. de app. Et ibi app. dicit, quòd per illam gl. limitatur d. l. à iudice. Tertiò Ang. in l. ij. ff. si quis in ius uoc. ubi dicit, quòd sicut ordinarius potest reuocare sententiam, in qua pronunciauit se incompetentem, ita delegatus ad uniuersitatẽ causarũ. ¶ Tertiò fallit, nisi delegatus pronunciauit cõtra formã mandati: quia tunc potest talis sententia reuocari per eum. Ita dicit Abb. hîc per uer. puto. per l. quid tamen. ff. de arb. Hoc dicitur in arbitrio. Sed Card. expressè idẽ tenet in cle. j. in x. q. de re iud. Idẽ tenent Bald. & Sal. in d. l. si ut proponis. Idem Angel. & Imol. in d. l. iudex. Idem tenet Paul. de Cast. in l. cùm quærebatur. eo. tit. & Sal. in l. si accusatoribus. C. de accus. Et sic non fuit dictum Abb. Et ibi limitat Sal. dum modò tempus ad iudicandum nõ præterierit, per c. de causis. ſ. eo. Idem tenent Innocen. & Abb. in d. c. qualiter. & Imol. in l. si expressim. ff. de app. ¶ In contrarium est Ant. & Cald. in d. c. qualiter. & Pet. de Anch. in d. cle. j. de re iudic. Hanc partem tenet Imol. hîc: & mouetur, quia iste text. simpliciter loquitur: & nõ dicit, quòd non seruauit formam mandati. Ad l. quid tamen.

tamen. loquitur in arbitro, secus in delegato. ¶ Pro ista ratione ultra omnes dico ego, quòd hoc modo omnẽ suam sententiam posset delegatus reuocare: quod esset absurdum. Nam sententia delegati iniusta est cõtra formam mandati: quia rescriptũ dicit, iustitiã facias. Si ergo est iniusta, ergo contra formam: & per consequens, nulla, c. cùm dilecta. de rescrip. Et hoc refert Card. in c. fi. de præb. & dicit tres ita tenuisse, & cõsuluisse, Gaſſ. Cal. & Ioan. Cal. & Ioan. de Lig. & obtinuisse. Sed dicatis sic, quòd istis non obstantibus seruanda est cõmunis opi. & respondeatis, quòd hoc non procedit, quòd sententia delegati iniusta, dicatur nulla: nam contra hoc tenet
a *Iustitiã facias] De hac clausula uide, quæ per authen. habentur in c. causam, quæ. ĵ. de testi. in c. pastoralis. §. cùm autẽ. ĵ. eo.*
Imol. & Abb. in d. c. fi. de præb. regando, quòd illa uerba, Iustitiam facias[a], dent formam, sed mõnitionem. Et de hoc est casus in c. cùm dilecti. ſ. de resc. & allegant Innoc. in c. prudentiã. ĵ. eo. ubi dicit, quòd si dicatur in cõmissione, si cõstiterit, quòd Titius sit debitor istius, cõdemna ipsum, quòd etiamsi non constiterit, & ille iudicauit, & con demnauerit ipsum, quòd non dicitur sententia nulla, licet iniusta: & sic non est cõtra formam mãdati. Ideo potest eam reuocare: quia dicere, Iustitiã facias, non dat formam. Ergo, &c. Et sic extendimus l. quid tamen. Et pro hoc, cp si non seruat formã mandati, cp potest reuocare, allego tria dicta. Primò Bald. in l. post aditam. C. de impu. & aliis substi. & allegat Innoc. hîc, ubi dicit, cp commissarius, qui non seruauit formã mandati, potest de nouo agere id, qđ faciebat propter formam nõ seruatam. Et idem in l. quisquis. C. de proc.
¶ Secundò allego Bal. in l. qui per salutem. ff. de iureiu. ubi dicit, cp nuncius, qui citauit non seruata forma, potest iterum citare absq; alia cõmissione. ¶ Tertiò Io. de Imol. in cle. ij. de testi. ubi dicit, cp testis, qui nulliter fuit examinatus, potest iterum examinari. Et Bart. in authent. qui semel. C. de prob. Et mouentur isti per text. in d. cle. ij. in uer. ritè examinans. Ergo rita examinatio tollit aliam examinationẽ: secus, si nulliter: pro qua faciũt, quæ dicã in viij. limitatione. Et sic si delegatus pronunciauit nulliter, non potest reuidere sententiam, nisi pronunciauerit contra formam mandati: quia tunc potest
2 reuidere & reuocare. Quod no. ¶ Quartò fallit, nisi † delegatus nulliter pronũciasset per errorem facti: quia tunc potest reuocare sentẽtiam. Et hoc uoluit Innoc. in c. j. ĵ. de re iudi. ubi dicit, est datus delegatus, cp conferat beneficium uni, quando uacabit: pone, cp ille, qui exspectabat, iuit ad illum delegatum, & habuit noticiam, cp erat ille mortuus, reuerà non erat mortuus: iste delegatus cõtulit, utrùm possit iterum conferrer Innoc. cp sic: ga fuit error facti: & Paul. de Cast. allegat in l. cùm quærebatur. ff. de re iudi. Innoc. in d. c. j. & allego Car. consil. suo xxxij. incip. In decisione & elucidatione. Hoc idem tenet Bar. in d. l. iudex. & Pet. de Anc. in d. cle. j. de re iud. Et ibi dicit Pet. cp pro hoc facit lex, error. ff. de iur. & facigno. Innoc. hoc modo expressè tenet cõtrariũ: & ipsum sequitur Imol. in d. l. iudex. ſ. quomodocunq; iudex delegatus ferat sententiam, licet sit error facti, dicitur functus officio suo, in eodem exemplo de beneficio collato illi, qui expectabat, & reuera ille non erat mortuus, utrùm iterum possit cõferre, an dicatur functus officio suo? & dicit Innoc. hîc, cp iterum non poterit conferre: quia dicitur functus officio suo, & tenet cõtrarium. Sed dicatis, cp sic, cp est functus officio: & cp ista secunda opi. est uerior. Et contra ipsam sunt tria urgentia: & primò text. in d. l. si ut proponis. quia ibi iudex credebat illum esse reum, & contumacem, & non erat contumax: dicit ibi text. cp delegatus est functus officio suo: & ibi Bal. dicit not. istũ text. contra Innoc. in c. j. de re iudic. quia hîc iudex errauit in facto malè pronunciando, & tamẽ functus est officio suo. Secundò text. in l. dicere. in fin. cum duabus seq. ff. de arb. ubi text. dicit, cp arbiter, postquã laudauit, functus est officio suo, siue bene, siue malè, étiamsi pronunciauit per errorem. Tertiò contra Innoc. tenent Host. do. Ant. & Abb. in d. c. j. in hoc, cp error facti non facit, cp delegatus possit retractare sententiam, si pronunciauit nulliter: quia omnino dicitur functus officio suo. Dicas tamen, cp delegatus datus ad conferendum beneficium, si nulliter confert, cp non facit ista collatio nulla, quando ipse iterum possit cõferre, si primò nulliter cõtulit: & sic saluatur Innoc. in suo exemplo in d. c. j. Sed non est uerum generaliter, cp delegatus nulliter pronunciando per errorem possit retractare sententiam suam: quia imo tenet cõtrariũ, per dicta ſ. quia dicitur functus officio, etiamsi pronunciauit nulliter, & errauit in facto. Quod not. diligenter. Sed in exemplo Innoc. in d. c. j. ille erat executor, non delegatus. Et ita dicit hîc Ant. Et sic saluatur Innoc. in casu, & exemplo suo posito in d. c. j. Quæ not. & figna. ¶ Quintò limita, nisi delegatus omisisset pronunciare super eo, quod erat tacitè sibi commissum expediẽdo solum commissum expressè: quia tunc potest pronunciare super illo tacito. Ita dicit Car. in c. iij. de do. inter ui. & ux. reprobata opi. gloſſ. mag. ibi in fin. ubi uide: & sequuntur Moder. hîc.
¶ Sextò limita, dum modò sententia habeat figuram sententiæ: secus, si non haberet figuram sentẽtiæ. Ita uoluit Bald. in l. si ut proponis. la j. C. quomodo & quãdo iudex. Et de hoc dicit esse ibi gloſſ. Pone, delegatus condemnauit dominum, qui nunquam fuit in iudicio, sed semper egit per procuratorem, non dicitur functus officio suo, sed poterit iterum ferre. Idem tenet Bal. in addi. ad Spec. in tit. de sent. in j. col. ubi dicit, cp sententia delegati, quæ non habet formam sententiæ, non facit delegatum functum officio suo. Et dat exemplum, si non est lata in scriptis. ¶ Confirmo per unum text. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra tab. ubi Bar. dicit, cp ubi fit mentio de mandato procuratoris, non intelligitur de omni mandato, sed ualido. Et sic, ubi fit mentio de sententia, non intelligitur de sententia omni, sed ualida. Ita dicit ibi Bart. per illum text. Ergo ita in proposito nostro. ¶ Septimò limita, nisi delegans sententiam latam à delegato, reuocaret ex eisdẽ actis: quia hoc potest, sicut si ipse iudicasset. Ita uoluit Imol. in l. si expressim. ff. de app. ubi dicit, cp delegans potest reuocare sententiam delegati nullam nullo reiterato processu: & sic erit hîc modus reuocandi sententiam, quoties nulliter pronunciauit delegatus: & ratio, quia propriam etiam delegans reuocare posset. Imo plus dicit Imol. ibi, cp delegans etiam cõmittere potest istam reuocationem ipsi delegato, per text. in c. ab excommunicato. de rescrip. in arg. nisi illa nullitas causaretur à delicto delegati: putà propter corruptionem, per l. iiij. C. de accusat. Ita Imol. ibi. Et plus dicit, cp potest etiam uni alteri committere istam reuocationem. ¶ Octaua limitatio est, ut ista decretalis habeat locum in sententijs delegati: secus in factis & in actis iudicialibus: quia tunc illud, qđ fit, si nõ rectè fit, potest iterum fieri. Ita dicit Innoc. hîc in medio sui commenti. Hoc dictum Innoc. primò Bal. refert in l. fin. in pe. col. C. de eden. ubi quærit, notarius edit instrumentum, in quo erat commissus error in substantialibus: dicit illi, restituas mihi instrumẽta, & ego reficiam: format ibi Bald. q. utrùm possit & dicit Bald. Videtur, cp sic: quia ubi exercetur actus sine iurisdictione, nunq; dicitur functus officio suo, nisi actu solẽniter expedito. Sed sic est in notario, cp nõ dicitur functus officio, si nõ rectè fecit. Ergo, &c. Bald. tamen contrarium tenet, & dicit, cp hoc non habet locũ in personis, quæ non possunt uariare, sed in alijs bene uerum est, cp exercentes actum sine iurisdictione, non dicuntur functi officio, nisi actus solenniter expediuerint. Ita ibi Bald. per dictum Innoc. hîc. ¶ Secundò uide Bald. in l. quod quis. propè fin. C. de procur. ubi dicit, procurator habet potestatem

c. in literis.

substituendi ex forma mandati: substituit unum inhabilem, qui non potest esse procurator: facta ista substitutione dicit, Errauí, uolo alium substituere: modò dicit aduersarius, es functus officio tuo: dicit Bal. non est uerum, quia ille est actus factus sine iurisdictione: & sic, procurator, qui nulliter substituit, potest reuocare substitutum: quia actus non est iurisdictionalis. Et ita allegat Innoc. hîc. Et Bald. ibidem ponit unum aliud dictum: quærit ibi de hoc, delegatus in totum subdelegat, & sic est functus officio suo: & si ille subdelegatus incœperat procedere, non potest reuocare delegationem: secus, si nõ incœperit. Sed pone, cp ille incœpit, sed apparet, cp ille subdelegatus est inhabilis: delegatus uult reuocare, utrùm possit? Dicit ibi Bald. cp ipse potest reuocare istã delegationem nulliter factam: quia non est functus officio suo: quia delegatio nulliter facta reuocari potest etiam re non integra. Et allegat Innoc. hîc. Vide etiam Bald. in l. si ut proponis. la j. ubi allegat Innoc. hîc: & ibi dicit, potestas eligendi non expirat per electionem nullam: & pro hoc faciunt tria dicta allegata in tertia limitatione s. allegando Bald. in l. qui salutem. ff. de iureiur. Vide ibi. ¶ Sed quòd Innoc. hîc non rectè loquatur, est text. in c. si compromissarius. §. j. de elect. in vj. ubi si compromissarius elegit nulliter, siue scienter, siue ignoranter, electio reuertit ad eligentes. Ergo contra Innoc. Et sic est functus officio suo. Imol. hîc dicit, cp Innoc. hîc loquitur in actu facto de mãdato Papæ: & ideo, si actus fit non efficaciter, nõ dicitur functus officio suo: ex quo hæc est gratia Papę. Sed c. si compromissarius loquitur in actu inferiorum à principe. Et hoc est dictum Anton. hîc. Sed hæc sol. est friuola. ¶ Sed tu dicas, cp Bart. in l. ij. §. j. ff. de op. leg. format unam q. scilicet, populus Perusinus habens eligere prætorem, dederat potestatem eligendi prætorem: limpliciter ipsi elegerunt & fecerunt electionem nullam: quæritur, utrùm isti possint iterum eligere, an dicantur functi officio suo? Dicit ibi Bar. aut isti errauerunt in forma, & tunc non sunt functi officio suo, & poterunt iterum eligere, c. cùm dilecta. de rescrip. Si uerò aliter peccauerint, & fuit nulla electio, ut quia elegerunt infantem, tunc sunt functi officio suo. Et ista habent locum, quãdo est data potestas per ista uerba. Eligatis: secus, si esset data potestas prouidendi: quia si eligunt nulliter, potuerunt iterum eligere, ad hoc, ut sit satisfactum: & allegat Bart. Innoc. hîc: & Innoc. hîc dicit, habens eligere, si nulliter eligit, non dicitur functus officio suo. ¶ Ad text. in c. si compromissarius. dic, cp ibi fuit data potestas eligendi, non autem prouidendi: & gloss. in terminis hoc uult in d. c. si compromissarius. super uer. consentire. Et sic non obstat d. c. si compromissarius. quia loquitur in eo, cui non est data potestas exercendi totum negocium: quia tunc est bene functus officio suo, per illum actum inchoatum nihil peccasset in forma, secundum Bart. in d. l. ij. §. j. ff. de opt. leg. Et hinc est, quòd compromissarius ad prouidendum non esset functus officio suo, nisi prouisione expedita totaliter, ut est gloss. in d. c. si compromissarius. in uer. consentire. in fin. ubi Domi. dicit, quòd ubi datur uni potestas eligendi, non datur tota potestas, quia est opus confirmare: sed ubi datur potestas prouidendi, si ille prouidet, non requiritur authoritas alterius. Not. hæc diligentissimè, quæ non sunt alibi ita collecta. ¶ Quid † de ordinario? Ordinarius non reuocat sententiam suam, l. iudex postea. ff. de re iudi. ¶ Fallit in viij. casibus, quos habeatis prosequi, ut per do. Mari. de Senis in c. qualiter. el j. de accus. ¶ Primò, nisi uellet eam declarare. ¶ Secundò, nisi incontinenti uellet reuocare: & uide Soci. filium, qui in hoc c. scripsit notabiliter. ¶ Quis dicatur esse competens iudex in causa nullitatis? Conclusio sit, quòd si † nullitas deducitur principaliter, tũc potest adire superiorem, ut dicit Bart. in l. si expressim. ff. de appel. quòd in optione condemnati est, agere aut

coram superiore, aut coram condemnante, de nullitate: & sicut causa appellationis deuoluit totam causam, adeo quòd potest sententiam reformare, eodem modo potest hoc iudex aditus per uiam nullitatis principaliter: quia potest reformare etiam hanc sententiam. Et allegat Bart. Innoc. in c. cùm contingat. j. eo. & Bart. etiam in l. si ut proponis. allegat Innoc. in d. c. cùm contingat, & dicit Bart. in d. l. si ut proponis. nunquam à me audisti tale uerbum: & sic Abb. hîc dicit, quòd archiepiscopus potest adiri ista per uiam nullitatis, sicut per uiam appellationis. ¶ Conclusio sit ista, quòd iste, qui habuit sententiam nullã contra se, potest, si uult, adire iudicem superiorem, uel illum, qui iudicauit. Ex quo sequitur, quòd ita deuol

a uit[a] totam causam nullitas, sicut appellatio. Idem tenet Sali. in d. l. si ut ponis. Idem Imol. in d. l. si expressim. de appell. do. Abb. plenè in c. dilecto. de appell. Car. in cle. j. in x. q. de re iud. Sal. in l. iiij. C. de accus. ¶ Primò tamen declara hæc, quòd † interlocutoria nulla non potest reuocari, nisi per illum, qui tulit. Hoc uoluit Innoc. in d. c. dilecto. Sequitur Pet. de Anch. in cle. j. de re iudic. sequit Ang. in l. j. C. quando prouoc. non est ne. nisi interlocutoria lata esset per corruptionem, secundum Ang. & Imol. in d. l. si expressim. per d. l. iiij. C. de accus. ¶ Secundò declara, cp in tantum iudex potest cognoscere de nullitate, cp etiamsi primò tulit cõdemnatoriam, potest modò ferre absolutoriam. Casus est in l. fin. C. de sent. quæ sine cer. quanti. & Bald. in l. post sententiam. C. de senten. ¶ Tertia declaratio est, cp illud, quod dicitur, iudicẽ aditum super nullitate, posse reformare sententiam esse ueram, nisi fundamentum primæ sententiæ esset nullũ: quia tunc non potest eã reformare, putà quia libellus fuisset ineptus. De hoc est text. sing. in c. cùm dilecti. de emp. & uend. p quẽ ita determinauit ibi Pet. de Anc. ubi dicit, cp ibi sententia Papæ non poterat esse conformis libello. Ideo Papa ibi non potuit ferre sententiam per se, ex quo erat lata sententia super libello inepto. Quod not. diligẽter. Allegat & illum tex. Bal. in l. ij. in xiiij. q. C. de rescin. uen. in repetit. dicens, cp iudex nullitatis non potest retractare sententiã, quãdo libellus fuit ineptus: imo necipse iudex, qui tulit sententiam illam nullam. De hoc est tex. in d. c. cùm dilecti. Secundò uide Pet. de Anc. in c. cùm à repulsione. de ap. ubi dicit, cp exceptio ineptí libelli potest opponi etiã post sen-

b tentiam[b]. Tertiò Bal. in authen. si quis litigantium. in iij. no. C. de episc. audi. ubi dicit, cp iudex reformaturus primam sententiam, debet inspicere, si libellus est ineptus: & Bal. i. l. j. C. ut quæ desunt aduo. ubi dicit, cp exceptio ineptí libelli, quandocunq; potest opponi, reddit iudicium retro nullum: & Pet. de Anch. in cle. constitutionem. de elect. & Bald. in l. edita. C. de eden. in repe. Padu. Quod no. ¶ Quarta declaratio est, cp ita demum potest superior adiri per uiam nullitatis, sicut posset adiri per uiam querelæ: secus, si in iurisdictione sunt gradus distincti, seu exclusiui: quia tunc gradatim eundum est. Ista sunt uerba Bal. in l. si ut proponis. la j. ad fi. C. quomodo & quãdo iu. Allegat no. in c. cùm ab ecclesiarum. j. tit. j. de offic. ordi. ¶ Et no. cp pacta sunt dicere de nullitate, & adire per uiam querelæ: gl. est in c. concertationi. in uer. debitã. de ap. in vj. Facit l. iiij. C. de accus. Et ita tenet Arch. & Ioan. An. in d. c. concertationi. Et ibi dicit, quòd quãdo nullitas est fundata in sordibus, potest adiri superior per uiam nullitatis, per c. j. de offi. leg. Et quòd episcopus, qui tulit sententiã nullã per sordes, non cognoscit, sed superior: allegat d. l. iiij. Et sic sentit secus

a Ita deuoluit ¶ Adde tu, q. hoc habet locum coram ordinario: secus est in delegato, ni si sibi expressẽ, ut not. Salic. in l. si præses. C. quomodo & quãdo iud. in uer. quæro sententiam.

b Post sententiã ¶ Adde, quæ ad hoc habentur per authent. in c. quoniã contra. j. de proba. in col. xiiij & ibi uide in apost.

secus esse, si nõ pronunciauit per sortes: sed imo adhuc est dubium isto casu. ¶ Primus ita; casus sit, ubi iudicauit episcopus per sortes: & tunc non poterit adiri: & hoc per tex. in c. j. de sup. neg. præla. in vj. ubi est casus, cp episcopo impedito ex delicto suo, archiepiscopus nõ cognoscit. ¶ Secundus casus est, quando episcopus tulit sententiam nullam, nõ per sordes, sed aliter: & tũc archiepiscopus etiam adiri non potest, licet aliter dicat hîc do. Abb. quia si nõ est appellatum, aditur per uiam querelæ. Sed archiepiscopus non potest adiri per uiam querelæ. Casus est in c. j. de offic. leg. & in c. uenerabilib. de sent. excom. in vj. & in c. pastoralis. in princ. de offic. ord. Ergo nec per uiam nullitatis. ¶ Ad dictum Bart. in l. si expressim. dicas, quòd procedit in superiore non habente limitatam potestatem: secus est in archiepiscopo, qui habet limitatam iurisdictionẽ. Præterea not. do. Bar. quòd iudex appellationis possit adiri seorsum intentando nullitatem: sed bene poterit appellari & produci nullitas. Et pro hoc est tex. in c. j. in prin. de fo. cõp. in vj. ibi, cùm minimè appellatum extiterit. Et uide ibi gl. ij. Et ipsum allegat Abb. in c. ad reprimendam. de off. or. ubi dicit, quòd archiepiscopus non potest adiri citra remedium appellationis.

SVMMARIVM.

1 Obligatus stare in aliquo loco, sicut beneficiatus, & maritus, si ibi non reperitur, in dubio præsumitur abesse ex malitia.
2 Sententia dicitur quasi diffinitiua in possessorio.
3 Absens ex iusta causa, si reuertitur post annum, recuperat possessionem, dato quòd alter effectus sit uerus possessor.
4 Secundum decretum ante quàm decerni alicui possit, quatuor sunt necessaria. num. 5.
6 Secundum decretum an possit reuocari per iudicem.
7 An secundum decretum sit interlocutoria, uel diffinitiua.
8 Missus in possessionem ex primo decreto, an possideat.
9 Et an lucretur fructus.
10 Statutum dicens, quòd missus ex primo decreto lucretur fructus, an ualeat.
11 Statutum, quòd heredes mariti soluãt tantùm pro centenario, donec restituant dotem, an ualeat.
12 Ordo iuris an debeat seruari in possessorijs?

CAPITVLVM X.

Consultationibus.

¶ Reo absente non per contumaciam, delegatus datus etiam ad diem nõ restituit actorẽ, licet probare uelit possessionem & electionem. H. D. ¶ No. ibi, absq; iudicio. text. à contrario sensu, quòd iudex potest spoliare: & est de hoc text. in c. tuæ. de cle. non resi. in uer. spoliatur. & tex. in c. fin. in uer. spoliari. j. de postu. & tex. in c. cùm quidam. de iureiu. in uer. remouentes. & gl. in c. præsentium. vij. q. j. quæ dicit, quòd ista non uocatur propriè spoliatio. Et hinc est, quòd contra ipsum non datur interdictum, sed opus est appellatione. ¶ Not. secũdò ibi, causa studiorum, uel peregrinationis. Nam Spec. in tit. de iudic. §. nunc specialia. uer. quid si fideiussor. dicit, cp est iusta causa instandi, ut liberetur fideiussor, & exprimatur, si uult ire ad studiũ. Ita Spec. ibi. Vide gloss. in l. aut religiosis. ff. de procu. qui dicit, cp sunt tres absentiæ: una necessaria, ut in bannitis: una probabilis, ut studentium: una uoluntaria, ut errantiũ. ¶ Not. quòd absens ex causa non iusta, non excusatur. ¶ Ad hoc not. unum dictum Innoc. in c. fin. de eo, qui mit. in

1 pos. causa rei ser. ubi dicit notabile uerbũ, quòd † ubicunq; quis est obligatus stare in loco, sicut beneficiatus, uel maritus, si non reperitur, in dubio præsumitur abesse ex malitia: & allegat hoc Card. in cle. pen. in ij. q.

2 l. si quis libertatem. ff. de peti. hære. ubi dicit, q̄ † tertius post litem cōtesta. pōt opponere exceptionem dilatoriā. Quartò allegāt Bal. & Ange. in l. si qs filio exhæredato. ff. de iniust. irrito q̄ testa. ubi dicunt, q̄ pendente dilatione officiū iudicis conquiescit. ¶ Fallit respectu tertij: & allegant ibi Bald. & Imo. tex. in l. creditor. ff. manda. ¶ Quintò allegant Imo. & Ant. in c. ij. de fide instru. ubi dicunt, q̄ in scriptura priuata non requirit̄ dies: secus respectu tertij: qa requiritur: & allegant text. in c. cùm teneamur. de præb. ubi remota appellatione intelligitur respectu partis: & Inno. in c. ex literis, j. eo. ubi dicit, respectu tertij opponitur nullitas rescripti, quam non opposuerūt partes: & est text. in c. cōstitutus. de rescri. & Pet. de Anch. in cle. j. de p̄ba. ubi dicit, q̄ si iudex dicit, Condemnamus Titiū procuratorē talis, faciūt fidem, q̄ est procurator inter partes: secus respectu tertij. Ant. in c. j. de cōsti. Ego allego Ange. in l. per hanc. in vij. col. C. de temp. ap. ubi dicit, q̄ titulus, Nihil nouari pēdente appellatione, non habet locum respectu tertij: & uidetur tex. pro hoc in c. Romana de app. in vj. nisi ille tertius uellet aliquid innouare, fundando se in causa principali, à qua est appellatū. Hoc ponit Imol. in l. qui à latronibus. §. j. ff. de testa. in antep. col. Secundò Ang. in l. quidā consulebāt. in fi. ff. de reiudi. ubi dicit, quòd exceptio declinatoria potest opponi quandocq; per tertium uenientem pro interesse suo. Tertiò allego glos. fi.
3 in c. ex literis. de rest. spol. ubi Anton. in x. col. dicit, q̄ † tertius opponens de sua proprietate, impedit restitutionem possessionis: & hoc, cùm ius tertij sit adeo connexum iuri spoliatoris, quòd audiatur ille cum commoditate spoliatoris. Hoc uoluit Innoc. c. ueniens. j. de sponsa. quod allegat Ludo. Rom. in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. col. ff. de acqui. possess. Modò ultra hoc Card. consil. cxlj. quod incip. Sanctissimus dominus. dicit, q̄ text. noster est singularis ad regulandā ambitionem impetrantium, qui aliquando impetrant: & quibus concedunt̄ non concedenda, ꝓpter eorum importunitatē. Secundò Card. in c. ad petitionē. de accus. & refert ibi ipsum Ioan. de Ana. in iij. col. dicens, q̄ glos. in uer. pro infectis. in cle. j. de immu. eccles. nō habet locum respectu tertij. Ab. contrariū uult consi. lxxxiij. qd̄ inci. Illud in summa. in v. col. Sed eius opinio ꝓcedere potest, ubi dispositio nihil operaret̄, nisi præiudicaret̄ etiam tertio, per id, quod dicā in fi. huius artī. Tertiò est tex. in c. ex multiplici. de deci. & c. quamuis. de rescri. in vj. ubi gratia facta uni, semper intelligitur sine præiudicio alterius. Et per illum tex. dixit Ant. in c. at si clerici. §.
4 de adulteriis. de iudi. post Io. de Lig. q̄ † non ualet dispensatio in præiudiciū tertij, cui erat concessum rescriptum, q̄ aliquis priuaretur beneficio, si merebat̄, & cōferretur illi. Q. d̄ not. diligenter. Card. in c. qa diligentia. de elec. & sequūtur ibi multi, dixit, q̄ restitutus ex banno ad bona, nō recuperat bona per fiscum alienata: & allegat istum tex. & d. c. quamuis. Abb. idē uoluit in c. j. de paroch. & Abb. in c. ex tuæ. ad fi. de cle. non resi. & in c. inter quatuor. de maio. & obe. in j. col. Idem Imol. in c. in nostra. de procur. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tātùm. ff. de lib. & posthu. & Bar. Bal. & Sali. in l. fi. C. de sen. pas. ¶ Hoc limita, nisi restitutio dicat, Facimus tibi plenissimam gratiam: qa tunc etiam recuperat bona alienata: Ita Car. in d. c. qa diligentia. & sequunt̄ prædicti. ¶ Secundò fallit, nisi diceret, Cancellent̄ dictæ condēnationes de gratia facta supplicāti: qa tunc etiam recuperat bona alienata. De hoc est cōsilium Pet. de Anc. cccc. qd̄ inci. Probata tanta ui. Et respondet ad d. c. quamuis. de rescri. dicens, q̄ non procedit in bonis quæstis ex ipsa cōdemnatione, sed aliunde. Allego, qd̄ scribit Bar. in l. ij. ff. de decurio. ubi dicit, unus doctor est priuatus de collegio, unus accepit locū suum ex dispensatione: modò si ille recuperat suum locum, nunqd præiudicet illi tertio? Dicas, q̄ non: sed obtinebit nouissimū locum.
5 Et Bar. in l. ij. ff. de in ius uoc. post gl. dicit, q̄ † princeps remittendo pœnā, in dubio nō uidetur remittere pœnam parti debitā. Idem tenet Dom. in c. authoritate. de priui. in vj. in §. notandū. ij. q. iij. Idem uoluit Bal. in l. rescripta. C. de preci. imp. offer. Et circa hoc est gl. in c. ad aures. de æta. & qua. & in c. mandatū. sup uerb. non fuit intentio. de rescri. & gl. j. in c. ecce. xcviij. dist. & in c. lege. in uer. diuisiones. x. dis. & gl. in c. j. in uer. iustitiam. xxij. dis. gl. in c. constitutus. in uer. quæcunq;. de relig. domi. in c. quia monasteriū. in uer. diœcesis. eo. tit. & gl. in c. ex multiplici. in uer. intentionis. de decis. in c. exposita. in eod. uerb. de arb. in c. dudū. in uer. deroget. de deci. in c. parentibus. in gl. fi. de priui. & gl. in c. dilecto. in uer. intentionis. de uer. sig. in c. pastoralis. in gloss. fi. de priui. & gloss. pe. in c. ij. de eccles. ædi. gloss. pe. in c. cùm in illis. de præb. in vj. Et de hoc est dictū Archi. in c. licet. viij. q. j. ubi dicit, q̄ si episcopus obtinuit gratiā cōferendi canonicatum: intelligit̄ cum consensu canonicorū, si aliàs requirebatur: & allegat istū text. & cum istis est dictū Compos. in c. causam. de rescri. & ibi Imol. in ult. col. dixit, quòd si Papa mandat conferri beneficium cum ista clausula, Non obstante collatione alteri facta, intelligit̄ de

2 *De inualida] Adde, quæ habentur ad hoc, per Authorem. in c. causam, quæ. & in c. nostra. 5. de rescript. in corollario xxxvj. in xij. not. & quod ibi in apostil. dixi.*

4 de inualida[a], non autem ualida. Ita ibi Compos. & Imol. Item est de hoc text. in c. audita. post med. de restit. spol. ubi clausula, Irritātes omnia gesta, intelligitur de his, quæ nō sunt gesta ritè: secus, si rectè. Videbis hodie. Et Abb. ibi multùm not. Et cū istis est gl. in c. pro illorū. in uer. contradictores. de præben. & ibi Abb. ubi dicit, q̄ ista clausula, Ecclesiastica censura contradictores compescas, intelligitur cō tradictores, qui iniustè contradicunt: sed secus, si iustè. Arch. in §. quid. ergo. xvij. q. iij. Confirma per dictum Bald. in l. j. C. de his, quæ pœn. no. ubi dicit, quòd si testator dixit, quòd uxor sua nō possit molestare: intelligitur de iniusta molestatione: secus, si iusta est. Hoc uerbum Molestent, intelligitur de molestia facti, non de molestia iusta: gloss. in c. j. aliàs ij. de sta. mo. Vltimò allego gl. in uer. præiudicium. in c. olim. de consue. Et ista ampliat prædicta, quæ probat, quòd ubi fit mentio de præiudicio, intelligitur de modico: & ibi Domi. ad hoc notat eam. ¶ Limita omnia prædicta, ut elegantur per Cald. in disput. sua, quæ incip. Dominus Papa concesit ecclesiæ Rauennatensi. ubi dicit, quòd prouisio Papæ legitima iuri illorum (quod si falsum esset, cōcessio esset uana de iure) derogat. Ista enim sunt uerba sua, ut si Papa mandat, quòd duæ ecclesiæ debeant uniri: dicit ille, Papa nō præsumitur derogare iuri meo: modò quid operaretur hoc rescriptū: & hoc modo omnino derogat: secus, ubi rescriptum posset aliquid operari. ¶ Capio nunc gloss. in uer ordinet. Varia hîc per Scribentes dicuntur, quod poteris uidere circa intellectum huius decret. Sed istud uerbum operatur hîc istū effectum, quòd poterit delegatus ordinare de persona idona, nisi habens ordinare contradicat: nec mirum, si taciturnitas nocet in præiudicialibus: quia istud tolleratur ratione diuini cultus, per text. in §. si seruus. liiij. distinct. ubi ualet ordinatio serui domino sciente non contradicente: & ita in casu nostro: quia ordinare ecclesiam, est fauor diuini cultus, & cle. auditor. de rescript. habet locum in omni auditore, etiam extra curiam dato, quoties beneficium est deuolutum ad Papam: in aliis omnibus procedit text. noster. Ita dicit Card. in d. cle. & solutionem habes in c. ij. & in gloss. pen. in d. cle. quas uide. ¶ Gloss. in uer. intentionis. De hoc habes in notabilibus.

SVMMARIVM.

1 ℣ *Causa si duobus simpliciter committitur, sententia unius non ualet.*
2 *Confessio mulieris an noceat sibi extra causam matrimonij, cessante metu corporis.*
3 *Metus reuerentialis an irritet contractum.*
4 *In casibus, in quibus quis uidetur tacendo consentire, illi casus non habent locum, ubi persona, quæ reuerentiam præstare debet, taceret.*
5 *Imperium parentum solum causat sufficientem metum, ut irritetur actus, qui dependet ex libera uoluntate.*
6 *Præsentia coniunctorum quando interuenit, uel amicorum personæ, quæ debet reuerentiam, non rescinditur actus propter metū reuerentialem, etiam si præcesserint uerba, uel persona esset terribilis.*
7 *Actus etiam à libera uoluntate dependens, non uitiatur, quando ille, qui timetur, potuisset etiam sine causa facientem actum priuare.*
8 *Delegatus unus ex pluribus si tulit sententiam collegarum, sententia autem sua non placeret illis: si ille discedit, & postea alij ferunt sententiam, ualet, etiam illo non uocato.*
9 *Delegatus unus ex pluribus si iurat sibi de causa non liquere, alij possunt in causa procedere.*

CAPITVLVM XVI.

c. causam matrimonij.

CAusam matrimonij. ¶ Si † causa duobus simpliciter cōmittitur, sententia unius non tenet. ¶ Iste text. habet locum in interlocutoria, contra glos. in l. si uni. ff. de reiudic. Bald. in l. cùm magistratus. C. quando prouoc. non est ne. Paul. de Cast. Imol. & Roma. in l. si uni. Idem Bal. in l. j. ff. de offi. conf. Bal. in l. fi. C. de author. præstan. ubi dicit, q̄ si sint iudices in simul dati, specialiter non potest unus interloqui sine altero: quia esset contra formam mandati, nisi tenor rescripti aliud importat. Allegat c. prudentiam. j. eo. Item, nisi essent delegati ad uniuersitatem causarum, ut j. dicetur. ¶ In ordinariis saluatur glos. in d. l. si uni, quia dicit, quòd potest interloqui sine alio: secus in delegatis: quia unus sine alio interloqui non potest. Et quòd saluetur in ordinarium, omnes ibi tenent: & Bal. in d. l. cùm magistratus. ubi dicit, excepta litis contestatione & receptione testium, cætera omnia citra sententiam per unum ordinarium altero absente expediri possunt: & hoc modo intelligitur dictum glos. in d. l. si uni. ¶ Limita primò, ut habeat locū in interlocutoria mera: secus in interlocutoria habente uim diffinitiuæ: quia tunc omnes ferre debent. Bald. in d. l. cùm magistratus. pro quo est glos. in c. fi. in uer. inanes. de elect. in vj. quæ dicit, quòd interlocutoria habens uim diffinitiuæ, regulatur, sicut diffinitiua. Cum qua concordat Abb. in c. peruenit. de app. & Bal. in l. minoribus. C. de his, quibus ut indi. & do. Card. in clem. appellanti. de app. ¶ Secundò fallit in citatione ad uidendum sententiam: quia requiritur, quòd omnes citent, & non sufficit unus ordinarius, secundum Imol. in d. l. si cui, quia sicut non iudicat solus, ita nec ci-
2 tat solus. ¶ Glos. in uerb. inuita, &c. Vtrùm † confessio mulieris noceat sibi extra causam matrimonij, & cesset metus corporis? Abb. dicit hîc, referendo Innoc. hîc dicentem duas opi. & dicit ipse, nunquam præsumitur metus in actu mulieris in fauorē ma-
3 riti, nisi probet[b]. Et non sufficit, quòd dicatur, feci per reuerētiam mariti. Ita Innoc. hîc. Dicunt hîc Moder. q̄ Card. hîc dicit, quòd si uir & uxor obligāt se in eodem instrumento, non præsumitur mulier sponte se obligasse: & Spec. in tit. de obl. & sol. §. j. Tamen Card. tenet contrarium per dictum Innoc. hîc. Mod. hîc dicunt esse casum in c. ex rescripto. de iureiur. ubi ualet cōtractus à uiro simul cum uxore: & allegant Mod. tex. in c. cùm contingat. de iureiur. in uer. nisi ui, aut dolo. Et hoc facit per Innoc. hîc, & sic ibi illū, qui allegat uim, uel dolū, oportet probare: & allegant Abb. ibi, qui dicit in uxore, clerico, famulo, sola reuerentia superioris non irritat contractum: & allegant Bart. in l. j. C. de prædi. curia. lib. x. & ibi Bart. & Sal. idem tenent. Sal. ibi limitat, nisi illa persona, quæ habet alium in reuerentia, cōtraheret propriè cum illo, quem habet in reuerentia: quia tunc sufficit sola reuerētia: secus in aliis extraneis: quia tunc nō sufficit reuerentia sola. Mod. hîc reprobāt dictū Sal. & allegāt cōtra Sali. tex. in c. quamuis. de pact. in vj. ubi ualet renunciatio filiæ in manibus patris, quando traditur nuptui. Ergo Sali. malè loquitur, quia ibi fit renunciatio in manibus patris, quem filia habet in reuerentia. Allegant Ioan. de Imol. in l. si cùm dotem. §. eo autē tempore. ff. sol. ma. ubi opponitur contra dictum glo. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non da. & primò de text. in l. si patre cogente. ff. de ritu nupt. ubi tex. probat, q̄ ualet matrimonium contractum per coactionem patris: & intelligē de coactione leui, quæ causat ex reuerentia. Secundò dicit ibi, quòd contra illam gloss. est text. in c. insinuante.

[b] *Nisi probetur] Vide per do. Alexand. de Imo. in l. si cùm dotē. §. eo autē. sol. matr. & adde Bart. in l. ad inuidiam. C. quod met. cau.*

qui cleri. uel uouen. ubi ſolùm imperium regit, & non cauſat metum, niſi ſint ſecuta uerbera: deinde concordat, breuiter dicens: Al. quãdo timetur ſolùm indignatio ſuperioris, & non aliud: & tunc iſte ſolus timor non irritat cõtractum. Ita tranſeat text. in l. ſi patre. præalleg. & d. c. inſinuante. Aliquando timentur uerbera: & tunc iſte eſt iuſtus metus ratione maximæ reuerentiæ. Ita Imol. in d. §. eo autem tempore. Lud. Ro. ibi non dignatur eum referre: & non curat de iſta diſtinctione: & dicit, tu uerò diſtingue, quòd aut filius, uel uxor contrahit cum marito, uel patre: aut contrahit cum extraneo. Si contrahit cum patre, uel marito: & hîc eſt iuſtus metus: aut ſi cum extraneo ad inſtantiam patris, uel mariti, & tunc ſecus. Moder. ſtatim reprehendunt Lud. Rom. per d. c. quamuis. de pact. in vj. Vlteriùs dicũt Moder. quòd Pet. de Anch. in rep. c. ſi, ꝑpter. de reſcript, in vj. in ij. opp. dicit, quòd in ciuitate Venetiarum occurrit iſte caſus. Moleſtabatur quædam mulier à marito, ut conderet teſtamentum, & eum hæredem inſtitueret: mulier uerò clàm facit teſtamentum: & dixit, quòd uolebat, quòd illud eſſet ultimum teſtamentum: pòſt fecit ſecundum teſtamentum ad inſtantiam mariti, non reuocãdo primum teſtamentum coram dominio Venetorum: producebantur iſta duo teſtamenta: dubitabatur, quid iuris: & dixit, quòd fuit lata ſententia pro ſecundo teſtamento, & ſic pro marito: & ſic dicit, quòd in alia ciuitate aliter fuiſſet determinatum: & ſic uolũt dicere, quòd Pet. de Anch. ſentiat, quòd ſolus metus non ſufficiat.

3 ¶ Moder. hîc dicunt, quòd † ſolus metus reuerentialis irritet contractum, per gl. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non da. Moder. hîc faciunt duo motiua. Primò uxor eſt famula uiri, c. hæc imago. xxxiij. q. v. & in c. uxore. eadem cauſ. & q. Si eſt famula uiri, debet eum habere in magna reuerentia. Faciens ergo actum reſpectu illius, quem habet in magna reuerentia, non præiudicat ſibi. Eſt tex. in l. pen. ff. de fur. in uerb. magna reuerentia. Sed ſi mulier habet maritum in magna reuerentia, & facit actum cum eo, non præiudicat ſibi. Et text. in illa l. dicit, quòd non dicitur conſentire furto, qui nõ audet contradicere propter magnam reuerentiam. Et ſic in propoſito. Secundò mouenꝫ per text. in l. tranſactionem. C. de tranſact, ubi tex. dicit, quòd non præſumitur metus, ubi eſt præſentia propinquorum. Ergo ubi non eſt præſentia propinquorum, præſumitur metus: & ſic ſolùm reuerentia irritabit contractum. Moder. dicunt non obſtare c. quamuis. de pact. in vj. quia ibi non grauabatur mulier, & non erat præiudicium ſuum: nos loquimur in ſubdito, qui facit actum oneroſum. Sed iſta reſponſio non ualet: quia etiam ſi habet dotem, renunciat illi, quod habet extra dotem: & ſic præiudicio ſuo. Ad d. c. cùm contingat. de iureiur. dicunt, quòd ille tex. loquitur in marito: quia non erat talis, qui cõſueuerat cogere, nec uerberare mulierem. Secus eſſet in alio marito. Et ad c. inſinuante. qui cle. uel. uouen. dicunt, quòd eſt metus in profeſſione: & eſt ſpeciale per gloſſ. xxiiij. q. iij. c. præſes. Et ſic reſident tenendo opi. illius gloſſ. in §. quæ onerandæ. Et pro iſta opi. Moder. allego gloſſ. in c. unuſquiſq; in uer. ſaltantium. in fin. xxij. q. iiij. ubi gl. dicit, quòd promiſsio facta propter reuerentiam, non ualet: & ſic metus reuerentialis irritat cõtractum. Secundò Bal. in l. j. uſt. col. C. de bo. ma. ubi dicit, ſilentium interueniens propter patris reuerentiam, reputatur contradictio. Allegat gl. in d. §. quæ onerandæ. Tertiò Bald. in l. ſi ſine. in princ. C. de adult. ubi dicit, quòd nimia reuerentia tantum importat, quantũ iuſtus metus. Vnde ſilentium uxoris coram marito, non nocet ſibi. Allegat gloſſ. & dictum Bald. in d. c. j. §. item ſacramenta. de pace iu. fir. in uſi. feu. ubi dicit, quòd metus tacitus parentis, uel domini, cui quis non auderet contradicere, irritat contractum. Quæ adde ad Modernos. Tamen iſtis non obſtantibus dico, quòd ſola reuerentia ſuperioris non ſufficit ad inualidãdum contractum. Fuit dictum Innoc. hîc: & primò Bart. in d. §. quæ onerandæ. deſtruit illam gloſſ. & dicit, intellige de reuerentia, quę cauſatur à minis, uel uerberibus: & idem tenet in l. interpoſitas. C. de tranſact. & Bald. in l. fin. ff. de condi. ob tur. cau. ubi Bald. tenet idem: & dicit, mulier promittat ſe percuti à marito, quando non uult alienare fundum: & ſic, ſi alienat, præſumetur ſemper timuiſſe illum. Et allegat Innoc. hîc. Et ſic ſentit, quòd ſola reuerentia non ſufficit. Item Abb. in c. inſinuante. qui cle. uel uo. Et ibi eſt glo. in uer. metu regio. ubi gloſſ. dicit, quòd iuſſus principis nõ inducit iuſtum metum. Et dicit ibi gloſſ. nec etiam imperium patris. Et ibi Ioan. An. & do. Abb. dicẽtes, niſi princeps ſit talis, qui ſolet barbaricè tractare ſuos ſubditos, qui inducit iuſtum metum. Item Ant. in c. Quintauallis. in xviij. col. de iureiu. ubi dicit, quòd metus reuerentialis non irritat compromiſſum. Allegat Innoc. hîc, & do. Abb. in c. Abbas. in ult. not. quod met. cauſa. ubi dicit, quòd iuſſus regis non inducit iuſtum metum, niſi rex ſoleat ſæuire omnino in non obedientes. Abb. in c. ueniens. el j. in ult. notabili, de ſponſ. & allego do. Ant. in c. accedens. in j. notabili, de conuerſ. coniug. & idem tenet Abb. in locis j. allegãdis. Modò probatur iſta opi. per text. in l. ſi patre. ff. de ritu nupt. iuncto text. in c. cùm locùm. de ſponſ. Quæ iura dicũt, quòd matrimonium contractum patre cogente, ualet & tenet: & hoc, quando fuit coactio leuis, & ſolùm per uiam indignationis. Probatur etiam per text. in l. ſi fideiuſſor. §. pater. ff. de pignor. in uerb. pater filio facilè perſuaſit. & ibi dicit idẽ. Ad idem c. quamuis. de pact. in vj. & c. cùm contingat. de iureiur. ubi oportet probare metum. Ergo ſola reuerentia non ſufficit. Et iſta eſt communis opinio. Primò declarãt hoc, quòd ſola reuerentia irritat contractum, quando actus geritur cum illo propriè, cui debetur reuerentia, ſecundum Lud. Rom. in d. §. eo autem tempore. & Salic. in d. l. j. C. de prædi. curi. Et ita ſaluant l. in patre cogente. ¶ Tamen iſta declaratio non procedit per c. quamuis. de pact. in vj. Ita hîc Moder. Et ad text. in §. quæ onerandæ. reſpondebitur in ij. declaratione.

4 ¶ Secunda declaratio. In † omnibus caſibus, in quibus per ſcientiam & patientiam uidetur quis conſentire: de quibus in regula, is qui tacet. de reg. iur. in vj. in c. nonne. de præſumpt. nunquam illi caſus habent locum, ubi perſona, quæ reuerentiam præſtare debet, taceret: quia non uidetur conſentire. Eſt deciſio Bart. in l. quæ dotis. in pen. col. ff. ſol. mat. per text. in d. §. quæ onerandæ. & per l. pen. ff. de fur. Idem tenet Bald. in d. l. ſi ſine. & do. Ant. in d. c. nonne. de præſumpt. ad fin. Et ſic tacens propter reuerentiam, irritat contractum. Et ſic his cadit primum arg. Moder. Abb. in d. c. nonne. iuꝫpugnat iſtã declarationem per text. opti. in c. unico, in §. porro. de deſponſ. impu. lib. vj. ubi filius tacens, dum pater contrahit matrimonium pro eo, obligat ſe, & matrimoniũ tenet: ecce, quòd ſi tacet, præiudicat ſibi contra dictam limitationem: & reſpondet Abb. ad §. quæ onerandæ. quòd loquitur cum limitatione, ubi text. dicit, cauſa cognita prætori liquidò conſtiterit, quòd libentiùs conſenſerit. Ergo text. ult, quòd prætor cognoſcat, quòd fuit factum per reuerentiam: & ſic prætor debet inſpicere circumſtantias: putà, quia patronus erat homo terribilis. Sed nunquid text. in d. §. porro. reciperet iſtam limitationem, ſi pater eſſet perſona terribilis: & debet irritari? Dicit Abb. quòd ſic: & tenet, quòd non ualet matrimonium contractum à filia in præſentia patris, ſi poteſt probari, quòd pater erat perſona terribilis, & ſolebat filiam malè tractare: & ſic tenet: & dat iſtam limitationem ad d. §. porro. Quòd ſola reuerentia non irritet actũ etiã tacentis, eſt text. in l. adoptionibus. ff. de adop. & in l. fin. & ibi Bar. C. eo. ubi text. dicit, ualet adoptio facta de filio non contradicente per patrẽ: & ſic Abb. deſtruit limitationẽ Bar. niſi ille eſſet homo terribilis: quia tunc

tunc procedet, ſi tacet, quòd fecerit per reuerentiã: aliàs nõ ſufficeret. Sed text. in d. l. pen. de fur. uult ſimpliciter, quòd ille, qui tacet propter reuerentiam alicuius, non præiudicat ſibi: & ſic pro opi. Bar. qui allegat d. l. pen. Et Abb. non reſpondet ad iſtam l. ſed reſpondet ad §. quæ onerandæ. Et text. in d. §. porro. nõ probat, quòd ibi fiat actus præiudicialis: quia imo matrimonium eſt fauorabile: & ſic ſola taciturnitas propter reuerentiam nõ nocet ſibi. Gl. eſt de hoc in d. c. unuſquiſq; in uer. ſaltantiũ. in princ. Secundò gloſ. in c. plerique. in uer. tacent. ij. q. vij. ubi gl. dicit, non nocet ſilentium ei, qui erubeſcit loqui: allegat d. l. pen. de fur. & allego dictum Arch. in c. de eo. l. diſt. Eam ſequitur Domi. ibi in fi. ubi dicit, Epiſcopus contulit unam præbendam in præiudicium canonicorum ipſis præſentibus & tacentibus: mortuo epiſcopo, uolunt irritare illam collationem, dicentes, quòd non cõſenſerunt: dicit ibi Arch. quòd canonici mortuo epiſcopo poſſunt agere contra inſtitutum: quia de facili uiuente epiſcopo contradicere non poterant propter reuerentiam. Tamen in practica applaudet opi. do. Abb. q ad omnia iura loquẽtia de rubore, ſemper erit attenda perſona. Sed ego credo, q de rigore iuris cõtrarium ſit uerum: & ſic, q tacens propter reuerentiam, nõ præiudicat ſibi, ut in exemplo. & in dicto Arch. & optimè facit text. in l. j. §. ſi quis imbecillitate. ff. quod ui, aut clàm. in uer. ne te offenderet, uel eum, quem magnifacebat. & Iac. de Aret. in d. l. pen. ff. de furt. ¶ Tertia declaratio eſt iſta. Solum † imperium parentum cauſat ſufficientem metum ad irritandũ actum à libera uoluntate dependentẽ: & ſic, ubi requiritur ſola uoluntas, ſola reuerentia irritat. Ita Ant. in c. cùm uirum. de reg. & tranſ. ad reli. Et dicit ipſe, q doctrina Innoc. hîc, & Bart. in d. §. quæ onerãdæ. dicentium, q requiritur metus uerborũ, uel uerberũ, non habet locum in actu liberæ uoluntatis. Et dicit, caſus eſt & tex. ibi, q puellæ coactæ profiteri, non ualet profeſsio. Abb. ibi deſtruit iſtud dictũ: & primò allegat d. §. porro. quia ibi matrimoniũ requirit omnimodam libertatem: & tamen obligatur filius, ſi tacet, cùm pater dicit, & cõtrahit matrimoniũ pro filio tacente, ualet. Ergo multò fortiùs obligabit imperiũ patris: & ſic ualebit illa profeſsio facta per filium. Ad text. in d. c. cùm uirum. præceſſerunt ibi uel uerba, uel uerbera: quia tex. ibi dicit, coactè profeſſæ. Et hoc teneo, pro quo allego gloſſ. in c. præſens. xx. q. iij. ubi dicit, q leuis coactio patris non impedit profeſsionem. Ergo multò mínùs imperium: quia plus, &c. & allegat tex. in l. patre cogente. alleg. §. Et ſic iſta declaratio non procedit. Abb. allegat d. c. inſinuante. ¶ Quarta declaratio eſt, ubi † interuenit præſentia coniunctorum, uel amicorum perſonæ debentis reuerentiam, non reſcinditur[a] actus propter metum reuerentialem, etiamſi præceſſerint uerba, uel perſona eſſet terribilis. Hoc uult Bart. in l. tranſactionẽ. C. de tranſact. & Ant. hîc: pro quibus eſt Bart. in l. fin. uer. quæro, quæ coactio. ff. ſi quis ali. teſt. prohi. & dat remedium, quòd ad hoc, quòd non poſsit dici teſtamentum factum per metũ, uocat cõſanguineos. Idem tenet Bald. in l. fin. C. ſi quis ali. teſt. prohi. Imol. uerò negat hoc, ex quo præceſſerunt mínæ: & intellígit d. l. tranſactionem. ubi non præceſſerant. Tamen teneo, quod dictum eſt: quia, ſecundum id, quod uult Imol. iſta declaratio nihil importaret: iſta præſentia propinquorum nõ tollit, quin metus poſsit allegari, ſed aggraua allegãtem metum duriore onere probandi. Ita declarat Bald. in d. l. tranſactionem. Et ita ſaluatur iſta declaratio: quæ not. ¶ Quinta declaratio. Actus † etiam à libera uoluntate dependens, non uitiatur unquam, quando ille, qui timetur, potuiſſet etiã ſine cauſa ſcientem actum priuare. Ita Ant. in c. cùm inter R. de elect. cũ gloſſ. Innocibi: & ibi habes exemplum. Et hæc ſufficiãt. ¶ Capio aliam gloſſ. in uer. ſolummodo. Doct. faciunt multa ad iſtam glo. De præſentia Mod. quæruntur, utrùm omiſsio præſentiæ alicuius uitiet actum, quando illa præſentia erat ad utilitatem ſuam? & primò dicunt, q iura allegata per Abb. loquuntur de conſenſu, non autem de præſentia: & ideo non faciunt: & ipſi allegant dictum Bald. in l. j. C. qui admit. ad bon. poſ. dicẽtis, quòd ſi ſtatutum requirit præſentiam propinquorum, quòd actus factus in abſentia non ualet: imo pòſtea non poteſt ratificari: & ſic non ſufficit ratificatio, ubi requiritur præſentia. Secundò allegant Bal. in l. ſi. §. neceſsitatẽ. C. de bo. quæ lib. ubi dixit, quòd ubi requiritur præſentia corporalis, non poteſt mittere procuratorẽ[b], uel alium. Et allegãt gl. ſing. in l. ſi tutor. ff. de bo. poſ. ubi dicit, q ubi requiritur præſentia, debet intelligi cum intelligentia: & ſic nõ ſufficit, q intereſſent, niſi intelligerent: & allegant pro hoc Car. in c. ſi. de maio. & obe. ubi dicit, q ſi conſanguineus eſt præſens in cõtractu mulieris, & cõtractus eſt ſimulatus, & iudex interponit decretũ, nõ dicet factũ in eorum præſentia: quia ſi erat ſimulatus, nõ intellexerũt: quia intelligiẽt de præſentia & intelligentia. Et allegãt dictũ Ang. in §. œconomus. in authe. de alie na. & emphyteut. ubi dicit, q ſi ſtatutũ prohibet mulierẽ teſtari ſine uiri præſentia, nõ poteſt inſtituere uirũ præſentem, uel aliũ recipientẽ ꝑ uiro in præſentia uiri: ratio, quia nõ ſufficit menti ſtatuti, quæ eſt, ut ille aſsiſtat, ne decipiat. ¶ Quòd actus extrajudicialis nõ ualet, nõ præſente illo, qui erat uocandus: Abb. hîc dicit. Pro ipſo allego tex. opt. in c. decernimus. xvj. q. vij. ubi collatio beneficij facta abſente patrono, eſt irrita ipſo iure. ¶ Ad illud, qđ ratificatio nõ ſufficit, ubi requiritur præſentia: Pau. de Caſ. in l. cùm non ſolùm. C. de bon. quæ lib. in §. neceſsitatem. ubi idẽ tenet. Sed ꝑ hoc uide Phi. de Peruſ. in c. cũ teneamur. de ap. & eſt gl. in cle. dudũ. in uer. præſentari. de ſepul. ubi gl. dicit, q hoc uerbũ Præſentari, intelligiẽ de præſentia corporali. Dom. in c. cùm cõſuetudinis. de conſue. Abb. ibi plenè ꝑ illã gl. Et dicit, q ſi patronus uult præſentare unũ, nõ põt præſentare cũ literis: bene põt dare literas clerico, & dicere, Præſento tibi iſtũ: ſed non põt præſentare ꝑ ꝓcuratorẽ: & rõ, qa examinãda eſt ꝑſona clerici, nõ patroni. Itẽ qñ Mod. dicebãt, q maritus nõ põt authorizare in facto ꝓprio: Ang. Imo. & Lu. Ro. hoc examinãt in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad ſena. cõſul. Treb. Ad illud, q cũ præſentia requiriẽ intelligentia, ẽ gl. i. c. primis. ij. q. j. & ibi Dom. Sed utrũ allegata & ꝛꝓbata præſentia, intelligaẽ ꝓbata intelligẽtia, ponũt Car. & Imo. in c. præterea. de teſti. cog. Lu. & Imo. in l. j. in prin. de uerb. ſig. ¶ Gl. i uerb. uniꝰ. Quærit hîc Ab. utrùm iſte tex. habeat locũ in delegatis ad uniuerſitatẽ cauſarũ: utrùm, ſi duo dati[c] ſunt, unus ſine alio interloqui poſsit. Dicunt hîc Mod. quòd Abb. malè loquiẽ, quòd iſte

[a] *Non reſcinditur*] *Adde Ang. in l. quæro. §. ferunt. ff. de ædi. edict. & do. Alexand. in l. ſi cùm dotem. §. eo autẽ. fol. ma.*

[b] *Procuratorẽ*] *An, & quando actus, qui ad eius ſolennitatẽ requirit præſentiã alicuius, poſsit fieri per procuratorẽ? uide not. & plenè per do. Soci. conſil. xlviij. inci. In præſenti conſultatione. uerſic. et primo aſpectu. circa princ. in j. parte.*

[c] *Si duo dati*] *Adde tu, quòd mihi uidetur, quòd ſi ſint iſti delegati ad uniuerſitatem cauſarũ, non poſsit unus ſine alio à principio cognoſcere: quia in hoc non æquiparãtur ordinarijs: & hoc, quia iuriſdictio non eſt radicata in ipſis, ſicut eſt in ordinarijs, ut tenet hîc Abb. Quam opinionem confirmo iſtis medijs: pone, quòd delegatꝰ ad uniuerſitatẽ cauſarum ſubdeleget in totum à ſententia ſubdelegati, non appellabitur ad ipſum delegatum datũ ad uniuerſitatem cauſarum, l. j. §. fin. ff. qui & à quib. ap. Quod ſecus eſt in ordinario: quia à ſententia delegati ordinarij ad ipſius ordinariũ appellatur, ut in d. l. j. & l. unica, in fin. C. qui pro ſua iuriſdi. & ibi Scribentes. Adde ad idem, quòd iuriſdictio ipſorũ non ſit fundata: probo, quia delegatꝰ ad*

c. cauſam matrimonij.

ad uniuersitatem causarum, potest recusari, ut suspectus de iure ciuili. Iacob. But. & Bald. in l. fin. C. de iudi. & tamen ordinarius non potest recusari, ut suspectus, de iure ciuili, d. l. fin. & ante hẽ. ibi posita, C. de iudic. Adde etiam, quòd iurisdictio ordinaria nõ expirat re integra morte concedentis, l. more. ff. de iur. om. iu. & in c. quoniam Abbas. de offi. deleg. Adde do. Abb. in c. relatum. de offi. deleg. in uers. conclude sic. j. col. & tamen iurisdictio delegati ad uniuersitatẽ causarum re integra morte concedentis expirat: & in hoc omnes Doct. concordant. Vide Bart. in d. l. more. in pe. col. et alios ibi: & est bonus text. in c. fin. §. ut officium. de offic. deleg. in vj. Ex istis ergo mihi uidetur, quòd opinio do. Abb. hîc sit uerior, & eam sequor, reprobata opinione in l. si uni ex plurib. ff. de re iudic. & opinione Fel. hic.

iste text. non habet locum in delegato ad uniuersitatem causarum. Primò allegant glos. in cle. ij. de rescript. in uer. foraneo. & dicunt, quòd illa gl. uult, quòd isti dicuntur delegati: & dicit, quòd illa glos. reprehenditur, & dicunt, quòd imo uocantur ordinarij: & allegant Pet. de Anch. ibi reprehendentem illam glos. Ergo si dicuntur ordinarij, potest unus incipere sine alio. Ergo & isti delegati, qui dicuntur ordinarij: & poterunt unus sine altero procedere. Secũdò allegãt Ang. in l. iudex. ff. de re iudi. ubi dicit, quòd delegatus ad uniuersitatem causarũ potest iterum cognoscere, sicut ordinarius in sententia lata: & Pet. de Anc. in c. licet. j. eo. æquiparat istos ordinarijs: & allegant Ang. in l. qui procuratorem. ff. de procu. ubi dicit, quòd delegatus ad uniuersitatem causarum, cui est commissa cognitio, potest etiã decidere: & allegant Bart. in l. more. ff. de iur. om. iud. ubi dicit, quòd cui cõmittitur decisio causarum, præsumitur ordinarius: & Abb. in c. si quis contra clericum. de for. compe. ubi dicit, quòd foraneus uicarius episcopi, dicit quasi ordinarius: quia est ad uniuersitatem causarum: & Ang. in l. ij. C. de sent. & interlo. om. iud. ubi dicit, q. l. Barbarius. ff. de offic. præt. habet locum in delegato ad uniuersitatẽ causarum: & respondẽt ad c. ut officium. de hære. in vj. q. est speciale in inquisitore, quòd habeat ordinariam: sed q. solus posit procedere, est ius cõmune. Ita resident hîc Mod. ¶ Pro opi. Abb. uide eundem in c. si. in pen. col. de re iud. & in c. prudentiam. j. eo. tit. ubi ponit eadem, quæ hîc: & addit, q. delegati repræsentant personam delegantis. Vnde iurisdictio non est fundata in ipsis, sed in persona delegantis: meritò qualitercunq; sint delegati, censendi sunt habere exercitiũ pro parte, non in solidum, cùm sint loco unius. Vnde si ferunt sententias contrarias, non distinguitur, prout ibi, in c. fin. sed recurretur ad delegantem. Et Ioan. de Imol. in l. si uni. ff. de re iud. dicit, quòd licet aliquãdo delegatus ad uniuersitatem causarum æquiparetur ordinario, ut in subdelegando, l. j. ff. qui, & à quib. appel. non licet. nõ sequitur, q. per omnia debemus dicere, q. quicquid dicitur de ordinarijs, dicatur de delegatis ad uniuersitatem causarum: & Imol. in simili in l. iudex. ff. de sent. & re iud. reprobauit Ang. ibi, & Abb. in simili in c. relatum. j. eo. ubi dicit, quòd isti ad uniuersitatem causarum non æquiparãtur per omnia ordinarijs. Istis non obstantibus teneo opi. glos. & Bart. in d. l. si uni. pro quo allego Bald. in l. fi. C. de autho. præst. ubi in terminis tenet idem, q. unus delegatus ad uniuersitatem causarum, potest procedere. Idem Card. in c. prudentiam. j. eo. & Bart. in repetit. l. j. §. si plures. in j. col. ff. de exercit. Et quòd quãdoq; delegati ad uniuersitatem causarum æquiparẽtur ordinario, allego Ioan. de Ana. in c. archiepiscopatu. in j. col. de raptor. post Pe. de Anc. ibi Abb. in c. cùm Bertoldus. in ix. col. in uer. ego ad hoc allego. de sent. & re iudi. Imol. in c. fcisicitatus. de rescript. in fin. Bald. in l. si ut proponis. la j. C. quomodo & quando iud. & in l. à iudice. uers. tertiò fallit. C. de iudi. & est glo. in c. statutum. §. insuper. in uer. moderatas. ibi, quid dicemus. de rescript. in vj. & est glo. j. in c. qualiter. el j. de accus. & glos. in c. cùm causam. de app. & ibi do. Abb.

¶ Et quòd unus delegatus ad uniuersitatem causarum procedere possit solus, si incœpit: ratio est, quia delegata uniuersitate plurium causarum cẽsetur commissum exercitium iurisdictionis in solidum, sicut quãdo committitur pluribus aliqua uniuersalis negociatio. Text. in d. §. si plures. & ibi in terminis Bart. Sed quando delegatur una causa pluribus, nõ uidetur commissum exercitium in solidum, sed in simul, ut hîc in text. Non sic, quando constituuntur plures, non ad uniuersitatem negociationum, ut d. §. si plures. & sic probatur, q. ratio do. Abb. non stringit, & non est ualida. Et Moder. bene responderunt ad c. ut officiũ. de hære. in vj. quòd ex pluribus ordinarijs & delegatis unus solus possit procedere, si incœpit. Hoc intelligitur, quando cõpetit à principio iurisdictio pluribus ordinarijs, ut singulis: secus, ubi competit, ut uniuersis: quia tunc secus, quoniam unus solus non posset, ut solus, neq; incipere, neq; procedere. Et ita limita prædicta. Ita Bart. in l. ubi absunt. ff. de tut. & cur. dat. ab his. & clarè Bald. in l. j. in iiij. q. cum seq. ff. de offic. proc. Generaliter autem, quando plures habentes actum expedire, possint separatim procedere, uidebitis in c. prudentiam. j. eo. ¶ Tertiò limitat hîc Abb. nisi † unus ex pluribus delegatis dixisset sententiam suam in præsentia collegarum, & sententia sua nõ placeret illis: ille discedit: alij si postea ferunt sententiam, ualet, etiamsi non uocant illum. Ita dixit Innoc. in c. Raynaldus. de testa. Dicit hîc Abb. quòd Bar. tenet cõtrarium in l. duo ex tribus. ff. de re iudic. & Abb. allegat text. in c. cùm ab uno. de sent. & re iudic. in vj. Et sic tenet contra Innoc. Moder. hîc dicunt, q. examinabunt hunc passum in c. Raynaldus. & repetierunt illud c. & ibi ponunt, & uocatur Ioannina. & ibi dicunt, q. contra Innoc. tenuit Pet. de Anch. & Abb. scilicet quòd est uocandus ille, qui dixit se ita sentire, & ille noluit, &c. Secundò allegant Imol. d. l. si duo ex tribus. ff. de sent. & re iudic. ubi primò tenuit contra Innoc. & ibi uidetur uariare: & remittit se ad c. ij. de arb. in vj. & alleg. Imol. in c. uno delegatorum. j. eo. ubi dicit, quòd hodie iste passus non est examinandus: quia est ibi decisus in c. ij. de arbi. in vj. & allegant Bald. in l. item si unus. §. fi. ff. de arbit. ubi tenet cõtra Innoc. quòd imo oportet istum esse præsentem: & Guil. de Cu. tenuit ibi etiã contra Innoc. Et dicit ibi Bal. quòd licet constet de intentione absentis, tamen propter formam cõpromissi est, quòd omnes iudicẽt: & sic contra Innoc. Mod. uerò tenent opi. Innoc. & primò dicunt, omnia denotãtur à fine, c. cùm cessante. de appell. cùm dicitur esse finis, cessante causa cessat finis, tunc sic iste iudex debet interesse propter istum finem, ut flectat alios in sententiam suã: si non potuerit eos trahere, cur est uocandus? ergo frustrà uocatur. Secundò dicunt, q. pro isto dicto Inno. est casus in c. ij. de arbit. in vj. ubi tertius arbiter uocatus, qui erat absens propter malitiam, alij ꝓcedere possunt. Sed si sola absentia uoluntaria sufficit, q. alij possunt ꝓcedere, eodẽ modo in casu nostro, quando ille est absens, qui dixit sententiã suã in præsentia aliorũ. Sed opi. cõmunis & uera est cõtra Innoc. q. est uocandus ille, qui dixit sibi nõ liquere de causa. Pau. de Cast. in l. duo ex tribus. ff. de sent. & re iud. & Pet. de Anc. in c. ij. de dol. & contu. in vj. Et idem in c. cùm ab uno. de sentent. & re iudic. eo. lib. & Domi. in c. ij. de arbit. in vj. & Abb. in c. j. in ult. col. de arbit. & ponderat glos. ij. aliqualiter ibi, dum dicit, sufficit præsentia alicuius, licet contradicat: & ibi Abb. eam ponderat, & dicit, quòd lex requirens præsentiam tertij, non fuit mota solùm, quia posset alios flectere in suam sententiam: sed ex eo, quia omnes habent potestatem in solidum, sed nõ pro parte. Ergo oportet, q. omnes simul iudicent. Et posset dici alia ratio: quia si esset præsens, fortè ipse traheret cos

eos in suam sententiam, licet non potuerit primò trahere. Ad c. ij. de arb. dicas, quòd uerum est, quòd possunt procedere, si ille est absens: intellige, eo uocato: & tunc consolidatur eorum iurisdictio. Nec potest responderi ad c. cùm ab uno. de sent. & re iudi. in vj. Sic teneo communem opin. Et sic ista tertia limitatio est reprobata.

9 ¶ Quartò fallit, quòd † non habet locũ, quando unus delegatorum iurat sibi de causa non liquêre: quia tunc eo ipso, quòd unus iurat ipsi solí non liquêre, possunt alij procedere. Ita Abb. hîc, qui alleg. tex. in l. si uni. ff. de sentent. & re iudic. Et si esset etiam uocatus, nil ibi ageret: & allegat Innoc. idem tenentem in c. Raynaldus. de testa. Pro dicto Abb. alleg. Angel. in d. l. si uni. ubi dixit, quòd si imminet finis instantiæ, & quòd si iudex nõ est plenè informatus, potest tunc iudex iurare sibi de causa non liquêre: & sic peremptio instantiæ nõ est perempta cum præiudicio partis. Et Paul. de Cast. ibi dicit, quòd per istam practicam euitatur pœna imposita iudici non expedienti causam. Et hoc tenet Bald. in c. sanctimus. in tit. quo tem. mil. inuest. pe. deb. & in l. si de meis. §. fin. ff. de arbi. Et ibi dicit, nisi posset imputari culpa iudici, quòd non perquisiuit, q. sibi liqueat. ¶ Gl. in uerb. recipiat. Nihil hîc examinant Doct.

SVMMARIVM.

1 *¶ Iudicibus pluribus datis, si sit unus suspectus, an omnes recusari poterunt.*
2 *Causæ suspicionis contra iudicem quæ & quot sunt.*
3 *Iudex ordinarius non potest esse iudex in causa sui familiaris.*
Fallit octo modis, ut uidere licet per ordinem usq; ad c sequens.

CAPITVLVM XVII.

1 Avsam, quæ. ¶ Delegatus, ¶ est dominus impetrantis, recusari potest. H. D. ¶ Not. quòd si † sunt dati plures iudices, si unus est suspectus, omnes recusari possunt. Mod. hîc dicunt, quòd Abb. dicit, unus de uniuersitate reprobari potest, etiamsi omnes alij sint habiles. Et dicunt, quòd iste text. hoc non probat. Et sic contra Abb. quia si est unus collega suspectus, dubium est, quòd non corrumpat alium. Sed in uno collegio non est uerisimile, quòd unus corrumpat totam uniuersitatem. Imol. dicit, quòd propter integritatem aliorum cooperietur malitiosus & suspectus, per text. in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. ubi dicitur, quòd testis inhabilis palliatur propter alios idoneos. Bene fatentur, quòd si prior, uel rector uniuersitatis esset mihi suspectus, tunc bene posset recusari: secus, si esset simplex. Ad illud de doctore dicunt, quòd unus doctor non posset repelli de collegio, licet suspectus sit scholari doctorando: quia ibi archidiaconus, uel prior collegij posset dicere, illum esse approbatum ab omnibus, etiamsi ille cõtradiceret, qui est suspectus. Sed ego teneo opin. Abb. & allego glos. unam in c. j. de iudi. ubi dicit, quòd collegium non potest recusari: sed reprobatur ibi per Abb. per text. in clem. pastoralis. §. Pisana ciuitas. de sentent. & re iudic. ubi recusatur populus. Et est glos. in c. in singulis. de stat. monac. & cano. regu. Et sic fuit sibi glos. contraria, ubi synodus potest recusari. Et subdit ibi Abb. quòd propter suspicionem aliquorum illi recusari possunt, sed non tota uniuersitas, & sic collegium: & sic contra Mod. Et non obstat illud, quod dicunt de teste: quia ibi est ratio, quia testes idonei non debent reprobari propter dictum unius inhabilis: & sic tunc non possunt repelli, ex quo bene deposuerunt: & bene, ante quàm deposuissent, possent repelli: secus, pòst quàm deposuit. ¶ Ad illud dictum de doctore dicas, doctor est testis: sed testis suspectus recusari potest: ergo & doctor. Et sic Abb. hîc tenuit, quòd unus scholaris doctorandus, potest allegare suspectum unum doctorem, quòd repellatur ex collegio pro illa uice. ¶ Ad illud de prio-

a *Ordinarius nõ potest*] *Adde tu pro ampliatione istius regulæ, q. sicut non potest quis esse iudex in causa propria, uel familiæ suæ, ita non potest esse arbiter. Text. est in l. pen. ff. de arb. Secus est tamen in arbitratore, l. si libertus. ff. de ope. lib. Adde etiã, quòd non ualet consuetudo, quòd offendẽs ponat se in manibus inimici, qui habeat sententiare, qua pœna sit puniendus offendẽs. Text. est in c. contigit. de sentent. excom. Et quamuis ille text. loquatur in clerico, tamẽ indistinctè tenetur. Vide Bart. in l. j. §. j. in fin. ff. de iniur. & Lud. Rom. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. om. iud. in fi. Adde tamẽ, quòd regula istius text. non procedit, nisi opponatur à parte, ut tenet Felin. hîc in vij. fallent. Quam opin. tenuit Alb. in d. l. qui iurisdictioni. Fulg. Paul. de Cast. et do. Alexand. Sed Anton. de But. in c. dilecti. de appell. tenuit contrarium: uidelicet q. nullo modo ualet sententia in causa propria, uel filiorum, etiamsi non apponatur exceptio. Tamen tenet prima opinionẽ: quia communis. Adde etiã, quòd regula istius quæstionis procedit in ordinario: secus, in delegato. Et hoc de iure ciuili. Glos. & Bartol. in d.*

2 rem, quòd potest approbare solus scholarem, idem tenet Salic. in l. nemini. C. de aduo. diuerso. iudi. & allegat Ioan. de Ana. in c. nemo presbyterorum. de simo. Et idem tenet Imol. & ibi dixi, in c. ex literis. de constit. Ergo frustra repelletur doctor, &c. Dico, quòd habent ista locum, quando aliquid fit manifestẽ, & liquet de malitia nota: secus, si est occulta, prout fit: quia uoces dantur in secreto. Et sic teneo cum Abb. hîc. ¶ Glos. j. in uerbo, suspectus dominus. Notant Docto. istam glos. quæ accumulat sex casus suspicionis: & Ioan. And. in c. legitima. de appell. in sexto, & Specul. in tit. de exc cept. quòd uultis uidere, quæ † sunt causæ suspicionis, posuit Philip. de Perusio in c. postremò. de appell. Ponit xl. causas suspicionis. ¶ Secundò not. quòd recusatio, de qua hîc, in nullo maculat opinionem istius episcopi: hoc est, non infamatur: quia recusatur à iure: quia lex ita uult, quòd dominus non iudicet in causa famuli. Ita Bald. hîc. Confirma per text. in c. cùm in iure peritus. j. eo. ¶ Tertiò not. quòd ad istud

3 dictum, quòd † ordinarius non po-

4 test [a] esse iudex in causa sui familiaris, dantur octo limitationes. Prima fallit in iurisdictione uoluntaria: putà, uolo emancipare filium meum: solus iudex potest facere, prætor, & iudex ordinarius. Text. in l. si quid. ff. de adopt. l. apud filium. ff. de manu. uind. ¶ Secundò fallit in causis breuissimis, l. senatus. de offic. præsid. in uerb. parcissimè. secundum intellectum Angel. & Fulgos. in d. l. qui iurisdictioni. ff. de iur. omn. iud. quia in istis non potest recusari. ¶ Tertiò fallit, ubi lis esset peritura: glos. in d. l. qui iurisdictioni. ¶ Quartò fallit, ubi filius non ageret coram patre, sed conueniretur coram patre: quia tunc non potest pater recusari, l. ille, à quo. §. j. ad senatusc. Trebel. & glos. in d. l. qui iurisdictioni. Et sequentes fallentiæ procedunt etiam in delegato. ¶ Quintò fallit, ubi esset dominus actoris & rei: glos. magna in c. postremò. de appell. ad fin. & loquitur in coniuncto, in quo est par ratio: & text. in l. non solùm. §. demonstratio. ff. de rit. nupt. ubi dicit, par causa affectionis tollit suspicionem: & glos. in c. j. iij. q. v. ¶ Sextò fallit, nisi persona iudicis esset talis qualitatis, quòd omnem suspicionem purgaret: putà, si esset monachus Cistercien sis. Ita Specul. in tit. de delegato. §. superest. ij. col. uersic. sed quid si non est consanguineus. quem sequitur Antonius in dicto cap. postremò, dicens, idem in omni

c. causam, que.

in d.l.qui iurisdictioni. Adde etiã, quòd Felin. dicit hic in prima fallentia, quòd istud non procedit in iurisdictione uoluntaria: quia in ipsa ordinarius potest esse iudex suæ familiæ. Adde, quòd pro sua opi. facit dictum singulare Archi. pro gl. ibi in c. omnes. xxx. q. j. q. sacerdos põt absoluere propriã concubinã. Et adde etiã illud, quod dicit Bal. in l. si cõsul. in iij. q. ff. de adop. uidelicet q. comes Palatinus potest legitimare filium suum naturalẽ corã seipso: & multò fortiùs filium fratris. Et idem tenet Ioan. de Ana. in consil. suo xxix. incip. Vrbis imperialis. Adde tamẽ quòd in cõtrarium est tex. in c. per uene rabilẽ. c[illegible]per. qui fili[illegible]at legi. & ibi glo. in uer. gratiam quæ dicit, quòd rex non potest legitimare filium proprium. Tamen cõsidera. Adde etiam, quòd Feli. hic in iij. fallentia dicit, quòd ordinarius potest procedere in causa propria, ubi lis esset peritura. Intellige istud usque ad litis contestationem, l. senatus consulto. ff. de offici. præsid. Adde etiã, quòd iudex ordinarius, potest esse iudex suæ familiæ in crimine notorio. Bar. in l. nulli. C. quorum app. non reci. & Ang. ibi. Idem tenuit etiam Ang. Sal. & do. Alex. in d.l. qui iurisdictioni. Adde etiã, quòd ordinarius poterit esse iudex

alio, in quo esset una magna sanctimonia. Et allegat l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & tex. in l. iij. in principio. ff. de testi. ibi, nam si careat. Et de hoc uide tex. in c. ij. de oper. noui nun. ibi, credere non possumus ipsas per malicĩã litigasse. pro quo allego Ant. in c. finem litibus. de dolo & cõtuma. ubi dicit, uictus uictori condemnatur in expensis. Dicit, hoc fallit, nisi esset una persona, de qua non præsumeretur, quòd malicioſè litigarit: & Car. in clemen. j. in xxxviij. q. de priuile. ubi excusauit religiosum magnæ sanctimoniæ ab illa clemen. pro quo Cal. de uer. sign. conf. iiij. dicit, quòd sacerdos celebrans non præsumptuosè, sed simpliciter & bona fide, non incurrit pœnam. ¶ Septimò fallit, ubi non opponitur: quia potest esse iudex: gl. in c. j. iij. q. v. & Pau. de Cast. in d.l. qui iurisdictioni. licet aliqui uolunt contrariũ. Idem tenet Ioan. An. in d.c. postremò. & Abb. in c. cùm contingat. de fo. com. ¶ Octauò fallit in eo, qui fuit dominus olim, sed nõ est hodie: & idem tex. dicit pro eo quòd dominus est. Hoc ponunt Mod. hîc, & allegant Bald. in l. etiã. C. de testi. ubi dicas, in repellendo testem domesticum dicas, testis est nunc familiaris: & Ang. consil. j. Bart. in l. j. C. de testa. Reliqua respectu familiaritatis dicam j. in c. insinuante. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 §§ *Appellari an possit ad Papam à quolibet iudice, omisso medio.*
2 *Delegatus potest pluribus delegare.*

CAPITVLVM XVIII.

Cum te consulente. ¶ No. hîc Abb. casum, in quo non appellatur ad Papam omisso medio, licet aliàs appellari possit de iure canonico, bene appellatur gradatim, sicut de iure ciuili: sed † à quolibet iudice potest appellari ad Papã omisso medio: non tamẽ potest appellari ab episcopo ad patriarchã: quia omittitur mediũ, scilicet Archiepiscopus. Et sic intellige Doct. omnes in c. dilecti. el ij. de appel. ¶ Secundò not. quòd delegatus facit medium inter subdelegatum & Papã: & hoc, si istud medium esset utile: quia si nõ esset, putà si esset excommunicatus, uel quòd non haberet iurisdictionẽ. De hoc est tex. in c. si à subdelegato. de offic. deleg. in vj. & c. si is, cui. eod. ti. & lib. ¶ Not. ibi, una, uel pluribus. quòd † delegatus potest pluribus delegare, c. pastoralis. j. eod. Eodem modo plures delegati possent pluribus, quàm sint ipsi: sed quando essent duo delegati, uel plures, utrùm unus tantùm posset subdelegare: & utrùm posset subdelegare pluribus, ut simul cũ collega procedant: Abb. hîc tenet, q

iste unus potest pluribus subdelegare: & hoc, si committit illis pluribus in totum. Mod. hîc idem tenent, & dicũt, quòd nõ erit aliquid absurdum: quia illi plures solùm habent eandem iurisdictionem, quam habet ille solus: & sic statur maiori parti. ¶ Sed pone, quòd ego subdelegaui duobus: & isti duo sunt discordes inter se: si tu dicis, statur maiori parti, hîc non datur maior pars: si dicis, recurretur ad te, non potest: quia delegasti in totum. Ego dico, quòd isti duo sunt loco unius, & sunt discordes: isti sunt loco mei, qui subdelegaui: & sic delegatus determinabit: & procedet c. fin. de sentent. & re iudi. quia nihil aliud est dicere, quàm si collega unus sit discors cũ alio, meritò recurretur ad delegantem. ¶ Gl. in uerb. personis. Dicunt Doct. pone, quòd destruxisset sententiam, uel executionem sententiæ, tunc etiam habet locum ista decretalis: & hoc habes in c. si delegatus. de offic. deleg. in vj.

SVMMARIVM.

1 §§ *Mandatũ extraiudiciale sicut expirat morte mandantis re integra, ita etiam mandatum iudiciale expirat morte mandantis re integra.*
2 *Mandatum factum fauore dotis, non expirat morte mandantis.*
3 *Similiter dicit de mandato facto fauore mandatarij.*
4 *Mandatum factum procuratori, in quibus casibus differat à mandato facto delegato. Vide num. 5. 6. 7. 8. 9.*
10 *Citatio an sit necessaria ad perpetuandam iurisdictionem. num. 11.*
12 *Actus quilibet an sufficiat ante citationem ad perpetuandam iurisdictionem.*
13 *Iurisdictio delegati perpetuatur etiam absq; citatione, quando pars sponte facit aliquem actum in iudicio cum impetratore rescripti.*
14 *Adiunctus si datur ordinario, non expirat potestas adiuncti per mortem Papæ.*

CAPITVLVM XIX.

Relatum. ¶ Morte delegantis expirat iurisdictio delegati, coram quo lis non est contestata. Hoc dicit. ¶ Nota, quòd sicut mandatum extraiudiciale expirat morte mandantis re integra, eodem modo mandatum iudiciale expirat morte mandantis re integra, §. rectè. Instit. manda. & de hoc casus est hîc, si mandatum est iudiciale. ¶ Primò uolo uidere, utrùm † sit aliqua fallentia, quòd mandatum extraiudiciale expiret re integra morte mandantis: & sic, si semper expirat mandatum extraiudiciale morte mandantis. Dicas sic, quòd mandatum extraiudiciale expirat re integra morte mandantis, l. mandatum. C. manda. tex. in l. si quidem. C. de act. & oblig. ¶ Fallit primò in mandato ad pias causas, ut si mandem alicui, ut dotaret ecclesiam, & iste constitutus moritur re integra: hoc mandatum non expirat. De hoc est text. solitarius in c. exijt, qui

in causa propria, & familiæ suæ in casu c. j. de pœnis, in vj. Adde etiam, quòd episcopus, qui est ordinarius, poterit esse iudex in causa ecclesiæ suæ. Gl. est in c. si quis erga. in fi. ij. q. vij. et in c. cùm uenisset. de iudic. Innoc. in c. nostri. de electio. Adde etiam, q. episcopus ordinarius, qui uendit rem ecclesiæ suæ, si uult talem uenditioñ retractare, poterit coram eius uicario litem mouere, quamuis sit idem consistorium, c. ij. de consue. in vj. De hoc uide Bal. in l. j. C. ne quis in sua causa. & in l. si quis ad declinandum. C. de episc. & cle. quamuis Inno. cõtra in c. ex parte. de uer. sig. & male. Adde tu, j. quantum Fel. tenet hic in vj. fallentia, q. si persona iudicis esset talis, q. omnis suspicio cessaret, quòd tunc potest esse iudex. Fallit hoc in impetratiõe rescripti surreptitia: quia non præsumitur bonitas. Bald. in c. j. in fi. ut lit. pend.

qui seminat. in ij. chart. in §. in eo uerò casu. de uerb. sig. in vj. & istum text. alleg. Bald. in authen. si qua mulier. in ulti. col. C. de sacr. sanc. eccle. & allegat pro singulari: & idem tenet in l. mandatum. C. manda. Idem Ludo. Roma. in authen. similiter. C. ad l. Fal. in xvij. priuilegio primæ causæ circa contractus, licet dicat, non probari in cle. exiui. Nec mirum: quia Bald. illam non allegat: & ipse Ludo. Ro. allegat pro hoc l. si pater filio. ff. de manu. uindic. ubi text. dicit, quòd in libertate non expirat mandatum re integra, morte mandantis fauore libertatis. Ergo eodem modo ratione piæ causæ. Ang. in l.
2 traditionibus. C. de pact. ¶ Secundò † fallit fauore dotis: quia mandatum factum fauore dotis, non expirat morte mandantis. Bald. in c. cùm uenissent. de testib. Et ad idem est etiam text. singularis in l. si ego. ff. de iure dot. & idem Bald. in l. sicut. in j. col. C. de act. & oblig. & in l. mandatum. C. manda. Et quando uis uidere certa priuilegia dotis, ponit Ludo. Rom. in l. j. ff. sol. mat.
3 ¶ Tertiò † fallit in mandato facto fauore mandatarij: putà, si mando uni, ut accipiat tenutam unius rei, & sit sua. Hoc uult Inno. in c. in causis. post medium, uersi. ad hoc sic respondeo. de elec. & uoluit idem Inno. in c. constitutus. in uersi. contra formam. de consuet. præb. & facit l. si eum fundum. ff. de pact. facit c. si cui nulla. de præben. in vj. ¶ Quartò fallit in mandato post mortem de sui natura post mortem expedibilem: putà, in mandato concernente sepulturam. Casus in l. si uerò non remunerandi. §. fi. ff. mand. ¶ Quintò fallit, quando in mandato expressè fit mentio de durat̃ione sua, etiam post mortem: ut si dico, Facio te procuratorem meum, etiam post mortem. Bald. in l. id, quod pauperibus. C. de epis. & cler. & in l. quoties. C. de fideicom. Sed est bona cautela ad faciendum, quòd mandatum duret. ¶ Limita istam fallentiam, nisi taliter mandans decedat sine hærede: quia tale mandatum expirabit eo mo̲tuo. Ita Ange. practicauit Florentiæ, & obtinuit in quadam causa domini Parini de Strozis. Et hoc uoluit in dispu. sua, quæ incip. Astensis miles. in j. col. Et
10 ratio est: quia nec eius hæreditas est, sed uocantur bona uacantia, quæ non repræsentant hæredem, l. j. §. qui bona. ff. de iur. fisc. Et si ille esset procurator nec à domino uero, nec à domino repræsentato. Ergo erit nullius procurator: & fallentia procedit, quando constituens habet hæredem. Et de hoc dicit Ang. esse text. in
11 l. j. C. de act. & obli. quòd expirat hoc mandatum, si non reperiatur hæres istius constituentis. Quod not. diligẽter. Vbi aũt mandatũ extraiudiciale occurrit in primo, uide, quæ ponit Ludo. Rom. in l. eius, qui in prouincia. ff. si cer. pet. & Bald. in l. beneficium. ff. de leg. & in l. j. C. de erro. aduo. & in l. j. C. de postu. & omnes post Bart. in l. fundi. ff. de acqui. pos. & unum casum dicam j. secundum Abb. ¶ Vtrùm sit bona æquiparatio mandati procuratoris, & mandati delegati? Dicas, quòd sic. De hoc est text. in l. & quia. ff. de iurisdict. om.
12 iud. Inno. in c. cùm olim Abbas. j. eod. ubi dicit, quòd sicut potest dari procurator ad futuras lites, l. iij. ff. de procur. ita potest dari delegatus ad futuras lites. Me-
4 liùs Inn. in c. in nostra. de pcu. ubi dicit, q. † ista duo mãdata sunt multùm similia. Et subdit: & hinc est, q. utrũque mandatum est strictí iuris: quia non ueniunt, nisi expressa. Tertiò est glos. in uerb. suspicione. in c. ex parte decani. in princip. de rescri. ubi dicit, quòd sicut delegatus potest recusari suspectus, ita & procurator. ¶ Pri-
5 ma differentia est ista. Mandatum † procuratoris non potest reuocari post litem contestatam, l. post litem. ff. de procur. Secus in delegato: quia quandocunque reuocari potest, l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Et istã primam ponit glos. in c. j. in uer. procurator. in fi. de procur. in vj. ¶ Secunda differentia. Mandatum † procu-
6 ratoris expirat litem contestatam morte mandantis: glos. in uer. re integra. in cle. j. de procu. in fi. Secus in delegato: quia sufficit citatio, c. proximo. Rationem differentiæ ponit Imo. & Card. ¶ Tertia. Mandatum procuratoris ad petendum restitutionem in integrum requiritur esse speciale mandatum, l. illud. §. j. ff. de min. Secus in delegato: quia sufficit generale mandatum, ut possit cognoscere de causa restitutionis in integrũ, l. fi. C. ubi. & apud quem in integ. resti. post. ¶ Quarta.
7 Mãdatum † procuratoris est bonæ fidei: iurisdictio delegati est stricti iuris. Ioan. And. in c. gratum. j. eod. & sic contra Inno. in c. in nostra. de proc. ¶ Quinta. Mandatum procuratoris expirat morte mandantis etiam incognita morte eius, l. si præcedente. in princip. ff. mand. licet duret actio, cum quo contrahit procurator contra hæredem illius, pro quo agit: secus in delegato: quia non finitur mandatum, nisi habita notitia de morte mandãtis & delegantis, ut uidebitis in c.
8 gratum. j. eod. ¶ Sexta. Delegatus † ad causas motas & mouendas, non potest cognoscere de mouendis ex iure nouiter orto ex rescripto. Est Rota decis. cxlviij. quæ incip. commissio impetrata in nouis: secus in procuratore: quia si est datus ad lites motas, & mouendas: quia potest etiam agere super mouendis etiam ex iure nouo. Rota decis. ccccxvij. quæ incipit, Fuit dubitatum.
9 Idem tenet Imo. in c. fin. de rescrip. ¶ Septima est, Si † procurator, qui potest substituere, substituit, & mortuus est ante acceptatam substitutionem, ualet substitutio. Domi. de Rota decis. ccccxiij. quæ incipit, Si aliquis tibi hoc domine. Secus in delegato: quia subdelegatio expirat, si non sit usus iurisdictione ante mortem delegantis, c. si à subdelegato. de offic. dele. in vj. in uerbo, dum tamen illo uiuente uti cœperit. Quæ not. ¶ Vltimò: substitutus procurator, qui acceptauit, non potest reuocari, etiamsi non sit usus, c. is, qui. de procu. in vj. Secus in delegato: quia potest reuocare subdelegatum: quia acceptauit, etiamsi non sit usus mandato, c. quamuis. eod. tit. in vj. glos. in c. pe. in uerbo, de certa. de ele. in vj. & gl. in c. j. in uer. procurator. de pcu. eo. lib.
10 ¶ Glos. in uerbo contestata. Vtrùm † sit necessaria citatio ad perpetuandam iurisdictionem? Mod. hîc dicũt, quòd sic: & allegant glos. in c. super quæstionum. §. si uerò. j. eod. ubi subdelegatus, si citauit, non potest delegatus reuocari. Secundò allegant Bart. in l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud. ubi idem tenet: & Ang. ibi, & Bald. j. in
11 c. proxi. ubi dicit, quòd † requiritur citatio in tantum, quòd non sufficit commissio citationis: imo subdit, quòd non sufficit, quòd sit facta citatio, sed sit accusata contumacia citati: & Bald. in c. licet. j. eod. ubi tenet idem: & dicit, quòd receptio literarum est actus separatus ab omni intrinseco cuiuslibet iudicij: & allegant Imo. hîc, qui dicit, quòd ista est communis opinio: & dicit, quòd d.l. & quia. debet intelligi, uti cœperit, s. per citationem: & sic dicit Imo. quòd ex quo est decisum in c. sequenti, stabitur huic etiam de iure ciuili, per c. Raynutius. de testa. Modò quæro[a], an †
12 quilibet actus sufficiat ante citationẽ ad perpetuandam iurisdictionem: & primò Anto. hîc hoc tenet: & respondet ad iura requirentia citationem: dicit ipse, non negant, quin alius actus sufficiat: & ad c. sequens dicit, quòd ibi causa fuit commissa per delegantẽ citatione à se facta. Ad c. proposuisti. de fo. comp. dicit, quòd ideo ibi requiritur, quia agitur de perpetuatione, quo ad partes, ne ab alio possit cõueniri: quia ibi nullus actus potuit interuenire, hîc uerò, quo ad respectum delegati. Et respõdet ad c. fin. de offic. leg. quòd ibi expirabat dignitas delegantis in totum propter finem delegationis: ideo non sustinebat subiectio-

a *Modò quæro*] *Adde tu, quòd Fel. tenet hic, q. non: & est uera & communis opi. quòd per solã citationem perpetuatur iurisdictio delegati, ut est tex. in c. gratum. j. eo. Per quẽ tex. secũdum communiter Doc. corrigitur istud c. relatũ. Et ad idem est tex. optimus in c. fi. j. eod. Et dicit Imo. hîc, quòd*

hîc, quòd de consuetudine hoc seruatur. Adde tu, q̃ Bar. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iu. in uerb. certè. tenuit, quòd per solam commissionẽ de citando factum nũcio, dicitur perpetuata iurisdictio delegati. Et ad hoc ponderauit tex. illius l. & quia. in uer. geri cœperit, uidelicet q̃ per solam commissionem de citãdo dicatur delegatus cœpisse uti iurisdictione. Breuiter cõmunis opi. est contra Bart. q̃ ad perpetuandam iurisdictionem de legati requiritur citatio, ut est tex. inuiolabilis in d. c. fi. in fi. ẽ. eo. & d. c. gratum. Per quæ iura declarantur illa l. & quia. & c. licet. ẽ. cod. Quæ iura utuntur isto uerbo, gericœperit. Et q̃ n di catur iurisdictio cœpta geri per solã cõmissionem de citãdo, uel actum citeriorẽ citatiõe, tenent Canonistæ, maximè Inn. loã. Calde. do Car. & Imo. in d. c. licet. ẽ. eo. Adde do. Abb. hîc inj. col. in uer. aut quæritur.

Iurisdictio] Vide Alex. de Imo. cõtrà in l. & quia. de iurisd. om. iu. in ix. Colla. & adde not. in l. j. C. quando li. princi. da. et Spec. in tit. de re. com. §. iiij. uersi. quid si reus.

nem partis: ideo requirebatur citatio: hîc uerò nõ sic: q̃a mortuo Papa creatur nouus: secus in delegato. Vlteriùs Moder. allegant Imo. in l. ij. §. & si quis. ff. de dona. ubi dicit, q̃ pro hoc est gl. in c. ne aliqui. in uer. incœpta. de hære. in vj. Et subdit ibi, q̃ ista opi. seruaret in practica propter authoritatẽ gl. & Host. & Do. de Ro. decis. cccxxij. Mod. pro ista opi. arguũt sic, & ponderãt, q̃ tex. in d. l. & quia. dicit, res gerere cœperit: istud uerbum Res, est generale ad omnia: & nõ dicit aliquid de iudicio: & sic iura, quæ loquũtur de ista materia, dicũt re integra: ergo erit incœpta res, licet non sit incœptum iudicium. ¶Item arguunt sic: commissio de citãdo est interlocutoria: gl. in l. cùm clericis. C. de epis. & cler. ¶Item nemo citatur sine iussu iudicis, l. fin. ff. de exhib. re. Ad interloquẽdum requiritur causæ cognitio, l. ex stipulatione. C. de sen. & inter. om. iud. Ergo si commisit de citando, est usus iurisdictione: & sic debet intelligi tex. in c. cùm plures. de offi. dele. in vj. in uer. negociũ. Et pro hoc ego allego gl. in c. quamuis. in uer. usus. de offi. deleg. lib. vj. ubi glos. dicit, qualitercunq̃. Ergo sufficit quilibet actus: & Bal. in rub. C. de in ius uoc. ubi Bal. dixit, q̃ per solam libelli oblationem perpetuatur iurisdictio. Ioan. An. in c. fin. de offi. leg. & ibi do. Ant. & Lud. in d. l. & quia. Io. An. in addit. ad Spec. in tit. de recusa. §. ij. super uer. fi. Sed q̃ requiratur citatio, dicit Domi. in c. si à subdelegato. in j. col. eo tit. lib. vj. ubi post Io. de Fantusijs reprobat gl. ibi per illũ tex. Secũdò in terminis Domi. in d. c. quãuis. reprobat ibi gl. & idẽ tenet in d. c. ne aliqui. de hære. in vj. Archi. & Domi. in c. non ita. ij. q. iij. & Imo. in c. licet. ẽ. eo. ubi optimè loquitur: & allegat tex. in c. pastoralis. in fi. 5. de rescrip. ubi tex. t. dicit, q̃ ante expressionem personarum nõ potest iurisdictionem exercere. Ergo expressio illarũ personarũ non facit, q̃ exerceat iurisdictionem: sed facit, ut incipiat & præparet. Item q̃ sola acceptatio mandati non facit, q̃ sit usus iurisdictione: tex. in c. is, q. de proc. in vj. in uer. post mãdatũ susceptũ. etiãsi eo usus nõ sit. Ergo suscipere non est uti. ¶Item electio notarij non inducit exercitium iurisdictionis, c. quoniam contra. de p̃ba. in uer. eligat notarium, qui acta cõscribat. Ergo electio notarij non est de actis iudicij. ¶Et respondẽt ad hoc de subdelegatione, quòd substitutio non facit subdelegatum uti subdelegatione & iurisdictione. Et quòd subdelegatio non sit exercitiũ iurisdictionis, est glo. fi. in c. pastoralis. de rescr. ubi ille, qui habet habitum iurisdictionis, potest subdelegare. Ergo subdelegatio non est actus iurisdictionis: & sic non est actus iurisdictionis. Secundò Io. An. in c. prudentiam. ẽ. eo. ubi dicit, quòd subdelegatio & delegatio sunt actus extraiudiciales. Tertiò gl. in c. nouit. de offi. deleg. ubi dicit, quòd delegatio potest fieri extra territorium. Ergo non est actus exercendi iurisdictionem: & committere iurisdictionẽ, non est actus iudiciarius. Domi. & ibi Io. An. in c. j. §. ij. de off. ord. in vj. & ista est communis opinio: quam nota. Ad motiua Mod. quando dicunt Res, dico, quòd adaptatur secundum materiam subiectam in casu nostro: Res intelligitur de iurisdictione incœpta, quæ est res, quæ res in casu nostro iurisdictionem significat: & uerbum Incœperit, intelligitur, s. per citationem. ¶Ad secundum argumentum, quòd commissio de citando est interlocutoria, & requiritur causæ cognitio, fateor: sed non omnis causæ cognitio requirit citationem: & sic argumentum eorum non stringit: & fortifica cõmunem opin. ¶Fallit primò opi. cõmunis, nisi † actus factus per iudicem, esset factus cum parte, quæ fortè amicabiliter uenit ad iudicium simul cum impetratore: quia tũc perpetuat iurisdictionem. Istam ponit Pau. de Lea. in c. quamuis. eo. tit. in vj. & hoc sequitur ibi Domi. & refert in c. licet. ẽ. eo. ¶Secundò limita, ut non habeat locum in mandato delegatorio ad uniuersitatem causarum: quia si una est incœpta, est perpetuata iurisdictio, quo ad alia. Bar. Bal. & Sal. in d. l. & quia. Anto. & Bal. in c. licet. ẽ. eod. & Imo. in d. l. ij. ff. de dona. Ista limitatio non tenetur hîc. Et Imo. in c. licet. ẽ. eo. Et Abb. hîc dicit, quòd intelligitur perpetuata, quo ad illam solùm: & Bal. in l. mandatum. C. mandati. Ful. & Lud. Ro. in d. l. & quia. Idem sentit glos. in d. c. ne aliqui. in uer. non cœpta. de hære. in vj. & Imo. in c. pastoralis. §. quoniam. de rescrip. Qualis autem debeat esse citatio, uidebimus in c. seq. Subdit Abb. hîc, quòd iurisdictio delegati expirat mortuo delegante. Hoc intellige, quando datur mãdatario una noua potestas, expirat iurisdictio sua, si nondum cœpit uti: sed si excitatur iurisdictio ordinaria per commissionem, non expirat morte mandantis, etiam re integra: & est una limitatio ad istum text. Allegat Abb. §. & hæc uerò iubemus. in authen. ut nulli iudi. lic. ha. Et uide ibi Ang. & glos. & Host. in c. quoniam abbas. ẽ. eod. Bart. in d. l. & quia. Bart. in l. fundi uenditor. ff. de acquir. poss. ubi tenet idem, quod Domi. & Abb. hîc, dum loquitur de nuncio, ubi ualet missio in possessionem etiam re integra. Pet. de Ancha. in cle. ne Romani. de elect. & in c. fi super gratia. de offi. deleg. in vj. Iuxta hoc Pau. de Cast. in d. l. fundi uenditor. dicit, quòd ille text. est singularis in hoc: sed Canonistæ habent æquè bonum text. scilicet in c. si super gratia. eodem tit. in vj. & Bald. in l. si de interpretatione. ff. de legib. ubi replicat hoc de nuncio: & hoc, nisi consuetudo se haberet, ut fieret noua commissio per iudicem: pro quo facit, quia omissio solennitatis ex sola consuetudine inductæ, uitiat actum. Est glo. in authen. ut præpo. nomen impe. in princip. & allegat hanc glos. Abb. in proœmio Decreta. Et de nuncio, quòd præceptum non expirat morte præcipientis, si non confertur noua iurisdictio, sed excitatur: est glos. in c. quod præcipitur. xiij. q. j. Et illam glos. sequitur ibi Archi. dicens, quòd præceptum non expirat morte præcipientis, mandantis, neque mandatarij. Ibi uide. ¶Limita istam limitationem, nisi in executione præcepti adhibenda sit aliqualis causæ cognitio: quia expirat morte præcipiẽtis. Rota in nouis decis. cccxlix. quæ incip. Si Papa mandat alicui. ubi dicunt, quòd si Papa mandat conferri beneficium uacans, si ita est, prout mandatur, expirat mandatum morte sua re integra: quia gratia non est facta, prout in d. c. si super gratia. & committitur causæ cognitio propter uerbũ, Si ita est: & prædicta loquuntur in mero executore. ¶Secundò limita illud de præcepto iudicis, dum modò præceperit causa cognita. Ita Ange. in d. l. fundi. quia ubi præcepit sine causæ cognitione, præceptum non transit in successorem. Casus cum glos. in l. fin. ff. de pœnis. Exemplum in præcepto, quo utuntur iudices in Tuscia, quando uiso instrumento guarentigiæ datur licentia creditori capiendi debitorem authoritate propria. Istud præceptum non transit in successorem. Imo, ibi sequitur hanc limitationem,

nem, sed non exemplum: quia iudex necessitabitur ad dandam hanc licentiam, meritò non expirat mandatum hoc, ex quo tenebatur ita præcipere, per d. l. fundi. & l. fin. ff. de pœn. loquitur in illo, qui ad hoc non tenebatur. Ita Imo. in loco præalle. Ang. in l. si per epistolam. ff. de acqui. hære. ubi tenet istam declarationem Imo. quòd non expirat, ex quo ad hoc tenebatur. Quæ no. quia ex statuto astringebatur. Secus, si non astringeretur: quia uera esset limitatio Cald. in dispu. quæ incipit, Rhegino episcopo. ubi dicit, quòd si † datur adiunctus uni ordinario, non expirat potestas adiuncti per mortẽ Papæ. Allegat glos. fin. in fin. in C. P. & G. j. eod. quæ dicit, quòd iurisdictio prorogata assumit naturam prioris iurisdictionis. Ergo non expirat. Secus, si adiungitur delegato: quia re integra expirat iurisdictio utriusque: & sequitur Ioan. And. in c. cùm plures. eod. tit. in vj. subdens, quòd hodie de stylo cancellariæ apponitur clausula, quòd adiunctio habeatur perpetua in principio commissionis: & sic perpetuatio facta per primum, radicatur in secundo. Ita Ioan. Andr. in loco præallegato: & ibi Domi. post Io. de Fantu. Quæ no. diligenter.

14

SVMMARIVM.

1 ¶ Citatio sola perpetuat iurisdictionem.
2 Commissio sola de citando, an perpetuet iurisdictionem.
3 Effectus citationis per edictum elapso tempore, non facit, quin audiantur illi, quorum interest, etiam post tempus, nisi iudex interloquatur imponendo eis silentium.
4 Actus nullus an perpetuet iurisdictionem.
5 Citatio anomala an perpetuet iurisdictionem delegatam, puta citatio quã facit creditor debitori fugitiuo, quæ permissa est à lege. Commissio sola ad citandum an perpetuet iurisdictionem. Post nu. 5. uersi. Quæritur ergo, utrum.
6 Citatio an debeat esse unica, uel trina, ut posuit perpetuare iurisdictionem.
7 Appellans si continuat iudicium coram primo iudice, uidetur renunciare appellationi.
8 Intellige, quando ipse appellans sponte litigat coram iudice à quo: secus, si inuitus. Et nisi iudex à quo, induxisset appellantem dolo ad talẽ actũ. nu. 10.
9 Actus, qui fit per superiorem, quando consistit in pati, non dicitur dispensare.
11 Appellans si adeat iudicem à quo, tanquam bonum uirum, quia forte appellans quærit compositionem cum aduersario.
12 Quasi, hæc coniunctio quid significet.

CAPITVLVM XX.

RAtum. ¶Si delegatus citat ante mortem delegãtis, perpetuata est iurisdictio. Secundò appellationi renunciat, qui coram iudice à quo, litem prosequitur. H. D. ¶No. ibi, citationis electio, quòd † sola citatio perpetuat iurisdictionẽ[a]: & iste text. supplet c. præcedens. Quando in statutis sunt duo contraria, utrũm stetur primo, uel secundo. Abb. hîc dicit, debet suppleri, &c. & tex. in c. cùm expediat. de elec. in vj. & glos. in c. Raynutius. in uerbo, relinquẽs. de testa. quæ dicit, q̃ si sunt duæ leges contrariæ, statur ultimæ. ¶Limita, nisi prima prouideat in uno casu speciali: quia ultima generalis non tollit primam in illa specie: gl. in c. ut officium. §. duabus. de hæret. in vj. gl. in c. j. in uer. reuocare. de consti. in vj. & ibi Pet. de Anch. uersi, decimò opp. gl. j. in fi. in c. uo lumus. lxxxj. dist. & Bar. in l. sed & posteriores. ff. de legi. Pe. de Anch. consi. cclxiij. & consi. cccc xiiij. quod incip. Visso puncto. Bal. in l. j. C. ne liceat tert. prouo. Pau. de Cast. consi. cxcvj. Abb. in c. fin. de rescrip. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de sen. prola. §. ut autem. in additione, quæ incipit, ad hæc. Et ea, quæ præmissa sunt, tetigi in c. ex parte. ẽ. eod. in illis xx. fallen. & in c. j. de rescrip. Ibi uide. ¶Not. secundò in eisdem uerbis, quòd ualet citatio per edicta: & hoc erat de iure antiquo: hodie debet fieri per nuncium, uel per literas, cle. j. de iudi. ¶Vtrùm † sola commissio de citando perpetuet: Dicit hîc Abb. quòd sic. Moder. dicunt, quòd iste text. non probat: quia non sufficit citatio per edictum, sed debet fieri per literas, uel per nuncium. Ergo non ualet citatio per edictum. Car. consi. cliij. ubi ponit, quòd citatio per edicta non ualet, etiamsi essent, quos materia tangit: sed tangit singulariter, non uniuersaliter: quia nõ ualet citatio per edictum: & allegat Ioan. And. in c. fi. de ele. in vj. & ibi est optimus text. in uer. ubi est collectus. alias, generaliter. Secundò Barth. Cæpol. in sua caute. cxj. char. xiij. inci. solent communiter episcopi, ubi idem tenet: & Ange. consi. cclxxxviij. incip. Viso facto. ubi dicit, quòd nunquam nocet proclama generale, ubi scitur, quos res tangit, uel sciri potuisset: & ita intelligitur l. si eo tempore. C. de remis. pig. & Lud. consi. ccccx. incip. Vt clarior reddatur. & Pe. de Anch. in c. fi. de ele. in vj. & ibi Domi. in fi. ubi dicit, q̃ non solùm nulla est citatio generalis, ubi aduersarius sciebatur: sed etiam, ubi de facili sciri potuisset. Ita dicit ibi Domi. pro quo est Bal. in l. si curatoris. C. de iur. delib. ubi dicit, non sufficit dicere, Compareat, quicunq̃ uult esse hæres: sed debent uocari, quos proxima causa successionis tangit. Et Ang. ibi sequitur hoc dictum, & dicit, quòd practici aduocati non libellant generaliter contra uolentem esse hæredem, sed generaliter nominant proximiores, & non facit mentionem de Bald. & uide etiam Ang. in l. si quis instituatur. ff. de hære. insti. Et ista sufficiãt de modo citandi per edicta. ¶Effectus[3] uerò citationis per edictum elapso tempore non facit, quin audiantur illi, quorum interest etiam post tempus, nisi iudex interloquatur imponendo silentium illis. Ita Inno. in c. fi. qui matri. accus. pos. & Ang. eum allegat in l. j. C. ut nemo. inui. & Bal. in l. diffamari. C. de inge. manum. ¶Audiuntur enim isti regulariter elapso termino, nisi in tribus casibus. ¶Primò, quando res non est integra, per text. in c. fin. qui matri. accus. pos. & tenet Bald. in d. l. diffamari. ¶Secundò in termino legis: quia nũquam audietur lapso termino legis: exemplum in c. pia. de excep. in vj. & hoc uoluit Inno. in d. c. fi. Allegat text. in l. ob commissa. C. de adul. ¶Tertiò, quando in assignatione termini apponitur clausula ista: aliàs extunc imponitur silentium. Ita Abb. in c. pe. de iudi. post do. Car. ¶Adde tamen, quòd ad hoc, ut ista edicta ualeant, debẽt apponi in loco publico & noto ex literis legalibus: & non ita in loco alto, quòd legi non possint. Ista omnia ponit Pau. de Cast. in l. si pupillus. §. præscribere. per illum text. ff. de insti. ¶Vbi uerò quis uenit post edicta, & ostendit se fuisse iusto impedimẽto occupatũ, auditur. Casus est in d. c. fi. qui ma. acc. pos. & in d. l. ob cõmissum. ¶No. ibi, negotium sit quasi cœptum. Vtrùm † actus nullus perpetuet iurisdictionem[b]. Abb. hîc, quòd non: & uide glo. b ij. in l. si pater. C. ne de sta. defun. ubi glos. dicit, quòd litis contest. inualida non interrumpit præscriptionem: & Bald. in l. accusaturus. ff. de adul. ubi tex. probat, quòd libellus ineptus nõ interrũpit præscriptionẽ: & gl. ij. in fi. in c. ut debitus. de appel. ubi gl. dicit, q̃ litis cõtest. inualida nõ interrũpit præscriptionẽ: & facit tex. in c. pe. de fo. cõp. in uer. legitimè citatus. Ergo sec[a], si nõ fuit legitimè citat[a]. Et est tex. cũ gl. fi. in c. bonæ. el. fi. de elec. & uide Bal. in c. quoniã. de proba. ubi dicit, quòd sententia lata, præcedente citatione nulla, est & ipsa nulla: & sic ipsa non transibit in rem iudicatam. Allegat gl. in l. si accusatoribus. C. de accusa. quia

a *Iurisdictionẽ*] Ad quod uide omnino domi. Alex. de Imo. in l. j. ff. de iu. om. iu.

b *Iurisdictionẽ*] Vide omnino ad hoc Lud. in fine. uersic. iurisdictio.

cuſ. quia partes ſunt, quòd non ſit lata, uel ſit nulla, c. ij. de transla. præla. & uide Bald. in c. in nomine Domini. in iiij. nota. de teſti. & ſic actus inualidus nõ perpetuat iuriſdictionem. ¶Sed no. q ubi agitur de ligando aliquem ex citatione, dato quòd ſit illegitima, ſi tamen citatus aliunde habuit plenam notitiam rei, nihil nocet citationis inualiditas: quia ligat citatum. Ita Lu. in d. conſi. cccx. incip. Vt clarior. & allegat cle. cauſam. in ſi. de elec. ¶Secundò no. & limita prædictam concluſ. quòd citatio inepta & inualida perpetuat, quando poſt ipſam ſequuta eſt ſpontanea comparitio citati, & perſeueratio in iudicio. Text. eſt, & gloſ. & Bald. in l. j. §. j. ff. de ſer. In iſto enim caſu etiam ſententia ualebit, tametſi rectè non fecerit, qui eum citauit: & eſt gloſ. quæ incip. hîc no. tria. in fi. quæ dicit, q ubi reus conſentit citationi per comparitionem & perſeuerantiam in iudicio: eſt, ac ſi fuiſſet citatus. Quod no. diligenter. ¶Confirma per dictum Pau. de Lea. in c. quamuis. de of. dele. in vj. ubi dicit, q ubi fit amicabilis comparitio, perpetuat iuriſdictionem: fortiùs in caſu noſtro. ¶Secundò, præſens in iudicio non eſt uocandus, c. j. de iudi. Si ergo iſte comparuit, non eſt citandus. Et uide Bald. in authen. ſi omnes. C. ſi ſe ab hæ. abſti. ubi Bald. dicit, q ſi ſta tutum dicit, quòd à die citationis uſque ad xxx. dies debet aliquid facere iudex, q ſi pars non citata comparuit, quòd incipiunt currere illi xxx. dies à die comparitionis illius partis, licet non præceſſerit citatio. Ergo fortiùs in caſu noſtro. ¶Vtrùm † citatio anomala perpetuet iuriſdictionem delegatam: putà in citatione quam facit creditor debitori fugitiuo, quæ eſt permiſſa à lege, ſecũdum Bart. in l. neminem. C. de exhib. reis. per text. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. cre. Inno. in c. propoſuiſti. de fo. comp. dicit, quòd iſta citatio perpetuat, & inducit præuentionem. Anto. ibi tenet contrarium: quia dicit, quòd ad hoc, ut citatio inducat præuentionem, uel perpetuationem, requiritur, quòd ſit legitima. Si tu dicas, permittitur, fatetur: ſed non eſt legitima. Et uide Abb. in c. j. de iudi. in uerb. ſed quia dixi. ubi allegat gloſ. in c. cùm ſit Romana. in uerb. ſolent. de appel. ubi gloſ. dicit, quòd non teneor credere dicenti mihi, uenias ad iudicem: & ratio, quia talis citatio non emanat à iudice. ¶Quæritur ergo, utrùm ſufficiat ſola commiſsio de citando ad perpetuãdam iuriſdictionem? Vide Rot. in antiq. deciſ. xj. in tit. de do. & contu. ubi dicunt, quòd commiſsio citationis perpetuat iuriſdictionem delegati: ſed non reſpectu partis. Vnde ſecundus delegatus, qui commiſit & citauit, dicitur præueniſſe illum, qui tãtùm citationem commiſit. Sed q non ſufficiat, tenet Bald. hîc: pro quo facit dictum eiuſdem in l. cùm ſponſus. ff. de do. inter ui. & uxo. ubi dicit, q tunc citatio dicitur citatio, quando nuncius executus eſt: antea non: & facit text. hîc in uerb. citatione facta. & ſignificat hoc actum factum & executum: & ſic contra Abb. hîc. Ioan. An. tangit hoc in c. fi. de offi. leg. & dicit, q Guido de Suza. diſputauit iſtũ paſſum: & tandem dicit, q de iure ciuili non eſt perpetuata: ſed de iure canonico ſufficit commiſsio, per text. hîc, & in c. licet. j. eod. quia committendo dicitur cœpiſſe uti iuriſdictione: ſed non ſufficit, quo ad afficiendam perſonam, per cle. ij. ut lit. pen. Idem ſentit ibi Bal. Sed dicatis indiſtinctè, quòd ſufficit commiſsio ad perpetuandum. Ita Abb. & Card. in d. c. fi. & mouentur: quia citatio habet tres partes: commiſsionem, executionem nuncij, & relationem. ¶Prima pars eſt iuriſdictionis: quia iudex exiſtens extra territorium, non poteſt committere citationem. Ergo ſequitur, q committere eſt uti iuriſdictione, l. omnes. C. de epiſ. & cle. & c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. in vj. Et idem uidetur de iure ciuili, per d. l. & quia. in uer. uti cœpit. Et hanc partem, q ſufficiat commiſsio, tenet gloſ. in uerb. ad partem. in d. cle. ij. ut li. pen. & ibi Imol. & Car. & Ab.

6 in fi. ¶Vtrùm † citatio debeat eſſe trina, uel unica? Dic, q ſufficit unica: quia etiam deſcendit à iuriſdictione. De hoc eſt gloſ. in cle. j. in uerb. citationis. de iudi. quæ dicit, q ad perpetuandam iuriſdictionem ſufficit unica citatio. Cum illa gloſ. concordat Archi. in c. non ita. ij. q. vj. ubi dicit, q ſemel citando perpetuatur iuriſdictio: & Abb. & Ioan. And. in d. c. propoſuiſti. de fo. compe. & Fede. conſi. xxx. facit l. ſi quis poſtea. ff. de iudi.

¶No. ibi in text. uideretur ab appellatione receſſum,
7 q † appellans continuans iudicium coram iudice à quo, uidetur renunciare appellationi: & eſt text. in c. cùm ueniſſent. de teſti. & in c. ſolicitudinem. de ap. Iſta eſt regula. ¶Ab. hîc primò limitat ut intelligatur de appellatione interpoſita, non autem interponenda. Vnde ſi pendente tempore ad appellandum, comparet quis coram iudice, qui tulit ſententiam, non dicitur appellationi interponendæ renunciare. Allegat Inno. in c. ſolicitudinem. de app. & Ioan. And. in c. fi. de app. in vj. & text. in l. ad ſolutionem. C. de re iud. & ibi gloſ. Idem tenent hîc Anton. Imo. & Domi. Confirmo: quia idem tenet Inno. in c. quod ad conſultationem. poſt princip. de re iud. ubi dicit, quòd recipiens terminum à iudice poſt ſententiam, non renunciat appellationi interponendæ. Et de hoc allegat Lud. in rub. ff. de arb. in xxix. col. Iſtam fallentiam tenet Anton. in c. ſignificauerunt. de teſti. in iij. col. Idem tenet Abb. in d. c. quid ad conſultationem, in viij. col. & Imo. in l. iiij. §. ſi quis
5 condemnatum. ff. de re iud. & Flo. de ſancto Petro in l. ad ſolutionem. C. de re iud. ¶Intellige primò hoc, niſi actus, quem gerit pars, ueniret executiuè ad implementum actus iudicis: putà, iudex præcepit, ut ſoluat x. ipſe petit terminum ad ea ſoluenda: uidetur approbare grauamen, ſeu ſententiam: ergo renunciare cuicunq; appellationi etiam interponendæ. Ita Domi. hîc allegat Ioan. An. in c. ſolicitudinem. ſuper uerbo, renunciare. ubi dicit hoc: & allegat Ioan. And. idem tenentem in c. fin. de ap. in vj. & gloſ. magnam circa med. in c. ſi à iudice. de appel. in vj. ¶Secundò intellige & reſtringe,
8 ut non habeat locum, quando † quis facit actum coram iudice ſponte litigando coram eo: ſecus, ubi inuitus: quia ſi inuitus, non uidetur renunciare. Ita Abb. in d. c. quid ad conſultationem. in ix. col. & idem replicat in d. c. ſolicitudinem. in fi. Idem tenet Domi. in c. fin. §. j. de appel. in vj. ubi dicit, quòd lex. ad ſolutionem. C. de re iud. loquitur in eo, qui ſponte petijt terminum ad ſoluendum: ſecus in illo, qui acceptauit terminum à iudice aſſignatum: & ſubdit, quòd conſuluit, quòd acceptans terminum proteſtetur ſaluum ſibi eſſe ius appellandi, in quo uult deliberare, expediat ſibi, an non? Franc. de Are. in d. c. ſignificauerunt. de teſti. in ij. char. parua, primò oſtendit, quòd iſta quæſtio pendet ab alia, ſcilicet utrùm attentata infra x. dies, faciant uideri renunciatum eſſe appellationi, ſicut poſt appellationem? & concludit, quòd debet diſtingui, utrùm iſte ſit ſpontaneus, uel non: non autem, an ſit executiuus, uel non: quia etiamſi eſſet executiuus, ſed non ſponte, putà acceptando terminum non petitum, non uidetur renunciare. ¶Secundò limita, niſi actus tendat ad augmentandum deſiderium appellantis: quia talis actus non inducit renunciationem appellationis, ſecundum Abb. hîc poſt prædictos: & gloſ. in c. ſi à iudice. in uer. nõ teneris. de ap. in vj. & Rotã deciſ. cclxxxvij. quæ incipit, Licet appellationi interponendæ. in fi. in uer. crederem, quòd ſi actor. ubi approbant ſimpliciter gloſ. de qua ſ. & ibi dicit, quòd ſi actus tendit ad declinandam iuriſdictionem, &c. Vide ibi. Et uide Rotam etiam deciſ. ccccl xxiij. in eiſdem uerbis, quæ incipit, Si ille, qui à ſententia diffinitiua. & ibi etiam allegant illam gloſ. & ibi ipſi optimè declarant. Et uide etiam Domi. in d. c. ſi à iudice. in vj. ubi etiã declarat, dicens: dum modò doceat de grauamine per ſimplicem informationem,

tionem, non tanquam coram iudice, ſed tanquam coram extraneo. Et pro gloſ. illa ſimpliciter uide Phil. de de Peruſio in c. cùm teneamur. de appel. ubi dicit, q ille text. rumpit iſtam deciſio. Rotæ. ¶Sed ego credo, quòd opi. Rotę ſit uerſor: & quòd non obſtat, c. cùm teneamur. quia ibi non mouebatur iuriſdictio iudicis à quo, ſuper eo, in quo erat pronunciandum per iudicem ad quem: meritò reſpectu illius articuli nulla eſt contrarietas: ſecus in caſu deciſi. Rotæ, de qua ſ. quia petebatur ibi, id quod pertinebat propriè ad iudicem ad quem: ergo erat contrarietas. Quæ no. ¶Tertiò limita, dum modò actus geſtus per appellantem coram iudice à quo, fuerit in iudicio approbatus: ſecus, ſi non fuit approbatus: quia neque à iudice, neque à parte poterit dici iſtum renunciaſſe: quia fundant ſe in actu, quem impugnauerant, contra regul. ex eo. de reg. iur. in vj. & c. cùm olim. de cenſi. Doc. hîc allegant gloſ. in c. cùm ueniſſent. in uer. obtinuit. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan. & text. in c. mulieri. de iureiur. & uide Ludo. in ſingulari cliij. inci. appellans. ubi allegat pro ſingulari illam gloſ. in d. c. cùm ueniſſent. Secundò uide Abba. in d. c. cùm ueniſſent. in iij. col. ubi dicit, quòd illa gloſ. ponit limitationem ad iſtum text. & Abb. conſi. ij. uol. j. ante fi. ubi dicit, quòd eatenus uidetur pars proprium actum approbare, quatenus per aduerſarium approbatur. Allegat dictam gloſ. & uide Inno. in d. c. cùm mulieri. ubi dicit, quòd contra confeſsionem propriam, etiam iuratam, poteſt quis uenire, ſi fuit reprobata per ſententiam: nec in currit periurium, neq; leuem notam: & Bald. allegat hîc do. Innoc. in l. ſi credi toribus. in fi. C. de ſer. pigno. da. manu. Et ibi dicit, q ubi actus fuit reprobatus, licitum eſt allegare turpitudinem propriam: & alibi dixit idem Bald. in l. ſi quis te ſtibus. in ij. col. C. de teſti. & in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cle. quòd non dicitur ſibi contrarius, qui uenit contra proprium actum impugnatum in iudicio, allegando Inno. ubi ſ. Vide etiam Bald. in authen. nouo iure. in fin. C. de pœna iud. qui malè iud. ubi dicit, quòd ſi aliquis dixit in ſyndicatu, &c. Vide ibi per ipſum, qui allegat Inno. ubi ſ. ¶Vltimò uide etiam Bal. in l. j. in pe. col. C. de confeſ. ubi dicit, quòd nemo cogitur perſeuerare in confeſsione reprobata: & allegat Inno. ubi ſ. Et pro hoc dicto Inno. eſt gloſſ. ſing. in auth. item ſi poſſeſſor. in gl. fi. in fi. C. qui po. in pig hab. ¶Vltra Abb. hîc ponit do. Anton. Domi. & Imo. aliam limitationem: hoc eſt, dum modò actus conſiſtat in agere, prout ibi, & in c. ex ore. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. Secus, ſi conſiſtat in pati. Allegant Inno. in c. olim. el iij. in fin. de reſt. ſpo. ubi dicit, quòd ſi iudex excommunicauit me poſt appellationem, & ego tolerem excommunicationem, abſtinendo à prohibitis excommunicato, non uideor renunciare appellationi, neque ſententiam ratificare: maximè, ſi proteſtor, quòd nolo appellationi renunciare: & pro hoc allegat Domi. rationem: quia actus conſiſtentes in patiendo, non arguunt ita conſenſum, ſicut actus conſiſtentes in agendo. Allegat gloſ. in c. cùm dilectus. de conſue. in uerbo, à ſuſpenſis. ibi, plus tollit negatio, quàm ponat affirmatio. ¶Melius allegaſſet Anton. in c. ueniens. in ij.
9 col. de fil. presby. ubi dicit, quòd † ubi actus, qui fit per ſuperiorem, conſiſtit in pati, nunquam dicitur diſpenſare: & ſic actus conſiſtẽs in pati, non inducit diſpenſationem, per text. in cle. fi. in fi. de ſent. excom. & allegat Inno. in loco præalleg. Et allegat unam gloſ. in c. cùm deceſsiſſent. in uerbo, contraxerunt. de conſti. ibi, dicit Ioan. ubi uide, quæ ſcripſi anno præterito: & Car. in d. c. olim. de cenſi. in ij. col. ubi dicit illud dictum Inno. eſſe ſingulare. ¶Non obſtat l. ad ſolutionem. C. de re iudi. quia in illa l. facit aliqua uerba iudicantia, quòd ultra patientiam aliquid fiat, propter quod uideatur renunciari appellationi. ¶Quintò limita, niſi iudex à quo, iam admiſiſſet appellationem: quia tunc hunquam per aliquem actum factum coram eo renunciatur appellationi, neque renunciari poſſet. Iſta eſt una ſolennis limitatio, & eſt deciſ. Ro. cccl xiij. de hoc, quæ incipit, Ex hoc inſurrexit. in nouis, per c. cùm appellationibus. in fin. de appel. in vj. Et ad c. interpoſita. §. j. de ap. reſpondent, quòd loquitur, ubi non fuit delatum: & uolunt, quòd etiam expreſſè renunciari non poſſet. Ergo multo minùs tacitè. Tu conſidera c. ut ſuper. in fin. de app. in vj. ubi iniuſta denegatio Apoſtolorum habetur pro declaratione: & tamen adhuc renunciari poteſt. Et ad c. cùm appellationibus dic, quòd nihil dicit de renunciatione: hoc eſt, ſi partes renunciarent. Tamen cogitabis: quia oportet uidere, utrùm dicta denegatio æquiparetur dilationi omnino. ¶Sextò limi-
10 ta, niſi † iudex à quo, dolo induxiſſet appellantem ad talem actum: quia non dicetur renunciaſſe appellationi. Deciſio eſt Ioan. And. in c. pen. in ij. col. de religio. domi. per illum text. & ſequitur Anton. ibi in ij. col. per gl. in l. dolum. C. de dolo. ¶Septimò limita, niſi actus fiat non ab appellante, ſed ab aliquo eius amico, uel filio, eo non mandante, nec ratum habente. Talis enim actus non nocet. Ita dicit Ioan. And. in c. cùm teneamur. ſuper uer. reformarę. de appe. in fin. ¶Octauò limita, niſi iudex, coram quo appellans reuertitur, & qui grauauit, gerat uicem iudicis ad quem: putà, legatus in partibus habens ex priuilegio poteſtatem cognoſcendi de appellationibus ad Papam interpoſitis: quia actus coram eo factus, nõ inducit renunciationem. Ita expreſsè uult Inno. in c. cùm ueniſſent. ſuper uerbo, coram eo. de eo, qui mittitur in poſ. Et ratio eſt, quia uidetur potiùs aditus, tanquam iudex ad quem, quàm tanquam iudex à quo, ut actus potiùs proſit agẽti, quàm
11 noceat. ¶Nonò limita †, niſi adeat iudex, tãquam bonus uir: fortè, quia appellans quærit compoſitionem cum aduerſario. Deciſio eſt Hoſt. in d. c. cùm ueniſſent. ¶Decimò limita, niſi fiant actus concernentes ſolennitatẽ appellationis: putà, petere apoſtolos: quia per tales actus non renunciatur appellationi. Tex. eſt in c. ab eo. de app. in vj. ¶Vndecimò limita, niſi litigaret cotã eo per metum, & iam opportunè proteſtatus fuiſſet de grauamine: & q non appellaſſet, quia timebat: nã proſequendo litem durante metu non renunciat appellationi, & expreſsio grauaminum habet uim appellationis. Hoc eſt ſingulare dictum Inn. in c. ſi iuſtus metus. de app. Et per oẽs alios actus uidetur renunciari appel
12 lationi, exceptis iſtis, quos no. ¶Gl. in uerbo, quaſi cœ
a ptũ. No. hîc Ab. q hoc † uerbũ[a] Quaſi,

a *Verbum] Adde tu, q, uerbum Quaſi, poſitum inſtatutis, denotat proprietatem, nõ impropriętatem. Ita Bar. ſingulariter in ul. col. in uerſi. reſpondeo. ff. de ſicar. & in l. diuortio. §. ſi fundũ. in prin. ff. ſol. mat. & aliquid in l. hoc colore. ff. de inoffi. teſta.*

importat de ſui natura diminutionẽ, ut eſt gloſ. in c. parochianis. de dec. & tex. in l. in facto. ff. de condi. & demon. & glo. in c. prout. de do. & contuma. & Moder. hîc allegant Bal. in l. ſi defunctus. C. de legi. hære. Secundò allegãt gl. & ibi Angel. in l. j. ff. de trãſact. & do. Ab. in c. ad noſtram. el. iij. de iureiur. & Old. conſi. clv. & Ab. in c. cùm inter canonicos. in pen. col. de elec. & Domi. poſt Archi. in c. quia à te. l. diſt. in j. col. ubi dicit, q aliquando dictio Quaſi, capitur pro Tanquam: & allegat pro hoc gl. in uerb. quaſi matrem. in c. ij. de priuile. in vj. & allegat gl. in c. quando. §. q ſi ſuper. ut lit. nõ conteſt. ¶Aliquãdo uerò ponitur pro ueritate: & allegat gl. in d. c. parochianos. ¶Aliquando uerò importat ſimilitudinem, & etiam ueritatem: & allegat Iob ibi, Quaſi impios percuſsit eos. ¶Aliquando uerò excludit, ut ſi eſt adiuncta numero: excludit eñ minimã partẽ numeri, c. cùm dilecti. de elect. ¶Aliquando uerò importat ueritatem actus geſti, ſed addit eius reſtringibilitatem. De hoc al

legat tex. in c. cùm inter canonicos. de elec. & ibi glos. in uer. quasi spirituale. & gl. ultra Domi. in l. iij. ff. de condi. ob cau. da. & facit text. in eadem l. §. subtilius quoq;. & tex. in c. querelam. in uer. quasi possidere. de elec. ¶ Gl. in uer. maximè. mortuo Papa ipso facto expirat iurisdictio: & ex hoc sequitur, q; non est opus excipere. Secundò sequitur, q; etiam uolentibus partibus procedere non potest. Et q; expiret ipso iure iurisdictio, est text. in c. si cui. in fin. de præben. in vj. ubi dicit, q; si executor est datus ad gratiam finiendam, q; expirat eius potestas omnino mortuo cõcedẽte re integra. Ergo totaliter expirauit incontinenti. Ita ibi Domi. nam ibi, illud uerbum Omnino, importat ipso iure, propter gl. in l. j. §. si pecuniam. ff. depositi. Secundò est text. pro hoc in c. præsenti. in prin. iuncto fin. de offi. leg. in vj. ubi collatio facta per delegatum reuocatum est ipso iure nulla: & probat idem text. in c. si à subdelegato. ff. de offi. deleg. in vj. ubi text. dicit, q; non teneris excipere, quia esses tibi cõtrarius: & probatur per text. in d. l. & quia ubi quo ad sumendum iurisdictionem, æquiparat mandatum iurisdictionis, & mandatum priuati. Sed mandatum priuati expirat ipso facto per reuocationem. Ergo etiam expirauit in mandato iurisdictionis. Ita omnes hîc: & ita c. cùm uenissent. de testi.

SVMMARIVM.

1 Iudices ordinarij cum de causa aliqua cognoscere debent, unus eorum alijs absentibus potest iudicare.
2 Hæredes defuncti habentes iurisdictionẽ in castris, non possunt eam separatim exercere, sed omnes simul.
3 Iurisdictio ubi competit non feudalis, neq; ducalis, neq; marchionalis, tunc potest in totum diuidi.
4 Iurisdictionis administratione diuisa inter plures, unus non punit alium delinquentem.
5 Par, uel minor delinquendo non efficitur subditus in loco. Iurisdictio in tribus casibus non recipit diuisionem. Post numerum 5. uer. tribus tamen casibus.
6 Dignitas non potest diuidi inter hæredes, sed præfertur priuilegiatus. nu. 7.
8 Filius regis, natus tamen ante adeptum regnum, an dicatur filius regis.
9 Primogenitus legitimatus an excludit secundogenitum legitimè natum.
10 Sequi quis debet regulariter maiorem partem. Fallit ut hic.
11 Executor unus si mortuus sit, an episcopus det adiunctum superstiti.
12 Citatio iniusta non arctat citatum.
13 Nuncij quales personæ debent esse.
14 Reus si obiecit exceptionem excommunicationis actori in iudicio, & eam non probat intra tempus, auditur actor: si uerò probat delegatus, absoluit actorem, si est excõmunicatus ob causam sibi commissam.
15 Nolle, & non uelle, qualiter differunt.
16 Exceptio an sit probata, denunciatione probata.
17 Excommunicatio an posit probari per unum testem cum iuramento partis.
18 Excommunicationis nomine regulariter intelligitur de maiori.
19 Excommunicatus ab homine ipse absoluet, & non alius. Fallit duobus modis: ut nu. hoc, & nu 20.

CAPITVLVM XXI.

Rudentiam. ¶ Si causa delegatur tribus cũ clausula, Quod si nõ omnes, nisi prius appareat de impotẽtia tertij, duo procedere non possunt: & si proceduntnihil agitur. ¶ Glo. super uer. teneat. utrum illi, qui habent iurisdictionẽ, debeãt omnes conuenire, uel unus solus possit conueniri in solidum? Ab. hîc dicit, q; unus ex pluribus ordinarijs procedere potest: quia habet in solidũ iurisdictionẽ: & tenet Bal. in l. j. ff. de offi. cons. ubi idem dicit de duobus uicarijs episcopi. ¶ Fallit hoc, nisi esset eis commissum aliquid, ut uniuersis. Ita Bal. ibidem in iij. q. putà, si statutum dicit, q; consules cognoscant de furtis mercatorum: quia unus solus nõ potest procedere. ¶ Secundò fallit, nisi statutum, uel consuetudo dicat, q; omnes concorditer iudicent: quia tunc unus sine alio procedere non potest. Ita Bal. ibidem. ¶ Tertiò fallit, ubi ordinarij exercent actum, per quem finitur iurisdictio: putà, pronunciare se incompetentem: quia omnes debent conuenire. Ita Ab. hîc. ¶ Facientes uerò collegium non possunt separatim procedere. Ita Ab. hîc, & Bal. in d. l. j. ubi dicit, q; antiani sunt, tãquam regulî in ciuitate: & q; ab eis solent iura interpretari, sicut, &c. uide ibi per eum.

2 ¶ Filij, seu hæredes defuncti, habentes iurisdictionem in castris, non possunt eã separatim in castris exercere, sed in simul. Ita Gui. in l. j. ff. de offic. consul. & refert hîc Anto. ¶ Dicunt hîc Mod. q; Ab. mentitur, q; do. Anton. nõ bene retulerit Guil. in d. l. j. quia imo Gui. tenet hoc in d. l. j. & hoc etiam tenet Bald. ibi in vj. q. & istam sequuntur Moder. hîc, s. quòd isti filij succedant, tanquã repræsentantes unum solum: ratio, quia repræsentant personam patris. Sed in eo erat unica iurisdictio. Ergo, &c. Facit, secundum ipsos, l. fin. ff. de præto. stip. & l. inter tutores. ff. de admi. tu. & cũ hoc cõcordat Paul. de Cast. in l. si uni. ff. de re iud. & Rayne. in d. l. j. de offi. consul. ¶ Sed q; imo separatim habeant, tenet Bar. in d. l. si uni. & Abb. hîc per text. in d. l. ij. §. ex his. ff. de uer. obli. ubi probatur, q; iura indiuidua transeant ad hęredes in solidum. Ergo & iurisdictio: quia est indiuidua. Nota tamen q; iurisdictionis administratio diuidi potest, licet non ipsa iurisdictio. Ita dicit Bar. in d. l. inter tutores. & sequuntur hîc Ant. Imo. & Domi. & Ab. & Bald. in c. uno delegatorũ. j. eo. & Domi. in c. ij. de arbi. in vj. ¶ Fallit, ubi cõpetit iurisdictio nõ feudalis, neq; ducalis, neq; marchionalis: quia tunc in totũ diuidi potest illa. Ita Ab. hîc pro quo Mod. allegãt Bal. in c. imperialẽ. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Fed. Vbi Bal. tenuit idẽ, q; Abb. hîc: & allegant Bart. in l. arbor. §. iudex. ff. communi diui. & dicunt ita fuisse in facto Mutinæ. Et q; administratio diuidi possit, tenet etiam Barto. in l. Lucio. in fi. ff. de aqua quoti. & æsti. per illũ tex. & Bal. in authẽ. hoc amplius. C. de fideic. in ij. col. ubi idẽ tenet: & dicit, q; fallit in maximis dignitatibus. Quid autem iuris sit, si iurisdictio est feudalis, an illa diuidi possit. Abb. hîc, & aliqui alij sentiunt, quòd non. Sed quòd imo diuidi possit, dum modò non sonet in nomen dignitatis, putà marchionatus, uel ducatus, tenet Panor. met. consi. suo lxxxij. col. fin. uol. j. & Spe. in tit. de fer. §. j. uer. xxxiiij.

4 ¶ No. tamen, q; diuisa administratione iurisdictionis inter plures, q; unus non punit alium delinquentem. Ita dicit Bar. in d. l. inter tutores. Abb. hîc. Sed Rota, decis. cclviij. inci. nunquid si duo. in nouis contrarium tenet. Mouetur: quia propter delictum amissit merum & mixtum imperium, & remãsit tãquam priuatus. Idem Ang. in l. est receptum. ff. de iurisdict. omnium iud. & nõ allegat Bar. neq; Do. de Rota. ¶ Primum dictum est cõmune, quòd puniri non potest. Ita tenet Guil. Bart. & Bald. in l. fin. ff. de re. diui. & Bald. in l. cætera. §. si duobus. ff. de leg. j. & Bal. in d. §. præterea. & Paul. de Cast. in

5 d. l. est receptum. ¶ Respõde ad argumentũ, q; par, uel minor delinquendo non efficitur subditus in loco. Probatur per l. iij. §. fi. cum l. seq. ff. de arbi. Et pro hoc allego Cal. in commento c. j. de rap. ubi dicit archiepiscopus ratione delicti non efficitur subditus episcopi, si deliquit in territorio & diœcesi sui episcopi: & Ab. sequitur

tur in c. cùm inferiori. de maio. & obe. & facit text. in c. inquisitores. de hæret. in vj. Sed quæro, quando nõ est diuisa iurisdictio, nec administratio, an tunc exercens iurisdictionem debeat communicare lucra cùm alios? Abb. hîc tenet, quòd sic. Angel. uerò tenet contrarium in d. l. si uni. & mouetur: quia delegatus percipit commodum sportularum, authent. offeratur. C. de lit. contest. & est glos. in c. cùm ab omni. de ui. & honest. cleric. Sed unus ex pluribus delegatis datis secundum formam c. cùm plures. de offic. deleg. in vj. potest solus absque alijs procedere: & solus recipiet sportulas, ut ibi per eum. Ergo sic in casu nostro. Et idem tenet Imol. & Paul. de Castr. in d. §. ex his. & Imol. hîc, & fortè uerius: sed in remittendis mulctis secus est: quia cessat ratio laboris. ¶ Tribus tamen casibus non cadit diuisio uera. Primus in iurisdictione feudali. Secundus in iurisdictione unius loci tantùm, etiamsi non sit feudalis. Tertius in dignitate. ¶ In primo casu cadit saltem diuisio administrationis, ut s. dixi: in reliquis uerò nulla.

10 *Actus ſi peccat in ſolennitate, iuramentum facit eum ualere eo modo, quo posſit: ſecus, ſi in ſubſtantia.*

11 *Clauſula omni meliori modo & forma, &c. quid importet.*

12 *Et ponit hîc quinque effectus huius clauſulæ: in tribus tamen caſibus nihil operatur, num. 13. & 14.*

c. cum ſuper.

c. quoniã. in uerſi. & faciunt hîc, ad quod. Adde, q idem tenet Spe. in tit. de primo decreto. §. reſtat. uer. qd ſi dominus. et uerſic. ſeq. Adde Bal. in d. l. j. C. ubi in rẽ actio. & in l. emptori. C. de eui. Pe. de Anc. in c. ſignificaſti. de for. competẽt. Adde ad iſta, an clericus uendítor defendens emptorem in cauſa euictionis posſit declinare forũ laici, & trahere partem euincentẽ ad forum eccleſiaſticum? Vide per Angel. in d. l. uẽditor. de iudic. Spe. in loco prælleg. & do. Ab. in d. c. quoniam. ut lit. non cõteſtá. in xxx. col. Adde gl. in c. clerici cum. xj. q. j. & ibi Archi. qui omnes tenent: quòd ſic. Adde Bald. in d. l. emptori.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an posſit recuſari, ut ſuſpectus, per tertium.*
2 *Electus ſi prætendit ſe electum, an ſufficiat, ſi oſtendat electionem, licet non doceat eam eſſe canonicam.*
3 *Cauſæ ad recuſandum iudicem quot ſint? Quarum prima est inimicitia, ut in uerſ. hîc ſeq. ſed caue.*
4 *Secunda cauſa est denegatio humanitatis ſolitæ exerceri cum æqualibus, ſicut denegatio oſculi.*
Tertia est, cùm minatur iudex dicendo, quòd nocebit parti, ut uerſic. ſeq. tertia cauſa.
5 *Quarta cauſa est in illo, qui non ſalutat.*
6 *Epiſcopus ſi facit ſtatutum, quòd bona eccleſiæ non poſſint obligari, niſi ad certum tempus: &, ſi quis locauit ad maius tempus, quid iuris?*
7 *Delegati duo ſi ſunt, & sit dubium, an alter iſtorum sit delegatus, alter delegatus indubitatus debet proteſtari, quòd intendit ſolus procedere, in quantum habeat ſolus poteſtatem procedendi.*
8 *Actus collegij non redditur inutilis propter inhabiles.*
9 *Actus quando dubitatur, an ualeat, quod remedium est adhibẽdum?*
10 *Actus ſi peccat in ſolennitate, iuramentum facit eum ualere eo modo, quo posſit: ſecus, ſi in ſubſtantia.*
11 *Clauſula omni meliori modo & forma, &c. quid importet.*
12 *Et ponit hîc quinque effectus huius clauſulæ: in tribus tamen caſibus nihil operatur, num. 13. & 14.*

CAPITVLVM XXIII.

CVm super. ¶ *Si duo sunt delegati cũ clauſula, Quòd ſi ambo, uno recuſato, alter ſolus procedere poteſt: nec tenet proceſſus, ſi cum recuſato procedat. H. D.* ¶ *Gl. j. ponit casum. Ab. hîc facit feſtum de iſta gl. & ex ea notat quatuor.* ¶ *Primò, q †*

1 *tertius*a *poteſt etiã recuſare iudicem ſuſpectũ: & ſic ita poteſt allegare ſuſpicionem tertius, ſicut principalis. Ad hoc ad do, q hoc habet locum etiam poſt lit. cont. quia poteſt audiri tertius. Ita Ang. in l. quídam conſulebant. in fin. ff. de re iud. quod est pulchrum: quia ſecus eſſet in parte, quæ non recuſat poſt lit. cont. niſi ſuſpicio ſuperueniat. c. in finuante. j. eo.* ¶ *Secundò not. q ad hoc, ut au-*

diatur tertius pro interesse suo, sufficit docere apparenter in primis de interesse suo, licet non doceat existēter.
2 Vnde† prætendens se electum, sufficit, si ostēdat electionem, etiamsi non doceat eam esse canonicam. Ita dicit Innoc. in c. ueniens. el ij. de testi. in princ. de quo exclamat ibi dō. Card. dicens, signa hoc cum centum manibus: & ita dicit se Florentiæ allegasse in causa arduissima. Ita hîc in casu nostro. Et adde Car. consil. vij. incip. In causa fratrum omnium sanctorum mota per Simonem Vespuci. & refert Abb. do. Car. in d. c. ueniens. in lectura Parmensi. ¶ Secundò est notanda ista glos. quæ
3 ponit tres causas recusandi iudicē: & prima quidē est, si habet litem mecum. ¶ Mod. hîc pro hoc allegant glo. in c. j. de iudic. ubi ille dicitur aduersarius meus, qui mecum contendit in iudicio: & ibi do. Ant. ponderat, dicens, not. ad statuta. & gl. in c. proposuisti. de for. comp. ubi glos. nihil dicit de hoc: sed bene Abb. ibi per illum text. in iiij. notabili, & glo. in c. fin. de iura calum. in vj. & glos. in c. hi, qui. ut lit. penden. in vj. quæ dicunt, q̄ aduersarius dicitur ille, qui mecum in litem contendit. Ego allego glos. in l. ij appellationem. in uerbo, sententiam. C. de appella. quæ dicit, q̄ etiam iudex appellationis dicitur aduersarius meus, quando non detulit appellationi, iuxta l. quoniam iudices. eo. tit. Et sic amplia dictum hoc. Et cum ista glos. concordat Spec. in tit. de delega. §. superest. in uer. idem, si non altera. & Ioan. An. in c. legitima. de appellat. & Abb. in c. j. de iudic. & Philip. in c. postremò. in penul. col. de appellat. ¶ Sed caue: quia talis inimicitia præsumpta, non sufficit ad repellēdum testem, nisi cum eo haberem litem criminalem. Ita Spec. in tit. de teste. §. j. uer. si uerò odiosus. Ratio differentiæ colligitur ex gl. in c. insinuante. j. eod. quæ dicit, q̄ facilius repellitur iudex, quàm testis. ¶ Et nota, q̄ nedum dicitur inimicus, qui habet apparentia signa odij: sed etiam, qui habet causam odij sine signis, etiam si ostendat amorem. Ita Innoc. in c. cùm I. & A. de re iud. Et hoc sequitur Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius. & Ludouic. in rubr. de arbi. in x. col. & uide Innoc. in c. cùm P. de accusa. ubi dicit, q̄ suspectus de inimicitia repelli potest: & Bald. in auth. si dicatur. C. de testi. ¶ Se-
4 cunda causa, est† denegatio actus humanitatis solitī exerceri cum æqualibus meis: putà, denegatio osculi. Addunt hîc Moder. Angel. in l. j. C. de senten. pass. ubi dicit, q̄ Vrbanus Papa admisit ipsum ad osculum pacis: quosdam uerò alios ad osculum pedis. Et est text. cum glo. in c. dilecto. de præbēd. in uerb. ad osculum. & uide clem. final. in uerbo, osculo. de sentent. excommu. qui text. corrigit dictum Innoc. in c. cùm olim. el j. in uerbo, ad osculum. de priuileg. Et q̄ osculum denotet consensum, est tex. in c. pacem. de consecra. distinct. ij. ubi dicitur, q̄ in missa mortuorum non dicitur Pax. Et glos. ibi dicit: ratio est, quia mortui non sunt in turbatione huius mundi. Et ibidem dicit glos. in missis mortuorū non datur pax, ex quo sunt mortui in mundo. Et sequitur illam glo. Card. in clem. pastoralis. de re iudic. & est text. in c. si inimicus. xciij. distinct. ubi probatur, q̄ per osculum firmatur pax inter inimicos. Facit text. in l. si à sponso. C. de donat. ante nupt. uer. interueniente oscu-
lo. ubi probatur, q̄ est differentia inter donationem uxori factam ante osculum, uel pòst. ¶ Iuxta hoc not. q̄ nexus copulæ non causat matrimonium, c. fi. de sponsa. Tamen oscula faciunt, quòd ubi sponsalia fuissent uerbis & mente per uerba de præsenti, sed iuris interpretatione de futuro, transeant in matrimonium de præsenti superueniente ætate. Ita dicit Ioan. And. & Domi. in c. j. §. idem quoq̄. de desponsa. impu. in vj. & Cal. consil. ij. & iiij. in tit. de sponsi. & Anto. in c. is, qui fidem. de sponsa. Et est text. etiam de osculo in c. non osculatur. v. q. v. ¶ Tertia causa est, quando esset minatus, dicendo, quòd noceret, si posset: & uide Bald. in l. j. C. si quācun. præsi. potes. ubi dicit, quòd non solùm est inimicus, qui fecit iniuriam, sed etiam qui conatur facere. Allegat glos. in l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de excu
5 sat. tut. ¶ Quartà† causa est de illo, qui non salutat[a]: quia præsumitur inimicus. Dicunt Moder. quòd intelligunt hoc, quando solitus erat salutare. Pro Moder. allego Abb. in c. ad hæc. el j. in penul. col. de appellat. ubi dicit, quòd intelligit, quando solitus erat salutare: uel si salutatur, non uult respondere. Et quos effectus salutatio importet, uideatis in procemio Gregoriano super uerbo Salutationem. De inimicitia posui in c. cum oporteat. de accusat. ¶ Capio glos. in uerbo, aduersantibus. Dicunt hîc Moder. quòd in quā tum Abb. allegat c. j. de desponsa. impub. in vj. quòd malè reprehendit Bartol. & dicunt, quòd ponit casum specialem in matrimonio: non autem sic in alijs materijs. ¶ Modò dicunt ipsi Moder. quòd ista materia potest adaptari ad quæstiones. Et primò facit ad q. Spe. in tit. de sentent. §. iuxta. qui dicit ibi, est unus iudex, qui non potest cognoscere à x. libris suprà: pone, quòd iudicauit in una quæ erat de xv. an ualeat eius sententia: & decide, ut per Spec. ubi suprà, & ipsos Mod. hîc, quos uideas. Secundò dicunt, quòd facit ad dictum Bald. in l. certi condictio. ff. si cert. peta. ubi ponit de illo, qui missus est in possessionem ex primo decreto: partim uero, partim falso, quòd est nulla missio. Tertiò allegāt Bart. in quodam consi. cliij. incip. Visa quadam constitutio-
6 ne. ubi dicit, quòd † si episcopus facit statutū, quòd bona ecclesiæ non possint obligari, nisi ad certum tempus: pone, quòd unus locauit ad maius tempus: dicit ipse, si locatarius uult, quòd ualeat, ut ualere potest, tunc procedet: quòd si non uult, uitiabitur in totum. Et sequitur Lap. allegatione lxxx. Referunt hîc Moder. ipsi xj. dicta, quæ posuit Ludouic. Roman. in loco proximè allegando. ¶ Not. illam† theoricam Abb. hîc,
7 quòd stante dubio, an alter ex delegatis habeat potestatem, delegatus indubitatus contestetur, quòd intendit solus procedere, in quantum habeat potestatem solus: aliàs cum collega: quia hîc nulla est contrarietas. Et hoc facit ad infrà dicenda. Idem consuluit do. Ma-
8 rianus de Senis consil. lxxix. incip. Sapientes. ¶ Actus† collegij non est inutilis propter inhabiles. Ita Ioan. An. in regula, quod alicui gratioſè. in fin. de regul. iuris. in vj. Et idem tenet Abb. in c. fin. de procur. Quod not. Et adde c. ij. de æta. & quali. & clem. j. de reg. ubi dicitur, q̄ non habentes uocem, non inficiunt actum, licet tunc non augeant numerum. Et sic habes duas limitationes. ¶ Tertiò limita, nisi sint habentes potestatem in solidum: quia tunc mixtura unius inhabilis non uitiat actum in dubio. Probatur in l. j. ff. quod fal. tut. autho. quam ita intelligit hîc Abb. in ij. & iiij. solutione: & idē tenet Lapus allegatione lxxxviij. incip. Commune Florentiæ. & probatur ex dicto Bal. in l. imperator. ff. de statu homi. ubi dicit, quòd instrumentum confectum à duobus notarijs, quorum unus est condemnatus de falso, tenet: & idem Bald. in c. tertio loco. in fin. de probat. ¶ Secundò allego Bald. in c. j. quib. modis feud. amitt. ubi dicit, quòd per negligentiam unius ex duobus uasallis, non priuatur alius qui fuit diligēs: & hoc allegat Ludouic. singulari ccxliij. ¶ Tertiò cōfirmo per l. si quis. ff. de eden. ubi probatur, quòd dictum testis non integri, non corrumpit dictum testis integri: & ita allegat Angel. consilio j. & Salicet. in l. in bonæ. C. de rebus creditor. & Bald. in l. j. C. de testibus. Hæc & similia intelligo, ubi habens potestatem in solidum, simpliciter facit actum: sed ubi ex coniecturis apparet, quòd intenderet facere, non tanquam solus, sed cum inhabili, ac si solus non posset, tunc actus erit nullus, propter istum text. & ita probat doctrina ultima Abb. hîc. ¶ Et generaliter, quando utile uitiatur per inutile,

[a] *Non salutat] Adde glos. singul. in c. Adrianus. el ij. lxiij. distinct. gl. xciij. dist. si inimicus.*

[a] *Per inutile] Ad quod uide do. Alexan. de Imo. in d. l. j. §. pen. ff. de uerbor. obli. in j. col. cum nonnullis cōcordantijs ibidem per eum signatis. Et adde Flor. in l. proprium. §. cum prædio.*

inutile[a], dic, ut per glos. & Ioan. And. in regula, utile. de regul. iuris. in vj. & Ludouic. in l. j. §. si stipulanti. in pen. char. & sequ. de uerbor. obli. ubi latissimè ponit illa xj. dicta, quæ referunt hîc Moder. eo non nominato: & uide Domi. in c. j. §. idem quoq̄. de desponsa. impub. lib. vj. ubi ipse prosequitur hanc regulam: si actus non ualet, prout agitur, &c. & dicit, primus est defectus causæ efficientis, ut quia non potui facere eo modo, quo feci, bene potuissem facere alio modo: & tunc dicit, aliquando l. resistit in totum potentiæ; & tunc nō ualet ullo modo: neque ut agitur, neq̄ ut ualere potuisset. Aliquando l. nō resistit, neq̄ assistit: & tunc illud, quod agitur, differt in tantum ab eo, quod agi potuisset, quòd neq̄ proprie, neq̄ impropriè uerba actus facti important illud, qd̄ agi potuisset: & tunc non ualet ullo modo. Si uerò potest includi propriè, uel impropriè, & lex non resistit, tunc si non ualet, ut ago, ualet eo modo, quo ualere potest. Text. est in c. ex insinuatione. de appel. ¶ Secundus defectus est materiæ, id est, in modo & qualitate rei: & iste defectus non uitiat: quia si non ualet, ut agitur, ualet, ut ualere potest: exemplum in l. tam augusti. ff. de seruit. allegata in glos. ¶ Tertius defectus est in forma: & tunc si illud, quod agitur, differt ab eo, quod agi potuisset, in quantitate, tunc non uitiatur: sed si nō ualet, ut agitur, ualet, ut ualere potest, per text. in l. sanctimus. C. de donat. Et pro hoc Domi. allegat text. in illo c. j. de desponsi. impu. Et ratio est: quia isto casu intentio super eo, quod fit, non excluditur ab eo, quod fieri posset: secus uerò, si excluderetur: quia tūc, si non ualet id, quod agitur, ut agitur, non ualet etiam, ut ualere potest, ut ibi per ipsum Domi. Quod no. ¶ Quartus est defectus formæ & causæ efficientis actus: & tunc si non ualet, ut agitur, neq̄ etiā ualet, ut ualere posset. De hoc est casus hîc in isto delegato. Aliquando est defectus materiæ, & materiæ efficientis: & tunc ualet, ut ualere potest, si non ualet, ut agitur. Casus est in d. c. j. de desponsi. impub. Et pro pleniori doctrina dicas, quòd diximus non ualere: quia deficit forma. ¶ Limita, nisi apponatur clausula, Si non ualet, ut ago, ualeat, ut ualere potest. Tunc enim actus ualet eo modo,

[b] *Valere potest] De qua clausula uide plenè per Alexan. de Imo. in l. j. §. si quis ita. ff. de uerb. obl.*

quo ualere potest[b]. Allegat Domi. ibi in l. j. C. de iure codicillo. dum modo utraq̄ forma sit simul permissa à lege. Sed ubi oportet facientem actum alteram tantùm seruare, etiamsi exprimantur dicta uerba, non ualet. De hoc text. in c. j. de postul. lib. vj. ¶ Not.
9 etiam, quòd † ubi dubitatur, quòd actus non ualeat, facias in eo adhiberi iuramentum, quod importat tantum, quantum, si apponatur clausula, Si non ualet, ut ago, ualeat ut ualere potest. Text. est de hoc in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. Et dicit ibi Bart. not. quia iam feci de hoc magnum festum: & uide Bartol. in l. si quis pro eo. uersic. septimò prohibetur. ff. de fideiu. ubi dicit, quòd si super testamento iuratur, & ibi deficit solennis numerus testium, perinde est, ac si testator dixisset, si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicilli. Quod bene not. secundum eum. Et de hoc exclamat Imol. in repetit. cùm contingat. uersic. nunc restat descēdere ad sextum. de iureiuran. & etiam uer. & aduerte. quia uoluit scribere Cyn. & Angel. in l. rationes. C. de probat. ubi dicit, quòd licet uerba enunciatiua defuncti non noceant hæredi, ut ibi, tamen fallit, si iurauerit, quia iuramentum habet uim clausulæ, &c. per d. §. filius. & in l. si unus. §. si acceptulatio. ff. de pact. ubi dicit, fis cautus, ut facias apponi iuramentum: quia ualebit omni meliori, &c. & uide Bart. in l. omnes populi. in iij. q. de iustit. & iur. & Bart. etiam in l. eam quam. uersic. sextus casus. C. de fideicommiss. & Angel. in l. hi, qui. ff. de fideiuss. & Bald. in l. si mater. C. de testam. manum. & Abb. in c. fin. de eccles. ædifican. & Abb. in c. ex literis. el ij. in j. col. de sponsi. ubi dicit, quòd promittens factum alienum, & iurans, intelligitur promittere se facturum & curaturum: quia iuramentum habet uim clausulæ, &c. Vos habetis pro hoc duas glossas, dicentes hoc: unam scilicet & final. in c. tibi domino. iuncto prin. text. lxiij. distin. & aliam & secundam in c. ubi non est. xxxij. q. ij. & not. Abb. in c. ex rescripto. de iureiuran. secundum intellectum glos. fin. Adde Imol. in l. iij. in princ. ff. de damn. infect. ubi dicit, quòd si finito compromisso partes dicunt, Prorogamus potestatem, non ualet prorogatio, nisi iurassent, quia & si non ualet, ut prorogatio, ualet tamen ut renouatio: & sic ut ualere potest. Pro quo uide Bald. in l. j. uer. quæro. post lapsum. C. de temp. appel. & in l. Titio centum. per illum tex. fi. de leg. ij. Et ibi sentit idem, si non iurassent. Et Bald. in l. j. C. cōmo. ubi dicit, quòd ubi non sufficit consensus generalis, sed requiritur specialis, quòd iuramentum habet uim specialis consensus: qui facit actum ualere omni modo, uia, & forma. De quo tamen melius ponitur in l. sed & si quis. §. quæstium. ff. si quis cau. & Imo. in c. fin. de commo. & uide Bart. in l. si quis maior. C. de transac. ubi dicit, quòd licet transactio simplex facta de re iudicata, non ualeat, neq̄ ut transactio, neq̄ ut pactum, si iurauit, ualet tamen, ut nuda conuentio, per d. §. filius
10 matrem. ¶ Limita† hæc, ut habeant locum, quando actus peccat in solennitate: secus, si in substantia: quia iuramentum tunc non facit ualere eo modo, quo possit. Vnde non ualidaret consensum infantis. Ita limitat Ludouic. cōsi. ccccxvij. incip. Omnipotentis, &c. in casu propositæ consultationis. col. vj. in fin. De ista materia uide Abb. in c. quod autem. de iure patro. ubi dicit, quòd si aliquis habet ius in re, putà usumfructum: & donat istam rem cum animo donandi ipsam rem totam, quòd si ista exprimit, quòd donat totam rem, nō ualet, ut ualere potest: sed si donat hoc modo, Donorem, & ius, quod habeo in ea, ualet ut ualere potest: quia donatum erit ius, quod habet in re: & uide Ludouic. consil. ccccxlvj. ubi multa ponit, incip. Primus propositæ consultationis articulus. & ibi dicit, quòd si procurator alicuius, habens duo mandata uniuersa, unū sufficiens, & aliud insufficiens, contraxit cum aliquo, quòd ualet actus: quia uidetur uoluisse contrahere per illud mandatum sufficiens. Scias etiam hoc, quod est optimum & singulare in contractibus, quòd ubi partes sciunt actum non ualere, non uidetur uelle, quòd unquam ualeat eo modo, quo potest, si non ualet, ut sit simpliciter. Ita probat text. elegans in l. an inutilis. ff. de accepti. ibi, scientem prudentemq̄ nullius esse momenti. Et tenet ibi Raph. Et idem tenet Paul. de Castro, & Raph. in l. j. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. quia partes, ex quo sciunt actum non ualere, uidentur uoluisse facere actum nugatorium: argu. l. non solùm. ff. de act. & ob. ubi text. dicit, quòd si in contractu appono conditionem impossibilem scienter, non sum obligatus ex tali contractu, &c. Et subdit notanter Raph. in d. l. an inutilis. quòd in dubio præsumitur ignorasse iuris dispositionem uolentem actum esse nullum, nisi contrahentes essent iure periti. Et licet dicatur, quòd omnes debent scire iura, l. leges. C. de legi. tamen intelligitur illud, secundum quod dicitur in l. in bonorum. & ibi per Bart. ff. de bon. poss. tit gene. Et hoc uidetur uerum, per dictam l. an inutilis. licet Bart. ibi, & in l. non fatetur. ad fin. ff. de confess. aliter sentiar. Et not. quòd ubi agitur de obligatione inducenda, si est defectus in causa efficienti, semper ualet actus eo modo, quo ualere potest.

c. cum sua per.

Text. est in d. c. j. de desponsa. impub. in vj. in §. idem quoq;. Quod fallit, nisi concurrat defectus formæ. Ita est text. hîc, & in l. j. §. si quis ita, ff. de uerbor. oblig. Et de ista materia ponit Salicet. in l. non codicillum. C. de testa. & Bald. in l. si absentis. C. si cert. pet. ¶ Quid † autem importet ista clausula, Omni meliori modo, forma, &c. Dic, quòd primus eius effectus est, licet sit dubium de ordinario procedente, ut delegatus, utrum ualeat processus? ut plenè in c. cùm ex officij. de præscript. & plenè Roma. in d. §. si quis ita. Tamen si iudicādo apponit clausulam, Omni meliori modo, &c. ualet, tanquam ex potestate uera, non tamen ex putatiua. Hoc est singulare dictum do. Card. in c. ex literis. j. eod. & ibi Imol. Ex quo credo dici posse, quòd ita etiam limitari potest ista decretalis: quia si iste Abb. hîc dixisset, Omni meliore uia, &c. & uidetur hoc sentire Abb. quando hîc dixit de protestatione, quòd ualeret processus. ¶ Secundus effectus est, licet non sufficiat relinquere hæredi necessaria, quoquo relicti titulo, nisi dicatur iure institutionis, ut in §. aliud. in authen. ut cùm de appel. cog. & per omnes in c. Raynutius. de testa. tamen si est relictum ex alio titulo, & apponitur d. clausula, Omni meliori modo, &c. ualet testamentū tāquam si esset facta institutio[b]. Ita eleganter Bal. in l. quoties. in fin. C. de hæred. instit. quod sequitur Paul. de Castr. consil. cccxlv. in penult. col. & Raph. in l. his uerbis. ff. de hæred. instit. ¶ Tertius institutus hæres in duobus testamentis, qui dubitat de inualiditate secundi, si dicit, adeo hæreditatem ex primo & secundo omni meliori modo, &c. ualet additio, & transmittit hæreditatem. Ita consuluit Pet. de Anch. consil. cciij. incip. Ex themate prædicto elicio. qd' intelligo, ut per eum, consil. ccclvij. incip. Quia præsupponitur pro ueritate. nisi se solum fundaret ex secundo testamento, & non faceret mentionē de primo: quia tunc non prodest. Pro quo facit prima limitatio sequens: quia non mutat substantiam rerum non necessaria uerborum multiplicatio, l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. leg. ¶ Quartus effectus est, quòd ista clausula, Omni meliori modo, &c. æquipollet clausulæ codicillari. Ita Bald. & Imol. in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. Quod not. ad intellectū Bart. in l. j. ff. de iure codicillo. & confirma per text. in l. codicillis. §. fin. & ibi Bart. & Imol. ff. de leg. ij. ubi dicunt, quòd sufficit clausula æquipollens clausulæ requisitæ: & hoc intellige in omni materia: & hoc, quando non requiritur pro forma, sed ubi simpliciter requiritur. ¶ Quintus effectus. Arbiter & arbitrator, qui in sua sententia apposuit dictam clausulam, uidetur pronuncia re tanquam arbiter. Ita Imol. in l. nemo potest. ff. de legat. j. ¶ Sextus effectus est: legatus exequens mandatum Papæ, si in mandato dicit, se facere, ut legatus, nihil agit: sed si narrat se legatum cum clausula, Omni meliori modo, uidetur facere authoritate Papæ. Ita Ioan. de Lig. in c. hi qui. de præbend. in vj. dicens sustinuisse coram Clemente Papa, qui huic dicto annuit, & sequitur ibi Domi. in penul. col. ¶ Aliquando † tamen nihil operatur: putà, quando in dispositione essent expressi modi inepti, & modi apti nullatenus condescenderent ex expressis: quia tunc clausula, Omni meliori modo, intelligitur de expressis: & si illa non sufficiunt, clausula est inanis. Ita Cald. in consiliis suis in titulo, de accusatio. consil. j. Pro quo facit consilium Pet. de Anchar. ccclvij. superiùs allegatum: & quod statim dicetur. ¶ Secundò, quando † quis uellet per istam clausulam, quòd intentio loquentis comprehenderet incognita: quia tunc non potest. Ita Ludouic. consilio ccxciiij. incip. Hæc confessio, in qua fit fundamentum. ubi dicit, quòd ista clausula non trahit ad incognita. ¶ Tertiò, ubi † lex exigit certam formam uerborum: quia omissa illa uitiatur actus, licet ista clausula sit apposita, Omni meliori modo. Ita Domi. in c. unico. in nouellis. de postulat. prælat. in vj. De ista clausula ponit Bart. in l. si ita. in fin. ff. de auro & argen. leg. & in l. iij. §. j. ff. de duobus reis. & in l. codicillis. §. Lucius. ff. de legat. ij. & in l. j. C. si plur. una sent. & Bald. in l. uinum. ff. si cert. pet. & in l. Gallus. §. j. ff. de liber. & posthu. & Anto. in c. examinata. in xxij. col. de iudic. & in c. literæ. in iiij. col. de dilat. & Imo. in l. si cùm nulla. ff. de re iudic. Et prædicta not. tanquam priùs non reducta.

a *Importet.* Vide Bar. in authen. ex causa. in ult. colum. & do. Alex. de Imol. ibi, in x. col. ubi Bald. etiā in vij. col.

b *Institutio.* Ad de do. Alexan. de Imol. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Iudex habet potestatem parcendi contumaci, expectando eum etiam actore inuito.*
Limita istum text. ut num. 4.
2 *Proclama dicitur fieri clàm, quando denuncians dixit se facturum una hora, & facit alia.*
3 *Iudex citans in uno loco, uel una hora, & facit in alio, an propter hoc actus dicatur factus non citata parte. & num. 4.*
5 *Citatus si quis fuerit ad aliquem actum expediendum, & non determinatur hora, intelligitur de ea hora, qua actus poßit incipi & expediri.*
6 *Notarius non committit falsum, si in instrumento confecto de nocte dicat, datum & actum die tali.*
Et super hac materia ponit sex conclusiones, quas facile est uidere per ordinem.
7 *Reus, qui uenit, & non reperit actorem, habet duo remedia: de quibus hîc.*
8 *Citatio ad audiendam sententiam non sufficit unica, sed trina est necessaria, uel peremptorium.*
Et ponit ab hac regula xj. fallentias, ut num. 9. 10. 11. 12.
13 *Citatio trina ubi requiritur, si fit una pro omnibus, sufficit, hoc tamen exprimendo.*
Et ab hac regula ponuntur quinq; fallentiæ, ut numero hoc 14. & 15.
16 *Citatio si fiat ad audiendam sententiam, non sufficit dicere, Ad audiendam uoluntatem iudicis.*
17 *Monitus à iudice, & non comparens, an sit uerus contumax, ita ut non poßit appellare.*
18 *Sententia arbitratoris lata de nocte, ualet: secus in sententia iudicis: quia non ualet lata de nocte, nec est opus appellare.*
19 *Sententia interlocutoria lata de nocte, an ualeat.*
20 *Collatio beneficij facta de nocte, tenet: nec est irritanda, licet sit suspecta.*
21 *Prælati uisitantes curiam Romanam in habitu dißimulato, sunt ipso facto excommunicati.*
22 *Clàm fieri, quot modis dicitur.*
23 *Occultum quomodo cognoscatur.*

CAPITVLVM XXIIII.

COnsuluit. ¶ Si iurisdictio delegati expirat in termino peremptorio partibus assignato, post congruam horam termini iudex non expectabit contumacem: si uerò non expirat, poterit expectare, si uult, in diem alteram: & iterum citare, si uult. Hoc dicit. ¶ Not. istum textum, quòd † iudici datur potestas parcendi reo contumaci, expectando eum, etiam actore contradicente: & ratio, quia pars non potest clamare iudice exequente secūdum legem. Not. singulariter. ¶ Primò † scias text. in l. aut qui aliter. §. final. ff. quod ui, aut clàm. ubi dicit, quòd dicitur clàm facisse proclama, qui denunciauit se una hora facturum, & fecit alia hora: uel in uno loco, & fecit in alio: & uno modo, & facit alio modo. Et dicit ibi Bart. ¶ Not. pro † iudice, qui citat in uno loco, uel in una hora, & facit in alio: dicitur enim ex hoc factus actus non citata parte: & dicit ibi esse textum scribendum literis aureis: & sic, si unus citatur pro una re, & fiat alia res, & ille non compareat, dicitur factum eo non citato. Anton. in c. j. in ix. col. de iudic. allegat hoc dictum Bartol. Et idem uoluit Bartol. in l. consentaneum. in fin. C. quomodo & quando iudex. Bartol. in l. statu liberi. §. Stichus. ff. de statuliberis. Et idem uoluit etiam Bartol. & Angel. in l. final. §. fina. ff. quod ui, aut clàm. Pro tanto dicit Bartol. in consilio clxxj. incip. Pluries contingit, quòd si iudex citat aliquem, ut compareat in nonis, intelligitur post nonam inchoatam, & ante completam: in tantum, quòd actus factus ante horam nonam, dicitur factus ante horam nonam. Cum hoc est Bald. in l. j. in iiij. colum. C. quomodo & quando iudex. & in l. & post edictum. ff. de iudic. & do. Anton. in c. cùm dilecti. in iij. colum. de dolo & contu. Et ista sit conclusio. ¶ Intellige, quando præuenit horam, uel diem statutam, uel processit alio die non facta gratia prorogationis termini, ut putà, si uno die non sedit, & procedit alio die sine noua citatione: secus ubi prorogasset diem, uel horam, per textum singularem, hîc, quem ita declarat do. Abbas, pro quo uide Imo. in d. c. j. in v. col. de iud. ubi refert Ant. & uide Bart. in l. si finita. §. Iulianus. uers. quæro, utrum primùm. ff. de dam. infe. ubi dicit, quòd secundum decretum debet interponi die peremptorij, nisi ex æquitate differant in alium diem. Et adde Ioan. Andr. in additio. in titulo, de sentent. prolat. §. iuxta uersic. est etiam nulla. ubi dixit, quòd si citatus comparuit, & iudex fuit impeditus, potest differre ad diem sequentem. Allegat hoc c. & dictum Bald. in l. fin. ff. de fer. quòd secunda dilatio ualet de facto concessa: quia in dilationibus potest iudex gratiam facere. Allegat istum textum. ¶ Sed tu dicas, quòd iste textus loquitur in dilatione expectatoria ad comparendum, quæ non exigit causæ cognitionem: quia fit etiam absente parte, l. sed interpellatur. §. arbiter. & ibi notatur. ff. de arbitr. Secus in dilatione probatoria, quæ requirit causæ cognitionem, d. l. fina. in uer. causa cognita. ¶ Istū † textum limita tribus modis, dum dicit de prorogatione. Et primò, ut iste textus procedat, quando est assignatus terminus ad comparendum certa die: secus, si certa hora diei: putà, compareas in aurora: quia tunc inuito actore non poterit iudex in beneficium rei differre in diem sequentem, sed bene in horas sequentes, cùm plures horæ diei superstint. Ita expressè limitat Bald. hoc c. in l. cùm non eo. C. quando prouoc. non est necess. & ponderat istum textum qui loquitur, quando est assignata dies, in uerbo, Die data. Idem tenet in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. ¶ Tu considera, quòd fortè ista limitatio non procedit, quando esset data ultima hora diei: quia cessat ratio Bald. quòd aliæ superstint horæ. Et hoc not. ¶ Secundò limita, nisi per non comparitionem in die termini deserta esset appellatio, & sic acquisiti iuris partinam tunc non posset iudex differre terminum, uel prorogare, ut habes glossam quæ expressè sentit hoc in c. sæpè. in uersic. peremptoriæ. ibi, In hoc tamen differunt. de appell. de qua facit ibi festum domi. Abbas, dicens, hoc esse bene notandum ad limitationem c. consuluit. de offic. delegat. Et ratio est: quia solus princeps potest auferre ius parti: & hoc sentit hîc Abbas super gloss. in uer. gratiam. dum dicit, quòd ista prorogatio est modici præiudicij: & sic à contrario sentit, quòd ubi esset magnum præiudicium, non haberet locum iste text. Do. Philip. ibi tenet contrarium: & dicit, quòd iudex potest ante finem termini prorogare: secus, si esset facta prorogatio post terminum: quia tunc procedet gloss. Sed tameu credo opinionem gloss. esse ueram per ea, quæ habentur in l. cùm stipulatus. ff. de uerbor. obligatio, ubi eo ipso, quòd quis est obligatus ad diem, dicitur, quòd illi quæsitum est ius, qui expectat illum diem: eo modo in casu nostro licet, &c. de appellato & appellante: & sic indistinctè teneo illam glossam in c. sæpe. ¶ Tertiò limita, dum modò in termino citationis expressè proroget, seu differat in sequentem diem: sed absq; expressa prorogatione non posset expectare. Ita dicit Angel. in l. de unoquoque. ff. de re iudic. ubi dicit esse limitandum istum textum, & allegat l. & post edictum. ff. de re iudic. ubi dicitur, quòd si post edictum peremptorium actor non comparuerit, debet eum iudex circunducere. Et idem tenet Anton. in c. cùm dilecti. de dolo & contu. ¶ Contrarium tenet Imol. in d. l. de unoquoque. dicens, quòd absque expressa prorogatione, iudex potest iudicare die sequenti, & respondet ad legem, & post edictum, quòd loquitur in impetratore, qui non comparuit: secus, ubi reus. Et idem uidetur uelle Bald. in d. l. & post edictum. Ego dico, quòd ante factum tenenda est prima opinio, scilicet, quòd proroget expressè post factum: dico, quòd benigna est ista opinio, quòd iudex possit iudicare, tanquam durauerit citatio: & ratio, quia expeditio actus facta die sequenti declarat animum iudicis præcedentem. Facit l. ij. C. de impo. lucra. descript. lib. x. quæ dicit, quòd posterior euentus declarat præcedentem titulum. Secundò moueor per istum text. dum dicit, poteris expectare: & non dicit, prorogare: & sic not. pro concordia. Et not. quòd illa die secunda expectata de benignitate, non debet ferri sententia, nisi circa finem illius diei: sed ipsa die benignæ expectationis elapsa, licet distulerit eam ad conuincendam malitiam, die sequenti potest quacunque hora iudicare. Ita Bald. in l. j. in ultima colum. C. quando prouoc. non est necess. Et uide Angel. in d. l. & post edictum. ubi dicit, quòd Paduæ uidit unam extrauag. Federi. ubi determinat, quòd citatus ad audiendam sententiam certa die, debet habere totam diem illam integram: & ante illam diem non potest ferri sententia, sed sequenti, nisi ex causa iudex esset se absentaturus: sed ego credo, quòd habeat ista decretalis nostra locum, quia illa extrauagans non est nota. ¶ Not. ibi in textu ea hora, qua, &c. quòd † ubi quis citatur ad faciendum actum, & non determinatur hora, quòd intelligitur de ea hora, qua actus possit incipi, & expediri. Ita dicit Abb. hîc, & sic secundum qualitatem actus uidetur hora præfixa. ¶ Confirmo primò per gloss. j. in c. ij. de testib. cog. & ibi Abb. ponentem eadem, quæ hîc: & allego Bald. ponentem etiam hoc in c. j. de milit. uasal. qui cont. est. & ibi dicit, quòd in citatione non est opus exprimere horam: & uide etiam Baldum in l. j. & in l. sicut proponis. la ij. C. quomodo & quando iudex. & in l. iij. uersic. sed nunquid. C. de fruct. & lit. expens. ¶ Et ubi essent plures horæ, uidetur, quòd citatio non arctet tanquam incerta, per id, quod scribit Bartol. in l. ante calendas. ad fin. de uerbor. obligat. ubi dicit, quòd citatio habens tempus incertum, non arctat: sed hoc esset uerum, tenendo opinionem suam, quòd citatio sine termino non ualeat. ¶ Sed tenendo opinionem, quòd ualeat etiam citatio sine termino, & hoc communiter tenetur: ut per omnes in c. ut cùm parati. de app. & in l. liber homo. §. decem. ff. de uerbor. obligat. Et intelligitur, quàm citò commodè potest, per textum in c. cos. de sentent. excommun. in vj. &

13 tur.

1 c. consu-luit.

2

3

4

5

illum allegat Angel. in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quàm per l. Falcidiam. Et ideo in proposito intelligitur de illa hora, in qua posset quàm primùm commodè comparêre: & sic nota istam declarationem. ¶ Limita hoc, nisi essemus in casu, in quo cõputaretur tempus de momento in momentum. Vnde appellans decimo die, debet exprimere horam, qua appellat: quia elapso momento diei transiuisset sententia in rem iudicatam. Ita Raph. Fulgos. in l. j. §. dies. ff. quando appell. sit. & ibi Angel. de Aret. dicens, se semper ita practicasse: & allegat glossam, quòd lapsus momenti facit transire sententiam in rem iudicatam. Et uide gloss. ij. in clement. sicut appellationem. de appellat. in clem. si appellationem. eod. titul. de appellat. & alia glossa est etiam de hoc in l. præses. ff. de re iudic. Quod not. ¶ Generaliter autem, quando omnes actus humani recipiant interpretationem à consuetudine, uide quæ dixi in c. cùm M. Ferrariensis. de constitut. in iij. notabili: & ponit Bald. in l. liberorum. ff. de his, qui nota. infam. ubi ponit de illo, qui capitur post sonum campanæ. ¶ Not. hîc, quòd iudicium ecclesiasticum, & seculare non exercentur in tenebris. ¶ Not. ibi, in qualibet parte lucis. quòd ubi dies artificialis non est de substantia, illud, quod fit de nocte, dicitur factum de die. Ita not. hîc Abbas. ¶ Prima conclusio sit circa
6 hæc, quòd † notarius non committit falsum, si in instrumento confecto de nocte dicat, De die tali. Ita Innocent. hîc. Hoc dictum allegat Bartol. & Angel. in l. more. ff. de fer. & Bald. in l. non minorem. C. de transact. & in l. final. C. de his, quibus ut indign. Angel. in l. j. ff. de manumiss. & Angel. in l. usucapionibus. ff. de usucap. & Angel. allegat hoc dictum etiam in l. Titius. §. j. ff. de liber. & posthum. & Imol. in l. qua ætate. ff. de testam.

¶ Dixit tamen Bald. hîc, quem refert Domi. quòd utile est exprimere hoc de nocte, & horam noctis, ad hoc ut possit dici, quòd instrumentum antea sit factum: quia ratione unius horæ, quis dicitur prior altero. Gloss. est in l. si ex pluribus. §. fina. ff. de sol. & Bald. allegat ipsam in c. pastoralis. & in c. quoniam. de rescript. & in c. licet. & in c. quoniam. de probat. & in c. ego N. de iureiuran. & Bald. allegat etiam ipsam in l. præscriptione. C. si contra ius uel utilitat. publ. Et si ignorat notarius, utrùm sit transacta media nox, dicet inter diem penultimam & ultimam. Ita dicit Angel. in d. l. j. de manumiss. & in d. l. in usucapionibus. Quod not. diligenter. ¶ Secunda conclusio. Creditor non cogitur recipere solutionem de nocte. Gloss. singul. in d. l. more Romano. quam sequitur Bartol. ibi, & Abb. in c. ij. de fer. Intelligo, dum modò sit paratus prorogare solutionem in diem sequentem: uel, si locus esset insidiosus creditori, putà in periculo hostium: uel, si dubitauit decipi istis cessantibus, debet debitor posse soluere etiam de nocte. Ita declarat Angel. in d. l. more. & Salicet. in d. l. non minorem. & Bald. in l. acceptam. in ij. q. C. de usu. De hoc habemus gloss. quòd in solutione durat dies usque ad mediam noctem, c. pronunciandum. de consc. distinct. iij. quam glossam allegat Bald. in c. ego N. de iureiurand. Hoc idem tenet Archid. in c. quod in pluribus. lxxv. distinct. & ibi dicit, quòd ad euitandum periurium non computatur dies de uespera ad uesperam, sed à media nocte, usque ad mediam noctem. Et dicit, quòd d. l. more. debet seruari in contractibus, & alijs actibus, &c. ¶ Tertia conclusio est, quòd quo ad diuina officia, computatur dies de uespera ad uesperam. Ita dicit gloss. j. in c. j. de fer. & gloss. in c. ij. in uersic. incipit. eod. titul. Et adde idem, quo ad solennitatem diei festiui. De hoc est text. in d. c. j. & Anton. ibi, & Imol. Textus autem in d. l. more Romano. intelligitur de die non festo. ¶ In priuilegijs uerò includitur utraque uespera, inclusiuè. Text.
est in clement. j. in fin. in uersic. in primis autem festis. de reliq. & uener. sanct. & gloss. in c. alma. in uersic. assumptionis. de sentent. excommun. in vj. Et ita tenet Calder. in tractatu De ecclesiastico interdicto. in vj. membro, q. lvj. Item not. quòd ubi imponitur propter reuerentiam diei festi pœna facienti actum, non incurrit pœnam is, qui fecit talem actum de nocte: quia cessat ratio, propter quam fuit factum illud. Ita Federi. consilio xliij. incipit. Factum tale est: statuto cauetur, & ibi dicit, quòd maleficium commissum de nocte, non dicitur factum de die: & hoc propter communem usum loquendi. ¶ Quarta conclusio. Quo uerò ad ieiunium & esum carnium, incipit dies à termino cœnæ diei præcedentis, ita quòd fiat cœna ante mediam noctem, & terminetur in media nocte sequenti. Ita Abbas in c. ij. de ferijs. Sed uide text. in c. de esu. de consec. distinct. iij. ubi text. dicit, usque ad diluculum quintæ feriæ. ¶ Quinta conclusio sit in actibus, qui commodè geri possunt de nocte, dies computatur artificialiter, non naturaliter. Ita Anton. in c. j. de treug. & pac. & mouetur per illum textum, ibi, post occasum solis. Et adde Bald. in l. terminato. in penulti. colum. C. de fruct. & lit. expens. ubi dicit, quòd l. Paulus. la j. ff. de re iudic. in uersic. eodem die. intelligitur de artificiali, non naturali: & sic si tulit sententiam in crepusculo, non facit condemnationem expensarum in nocte sequenti: quia non potest. Quod not. qui allegat notata hîc: & sic bene tene menti omnia hæc. ¶ Si per aliquod signum separatur dies à nocte, tunc illi signo standum est: putà, in pulsatione campanæ: aliàs autem cessante hoc signo, quicquid fit ante lucem diei, siue ante ortum solis, siue post occasum, dicitur de die, dum modò persona discerni possit. Ita Card. in c. si perfodiens. de homicid. in uersicul. discerni poterat. Ad idem Bald. in l. unica. C. de emend. Iustini. Codi. ubi dicit, non est nox, ubi non est obscuritas naturalis: & Angel. in l. j. C. de custod. reo. ubi dicit, quòd ante ortum solis dicitur mane, quia incipit ante cantum
a galli: & nox incipit post tenebras [a]. Et tangit Bald. in l. fin. C. de his, quibus ut indign. & Bartol. etiam in l.
b aut facta. §. tempus [b]. ff. de pœnis. & Bald. Angel. & Imol. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthu. ubi dicunt, quòd factum in aurora, non dicitur factum de nocte, per illum textum, ibi, albescente cœlo. & ponit Ioan. Andr. in c. alma. de sentent. excommunic. in vj. & Bald. in l. ij. ad finem. C. quibus res iudic. non nocet. ubi dicit, quòd si in aliqua dispositione dicitur actum inter diem & noctem, intelligitur factum de die, per gloss. in l. j. ff. de fut. balne. ¶ Vltima conclusio. Terminus dierum
b positorum in citatione sine expressione horæ, durat usque ad mediam noctem: & sic citatus poterit usque ad mediam noctem comparêre. Ita sentit gloss. in d. l. more. quam intellige dum modò citatus non fuerit in culpa: secus, si fuit in culpa se arctando adeo, quòd iudex de nocte non
potest sui copiam facere, per l. j. §. dies. uersic. quid ergo. ff. quando appellandum sit. Sed ubi non fuit in culpa, posset illa glossa sustineri per istum textum. Ita ibi Ludouic. per l. ij. §. si quis, cum posit. ff. si
7 quis caut. ¶ Glossa in uerbo, terminum. Int† quantum dicit Abbas, quòd reus, qui uenit, & non reperit actorem, habet duo remedia, de quibus hîc per ipsum: dic, quòd Petr. de Ancha. hîc dicit, quòd sola contumacia actoris non est sufficiens, neque iusta causa,

a *Post tenebras*] *Vide omnino ad hoc Bartol. Cepo. in l. ij. §. fina. de uerborum significat. & adde quæ habentur Marc. xiij. in fin. & c. xv.*

b *§. tempus*] *Et ibidem ad hoc uide domin. Alexand. de Imol. & in d. l. more. alleg. in text. de fer. ubi etiam uide Paul. de Castr.*

causa, quòd reus absoluatur ab instantia. Et dicit, quòd legale remedium est in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. Ergo tenet ipse, quòd non potest ferri ista absolutoria. Idem tenet hîc Imo. Sed tamen Angel. in l. & post. ff. de iudic. tenet cum Inno. hîc, dicens: quòd ista absolutoria est solùm ab obseruatione iudicij: authen. uerò, qui semel in eo loquitur, qui petit se absolui à tota causa. Et uide Bart. in authen. quod fieri. C. de dilat. ubi dicit, quòd reus comparens actore absente, habet tria remedia: de quibus ibi eleganter per eum. Hæc sunt omnia Moder. dicta, qui dicunt, quòd ante finem triennij non potest ferri absolutio ab instantia, quia text. in l. properandum. C. de iudi. dicit finito triennio, si liquet de causa, debet absolui à tota causa: si uerò non liquet, debet absolui ab instantia iudicij. Ergo actus absolutionis durat us-
11 que ad finem iudicij. Ita Moder. hîc. ¶ De iure ciuili potest peti absolutio ab instantia ante finem triennij. Text. est in authen. quod fieri. C. de dilatio. uersus finem, ubi text. dicit, actore non comparente, & reo instante, debet reus absolui. Non obstat authen. qui semel. quia loquitur, ubi petitur absolui à petitione actoris. Nec obstat l. properandum. quia loquitur, ubi
12 reus non petijt absolui ab instantia. Ideo datur ibi forma ab imperatore. Et ita declarat ibi Salic. ¶ De iure uerò canonico uide Rotam decis. ccccij. incip. si actor præsens. ubi firmat, quòd si actor obtinuit causam beneficialem committi: & recessit non relicto procuratore, si reus etiam non citatus compareat, & docet de causa seruatis debitis terminis, potest absolui à petitione
8 actoris. ¶ Ad † audiendam sententiam non sufficit unica citatio, sed peremptorium, uel trina citatio. ¶ Fallit primò in causis summarijs: quia sufficit unica. De hoc est gloss. in clemen. sæpe. in uer. peremptoriam. alia in uer. ad id, & in uer. citatione. de uerb. signi. Hoc intellige in causis, in quibus proceditur summariè simpliciter, & de plano: secus, si proceditur simpliciter tantùm: tunc enim requiritur peremptorium: quia non est sublatum. Ista fuit limitatio Bald. in authen. ci, qui. uersic. quæro, an posit. C. de bon. autho. iud. poss. & Bald. in l. ij. C. ubi in rem actio. ¶ Secundò

a *Citatus*] *Adde tu, an citatus per edicta, iuxta cle. j. de iudi. uidelicet in casu præmisso, ut ibi, utrùm dicatur uerus contumax: text. ibi cum gloss. in uerbo, personaliter, uidetur tenere, q. sic. Adde tu, quòd do. de Rota tenêt cõtrarium in decis. sua lxxj. ubi uolunt, quòd taliter citatus dicatur fictus cõtumax, et per consequens, quòd admittatur ad appellandum: & uide etiam do. de Rota. in decis. lxj.*

fallit, ubi citatus [a] personaliter non comparuit: quia nõ uidetur amplius citandus. Ita Innoc. in c. ad petitionẽ. de accus. quia in incertis locus est cõiecturis: secus, in certis, quia non est locus coniecturis, l. ille, aut ille. §. cũ in uerbis. ff. de leg. iij. Sed in hoc reprehenditur Inno. Contra eũ enim tenet hîc Anton. & in c. fin. in iij. col. de eo, qui mittitur in possĕ. causa rei seruan. & Ioan. And. in Spec. in tit. de contu. §. j. & gloss. magna ad fin. in l. fi. ff. de restit. in integ. & ibi Bart. & omnes. Ratio: quia ex quo fuit citatus semel tantùm, fortè expectauit alias citationes: quia sciebat adhuc se bis citandum.
9 ¶ Tertiò fallit, quãdo † citatus dixit se nolle comparêre, quia non est amplius citandus: gloss. est in c. de illicita: xxxiij. q. iij. tenet Inno. & Host. in d. c. ad petitionẽ. de accus. & Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & Bar. Angel. & Sal. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iu. Communis opi. est in contrarium. Ita Ioan. And. in Spec. in tit. de contu. §. j. alleg:
10 ssi. & Angel. in l. ad peremptorium. C. de iudi. & Imo. in d. §. Iulianus. & do. Anton. & Imo. in d. c. ad petitionem: per rationem præcedentis fallentiæ. ¶ Duo † casus ex-
cipiuntur ab ista uera opinio, quorum unus est dubius, scilicet quando dixit illa uerba, Nolo uenire in iudicio: gl. in c. uenerabilibus, in uer. in iudicio, de sententia excom. in vj. quam sequitur Bart. in l. ex consensu. ff. de app. & Bald. in l. consentaneum. uer. quæro, utrùm. C. quomodo & quando iud. & not. gloss. magna in clemen. si ante. de dolo. & contu. Tamen, secundum Imol. in l. ex consensu. ff. de appel. eadem ratio uidetur, quando protulit in iudicio, & quando extrà: & fortè non est uerum hoc. ¶ Secundus casus est, quando uteretur uerbis futuri temporis & præsentis, ut nolo cõparêre amplius coram isto iudice, uel non comparebo, tunc amplius non debet citari. Ita saluat Imo. in d. §. Iulianus. Pro quo facit c. ij. de do. & contu. in vj. ubi appellans friuolè ab interlocutoria, non est amplius citandus per iudicem à quo. ¶ Quartò fallit, ubi † se-
13 mel citatus statim ascendit equum, uel nauem, & arripuit iter ad partes longinquas: quia talis non est amplius citandus. Ita Bart. expressè in l. ij. in fin. C. quomodo & quando iudex. ¶ Quintò fallit in notorijs: gloss. & Ioan. And. in c. cùm sit Romana. de app. ¶ Sextò fallit, ubi par citat parem: & est in actu præiudiciali, ubi requiritur peremptorium, sufficit unica: gl. in cle. j.
12 in uer. requisierunt. de hære. ¶ Septimò fallit, ubi † iudex ore, prio citauit: quia tũc sufficit unica citatio. Ita gloss. ij. hîc. ¶ Octauò fallit, ubi citandus se occultat, uel non patitur ad se citationem peruenire: tunc non est amplius citandus. Ita Inno. & Hosti. in d. c. ad petitionem. per c. quoniam. §. porro. ut lit. nõ contest. Idem Inno. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. in vj. & do. Anton. in c. fin. de eo, qui mit. in pos. ¶ Nonò fallit, ubi citatur tyrannus, uel extraneus persona terribilis citanti: tunc sufficit unica. Ita Ioan. And. in c. non minùs. per illum text. de immu. eccle. de quo facit festum Bald. in c. j. de milit. uasal. qui contu. est. ¶ Decimò fallit in curia [b] Romana, ubi om-
b nes termini dati in palatio, sunt peremptorij. Ita Rota. decis. ccxlv. incip. Licet in causis profanis, in nouis. ¶ Vltimò fallit in omnibus casibus, in quibus procedi potest parte non citata. Qui sint illi casus, uide xxxiiij. enumeratos per do. Mari. in repet. rubri. de dilatio. vij. principali artic. in xxiij. char. magna, uer. uerùm, quia aliquæ. ¶ In eadem gloss.
13 ibi, in uers. terminum. Not. hîc Imo. quòd † ubi requiritur citatio trina, seu peremptoria; si fit una pro omnibus, quòd sufficit exprimendo hoc: & alleg. text. in l. contumacia. ff. de re iud. omnes in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. Hoc est uerum generaliter. ¶ Fallit primò, ubi lex requirit trinam citationem per præconem, uel edictum in locis publicis factum: quia tunc oportet, quòd sit trina. Ita uoluit Ioan. And. in addi. ad Spec. super rub. de cleri. non resi. dicens, quòd non sufficit pro omnibus in eo casu, de quo ibi per eum: & ratio est, quia cùm non fiat in personam, neque ad domum, debet esse magis clara: & sequitur ipsum Imo. & Anton. in c. ex tuæ. de cle. non resi. & Anton. in c. fin. in ulti. col. de dilat. Abb. consil. suo
14 lxvij. in j. uol. ¶ Secundò fallit, ubi † lex ad finem, ut citatus incurrat pœnam, requirit trinam citationem ratione contumaciæ: quia non sufficit una peremptoria: gl. est in clemen. j. in uer. iij. de ui. & honest. cler. & illam gl. facit ibi sing. Abb. & Car. & Abb. in c. fin. de dila. Confirmatur hæc per aliam gloss. in c. j. in uers. uocationem. iuncto text. de milit. uasal. qui cont. est. & Bald. in authẽ. qui semel. C. quomodo & qñ iudex. & in l. nõ sunt libri. ff. de statu homi. & Doct. allegati in præsenti fallẽtia. Intellige tamen, ubi grauis pœna ueniret imponenda: secus, si leuis, uel de facili resolubilis: quia tunc sufficit

c. consuluit.

una pro omnibus,putà ut in primo decreto, uel in excommunicatione patet per c. conſtitutionem. & ibi gl. de ſent.excom.in vj.iuncto c.ſacro.eod.tit. ¶Secundò intellige,ſecundum Ludo.ſingula.dccxix.inci.attende ad glo.ſ.ubi dicit, quòd d. gloſ.in uerſic. tertiò. limitatur,niſi illa pœna eſſet arbitraria. ¶Tertiò fallit, ubi
15 † ſtatutum dicit, quem ter citandum: & hoc, ut addat iuri communi. Ita Bald.in l. ceſſante. C. quomodo & quando iudex. & Bald. in locis proximè allegatis. ¶Quartò fallit in criminalibus: quia requiritur trina, ut uoluit Cyn.per uerbum Puto, in l.j. C. de requi. reis. Sed Bald.& alij ibi communiter impugnant, & ſic contra eum tenetur. ¶Quintò fallit, ubi ſtatutum dicit, quòd contumax habeatur pro confeſſo: tunc enim ad conſtituendum iſtum in contumacia, requiritur trina citatio. Ita Bald. in l. receptitia. C. de conſti. pecu. Allegat l. ſenatus. §. quòd ſi tribus. ff. de iure fiſci. ¶Se-
16 cundò not. ſecundum Inno. hîc, quòd † ubi citatur quis ad ſententiam,non ualet citatio, ſi dicatur ad audiendam uoluntatem iudicis,ſeu intentionem. Allegat gloſ.in clem.ſæpe.in uer.ad id. de uerb. ſigni. Et eſt pro hoc deciſ.Rotæ cccxlij.inci. Retento eodē themate. ubi idem tenent:& dicunt, quòd ſententia ſequens eſt nulla, tanquam lata contra non citatum. Idem tenet Anton. in c. cùm ceſſante. de appe. & eſt de hoc text. in c.ij.de dolo & cōtumacia.in vj. in uer. ad audiendam ſententiam. & ibi Dómi.ponderat: & eſt text. & ibi Domi.in c. cùm contumacia.de hære. in vj. in uer. reſpondeat. ¶Tertiò nota, quòd iſta uerba, Niſi ueneris, procedetur ad ſententiam; habent uim peremptorij. Ita Spec.in tit. de citatione.§. uiſo. uerſic. quòd ſi lata.& uerſic.quæro,an clauſula.Idem tenet Innoc.in c. ad petitionē.de accuſ.& Bart.& Imo. in l.ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam.infe. & Doc. ſtatim allegandi. Secus, ſi diceretur, aliàs procedetur, quantum de iure poterimus. Ita Anton.& Imo.in c.cauſam,quæ de reſcrip.per illum text.& do. Anton. in c. cùm ex literis. de reſtit. in integ. & in c.ij.ne cleri.uel mona.& in c.paſtoralis.de excep.& in c. cùm cauſam. in penult. col. de iura calum. & in c. ſæpe.de appel.& Bart.in l. mancipiorum. ff.de opt. leg. & Bald. in rubrica. C. commina. uel epiſto. & Bald. & Angel. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & Angel. in l. ij. C. quomodo, & quando iud. Et de citatione ponit Bald. in l. ij. in ultima col. C. de anna. excep. ubi ponit xij. notabilia in materia citationis: ſed ego poſui in d.c.ad petitionem.de accuſ. ¶In eadem gloſſ. Not. quòd requiſitio iudicis facta in præſentia partis, habet uim peremptorij. Ita eſt gloſſ. hîc, & ponderat hîc eam Abb. & allegat gloſſ. in d. l. ij. C. quomodo & quando iudex.& omnes hoc tenent. Dicunt hîc Moder. Intellige,dum modò fiat apud acta,hoc eſt, iudice ſedente pro tribunali.Ita declarat Saliç.in d.l. ij. pro quo ádduci poteſt gloſ. in l. cùm precum. C. de libe. cau.ubi dicitur, quòd actus non dicitur factus coram iudice,niſi eo ſedente pro tribunali: & ego dixi in c.fin. de conſeſ. ¶Amplia primò,ut etiam habeat locum in monitione delegati: gloſ. hîc. ¶Secundò amplia etiam in arbitro, ſecundum Sal.in d.l.ij. ¶Amplia tertiò,idem,ſi nuncius citat in præſentia iudicis: quia illa habetur pro peremptorio. Hoc uoluit Bald. in d.l. ij. arg.l.ſi procuratori præſenti. ff. de uerb. oblig. Reprobant hoc etiam Mode.ſed ego credo, quòd ſit uerum: & hoc tenet Anton. in c.j. de libel. obla. ¶Subdunt
17 Moder. quòd † monitus à iudice non comparens, eſt uerus contumax:& ideo non potuit appellare,per l.ex conſenſu. §. fi. ff. de app. & ita dicunt tenere hîc Pet. de Anc. Poſt modum allegant Moder. c. ſuper. eo. el ij. de app.ubi dicunt, quòd aſſignatio termini facta per iudicem eſt peremptoria: & allegant gloſ. in l. ſancimus. C. de iudi. Modò Moder. reprobant iſtam gloſ. in totum,& omnes: & dicunt,quòd d.l.ij.præallegata,nihil probat,& allegant gloſ.in c.j.in uer. uocatione.de mili. uaſal. qui contu. eſt. & ſic tenent contrarium. Sed pro iſta gloſ.uide Bald. in l.ij. in ult.col. C. de anna. excep. ubi ſequitur iſtam:& gloſſ.in d.l. ij. Et licet l.ij.non probet hoc, tamen ita debet intelligi, ne reſiſtat aliis iuribus,dum dicunt, ceſſante peremptorio. Et limita, ut non procedat in feudatario, propter gloſ. in c.j. de mili. uaſal. qui contu. eſt. quam ita intelligit ibi Bald. Et pro hoc eſt expedita iſta gloſ. ¶Gloſſ. in uerbo, exequi,&c. Omnes hîc dicunt, quòd ſententia ordinarij lata ultimo die iuriſdictionis, ualet, licet non deberet iudicare. Abb. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur. idem tenet,quod hîc: & Abb. conſ. lxiij. incip. Viſo compromiſſo & laudo.in j.uol.ubi tenet, quòd arbiter poteſt ferre ſententiam ultima die: & Bart. & alij in d. l. eum, qui.allegata in gloſſ.& ibi Bart. allegat gloſſ.in d.c. & ſi Chriſtus. ¶Sed conſidera, quòd non uidetur uerum, quòd teneat dicta ſententia lata ultima die, propter text.in l. eum, qui.in uer. non poſſunt.hoc uerbum tollit omnem potentiam: gloſ. eſt in c.j. de reg. iur. in vj. in uerbo, non poteſt. & text. in l. non poteſt. ff. de fur. Non obſt. l. meminiſſe. ff. de offic. proconſ. nam ratio eſt ibi, quia ſi ſucceſſor nondum uenit,ſemper durat officium primi,ut ibi:quia licet ſit in itinere ſucceſſor, & neſcitur, tamen ultima die iudicare poteſt:ſed poſtquā uenit,tunc ultima die, qua iudex egreſſurus eſt officiū, iudicare non poteſt. Vnde aditus ſucceſſoris non accipitur pro ingreſſu in officio, ſed pro aduentu in ingreſſu,ſecundum Bald.in d. l. meminiſſe. Tamen hodie prouiſum eſt, quòd iudices biduo ante finem officij abſtineant ab officio. Text.eſt in authen. de admi. in fin. col.vij. Ita intelligitur iſta gl. ¶Gloſ. in uer. te-
18 nebras. Sententia † arbitratoris lata de nocte,ualet[a]. Iſta
a eſt limitatio Bald.in l.eos.§.ſin autem.

in fin. C. de appel. & mouetur per l.
b nō minorē[b]. C. de trāſact. ubi trāſactio, poteſt fieri de nocte. Et arbitrium eſt quædā trāſactio,§.fin.in authen. ut cū de app.cognoſci.Ergo.&c. ¶Aduerte: quia hoc eſt uerū in caſib. in quibus arbitrator procedere poteſt partibus abſentibus. Et qui ſint illi,enumerantur per Ludo. in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. obli. Secus, ubi non poſſet procedere eis abſentibus: quia actus expediendi parte uocata, nō poſſunt expediri de nocte: quia pars non teneretur. Ita in ſententia arbitri. Ita Bald. in loco prælegato, & Ludoui. in repe.l.j. ff. de arbit. ¶In iudice uerò ſententia eius non ualet lata in nocte,nec eſt opus appellare.Text.eſt hîc:& gloſ.magna in fin.§.ij. Inſti. de uerb.obli.& gloſſ.in l.more.ff.de iuriſdi. omnium iudi. Et ita pro concluſione tenent Doc.allegandi. ¶Fallit, ubi res, uel iuriſdictio eſt peritura die ſequenti: quia tunc de nocte poteſt ferre ſententiam. Iſtam ponit Bar. & Bald.in d.l.non minorem.& Bald.in l.caſus. C. de teſta.Bart.in d.l.more.in fin.Angel.de Are.in l.j.§.dies.ff. quando appel.ſit.Omnes iſti allegāt iſtum text. ¶Sed dicit hîc Imol.quòd iſte tex. probat contrarium,quòd licet ſit peritura iuriſdictio,non poteſt ferri ſententia de nocte: & ſic fallentia eſt falſa, & contra iſtum text. ſecundum Imo.hîc:& ſic ſtat firma concluſio. Et not.hoc, tāquam unum miraculum, ꝙ omnes iſti hîc errauerūt. ¶Secundò fallit,ubi
c iudex multitudine agēdorum fuiſſet occupatus[c]: quia tunc poteſt ferre. Ita Bal.in prima conſti.ff. §. ſed cùm. & in authen. hodie. de appel. Dubito de hoc, quia poteſt differre in diem ſequentem, prout in text. hîc,ſi eſſet peritura die ſequenti: & non fuit in culpa,ſed occupatus fortè poſſet ferre de nocte:& ſic limitaretur iſte text. ¶Tertiò fallit,niſi partes conſentiant: quia ſententia poteſt ferri de nocte.Ita Ioan. And.in ad dī.hîc allegata per omnes: pro quibus allegat Sal.rationem in d. l. non minorem. quia ualidum eſt argu. de loco ad tempus,l.unum.ff.ſi cer.pet.Sed partes poſſunt facere prorogationem de loco ad locum. Ergo eodem modo in caſu noſtro. ¶Quartò fallit,ubi conſuetudo eſſet, quòd ſententia poſſet ferri de nocte. Ita Io. And.ibi §. & Sal.ubi §.Sed conſidera:quia talis conſuetudo non uidetur rationabilis,cùm ſit contra text.hîc: & ſic contra canonem:& ideo non ualet, c. fi. j. de conſuetu.Eſt uerum, quòd Paul.de Caſt. in d. l. non minorem.ponit unam diſtinctionem,quæ non ſuſtinetur: & procedit hoc tam in ordinario,quàm in delegato. ¶Et not.quòd iſtis caſibus debet ferri ſentētia accenſis magnis luminaribus. Ita Bar.in d.l. nō minorem. Allegat text.in l.j.§.tria luminaria.ff.de uentre inſpi. ¶Et eo caſu,quo licitè iudicatur de nocte,licitè appellabitur, ſecundum Bart in authen.hodie. C. de appel.in d. l. non minorem. & Philip.in c.fi.in viij. q. de app. Idem puto in petitione apoſtolorum. Et ita intelligē gloſ. ç. ab eo. in uer.loco. de appell. in vj. dum modò iſti caſus fiant
19 ea hora,qua lata eſt ſententia,&c. ¶Dicit Inno.quòd † iſte text. habet etiam locum in ſententia interlocutoria,& in aliis actibus. Dicit tamen, quòd iudex poteſt recipere teſtes de nocte:& ita hîc omnes tranſeunt cum hoc dicto Inno. Sed intelligo in examinatione, propter l.nullum.C. de teſti.ſecus, ubi agitur ad reſtitutionem eorum,& ad uidendum eos iurare: quia non poteſt tunc de nocte facere iurare:& ratio,quia inuitus nō cogitur quis cōparēre hora noctis, ut hîc in text. Idem generaliter de omnibus actibus expediendis iudice ſedente pro tribunali:quia de nocte expediri non poſſunt.Text.in d.§.ſedebunt.in authen. de iudi. ¶Collā-
20 tio † beneficij facta de nocte,tenet,nec eſt itrītanda,ſed ſuſpecta:gloſ.in uer.occulta.in c.ut noſtrum.ut eccle.benefi.& ibi Imo.poſt plurima.Idem tenet Archidi.& Domi.in c.ſi tibi abſenti.de præben.in vj.Secus in electione:quia facta de nocte non tenet, ſecundum Ab. in c.j. de clandeſ. deſponſ. Allegat notata in c. quia propter. de elec.¶Gl.in uerbo,lucem. Regulariter omnes actus poſſunt fieri tam de nocte, quàm de die,niſi reperiantur,phibiti:& illi,qui poſſunt fieri,habent cōtra ſe præſumptionem.Præſumitur enim contra gerentes actum occultè,ut patet in tit.toto,de clan.deſpon. Primò ego pro hoc allego unam gloſ.in l.j. C.de interdi.matrimo. quæ dicit, quòd perſonæ aliàs excuſatæ ab ignorantia iuris, non excuſantur, ſi faciunt actum cōtra ius clàm. Iſtam glo.allegat Bal.in l.quicunque.in fi.pe. col.C. de ſer.fugi.& Ioan. de Ana. in c. cùm ex iniuncto. de hære. & ibi bonus text.& Ludo.ſing. dccxiiij.incip.regula eſt.
21 ¶Secundò not. quòd † prælati uiſitantes curiam Romanam in habitu transformato, ſunt ipſo facto excōmunicati. De hoc eſt extrauag. Ioannis XXII.incip. & ſic deceat.Item uide Bart.in l. ſemper. §. hoc interdictū. ff.quod uí,aut clam.ubi dicit,quòd obligatus denunciare maleficia,excuſatur,ſi non denunciat occulta: & eſt text.in l.cùm ipſe.C.de contrahen.emp.ubi text. dicit,tutor emit rem pupilli, nunquid ualet contractus? & dicit,ſi emit palàm,ualet:ſi clàm,non ualet:quia præſumitur eſſe in fraudem. Et facit l. non exiſtimo. alleg. in glo.& Spe.in tit.de poſitio.§.vij. uer. quid ſi ponens. ubi dicit, ego alloquutus fui iudicē: dicit aduerſarius, habeo uos ſuſpectum:dicit ibi, ꝙ ſi locutus eſt clàm,poteſt recuſari:ſecus,ſi locutus eſſet palàm. Et Bar.in l.qui aliena.§.Celſus.ff.de acqui.hæredi.ubi dicit,quòd proteſtatio clandeſtina non iuuat:& Bal.in trac. ſchiſmatis,quem poſuit in rubri. C. ſi quis aliquem teſta. prohib.niſi fieret ex iuſta cauſa:& Imo.in l.poſt cōtractum. ff.de dona.ubi dicit, ꝙ clandeſtinitas eſt iuſta coniectura ſimulati contractus:& eſt text.in l.ab Anaſtaſio. uer. ſi quis autem occultè.C. manda. & ibi Cyn. Et adde, ꝙ delinquens palàm leuiùs punitur, quàm delinquens clàm.Text.eſt in l.fi.ff.de ritu nup. in uer. palàm cōmittentes,ut errantes clàm,ut contumaces:& illam l.alleg. Iaco.Bu.in l.nemo.C.de ſumma trī.ubi dicit,ꝙ religioſus, qui exiuit monaſterium, & contraxit matrimoniū palàm,præſumitur in errore:ſi occultè, præſumitur hæreticus:& ſequitur Ana.in c. cùm ex iniuncto. de hæreti.Sed hoc dictum non procederet in his,in quibus nū quam cadere poſſet excuſatio, per d.l. fi.in j. reſponſo, ubi nō fit differētia inter palàm & clàm, & per c.ueſtra. de coha. cler. ¶Contra iſta uidetur tex. in l.Gracchus. C.de adul. ubi text dicit, & nox & dolor iuſtus factum eius leuiat:ecce,quòd nox leuiat delictum:& ſic mitiùs debet puniri.Reſpōde,quòd ille tex.loquitur,ubi quis delinquit in qualitate, errando, quæ malè diſcernitur in nocte: quia adulterum non uilem, nunquam licet occidere,l.marito.ff.de adult.l.humilē.C.de incel.nup. Ideo occidenti de nocte parcitur,quaſi non uilem non cognouerit.Ita Sal.ibi in prin.& in fi. Et eſt de hoc text. in c. ſi perſodiens. de homi. ubi excuſatur homicida:
22 quia de nocte occīdit,& nō poterat diſcernere. ¶Dicit † autem Clàm fieri,multis modis,ut patet ex dicto notabili:Bar.in l.ij.C.de his, qui ex publicis rationi. libro x. ubi dicit,quòd qui facit taliter actum, quòd nō poteſt uenire ad notitiam eius, cuius intereſt, dicitur facere clàm,&c.& eſt ibi glo.in uer.occultè.& eſt tex.& ibi Bar. ad fi.in l.j.C.de præd.curia.lib.xj.& Bal.in l.cùm fratrē. C.de his,quibus ut indig.in prin.ubi dicit,quòd maleficium commiſſum de nocte,dicitur commiſſum clàm. & ibi allegat bonam glo.& idem tenet Ang.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Silla. ¶Item illud dicitur fieri clàm, quod fit per interpoſitam perſonam. Bart. in l.pupillus.in fi. per illum text. ff. de autho. tu. ¶Item tunc dicit fieri clàm, quando fit ſpreta eius authoritate, qui eam debebat impertiri.Ita Arch.in c.certum.de conſe.diſt.j.ſu-
23 per uer. furtiuè. ¶Occultum † quomodo cognoſcatur,uide per Anton.in repe.c.ueſtra.de cohab.cle.& mu li.Sal.in repe.l. ea quidem. C. de accuſ.ponderat iſtum text.ibi, ne fruſtra inſtantia iudicialis euaneſcat. quòd ne pereat inſtantia,permittitur illud, quòd aliàs prohiberetur.Et ſic ſentit:& Spec.in tit.de fer.§. ſequitur. uer. pe.ubi dicit, quòd iudex procedere poteſt etiam in feriis ruſticis:& allegat iſtum tex.Ergo probat hoc,quod dixi. ¶Limita hoc,niſi fuiſſet in culpa:quia imputatur ſibi,& non poteſt procedere inuita parte:& hoc,ſecundum Ioan. And. ibi in addi. In feriis autem ſolennibus nunquam hoc facere poſſet. ¶Secundò not.quòd Bart.in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Fal. dicit, quòd ſi iudex uidet inſtantiam perire,poteſt ex officio ſuo cauſam expedire, etiamſi pars non inſtet: de quo facit feſtum Imol. in repeti. c. cùm contingat.de iureiūran. in xxxiij.char.dicens, hoc eſſe ſolenne ad limitationem l. iiij.§.hoc autem.ff.de dam.infect.ubi ad utilitatem priuatam iudex non petitus,non poteſt ſe impedire. Hoc intellige,dum modò præſentibus partibus,per ea,quę ſcribunt Bart.& Bald.in l.j. C. ut quæ deſunt aduo. Et hîc adde gloſ.in c.j.in uer.abſentia. de elec. in vj. ubi gl. dicit, quòd iudex ex officio poteſt petere & cogere partem,ut oſtendat mandatum: quia iudicium eſſet eluſorium:pro qua eſt text. in c. innotuit. de elec. dum dicit, ſupplicationem,quæ nomine capituli non fiebat, non diximus admittendam.Ibi Abb.

SVMMARIVM.

1 ¶ Vicarius an poſſit recuſari propter iudicem ſuſpectum.
2 Qualitates ſuſpicionis an egrediuntur perſonam.
3 Iudex datus in cauſa eccleſiæ recuſatur propter rectorem, qui eſt eius amicus.

c. conſua luit.

4 *Iudex potest recusari ratione magnæ familiaritatis.*
5 *Principalis si est suspectus, tota synodus potest recusari.*
6 *Literæ familiaritatis nihil operantur, antequam perueniant ad notitiam illius, cui conceduntur.*
7 *Familiaris & domesticus qualiter differant.*
8 *Exceptio dilatoria superueniens post litem contestatam, opponi potest.*
Quæ tamen regula fallit, ut hîc per ordinem, ut nu. hoc. 9. 10. 11. & 12.
10 *Sententia an reuocetur propter instrumenta de nouo reperta.*
12 *Exceptio dilatoria si superueniat, postquam est conclusum in causa, non potest opponi.*
Quæ fallentia non procedit in quinq; casibus, ut hîc nu. 13. 14. cum cæteris.
15 *Suspicio contra iudicem superueniens in causa, an opponi possit.*
16 *Actus primus, qui solet fieri post litem contestatam, æquipollet litis contestationi, ubi lis non contestatur.*

CAPITVLVM XXV.

INsinuante. ¶Ex noua causa remouetur delegatus, etiam post litem contest. & alius subrogatur. ¶Si suspectus est uicarius, , recusari potest iudex. Hoc uoluit Abb. in c. j. de iudi. in uersic. & secundum hoc dicitur, quia uicarius assistit iudici, ut præstet ei consilium in iure, &c. quæ sequuntur.

1 ¶Sed †nunquid uicarius possit recusari propter iudicem suspectum? Baldus tetigit in l. j. in ij. col. C. si quacun. prædi. dig. & dicit ibi, not. quòd ordinarius est suspectus, & uicarius non est suspectus: & ideo recusari potest ordinarius, & non uicarius: postea dicit, quòd illa l. loquitur in suspicione, quæ non est orta in his, quæ pertinent ad officium, sed est potiùs quædam inhabilitatio iudicis in pœnam illius delicti, de quo per illum: & sic respondet ad illam legem. Sal. ibi tangit, & hoc modo decidit: & dicit ipse, dubium facit. à procõsulibus. C. de app. ubi lex dicit, quòd appellari potest de uicario ad superiorem suũ: & sic sunt diuersa tribunalia: & hoc de iure ciuili: secus de iure canonico: quia uicarius episcopi facit unum & idem tribunal. Sed q̃ possit recusari uicarius propter suspicionem iudicis superioris, est text. in c. uiſis. xxj. q. ij. ubi tex. dicit, humani moris est eũ uereri, qui modò erigitur, modò deprimitur, &c. & Ant. in c. j. de iudic. ubi dicit, q̃ si principales in synodo sunt suspecti, potest recusari tota synodus. Et illud, q̃ dixi de inhabilitatione, limita, nisi iurisdictio iudicis esset suspensa per excommunicationem, & uicarius creetur ab episcopo excommunicato. Text. est in c. j. in fin. de offi. uicar. in vj. ¶Fallit in causa commissa uicario, tanquam delegato. Car. in cle. ij. in vitj. q. de resc. Et ita dicit se consuluisse. ¶Item no. q̃ ista non habent locum in uicario, qui habitaret seorsum ab ordinario, & qui non eligitur ab eo: & ita loquitur lex, à proconsulibus. Et sic teneo dictum Ab. q̃ propter suspicionem episcopi posset recusari uicarius. ¶Dicit hîc Imo. q̃ † suspicionis qualitates non egrediuntur personam, sed q̃ extendantur. Et est text. in l. liberi. C. de inofficio. test. ibi, uel cum inimicis eius suas amicitias. Per quẽ dicit ibi Bald. no. quòd ille dicitur inimicus meus, qui contrahit amicitiam cum inimico meo. Ergo extẽduntur. Et sic tenet contra Imo. & facit text. hîc. Secundò est text. in c. repellantur. de accus. in uerb. cohabitantes. Tertiò est dictum Bald. in l. j. C. si quacun. præd. dig. ubi dicit, q̃ citatus per iudicem amicum inimici, non tenetur comparêre: & est bonus text. in c. accedens. el ij. ut lit. non contest. Bene credo, q̃ non extenderetur in infinitum: & ita credo, quòd isti intelligant. ¶Secundò no. ibi poterat suspectus haberi. Not. tu, quòd recusatur iudex datus in causa ecclesiæ propter rectorem, qui est eius amicus. Sed utrùm consanguineus prælati possit esse iudex in causa ecclesiæ ipsius prælati? Dic, q̃ non. Ita omnes hîc. Tamen, q̃ non potest recusari, est ultra eos Spe. in ti. de delegato. §. superest. uer. q̃d si prælatus. Idem firmat Abb. in c. postremò. de appel. & allegat istum text. & dicit, semper reputaui singularem ad hoc à fortiori. Et facit glos. j. in c. cùm super. §. eo. & idem tenet Imo. in c. j. de postu. ¶Causa ecclesiæ non dicitur causa propria: & ideo prælatus potest esse iudex in ea, licet possit recusari: & hoc probatur: & primò per l. j. §. in secunda. ff. quando appel. sit. & ex text. in c. bíduum. ij. q. vj. Nam propria causa est, cuius emolumentum tãgit agentes. Sed cùm ecclesiæ cõmodum non tangit propriè commodum agentis. Ergo, &c. Secundò uide Arch. in c. res ecclesiæ. xij. q. j. ubi quærit, quæ dicatur res propria? & dicit, quòd illud dicitur propriũ, quod est meum, & ad alium non pertinet. Et dicitur propriũ, quasi porro priuatum. Sed bona ecclesiæ non sunt talia. Ergo causa ecclesiæ non est causa propria. Tertiò facit text. in c. fin. & in c. nulli. xij. q. ij. ubi text. dicit, sint manifestè res ecclesiæ, nec clerici. Ergo causa ecclesiæ nõ dicitur causa clerici. ¶Ad idem Ant. in c. cùm olim. in pen. col. de regul. ubi dicit, q̃ clericus potest esse arbiter in causa suæ ecclesiæ. Et ponit Flo. in l. fi societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & facit glos. in c. super prudentia. xiiij. q. ij. in glos. magna, circa medium, & text. in c. insuper. de testi. ubi clerici in causa ecclesiæ restificari possunt. ¶Et ratio, quare prælatus possit recusari in causa ecclesiæ suæ, est in text. nostro: quia hîc in causa ecclesiæ recusatur dominus clerici. Fortiùs ergo ipse clericus. Nam propter quod unum quodq; tale, & illud magis. Modò episcopus recusatur in causa clerici litigantis pro ecclesia: ut hîc. Quanto ergo fortiùs ipse clericus, qui habet maiorem affectionem ad ecclesiam suam? Et uide Ab. in c. cùm uenissent. in fi. de iudi. ubi dicit, q̃ iura quæ dicunt, q̃ prælatus potest esse iudex in causa sua, operãtur hoc, q̃ ualebit sententia ab eo lata, nisi recusetur. Quod not. ¶Tertiò no. q̃ † ratione familiaritatis magnæ iudex recusari potest. Ita Hosti. & Ab. hîc. ¶Primò scias, q̃ Bal. in l. j. C. de epis. & cleri. ubi dicit, q̃ duplex est familiaritas, una potestatiua, quę est multiplex: alia est patris in filium: allegat Innoc. in c. quod super. de uoto. alia est, quam habet dominus in seruum, &c. Vide ibi per ipsum. Est & quædam & secunda familiaritas, quæ dicitur socialis: & de istis non loquitur iste tex. ¶Et ibi ponit Bal. sex effectus familiaritatis, & inter cætera unum, q̃ tota familia mea potest habere suspectum iudicẽ, qui mihi est suspectus. Et qui dicant̃ propriè familiares, est tex. in c. fi. de uerb. signifi. in vj. & ibi Io. Mona. & Domi. in ult. col. ¶Capio glo. in uerb. familiares. & uide glos. in c. in singulis. de sta. mo. quæ dicit, q̃ si † est suspectus principalis, tota synodus recusari potest: & uide Bal. in l. una. C. si quacun. prædig. ubi uult, q̃ illa lex non extendatur. Sed contrà tenet hîc do. Ab. & Ant. in c. j. de iudi. Et nota, q̃ isti, qui habent literas familiaritatis, non habent priuilegia familiarium, nisi exerceant officia, propter quæ officia dantur illæ literę. De hoc est extrauag. Innocentij v. inci. Ad futurã rerum memoriã. & istã alleg. Car. consi. cxxv. incip. Vacarũt canonicatus & præbenda. ad fi. Idem not. q̃ familiares Papæ per literas ad instar familiariũ descriptas in rotulo, nõ nocẽt ueris familiaribus. Declaratio est Pij in conclusione inci. attẽdentes. ¶Itẽ no. q̃ † literæ familiaritatis nihil operant̃, ante quàm perueniãt ad notitiam illius, cui conceduntur: & ratio est, quia familiaritas est quidam consensus reciprocus. Ideo ante notitiam nihil operatur. Est de hoc consilium Pet. de Anc. consi. cccxcviij. incip. Præmitto pro clariori. Imò ibi dicit fortiùs, q̃ idem est, si ille sciret de istis literis: sed iam est effectus insufficiens: putà, quia erat in extremis. Imò plus dicit ibi, quòd si ille impetrauit, & Papa declarat, q̃ uult, quòd sit familiaris, licet sit mortuus, quòd ista impetratio

impetratio præsumitur subreptitia: nõ dicit, quòd non possit, sed quòd præsumitur impetratio subreptitia. Hoc non affirmo: quia oportet uidere literas impetratas. Item uide text. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de
7 uerb. signifi. & ibi Bart. ¶Et† quæ differentia sit inter familiarem & domesticum? dic, quòd ille dicitur domesticus, qui pro maiori parte cohabitat. Ita Bald. in l. ij. C. de testi. Et dic, quòd consanguineus non cohabitans, dicitur etiam domesticus. Ita Spe. in tit. de teste. §. j. uer. item quòd est domesticus. & Bald. in l. consentaneum. in pe. col. C. quomodo & quando iudex. ubi dicit, quòd ille, qui est mihi domesticus, in dubio præsumitur de familia. ¶Glos. in uerb. postmodum effectus,
8 Omnes hîc dicunt, quòd †exceptio dilatoria superueniens post lit. cõtesta. opponi potest. Ita probat hîc textus, & glos. & hoc regulariter confirma per dictum Anto. in c. j. de iudi. ubi dicit, quòd sicut dilatoria superueniens post lit. contest. potest opponi: sic opponi potest, si superuenit post pactum de litigãdo. Quod not. Secundò uide Anton. in c. pastoralis. de excep. ubi plenè declarat hoc: & intelligo, quòd exceptio ista dilatoria, quæ superuenit, impedit processum sequentem, nõ autem præcedentem: & sic acta facta stabunt, & coram alio iudice facient fidem. Ita Bal. in l. fin. post medium, C. de excep. & Inno. in c. Cumana. de elec. & tene mentì: quia optima sunt, & quæ sequuntur. ¶Fallit primò, nisi de eo, quod superuenit, est prouisum per modum agendi, ut est in spolio: quia non audietur excipiens, sed debet agere. Ita dicit Innoc. in c. cùm dilectus. de ordi. cog. per illum text. Hoc dictum sequitur Archi. in c. j. in fin. ij. q. ij. & sequitur etiam in c. j. de restit. spol. in vj. & Anton. in c. cùm M. de consti. & Ang. in l. si mulier. ff. sol. matri. & in l. ij. C. de consor. eius. lit. & in l. inuasor. in fin. C. unde ui. Contrarium tenet Imol. in d. c. cùm M. Idem tenet Imol. in c. pastoralis. de excep. & Domi. in d. c. j. de resti. spo. in vj. in §. illum autem. & idem tenet Imol. in d. l. si mulier. ff. sol. matrimo. & Ludo. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. Idem tenent Anton. & Abb. in d. c. cùm dilectus. Et ratio est, quia cui damus actionem, fortiùs exceptionem, c. qui ad agendum. de reg. iur. in vj. Et sic teneo istam opin. ¶Et hoc habet etiam locum, si ista exceptio fuisset in rerum natura, sed incognita. Ita Cald. in c. fin. de ordi. cogni. quia etiam tunc opponi potest post litem
b contest. ¶Secundò b fallit, dum † modò exceptio superuenerit post litem contesta. facto aduersarij. Ita est hîc text. Secus, si sine culpa sua: quia ista non poterit opponere post lit. contest. ¶Istam limitationem ponit Nic. de Neapol. in l. excusantur. §. numerum. ff. de excus. tut. ¶Bart. uerò tenet contrarium in l. j. in ulti. col. ff. de excep. dicens, quòd quomodocunque superueniat, opponi poterit etiam post litem contest. Et ibi respondet ad iura allegata in contrarium: & ideo teneatis istam secundam opin. Bartol. ¶Tertiò fallit, nisi doceatur partem fuisse negligentem in perquirendo ante litis contest. hanc exceptionem, quam dicit de nouo notam. Ita Cald. in c. fin. de ordi. cogni. & Anton. in c. cùm dilectus. eod. tit. & Ab. in c. cum speciali. in princip. de appel. ¶Et onus probandi non negligentiam, & sic diligentiam, incumbit uolenti excipere: quod primo probatur sic: nam lapsus termini constituit quem in negligentia. Text. est in l. desertorem. §. si ad diem. ff. de re mili. Ita in casu nostro. Et est etiam bonus text. in l. qui commeatus. eod tit. & glos. in c. plerunq; in uerb. negligentia. de rescrip. ¶Secundò probatur: nam allegans negligentiam uidetur se fundare in una negatiua: quæ si est pura, probari non potest. Ita Innoc. in c. super his. in glos. magna, de accusa. & Bart. in l. hoc iure. ff. de uerb. oblig. ¶Tertiò allego pro hoc Innoc. in c. pastoralis. de excep. ubi dicit, quòd differens exceptionem dilatoriam, in dubio præsumitur malicioſe distulisse. ¶Quartò † allego Bart. in l. j. C. si aduers. fis. lib. x. ubi dixit, quòd per instrumenta de nouo reperta, non reuocatur sententia, c. suborta. de reiudic. ¶Fallit, nisi ille, qui reperit probet se adhibuisse omnem diligentiam pendente lite: quia facta & probata hac diligentia, reuocabitur sententia. Ita in proposito nostro. Et nihil melius: & idem uult Angel. in l. imperatores. ff. de re iudic. & Bal. in l. si ex falsis. C. de transac. ¶Quintò allego Bart. in l. pen. ff. de adul. ubi dicit, quòd excusans se, quia interfecit bannitum, habet probare se diligenter perquisiuisse. ¶Vltimò pro hoc facit dictum Angel. & Pau. de Castr. in l. si ideo. per illum text. C. de his, quibus ut indig. ubi dicunt, quòd massarius habet probare se diligenter requisiuisse malefactorem: aliàs non illi creditur. Et uide Bald. in l. j. C. de fal. mone. & in l. j. C. ad Macedo. ¶Quartò limita, nisi † post superuenientem dilatoriam pars scieris litigasset, faciendo etiam unum actum circa merita causæ: quia tunc amplius opponi non potest. Text. est hîc. Ità uult Ioan. And. in c. cùm M. de constitu. & Anton. ibi, & Anton. in c. exceptionem. in v. col. de excep. & plurimi, quos allegaui in d. c. cùm M. in iij. char. uer. & hîc incidenter. ¶Fallit quintò, quando † superuenit, postquam est conclusum in causa: quia opponi non potest. Ratio: quia post conclusionem in causa iudex amplius non cognoscit. Sed super exceptione requiritur causæ cognitio. Ergo exceptio amplius opponi non potest. Ita dixit Ioan. And. in c. cum dilectus. de ordi. cog. Allegat text. in c. auditis. de procu. & c. pastoralis. de causa poss. sequitur hîc Lud. sing. ccc. incip. Tuscis, quòd exceptio declinatoria. & sequitur Anton. in c. pastoralis. in xj. col. de excep. & Abb. ibi in v. col. sequitur Anton. & Abb. in d. c. cùm dilectus. ¶Confirmo hoc primò per dictum Lap. in c. iudex. de off. deleg. in vj. ubi dixit, quòd post conclusionem in causa, non potest opponi aliqua exceptio declinatoria superueniens, etiamsi esset iusta ad declinandum. Secundò pro hoc allego Bald. in repe. l. edita. in iij. & xj. col. C. de eden. in repe. Patauj. ubi dicit, quòd illis casibus, in quibus licet emendare libellum post litem contestatam, non est licitum, postquam conclusum est in causa. ¶Tertiò allego Ioan. Mo. in c. ij. de restit. in integr. lib. vj. ubi dicit, quòd paria sunt, latam esse sententiam, uel esse conclusum in causa: pro quo dicto allego Bald. in l. error. in iiij. col. de iuris & fac. igno. & Bart. in l. si mater. §. eandem. ff. de except. rei iud. ¶Quartò allego Domi. in c. ij. de confes. ubi dixit, quòd ad instantiam partis non potest fieri aliqua positio post conclusum in causa. ¶Ista fallentia procedit regulariter, præter quàm in quinque casi-
13 bus. Primus † est in exceptione excommunicationis: quia ista, quandocunque superueniat, etiam post conclusionem in causa, opponi potest. Tex. est in c. pia. in fi. de excep. in vj. in uer. quãdocunq;. Et ita not. Spec. in tit. de renun. §. j. in j. col. uer. & scias post conclusionẽ. ¶Secundus in exceptiõe notoria iuris, uel facti: qa ista opponi potest etiã post cõclusionẽ in causa: & ratio est, quia

Secundò] Adde, quòd Bart. tenuit cõtrarium in loco hîc allegato per Felinum: quam opin. etiam ipse Fel. hîc sequitur, ut uides: quæ fuit ista, uidelicet quòd quandocunque exceptio superuenit etiam sine facto aduersarij, possit opponi. Adde, quòd Bart. tenuit istam eandem opi. in l. cogi. C. de petit. hæred. & Bald. in l. per hanc. C. de tempo. app. & in l. j. C. de alie. iud. mut. Ro. in l. stipulatio. §. habet. ff. de te-
no. ope. nun. tac. de Bel. & Ia. de Rauen. in authen. præsente. C. de fideiuss. Adde, quòd Bal. in l. præparatorius. C. sent. rescim. non pos. tenuit contrarium.
Opponi potest] Adde Fran. Pad. in l. licet. C. de procu. & sing. per Sali. in l. quod quis. eo. ti. et Pau. de Cast. in consil. clxj.

quia hîc cessat causæ cognitio, ex quo in notorio non requiritur examinatio, sed solùm requiritur allegatio. Ita Anton. in c. dudum. el j. uersic. quartò no. de elec. & idem tenet Lap. in d. c. iudex. de offic. deleg. in vj. dicens idem de exceptione declinatoria. ¶ Tertius ca-
14 sus est, ubi † iudex ex officio suo uellet admittere: tunc datò, quòd sit conclusum in causa, potest admittere. Ita Spec. in loco proximè allegato, in §. j. in j. col. in tit. de renun. Allegat c. cùm Ioannes. de fide instr. & l. ubicunque. ff. de interro. actio. Et simile est unum, quod dicit Bald. in l. j. in pe. col. C. sen. rescin. non pos. ubi dicit, q̃ post conclusionem in causa, iudex ex officio potest admittere exceptiones. ¶ Quartus est in Papa: quia coram ipso post conclusionem in causa, potest opponi dicta exceptio dilatoria superueniens. Ita Spec. in loco præallegato, & Inno. in c. ad petitionem. de accus. ¶ Quintus casus est in causa appellationis: & ratio est, quia appellatio reducit causam in primum statum, in quo erat in principali causa. Glos. est in c. ad audiẽtiam. el ij. de rescrip. cum ibi notatis per nos anno ela-
15 psò. ¶ No. modò unum, utrùm † suspicio superueniens opponi possit post conclusionem in causa Domi. in c. iudex. de offi. delega. in vj. dicit, quòd nõ[a], dicit tamen, a limita, nisi essemus in materia, in qua

d *Quòd non] Adde idem tenentem Lud. Ro. in sing. uersic. exceptio dilatoria.*

iudex haberet procedere ex arbitrio: quia tunc reus iudicem recusare posset etiam post conclusionem in causa. Sed hoc non reputo uerum, quia Imo. in d. c. iudex. dicit, quòd quãdocunq; oriatur exceptio dilatoria, in tel lige suspicionis, iudex recusari potest: licet Lap. ibi teneat contrarium, tamen credo opi. Ioan. de Imol. uersorem. ¶ Et sic, dum dixit Domi. suspicionem notoriam proponi non posse post conclusionem in causa, dic cõtrà, secundum Imol. in d. c. si iudex. non facta differentia in materia arbitraria, prout ibi per Domi. quia etiam in illa appellari posset, ut est gl. in c. super his. de accusa. propter quod cessat ratio differentiæ. ¶ In quã-
16 tum Ab. dicit, quòd † primus actus, qui solet fieri post litis contest. æquipollet litis contestationi, ubi lis non contestatur, per glos. in c. j. in uer. absentia, circa medium, de elec. in vj. Ex quo sequitur, quòd quicquid excludit litis contestatio, idem excludit ille actus. Vnde, &c. Adde, quòd idem tenent Inno. Ab. & Anton. in c. si duobus. de app. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de proc. §. ratione igitur. uer. quid si causa fuit. & Domi. in c. quamuis. de procur. in vj. ubi dicit, quòd sicut non potest reuocari procurator post litem contesta. ita non potest reuocari post primum actum, qui solet fieri post litem contestatam, ubi non fit contestatio. ¶ Secundò uide do. Anton. in c. fina. de confes. ubi dicit, sicut lit. contest. interrumpit prescriptionem, ita primus actus, qui solet fieri post lit. contest. ubi lis non contestatur. ¶ Tertiò uide Ioan. de Imo. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. matri. ubi dicit, pœna statuti imposita differenti solutionem usque ad lit. contest. habet locum usque ad primum actum, qui solet sequi post lit. contest. ubi lis non contestatur. ¶ Quartò uide Imol. in cle. j. de causa pos. & propri. ubi dicit, quòd ubi non conclu-
17 ditur in causa propter naturam litis, primus actus, qui solet fieri post conclusionem in causa, habetur pro conclusione in causa. Cum istis dictis concordat Card. in cle. constitutionem. in fi. de elec. & Lauren. in trac. De usu, q. cxlitj. & Imo. in c. ex parte decani. de rescri. Pe. de Anch. in cle. sæpe. de uerb. signi. Abb. & Anton. in c. ij. de dila. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uer. figura. Ang. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. Roma. in l. j. de arb. Bart. in l. ab executore. in fin. ff. de app. ¶ Limita modò; nisi ille primus actus esset factus iudice dicente, Saluis exceptionibus, uel pars dixisset, Saluis exceptionibus; quia tunc exceptiones dilatoriæ op-

poni possunt. Ita Abb. in c. ad dissoluendum. in j. col. de despon. impub. Et pro hoc est expeditum hoc notabile capitulum.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Tempus qualiter dicatur continuum, aut utile.*
2 *Condemnatus habet quatuor menses ad soluendum. Quæ regula fallit multipliciter, ut hîc per ordinem habes.*
3 *Reus criminis an condemnatus, statim debeat tradi morti? Et ponit pro regula, quòd debent expectari decem dies: quæ fallit, ubi reus confessus est crimen. nu. 4.*
Item, si statutum diceret, statim reum ad mortem esse ducendũ. nu. 5.
6 *Item ponit certos casus, quibus executio in criminali differtur, uel aufertur.*
7 *Sententia non fertur in confessum in causa ciuili, sed præceptum. Et intelligitur in uere confesso, non in ficte confesso: ut nu. 8.*
9 *Præceptum, quod fertur in confessum, an dicatur sententia, uel non?*
10 *Delegatus potest adiri quandocunq; intra annum, si uictor turbatur in sua possessione.*

CAPITVLVM XXVI.

Værenti. ¶ Delegatus Papæ usque ad integrum annum potest sententiam exequi. H. D. Aliquãdo tempus est utile in initio, & progressu. Exẽpl. m habes in c. quia diuersitatem. de consuet. præb. & in c. li-
1 cet. de supp. neg. præla. ¶ Aliquando † est continuum in initio & progressu: putà, quadriennium ad petendam restitutionem in integrum: nam siue sciat, siue nesciat, currit tempus. Text. est in c. j. de resti. in integ. lib. vj. & in cle. unica, eo. tit. ¶ Aliquando est utile in initio, in progressu continuum: puta tempus ad appellandum, ubi iudicatur contra absentem, & ignorantem: quia non currunt, nisi sciat: & statim cùm scit, currit, c. concertationi. de ap. in vj. ¶ Aliquando est tempus continuum in initio, utile in progressu: putà, decẽnium datum partibus ad appellandum: quia annus sequens datus ad prosequendum appellationem, est utilis. Tex. est, & ibi omnes, in c. ex ratione. de app. & tene bene menti. Et istam doctrinam ponit Domi. in §. anteriorum. in fi. ij. q. vj. Et ad hæc uide Bar. in l. genero. ad fi. ff. de insa. ubi dicit, q̃ ubi tempus apponitur ad conuincendam negligentiam alicuius, semper in initio est utile, & non currit, nisi à die notitiæ. Et ibi multa de hoc per eum: & ibi alleg. l. iij. §. si quis hæredẽ. ff. de sta. liber. ubi testator dixerat, A die mortis: & supplet ibi iurisc̃onsultus, Et aditæ hæreditatis. Et etiam dicit ibi Bald. q̃ ubi agitur de odio finiendo, tempus præsumitur continuum: puta, si habeo contra te actionem de dolo. Allegat text. in l. si cùm exceptione. §. satis. ff. quod met. causa. & in l. si cùm Hermes. C. loca. & ibi etiam quærit, si aliquis conduxit uectigal pro quinquẽnio, utrùm tempus impedimenti connumeretur? & dicit, q̃ sic: quia tale tempus est continuum: & uide Bald. in l. j. & in l. fi. ue pars. C. de dilat. ubi dicit, quòd dilatio data à iudice, enumeratur de momento in momentum: & uide etiam Bald. in l. si quando. in v. q. C. de testi. ¶ Limita, nisi daret dilationem legalem: quia tunc considerantur uerba legis. Ita b *Ad soluendũ] Adde ad hanc materiam, quæ habẽtur per do. Alex. de Imo. in l. ij. ff. de iureiur. & in l. in fidei. C. de iusti. & quod per Bar. in l. Adria. C. de reb. credit.*
Bald. in d. l. si quando. ¶ Vltimò de ista materia ponit Abb. in apostil. in dicta clemen. unica, de restit. in integrum. & Bald. in l. ij. C. de ædi. actio. & Imol. in c. plerunque. de rescri. & Abb. in c. quoniam. ut lite non contesta. ¶ Glos. in uer. quadrimestre.
2 Condemnatus † habet quatuor menses ad soluẽdum[b]. Tex. est in c. quo ad consul-

a *l. si quis] Vide tamen ibi Sali. qui refert Bal. tenere cõtrarium: & adde do. Alex. de Imol. in l. j. §. si præsens. de uerb. oblig.*

b *Deserta] Adde do. Iaso. May. in l. si arrogator. ff. de adopt. in ulti. col. cũ concord. ibidem per eũ signatis.*

c *An statim] Adde Bal. post Bart. in l. si qs. §. his. ff. de iniust. test. Bart. in l. si qua pœna. ff. de uerb. sig. Bal. in l. si. in ult. col. C. si ãnõ cõpe. iud. Roma. in l. j. ff. de reiu. Bal. Ang. et Io. de Imo. in l. qui à latronibus. §. j. ff. de testa. Bart. in l. observare. §. proficisci. ff. de offic. proconsu. & in l. addictos. C. de epis. au. Bal. in l. j. C. ne ex deli. defũ. ĩ vij. col. in. hîc in isto tex. ista uoluit ponere p uiã remissionis: quia in istis locis habes ueram conclusionem. Adde ad ista, an bannitus possit impunè offendi infra tẽpus datum ad appellandum? Bald. in l. addictos. C. de epis. aud. & in l. addictos. C. de appel. tenet, q̃ sic. Adde, q̃ Bart. tenuit contrariũ in l. q. ulti. ff. de pœ. & in l. qui à latronibus. §. j. in fi. ff. de testa. & in l. j. in ij. col. uer. quærit Dyn. nil innouan. appen. & in l. iij. §. si seruus. ff. de acqui. poss. in uer. Dyn. induxit. Et istam puto ueram opi. & cõmunem, quam inuenio, q̃ Roma. sequitur in d. l. iij. §. si seruus.*

d *Interpres] Adde idem tenentem*

consultationem. de re iudic. & est tex. & glos. hîc. ¶ Fallit hoc in condemnato ex dolo: quia nõ dantur isti quatuor menses: quia subitò, quòd quis est cõdemnatus, debet statim re-
d stituere. Text. est in l. si quis[a], in uer. illico. & in uer. quã celeriter. & ibi Bal. C. depos. per c. ius naturale. j. dist. in uer. depositæ rei restitutio. Et in deposito nõ potest allegari compensatio. Casus est in dicta l. si quis. C. depos. ¶ Secundò fallit, quando appella-
b tio est deserta[b]: quia finita desertione, competit executio mera: & non est opus expectare quatuor menses. Text. est in l. quoniam. in uer. mox. C. de appel. & est glos. in l. ij. in uer. executioni. C. de temp. app. & ibi Bald. Et ita tenet Ludou. in l. j. §. j. ff. de uerb. obl. ¶ Sed aduerte: quia dicta lex, quoniam. loquitur in debitore fisci: & sic est speciale in fisco. Et hoc not. Bald. in l. j. ff. de libel. dimisso. & Bald. in l. ij. C. quando fis. uel priua. Non ergo ista in alijs. Item in casu d. l. ij. tempore desertionis erat lapsum quadrimestre: & ideo non mirum, si Imperator ibi amplius non concesserit: quia deserta appellatio est, ac si non esset appellatum, l. fi. in uersic. tanquam si ab initio. C. de tempo. app. Secus ergo, ubi esset deserta appellatio propter non petitos apostolos, uel propter lapsum termini, de quo in c. ex insinuatione. de app. quia iste habebit supplementum temporis usque ad quadrimestre, cùm non reperiatur in iure contrarium cautum. ¶ Tertiò limita in condemnato ab arbitratore. Isti enim non dantur quatuor menses. Et hoc ponit Bald. in l. fi. in ij. col. C. de exec. rei. iud. Secus in sententia arbitri: quia iste non mutat naturam à sententia iudicis, l. si cùm dies. §. infra quantum. ff. de arb. & ibi glos. ¶ Quartò fallit in sententia lata à iudice, à cuius sentẽtia appellari nõ potest: quia istæ sententiæ statim mittuntur executioni. Text. est in authen. ut sp̃s salitia largitas. §. aliud. & ibi Ang. & tũc fiet executio infra decẽ dies præstita satisdatiõe, de qua ibi. ¶ Quintò fallit in causa criminali: glos. est hîc: & ratio, quia in criminalibus sententia mandatur executioni statim. Text. est in l. cùm res. C. de pœ. quem allegat Ange. in l. debitoribus. ff. de re iudi. Et de hoc crimine fallit in xij. casibus[c], quos dicam paulò infrà. ¶ Sextò fallit in casu, quẽ ponit Bal. in d. l. addictos. in addi. ad Spe. in tit. de sen. prola. in ultim. col. ubi dixit, quòd si fideiussor soluens pro reo in causa criminali, obtinuit reum sibi condemnari ad restituendum, non habebit debitor illos quatuor menses, sicut non habuit fideiussor soluens pro reo. ¶ Alias fallentias ponit glos. in l. fi. C. de exe. rei iudi. Et fallit etiam hæc conclusio in confesso: ut ponunt Doct. hîc, qui solùm habet x.
Felini j. pars.
dies, ut hîc notatur. ¶ In ea glos. ibi,
c in criminibus statim. An statim[c] post sententiam tradatur reus morti? Ab. hîc tangit, & Ioan. de Imol. ¶ Mod. allegant Bart. in l. non tantùm. ff. de
3 ap. ubi Bart. dicit, quòd † iniquũ est, quòd reus statim post latam sententiam tradatur morti: quia debent expectari x. dies, per tex. ibi notabilem, ubi quilibet de populo pro eo appellare potest. Ange. tenet idem ibi, & Salic. in l. addictos. C. de appel. & ibi dicit ipse: agitur de maiori periculo, quàm in ciuili: sed in ciuili dantur x. dies. Ergo fortiùs in criminali. Et dicit ibi d. l. addictos. loquitur in criminoso notorio: meritò non appellat. Bald. etiam & Ange. idem tenent in d. l. addictos. & Rapha. in l. addictos. C. de epis. aud. & Bald. in c. ij. de reiud. & in l. ij. C. ne ex delicto defun. & omnes isti tenent, quòd debent expectari x. dies post latam sententiam. ¶ Moder. hîc tenent contrarium dicentes, quòd gloss. rectè loquitur, quòd statim debet mori post latam sententiam: & mouentur per tex. in l. non tantùm. ff. de appel. reci. ubi text. dicit, non tantùm ei, qui ad supplicium, sed etiam à quolibet extraneo appellari licet. Ad quid ergo tex. dicere t, dum dicitur? Ergo ibi est casus, quòd duci potest. Et si dicas, appellatur, dicit ipse, fateor hoc, quòd possit appellari. Et si respondentes dicunt, ducitur, scilicet de facto: dicunt Moder. præsumitur pro iudice, quòd de iure fecerit. Ergo, etc. ¶ Secundò dicunt ipsi, confessus non appellat, c. Romana. §. cùm aũt. de app. in vj. Sed rei cõmuniter cõfitentẽ, antè quàm ducantur ad mortem. Ergo non est mirum, si potest fieri executio cessante appellatione. ¶ Tertiò dicunt, con-
d suetudo est optima legum interpres[d]. Sed per totum
e mundum lata sententia[e] ducitur ad furcas. Ergo, etc. & allegãt Rapha. in d. l. addictos. C. de app. qui idẽ tenet: & sic sententia statim mittetur executioni. Et pro hoc est dictum Ioan. de And. in l. non tantùm. ff. de ap. ubi tenet idem, quod Moder. hîc, & alleg. glo. in c. cùm apud. xj. q. iij. ubi glos. idem tenet. ¶ Tamen tenenda est communis opi. & dum glos. dicit, statim, intellige,
f scilicet lapsis x. diebus[f]: & hoc firmat Abb. in c. ij. de re iud. Et ad d. l. nõ tantum. dicas, q̃ in d. l. uerbum Ducitur, nõ intelligitur de ductione actuali, sed legali: quia eo ipso, quòd est condemnatus, respectu legis uidetur duci ad mortem: non, quòd ducatur ipso facto, sed ipsa lex habet eum pro mortuo. Ita respondet Raph. in d. l. non tantùm. & allegat l. Lucius. cum glos. eo. tit. Dicit ibi text. morti datus est: & glos. ibi dicit, id est, prõnunciatus. ¶ Secundò allegat gl. in l. si quis. ff. de dam. infe. Dicit glo. ibi, in uer. missum. id est, pronunciatum, quòd mitteretur: ergo in proposito nostro uerbũ Ducitur, positum in d. l. addictos. debet exponi Ducitur, id est, est pronunciatus duci: & est gl. in c. periculosæ. de pœni. distin. j. Et sic tene communem opi. ¶ Regula ergo est, quòd reus non ducitur ad mortem, nisi post x. dies. ¶ Fallit primò, nisi renunciaretur appellationi. Bart. in l. qui ultimò. ff. de pœn. Et ista fallentia non est uera: quia in criminalibus reus non potest renunciare defensioni. Ita Bart. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. in l. Stichus. ff. de penu. leg. & ibi Bart. & Ioan. And. in c. fi. de fo. compe. in vj. ¶ Fallit secundò, ubi reus con-

c. quæ renti.

do. Soc. consi. ccix. incip. licet nulla mihi. uersic. nonò pho. circa princ. in ij. parte, char. lxxxviij.

e *Lata sententia] Vide Ro. decisi. ccccxxv. Fuit dubitatum. Innoc. & Bal. omnino in d. l. j. statim in text. alle. iij. col. C. ne ex delic. defun. & do. Alex. de Imol. in l. j. & l. si confessus. de cust. reo. & Spec. in tit. de confes. §. j. uersic. pen.*

f *Decem diebus] Adde Ang. in authẽ. ut spon. larg. §. aliud. Colla. tex. et do. Ale. de Imo. in l. j. nil. inno. appen. & Bal. in addi. ad Spec. in tit. de sen. excom. uer. in criminali. & uersi. sententia capitalis. & Bart. in l. qui ult. ff. de pœ. & Pau. de Cast. in consi. xxix. et Old. consi. xviij.*

fessus fuit crimẽ: quia statim tunc potest tradi morti lata sententia, & appellare non potest: quia confessus nõ appellat, d. c. Romana. §. si aũt. & est ibi glo. in uer. mandatur. & uult Bal. in l. unica, C. ne ex delic. defun. & in l. unica, C. de confes. & Abb. in c. cùm speciali. §. porro. de ap. & in c. pastoralis, ad fi. princip. eo. ti. & Car. consi. cj. inci. In causa appellationis. & Ange. & Are. in l. fi. §. iussus. ff. de app. ¶ Tertiò † fallit, nisi statutum diceret, quẽ esse statim ducendũ ad mortẽ, q̃ ualet secundum omnes præallegatos: & iustificatur ex ratione post tormenta. ¶ Sunt certi † casus, quib. executio in criminali uel differtur, uel aufertur. Primus est, ubi princeps iudicasset pœna grauiori, quàm lex imponit: quia tunc debet supersederi xxx. diebus. Text. est in l. si uindicari. C. de pœ. etc. ¶ Secundus in sententia principis irati, etiã iusta, & ordinaria. Tex. est in c. cũ apud. xj. q. iij. quia non est statim mandanda executioni: & ponit Abb. in c. ij. de re iudi. ubi dicit, q̃ c. cùm apud. ponit casum speciale: & ibi Imol. idem dicit. ¶ Tertius est, quando pater præsentat filium. Text. est in l. milites. §. desertorem. ff. de re mili. ¶ Idem, si ductus ad mortem obuiat uni Cardinali, qui cooperiat eũ pileo suo: quia debet liberari à morte. Ita Bal. & Pau. de Cast. in l. addictos [a]. C. de ap. ¶ Idem dicas propter excellentiã artis: putà, est unicus, qui est singularis in illa arte. Text. est in l. ad bestias. ff. de pœnis. ¶ Item si reus accusatur de grauiori delicto, debet suspendi executio. Bar. in l. §. fi. ff. de custo. reo. ¶ Item si haberet reddere rationes alicuius, q̃ ad hoc instaret, putà si fuit campsor unius. Tex. est in l. j. C. de bo. proscri. & ibi Ang. Idem tenet Abb. in c. ueniens. de accus. ¶ Idem, si tertius appellat, l. non tantùm. de ap. & si iudex dicit, ducas eum nõ obstante appellatione, potest armata manu eripi. Ang. in d. leg. addictos. ¶ Itẽ, si fingat se stultum, nõ traditur morti: ita Bal. & Iac. de Aluar. in c. j. an qui interfe. fratrem domini sui. in usib. feu. ¶ Item, si esset mulier prægnans: quia differtur. Text. in l. prægnantis. ff. de pœnis. ibi Bart. ¶ Item, si condemnatus ad mortem, est de maioribus ciuitatis: quia debet supersederi. Text. est in leg. diui fratres. §. ũ. ff. de pœ. ¶ Vltimò, si accusentur testes de falso: qa impedietur executio. Ita Sal. in l. si doceris. C. de fal. In istis aliquando differtur executio, uel aufertur: & istos casus ponit Ludo. in repeti. l. fi. ff. de re iudic. & eos usurpat sibi do. Bartho. Cępola in primis cautelis suis. ¶ In ea. glo. ibi, sed si confessus haberet. In † confessum in ciuili fertur præceptum, & non sententia. Ita Abb. hîc. Moder. alleg. hîc glos. in §. omni. Insti. de uerb. obli. & glos. in l. fi. C. de bo. quæ lib. & gl. in authen. de hære. & Fal. §. illud. in uerb. recipientibus. ¶ Limitant, nisi esset causa ciuilis descendens ex crimine: putà, si quis condemnatur in restitutione rei furtiuæ, per glos. in c. cùm olim. de rer. permu. quia requiritur sententia, sicut in criminalibus. ¶ Confesso in ciuili datur quadrimestre, sicut condemnato. Tex. est in l. cœptum. §. ulti. ff. de confes. ubi tex. dicit, confessis tempus datur, quod iudicatis datur. Et ita hîc dicit Imol. Et illud, quod dicitur de x. diebus, tractum est â consuetudine, quam inducit gl. in l. fi. debitorum. ff. de iudi. Et pro hoc est casus in d. §. ulti. ¶ Secundò: in confessum in ciuili non fertur sententia, sed præceptum. glo. est in c. dudum. el ij. in uerb responsionem. de elect. & ibi Abb. ¶ Limita, ut † habeat locum in confesso [b] uerè: secus, si fictè: quia tunc oportet declarare illam fictam confessionem, putà in contumace ad respondendum positionibus, iuxta c. ij. de confes. in vj. Et q̃ in confesso ficte requiratur talis sententia declaratoria, tenet Abb. in c. cũ causa. de iur. cal. & allegat Bar. in l. eius, qui delatorẽ. ff. de iu. fil. & est in simili tex. in c. cũ secundum. de hære. in vj. in fi. & hoc ponit etiam Bart. in l. ij. §. q̃ si actor. C. de iura. cal. & Ant. in c. fi. de cõfes. Pet. de Anch. in d. c. ij. & Bald. in l. j. C. de pœna iudi. qui malè iud. & in l. unica, C. de confes. Et sic in confessis ficte requiritur sententia declaratoria. ¶ Vtrum † istud præceptum, quod fit in confessum, dicatur sententia, uel nõ? Dicas, q̃ præceptum latum non præcedente libello, non est sententia. Ita Ang. in l. certum. §. fi. ff. de confes. motus per uerba ibi in tex. in uerb. quasi iudicati. & notat ãd statutũ loquens de sententia, ex qua soluitur gabella, quæ non soluetur de hoc præcepto. Et uide Bald. in l. j. ff. de confes. ubi idẽ dicit. Et secundum hæc dicta intellige gl. xj. q. iij. in summa, quæ dicit, q̃ præceptum impropriè est sententia. ¶ Secundò not. q̃ præceptum sequens libellum, est sententia interlocutoria, habens uim diffinitiuæ. Hoc uoluit Ange. in §. illud. in authen. de hære. & Fal. in uerb. noto istam glo. & Angel. consi. cxiij. in cs̃p. Primò inquiramus uisis prædictis. Idem tenet Bald. in l. hi, qui. j. C. de app. & Ant. in rub. C. de re iud. in consi. ix. incip. An sententia dationis in solutum. & Rota decisi. clxxv. etc. Et ratio est, quia non uocatur diffinitiua: quia in ea non seruantur solennia diffinitiuæ. Patet, quia non fertur in scriptis. Item potest ferri die feriata iudice stante, secundum Ang. in d. l. si debitori. Item non potest appellari interlocutoria: quia expedit negotium principale. Et hinc est, q̃ non potest reuocari. Ita Ang. in l. j. in medio. C. si de momen. pos. fue. app. Et hoc præceptum regulabitur, tanquam diffinitiua, quo ad appellationem, & alia. ¶ Capio † glos. in uerbo, ad integrum annum. Dicunt hîc Moder. q̃ delegatus potest quandocunq; aditi, si uictor turbatur durante anno in possessione sua ab eo adepta. Allegant Bart. in l. inter me. ff. de arbi. ubi dicit, q̃ de natura sententia est, q̃ sit perpetua. Secundò allegant consi. Ang. ccciiij. incip. Constantius Herculani. Et idem tenet Card. hîc contra Abb. & Ioan. And. Sed tu tene cum Ioan. Andre. & domi. Abb. hîc: quia sententia dicitur executa, quando certo tempore permansit: & allego Bart. consi. cxxxj. incip. Præcepit arbiter. & idem uoluit Bald. in l. j. in x. q. C. de his, quæ pœn. no. & Spec. in tit. de arbi. §. sequitur. uersi. sed pone, arbiter. & est bonus tex. in l. qui sic. ff. de solu. ¶ De ista clausula, quæ ponitur in rescriptis, ut interponatur quis in possessione, & inductus defendatur, ponit Ioan. And. in c. pro illorũ. j. de præben. & Cal. in rep. c. cùm nostris. xiij. q. de concess. præben. & Cal. consi. x. incip. Iacobus executor. & Dom. in c. si cui. de præben. in vj. Communis opin. est, q̃ illa potestas

a *Lege, addictos]* Et ibi ad hoc uide Pet. de Suza. Et ad de idem esse, si qs ductus ad mortẽ, obuiat corpori Christi: quia liberari debet à morte, si confugiat ad ipsum. Car. in cle. j. §. institutione. in fin. de reli. & ue. sanc. et Arch. xiij. q. ij. quæsitũ. quagio. ibi, & Lud. in sing. uer. ecclesia. uersi. confugiens. & Oldra. in suo consi. liij. in fi. Dicit tamen Lud. in d. suo singul. q. uerum, quando quis per communionẽ accepit corpus Christi. Vide remiss. §. alleg.

b *In confesso]* Adde tu, quis dicatur uerè confessus, & quis fictè? Ego inuenio Bar. in l. manifestè. ff. de iureiur. in fin. qui dicit, q̃ ille, qui non iurat: & sic, qui est cõtumax in iurando, nõ dicitur, q̃ sit confessus ipso iure, & sic uerè confessus. Et idem est in illo, qui est cõtumax in respondẽdo positionibus, ut per Bar. in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci. Adde, quòd Bal. idem tenet in l. generaliter. §. si autem. C. de iureiur. & Bal. in l. j. C. de confes. Ange. in l. transigere. C. de transact. in ulti. col. Et ideo, q̃ non habetur talis pro confesso, necesse est, ut sequatur sententia supra hoc, & declaretur, ut talis sit confessus. Ita Bart. in d. l. manifestè. in fi. Adde tu, q̃ pulchrum est scire, an talis ficta confessio transeat cõtra hæredes? Bar. in l. manifestè. ff. de iureiur. in fi. dicit, q̃ talis ficta confessio non transit cõtra hæredes, si cõtumax decesserit, ante quàm pronũcietur haberi pro confesso. Adde, q̃ Bald. in l. ij. C. qui testa. fa. po. limitat istud dictum Bart.

7 8

potestas durat à die possessionis usq; ad annum, per istum tex. ¶ Glo. fi. clara. Ergo, etc.

SVMMARIVM.

1 Supplens, uel declarans, an aliquid de nouo adducat.
2 Interpretatio quotuplex sit. Vide hîc partim remissiuè, & partim non remissiuè.
3 Cognitio causæ si cui sit commissa, an uideatur commissa sententia.
4 Delegatus ab inferiori, an possit unum articulum iurisdictionalem subdelegare.
5 Executor dicitur delegatus.
Hoc tamen limita, ut hîc.
6 Litis contestatio an sit exordium litis, an uerò citatio.
7 Episcopus an solus possit pronunciare sententiam per alium.
8 Factum præter formam, an semper sit nullum.
9 Assessor quando est eligendus, an requiratur consensus partis.
10 Assessoris imperitia an excuset iudicem.
11 Partes quando discordãt, iudex potest eas etiam inuitas concordare.
Et uide hîc multa exempla.
12 Appellari debet à subdelegato, non in totum, ad subdelegantem, non ad primum delegantem.
13 Appellatio à subdelegato non in totum, debet deuolui ad delegantem, non ad Papam.
Hæc regula fallit aliquot casibus.
14 Appellari non potest omisso medio.
Et hoc est pro regula, quæ habet fallentias plurimas, usq; ad §. seq.
15 Auditor datus sine partium consensu recusari potest, non tamen sine causa.
16 Delegatus inferioris non subdelegat.
Hæc regula fallit multipliciter, ut hîc.
17 Delegatus legati an subdelegat.
18 Delegatus inferioris datus cum expressa potestate subdelegandi, an possit subdelegare. nu. 19.
20 Attentata post interlocutoriam an sint nulla?

CAPITVLVM XXVII.

SVper quæstionum.

¶ Delegatus Papæ principium, medium & finem causæ coniunctim & diuisim delega-
1 re põt. H. D. usq; ad §. uerũ. ¶ Dicunt hîc Mod. q̃ † ille, qui supplet, uel declarat, nihil de nouo adducit. Allegant Domi. in proœ. Sexti, ubi dicit, q̃ lapso termino pars potest articulũ antiquum declarare: & probat ille tex. in proœ. in ij. col. Ad idẽ allegant Domi. in c. si quis uiduã. xxxiiij. dist. & Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iur. ubi Bal. idem tenet: & Bal. in j. constitutione C. §. quibus. ubi dicit, q̃ si statuentes nõ possunt facere statuta de nouo, tamen possunt statuta facta declarare. Item allegant Bald. in rub. C. de re. permu. ubi dicit. statutũ dicit, q̃ de omni contractu soluatur gabella: deinde oritur dubium de illo contractu: pars uult declarare: dicit, q̃ non soluitur gabella de ista declaratione: & allegant tex. in l. hæredes palàm. ff. de testa. Ista sunt dicta Mode. Ego allego glos. in §. his ita. xxxv. q. ix. ubi dicit, q̃ licet diffinitiua sententia non possit reuocari, tamen potest declarari. Ad idem uide Cal. & Ant. in c. qualiter. el j. de accus. ¶ Secundò allego Bar. in d. l. hęredes palàm. §. sed si quid post. in fi. ubi dicit, q̃ si iudex repetit testẽ, ut declaret dictum suum, non est necesse, q̃ iterũ iuret. ¶ Tertiò allego Car. in cle. constitutionem. §. j. in j. q. de elect. ubi dicit, q̃ ille, qui non posuit debitas circumstantias in oppositione criminis, nõ potest eas de nouo ponere: tamen potest de nouo declarare. Ad idẽ allego Bald. in l. edita. in iij. col. C. de eden. in repe. Padua. ubi dicit, ea quæ ueniunt ad declarationẽ, non emendant. ¶ Vltimò Io. And. in c. nouit. in ti. prox. ubi dicit, q̃ licet episcopus extra territorium nõ possit aliquem excõicare, tamen potest excõicationem iam latam declarare. Et ista confirmant dicta Moder. ¶ Quotuplex † sit interpretatio [a], ponit Bart. in l. ab executore. in iij. col. in uersi. quæro. ff. de ap. & Ab. hîc: & tãgit Bal. in l. iij. C. de libe. præte. & ibi posuit v. modos, quibus sumitur interpretatio. Et ibi dicit, q̃ est nomen cõmune ad oẽm expositionem. Et ibi subdit, q̃ si statutũ dicit, q̃ statuta non recipiant aliquã interpretationem, q̃ debet intelligi de interpretatione extrinseca: secus de interpretatione intrinseca, quia illa nõ est sublata. Item uide Bal. in l. ij. C. de sen. ex breui. reci. ubi dicit, q̃ interpretãs non debet aliquid detrahere, uel addere in substantia, sed exponere uerba ambigua. Allegat c. cùm dilecti. de accus. Idem Bal. post gl. in l. si ut proponis. C. de exec. rei iudi. dicit, q̃ interpretatio debet esse laudabilis, & in melius. Et ibi dicit, q̃ iudex non potest interpretari acta. Item uide Inn. in c. cum speciali. in ij. col. de app. ubi dicit, quòd interpretari pertinet ad conditores [b] legum. Et hoc est uerum de interpretatiõe generali, quæ deberet seruari ab omnibus: sed interpretationem specialem quilibet doctor & iudex interpretari potest. Hoc dictũ allegat Abb. in c. capellanus. de fer. Item uide gl. in c. j. in uer. interpretatus. de postu. præla. ubi gl. dicit, q̃ duplex est interpretatio: una necessaria, alia nõ. Vide eã. Et ibi Ab. in v. col. Itẽ à mala interpretatione appellari potest. Ita Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. nisi sit specialiter sublata. Item Dy. in regula, cùm sint. de reg. iur. in vj. ubi dicit, q̃ interpretatio debet esse uerisimilis, non dissona. Ad idem uide Bald. in repeti. Padua. l. edita. in iij. col. C. de eden. ubi dicit, q̃ licet taliter interpretari libellũ nullum, q̃ transeat in aliquẽ. Et hoc uoluit Old. consi. clxvij. inci. Ante omnia considerandum. & facit, quod scribit Bart. in l. si mater. §. sed an eandẽ. ff. de excep. rei iudi. ubi dicit, q̃ uerba libelli possunt latè interpretari, dum modò nõ disproportionarentur. Et uide Bal. in l. ea, quæ. C. cõmina. uel epist. ubi dicit, q̃ uerba habentia præcisam & determinatam significationẽ, interpretari non possunt. Pet. de Anc. consi. xxiij. quod incipit, per statutũ. ¶ Primò not. q̃ ubi aliqui statuto, uel dispositiõi fit aliqua additio, in illa censentur repetita omnia, quæ erant in statuto, etiamsi non dicatur in additione. Car. in cle. statutum. in iiij. col. de elec. & ibi alle. Pau. de Leaza. & ibi dicit hoc esse singulare ad multa: q̃a illud qd̃ fit per modũ additionis, fit pars illius, cui additur, l. sed si manente. ff. de preca. ¶ Secundò not. q̃ addere, uel supplere, non est contradicere. De hoc est glo. in c. cùm Ioannes. in uer. instrumentũ. in fin. de fide instru. & Abb. allegat bonam glos. in clem. statutum. in uerbo, declaramus. de elec. & idem consi. lj. quod inci. Quidam magister. Pro ista glos. & dicto Ab. est tex. hîc in uer. nullatenus derogatur, imo potiùs suppletur. ¶ Tertiò not. utrùm addere sit mutare. & Bart. ponit in l. fin. C. de præpos. sacro. scri. lib. x. & Arch. v. dist. in summa. Allegaui Ant. anno elapso in c. fin. de consue. ubi uidere poteris. ¶ Not. ibi, causæ cognitionem sententia reseruata. Not. hîc Ant. q̃ † illi, cui cõmittitur cognitio,
3 non est cõmissa sententia: & glo. in l. qui procuratorem dat. ff. de procu. ubi dicit, q̃ cõmissa cognitione nõ datur potestas iudicandi. Contrarium tenet Spe. in tit. de delegato. §. sequitur. uer. & no. & ibi reprobat illam glo. & mouetur per l. de qua re. ff. de iudi. & in c. cùm super. de causa pos. & propri. quia de qua re iudex cognoscit,

a *Interpretatio]* Adde Bar. in l. oẽs populi. de iusti. et iu. in princ. vj. q. prin. & ibi uide do. Alex. de Imol. in pen. char. et adde glo. in l. j. ff. de origi. iur. & Pau. de Cas. in cõsi. liij. & uide q̃ do. Soci. consi. cclx. inci. In causa Nanutẽnensis. uersi. ex q̃bus infertur. ibi, duplex enim. in ij. parte. char. clxij.

b *Ad conditores]* Adde idem tenentem do. Soci. consi. clxxxviij. incip. Visa bulla Pauli II. uersi. primò allegatur statutum. in fi. in ij. parte, charta lx.

c. super quæstionum.

de ea iudicare debet. Io. An. in loco præalle. in add. concordat, sic dicens, si loquimur in cõmissiõe facta à principe, habet locum dictum Spec. si loquimur in cõmissione inferioris, habet locum glo. Limitat tamen Bar. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de sent. & re iud. nisi cõmittatur simpliciter causa: quia dicitur tota commissa. Moder. hîc allegant Ia. Bu. in d.l. qui procuratorem. qui ponit hanc disputationẽ Io. An. & sic furatus est Ia. Bu. Et ibi plus dicit Iac. quòd si commissa est iurisdictio delegato ad uniuersitatem causarum, posset etiam diffinire: & ratio, quia habet iam iurisdictionem: & allegant Ang. ibi in d.l. qui procuratorem dat. Et cum istis dictis concordant Salic. in l. ubi C. de fal. & Bal. in d.l. qui procuratorem. Et ibi dicit Bal. ꝙ in mandato legis dantis cognitionem, veniunt omnia: sed nos loquimur in commissione facta ab homine. Vlteriùs allegant gl. fi. in c. cùm super. de causa poss. & propri. ubi dicit, ꝙ si datur sola cognitio, non venit decisio. Item dicunt, quòd non veniat decisio. Argumentantur sic: Cognoscere & decidere, ponuntur tanquam diuersa, c. causam, quæ. de rescrip. c. quamuis. & in c. accusatus. iij. q. vj. Ergo commisso uno, nõ committitur reliquum. Bene est eo nuersò, cui committitur decisio, committitur cognitio. Et etiam allegant Abb. in d.c. cùm super. uer. oppo. contra fin. Modò dicunt Moder. indistinctè, Commissa cognitione simpliciter, uidetur commissa decisio. Et primò dicunt, ꝙ glo. in d.l. qui procuratorem dat. debet intelligi secundum legem, quam allegat: sed in l. ubi. C. de fal. fuit commissa cognitio cum dictione taxatiua: quia dictũ fuit, Cognoscas tantùm per d.l. ubi. Secundò allegant text. in l. j. C. si contra ius, uel uti. pub. ubi text. dicit: is, cui cognitio commissa est, iudicare non tardabit, licet opponatur surreptio nota. Moder. dicunt hîc: Ergo cõmissa cognitione uenit decisio. ¶ Tertiò dicunt, sicut cognitio & decisio sunt diuersa, ita cognitio, decisio, & executio: & tamen commissa decisione uenit executio, l. fin. C. de iudi. & in c. præced. ¶ Quartò dicunt ipsi, responderi non potest ad regulam l. de qua re. ff. de iudi. Modò limitant ipsi, nisi diceretur, talis audiat, tunc nõ uenit decisio: gl. in c. fi. de excep. in vj. & est glo. ij. Dicunt tamen Moder. ꝙ illa gl. est falsa: & allegant Inn. in c. ad hæc. de offi. arch. & Ange. in d.l. de qua re. ff. de iudic. & text. in d.l. ubi. & sic residet hîc Mod. ¶ Dicas, & est prima conclusio, Lex dans cognitionem, includit diffinitionem. Ita Bal. in tit. de pa. Constan. in uer. ad cognitionem. Imo. in d.l. à diuo Pio. ff. de sen. & re iudi. Ang. in d.l. de qua re. Et hoc probat text. in c. si iudex. de sen. excõ. in vj. & in c. prudentiam. in prin. ẽ. eo. & in c. pastoralis. in prin. de resc. in uer. cognoscere debent. Item commissa audientia uenit decisio. Domi. post Arch. in c. perlectis. xxv. dist. tex. & ibi Domi. in c. j. de sup. neg. præla. in vj. in uer. pro audiendis & terminandis. & idem tenet Imol. in c. ueniens. in ultimo notabili, de renun. ¶ Fallit in auditore dato in curia Romana per Papam: cle. auditor. de rescri. Secus extra curiam. Modò dico, ꝙ opinio Spec. & Moder. est sustentabilior: & opi. Spe. tenet Imo. in l. à diuo Pio. ff. de sen. & re iud. & tenet, ꝙ qui habet cognoscere, possit diffinire non facta distinctione. Bald. in d. tit. de pa. Constan. in uer. ad cognitionem. & in l. iij. §. cognoscit. ff. de off. præf. uig. & probatur in c. significasti. ẽ. eod. & ibi Abb. in ij. no. Et est hîc tex. qui loquitur in commissione inferioris, in uer. reseruata sententia. & sic commissa cognitione uenit decisio, licet aliquando exprimatur utrunq; ad maiorem cautelam, ut potest in c. dilectus. de of. or. in uer. examinatio & decisio. in c. ij. de arb. in vj. in uer. examinandum & diffinendũ. & in c. ij. de dila. iuncto prin. cum fi. c. j. de sequest. pos. & fruc. cum similibus, quæ ponerent similia uerba: & hæc notabis diligenter. An executor recusari possit, Phi. de Perusio in c. nec nouit. de ap. & ibi Abb. Communiter tenetur, quod tenet hîc Abb. ¶ Illud dicitur manifestè constare ex scriptura, quod elicitur ex ea uirtualiter. Ab. hîc, & est text. in c. cùm olim. in fi. de cens. & ibi Anto. & Abb. in uer. patebat expressè Allego Bal. in l. ad probationem. la j. C. de prob. ubi dicit, quòd stipulatio præsumpta dicitur de tenore instrumenti: glo. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Tertiò allego Ange. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uer. obl. ubi dicit, quòd executio data à statuto ex scriptura propria, habet locum in subscriptura: & posui ego multa in c. translato. de consti. Et illud, quòd uenit ex mente, non est extensio: gloss. in cap. j. uer. Italia. de temp. or. in vj. pro qua allego text. in l. scire oportet. §. & si. ff. de excus. tu. in uer. legis tamen latoris mens. cum similibus. ¶ Capio gloss. in uer. quicunq; Ponunt hîc Docto. utrùm † delegatus ab inferiori, possit unum articulum iurisdictionalem subdelegare. Communiter tenetur, quòd non. Mod. allegant Abb. in c. cùm causam. de ap. in pe. notab. & in uer. in glo. & in c. cùm Bertoldus. uer. oppo. contra text. de re iudic. ubi idem replicat, quod hîc. Postea allegant Salic. in l. à iudice[a]. C. de iudi. ubi idem tenet, quod hîc Abb. & fortiùs ibi dicit, quòd inferior à principe nullum ministeriũ subdelegat, per regulam l. à iudice. C. de iudi. Deinde allegat Card. in cle. j. de off. deleg. ubi dicit, quòd quasi ubiq; seruatur, quòd simplices scriptores examinant testes ex mandato cuiuscunque delegati. Et ibi dicitur, quòd si contingit appellare ab istis executoribus, appellabitur ad delegatum. Et allegant Raph. Ful. in l. j. ff. quis, & à quo app. Sed ultimò firmant Moder. quòd delegatus inferioris potest subdelegare articulum etiam iurisdictionalem: & allegant text. in c. cùm Bertoldus. de sen. & re iud. ubi Cardinalis legatus commisit in prouincia causam, & ille subdelegauit examinationem testium: ecce, ibi est casus, quòd potuit. Ergo, etc. Abb. ibi dicebat, quòd uerè loquitur ille text. & dicit, quòd legatus Apostolicæ sedis habet hanc prærogatiuam, quòd delegatus eius potest hunc articulum subdelegare. Et dicunt hîc Moder. quòd responsio Abb. non est bona. Idem, quod Moder. tenet Bart. in l. & quia. ff. de iur. om. iu. quòd potest subdelegatus inferioris subdelegare articulum iurisdictionalem. Et si secundum communem opi. dicas, quòd delegatus inferioris à principe, non subdelegat totam causam, sic nec articulum iurisdictionalẽ. Hanc opi. tenent Bald. Sali. & Ful. in d.l. à iudice. C. de iudic. Ant. & Imol. in d.c. cùm Bertoldus. Domi. de Ro. decis. clxiij. quæ incipit, Item quòd delegatus. in nouis. Allegant Spe. in tit. de delegato. §. j. uer. sed nunquid delegatus. Idem tenent Cyn. & Bald. in l. folet. ff. de iur. om. iudi. & est glo. fi. in cle. j. de offi. deleg. & ibi omnes Doct. & est tex. hîc melior de iure, inducendo, prout hîc Abb. Et ista sit conclusio. ¶ Fallit primò in delegato legati, secundum Abb. in d.c. cùm Bertoldus. uersic. quintam lecturam. Et dato, sed non concesso, quòd æquiparatio legati & proconsulis non sit uera, sufficit ibi esse tex. de hoc. Secundò fallit, nisi ab inferiore à principe hoc concedatur. Abb. hîc in fin. articuli, & in d.c. cùm Bertoldus. uer. & hęc faciunt. Quas fallentias plenius examinabo in §. porro. infrà eod. ubi uidebis notabiliter. ¶ Capio † glo. in uer. executorem. De executore est glo. in c. si super. in uerb. principalis. de offi. deleg. in vj. ubi gloss. dicit, quòd executor dicitur delegatus. ¶ Limita, nisi essemus in materia stricta. Ita limitat illam Abb. in c. si quis contra clericum. de foro comp. Item in c. ij. in ij. notabili, suprà eodem, ubi dicit, ꝙ legatus largè potest dici executor. Item tenet Innoc. in c. sciscitatus. in j. col. de rescrip. per illum text. Et de executore tangitur in l. à diuo Pio. in prin. ff. de sen. & re iudi. Et est text. & gloss.

[a] *Allegant Sali. in l. à iudice.*] *Et ibidem uide dom. Francisc. de Aret. Et de ista materia dic & limita, ut plenè & notabil. per do. Iaf. May. quem omnino uide.*

& gloss. in c. prox. §. quia uerò. tex. & gloss. & omnes in c. de cætero. de sen. & re iudic. Bald. in l. executorem. C. de exec. rei iud. Innoc. in c. cùm olim. el ij. super uer. per portarium, de priuil. & ponitur in cap. pro illorum. de præben. & per gloss. in cle. j. de off. dele. & per Innc. in c. fi. de præsum. & ibi aliàs plenè posui. ¶ Secundò no. quòd non est differentia, quo ad appellandum, inter auditorem & iudicem ordinarium: & uide Abb. hîc, qui ponit unam distinctionem optimam, etc. ¶ Gloss. in uer. litis
6 exordium. Ab. hîc dicit, quòd † litis contestatio est exordium litis: glos. in §. fi. in uer. ex procemijs. in authen. in medio litis sacras iussio. non fie. ubi glo. dicit, quòd citatio, & alia, quæ fiunt ante lit. contest. dicuntur esse procemium iudicij. Secundò allego Bald. in authen. clericos. C. de epis. & cleri. ubi Bal. dicit, quòd à lit. contest. iudicium habet formam ordinatoriam: & quæ præcedunt, non dicuntur acta, sed præparatoria ad acta. Bene dicuntur acta largè, per cap. quoniam contra. de proba. Tertiò Bald. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. ubi dicit, lis dicitur cœpta per litis contest. & gloss. est in cle. j. in uer. citationem. de iudi. quæ probat, quòd citatio est præparatorium iudicij. Et ita intellige glo. in rub. C. de iudicijs uoc. quæ dicit, quòd iudicium incipit à citatione: uerum: sed lis incipit à litis contestatione. ¶ Quartò Bald. in l. j. §. simili modo. el ij. C. de Lati. liber. toll. ubi dicit, quòd figura iudicij propriè incipit à litis contest. inclusiuè usq; ad sententiam: antè & pòst non est figura iudicij: de quo probatur in extrauag. ad reprimendam. in uerb. figura. per Bart. Et allego Ange. in l. j. C. de præscrip. longi temp. ubi dicit, quòd non dicitur esse inter aliquos querimonia, nisi lis sit contestata. Allegat l. iij. C. finium reg. Querimonia: de hoc ponitur in d.l. iij. Quando dicatur iudicium, ponitur in l. j. C. de iudic. Quando dicatur controuersia, text. in l. causas, uel lites. C. de transac. De his uerbis ponit Bart. in l. amplius. ff. rem ra. hab. Dicas ergo, quòd lis dicitur post litis contesta. Et ista sit regula. Hoc ponit Bart. & Ange. in l. causas, uel lites. C. de transac. & ibi reprobant gloss. Et pro opi. Bart. tenet Paul. de Leaza in clemen. fin. ut lit. penden. per illum text. à speciali, & per text. in c. ex parte. el ij. de uerb. signi. Ad idem in c. forus. de uerb. signific. & probatur ex gloss. hîc. ¶ Fallit hoc primò, ubi ageretur de fauore liberationis: putà, de peremptione litis: quia posset accipi lis etiam ante litem contest. Ita declarat Salic. in l. postquam liti. C. de pac. ¶ Secundò fallit, quo ad inducendum uitium litigiosi: quia res dicitur litigiosa etiam ante lit. contest. Gloss. hîc, & text. in authen. litigiosa. C. de litigio. & facit sequens fal. ¶ Tertiò fallit, quo ad effectum inducendi pendentiam litis, quo ad hoc, ut nihil possit innouari: gloss. & text. in d. cle. ij. in uer. quo ad hoc. Ergo secus in alijs negotijs. ¶ Quartò fallit, quo ad perpetuandam iurisdictionem. Text. hîc, & in c. gratum. & in c. relatum. suprà eod. ¶ Et not. quòd uerbum Causa, est uerbum generale: de hoc est text. hîc ibi, is cui causa committitur. Ad hoc allego, quod scribit Bald. in leg. j. ff. sol. matri. ubi dicit, quòd quamuis propriè sumendo dicatur causa post lit. contest. largè tamen dicitur etiam ante libellum. Hoc idem

[a] *l. causas*] *Et ibidem ad hoc uide omnino do. Iaf. May. ubi concludit, quòd imo causa dicitur ante lit. contest. sequendo Cy. & Bart. ibi. Et ita etiam tenet ibidem Ang. Pau. de Cas. & Ful. &* a uoluit Bart. & alij in d. l. causas[a]. C. de transac. ¶ Secundò nota, quòd negotium dicitur etiam ante litis cõtestationem. Text. in c. forus. in uerb. negotium. de uerb. signi. quem allegat Imol. in l. acta. ff. de senten. & re iudic. ¶ Tertiò scias, quòd propriè capiendo, Lis, significat ius in iudicio deductum. De quo est una gloss. quæ sentit hoc, in cap. j. §. j. de procur. in vj. uer. litis. & ibi Domi. & est text. in l. litis nomen. ff. de uer. sig. ¶ Gloss. *Felini j. pars.*

7 in uer. causæ finem. Dicit Ab. quòd † solus episcopus potest pronunciare sententiam per alium, c. fin. de re iudic. Sed dicas, quòd quilibet iudex committere potest lectionem sententiæ alteri, dum modò dicat, postquã est lecta: & ita pronunciamus. Hoc firmant Bal. & Sali. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. Cy. in l. ij. C. de senten. ex breuic. reci. & Bald. in l. iubemus. C. de testa. & Bald. in leg. j. C. de sent. ex breuic. recit. & in l. statutis. C. eo. tit. Ioan. And. in c. fi. de sen. & re iud. in vj. dicit, quòd ista seruatur de consuetudine: sed de rigore iuris est secus: & ibi saluat gloss. ij. Et quòd prima opi. sit uera, adducitur ratio: quia paria sunt, aliquid fieri expresse, uel per relationem certam. Text. in l. in summa. ff. de sent. & re iudi. putà, si dico, dono tibi istã cassam, uideor & donare ea, quæ in ea sunt. Ergo idem in proposito nostro. Et sic respõdetur ad c. fin. de senten. & re iudi. in vj. Et pro hoc allego unum dictum Bart. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonst. ubi dicit, quòd licet nomen hæredis, & alia, quæ scribuntur in testamento nuncupatiuo, debeant describi, adeo quòd testes audiant, ualet testamentum, si testator uocatis testibus dicat, Facio hæredem illum, qui est scriptus in una schedula, quam dedi fratri talis monasterij: &
b ualebit testamentum[b], & hæredis institutio. Secundò allego Bald. in l. minoribus. ff. de his, quibus ut indig. ut quòd appellans ad interlocutoria debet exprimere grauamina: dicit ibi Bald. quòd sufficit appellare, & dicere, Appello, quia iudex me grauauit, prout cõtinetur in actis: & dicit, quòd est satisfactum cle. appellanti. de app. Idem tenet Angel. consi. cxiij. quod incipit, Quædam domina. & in l. ubi autem. §. qui illud. ff. de uerb. oblig. & in l. j. ff. de liber. & posthu. de quo uide per Ange. in l. prætor. ff. de dam. infect. Innoc. in c. ij. de ope. no. nun. Et
c teneo[c], quòd etiam per alium potest legi sententia, si postquam est lecta, iudex dicat, Et ita pronunciamus. Sed episcopus potest alteri committere lectionem: & ualet, etiamsi non dicat, Et ita pronunciamus. Et sic hoc differt ab alijs iudicibus. Quod not. diligenter. ¶ Gloss. in uerbo, principio. Dicit hîc Ioan. de Imo. & Abb. de iure ciuili media causæ delegari non possunt: secus, de iure canonico. Ita glo. hîc. Tamen ipsi tenent contrariũ non facta distinctione inter ius canonicum & ciuile.

c. super quæstionum.

[b] *Valebit testamentum*] *Adde idem tenentem do. Soci. consil. clxxij. incip. Reuerende pater & domine. uersi. secundò principaliter. ibi, si testator. in ij. parte.*

[c] *Teneo*] *Adde ad istud, quod dicit Felinus hîc, ita pronunciamus, ꝙ teneo, quòd m. de dicat: quia etiamsi consuetudo posset tollere istam solennitatem in legendo: et sic quòd notarius possit legere etiam ex mãdato iudicis, ut tenet Iaco. But. Bal. & Salic. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. Archid. ij. quæst. j. c. statutis. Domi. de san. Gemi. & Phil. in c. fi. de re iudic. in vj. tamen iudex, postquam lata est sententia, debet dicere: Et ita absoluo, uel condemno: & sic non sufficit dicere generaliter. Ita facio, uel pronuncio. Et ita tenet Salic. in d.l. hac consultissima. in j. col. in uer. item per istum tex.*

§. Verùm.

¶ A' subdelegato cum iurisdictione appellari potest: secus, si sine iurisdictione, nisi modum excedat: tunc recusari potest, nisi sit datus de partium consensu. Hoc dicit usque ad §. porro. ¶ Quare oportet appellare ab excessu formæ.
8 Nota primò, quòd † illud, quod fit præter formam, est nullum. Textus est in cap. sicut. de electio. in vj. & ibi gloss. & text. in cap. prudentiam. in fi. suprà eod. in uer. citra mandatum. Hosti. & omnes reprobant gloss. in c. causam. de sen. & re iud. in uer. mandati. & ibi Abb. &

Abb. in cap. Pisanis. de resti. spol. De hoc, utrùm oporteat appellare ab eo, quod fit præter formam mandati, uide gloss. fin. in cap. quod ad consultationem. de re iud. Et ibi Abb. ponit quinque utilitates istius appellationis. Et prima est, quia prodest appellare: quia potest esse dubium, utrùm faciat cõtra formam, uel non, etc. ¶ Glossa in uerbo, statuimus. Dicunt hîc Moder. quòd Cardi. dicit hîc, quòd uerbum Statuimus, non semper importat necessitatem: & dicit, quòd est intelligendum secundum subiectam materiam, per cap. intelligentia. de uerb. signifi. Dicunt Moder. text. est in cap. j. de uita & honest. cleri. & ibi gloss. & Doct. Quòd uerbum Statuimus, non semper necessitat: de hoc uide beatum Thomam ij. ij. q. clxxxvj. articulo jx. & ibi dicit, quòd attenditur materia subiecta, in dubio obligat ad mortale: & posui in c. nam concupiscentiam. de constitu. & ibi Abb. ¶ Secundò nota, quòd per uerbum Statuimus, fertur sententia. Text. est in cap. in his. de uerb. significa. & est gloss. in uer. statuimus. in c. cùm ab uno. de sen. & re iudic. in vj. Verbum statuimus, importat ius nouum priùs non conditum. Ita determinat Petr. de Perusio in tractatu De rerum permu. in penult. char. uersic. quæro circa prædicta in quæstione multùm importanti. Et hoc est uerum, nisi per alia iura esset declaratum. Ita uoluit Abb. in princ. in cap. cùm super. de sepul. Et quòd uerbum Statuimus, importat ius nouum, uide Abb. in cap. si quis contra clericum. de foro compet. Quando uis uidere uerba, quibus conditur ius, uide Anto. in cap. præterea requisti. el ij. de appella. & ibi multa uidebis de his uerbis. ¶ Gloss. in uer. recipiatur assensu. Notant hîc Doctores multum de assessore: Declaro eos, etc. Vtrùm † requiratur consensus partis in electione assessoris? Dicunt Doct. quòd non: est text. in cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. in vj. ubi text. dicit, quòd iudex potest assessorem assumere, & quòd propter suspectum assessorem recusatur iudex. Ita Abb. in cap. j. de iudi. ¶ Tene menti dictum Innocen. quòd iudex tenetur ex facto assessoris. In contrarium est gloss. in c. hoc etiam quippe. in uer. uel iniquo. ij. q. vj. ubi gloss. dicit, quòd imperitia assessoris excusat iudicem errantem. Et illam sequitur Imol. in l. iiij. §. in eo. ff. de dam. infect. Allegat tex. in l. ij. [a] ff. quod quisq; iuris. ubi text. dicit, si assessor iniquum ius tulit, eius imperitia non nocet iudici. Sed tene menti dictum Inno. De hoc est gloss. in d. l. ij. & est gloss. magna in fin. quæ dicit, quòd imperitia assessoris non excusat iudicem à pœna iuris malè iudicantis: sed bene excusat à pœna retorquutionis. Quam glo. ibi omnes approbant. Et quòd imperitia assessoris non excusat iudicem, uoluit Ange. in l. j. C. de his, qui latro. occul. & Bald. in l. mancipia. C. de seruis fug. ¶ Limita hoc, nisi † res publica elegisset illum uicarium, uel saltem eligi suasisset. Ita Bald. limitat in l. j. C. de pœna iudi. qui malè iudi. Sali. in l. fi. eod. tit. Idem, dico, confirma in simili per unum dictum Bal. in c. j. suprà eo. ubi dicit, quòd potestas non tenetur de delicto familiæ ordinatæ, per superiorem: ecce in proposito. ¶ Secundò Bald. in l. captatorias. in v. oppo. C. de testa. mili. ubi dicit, si notarius errauit ex consilio sapientis, quem partes elegerant, non tenetur notarius ad interesse parti, ex quo partes ipsum submiserunt. Quod not. diligenter: quia ista prima fallentia excusat iudicem, quando assessor est datus à populo: & tene menti. ¶ Tertiò allego Bald. in leg. obseruare. §. profiscisci. ff. de offic. proconsi. & Ic. ubi dicit, quòd si iudex elegit consultorem imperitum, non excusatur: secus, si partes eligant. Allegat Inn. hîc. Et pro ista limitatione est gloss. in l. polla. in uerb. pupillo. ibi, tertiò posset esse. C. de his, quib. ut indig. ubi dicit, quòd suasio matris, pupilli, uel agnatorum, excusat tutorem, qui instituit accusationem calumniosam. ¶ Secundò limita, nisi assessor fuerit approbatus pro doctore in studijs generalibus: quia ex quo Doctores approbarunt eum, est potestas excusatus. Ita uoluit Salic. in d. l. fin. C. de pœna iud. qui malè iudi. Mouetur per l. argentum. & per not. in l. non tam idoneum. ff. commo. ubi si tu commodasti mihi argentum, ego remitto tibi per famulum meum, & in itinere est deceptus, dicit iurisconsultus, quòd si ille famulus erat homo, qui de facili non solebat decipi, excusatur dominus. Sic in proposito excusatur iudex, ex quo doctores eum approbarunt. ¶ Tertiò limita, nisi assessor, etiamsi non esset doctor, sed fuisset excitatus ab alijs magistratibus, cum quib. optimè se gessit, tunc excusabitur iudex. Hoc dicit Sal. in d. l. fi. & allegat l. j. C. qui & aduer. quos. ubi conceditur restitutio minori, si credidit iudici, qui eum circumuenit. ¶ Dicta ista intellige in iudice imperito: sed si iudex est doctor, uel peritus, semper fuit in lata culpa. imitando consilium assessoris. Et hoc facit ad omnia, ubi doctor sequeretur cõsilium imperiti. Ita Bar. in l. in bonorum. ff. de bo. pos. tit. gene. & Bald. & Salic. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. ad bo. pos. Et idem, quando datus esset consultor à partibus. Ita dixit Angel. in leg. si conuenerit. ff. de re iudi. Et secundum prædicta intelligit Ange. in tracta. De syndicatu, in notabili cxlviij. ¶ In eadem gloss. ibi, & inuitæ. in fin. Nota, quòd † ubi partes discordant, iudex potest eas etiam inuitas concordare. Hoc probat ista gloss. in fi. Primò allego text. in l. in uenditione. §. fi. ff. de bon. author. iudi. poss. ubi si creditores missi in possessionem rei locabilis, discordant in locando, iudex locabit, putà, una domus. Bart. ibi dicit, not. istum tex. ad mille proposita. ¶ Et primò dicit, si canonici discordant in electione, episcopus eliget. Similiter, si partes discordant in eligendo sapientem, iudex eliget: gloss. hîc. Si discordant in formando punctum, iudex formabit. Et illum text. allegat Bart. in leg. j. §. j. ff. de uen. inspi. Et per illam l. dicit Spec. in tit. qui fil. sint leg. ad fi. quòd si habentes alimentari, discordant in modo habendi alimenta, iudex concordabit & imponet modum. Similiter Spec. in tit. de requisit. consilij. §. j. uer. scias igitur. dicit, quòd in electione sapientis in Lombardia, sic eligitur: iudex dicit, Præcipio uobis, quòd uos detis mihi octo, uel decem personas, quæ non sint suspectæ, & ego eligam unum ex istis. Vlteriùs Bald. in l. & suum. §. fi. ff. de pact. ubi dicit, quòd si ex quatuor executoribus habentib. facere elcemosynam, duo tenent unum, & aliud alij duo, præponderabit opinio, quam episcopus approbabit: in dubio tamen adhæreat episcopus executoribus, qui essent coniuncti testatori, secundum Bald. in l. antepe. per illum tex. ff. de pact. Item allego Bar. in l. de die [b] in prin. ff. qui satisda. cog. ubi dicit, quòd si partes coactæ à statuto certo casu pacem facere, discordant in capitulanda pace, iudex ipsam capitulabit: & stabunt. Et Bar. in l. duo iudices. ff. de re iud. ubi dicit, quòd si sapientes, quos iudex tenetur sequi, sunt discordes, iudex eliget, nisi ex una parte esset maior numerus, secundum Io. An. in regula, nullus. in Mercu. quę sequitur Bal. in l. j. in vij. q. ff. de offi. consul. Et idem puto in casib. prædictis, quando materia non requirit consensum omnium. Item tex. cum gloss. in c. uenerabilem. de elec. in uer. fauere. ubi gloss. dicit, quòd si electores discordant in eligendo imperatorem, Papa potest fauere uni ex partibus, per illum textum. Idem dicit Abb. in c. cùm autem. in fin. de iure pa. ubi si patroni in præsentando discordant, iudex eliget unum ex præsentatis, non extraneum.

a *In l. ij.] ibidem ad hoc singulariter uide dominum Alexan. de Imo. in princ.*

b *In l. de die] Et ibidem ad hoc uide omnino dom. Alex. de Imol. & in l. in uenditione. §. j. de bo. author. iudic. pos. & in l. in donationes. §. unus. eo. tit.*

traneum. Et cum hoc concordat Card. in cle. ij. §. fi. in j. q. eo. tit. ¶ Et scias allegare Ioan. An. in tit. de homi. §. j. uer. sed pone. ubi dicit, quòd si partes habent eligere medicũ, utrùm uulnus sit lethale, uel nõ: si discordant, iudex eliget. Pro quo est tex. in l. iij. in ult. responso, C. finium reg. Item Bar. in l. fi. ad fi. de app. reci. ubi dicit, q; si consanguinei discordant in maritanda puella, iudex maritabit & Bal. in l. in coniunctione. C. de nup. ¶ Vltimò Bart. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. ubi dicit, quòd si propinqui sine causa recusant cõsentire mulieri contrahenti, iudex uice eorum consentiet. Sequitur Abb. in c. tuæ. de cleri. non resi. ¶ Nota modò duo. Primò, quòd ubi imminet res scandalum ex ista compulsione iudicis, non debet eos cogere. Hoc probat tex. in c. quoniam. de iure patro. Et tunc poterit uti iudex aliqua uia indirecta, qua de nolentibus fiant uolentes. Et de ista uia pondero text. in c. j. de iure patro. Et cum prædictis est text. in c. placuit. xc. dist. ubi text. dicit, quòd episcopus potest diuturnos litigatores concordare, etiam excommunicando, eos inuitos. Ita Abb. in rub. de treu. & pa. & in c. humiles. de maio. & obe. in prin. & in cap. cùm inter R. de elec. & Ab. in cap. cùm pridem. de pact. ¶ Secundò nota, quòd si superior aditus ab una parte discordantium, nõ uult se intromittere, potest pars adire superiorẽ suum, ut faciat eũ intromittere. De hoc est tex. optimus in c. nullus. de iure patro, ubi dicit tex. episcopo præsentatur unus: episcopus non uult admittere: dicit ibi tex. quòd Archiepiscopus potest eum cogere, ut admittat, per illũ text. Dicit gloss. in c. ſi religiosus. in uer. obtenta. de elec. in vj. quòd superior abbatis cogit abbatem ad dandam licentiam. Ioan. And. in cap. cùm ex eo. de elec. in vj. dicit, quòd si episcopus non uult dare licentiam sacerdoti, ut uadat ad studium, potest cogere archiepiscopus episcopum, ut illi det licentiam.

12 **§. Porro.** ¶ A' † subdelegato non in totũ, appellatur ad subdelegantem, nõ autem ad primum delegantem: secus, si in totum. ¶ In tex. sunt notabilia clara. ¶ Gl. in uer. transfert. No. hîc istam gl. q; delegatus non potest subdelegare cum potestate subdelegandi. Et de ista glo. facit festum Abb. in c. cùm Bertoldus. de sen. & re iud. uer. sed dubium non est tactum: & transit cum ista gloss. ¶ Limita, nisi subdelegaret reseruata sibi aliqua iurisdictione: quia tunc ualet licentia data de subdelegando: quia dando speciale mandatum committendi, uidetur ipse committere, argu. c. pe. de procu. in vj. & l. unum ex familia. ff. de leg. iij. Secus, si subdelegat in totũ: quia tunc, cùm desinit esse iudex, nõ potest subdelegatio fienda attribui sibi: quia tunc desinit extremum iurisdictionis suæ, arg. l. bonorum. ff. rem ra. hab. & ibi Bart. Et nota ista subtilia. Et pro gloss. nostra hîc est Arch. in c. quamuis. de offi. dele. in vj. & Ioan. And. in c. is, cui. eo. ti. & lib. & dicunt, quòd nulli subdelegato potest dari potestas subdelegandi, ne contingat subdelegatos transire in infinitum. Per quam rationem, cùm sit generalis, fortè opi. Abb. non sustineretur. ¶ Glo. in uer. appellatione remota. Dicunt hîc Moder. quòd Anto. hîc ponderat istum text. in uer. laboribus & expensis. quòd iste textus non procedit in delegatis cognoscentibus in curia Romana: quia cessat ratio huius text. quia à subdelegatis delegatorum potest appellari ad Papam: quia parcitur laboribus & expensis. Ioan. de Imol. dicit, q; tutius est etiam in curia seruare istum text. Et concludunt hîc Mod. quòd delegatus in curia si subdelegauerit non in totum, appellatur ab eo, non ad Papam. Ita ipsi hîc: & ponunt duas limitationes, quas uide per eos hîc. ¶ A' subdelegato nõ in totum, non appellatur ad Papam, sed ad delegantẽ.

13 Ista sit regula. ¶ Fallit primò, nisi † fieret appellatio, & prosequeretur eam appellans nõ contradicente appellato. De hoc est decisio Rotæ in nouis, ccclxxxvij. quæ incipit, Item si tres sunt dati. quæ est in ti. de offic. dele. xvj. & idem tenet Domi. post Io. de Fantu. in c. si delegatus. eo. ti. lib. vj. in pe. col. Et hoc credo uerum, licet Imo. aliter dicat in c. cùm te. suprà eo. motus per c. si subdelegatus. in uer. debebit. quod importat necessitatẽ. Sed pro ista fal. facit glo. j. in c. dilecti. de ap. quæ dicit, quòd licet non possit appellari omisso medio, ualet parte nõ opponente. Ergo idem in proposito. ¶ Secundò fallit in curia Romana, secundum Ant. hîc. Sed dicas, quòd si apparet de stylo curiæ, illi standum est, c. grauì. de cri. fal. Aliàs non uidetur hoc posse procedere, secundum Imol. hîc, maximè cùm etiam tunc sit habitura locum ratio expensarum propter nouam commissionem. Ita Moder. hîc. ¶ Tertiò fallit in delegato inferioris à Papa: quia si subdelegat non in totum, quòd ab ipso potest appellari ad Papam, secundum Cal. & Ab. hîc: pro quibus uide Abb. in c. cum Bertoldus. in ult. col. de sen. & re iud. ¶ Amplia, etiamsi sit legatus Papæ, qui subdelegauit: & hoc est pulchrius: quia in ipso non potest dici, quòd repræsentet Papam, sicut delegatus: quia legatus habet ordinariam iurisdictionem: ideo uirtute commissionis radicatur in ipso: non sic in delegato: quia est propria persona ficta ipsius delegantis, & ideo tunc non potest dici, quòd legatus repræsentet personam suam: secus in delegato. Ita Abb. in c. cùm Bertoldus. in ulti. col. de re iud. ubi optimè loquitur de hoc. ¶ Fallit quartò, nisi delegatus reseruasset sibi aliquos actus, & eos iam expediuisset ante appellantem? quia non potest appellari ad eum, sed ad Papam, putà post lit. conte st. uel testium examinationem: quia expeditis istis actis nihil remanet in eo. Ita Ioan. And. in d. c. si delegatus. eod. tit. lib. vj. & ibi refert Domi. contra Ioan. de Fantu. & ratio, quia est text. ibi: & hîc ponderant reseruationem iurisdictionis: ergo si non reseruat, facit gradum. ¶ Quintò fallit, nisi reseruasset sibi solum consilium: quia hoc non facit, quo minùs delegauerit in totum. De hoc est gloss. fin. g. in c. si pro debilitate. in uer. consulere. suprà eod. Et ratio est, quia consilium non sapit aliquid iurisdictionis: & ibi Abb. exclamat de ea. Idem dicas in omnibus actis, qui non sapiunt iurisdictionem. ¶ Sextò limita singulariter, nisi delegatus detulisset appellationi interpositæ ad Papam, omisso debito medio: quia tunc in choata prosecutione appellationis ab utraque parte, non potest delegatus reuocare ad se causam. Ita Domini de Ro. decis. xxj. in tit. de appel. in antiquioribus, quæ incipit, à subexecutore. Et ista concordat cum prima fal. quia pars non opposuit. ¶ Septimò limita, nisi ambæ partes consentirent, quòd appellaretur ad Papam. Ita domini de Ro. ubi suprà. ¶ Vltimò fallit, quando delegatus subdelegasset collegæ non in totum: quia non appellatur de isto ad collegam: quia par in parem, etc. gloss. in §. si uerò. infrà. eod. in glo. mag. Et de isto debet appellari ad Papam. ¶ Appellari † non potest omisso medio, l. imperatores. ff. de appel. c. dilecti. el ij. de appel. ¶ Fallit primò, nisi non accipiatur: quia ualet appellatio omisso medio. Gloss. in dicto cap. dilecti. el ij. de appel. & ibi Abb. & Imo. plenè: & ibi Philip. de Perusio. Idem tenet Abb. in c. referente. de præben. Anto. in cap. cùm Bertoldus. de sent. & re iudi. & Pet. de Anch. in cap. Romana. de appellatio. in vj. Cal. in tit. de appel. consi. vj. ¶ Item fallit, nisi consuetudo aliter se haberet: quia ualet talis consuetudo, Gl. mag. in princ. in c. ij. de consue. in vj. Probatur in c. Romana. §. j. de appella. in vj. & facit text. in c. licet ex suscepto. de fo. compe. ubi consuetudo defert potentiam appellandi à seculari ad ecclesiasticum, omisso medio. Idem dicas in præscriptione, quamuis non ualeret præscriptio, q; non appellaretur ad principem. Ita Bald. in authen. quas actiones. C. de sac. san. eccle. Item, si quis haberet de hoc priui-

c. super quæstionum.

legium: gloss. in d. c. Romana. §. j. ¶ Item fallit in arbitris iuris electis inter episcopum & subditum litigantem: quia ab illis appellatur ad Papam: gloss. in c. arbitris. de offi. dele. in vj. in fin. text. ¶ Item fallit, ubi concurrit iurisdictio mediata & immediata, ut si appellatur à subdito archidiaconi, qui esset subditus episcopi: quia potest appellari, omisso archidiacono, ad Papam. Ponit hoc Abb. in d. c. dilecti. el ij. in fi. de app. Allega tu. gloss. fi. in simili in c. cùm ab ecclesiarum. de offic. ord. ¶ Item fallit, ubi episcopus, aut recusatur, quia suspectus, delegat causam alteri: quia ab illo appellatur ad archiepiscopum, ex quo medium censetur inhabile. Gloss. in c. is, cui. de off. dele. in vj. & plenè Abb. ponit, & omnes, in cap. si quis contra clericum. de foro comp. ¶ Item fallit generaliter, ubi medium est inhabile: putà, hæreticus, uel excommunicatus. Gloss. in d. c. is, cui. & probatur in c. quia diligentia. de elect. ¶ Item fallit in delegato: quia ad eum appellari potest omisso medio. Archi. in cap. peruenit. xj. q. j. Abb. idem tenet in cap. j. infrà, tit. j. & ibi sentit gloss. & idem gloss. in d. c. Romana. §. j. in uer. curiam. de app. in vj. & ibi Ioan. An. Idem in Patriarcha: quia omisso medio ad eum appellari potest: gloss. in c. renouantes. xxij. dist. Idem tenet Ioan. And. in cap. antiqua. in gloss. fi. de priuile. Spec. in tit. de ap. §. nunc tractemus, in medio uer. sed nunquid.

Idem est in legato. ¶ Item fallit in Papa[a], c. ad Romanam. ij. q. vj. ¶ Limita, nisi esset materia feudi: quia etiam ab episcopo appellari debet etiã ad superiorem laicum: putà, si episcopus esset ex paribus curiæ. Text. cum gloss. in cap. Romana. §. debet. de appel. in vj. & notat hoc Abb. in c. solitæ. in ult. col. de maio. & obe. & ibi plenè, & Abb. in c. uerùm. de foro comp. & in c. auditis. de elect. & Abb. in rub. de appel. in ultima col. Et ibi dicit, à rectore scholarium clerico appellatur ad secularem superiorem. Ioan. de Ana. in c. ij. de deli. puer. & Bart. in leg. j. §. si quis in appellatione. ff. de appel. ¶ Item limita in casu huius decretalis, quam ex prædictis declara. ¶ Vltimò fallit in scholaribus, qui possunt à quocunq; appellare. Ita Bald. in authen. habita. C. ne fil. pro patre. Hoc sequitur Ab. in disputatione sua, quæ incip. Gandulphus.

[a] *In Papa] Adde, quæ habentur per dom. Alex. de Imo. in l. j. §. si qs. de appella.*

§. Quem uerò.

b uisio hominis, quàm legis b uiuæ, uel mortuæ. Allegant Moderni Abb. antiquum in c. ut clericorum. de uit. & honest. cleri. ubi dicit, suspensus ab homine, si celebrat, deponitur: secus, si à iure: quia non deponitur. Secundo allegant Innoc. in c. fi. de procu. ubi dicit, excõmunicatus ab homine nũquam toleratur: secus, si à lege. Tertiò allegãt gl. in c. si Apostolicæ. de excep. ubi gl. dicit, suspensus ab homine non potest eligere: secus, si à lege. Allegãt etiã gl. unicam, & Bal. in c. quod trãslationem. de offic. leg. ubi dicit, q legatus non absoluit excõmunicatum à canone: secus, si à lege: quia potest. Allegãt dictũ Host. in c. cùm olim. de arbi. ubi dicit, q actus factus contra legem requirentem cõsilium alterius, ualet: secus, si homo requirit: quia si fit sine cõsilio hominis, nõ ualet talis actus. Allegãt etiam gl. in l. si cum militaribus. C. de restit. mili. quæ dicit, quòd præscriptio legalis nõ currit militi: secus, si cõuentionalis: quia currit militi. Allegant Bal. in l. j. ff. qui satisf. cog. ubi dicit, q uerbum Satisfactio, prolatum à l. intelligitur per fideiussores, uel pignora: secus ab homine: quia intelligitur ī pecunia. Et ista dicta sunt Mod. ¶ Ad idẽ allegabilis dictum Sali. in l. unica, §. exactio. C. de rei uxo. acti. ubi dicit, quòd licet uidua, quæ ex dispositione legis debet ali in domo mariti intra annum luctus, si laborat, acquirit hæredi mariti: gl. i l. si cut. ff. de oper. lib. tamẽ secus, si testator reliquit ei alimenta: quia quod laborat, suum erit. Allegat l. libertis, quos. §. j. ff. de alimẽ. & cib. leg. quia maior est prouisio hominis, quàm legis. Secundò dictũ Ab. in apostillis in cle. cupientes. de pœn. ubi dicit, q suspẽsus ab officio à iure, non est suspensus à beneficio: secus in suspenso ab homine: quia etiam est suspensus à beneficio. Tertiò Domi. de Rota ī antiquis, decis. cccl xiij. & est ij. in tit. de sen. excom. ubi dicunt, suspensus à canone celebrans non est irregularis: secus, si ab homine: quia est irregularis. Quartò glos. in c. Salonitanæ. lxiij. dist. & gl. ij. in c. j. de sagitta. quę dixerunt, q ista uerba, Sub pœna excõmunicationis, prolata à lege, exponũtur ferẽdæ ab homine, scilicet latæ sententiæ: de quo hîc, & in d. c. j. Vltimò Hostiẽ. in c. fi. de præb. ubi dicit, q clausula, Iusticiã facias, prolata ab homine, dat formã: sed prolata à lege, monitio
c nem. Et hoc dixiᵉ in c. cùm dilecta. de rescri. & est tex. in l. Celsus. la ij. §. idem ait. ff. de arbi. & quæ sequuntur. Intelligе ergo, quòd illud, quod dicitur, mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine, uerum, ubi loquimur de pœna extrinseca: sed ubi agitur de pœna respiciente annullationem actus, secus: qa agitur mitiùs cum homine, quàm cũ lege. Ita Bar. in l. amplius. ff. rem ratam hab. per l. si libertus. ff. de iure pa. ubi alienatio facta cõtra prohibitionem legis, est ipso iure nulla: secus, si cõtra dispositionem hominis: quia uenit irritãda. Sequitur Abb. in c. cùm olim. de arbi. & in c. dilectus. lo ij. uersi. in gl. dixerunt. de præb. & dig. Et ita saluari potest decisio Rotæ, quæ est in nouis, cccxcix. in tit. de sen. excom. vij. quę incipit, Item si pronuncietur. ubi dicunt, quòd maiè absolutus ab excõmunicatione hominis, nõ reincidit, nisi causa cognita, uel data cõtumacia, secus in excõmunicato à lege: quia statim reincidit: & sic potẽtior est lex in irritando, quàm sit homo. Ex dictis Bart. ubi §. dubito. de eo, quod scribit Rota decisione dcxix. quę est in tit. de sen. excom. xx. quæ incipit, Nota, quòd nõ admittitur. ubi dicunt, quòd non admittitur exceptio generalis excõmunicationis lata per processus hominis generales: secus, si à iure: putà, pro percussione clerici: quia dicunt ipsi, magis delinquit offendens legẽ, quàm hominem: & dicunt, q l. Celsus. loquitur in eo, qui delinquit contra hominem & legem. Sed Bar. in d. l. amplius. reprobat hanc responsionem: & per consequens, dictum eorum. ¶ Et sub ista prima intelligentia adaptatur illud, qđ dicitur, q lapso termino legis ad probandum, non purgatur mora: & de hoc est Inno. in c. cùm in tua. qui matri. accusa. possˀ per l. ob cõmissa. & ibi gl. C. ad l. Iul. de adult. Bald. in authen. ad hæc. C. de usu. in pen. col. & in l. diffamari. C. de inge. manumiss. & in l. si ea. C. qui accus. non possˀ. & in c. j. in princ. quo tẽpore miles inuest. pet. deb. secus in termino iudicis: quia purgatur mora eo lapso, dũ modò ius aduersarij non sit factum deterius: gl. in cle. sæpe. in uerbo, nõ obstante. de uerb. sig. Archi. in c. iudicantem. xxxv. q. ult. Ioan. An. in c. coram. de restit. in integ. quod est uerum in dilatorijs: secus in peremptorijs: quia cùm sit maioris præiudicij, oportet quòd de nouo superuenerint, c. pastoralis. de except. nec mirũ in attẽta doctrina Bar. quæ loquitur in irritatione. Et hoc modo saluantur, quæ dixi. Secundò intellige, quòd sicut dixi maiorem esse potentiam legis, ita intellige de potentia legis uiuæ, sicut mortuæ, & sic principis & legis, secundũ Abb. in d. c. dilectus. el ij. quia actus contra prohibitionem Papæ, uel principis, est nullus. c. j. de concess. præb. in vj. in uer. adijcie batur. ¶ Tertiò aduerte: quia do. Ant. hîc æquiparat remotionem appellationis factã à lege, uel à partibus. Ex quo sequuntur duo. Primò, quòd eadẽ est potentia legis, & pacti facti à parte, contra prędicta, ubi diximus, maior est potentia legis, quàm hominis. ¶ Secũdo sequitur, q differt lex uiua à mortua: quia d. c. pastoralis. habebit locũ ī principe: qua, ppter tutius est simpliciter tenere, q clausula, Appellatiõe remota, semper interpretetur, prout in c. pastoralis. nisi qñ apposita est pacto partis: quia tunc tollitur omnis appellatio. Ita Bal. in l. ij. ad fi. C. de appel. reci. & Ant. in c. pastoralis. de appel. lic. aliter dixerit Imol. in l. j. §. interdũ. ff. à quibus appell. non licet. & Bald. in c. ut debitus. de appell. Et considera: quia Host. non loquitur, prout allegat eum do. Anto.

ff. sol. ma. & do. Alex. de inol. in consil. c. iiij. parte, & limita sing. ut per gl. in uerſ. repel. in l. ij. C. de iure emphyt.

c Et hoc dixi] Vide etiã per eũ de hac clausula aliqđ in c. in literis. §. eo. & in c. causam, quæ. j. de testa. & quod. ibi in apostil. dixi.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Exprimendæ sunt literæ primæ in secundis, aliàs secundæ non ualent.
2 Causa si committatur in eo statu, in quo erat coram primo auditore, ualet commissio statu non expresso: constabit enim de eo ex actis.
3 Mentio est facienda in primis literis de processu inchoato coram ordinario.
4 Executor nudi ministerij non habet iurisdictionem.
Quæ tamen regula fallit quatuor modis, ut hîc.

CAPITVLVM XXIX.

IX literis. ¶ Subdelegatus à delegato Papæ iurisdictionem habente, potest coercere impedientẽ. H. D. ¶ Nota istum text. quòd iniuria fit iudici, cuius literæ non permittuntur legi: ibi, legi in publicum non permisisset. & sic contra iniuriantem potest agi ad satisfactionem iniuriæ. Hunc text. allegat Bald. pro singulari in l. præscriptione. C. si contra ius, uel uti. public. ubi dicit, quòd dicitur impedire iurisdictionem, qui nõ permittit publicare literas. Et pro hoc facit l. ossa. §. fin. ff. de religio. & sump. fune. ibi, & si non ipse, sed procurator eius prohibitus sit. Ecce, quòd ita fit iniuria domino, impediendo procuratorem, sicut ipsum proprium. Ergo in proposito nostro illam l. allegat Bald. hîc, dicens, non permittendo præsentari literas dicitur fieri iniuria mittenti, & non fit iniuria literis, sed spiritui in eo clauso. Bald. etiam in c. j. §. eod. dixit, quòd interficiens ambasiatores principis, incurrit crimen læsæ maiestatis. Allegat d. l. ossa. Et Bald. in l. sed & si quis. ff. de in ius uoc. dicit, quòd lacerans literas Apostolicas, facit iniuriam sedi Apostolicæ: & probatur in c. cùm olim. j. eo. & ibi etiam ponitur. ¶ Glos. in uer.
1 expressam. Not. istam glos. & text. quod † de aliis literis opus est facere specialem mentionem. Text. est in c. ij. de do. & contu. Dicunt Mod. quòd mirantur de dicto Innoc. qui dicit hoc uerbum Expressissima: & dicunt, quòd non inuenitur Expressissima, in iure: & dicunt, quòd sufficit dicere, Et expressa. Secũdò dicunt, quòd quæcunq; rationum sit uera, siue Hostien. siue Inno. ex his nascitur unum: pone, quòd secundæ literę commit tunt causam episcopo ordinario, non facta mentione de primis, ualent tales literæ: quia non fit iniuria illis, quia res reuertitur ad ordinarium. Tertiò dicunt, q si loquimur de iure, non potest dici, quòd fit illis iniuria, per c. ecclesia. de elect. si uerò de honestate, habet locum ratio Host. Super hoc instetimus in c. cæterùm. de rescript. & ibi plenè diximus. Nescio, quid sibi uoluerint Mod. reprehẽdere Inn. de hoc uerb. expressissima. Dico, quòd requiritur ista expressissima mentio, per ea, quæ dixi d. c. cæterùm. de rescript. & ibi plenè diximus. ¶ Secundò, quod dicunt Moder. est falsissimum. quia etiamsi committitur ordinario, debet fieri mentio de primis literis: quia ita fit iniuria committendo episcopo, sicut alijs: ratio, quia committitur episcopo, ut delegato, & non ut episcopo: quia ab eo appellabitur ad Papam, & non ad archiepiscopum. Ergo Gratensi el capo e moderni qui. ¶ Dicit hîc Inn. ubi nõ agitur de iurisdictionis reuocatiõe, nõ est necessaria priorum literarum mentio, dum dicit, quòd rescriptum in causa appellationis nõ tenetur facere mentionẽ de primis literis causæ principalis, quia sortitæ sunt effectũ: secus, si in causa appellationis erant impetraræ aliæ: qa de illis est opus facere mẽtionem. Et ita intellige Abb. hîc, & iura allegata per eum: & sequitur hoc, quòd si cõmittitur causa iudici, cui primò erat commissa, fortè, quia aliqua deficiebant, quo ad intentum actoris, uã-

Felin. j. pars.

let commissio secundariò facta mentione de primis. Ita ex dictis Inno. hîc infert Rota in antiquioribus, in tit. de rescri. decis. iiij. quæ incipit, Quidam dedit obiectum. Hanc decisionẽ allegat Domi. hîc solus. ¶ Secun- 2
dò dicit Inno. hîc, q si † cõmittitur causa in eo statu, in quo erat coram primo auditore, ualet cõmissio statu non expresso: quia de eo constabit ex actis. Et licet non dicat hoc expressè Inn. colligitur ex dictis eius, & do. de Rot. decis. ccxiiij. quæ est in ti. de rescri. xx. quæ incipit, Item si causa cõmittatur. Itẽ si esset ista clausula, Cuius statum dignemini habere pro expresso: quia sufficit: Rot. ibidẽ, & etiã est in antiquis, decis. ccclxxxiij. sub numero de rescrip. v. & sequitur Domi. hîc: & ratio est: qa nocet primo impetratori, ex quo saluus est processus:
3 ¶ Tertiò no. q † etiam de processu inchoato coràm ordinario est faciẽda mẽtio in primis literis. De hoc est gl. in c. prudentiã. §. sexta. in uer. causam. & ibi Abb. §. eo. Reliqua uide in d. c. cæterùm. de rescrip. Et adde consil. Car. cxxxvij. quod inci. Factum sic se habet. in iij. chart. ubi facit singulare, d. c. cæterùm. in eo, q uult fieri mentionẽ de cõsensu partiũ. Ex quo infert, q debet fieri mẽtio de trãsactione. Et allego Bald. in l. præscriptiõe. C. si contra ius, uel uti. pub. ubi dicit, q gratia facta bãnito, ut reuertatur, non ualet, nisi faciat mentionẽ de qualitatib. homicidij: putà, si interfecerit fratrem, uel affinẽ, per c. super eo. de cohab. cleri. & mul. in uerb. plenã facti seriem. Et Bald. in l. eam, quã. C. de fideic. ubi dicit, q habilitatus per Papam, non est habilitatus, si est illegitimus ex patre & matre, etiam si dicat, quòd sit illegitimus, &c. Quod an sit uerũ, dicam aliàs. ¶ Glos. in uer.
4 si subdelegatus. Executor † nudi ministerij non habet iurisdictionem, c. fi. §. fi. j. eo. §. c. prox. §. quia uerò. Ergo nec coercionẽ. ¶ Fallit, nisi iudex aliàs sit ordinarius: quia saltẽ coerceret cõtradictores, ne uideatur frustratoriè datus, fm Imo. hîc per istum tex. ¶ Secundò fallit, nisi cõmittatur articulus cum expressione iurisdictionis. Ita tex. hîc, fm Io. An. putà si dicatur, Vices nostras cõmittimus, uel cõtradictores repellas. ¶ Tertiò fallit, ubi superior cõmittẽs est remotus, fm Vinc. in c. fi. j. eo. quia habet coercionem: & cum de æquitate sequitur Abb. hîc. ¶ Quartò fallit, ubi articulus exequẽdus nõ fuisset discussus, fm do. Abb. hîc, & malè: quia sentit, q transiret cognitio, quæ nunquam cadit in executorem merum, d. §. quia uerò. sed loquimur de coercione impediẽtium, quæ non mutat naturam meri executoris. ¶ Glos. in uer. fuerit satisfactũ. Hæc gl. bene loquitur: & Doc. non insistunt. Ergo nec nos. Sed super hoc instabimus in c. j. de iud. ¶ Glos. in uer. irritam & inanẽ. Vult enim ista glo. q iudici iniustè exequenti uiolenter resistatur, etiam per tertiũ, cuius nihil interest: quia quis tenetur defendere proximũ. ¶ In eadem gl. ibi, nec q tenetur actione iniuriarũ. Not. q non potest agi de iniuria contra illum, qui de mandato delegati aliquem publicauit excõmunicatum. Et ad hanc materiam uide, quæ dixi in c. significasti. §. eo. ¶ Glos. in uerb. inanem. Notate gl. istam, q patriarcha iure ordinario interdicere potest: & sic no. quòd ubi ordinarius potest agere, tanquam ordinarius, & tanquam delegatus, si facit trãquam delegatus, & nulliter, non sustentabitur tanquã factum ab ordinario. Et hoc dependet ab his, quæ uidimus in c. cùm super. §. eod. quòd potuit, noluit. &c.

c. ex literis.

SVMMARIVM.

1 Papa si dedit potestatem dispensandi alicui, si incœpit dispensare cum uno, an mortuo Papa poterit cum alijs dispensare?
2 Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando in casu occurrenti tantum operatur, quantum operaretur naturalis.
3 Procurator in rem suam quis dicatur. Vide hîc remissiuè.

CAPITVLVM XXX.

Licet undique. ¶ Clausula, Quòd si nō omnes, duo, &c. purificatur in uno uices alterius habente, & duob. impeditis. Hoc dicit. ¶ Not. ex tex. quòd morte mandantis expirat mā-

a *Mandatum*] *Adde Cy. et Bar. in l. ij. de dona. et Bar. in l. si per epistolā. ff. de acqui. hære. & Ioā. de Pra. in l. si defunctus. de pcur. & Ro. in decis. clxxiiij. si à procuratore, etc. in no. Et adde, quæ ad hoc habētur per author. in c. cum te. §. de rescri. & quod ibi apost. dixi. Sed licet regulariter morte finiatur, an & quādo post mortem cōferatur, uide no. do. Soc. cō sil. lxxj. inci. In præsentij consultatione. uer. sed in casu nostro. i j. parte, char. cv. & cōsil. lxxxvij. icip. In præsenti consultatione. uer. et circa princip. in j. parte. charta cxlvj.*

datum[a] re integra. Amplia hoc habere locum in fauorabilibus. Exemplū in potestate dispensandi data alicui. Ita concludit Io. An. in addit. Spec. in tit. de lega. §. uidendum, uersic. quid si is. Hoc idem tenet Ioā. An. in c. ex tua. de filijs presbyt. & ibi do. Anto. refert, non dubitans de hoc. ¶ Sed dubium est, nunquid si iste, cui fuit data facultas dispensandi, incœpit dispensare cum uno, nunquid mortuo Papa[†] potuerit cum alijs dispensare? Et dicit ibi in uer. quæro, an cōcessa. do. Ant. post Io. And. quòd sic: quia perpetuata est potestas dispensandi, quo ad alios. Et hanc quæstionē posuit latius Arc. in c. dudum. xvij. q. ij. Contrarium uoluit Guil. in Spec. in tit. de legat. §. uidendum. uer. quid si is. Pro quo facit, quòd dispensatio est odiosa, c. j. de fil. presbyt. libr. vj. quod confirmo per id, quod dicunt hîc domi. Ant. & Abb. referendo hîc Hostien. in ij. parte glos. ¶ Si ille, cui plures causæ fuerunt commissę, incœpit uti iurisdictiõe in una, non perpetuatur iurisdictio, quo ad alias. ¶ Fallit, si sunt causæ connexæ, sm Host. hic. Item, si fieret citatio generalis, quo ad omnes. Dominus Ant. limitat, & tertiò, nisi fieret actus cōmunis, putà acceptatio rescripti: & hoc dictum sequitur Abb. in c. pastoralis. §. qm̃. de reser. & Domi. in c. ne aliqui. de hæred. in vj. Sed dubito de hoc dicto, per id, quod dixi s. in c. relatum. uer. secundò limita. Sed contrarium est uerum: & non obstat, cp dispensatio sit odiosa, c. j. de fil. presby. quia facultas dispensandi est largè interpretanda. Ita Io. An. in c. fi. de fimo. & cùm per uiam gratiæ concedat, ut in d. c. ex tua. Et in ista materia, qñ expiret gratia facta alicui morte mandantis, adde tex. notabilē in c. si cui nulla. de præb. in vj. Item allego Domi. in c. ij. de præbē. eo. lib. ubi tenet, cp gratia facta episcopo, ut cōferat beneficia uacantia in curia, nō expirat morte Papæ. Posset tñ successor illud priuilegium reuocare. Item allego Bal. in consilio incip. Viso facto & puncto, &c. ubi dicit, ea, quæ emanant à sede Apostolica, emanant aut per uiā legis, aut cōtractus, aut gratiæ, aut rescripti. Ad primū, qñ per uiam legis emanant, non expirant: quia lex de sui natura est perpetua, l. cùm eorum. C. de sen. & interlo. omi. iudi. Secundo casu, qñ emanant per uiam contractus: & tunc etiam concessio durat. Ratio: quia successor non potest reuocare contractū prædecessoris, c. j. de prob. Aut per uiam gratiæ, seu priuilegij: & tunc distingue. Aliquando est ad beneplacitum sui, aliquādo ad beneplacitum sedis Apostolicæ, aliquando simpliciter. Primo casu expirat mortuo Papa, c. si gratiosæ. de rescri. in vi. Aliquando ad beneplacitum sedis Apostolicæ, & non expirat, d. c. si gratiosæ. Aliquando simpliciter fit concessio: & regulariter nō expirat, si ante mortem Papę priuilegio cœpit uti, regula, debet. lib. vj. c. ad audientiam. de præscript. Aliquando fit concessio per uiā rescripti: & tunc aut res est cœpta, & nō expirat, ut hîc, & c. quoniam. s. eod. Aut res est integra, & tunc expirat, ut hîc. Item allego. Rotam tit. de offic. ordi. ij. numero autem cccccl xxx. quæ incipit. Camerarius Papæ. ubi decidunt, quòd licentia data camerario Papæ uni nobili de faciendo celebrare in domo, nō expirat morte mandantis: secus in licentia data ab episcopo alicui de eligendo sibi confessorem: quia expirat morte episcopi. Ita Abb. in c. fin. ult. col. de offic. deleg. ¶ Glos. magna in uer. integra. ibi, Item quid si delegatus. & dicit gl. uidetur, quòd delegatus hoc non obstante procedet: quia non expirat hoc mandatum morte ciuili, sed naturali. Tamen determinat contrarium, ut in ea. Domi. Anto. & Imol. hîc reassumunt glos. Sed more nostro ex dictis eorum collige unam cōclusionem, uidelicet mors[†] ciuilis æquiparatur morti naturali, quando in casu occurrenti tantum operatur, quantum operaretur naturalis. Imò. hîc. Idem Bart. in l. ex ea parte. §. in insulam. ff. de uerb. oblig. & do. Ant. & Imo. hîc. Quæ conclusio est melior ea, quam ponit gl. magna in c. susceptum. de rescrip. in vj. & in c. placuit. xvj. q. j. dum dicit, quòd mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus à iure expressis. ¶ Amplia conclusionem gl. nostræ hîc, etiamsi materia, in qua est eadem ratio, esset correctoria, secundum Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. per illum text. ibi, ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sunt. Pro quo notā. ista gl. Prima in c. si propter. in uer. uacabunt. de rescript. in vj. ubi appellatione uacationis uenit omnis uacatio, siue per mortem, uel per renunciationem, seu per aliam causam. Et ibi Domi. dicit, quòd in odiosis uenit uacatio ciuilis: & glos. in c. cupientes. in uerbo, uacantibus. de elect. in vj. & glos. in c. quia sæpe. in uer. uacat. de præben. in vj. glos. in c. j. in uer. renunciet. de renunc. in vj. Et ibi Dominic. de sancto Gemi. sequitur conclusionem nostram, quam sequitur etiam in d. c. susceptum. in ult. colū. de rescript. in vj. allegando do. Anto. hîc. Et ex dicto Bartol. sequitur, quòd cle. ne Romani. de elect. dans electionem Cardinalibus Papa mortuo, procedit, si cedit, uel deponatur: & sic eo mortuo ciuiliter. De hoc est glos. singularis ibi in uer. moriente. Et ita tenet Abb. in disputatione, quæ incipit, Episcopus & quidam rector Parmensis. in ultimo dubio, quamuis Abb. in c. licet. de elect. uer. sed aduerte. dicat, quòd ordinario consilij Pisani, scilicet quòd pro bono pacis, &c. & allegat Imol. qui tenet primam conclusionem nostram, in l. j. ff. de testa. Idem tenet quoq; Bart. in d. §. & quid si tantùm. in l. cùm dotem. in princ. ff. solu. matri. & ibi Roma. & est text. & ibi Bart. & Bald. in l. Deo nobis. C. de episco. & cle. Dixit Bartol. per prædicta in l. cùm pater. §. hæreditatem. el j. ff. de leg. ij. per illum text. quòd professio non uerificat casum mortis positæ in testamento suo, quando monasterium est capax: quia non est omnino similis morti naturali: secus, si religio non est capax, sicut Minorum: quia uerificatur tunc mors in testamento posita. Sed in hoc secundo dicto Bartol. reprehenditur: quia licet sit religio incapax, tamen ob expectationem mortis naturalis melior est conditio: quia tardius conuenietur hęres pro fideicommisso. Ergo non est similis uerę morti. Ita Imol. in d. §. hæreditatem. & firmat Salic. in l. j. C. de hęredibus instituendis. Sentit Imol. in l. ex facto. ff. ad senatusconsul. Trebell. Pro quo facit consilium Petri de Ancha. cclxxxix. mihi incipiens, In unum casum. ubi dicit, quòd ista clausula testamenti, Si sine filijs decesserit, non uerificatur, si decedat cum filio fratre minoris ordinis: quia non potest dici per omnia sine filijs. Ad idem, quod notat in consil. cccexxvij. quod incipit, In his dubijs. ubi dicit, quòd domus relicta habitanda Titio, & eo mortuo alteri, non debebitur illi Titio professo: quia potest per monasteriū locari. Ad idē aliud consilium suū cclxvij. quod incipit, Prò & contrà, ubi uult, cp statutum dans lucrum marito

to sponsa de præsenti mortua, non procedit ea professa: & ratio omnium pendet à conclusione nostra præ-
3 allegata ¶ Quis[†] dicitur procurator in rem suā? est gl. in c. j. de procur. in vj. in uerbo, in rem. Et nota, quòd appellatiõe procuratoris in materia stricta nō uenit iste. De hoc est gl. in uer. suā. in l. qui stipendia. C. de procur.

a *In l. j.*] *Et ibidem ad hoc uide Ioan. de Prato.*

& ibi Bal. Ad idē gl. ij. & ibi Bal. in l. j.[a] ff. eo. tit. Idem tenet Bal. in l. j. uer. quinto quæro. C. de act. & oblig. ¶ Est tamē quæstio, quomō cognoscatur, utrùm procurator datus in rē, intentet actionem utilem, quam habet nomine proprio an intentet actionem directam, quam habet nomine constituentis? Vide Bar. & Doc. in d. l. qui stipendia. C. de procur. Dicit do. Ant. & refert hîc Abb. in fi. cp si procurator datus in rem, intentet actionem utilem nomine domini, qui est excōmunicatus, cp repellitur. Allegat glo. in c. unico, de iure patro. in vj. ¶ Ad materiam gl. pen. in c. j. de iure patro. in vj. qñ obstantia cedenti obstent cessionario de hoc ponitur per Pet. de Anc. consil. suo. ccxxxix. quod incipit, Quia quæstio est dubitabilis. ubi concludit, cp tutor hæredum illius, qui fuit usurarius, non repellitur ab agendo. Ponit de ista materia etiam Pau. de Leaza. in disputatione incip. Vsurarius cessit. Bar. in l. apud Celsum. §. si cui legitima. ff. de do. except. & in l. si cùm dotem. §. si pater. ff. sol. matr. Bal. in l. si quis in rem. ff. de procur. & in l. per diuersas. in viij. q. C. māda. Bar. in l. iij. §. si filius. ff. quod quisq; iur. Bal. in dispu. sua incip. Statuto cauetur. Imol. in l. si tertius. §. si plus. ff. de aqua plu. arc. Ang. in l. si cùm emptorem. ff. de pact. Domi. post Ioan. And. in c. j. de iure patro. in vj. Adde ista ad illam gl. suam in d. c. j.

SVMMARIVM.

b *Nisi semel fuisset*] *Adde modò tu, nunquid quod olim fuit, præsumitur hodie esse? Dic, cp, aut quæritur de his, quæ solo tractu temporis mutantur, ut est ætas: et tūc, quod olim fuit in minori ætate, hodie non præsumitur. Text. est in l. si minorem. C. de in integ. restit. minor. & text. in l. quod te. C. de proba. & l. spadonē. §. qui absolutus. ff. de excusa. tuto. Secus est in maiori ætate: qa qui olim maior fuit, hodie fortior est. Aut quæritur de his, quæ tractu temporis non mutantur: et tunc aut in his, quæ sunt in anima: aut i his: quæ sunt extra eam. Primo casu de his, quæ ornant animam, ut sunt uirtutes: & tunc,*

1 ¶ Quilibet præsumitur bonus.
Hæc regula limitatur, nisi agatur de præiudicio alterius. Addit alias fallentias 2. 3.
4 Testator si cōmisit executori sui testamenti aliquid in secreto, an legatarij teneatur crēdere tali executori.
5 Delegatus si citat aliquem, citatus non tenetur comparēre, nisi in citatione inseratur tota rescripti copia.
6 Delegatus non solum tenetur ostendere rescriptum parti: imò etiam cogitur ei dāre copiam commissionis.
Fallit in duobus casibus, ut hic.
7 Certitudo ubi requiritur, non sufficit probatio præsumptiua.
8 Delegatio qualiter uerè probari possit.
Et qualiter præsumptiuè, num. 10.
9 Partem consentire in actibus iudicialibus, & præsentem esse, & non contradicere, idem est.
11 Iurisdictio non præsumitur in spectantibus ad ordinarium, uel delegatum non iure communi, sed speciali: putà, legitimare, restituere famæ, nisi probetur talis iurisdictio.
12 Commissio legationis facta cardinali, præsumitur in forma generali, etiamsi non appareat.
13 Legitimatio personæ interuenientis in iudicio, qualiter præsumatur.
14 Sententia enuncians aliquem esse procuratorem, non probat esse procuratorem.
15 Sententia enuncians quem esse procuratorem, non nocet domino ignoranti.

CAPITVLVM XXXI.

Vm in iure. ¶ Non tenetur quis parēre mādato asserentis se legatum, nisi probet. H. D. ¶ Habes limi-
1 rationē, ad regulam, quæ dicit, quòd[†] quilibet præsumitur bonus. Verum, nisi agat de præiudicio alterius. Text. & Abb. hîc: & etiam, quia hîc erat una qualitas extrinseca, scilicet quòd talis sit delegatus. Et pro ista fallen. allego beatum Thom. ij. ij. quæst. xx. artic. iij. in fin. ubi dicit, ubi imminet periculum alterius, non est de quolibet præsumendum bonum: sed adhibenda est cautela, ut non de facili unicuique credatur. Allegat Iohan. Apost. j. epistolæ c. iiij. c. iij. dum dicit, Nolite credere omni spiritui: & est glossa in fin. in c. si quis. l. distinct. ubi glossa dicit, non est semper credendum bono uiro, ubi agitur de periculo tertij: & glossa est in c. statutum. in uerbo, ab aliquo. de rescript. in vj. est in §. cum uerò. Et sic ad hoc faciunt omnia iura dicentia, quòd quilibet suspectus recusari potest. Et facit ad hoc consil. Paul. de Castr. quod allegaui in cap. cùm contingat. in gloss. in uerb. sciat. de rescript. dum limitat gloss. in l. Titio. ff. de condit. & demonstr. ¶ Secundò limita, ubi agitur de utilitate animæ: quia meliùs in dubio præsumetur delictum, quàm non. Pe. de Anch. consil. clxxv. quod incipit, Prima facie uidetur. ubi consuluit, quòd confessio defuncti, qui moriens dixit simpliciter se fuisse usurarium, interpretari debet de toto tempore uitæ suæ, non de aliqua particula: & glossa in cap. iuuenis. de sponsa. ¶ Tertiò limita, nisi ex actibus præcedentibus oriatur coniectura dolī: quia tunc illæ coniecturæ arguunt dolum. Bald. in lege prima, ante fin. C. si quis omissa causa testamenti, quem allegat Ioā. de Ana. in cap. ad falsariorum. de crimine falsi. ¶ Quartò fallit, nisi semel
b fuisset[b] malus, per regul. semel malus. in vj. nisi probetur contrarium. Hoc intellige in eodem genere mali, uel simili, nō in alio genere: quia si fuit homicida, & tu accuses de usura, nō præsumitur. Ita Bartol. in l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusa. & in l. Cassius. ff. de senat. & Bald. & Imol. in l. fin. ff. de hęredibus instituendis. & Petrus de Anch. in dicta regula, semel. in iiij. oppositi. & in consil. suo cccevij. quod incipit, Primū dubium. & ibi dicit, quòd accidens naturæ contrariū semper præsumitur durare, nisi probetur contrà. ¶ Secundò intellige, nisi illa qualitas mali causaretur à re imitabili. Ita Bartol. in d. §. ijsdem. per l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excusationibus tutorum. Quando uerò ex prætexto præsumatur in præsens[c], gene-

c. cum in iure.

quod olim fuit, hodie præsumitur esse, donec cōtrarium probetur. Textus in l. cum quidā. & l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. ij. Aut quæritur de his, quæ uituperant animam, ut sunt uitia: tūc in eadem specie, quod homo olim fuit, homo die præsumitur esse: & tunc locū habet regula, quæ dicit, Semel malus, ut ff. de accusa. in l. si cui. §. ijsdē. & ibi Bar. in uersi. uenio ad secundam partē. & text. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Limita regulam istam, nisi posset probari, quòd esset correctus uir tutibus oppositis spatio triennij, ut in authen. de mo na. §. sancimus. De qua limitatione uide Sali. in d. l. si minorē. in uersic. sit ergo cōclusio. Adde Bar. in materia ista in l. Cassius. de senator. & in l. si priùs. ff. de nou. ope. nunc. Canonistæ i c. insinuatum. de fimo.

c *In præsens*] *Ad quam materiam uide omnino per do. Alex. de Imol. in l. Publia. C. de testa. ubi etiam Pau. de Castr. & per Bar. plenè in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. cau. ma. uer. sextò ille. & Bal. in c. j. ubi etiam gl. de pa. iur. fir. & in l. fin. §. necessitatē. C. de bonis, quæ lib. & in l. sine possidetis. C. de probat. Sed quid contrà? Vide text. in l. non rectè. & ibi per Flor. ff. de pcur.*

raliter?

raliter, uide Bald. in l. ex persona. C. de proba. Salic. in
3 l. si minorem. C. de in integr. restit. minorum. ¶ Quintò limita, nisi † agatur de aliquo pro mouendo: quia integritas uitæ non omnium præsumitur, secundum Cardi. in clemen. j. in ij. notabili, de concess. prebē. secus in iam promoto, secundū eum ibi: & Arc. in c. actor. vj. q. j. Generaliter autem de materia uide Cardi. in c. j. de scrutinio. ubi plenè examinat, utrùm uitia & uirtutes insint nobis à natura? de qua quæstione dixi plenè in d. c. fi. de præsump. ¶ Dicitur in isto tex. quòd non creditur delegato, nisi ostendatur mandatum, uel probet. Pro hoc adde, quòd etiam executor tenetur ostendere copiam suæ potestatis petenti, Domi. de Ro. de dolo & cōtu. decisio. xv. in nouis. Et ad hanc materiam allegò Inn. in c. uenerabili. de censi. ubi dicit, gesta per delegatum, qui non docuit de mandato petito, sunt ipso iure nulla: & subdit, si excōmunicat, excōmunicatio nō tenet. ¶ Secundò ad intellectum huius decretalis est Ioā. And. in add. Spe. in tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. uer.
4 sed nunquid sm dictum. Est † datus executor in testamento, executor dicit, quòd testator commisit sibi aliquid in secreto, utrùm legatarij teneantur credere executori? Dicit ibi Ioan. And. quòd non creditur sibi de hoc, nisi appareat: & allegat istum text. saluo, nisi in testamento essent ista uerba, Dispenset, prout sibi cōmisit licet non dicatur, qualiter. Item allego Inno. in c. Romana. in glo. in uer. idem dicimus. de app. in vj. ubi dicit, citatus nō debet comparēre, qñ in citatione non est expressa causa concludens iurisdictionem: & allegat istū tex. ¶ Fortiùs dicit Inno. in c. præterea.
5 de dila. quòd † etiam si delegatus[a] ci-
4 tat, ut delegatus, non tenetur citatus comparēre, nisi in citatione inseratur tota copia rescripti. Et hoc dictum sequitur Ant. in c. super literis. de rescri. Veritas est in contrarium, quòd non tenetur ponere copiam rescripti delegationis: quia sufficit citare dicendo se delegatum, licet parti comparenti teneatur dare copiam rescripti: per istum text. Istam partem tenet glos. in c. si episcopus. iij. quæst. ij. Idem Spec. in tit. de cita. ult. colum. uer. sed pone, is, cui. Ratio est, quòd in dubio præsumitur pro iurisdictione citātis. Hosti. Io. An. & do. Ant. in d. c. præterea. de dila. tenent contra Inno. & Bar. in authē. qui semel. C. quomo. & quan. iud. dicētes ita practicari, præter quàm in tribus casibus: quia tenetur mittere copiam rescripti in citatione. ¶ Primus, quādo citans est persona incapax delegationis: quia tunc debet in citatione inseri copia rescripti, ut si quis citatur à simplici sacerdote. Ita Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de cita. §. j. uer. item quod rescriptum. ¶ Secundus est, qñ citandus est in loco longinquo: quia tūc debet in citatione inseri copia delegationis. Ita Abb. in d. c. præterea. de dila. ¶ Limita istum casum, nisi quis citaretur per nuncium publicū, uel notū, ut sicut sunt cursores Papæ. Ita Do. de Ro. in nouis, decis. ccclv. & est in tit. de do. & contu. xv. quæ incipit, Si executor. & eā sequitur Ant. in c. cùm parati. de app. in pen. col. Lud. de Ro. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. ubi dicit, quòd si delegatus est in loco, nunquā oportet transmittere copiam in citatione. ¶ Amplia istā decretalem: Nō † solùm tenetur delegatus ostēdere rescriptum parti, sed etiā cogitur ei dare copiam commissionis. Ista est gl. ij. in c. porro. de priuil. quia forte iste uult redarguere de falso, & opus est studio ad ponderandam falsitatem. Facit c. accepimus. c. ex literis. c. contingit. de fide instru. & tex. in c. cùm personæ. circa medium, de priuil. in vj. ¶ Nota modò duas limitationes, in quibus non tenetur dare. Prima limitatio: nisi delegatus esset datus de commissione & tempore sine literis: quia sufficit facere fidem de cōmissione hūcij scripta, uel nō scripta. Ista sunt uerba Hosti. in isto tit. in summa, sub rubricella, de recus. in pen. col. uer. quid est de auditoribus datis uiua uoce. Idem in Spe. in tit. de proba. §. interdum. uer. quid de auditoribus. Et isti idē dicunt de quolibet auditore dato ab ordinario præsente: quia de facili interrogari potest, utrùm sit, an non. Et hanc limitationē ponit Ludo. Ro. in d. l. sciendum. ff. de uerb. oblig. ¶ Secundò limita, ut non habeat locum in cardinali dicente se delegatum: quia ei creditur. Ita Hosti. in loco præal. Allegat modò c. nobilissimus. xcvij. dist. Idem tenet Spec. in d. uer. quid de auditoribus. Idem Abb. in c. quod super his. de fide instru. per uer. credo, qa si creditur legato, quod est plus, multò magis delegato: & dicit, quòd nō creditur ei, ubi diceretur aliquid præiudiciale parti: glo. in c. sicut. de sentē. exc. Et pro hoc facit: quia iura exorbitantia loquentia generaliter, nunquam ligant Cardinales: tunc sic. Iste text. est exorbitans. Ergo nō extenditur ad Cardinales. Et Hostien. in c. ij. de cleri. non residen. & Ioan. Mo. in c. unico, de schisma. in vj. & Abb. in clemē. j. in princ. de excess. prælat. & dicit, quòd c. quia periculosum. de senten. excom. in vj. habet locum in Cardinali non episcopo, licet loquatur solùm de episcopo: & facit consilium Ludo. cccxcviij. ubi dicit, quòd clausula, Et omnes alios, non comprehendit Cardinales in materia odiosa: & cōsilium Petr. de Anch. ccxc. quod incipit, Pro clariori euidentia. ubi dicit, quòd regulæ cancellariæ non habent locum in Cardinalibus, nec astringunt eos ad exprimendum uerum ualorem.
¶ Sed contra istam fallen. facit unum dictum pulchrum, quod ponit Inno. in c. cùm olim. el j. de priuileg. ubi dicit, legato creditur, si est persona notabilis, sed in delegato semper est opus literis. Facit pro hoc gloss. quæ in terminis hoc dicit in extrauagan. Bonifacij VIII. quæ incipit, Excommunicamus. in uer. clericos. quæ glosa est Ioann. Mona. & ibi reuocat dictum suum in capitulo primo, de schismat. in vj. dicens, mihi credendum non est: quia loquebar in facto proprio. cùm essem Cardinalis: & reprehenditur. Secundò hoc tenet hic

a Si delegatus] Adde tu, quòd Felin. hic dicit, q. ueritas est in contrarium, uidelicet q. iudex delegatus non tenetur tenere copiā rescripti in citatione, sed sufficit citare, dicendo, se delegatum: & dicit, quòd Ioan. And. & Anto. de But. in c. præterea. de dilat. idem tenent, & Bart. in authen. qui semel. C. quomodo & quādo iu. idē tenet, & sic contra Innoc. eo. Postea dicit, q. Spec. in tit. de citat. §. ij. uidetur idē tenere. & ibi dicit, quòd Ioan. And. in additione sua idem sentit. Adde tu, & dic, quòd Feli. hic malè & corruptè allegat Spec. & Io. And. & Anto. de But. & Bartol. in locis prædallegatis: & primò inuenio; quòd Ioan. And. in d. c. præterea, in j. col. in uersic. hic habes expressum. dicit, quòd iudex Apostolicus debet mittere tenorem rescripti in citatione. Anto. de But. ibi dicit, putò, q. si citatorijs asserit se delegatum, dato quòd neque rescriptum, neq; copiā eius transmittat, arcetur citatus ad comparēdum: & sic loquitur per uerbū Puto, neq; firmat pedes. Spec. in tit. de citat. §. ij. uersic. item q. rescripti. tenet, quòd rescriptum debet inseri in citatione: postea dicit, q. Vinc. tenet cōtrariū, & ibi nulla est additio Ioan. And. & sic Felin. hic non bene dicit, quòd ibi sit additio Ioan. Andr. Bartol. in authē. qui semel. C. quomodo & quando iu. in uersic. expeditis contrarijs. dicit ibi expressē, quòd iudex delegatus in citatione, debet mittere copiā rescripti. Adde, quòd idem tenet expressius Bart. in l. ij. ff. si quis in ius uoc. non ier. in uersic. sed iuxta hoc quæro. ubi dicit, quòd iudex delegatus, quando citat reū, debet in literis ponere copiam sui rescripti: & cum Bartol. ibi omnes transeunt, & ita seruatur in practica, & semper, quando fui iudex, quod fortassē millies fui, feci semper copiā rescripti inseri in citatiōibus. Quæ re dico, quòd cōmunis opinio est ista, quòd nisi iudex delegatus faciat in citatione sua inseri copiā rescripti, citatus nō tenetur cōparēre: qa talis citatio nō arctat citatum, ut est tex. in d. c. præterea. in princ. & text. in d. authen. qui semel. Canonistæ in c. prudētiam. 5. eod. tit. glos. in o. si episcopus. & ibi Archi. ij. q. ij. Bald. in authen. offeratur. C. de lit. contest. Et ratio est: quia non præsumitur pro iurisdictione delegata, cùm sit odiosa, ut dicit gl. hic in isto tex. & Doct. Adde & limita istum communē opinionē, quando citatus esset in eodē loco, ubi iudex uel modicū distaret: qa quamuis in citatione non inseratur tenor rescripti, sed ipse iudex citat simpliciter, asserendo se delegatum, tenetur citatus cōparēre: aliàs potest mulctari, cū oriatur dubiū in iurisdictiōis: & sic modicū præiudicium cuicī cōparēre, ex quo est in eodem loco. Ita limitat do. Abb. in d. c. præterea. de dilat. in uer. secundo casu, cùm tractatur. et ibi Ant. de But.

Imol. & mouetur: qa iste tex. simpliciter loquitur. Tertiò allego Abb. in c. præterea. de dilat. ubi dicit, nulli persone, quantumcunq; authorizabili, creditur de delegatione, nisi ostendat literas. Idē sentit Abb. in d. c. cùm olim. in fi. dum allegat istum text. Quartò not. uerba Abb. hîc in primo notabili, ubi dicit, quòd ideo non creditur delegato: qa agitur de præiudicio partis: & sic, ubi agitur de præiudicio alterius, non creditur Cardinali: gl. in c. sicut. de sentē. excom. Text. in c. licet ex quadam. in uer. præsidiali. & in c. cùm à nobis. de testi. Quintò pondero tex. in l. unica, C. de man. prin. in uerb. nullius dignitate terreri. & tex. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. in uer. cùm literis nostris non ex arbitrio suo Cæsariano nuncios. Ad idem text. in l. patratorias. C. de diuer. offi. lib. xij. Sextò
7 per his. de fide instru. Vltimò †, ubi requiritur certitudo, non sufficit probatio præsumptiua: glo. in l. j. C. de fide instru. Sed credere dignitati, est adhærere præsumptioni. Ergo non satisfacit iste text. ¶ Nō obstant contraria. Et primò ad illud, quòd credantur maiora, credo ex uerbis Car. in cle. ne Romani. §. eo ipso. de elec. ubi dicit, quòd istud de delegatione non est de iure: sed inductum ex stylo curiæ: maximè, quia legatio non est alteri præiudicialis in his, quæ ueniunt in generali cōmissione: secus in his, quæ ueniunt in speciali, per infrà dicenda. Pro ista responsione allego Archid. & Domi. in c. nobilissimos. xcvj. distinct. ubi dicunt, quòd licet legatus notus & honestus recipiendus sit, tamen non audet iudicare, tanquam talis, sine literis. Ad id de iuribus exorbitantibus, primò negatur, quòd sit ius exorbitans. Iste text. non est exorbitans. cùm agatur de præiudicio alterius. Sed posito, q. esset omnino falsum, est hoc, q. imò in materia stricta uerba generalia comprehēdunt Cardinales: Archi. Ioan. An. & Dominic. in d. c. nemo. de elec. in vj. ubi dicunt, quòd uerbū Nemo, positum ibi, comprehendit Cardinales. Secundò Old. cōsil. ccxj. quod incipit, Ad propositum. ubi probat, quòd consuetudo curiæ, uel priuilegium loquens in materia stricta, comprehendit etiam Cardinales. Et magnitudo dignitatis nihil operatur: quia sequeretur, quòd si Cardinalis percuteret clericum, non esset excommunicatus. Ad illud, quòd faciunt unum corpus, dicitur, quòd imò sunt inferiores: quia Papa præcipit Cardinali. Sed si essent pares, par in parē, &c. Ego allego Ana. in rub. de cleri. excom. minist. in fin. ubi dicit, quòd c. quia periculosum. de senten. excom. in vj. non habet locum in Cardinali non episcopo, contra Abb. in d. clemen. j. de excess. præla. Pro quo facit glos. ibi in uer. suspensionem. quæ dicit, quòd est odiosum, & sic non extenditur ad Cardinales non episcopos: & facit: quia sequitur, quòd nulla canonica odiosa procederet in Cardinali. Secundò sequeretur, quòd etiā ista decretalis non haberet locum in episcopis: quia rationes, quæ fiunt pro parte negatiua, seruient isti: quia in materia pœnali non comprehenduntur; nisi exprimātur, ut per text. in c. fin. de hæreti. in vj. Ideo dicas, quòd in illis iuribus sunt casus specialiter hoc prouidentes. Ergo secus in alijs casibus, ex quo lex specialiter ita prouidet ibi: & sic contrarium probant à loco speciali: quia comprehenderentur in alia materia etiam pœnali & odiosa: quia specialiter illud prouideretur. Et sic iste text. habet locum in Cardinalibus: & iura exorbitantia comprehendunt Cardinales, saluo, ubi Cardinalis diceret hoc in curia: & sic saluat Imo. c. quod supra per his. ¶ Glos. in uerbo, mādato, &c. Quomodo possit probari uerè delegatio? Inno. hîc concludit, quòd registratio instrumenti, uel delegationis facta in actis, probat originale, adeò quòd non est amplius opus ipsum producere. Hoc dictum allegāt do. de Rota decis. xciij. & est j. sub titulo, de fide instru. & ibi dicunt, quòd non est opus registrare tenorem, quando quis producit, ut solùm appareat de productione. Pet. de Anch. consil. xxxvj. quod incipit, Prima facie, Allegat Inno. hîc. Bal. in l. chirographis. in princ. ff. de admi. tuto. Tenet idem Bal. in l. nostrum. C. de testa. Bald. & Angel. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Inn. Host. & omnes in c. quoniam. de proba. & alij allegati per Lud. in l. sciendum, ff. de uerb. oblig. in uerb. & hoc intelligo uerum, cū concord. ¶ Amplia primò, etiam si postea appareat originale abolitum, uel abrasum, uel cassum: quia non nocet. De hoc ponit Bart. in l. j. ff. si tab. test. nul. exta. Bal. in l. sciatis. in fi. C. de test. & in d. l. nostram. & in l. gesta. in fin. C. de senten. & re iudi. Et ibi dicit, idem, si perdatur. ¶ Amplia secundò, ut procedat, etiamsi originale non fuit registratum: sed data copia parti, quæ nihil opposuit: quia perdito originali cogetur pars copiam exhibere, quæ registrata faciet fidē. Ita Paul. de Cast. in l. publicati. C. de testa. colligens ex dictis Bald. in authen. si si quis in aliquo. C. de eden. ¶ Limita primò, dum modò iudex authorizauerit exemplationi. Ita Bartol. in l. eos. §. super his. C. de appell. per authen. ad hæc. C. de fide instrumen. quia generaliter idem est in omni productione: quia non sufficit facta coram solo notario, ut not. Hostien. Anto. & Imol. in c. quoniam contra. de proba. Bald in l. si ea. C. qui accusa. non post. in ij. notabili. Angel. & Ludo. Roma. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. cum his, quæ aliàs posui in d. c. quoniam. Et not. & tene menti istam limitationem. ¶ Secundò
9 limita, dum † modò registratio sit facta de toto tenore rescripti, uel instrumenti, uel de principio & fine cum clausulis substantialibus: secus, si simpliciter de principio & fine. Ita Innoc. & Imol. hîc, & Bartol. in d. l. chirographis. ff. de admi. tut. &c. quæ sequuntur. ¶ Tertiò limita, dum modò presente aduersario, uel citato. Hoc Ioan. And. in Spec. de rescript. præsen. §. j. uersi. sed obijcitur. in uerbo, essemus. & Ab. in d. c. quoniam contra. in penult. chart. & hîc. Imò plus sustinet, quòd oportet, quòd scribatur, quòd pars citata nihil opposuit; sed dubito, quòd non sit opus scribere propter sequentia. ¶ Secunda conclusio. Paria sunt in actibus iudicialibus partem expressè consentire, uel præsentem esse, & non contradicere, per text. in l. j. C. de rela. Et ibi dicit Bartol. sis cautus, & facias poni in actis, Et parte præsente, & non contradicente: quod perpetuò tene menti. pro conclusione est text. in cle. sæpe. in uer. contradicentibus. de uerb. sig. Ita Bald. & Salic. in l. emancipatione. Ç. de fide instru. Angel. in l. his, qui. C. de appell. Bart. in l. ne in arbitris. C. de arbi. & Capola in cautela. cclxxxvj. Card. in consil. lxxiij. Ludo. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hære. Lapus alleg. xliij. Anto. in c. j. de fide instrum. & consil. suo. xxxvij. quod incipit, In quæstio prædicto. Bald. in l. ex his. C. de testa. milī. Anto. & Imol. in c. conquerente. de offic. ordi. Angel. in l. si præses. in princip. C. quomodo & quando iudic. ¶ Fallit in sententijs, ubi appellationi est locus: quia non uidetur tacens consentire, nisi lapso decennio. Ita Bart.

c. cum in iure.

in d. l. j. C. de relat. & ita not. Rap. Fulg. & Angel. de Are. in l. fin. ff. quan. appell. sit. ¶ Secundò fallit, nisi esset casus, in quo pars non potuisset cogi, ut esset præsens: sed procedit regula, quando quis poterat cogi esse in iudicio. Ita limitat Imol. in c. in nomine Domini. de testi. propter dicta Bartol. in l. furioso. ff. de sentent. & re iudic. dum dicit, quòd sententia lata contra dominum præsentem, cuius procurator fuerat litem contestatus, nō tenet, si dominus & procurator nō fuerunt uocati,
10 licet esset presens. ¶ Quo † modo probatur delegatio præsumptiuæ. Doct. hîc. Adde Bal. in l. gesta. C. de re iudic. ubi dicit, si is, qui est litem contestatus, opponit defectum iurisdictionis, probet: ecce, quòd habet probare, & sic præsumitur pro iurisdictione: secus, dicit ipse, si absens nunquam comparuit. Allegat Bal. Inno. in c. innotuit. de eo, qui furt. ord. suscep. Secundò adde Bal. in l. licet. C. de procur. ubi dicit, Exceptio, Tu nō habes iurisdictionem, non est probanda per excipientem, sed debet liquere de mandato. Allegat Inno. hîc. Intellige, nisi fuisset litem cōtestatus. Tertiò adde Bal. in l. si quis ex aliena. ff. de iudic. ubi idem tenet. Pro iurisdictione ordinaria semper presumitur: glos. hîc, quam Bald. allegat pro copiosa in l. ij. in pe. col. C. de sent. Et ibi dicit, si delegatus ordinarij, pcedit præsente ordinario, presumitur delegatio: secus, si non constat de scientia ordinarij. Nec ualet argumentum de quasi possessione: qa illud procedit, ubi est dubium de mandato, secundum Bal. in l. ea quidem. C. qui accus. non possunt. ubi dicit, quòd iurisdictio ordinarij censetur notoria. Ideo non est opus de ista facere fidem: secus in delegata. Et allegat glos. hîc. Hoc idem tenet in l. fi. uersic. tertio casu. C. de edict. diui Adria. tollen. & plenius in l. j. in fi. C. qui, & aduer. quos. Quòd limita ex sequenti conclusione.
11 ¶ In † spectatib. ad delegatum, uel ad alium ordinariū, non iure cōmuni, sed speciali, non præsumitur iurisdictio, nisi probetur: putà, legitimare, restituere fame. Ita Ant. Imo. Abb. hîc. & Domi. post Host. in c. j. in pen. col. de offic. deleg. in vj. & idem Bald. in l. si qua per calumniam. in ulti. col. C. de episc. & cleri. & allegat glos. hîc: do. Anto. in c. suam. de offic. uic. Abb. in c. quod translationem. de offic. leg. Ioan. An. & Abb. in c. ad eminentiam. de sen. excom. Domi. in c. j. §. j. de sen. excom. in vj. in fin. Lūd. Roma. in l. sciendum. uersic. decimoquintò decidit. ff. de uerb. oblig. latè Pet. de Anch. in clemen. j. de proba. & ibi latè reprehendit Angel. consil. clxxix. quod incipit, Mandatū prima fronte. ubi uoluit, quòd credatur dicto legati super istis specialibus, quādo nemini nocent, sicut dispensatio. Sed concesit prædicta,
12 ubi ageretur de præiudicio alterius, secundum Pet. de Anch. in c. nobilissimus. xcvij. distinc. Non loquitur in reseruatis, in quibus stat regula huius c. & l. j. C. de mā. princ. Ex dicto amplia, etiam si nemini præiudicatur: & hoc teneo. ¶ Est ergo cautela, ut is, cum quo delegatus gerit actum ex speciali potestate, habeat copiā mādati insinuatam. Et ita docet Spe. in tit. de lega. §. superest. uersic. quòd si legati. Et communiter legati ponunt totam literā cōmissionis, quando utantur iure speciali, secundum Ioan. And. ibi in addi. ad Spec. ¶ Limita, nisi illa specialia pluries exercuisset legatus. Ita Bal. in l. exemplo. in fi. C. de proba. non ratione communis erroris, sed ratione presumptæ ueritatis. Et ibi dicit, qd uoluit Io. And. in c. cùm ex literis. de resti. in integ. & est uerum: quia uult ibi, & subdit, quòd legatus datus in partibus Franciæ legatione ordinaria, & etiam cum legatione transmarina, quæ est specialis, non perdit hāc specialem legationem mortuo Papa re integra, si iam cœpit uti legatione ordinaria. Quod ultimū adde ad c. proximum, & facit c. si super gratia. de offic. deleg. in vj. quia perpetuatio in principali, operatur in accessorio. ¶ Præsumitur † commissio legationis etiam facta Cardinali in forma generali, etiamsi nō appareat[a]. Et ita uolunt prædicti, & Spec. in d. uersi. quid si legatum. & glos. in uer. nihilo minus. in d. c. nobilissimus. & Lapus allega. xiiij. quæ incipit, idem est dicere. & allega. xxxiij. quæ incipit, an frater minor. & Domi. de Rot. in antiquis, decisi. clxxvj. quæ est in ti. de offi. leg. ij. quæ incipit, Ita no. q legatus. Et Cal. in tit. de offic. leg. consil. ij. Bal. in l. iurisiurādi. C. de testi. Ratio, ppter excellentiam personæ d. c. nobilissimus. Item quia nunquam, uel rarò exeunt Cardinales curiā sine legatione. Pro ista secunda ratione est dictum Bar. in l. eum, qui. §. fi. ff. commoda. ubi dicit, quòd excusatur, qui credidit nuncio tuo, quem consueuisti sępissimè mittere sine literis: & sic facit pro cōclusione nostra. ¶ Amplia non solùm, ut credatur de legatione, sed etiam de ambasiata sibi commissa, licet non ostendat formam commissionis: glos. in c. ad Apostolicæ. in uerb. proponi. de re iud. in vj. ¶ Amplia secundò, etiamsi nō sit Cardinalis, sed alia persona grauissima & illustris. Paul. de Castr. consil. xxxiij. quod incipit, In Christi, &c. incip. Priùs, quàm iura fierent. Et de hoc est glos. pen. in c. ego N. de iureiur. & glos. magna in c. cùm olim. el j. de priui leg. tenet Spec. in tit. de lega. §. superest. uer. quid si delegati iurisdictione. Abb. in d. c. quod super his. de fide instru. præter quàm in duobus casibus. ¶ Primò in legatis uenientibus ad curiam Romanam: quia de stylo curiæ non creditur sine literis. Ita Abb. in d. c. quod super his. ¶ Secundus casus est, ubi legatio est alteri præiudicialis. Hoc uoluit Bart. in l. Palatinos. C. de colla. fund. fisc. li. xj. Pro quo faciūt iura allegata heri, loquēdo de Cardinali circa delegationem. ¶ Quo † modo præsumatur pro legitimitate personarum interuenientium in iudicio, ponunt hîc Doct. ¶ Quando uerba enunciatiua probent, ponit hîc Innoc. dicens, quòd probant inter contrahentes, qui enunciauerunt, per l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. secus uerò in præiudicium tertij, ut in l. ex hac scriptura[b]. ff. de dona. de quo plenè ponitur per Bartol. ibi, & ibi plenius per Imol. Canonistæ in c. cùm dilectus. de succes. ab intest. per Imol. & Cardina. in cle. j. de proba. per Bald. in l. ex his. C. de testa. mili. cū similib. de quibus
14 aliàs. ¶ Sententia † enuncians quem esse procuratorem, non probat eum esse procuratorem. Innocen. hîc sequitur Angel. in authen. ut sponsal. larg. §. & hoc insuper. uersic. sed nunc quæro. Collat. ix. Limitat, nisi de mandato iudicis esset transsumptum mandatum, & positū in sententia, uel in actis parte sciente. Allegat glossa hîc, quod est clarum. Adde etiam Bald. in rubr. C. de fide instrumen. ubi dixit, quòd instrumentum enuncians quem esse procuratorem alterius, non probat mandatum: & ita cauti notarij enunciando de mandato, attestantur se uidisse instrumentum mandati nominato notario. ¶ Sunt duo casus, in quibus uerba enunciatiua probant mandatum. Primus: egomet pronūciatiuè dico, talem procuratorem meum, putà supplicando Papæ. Ita Lu. in singulari cccxiij. quod incipit, Reuerēdus do. Cardinalis sancti Marcelli, per tex. in l. ne satisdatio. ff. rē rat.

[a] Nō appareat] *Ad quam materiam uide omnino per domi. Iaf. May. in sua aurea repeti. l. ad monendi. ff. de iureiurā. cum multis alijs concord. ibidem per eum signatis, & per domi. Alexan. de Imol. in l. j. ff. de offi. præfec. prætor.*

[b] Ex hac scriptura] *Et ibidem ui de omnino domi. Alexan. de Imol. qui ponit multa exempla, & in d. l. ex his. alleg. in text. ubi ponit multas remissiones, & in l. non epistolis. C. de pb. & in l. emptor. §. ancilla. de rei uen. Adde Ange. in l. cùm aliquis. C. de iur. delib. et ibi. Bald. in uer. tertio casu, quando aliquis. et Bal. in prælu. seu. uer. circa hoc dubitatur. & Angel. in l. j. C. de cōue. fis. debi. lib. x. Et adde, quòd quando uerba enunciatiua emissa etiam propter aliud, ubicunque proferūtur inter præ-*

sentes, inducunt præsumptionem, seu probationē, donec probetur contrariū: secus, quando emittuntur à partib. scientibus super actu, in quo partes possunt sibi præiudicare: quia tūc nō admittitur probatio in contrarium, secundum do. Soci. in suo cōsil. ccxiij. inci. In præsenti consultatione. uersi. secunda conclusio. circa fin. iij. parte. char. lxxxviij. Sed quid, si sint gemin. tat? Dic, q probāt, ubi alias nō probarent nō geminata, ut per præfatum domin. Soci. in consil. lxvij. inci. Circa primā q. uer. circa aliam q. ibi nam. in j. parte. char. cxliij.

hab. quam dicit se didicisse à solo Bal. in quodam cōsilio. ¶ Amplia, etiamsi esset materia requirens speciale mandatum: quia probatur contra dominum ex uerbis enunciatiuis. Ita Ant. in c. nonnulli. §. sunt & alij. in pen. col. uersic. aduerte, quia hoc est notabile. de rescri. dicens generaliter, quòd instrumentum enuncians quem procuratorem, probat eum procuratorem contra eum, qui dedit causam instrumento, cōsentiendo: de quo dicto exclamat ibi Domi. dices hoc esse singulare. ¶ Secundus casus est, ubi Papa in suis literis appellat quem procuratorem: quia illa uerba probant. Fede. in consil. cxvij. quod incipit, casus talis est: Ioannes impetrauit. quem sequuntur Ant. Imo. & Abb. in d. §. sunt & alij.
15 ¶ In † quātum Doct. dicunt, quòd sententia pronuncians quem procuratorem, non nocet domino ignoranti, tenet Abb. hîc post Bart. in l. licet. C. de procur. Idem Inno. in c. super literis. de rescrip. & Spec. in tit. de syndico. §. j. uersic. quid si iudex. licet aliud dixerit in tit. de except. §. nunc uidendū. uersi. in summa. & Bald. in l. falsis. in xj. col. C. de furt. limitās, nisi dominus sciuisset. Pro quo facit à fortiori, dictum Inno. in c. ex parte decani. de rescrip. cū his, quæ ibi scripsi. ¶ Quando post lit. contest. negatur mandatum, quis habeat probare: Prima opinio est, quòd procuratori dicenti, habeo mandatū. Istam tenet Bar. in l. licet. C. de procur. Abb. post Inno. in c. quoniam contra. de prob. in pen. col. Ratio est per l. actor. C. de proba. Secunda opinio uerior, quòd in cū bit probatio opponenti: glos. & Ang. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. Ad idem glos. Bal. & Salic. in d. l. licet. Inno. idem in c. j. in uerb. absentia. de elec. in vj. Imo. hîc plenè, & in c. cùm M. de constit. post do. Ant. ratio: quia admissus usq; ad litem contestatam inclusiuè, uidetur positus in quasi possessione officij: & talis quasi possessor transfert onus probandi in admittentem eū. Facit dictum Inno. in c. innotuit. de eo, qui furt. ord. suscepe. Vbi opponenti defectum mandati delegatarij post litem contestatam, incumbit probatio. ¶ Et not. quòd ubi esset productum instrumentum mandati, & data copia parti, quæ nihil opposuit, tunc etiam post lit. cōtesta. releuatur procurator ab onere probandi mandatum, dum modò fuerit in actis productum, licet non registratum. Ita Inno. & clariùs Host. in d. c. quoniam cōtra. per l. fin. C. arbi. tute. ibi, nemo ita simplex, quòd contra se aliquid scribi patiatur. Si ergo passus est, imputetur sibi. Idem tenet Anto. & Imo. hîc, & Angel. in d. authen. ut sponsa. largi. Facit, quod notat Bar. in d. l. licet. dum dicit, idem, si mandatum fuerit approbatum. ¶ Glos. hîc. in fin. ponit unum, scilicet an excommunicatus præsumatur semper excommunicatus. Hoc prætermitto: quia sequitur c. cùm olim.

c. cùm olim.

SVMMARIVM.

1 *¶ Consensus tacitus an sufficiat in prorogatione rerum.*
2 *Consensus expressus requiritur in prorogatione de loco ad locū.*
3 *Procurator si confessus fuerit se mutuò recepisse, an agatur contra dominum, si non probetur numeratio.*
4 *Verba sequentia declarant præcedentia.*
5 *Procurator ad uendendum, an posit uendere, & dominium transferre, fide de pretio, pecunia tunc non interueniente, habitaꝫ*
6 *Executor ultimæ uoluntatis nō potest uēdere pecuniā nō præsente.*
7 *Dominus sciens procuratorem suum excedere fines mandati, & nō contradicens, uidetur consentire.*
8 *Iudex potest excedere fines mandati, si partes non contradicunt.*
9 *Procurator potest prorogare iurisdictionem delegati de tempore ad tempus.*
10 *Gesta contra formam mandati sunt nulla.*
Fallit in iudicialibus, ubi transgressio erat de natura iudicij.
11 *Procurator excedens mandatum, an obliget dominum.*

CAPITVLVM XXXII.

1 Vm olim. ¶ Per procuratorem non habentem mandatum de re ad rem, iurisdictio prorogari non potest. H. D. ¶ Vtrùm † sufficiat tacitus consensus in prorogatione[a] rei?
4 Ponit hîc Abb. Moder. allegant Abb. qui idem ponit in c. significasti. uersic. sed ultra Doc. de foro competēti. Sed dicunt, quòd opinio sua est falsa, per text. in l. j. ff. de iudic. ubi text. loquens de prorogatione rerum, dicit, quòd oportet, quòd se subijciant, & consentiant. Dicunt Moder. quòd subijcere, intelligitur factis, & consentire uerbis: ergo requiritur expressus consensus. Et ad istum tex. respondent, & dicunt, quòd sicut expressè contradixit, ita oportuisset expressè consentire: & Domi. de Rota in nouis, decis. cccl xxxiij. quæ incipit, Si iudex. & est in isto tit.
2 xv. ubi dicunt, quòd † in prorogatione de loco ad locū, requiritur expressus cōsensus, adeo quòd si partes spōte litigant in alio loco, non ualet processus, per text. in c. statutum. §. in nullo. de rescript. libr. vj. Secundò allegò cōsilium Car. lxxiij. quod incipit, omnis amor charitatis. ubi dicit, quòd in toto illo c. statutum. de rescri. in vj. consensus partium nihil operatur, præter quàm in §. in nullo. & tūc debet esse consensus expressus. Tertiò Abb. in c. P. & G. uersi. uenio ad quartam. j. eo. ubi allegat pro singulari d. §. in nullo. dicens, quòd requiritur in eo expressus consensus. ¶ Amplia etiam in ordinario: quia in proroganda sua iurisdictione requiritur expressus consensus. Ita Angel. in l. quæro. ff. de solut. Allegat d. §. in nullo. Et idem tenet Dominic. in d. §. in nullo. in notabilibus, dicens, ita dixisse Angel. consil. lxxxv. Sed ista ampliatio est falsa: quia in prorogatione ordinarij de loco ad locum, sufficit tacitus consensus, secundum Archidiaconum & Ioan. Andre. in c. ut litigantes. de offic. ordina. in vj. qui dicunt, quòd d. §. in nullo, loquitur in delegato. Et idem tenet Imol. in dicta l. quæro. & reprobat Angel. Ratio: quia regulariter in omni prorogatione sufficit tacitus consensus, l. & si susceperit. ff. de iudic. Not. expressè Bartol. in l. j. in fin. ff. de iudic. Et sic non extenditur §. in
3 nullo. Ergo stat firma opi. Ab. quòd † non habeat locum de re ad rem: & sic sufficit tacitus consensus. Quod not. per text. hîc. ¶ Si procurator[b] con-

[a] Tacitus consensus in prorogatione] *Do. Abb. hîc tenet, q sic, in j. col. in uersic. ex quo ifero. Fel. hîc dicit, q Moderni dicunt, q. opi. do. Abb. est falsa, per tex. in l. j. ff. de iud. Adde tu, q pro opin. do. Abb. facit no. per Bar. in l. si couenerit. ff. de iurisdi. omiudi. in j. col. uersi uerò. ubi notabiliter dicit, quòd quando opponūtur aliæ exceptiones dilatoriæ, antequam opponatur exceptio iudicis, q, amplius opponi non potest, cùm censeatur cōsensisse in personam iudicis: & si omissa exceptiõe incōpetentiæ iudicis opponatur, q actor sit excōmunicatus, uel seruus, uel aliter inhabilis, nō habet amplius locū pœnitentiæ, nec declinatoria iudicis, per l. si susceperit. in principio de iudic. Ecce ergo, q prorogatio potest fieri per tacitū cōsensū ante cōtestationē litis, et illā op. Bar. omnes ibi sequūtur.*

[b] Si procurator] *Adde tu, et dic, q in isto primo dicto Felini tenēda est opi. Bar. in l. ij. ff. si cer. pet. quæ*

posuit circa fin. i uerſ. et iſta ſunt utilia. & eã etiã posuit i lege, à diuo Pio. §. ſi emp. ff. de re iudic. do. Alex. in d.l. ij. ff. ſi cert. pet.

a *Contra dominũ]* Quòd procurator habens mandatũ ad exigendum, & ſolutionem recipiendã, uel numerandam, de eo, quod recepit, uel ad accipiendum pecuniam mutuò, ſi ſolũmodo confitea tur illam pecuniã recepiſſe, non præiudicet domino, uide plenè & not. per do. Soci. cõſ. iij. inci. Circa præſentẽ conſultationem. uerſic. quitò probatur. circa med. in j. part. char. iiij. Et adde ad materiã hanc, quæ haben tur per Authorẽ in c. j. j. ut lit. non conteſt. & quod ibi in apoſ. dixi.*

b *Si dominus di xiſſet, Ad recipiẽ dam pecuniã, & confitendũ recepiſſe]* In iſto ſecũdo dicto Feli. intricatè loquitur, & non bene declarat, quæ fuerit mẽs Bar. & quæ fuerit communis opi. Adde tu, & dic clariùs, quòd Bart. in l. ij. ff. ſi cer. pet. in fin. dicit, quòd ſi dominus diceret in inſtrumento, Facio te procuratorem ad accipiendum pecuniã mutuò, & ad confitendũ te recepiſſe pecuniam, quòd dominus non obligatur. iſtã opi. Bar. tenet Ant. de But. in c. ſi cautio. de fide inſtru. Adde tu, q magis communiter alij tenẽt cõtrariũ, ut Bal. Fel. & Paul. de*

ſeſſus eſt ſe mutuò recepiſſe, non agi-
a tur contra **dominum**[a], niſi probetur numeratio. Bartol. & Paul. de Caſtr. in l. ij. ff. ſi cer. pe. Pet. de Anch. & Domi. in c. quí generaliter. §. fi. de procur. in vj. Lud. Ro. plenius in l. prædia. ff. de acquir. poſſeſ. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teſte. §. j. uer. ſed pone, Aegidius. Angel. in l. ij. §. fin. C. de quadri. præſcri. Ant. & Abb. in c. ſi cautio. de fi de inſtrum. Imol. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obl. & Paul. de Caſt. cõſi. ultimo. Ratio: quia aliud eſt numeratio, & aliud confeſsio, l. j. in fi. C. de dote cau. non nu. Ergo manda tum ad primũ non comprehendit ſecundum. Tex. hîc, ibi, ſolummodò. Itẽ cõfeſsio procuratoris ſpontè facta, nõ nocet domino, l. certum. §. ſed an ipſò. ff. de confeſ. Non obſtat, quòd confeſsio probat ueritatẽ, l. Publia. ff. depoſi. quia uerum eſt in confeſsione domini, quæ probat cõtra ipſum dominũ. Nos loquimur in confeſsione procuratoris, qui cùm non habuerit mãdatum confitendi, non nocet domino: & ſic ceſſant motiua eorũ, qui aliter tenẽt, uidelicet Salic. & Ful. in d.l. ij. Imo. in d.c. ſi cautio, & in l. ſi debitorem. ff. de ſolut. & in l. à diuo Pio. §. ſi emptor. ff. de re iudic. & Fed conſil. lij. quod incipit, Titius fecit procuratorem. Sed opi. primorum cõmunis eſt. Fatentur tamen iſti primi, quòd ſi dominus dixiſſet, Ad recipiendam pecuniam, &
b confitendum recepiſſe[b], poterit confiteri: quia aliàs illa uerba nihil operarentur. Ita Bal. & Paul. de Caſt. in d.l. ij. & Lud. in d.l. prædia. Paul. de Caſtr. d. conſil. ultimo, Ang. in d.l. ſi debitorẽ. Et ibi dicit, quòd confeſsio non nocebit domino: quia ſi producitur intra terminũ, poterit opponere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, poſt biennium habebit regreſſum contra procuratorẽ, l. Lucius. §. tutelæ. ff. de admi. tu. Et iſti in hoc recedunt à Bart. in d.l. ij. & eſt opi. communis. Sed tamen ſuſtentabitur noſtra opi. & Bart. quã ad literam fuit ſecutus hîc do. Abb. licet in ſpecie ad hoc non alleget Bar. Et ar-
4 guo ſic primò. Verba† ſequentia declarant præcedentia, c. ſedes. de reſcript. Ergo uerbum Confitendũ, recípit declarationẽ à uerbo Recípere, ut intelligitur Confitendum, ſcilicet dum modò recipias: ſed non confitearis, niſi recipias. Secũdò copula Et, requirit ibi utrumq;, ſcilicet confeſsionem & receptionem. Non obſtat, quòd nihil operaretur uerbum Ad cõfitendum: quia imò remanet ſoluẽs magis cautus ratione confeſsionis, quam aliàs procurator non potuiſſet facere, ut in præcedenti concluſione. Item non obſtat, q̃ habeat regreſſum contra procuratorẽ: quia melius eſt iura ſua intacta ſeruari, quàm poſt uulneratam cauſam remedium quærere, l. fin. C. in qui. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſ. Vbi autem daretur ſolùm ad confitendum, uel ſi diceretur etiam, ad confitendum non recepta, tunc res eſt clara: quia poteſt confiteri, & nocebit domino. Tamen cogita: quia opi. cõmunis eſt in contrarium. Nec obſtat, quòd ſubintelligitur iſta confeſsio, quia expreſsio eorum, quę tacitè inſunt, nihil operatur, l. iij. ff. de leg. ij. Aliud eſt tamen de plano fatendum[1], quòd agens ex confeſsione illius, qui recepit proprio nomine, concludĕretur, quòd agit deducẽdo in libello ſolam confeſsionem, d.l. Publia. & eſt deciſio Bar. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. Sal. in l. ſi ex cautione. C. de nõnum. pec. Quod aliter nõ examino propter uarietates opinionum, de quibus per Imol. in d.c. ſi cautio. & in d. §. Chryſogonus. cum his,
5 quæ ſcripſi in d.c. ſi cautio. ¶ Procurator† ad uẽdendũ poteſt uendere, & dominium transferre habita fide de pretio, pecunia tunc non interueniente, niſi ſit procurator ſpecialis de pretio limitato: quia aliàs uenderetur ad tempus. Ergo minùs. Et ſic contra formam mandati, l. ſi prædio. in fi. ff. de in diem addict. Itẽ niſi ſit datus ad uendendum ex certa cauſa, putà ad ſoluendum aliĳs de illa uenditione: quia cauſa non ſecuta, non ſeruaſſet mandatum, d.l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. Itẽ, niſi ſit procurator eccleſiæ, uel fiſci, l. ſi procurator Cæſaris. ff. de iure fiſci. Ratio: quia ſemper talis datur ex cauſa. Ita dicit Bart. in d. §. ſed ſi emptor. cum quo concordant omnes nihil mutantes. Et hoc ſequitur Bald. in l. inciuile. ff. de rei uen. & etiam Bald. in l. ſi non donationis. C. de contrahen. empt. & Abb. in c. ſi. de procur. & ſequitur Angel. in l. ij. ff. de iur. omni. iudi. & Bald. in l. cùm uendente. C. ubi cau. fiſca. & do. Abb. hîc. Et ſubdit Bald. in d.l. cùm uendente, quòd licet cõtractus eccleſiæ, uel fiſci, ſit factus habita ſolùm fide de pretio, eſt efficax, quantum ad obligationem: ſed non inducitur translatio dominij. Et ibi allegat d.l. ſi procurator Cæſaris. Item creditor rem ſibi pignoratam poteſt uendere habita fide de pretio. Tex. in l. eleganter. §. ſi uenditionis. ff. de re iudic. ¶ Subdit Bartol. in d. §. ſed ſi
6 emptor, quòd † executor ultimæ uoluntatis non poteſt uendere pecunia non præſente & interueniente. Ratio: quia ſic eſt ad pias cauſas, & tunc clarum eſt, d.l. ſi procurator. Aut eſt ad non pias cauſam: & eſt idem: quia talis executio eſt limitata, ſcilicet pro ſatisfactione legatorum. Ergo ſumus in ſecunda fallen. ¶ Limita, niſi executor haberet liberum arbitrium: quia poteſt uendere habita fide de pretio. Bart. in l. alio. in ult. col. ff. de alimen. & cib. leg. Mouetur per gl. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerb. oblig. ubi procurator ad exigendum debita, poteſt prorogare ſolutionem, ſi habet mandatum cum libera. Meritò enim idem erit in executore habente liberum arbitrium: quod intelligitur, dum modò executor non uẽdat ultra tempus, per qd̃ debet fieri executio, quando eſſet præfixum. Hanc declarationem ponit Imo. in d. §. ſed ſi emptor. quia aliàs eſſemus in caſu tertiæ fallen. Et generaliter de procuratore excedente mandatum, uidebimus in gloſ. penult. ¶ Dicit hîc Innoc. quòd impetrans reſcriptum ſuper iniuria ſibi illata in fundo, non poteſt accuſare criminaliter de uiolentia. Ratio: quia iſtud eſt maius expreſſo. Ergo non uenit, c. ſedes. de reſcript. Et hoc dictum ſequitur Imol. in d.c. ſedes. Et hîc fortiùs dicit Innocen. quòd non uenit in tali reſcripto aliqua actio ad uindictam, ſicut actio iniuriarum: ſed ſolùm illa, quæ conſequitur rem familiarem: & hoc ſecundum dictum ſequitur Imol. in d.c. ſedes. Et hîc Bald. in c. cauſam. de ſent. & re iudic. dicit, delegatus poteſt cognoſcere ſuper appẽditijs reſcripti, non autem ſuper extraneis. Allegat Innocen. hîc per l. ſi de proprietate. C. ſi à nõ compet. iud.

¶ Secundò

Caſt. in d.l. ij. Angel. Ioan. de Imo. Paul. de Caſtr. in l. ſi debitorem. ff. de ſol. do. Alexã. in d. l. ij. Et hoc modo intelligas hic. Feli. qui ſatis confuſè loquitur. Et iſta eſt cõmunis opinio, repro bata opin. Bart. d.l. ij.

¶ Secundò Bald. in l. finali, C. de fideicom. libert. dicit, quòd in mandato iuriſdictionis ueniunt conſequentia ad petita. Allegat Innoc. hîc. Item Bal. in d.l. ſi de proprietate. dicit, quòd qui impetrauit ſuper poſſeſſorio, non poteſt tranſire ad poſſeſſorium retinendæ. Subdit ibi Bald. quòd ſi dico, Titium feciſſe mihi iniuriam ſuper tali re, uenit petitoriũ & poſſeſſoriũ. Allegat Innoc. hîc, & Imol. in c. epiſcopi. de reb. eccleſiæ non alie. & Archidi. in c. quiſquam. xj. q. j. ubi Archid. nõ ponit, ſed ponit in c. & ſi illi. ſuper uerb. ad ius. xij. q. ij. & ibi dicit, delegatus non cognoſcit, niſi in comprehenſis in reſcripto: & ibi allegat Innoc. in d.c. epiſcopi. de reb. eccl. non alie. Dicunt hîc Moder. quòd non eſt mirum, ſi Innoc. exten

a *Libelli] Ad qd̃ adde, quæ habentur per do. Iaſ. May. in l. j. in j. not. C. quando libel. princ. da. ubi etiam uide Fulg. & Bald. in j. not. & per do. Iaſ. in l. j. in v. not. C. ſi cõtra ius, uel utili. pu. & omnino Salic. in authen. qui ſemel. C. quomõ & quando iud. et do. Alex. de Imol. in conſilio ccij. ij. parte, et per eum in l. j. §. fin. de extraordi. cogni.*

ditura loquentia de libello, ad reſcriptum: quia reſcriptũ uim habet libelli[a]. Ita ipſe uoluit in c. ſuper literis. de reſcript. & Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, uel utili. publ. Ideo optimè loquitur hîc Innoc. ¶ Tene menti.

¶ Gloſſ. in uerb. procurator. Iſta gloſſ. iuſtificat tex. Non inſiſto, ſed capio gl. in uer. protinus contradixit. Not. ibi,
7 niſi ſtatim contradicat. quòd † dominus ſciens procuratorem excedere fines mandati, non contradicens, uidetur conſentire: gloſſ. hîc expreſſè. Ant. in c. contingit. in ult. col. de tranſact. dicit, q̃ clauſula De rato, poſita in mandato, habet effectum, quòd attentata ultra fines mandati, obligant dominum, etiamſi exigant ſpeciale mandatum. Dicit de hoc eſſe caſum ibi, & eſt caſus in c. fi. de iureiu. in vj. quem ponderat ad hoc Card. hîc: & etiam ſi eſſet hoc ſine dicta clauſula, per d. text. in c. fin. attento, quòd ibi exceſſus mandati nocuit domino ratione ſcientiæ ad incurrendam pœnam: quo caſu regulariter requireretur ſpeciale mandatum, l. ſi procurator. & ibi ſolenniter Bar. ff. de condi. indeb. Doct. omnes in clem. non poteſt. de procur. text. & glo. in c. procurator. de elect. in vj. Ex quo dictum c. fin. remanet magnæ importantiæ. Reuertere ad cõcluſionem, utrùm dominus ſciens obligetur à procuratore excedente mandatum: Dicas, quòd ſic. Text. hîc: Ioan. An. in c. cùm quis. de ſen. excom. in vj. & ibi Domi. in j. col. & idem tenet And. de Iſer. in c. unico, §. penul. de prohi. feu. alie. per Feder. No. Ant. c. cæterùm. ad fin. de iudic. & Imol. in l. j. §. item ſi uoluntate. ff. ſolu. ma. Idem Imo. in l. ſæpe. in v. char. ff. de re iudic. & Domi. in c. qui ad agendum. de procur. in vj.

¶ Et pro iſta concluſione adduco unum dictum, quod cadit ad c. ſuper quæſtionum. §. ſi uerò. s̃. eo. Adde ibi idem, ſi delegatus inferioris ſubdelegauit ordinario ſciente: quia ualet, qd̃ agit. Guil. de Cun. in l. j. in princ. ff. de exercito. ¶ Limita prædicta, dum modò dominus ſciat intra tempus, infra qd̃ habuiſſet ipſe actũ expedire, dum modò materia ſit præfinita tempore. Ita Domi. de Rota in tit. de conceſ. præb. deciſi. xiij. in antiquioribus, quæ incipit, Item ſi habes. per doctrinam Bart. in l. bonorum. ff. rem ratam hab. facit cle. j. de conceſ. præben. ¶ In eadem glo. ibi, ſi iudex excedit fines
8 mandati partibus ſcientibus. Not. quòd † iudex poteſt excedere fines mandati, ſi partes non contradicant: & hoc, quia tangit partem & eorum utilitatem. Dẽ hoc dicetur in c. fin. j. eo. Cætera dixi in c. ex parte decani. de reſcrip. ¶ In ea. gloſſ. ibi, de tempore ad tempus. Vult
9 enim iſta gloſſ. quòd † procurator poteſt prorogare iuriſdictionem delegati de tempore ad tempus. Sed tu dicas, quòd procurator nõ poteſt prorogare iuriſdictionem delegati de tempore ad tempus, Ita Doct. hîc, & Bald. in l. nam & nocere. ff. de pact. ubi dicit, quòd procurator non poteſt prorogare ſolutionem, niſi ſit datus cum libera: & omnes hîc. Pro quibus facit dictum Bart. in l. ſi in lege. ff. loca. ubi dicit, ſi iudex habet liberũ arbitrium in iudicando, non poteſt prorogare tempus. Secus dicit ibi Bart. ſi habet liberum arbitrium in procedendo: ecce ad propoſitum noſtrum, meritò procurator, qui habet liberam, poterit prorogare. Et hoc dictum Bart. ſequitur Bald. in l. j. §. j. ff. de iure delib. & ſequitur Pet. de Anch. in repet. c. j. de conſtit. in viij. char. uer. ad prædicta facit quæſtio ſtatuti. Hoc ſequitur Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. in xij. q. ff. de offic. proconſ. & leg. Lud. Rom. in l. ſi filiusfam. ff. de dolo. & Bal. & Ang. in l. j. ff. de teſt. tut. Et pro hoc remanet firmata iſta fallen. notabilis. ¶ In eadem gloſſ. ibi, procurator poteſt illud, quod eſt prope mandatum: & ſic procurator excedens mandatum, non obligat dominum, niſi ſciat. Limita, ut non habeat locum in criminalibus. Ita Bald. in l. cùm mandati. C. manda. & allegat text. in c. fin. de homi. in vj. Et ibi ſubdit, quòd per illum text. poteſt fieri una concluſio, quòd ubi mandatum poteſt adaptari ad unam tranſgreſſionem, ad quam poteſt adaptari mandatum, ſemper imputatur domino exceſſus mandatarij. ¶ Limitat alibi Bald. illum text. in l. non ſidem minus. in ult. col. C. de accuſ. quòd ubi eſt in poteſtate mandatarij, non imputatur mandanti: ſecus, ubi non erat in poteſtate mãdatarij: putà, ſi dixi, percutias cum baculo, & tu percuſsiſti cum gladio, uel pugno: uel, percutias cum baculo de die & extra plateam, & ipſe fecit de nocte & in platea, ſi interficitur, non eſt clericus irregularis. Quod not. diligenter. ¶ Tertiò † intellige
10 regulam in extraiudicialibus, in quibus geſta contra formam mandati ſunt nulla: ſed in iudicialibus fallit, ubi tranſgreſsio erat de natura iudicij, ut ſi mandatum dicat, quòd nihil faceret in iudicio, quod ſit inutile domino, ſed faciet neceſſaria iudicij. Ita Bald. in rub. C. de exercito. dicens, quòd ſi aliquis præfecit inſtitorem, dicens, do tibi mandatum ſolùm ad uendendum: pone, quòd obligauit dominum ad euictionem: dicit ibi Bal. quòd tenebitur dominus ad euictionem. Et idem dicit in procuratore. Et idem tenet Bald. in d.l. cùm mandati. Et idem uult Bald. in l. quæ omnia. §. planè. ff. de procur. ubi dicit, quòd ſi procurator habet mandatũ cum clauſula, Promittens ratum haberi, quod legitimè factum fuerit: dicit ibi, quòd iſtud mandatum non ualet: ſed dicere habebit ratum, quicquid faciet procurator. Allegat Bart. in d. §. quæ omnia. & glo. in clem. j. de procur. in uer. debito modo. quæ hoc nõ dicit: bene tangit, ſed non decidit. Sed pro dicto Bald. ſciatis gloſſ. in c. relatio, in uer. canonicè. xxj. q. j. ubi glo. expreſſè iſtud determinat. Et iſtam gloſ. allegat Lud. in ſingulari cxxxix. quod incipit, Promitto ratum habere. Et illam gloſſ. allegat idem Ludo. conſil. lx. quod incipit, In Chriſti, &c. mandatum mihi oſtenſum. Et adde, quòd tale mandatum eſt nullum, ſi pars non opponat. Ita Ludo. Roma. in l. ſi bona. §. ſi in alieno. ff. de dam. infect. & Imol. in clem. de renuncia. & Spec. in tit. de procur. §. ratione autem formę. uerſ. idem excipitur quodam procuratorio. Sed intellige hoc, dum modò pars opponat tali mandato: ſed ſi non opponit, ualet mandatum, & uer. Legitimè, interpretatur ſecundum diſpoſitionem iuris. Ita Bald. in c. fin. de diſa. & ibi Abb. plenioribus uerbis: & ita ibi
11 Ant. ¶ Fallit quartò in caſibus gloſſ. quia † omnia poteſt procurator ultra mandatũ. Doct. hîc, & gloſſ. Et primò allego gl. in c. ſciſcitata. in uer. poſtulauit. de reſtitu. in integ. quã Abb. facit ibi ſingularem: & Abb. in c. cùm cauſam. in iij. notabili, eo. tit. ubi text. opimus. Pro hoc allego Ioan. de Imol. poſt omnes in c. nonnulli. §. j. in j. col. de reſcrip. ubi dixit, quòd procurator datus ad cauſam, poteſt impetrare reſcriptũ ſuper illa cauſa, quamuis impetratio requirat ſpeciale mandatum. Et Spec. in tit. de reſcript. præſen. §. ratione. uerſi. ſed nunquid procurator. ecce, quòd extenditur ad incidentia cum iſto

c. cùm o-
lim.

dicto. Adde decisionem Rotæ in antiquioribus, decis. ij. in tit. de procura. ubi dicunt, quòd procurator datus ad audiendam sententiam duntaxat, potest appellare: & tamen ibi dictum fuit solùm ad audiendam sententiam. Et mouetur, quia hoc appellare est uicinum mandato: nec uerisimile est, quòd dominus uelit præiudicare iuri suo. Ideo poterit appellare. Et illa dictio operatur, quòd non poterit prosequi appellationem. Ita dicunt, quòd fuit iudicatum. Pro ista decisione est consilium Paul. de Cast. xxvj. quod incipit, In Christi nomine, &c. Viso puncto. ubi dicit, quòd mandatum ad comparendum in tali causa, importat, quòd etiam possit appellare: & ibi subdit, quòd istud est incidens: ista ueniunt etiam, si requirunt speciale mandatum. Allegat Innoc. in d. c. sciscitata. Confirmo per dictum Anton. & Imol. in c. cùm inferior. de maio. & obed. ubi dicunt, est data potestas uni, quòd debeat taiem capere & cõdemnare: ille absoluit, quia non erat condemnandus: dixit Imol. & Anton. quòd ualet talis sententia: & illud Condemnare, intelligitur, si meretur. ¶ Limita, nisi commissarius sit executor: ut est glos. j. ibi in fine: quia nihil potest executor, nisi illud, quod mandatur, secundum eos, propter glos. j. in fine ibi: & facit, quia materia, quæ aliàs est stricta, & non extendibilis, tamen extenditur ad contigua. Primò allego glos. fin. in princ. in c. cùm dilectus. de arbit. ubi dicit, quòd potestas arbitri est stricta. Tamen dicit glos. arbiter datus super certa re, potest cognoscere super contiguis. Et ibi not. Ant. & Inno. in c. ex parte. post princ. j. eodem tit. ubi dicit, quòd arbiter potest condemnare in expensis: & ultra hoc in fructibus perceptis à tempore lit. contest. quia potest ista: quia contigua expensis. Secundò allego: testis non debet deponere extra articulum: sed si deponit super contiguis articuli, ualet. Hoc est dictum Bald. in l. peremptoriam. in fin. in uer. quæro, actor. C. sentent. recis. non pos. ¶ Not. tertiò: iuramentum est stricti iuris, c. fin. de iureiur. Tamen habitur ad consecutiua, l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. el j. ff. de iureiur. Aduersarius iurauit stare iuramento aduersarij, si ille dicit uendidisse factam, quòd ille tenetur cauere de euictione, & ad tradendam rem. Et uidebitis glos. in uerb. postulatio. in c. in causis. de elect. quæ dicit, quòd habens mandatum ad eligendum, potest postulare: & ibi Abb. & est text. in l. qui tamen. allegata in glos. Et adde, quæ dixi in c. causam. de re iudic. de excessu circa cont gua mandato.

¶ Limita modò omnia, nisi content 1 in mandato expediri possent sine istis præparatorijs incidentibus, uel accessorijs: sed si potest expediri principale sine istis, nõ ualebit istud, quod agit. Ita Ludo. consil. ccccljx. quod incipit, omnipotentis, &c. in eo, quod quæritur. & hoc allegaui in c. præterea. §. eo. Ibi uide hoc. Ad idem est aliud consilium suum cccxxx. ubi replicat hoc plenioribus uerbis, & scias consiliũ lij. Mariani de Senis, quod incipit, Domi. Ang. Maurocenus. ubi consuluit in hac materia, ubi dicit, quòd adeo est uerũ, quòd fines mandati sunt seruandi, quòd si procurator excedit per æquipollens, non tenet, quod agit. Allegat Bald. in l. fi in stitorem. ff. si cer. pet. & ibi consuluit, quòd procurator, qui poterat obligare commune Senarum, non poterat obligare singulos ciues.

a *Seruandi] Ad quod uide plenè per Andr. de Iser. in c. j. quo tem. miles.*

SVMMARIVM.

1 ¶ *Vicegerens an habeat omnem potestatem, quam habet constituens eum.*

2 *Aperiens literas alienas, an dicatur falsarius.*

CAPITVLVM XXXIII.

Vm olim magister.

¶ Qui acta causæ relationis iudicum delegatorum aperuit, nõ auditur postmodum

1 contra illa. H. D. ¶ An † uicegerens [b]

b habet omnem potestatẽ, ut habet constituẽs? Lud. Ro. in singulari cccl xxij. quod incipit, Bart. in l. filius. ff. delegatio. ubi dicit, quòd uicerector debet honorari, prout rector. Dicit Lud. tex. est pro hoc, in c. precipimus. xciiij. dist. & Bart. limitat in d. l. si filius, nisi esset datus uicerector ab ipso rectore; qui non habet omnem potestatem: secus, si est factus ab uniuersitate: & Bart. ponit in l. aliquando. ff. de offic. proconsul. & leg. & Card. in clemen. j. in vj. oppos. de offic. uic. & ibi dicit, quòd est standum cõsuetudini. De hoc est alter tex. in c. grandi. de sup. negli. præla. in vj. ubi text. probat, quòd administratori dato in regno, debetur idem honor, qui regi: & ita authoritas illius in iuramento est ita excepta, sicut authoritas regis. Item Ang. in l. sed si prætor. §. fin. ff. qui pot. in pi. hab. & ibi text. dicit, quòd locum tenenti debetur prærogatiua, quæ ipsi principi. Text. & Bald. in l. sed si hac. §. semper. ff. de in ius uoc. ubi dicit, quòd maior honor debetur episcopo, quàm suo uicario, propter plures prærogatiuas. Sed quòd non debeatur eadem prærogatiua, uidetur tex. in d. l. sed si hac. ubi tex. dicit, quòd libertus potest uocare tutorem sui patroni in iudicio sine uenia. Hoc mouet Pet. de Anch. in d. c. grandi. & non soluit. Moder. in c. sanè. el ij. §. eo. tangunt, & dicunt, quòd istud est: quia ius petendi ueniam, est cõcessum personæ, & ideo non debet egredi personam. Et quòd nõ extendatur ius personale, est text. in l. seruus si hæredi. ff. de stat. hib. in uer. personæ, quæ demonstratur. Sed ista non satisfacit: quia idem esset in omni iniuria. Sed uera sol. est ista, quòd idem ius debetur uicegerenti in actibus, in quibus repræsentat principalem: in alijs uerò, quos exercet, ubi non repræsentat, secus. Ita propriè fuit in d. l. sed si hac. ut ibi, nõ litigo cum eo; tanquam cum tutore pupilli: quia non in actis pupilli propriè. &c. ¶ Glos. in uer. sigilla. Not.

2 istam glos. quòd † aperiens literas alienas, dicitur falsarius. Innoc. dicit,

c quòd aliud [c] est aperire literas, & mutare: & aliud est, solùm aperire & legere. Et dicit, quòd procedũt iura alleg. in glos. in primo casu: & dicit, quòd in secundo casu punitur pœna arbitraria. Et ita hîc: quia punitur, quia nõ audietur: contra illa ponit Bartol. in l. quid sit falsum. ff. de fal. ubi optimè distinguit. Moder. hîc dicunt, quòd Card. hîc sequitur Bar. in d. l. quid sit falsum. ¶ Secundò Bald. dicit hîc, quòd aperiens acta non punitur, nisi quòd nõ auditur contra ea. & Moder. alle. Bart. in

b *An uicegerẽs] Adde tu de istis gerentibus uices alienas, quid possint? De quo habes bonum text. in authent. de collatori. §. ad hoc. uer. prohibentur. gloss. in l. ij. C. de his, qui uices alterius gerunt. Bart. in l. j. §. hi, quibus. ff. de leg. iij. in prin. & Bart. in l. j. ff. de offic. eius, cui mandatum est iuris. Adde bo. text. in l. compererimus. C. de præpos. sacr. scrinii. lib. xj. & bo. tex. in l. j. C. quibus mu. excu. hi, qui post imple. mil.*

c *Aliud] Adde tu, p clariori intelligentia, p opi. Innoc. quòd inuenio, quòd Bartol. tetigit hanc q. in l. Titio. ff. ad municipi. l. ij. uer. uenio ad tertiam q. ubi dicit, quòd qui abrasit nomẽ alterius in literis priuatis, uel alibi, & ponit nomen suum, committit crimen falsi. Adde tu, quòd idem in simili tenuit Bald. in rub. C. de fide instr. in uerf. quæritur, ubi dicit, quòd abradens & inscribẽs falsum in libro rationum, punitur de falso. Et etiam producens falsam scripturam priuatã, potest puniri de falso, l. fin. C. de fide instrum. ibi Bald. & in l. fi quis. C. eod. Adde consil. Paul. de Cast. in consil. j. Sed*

Sed quid si in literis nihil erat scriptum? Dic, quòd non dicitur falsarius, nec tenetur, ut per Bald. in l. quòd si bene. ff. de iniust. testa. Sed quid si literas mihi scriptas non præsentauit, sed alteri dedit, et manifestauit? Dic, q dicitur falsarius, ut per Bart. post gloss. in l. Titio. in princip. & ibi per do. Alex. de Imol. ff. ad municip.

in l. Titio, cùm esset. ff. ad muni. & in l. si quis aliud. §. instrumenta. ff. de pœnis, ubi idem replicat: & alleg. Lud. in suo consil. ccclv. in ij. dubio. Vlteriùs allego ego Bart. in l. si quis in graui. §. qui tabulas. ff. ad senatusc. Syll. ubi dicit, quòd frangens solùm illam chartulam, cum qua literæ claudũtur, non punitur aliqua pœna. Vnde statutum episcopi excommunicans aperientes literas, non comprehẽdit istum. Secundò Bart. in l. Paulus. ff. de fals. ubi dicit, quòd qui leuat plumbũ literis Apostolicis, incidit in crimen falsi. Et hoc dictum limitat dictũ præcedens: quia qui aperit & leuat chartam, non tollit uim literis: secus de illo, qui leuat plumbum. ¶ Secundò dicit: generaliter omnis actus factus, ut uerum non appareat, inducit falsum: & pro hoc facit c. j. de crimi. fal. Et de ista materia ponit Ang. de Are. in tract. malefi. in uer. falsarius. ¶ In quantum dicebant Mod. quòd iste est falsarius, quia ostendit sibijpsi, quia erat aduersarius: intellige Bar. in d. l. quid sit falsum. q loquitur, quando quis ostendit alterius ius alteri par-

a *Alteri parti] Vide Lud. pon. in d. consil. cccxcij. in ij. dubio 5. alle. in text.*

a ti, quãdo solùm tangit unum ex aduersarijs: sed hoc iam erat effectũ commune: meritò Papa non punit de falso: quia tantum ius habebat in eo, quantum habebat aduersarius: & sic aperiens literas, ut ostendat illi, cuius sunt communia, non dicitur falsarius. Casus est hîc, & erit una limitatio ad dictum Bart. in d. l. quid sit falsum. ff. de fal. De falsante acta ponit Bart. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. & omnes in c. cùm uenerabilis. de except.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Dispositio in dubio interpretatur ad frequentiora.*

2 *Amicus an admittatur pro amico in iudicio.*

3 *Coniunctus admittitur pro coniuncto cum cautione rati.*
Et ista est regula, quæ patitur quinq; fallentias, ut hîc, num. 4.

5 *Coniunctus non admittitur pro coniuncto, etiam cum cautione rati, ubi actus requirit speciale mandatum.*
Hoc fallit in septem casibus hîc enumeratis, & num. 6.

7 *Procurator, de quo dubium est, an habeat mandatum, quando admittatur cum cautione rati? & regulariter, quòd semper. Fallit in quatuor casibus.*

8 *Mandatum procuratoris an efficiatur dubium per negationem? & ponit regulam, quòd sic.*
Quæ regula fallit quatuor modis, ut hîc per ordinem.

9 *Mandatum procuratoris quando dicatur dubium? Dicit, quòd tunc, quando ostenduntur iura ad causam facientia. An hoc sit uerum, uide hîc.*

10 *Mandatum procuratoris efficitur dubium, quando negatur, illum, qui facit mandatum, esse notarium.*

11 *Delegatus tenetur admittere subdelegatum collegæ.*

CAPITVLVM XXXIIII.

Oram. ¶ Delegatus subdelegatum

collegæ impediti nõ tenetur admittere, si in rescripto est clausula, quòd si ambo. Hoc dicit secundum unum intellectum. Vel sic: si delegatus non tenetur admittere collegam sibi adiunctũ per literas surreptitias, nec eius sub-

1 delegatum. H. D. secundò. ¶ Not. quòd † in dubio dispositio interpretatur ad frequẽtiora. Text. est hîc in uer

bo, si interesse nequiuerit is. Et pro hoc allego glos. in c. literas. de sponsa. & est tex. in l. nam a deo. ff. de legi. & de hoc ponit beatus Tho. ij. ij. q. cxlvij. art. iiij. ubi dicit, q statuta communia debent fieri ita communiter, ut conueniant multitudini: & sic considerant illud, quod communiter accidit, & in pluribus accidit. ¶ Aliquando tamen lex disponit de eo, quod raro cõtingit, quando illud est tale, quòd frequenter non cõtingit. De hoc est text. in cle. quia cõtingit. de reli. do. & ibi no. Car. in uer. aliquando. Ad idem est tex. in l. si à sponso. in uer. quod raro accidit. C. de don. ante nupt. Cum his allegatur gl. in l. nec natales. C. de proba. quę dicit, quòd arg. à communiter accidẽtibus ualidat probationem æquiuocã: & tunc cessat illud, qđ nõ probat hoc esse, &c. ¶ Addę, q dispositio specificãs certos casus, qui sæpe occurrũt, extendi potest ad raros eandem rationem habẽtes. Est de hoc gl. in cle. j. in uer. præsidentes. in fi. de rescr. ubi gl. uoluit, q hoc habeat locum etiam in materia correctoria, & pœnali. Est alia in c. ij. in uer. reus. de confes. in vj. ubi tex. loquitur in reo: & gl. extendit ad actorem. Sed ideo dixit de reo: quia frequẽtiùs occurrit. Gl. est, & tex. in c. j. §. si quis rusticus. de pace tenen.

in usib. feu. ubi gl. extendit illum text. b *in l. exigendi] Et ibidem uide ad hoc do. Alex. de Imol. in l. non solùm. §. qui alieno, ff. de procur. ubi etiam per Bart. in j. col. in uer. fallit in coniuncta persona. & per do. Alex. in l. cùm de lienam. C. de legi. & adde Ludo. in fing. in uer. amicus. & uide Fulg. in l. fed & hæ. de procur. qui dicit, eum intelligendũ de amico coniuncto maxima amicitia.*

qui loquitur de rustico portãte arma ad alios: & etiã alia gl. in l. j. C. de rap. uirg. in princ. ubi eadẽ pœna punitur mulier rapiens uirũ, sicut uir rapiens uirginem. Et ideo tex. dicit de uiro ratione proprioris accidentis. Et Ioan. An. in addi. Spec. in ti. de loca. §. j. prope princ. ubi dicit, q pactũ de quarta parte uitiũ plantandarũ extendit etiã ad alias plantas: sed ideo dixit de uitibus, quia frequentiùs plantant uites, q̃ alios fructus. ¶ Gl. in uer. absq; literis de ratihabitione, &c. Coniunctio spiritualis nõ supplet mandatũ. Ita tenent omnes in c. cùm M. de consti. in gloss. j. Vbi uide in uoce & in scriptis nostris. ¶ De † amico uerò, utrũ admittatur pro amico? Quòd admittatur pro amico cum cautione rati,

b tenet Sal. in l. exigendi [b]. C. de procur. Idem Spec. in tit. de aduocato. §. obijcitur. uer. est & ordo. Io. An. in c. fin. de postu. & facit c. requisisti. de testa. iuncta gl. pen. in fi. & in c. ij. de testa. in vj. ubi idẽ disponitur in affectione præstita ratione amicitię, quod ratione affinitatis. ¶ Tamẽ cõmunis opinio est in contrariũ, ut late probat Lu. Ro. in l. si uerò. §. de uiro. in xxvj. fal. ff. sol. mat. Ang. in l. sed & hæ personæ. ff. de procur. Bal. in l. j. C. qui accus. nõ poss. Ant. & Imol. in d. c. fi. de postu. & Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad senatusc. Treb. maximè per tex. in l. j. C. si per uim, uel alio modo. ubi speciale est odio spoliantis, ut cõtra eum

3 amicus possit agere, p amico. ¶ De † coniuncta persona facias unã conclusionem, ultra Abb. hîc: Cõiunctus ad-

c mittitur pro coniuncto [c] cum cautione rati. Ista est regula. Et quæ dicatur persona coniuncta, dixi in c. nonnulli. de rescript. Amplia, etiamsi coniunctus, pro quo uellem agere, esset minor. Ita Bald. in l. exigendi. in fin. C. de procur. & Bart. in l. si actor. in fin. C. de appell. de quo per Spec. in tit. de coniuncta persona. in prin. Ista sit regula.

c, coram.

c *Pro coniuncto] Ad quam materiam uide omnino do. Ias. May. in d. l. exigendi. alle. in text. quòd ista regula quatuor modis extendit, & eam limitat xvij. modis: ubi etiam uide do. Francif. de Aret. qui dicit, quòd quãdo coniuncta persona uult admitti ad defendendum, habet locũ satisfatio. Vnde, secundũ eum, tenetur cauere de iudicato soluẽdo. Et adde, quæ ad hoc habentur etiã per authorem in c. sunt et alij. §. de rescript. cum remiss. quas ibi † apposil. adduxi.*

Ee 2 ¶ Fallit

¶ Fallit primò in coniuncto uolente agere pro coniuncto habente tutorem, uel curatorem: quia non auditur: quia hoc spectat ad ipsos. Text. est in l. senatus. C. qui accu. non pos. ubi Bald. in princ. ¶ Secundò fallit, nisi cõiunctus dimisisset procuratorem: quia uidetur omnem alium prohibuisse. Hoc uoluit Spec. in tit. de coniuncta persona. uer. item quod agit. Ang. in l. cùm prætor. ff. de iudic. Imol. in c. ex parte decani. de rescri. Quæ duæ fallen. non procedunt, ubi isti essent negligentes. Ita Paul. de Cast. in l. si longiùs. ff. de iudic. ibi: si non sit,
4 qui patris nomine agat. ¶ Fallit † tertiò in coniuncta persona agente contra uoluntatem eius, pro quo agit. Text. in l. Pomponius. in fin. ff. de procur. etiamsi offerat cautionem rati. Et ex hoc nascitur, quod dixit Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de coniuncta persona. in uer. Obertus dicebat, quòd si coniunctus meus facit me procuratorem specialiter in una causa, non possum agere in alia, præter illã: quia uidetur aliàs prohibuisse, per l. maritus. C. de procur. & d. l. Pomponius. ¶ Quartò fallit, ubi coniunctus uellet præferri magis coniuncto: quia nõ admittitur, sed proximior admittitur: & si essent pares coniunctiones, magis idoneum iudex admittet. Ista ponit Sal. in d. l. exigendi. argum. l. si plures. ff. de popu-
5 actio. ¶ Vltimò † fallit in requirente speciale mandatum: quia etiam cum cautione de rato coniunctus non admittitur. Text. in l. patri. ff. de mino. Abb. hîc, gloss. in c. constitutus. de restit. in integ. præter quàm in vij. casibus: extra istos septem fallentia est uera. ¶ Primus, ubi coniunctus, pro quo agit, esset prodigus, uel furiosus, alium curatorem non habens: quia potest agere. Text. in d. l. patri. in fin. princ. ¶ Secundus in impetratione rescripti, c. nonnulli. in fin. de rescript. & ibi est regula & fallentia: & in c. ex parte decani. eo. tit. ¶ Tertius casus est, ubi materia est leuis prærudicij: quia tunc auditur. Lit. de hoc decisio Ioan. An. in c. constitutus. de resti. in integ. de quo facit festum ibi Abb. Pro quo habetis allegare Bart. & plenius Lud. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infect. in quantum tenent, quòd coniunctus, qui agit, potest iurare de calumnia, dato quòd in iuramento calumniæ requiratur speciale mandatum, c. fin. de iura. cal. in vj. Et ratio: quia tale iuramẽtum est leuis prærudicij, & ideo potest iurare, quia uidetur frustra agere, si non posset iurare de calumnia. ¶ Quartus casus est, quando esset consors eiusdem litis. Ita probat text. in d. c. constitutus. de restit. in integ. ubi frater pro fratre agebat: & facit c. cùm pridem. de pact. & clem. religiosus. de procur. bonus text. in d. l. patri. in princ. & ibi Bart. optimè loquens. ¶ Quintus casus est, ubi coniunctus facit fidem de mandato: quia tunc admittitur: text. in l. quod si de speciali. ff. de mino. Ita not. hîc do. Abb.
¶ Sextus casus est in causa matrimoniali. Text. in c. accedens. de procur. ubi pater auditur pro filia, & tamen requiritur speciale mandatum: gloss. fi. in c. qui ad agendum. de procur. in vj. & gloss. in c. fin. eo. tit. & lib. in uer.
6 contrahendum. ¶ Septimus † casus est in materia spirituali, ut uoluit gloss. fing. in c. cùm pridem. de pact. prima in ordine. Sed utrùm sit uerum, quòd in spiritualibus requiratur speciale mandatum? Abb. hîc dicit, quòd in causa spirituali coniunctus non admittitur: & ratio, quia in illis requiritur speciale mandatum: & tenet Rot. in nouis, decis. cxlij. quæ incip. In causa beneficiali. & est vj. in tit. de procur. Et mouentur propter duas rationes. Prima, propter grauitatem materiæ. Secunda, quia nõ cadit cautio rati in spiritualibus. Idem tenet Abb. in d. c. cùm pridem. in pen. col. contra gloss. ibi. Idem tenet Lap. alleg. lxx. Ludo. fing. dcxxvj. quod incip. Tu audiuisti l. exigendi. Card. in clem. j. in vj. q. de procur. & in clem. non potest. in iij. q. eo. tit. Bart. in l. stipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de uer. obl. in fin. & Abb. in c. nonnulli. de rescript. Sed dicas, quòd de rigore iuris contrarium est uerum, uidelicet quòd ad agitandam causam spiritualem non requiritur speciale mandatum. Et ita sit uera gloss. in d. c. cùm pridem. Allego dictum Card. in d. clem. j. de procur. ubi mouetur per c. fin. de procur. in vj. per locum à speciali, ubi text. dicit, quòd ad contrahendum matrimonium requiritur speciale mandatum. Dicit ergo, si est speciale in contrahendo, non erit speciale ad agendum in causa matrimoniali. ¶ Secundò mouetur: quia inter casus requirentes speciale mandatum, non reperitur enumeratus iste casus, c. procurator. de elect. in vj. ubi procurator non potest sine speciali mandato obligare dominum ad iuramentum. Et est alius casus in clem. non potest. de procur. Ergo si est speciale in his, secus in aliis. Et est alius casus in acceptando beneficium: gloss. in c. si ti bi absenti. de præben. in vj. Tamen dicit Card. quòd ad euitandas opin. debet dari mandatum. Firmant hanc opin. do. de Rot. decisi. cclxxv. in nouis, quæ est in tit. de procur. xxvij. quæ incip. Fuit dubitatum. Et ibi dicunt, quòd in causa spirituali non requiritur speciale mandatum. Ita dicunt fuisse decisum in Rota: & ibi dicunt, quòd agitare causam spiritualem non est tanti præiudicij, sicut facere actum spiritualem: & ratio, quia laicus potest esse procurator in causa spirituali, c. j. de procur. in vj. Secundò mouentur ipsi: quia non est uerum, quòd in causa spirituali non possit præstari cautio de rato: quia imo caueri potest de rato. Allegant gl. sing. hîc. Et pro ista parte potest induci gloss. in clem. j. in uerbo, ciuili. de offic. deleg. quæ probat, quòd causa spiritualis magis accedit ad causam ciuilem, quàm ad criminalem. Ergo poterit admitti coniuncta persona.
7 ¶ Quando † faciens dubium de mandato admittatur cum cautione rati? dicas, quòd regulariter semper: gl. hîc, & in c. j. de procur. & text. in l. j. apud Legistam, C. de procur. ¶ Fallit primò, quando per cautionem non esset plenè consultum aduersario. Ita Bart. in l. non solùm. §. qui alieno. ff. de procur. in j. col. uersi. tertius casus. & in d. l. j. Allegat text. qui ponit exemplum in l. qui ita. ff. ad Treb. in uerb. posse restituì hæreditatem, &c.
¶ Fallit secundò in eo, qui dicit se habere mandatum publicum: putà, si est delegatus. De hoc est decisio gloss. & Bart. in d. §. qui alieno. & text. in §. eos. in authent. de colla. c. cùm in iure. ẽ. eo. & l. j. C. de man. princ. ¶ Tertiò fallit in solutione recipienda. Hoc uoluit Abb. hîc, & est decisio glo. & Cyn. in d. §. qui alieno. & malè, secundum Bart. ibi, & in l. si fine. ff. rem rat. hab. per text. in l. quòd si de speciali. ff. de minor. Et sic admittitur cum cautione rati. ¶ Quartò fallit, quando dominus esset præsens: quo casu uerificari potest mandatum: quia nõ auditur, si facit dubium de mandato. Ita Ang. in l. mutus. §. si is, qui. ff. de procur. Et adde, quòd substitutus à procuratore, faciens dubium de substitutione, debet cauere procuratorem ipsum ratum habiturum, non dominum: & hoc, si post lit. contest. datus est: secus, si antè: quia tunc cauet dominum habiturum ratum, secundũ Bart. in l. de curatore. in fin. princ. ff. de cura. bo. dam. Et idem tenent Io. And. & Domi. de san. Ge. & Pet. de Anc. in c. is, qui. de procur. in vj. Item adde, quòd ista cautio rati potest peti etiã coram arbitro. Ita Bal. in l. in causæ.
8 §. hæc autem cognitio. ff. de procur. ¶ Vtrùm † per negationem fiat dubium de mandato, difficilè est intelligere. Abb. hîc in responsione primi argu. Ratio est, quia sicut non præsumitur quem esse debitorẽ, ita non præsumitur quem esse procuratorem. Ergo sicut negatio asserti debitoris facit rem dubiam, ita negatio negantis quem procuratorem. Pro uera intelligentia facias regulam, q negatio facit rem dubiã, l. iij. C. qui. ad liber. proclama. nõ licet. ubi negãs se seruũ, dum dicatur seruus, facit rem dubiã: gl. in c. j. de off. deleg. in vj. & gl. magna in medio, & gl. j. in c. ueniens. de renun. ¶ Fallit primò, ubi dubietas oriens ex dubitatione tenderet ad incommodum negantis. Ita Abb. in c. j. in j. col. de procur. Ita

respondeas ad arg. prædictum: & est responsio Bart. approbata in d. §. qui alieno. & in d. l. j. ad fin. C. de procur. quem ibi omnes sequuntur cõmuniter. Mouetur: quia si negans quem procuratorem, faceret rem dubiã, semper quilibet admitteretur cum cautione rati, quod est inconueniens. Ergo, &c. Et probatur: quia aliàs reo negante, & actore non probante, iudex absoluere nõ posset: quia in re dubia nõ fertur sententia, xj. q. iij. c. graue. Quod tamen est falsum, per c. j. ut eccles. benefi. Et ideo negatio non nocuit reo. Ad idem text. optimus in l. j. in princ. cum gl. in uer. iure. iuncto text. ibi alleg. in gl. ff. si cui plus quàm per l. Falc. ubi non sufficit quælibet dubitatio oriens ex allegatione partis, ut res dicatur dubia. Et ibi Ang. dicit, quòd simplex negatio nõ dat causam cautioni rati. Præterea esto, quòd transactio oritur aliquando ex negatione rei faciente rem dubiam, etiã actore nihil docente, tamen si negatio facit rem dubiã, potest transactio prodesse neganti, l. de fideicommisso. ff. de transact. ubi transigens non dicit se læsum. ¶ Fallit secundò, ubi negatur id, in quod nulla cadit probabilis inficiatio. Ita Abb. in c. super eo. in j. not. de testi. cog. Idem tenet Innoc. in c. tua. de coha. cle. & mu. & in c. ex parte in Christo. de uer. sig. Faciunt duo dicta. Primũ dictum Bald. primò in c. ad nostram. in fi. de proba. ubi dicit, q reus factis legitimis probationibus semper cõdemnari potest. Ad idem glo. & Bart. in l. post rem. ff. de transactio. ubi dicit, q si contra negantem sunt probationes paratæ, non fit res dubia. ¶ Fallit tertiò, ubi est præsumptio contra negantem. Innoc. in d. c. ex parte. ut si episcopus petit iura episcopalia à clerico, clericus negat. Dicit Innoc. q hæc negatio non facit rem dubiam. Arch. ij. q. j. c. si peccauerit. §. quando. & Ant. in c. uenerabilis. de censi. & do. de Rot. in nouis, decis. ccxxvij. quæ incip. si contra petentem. Abb. in c. si clericus. in iij. not. de fo. comp. & est gl. in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. in uer. dubitet. ff. qui satis. cog. Quam ita allegat Angel. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. ¶ Fallit quartò in negatione facta extra iudicium. Ita Innoc. in c. uenerabili. de censi. & ibi Ant. ita restringens d. l. iij. licet aliter intelligat eam Bart. in l. tres fratres. ff. de pact.
9 ¶ Quando † dicatur dubiũ de mandato? Tunc fit dubium, quando ostenduntur iura ad causam facientia. Ita est text. hîc melior de iure: ibi, cum instrumentis eiusdem ecclesiæ. & hîc Innoc. gl. & omnes. Idem tenet Bart. in l. uulgo. in fi. ff. de admi. tut. & in l. iij. §. causæ. ff. de Carbo. edi. Idem Bal. & Ang. in l. Mæuia. ff. sol. mat. & ibi clariùs Imol. & Paul. de Lea. & Imol. in c. j. de procu. & Paul. de Cast. in l. j. C. eo. tit. Contrarium firmat Bal. & Sali. in d. l. j. C. de procur. Bald. in l. j. §. Labeo. ff. de pact. quia potuisset iura subtraxisse, saluo quod in l. fi. C. de pact. con
10 uen. ubi probatur in marito uolente agere in bonis paraphernalibus. Ant. hîc tenet idem, nisi probet duo: primò, se habere dicta iura: secũdò, se habuisse à domino. Tamen prima opin. communis est, secundum Imo. hîc. Tenet idem Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cle. in fin. & Ant. in c. cùm dilectus. de reli. do. & Imol. in cle. j. de procur. concludens idem esse, etiamsi non appareret dominũ dedisse, per text. hîc. ¶ Limita primò, nisi probetur dominum dedisse instrumenta: quia tunc nõ solùm fit dubium de mandato: imo non est opus cauere de rato: quia præsumitur mandatum. Ita Bal. & Imol. hîc: ratio, ut illa traditio aliquid operetur, per d. l. fin. C. de pact. conuen. Et ibi est tex. expressus in uerb. nulla ratihabitione ab eo exigenda. Et hoc solùm ponunt hîc Mod. Vide tu Ludo. fing. dcl. quod incip. nunquid. ubi idem tenet. Primò allegat: quia cõtrariorum eadem est natura. Tunc si restitutio instrumẽtorum facta inducit expirationem mandati, Text. in l. negotiorum. secundũ Ang. fing. §. fi. ff. de app. ergo eodem modo datio instrumentorum inducit mandatum. ¶ Secundò arguit: ostensio sigilli personæ principalis absq; pbatione tra-

ditionis eiusdem, facit præsumi mandatũ. Ita Ioã. And. post Host. in c. ij. de solu. ¶ Tertiò: ostensio instrumenti debiti cãcellati facta à debitore, inducit præsumptionem liberationis, l. si chirographum. ff. de proba. & Bar. in l. fullo. §. qui tabulas. ff. de fur. Ergo in simili præsumitur mandatum. ¶ Secundò limita, nisi ostendens dicta iura, & non probans, q sibi data esset persona domestica & cohabitans domino, nõ facit dubium ostendendo iura. De hoc est deci. Lud. Ro. in d. fing. & plenius consil. suo cccxlvj. quod incipit, Primus proponit consultationis articulus. ubi consuluit hoc in terminis, & mouetur per tex. in l. unica, §. ille autẽ. C. de Lati. lib. tol. ubi tex. dixit, q instrumentũ debiti, quod reperitur cancellatum penes domesticũ, non probat eum fuisse liberatum: & ratio, ne detur occasio domesticis furandi scripturas ipsi domino. Eo modo ĩ casu nostro. Ita pulchrè Lud. ibi. De hoc tamen est dubium: quia text. noster loquitur in distinctè: & loquitur in clerico, qui erat clericus eiusdem ecclesiæ. Ergo uidebatur domesticus. Et ita tex. in l. j. C. eo. Et non obstat d. §. ille autem. quia ibi est inductũ hoc propter euidẽs cõmodum, ad quod tenetur domesticus aspirare. Sed faciendo se reputari procuratorem, nullũ euidens cõmodum censeẽ. Et ideo dato, q sit domesticus, faciet dubiũ de mandato, si ostẽdit iura. Et hoc tene menti. ¶ Tertiò limita, nisi ille, qui ostendit iura, esset persona nõ cõsueta procurare: quia uidendo, q habeat instrumenta, præsumitur potiùs quædam custodia, cũ ut causam agitet. Hoc uoluit Imo. hîc, argu. eorũ, quæ habenẽ in l. cùm quid. ff. si cer. pet. Tamẽ hoc uidetur cõtra istũ text. iuncto dicto Innoc. in c. j. de obli. ad ratio. nisi dicas Imol. sensisse, q ista ostensio nõ probet mandatũ uerè, sed faciet dubiũ de mãdato. Ita text. hîc. ¶ Fit etiã dubium de mandato, quando ostenditur sigillũ domini, secundũ Ioan. An. in c. ij. de sol. dum modò ostendat dominũ dedisse: aliàs dictũ est falsum, sm Domi. late in c. quamuis. de procur. in vj. ¶ Et aliquando ostensio sigilli adeo probat mandatũ, q nõ est de cautione rati cauendum. Primò, quando cõsuetudo ita se haberet, sm Dom. in d. c. quamuis. Et ibi dicit, se uidisse Senis ita practicari. Idem dicas, quando sigillum est determinatum solùm ad sigillanda mandata procuratoria. De hoc est decisio Bal. hîc, & Imol. in d. c. ij. de solu. Pro quibus facit dictum Ang. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. ubi dicit, q ostendendo sigillum delegantis, probatur delegatio, si cum illo consueuit sigillare mandata delegatoria. Et ultra prædicta ponit Bal. in tit. de pa. Constan. in uer. muniri. & in l. falsus. in fin. C. de fur. & in l. procuratorem. ff. de procur. & in l. j. in ult. col. C. eo. & Lud. in sing. & consil. præalle.
¶ Tertiò † fit dubium de mandato, quando negaretur notarius, qui cõfecit mandatum, fuisse notarium: quia tunc isto casu fit dubium: tamen admitteretur cum cautione. Hoc uoluit Ang. in l. j. C. de procur. Idem, si negatur præsentantem mandatum esse illum, de quo mandatum loquitur. Hoc intellige, nisi talis ueniret de partibus remotis: quia habendo mandatum, præsumitur esse ille, de quo loquitur mandatum. Ita Bald. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cle. Idem tenet Imol. in cle. j. uersi. quid si dicatur. de procur. Fortifico per dictum Spec. in tit. de instru. edi. §. restat. uersi. quid si producatur. ubi dixit, quòd creditur literis officialis attestantibus quem esse notarium, ubicunque literæ producantur. Quod plenè etiam ponunt Ant. & Imol. in c. ij. de fi. instr. ¶ Considera: quia si iste ultra mandatum habet iura, res est clara: quia præsumetur procurator? sed ubi haberet solùm mandatum, uidetur, quòd literæ testimoniales non sufficerent ad probandum illum esse Titium, uel notarium: & hoc propter dictum Ang. in authent. de tabellionibus, & Paul. de Cast. plenè consilio ccccliij. incip. Videndum est, utrùm fides sit adhibenda, ubi latissimè probat, quòd literæ testimoniales nõ

probant. Et sic ista pars contraria est uerior, nisi consuetudo aliter se haberet: & ita ubicunq; oritur probabilis dubitatio mandati. Et sic sunt ista expedita. ¶ No. ibi gl. æstimabitur. Quantum læsa sit ecclesia, quæ dicit, q; in causa spirituali quis admittitur ad agêdum, & tenebitur ad interesse, si nõ habebit dominus ratum, quod per istum gestum erit. Quod not. ¶ Gloss. in uer. horum ueritate. No. istam gloss. quòd sicut debet fieri mentio de processu, quãdo reuocatur iudex per secundum rescriptum, ita quando non reuocatur, sed datur sibi adiunctus. Et est ista gloss. not. Hanc glo. sequitur Imol. in c. ex literis. ſ. eo. & ibi allegaui, & in c. cæterùm. de rescript. ¶ Gloss. in uer. admittere noluit. Cum ea capio gloss. fin. quia dependet â penultima: facias unam regu
11 lam, quòd † delegatus tenetur admittere subdelegatũ collegæ. ¶ Fallit primò, ubi est clausula, Vnus, uel alter uestrûm. ¶ Secundò, ubi est impedimentum perpetuum. ¶ Tertiò, ubi est temporale & ineuitabile. ¶ Quartò, ubi est clausula præelectiõis, scilicet quòd si nõ omnes, tu frater episcope. ¶ Quintò, ubi est clausula Appellatione remota, ut hîc p Doct. ¶ Et pro intellectu secundæ fal. & sequentis, dicas, quòd ubi impedimentum est perpetuum, uel temporale, sed ineuitabile, q; dicitur delegatum non posse, nec uerificatur clausula ex ui uerborum, sed ex quadã iuris interpretatione, quod ius uult etiam ex uolũtate dictam clausulam uerificari, c. prudẽtiam. ſ. adijcimus. ſ. eo. Rectè ergo loquitur hîc gloss. in uer. quod non intelligitur. capiendo impotentiã uerè, quando nullatenus potest: quia tunc omnino uerificatur clausula, & ideo subdelegare non potest: sed ubi uerè posset, sed non uult ratione incommodi, nõ est uerificata clausula: & ideo subdelegare potest, nisi in casibus prædictis.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Recusare potest quis ciuitatem, propter inimicitias ciuitatis. Hoc limita, ut num. 2.*
3 *Citatus ad locum notoriè non tutum, non tenetur ire: sed neq; se excusare, allegando locum notoriè non tutum.*
4 *Canonicus potest esse testis pro cõcanonico: item scholaris pro conscholare, frater pro fratre.*

CAPITVLVM XXXV.

VM R. canonicus. ¶ Locus, ad quem reus accedere non potest, & canonicus in causa concanonici recusari potest.
1 H.D. Dicunt hîc Mod. quòd † pro isto tex. est tex. in cle. pastoralis. in uerb. Pisani. de re iudi. ubi tex. dicit, quòd propter inimicitias ciuitatis potest quis recusare ciuitatem: & allegant c. accedens. el ij. ut lit. non contest. ubi text. dicit, q; quis non tenetur comparêre in terris inimicorum, etiamsi haberet saluum conductum. Dic tamẽ, q; ubi sunt guerræ generales in loco, si possunt citati uenire cum literis salui conductus principis, uel guerram facientium, q; non excusantur, ut est decis. do. de Rota cccxv. incip. Licet guerræ, & est de do. & contu. xij. in nouis. ¶ Item dicunt, q; locus iudicij
a *Tutus] Ad quã materiam adde, quæ habẽtur per authorem. in c. accedens. el ij. & quod ibi in apost. dixi.* a debet esse tutus [a] parti, aduocato, testi & procuratori. Allegant gloss. in c. hortamur. iij. q. viij. ¶ Item, quòd non est opus appellare à loco notoriè non tuto. Allegant Bald. in l. executorem. C. de exec. rei iudic. ¶ Non obstat gloss. in cle. appellanti. de appel. ubi notorium debet allegari: quia fallit isto casu, secundum eos. Allegant Innoc. in c. prꝛterea. de dila. ¶ De securitate respectu iudicij allego text. ultra Doct. in c. præceptum. ij. q. ij. & tex. in c. siue de coniugij. xxxiij. q. iij. ¶ Et hoc est uerum, nedum respectu partis & testium, sed etiam respectu iudicis, & est ista una limitatio ad ſ. in nullo. in c. statutum. de rescrip. in vj. & de hoc est text. in c. statuimus. de offic. dele. lib. vj. Et hoc intellige, scilicet dum modò delegatus eligat locũ proximiorem & securum. Ita Ioan. An. ibi, allegans text. in cle. j. in prin. de fo. comp. Secundò c. ubi maius periculũ. ſ. porro. de elect. in vj. Et istam declarationem not. Mari. in c. qualiter. el ij. q. iiij. arti. x. & est text. in c. cùm dilecta. in fi. de confir. uti. uel inuti. uer. tutum & cõmodum. & tex. in c. uenerabilibus. ſ. secus. de sent. exc. in vj. & in c. accepimus. de fi. instr. in uer. cõgruo & securo. & in c. cùm personæ. de priui. in vj. & text. in l. Fulcinius. ſ. quid sit latita re. ff. ex quib. cau. in poss. ea. ibi, tyranni crudelitatem timens. Et sic ista probãt, q; locus iudicij debet esse tutus. ¶ Amplia, etiamsi quis obligasset se posse conueniri, ubicunq; inuenitur: quia tunc etiam potest allegare sibi locum nõ tutum. Hoc fuit dictum Ang. in l. cùm res. in prin. ff. de leg. j. quod Imol. reprobat ibi: quia promittens debuit cogitare hoc potuisse uenire. Tamen primum dictum est ue-
b *Verius] Adde idem tenẽtem do. Alex. de Imol. in l. si conuenerit. in x. fal. ff. de iurisdict.* b rius [b], per id, qđ notant Ant. & Imol. in c. j. de iudi. ubi dicunt, q; dicta clausula nunquam intelligit̃ de loco, ubi quis non fuisset specialiter promissurus. Modò sic nõ est uerisimile, q; quis se obligasset ad locum non tutum. Ergo, &c. Et sic optimè probatur ista doctrina. ¶ Amplia secundò, etiamsi haberet literas salui conductus: quia tunc etiam non tenetur credere inimico. Tex. est in c. accedens. el ij. ut lit. non contest. ¶ Primò limita hoc e
2 se uerum, quando † quis timet gentes inimicas, populum, uel statutum: secus, ubi timet solum iudicem, fortè propter sententiam banni cõtra eum
c *Saluusconductus] Adde tu, q; tex. in c. ex transmissa. de resti. ſpo. dicit, quòd quis non tenetur credere saluoconductui, ut se committat capitali inimico. Et idem tenet Ludo. in l. iij. ſ. fi serui. ff. de acquir. poss. in l. recusare. ſ. si quis alio. ff. ad Treb. Bart. & Ang. in l. j. ad leg. Iul. maiest.* c latam: quia tũc saluusconductus [c] plenè tollit causam timoris, iuxta ea, quę ponit gloss. & Bar. in l. is, qui reus. ff. de pub. iud. Et ista fuit limitatio Ang. in disput. incip. Bononiensis suæ ciuitatis bannitus. in v. q. Idem tenet Sal. in l. reos. C. de accus. uer. expeditis contrarijs. ¶ Quod dictum limita, nisi fm morem patriæ talis saluusconductus iudicis non redderet illum tutũ: quia non tenetur illi credere. Ita Ioan. An. in add. ad Spec. in ti. de accus. ſ. fi. uer. quid si bannitus. ubi exemplificat in bãnito propter offensam tyranizantis in loco. ¶ Secundò limita prædictam ampliationem, nisi posset comparêre per procuratorem: quia tunc debet comparêre, ex quo habet saluũconductũ. Ang. in d. disput. uersi. super quarto. Allegat l. Papinianus exuli. ff. de minor. ¶ Fallit hoc in tribus casibus. Primò, si non reperit procuratorem, uel non idoneum: quia excusatur. Text. & ibi Bart. in l. idem q; ff. pro soc. ¶ Secundò, ubi timeret, nedum inferre uim personæ, sed etiam causæ: quia non tenetur mittere procuratorem. Ita limitauit Angel. in d. disput. & ita loquitur cle. pastoralis. ſ. Pisana quoq; ciuitas. ¶ Tertiò, ubi est causa ardua: quia in causis arduis nõ tenetur mittere procuratorem, l. pen. ſ. ad crimen. ff. de pub. iud. & Imol. in l. de ætate. ff. ad Treb. Tex. in c. querelam. de procu. Et in isto tex. concurrebat alter ex istis duobus casibus: aliter respondere non posset ad cõtrarium, &c. scilicet aut erat causa ardua, aut timebat uim causæ & personæ. ¶ Amplia tertio, etiamsi locus iudicij esset tutus, sed oporteret transire per locum non securum: de hoc est text. in d. c. accedens. el ij. ¶ Amplia quartò, etiamsi locus esset securus, sed ciuitas habet ibi diuersum statutũ, putà si citat̃ Guelfus, ubi regnant Gibellini. De hoc est gl. in c. statutum. ſ. ij. in uer. non audiens,

diens. de rescrip. in vj. ¶ Amplia quintò, etiamsi sola ciuitas citati esset inimica loci, ad quem citatur: de hoc est tex. sing. hîc, secundum do. Abb. ¶ Amplia sextò,
3 ut † nedum citatus non teneatur ire, sed neq; se excusare allegando locum notoriè non tutum, fm Abb. in apost. in cle. appellanti. de appel. & in c. ex parte. el j. in fi. de app. ita limitantem gl. in d. c. appellanti. ¶ Nominatus de mandato alterius, dicitur nominatus à mandante. Tex. est hîc cum gloss. in fi. Et ita not. hîc do. Abb. Allegant Mod. text. in l. unum. ſ. j. ff. de leg. ij. Et ibi dixit Dyn. q; religiosi priuilegiati super legatis ptjs, fiẽdis locis, uel personis incertis, non capiunt legata facta personis, uel locis nominatis, nõ à testatore, sed à commissario suo. Quod perpetuò not. Item dixit ibi Bart. post Dyn. q; episcopi, qui debẽt habere quartam de relictis ad pias causas, nisi sint relicta ad certos & determinatos usus, ut ad faciendam ecclesiam, uel similia, ut extra. de testa. c. fina. non habebunt quartã de relicto centum, quod fecit testator ad pias causas, distribuendo, prout executor elegerit, si ipse executor eligat fabricam ecclesiæ: qa perinde est, ac si testator ipse elegisset ipsam fabricã in testamento. Vos uerò ad hoc allegabitis glo. in uer. obuẽtionibus. in cle. dudum. ſ. uerùm. de sepul. & do. Abb. in c. in causis. de elect. & ibi text. cum gloss. in uer. consensu. ubi dicit, q; illud, quod fit per commissarium, dicitur factum à committente. Et ibi infert hoc de fabrica, & allegat Bar. in d. l. unum ex familia. & Bartol. consi. cxxxvij. incip. constitutione Cameracẽsis episcopi. ubi latè consuluit super hoc. Secundò Mod. ipsi allegant Barto. in l. j. ff. de ope. leg. ubi dicit, q; officialis electus ab habente potestatem à concilio generali, dicitur electus ab ipso concilio. Vltimò tu not. tex. in l. pater ex prouincia. ff. de manumis. uin. ubi manumissus à filio de mandato patris, qui præcepit incertum de certis manumittẽdum, dicitur à patre manumissus, & ibi solam electionem filio concessit, sed ipse manumisit. Secundò text. in l. item eorum. ſ. parui. ff. quod cuiusq; uni. nomine. ibi, parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is, cui negocium commisit: & facit q. Bar. Brix. clxvij. inci. Canonici cuiusdam ecclesiæ. ¶ Gloss. in uer. cùm sint e-
4 iusdem socij. Not. quòd † canonicus potest esse testis p concanonico: ita scholaris pro cõscholari habitante simul: & frater pro fratre, c. literas. de præsum. Tamẽ plus, uel minus creditur secundum qualitatem affectionis. ¶ Gloss. ibi, edictum prohibitorium. supple, certarum personarum, & permissorium regulariter, l. j. ff. de testi. & c. cùm apud. de sponsa. Ita loquitur & declarat hîc Imo. ¶ In ea. gloss. ibi, pater in causa filij. Fallit in causa criminali: quia non est in hoc idone-
a *Iudex] Ad qđ' aude omnino do. Alex. de Imo. in l. qui iurisdictioni. de iu. om. iudic.* a us iudex [a]. ¶ Item fallit in causa ciuili, quando est ordinarius: nisi actio esset tempore peritura: quia tunc põt esse iudex usque ad contest. lit. inclusiuè. Delegatus tamẽ potest esse in causa filij: quia fungitur uice delegantis. Et ita intellige gloss. in ſ. tria. in uer. iudicem. allegata hîc in gloss. Intellige, saluo iure recusationis. Nam si cõsanguineus recusatur, c. postremò. de app. fortiùs pater: respectu nam q; patris in filium non erit differentia, quo ad alios consanguineos, ut hîc per Imo. Cui adde, quæ dixi in c. causam, quæ. ſ. eo. ¶ In eadem ibi, criminosi iudices sunt. Ratio differentiæ est, quia à iudice appellatur, à teste non: & ideo cautiùs agendum in admittendo testem, quàm iudicem: intellige de iudice criminoso, non infame: quia si est infamis, nõ potest esse iudex, c. scisitatus. de rescrip. Testis etiam criminosus, etiã nõ infamis, semper repellitur, c. testimoniũ. de testi. ¶ In ead. gloss. in fi. ibi, purgatione canonica. Intellige, quòd par causa affectionis tollit omnem suspicionem. ¶ Gloss. in uerb. eligat. Hanc gloss. declarauí in notabilibus: ideo non insisto.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Excommunicatus ob manifestam offensam non absoluitur, nisi prius satisfaciat, dato quòd ex sola iniustitia agatur.*
Hæc regula fallit in quinq; casibus, quos uide p ordinẽ nu. 2. 3. 4. 5.
6 *Testes qualiter & quãdo cõcordari possint, ut eorũ dicta saluentur.*
7 *Iudex tenetur pronunciare super probationibus congruo tempore admissis: putà, super sententia, cuius iniusticia probata est postrem iudicatam.*
8 *An & quando partes possint renunciare sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam?*
9 *Probationes factæ coram iudice appellationis appellatione deserta, non ualent: quia factæ coram iudice incompetenti.*
10 *Probatio admissa contra præsumptionem iuris, & de iure, ualet.*
11 *Clausula, Si & in quantum de iure possum, quid importet?*
12 *Satisdatio cum clausula, Si & in quantum possum, an ualeat.*
13 *Appellatio si interponitur, & iudex admittendo eam, Si & inquantum, iudetur ei detulisse.*
14 *Ista autem clausula nihil operatur, quando quis offendit in facto, licet operetur, quo ad iuris ministerium.*
15 *Acceptatio beneficij si placuerit regi, non ualet.*
16 *Renunciatio beneficij, si duci meo placuerit, ualet.*
17 *Confero tibi beneficium, si uacat, ualet collatio.*
18 *Iudex an possit omittere cognitionem super exceptione, reseruando ad finem causæ.*
19 *Libellus alternatiuus admittitur, ubi dubium est probabile.*

CAPITVLVM XXXVI.

VM contingat. ¶ Si mandatur delegato, ut eũ absoluat, qui dicit se iniustè excommunicatũ, ante probationẽ illũ absoluere debet: si aũt dicat, excommunicationẽ nullã, probationem nullitatis ante absolutionẽ admittet. ¶ Ex-
1 communicatus † ob manifestã offensam nunq; absol-
b *Satisfaciat] Ad de Specu. in tit. de satisfact. ſ. fi. & Philip. in d. c. quæ fronte. alle. in tex. de appe. & Card. in clem. j. de sent. excom. xvij. q. & uide eum in cle. j. de pœnis. ſ. & quia.* b uit, nisi prius satisfaciat [b], dato quòd ex sola iniusticia agatur. Abb. hîc: & est tex. in c. ex parte. el j. de uer. sign. ¶ Fallit primò in absolutione impetranda in articulo mortis: quia tunc sufficit cautio de satisfaciẽdo. Ita Gof. in c. in literis. de rap. quẽ sequit Abb. ibi, dicens, hoc esse dictum solenne: ratio, ppter periculum, ne moriatur in excõmunicatione. Facit in simili text. in c. j. xxvj. q. vij. ubi tex. dicit, q; istis morientibus non est inducenda pœnitentia: sed debet illi pœnitentiã dícere, & innotescere illi, & notificare, quã pœnitentiã debent agere. Idem tenet Abb. in c. fi. in iij. no. de sepul. per illum tex. Quem dicit no. ¶ Intelligerem hoc esse uerum, nisi facultates illius suppeterent ad satisfaciendũ, & tempus adesset. Text. est de hoc in cle. j. in fi. de hære. & ibi gl. in uer. & tunc. quæ propriè utitur præmissis uer-
2 bis. ¶ Fallit secundò, ubi † satisfactio exigit longum factum: quia tunc sufficit cautio. Ita eleganter Abb. in c. quæstioni. in ult. col. de appel. per illum text. aureum in uer. pro posse. Idem Abb. in d. c. fi. de sepul. putà, si est excommunicatus, quia nõ fecit certam capellã, quam tenebatur facere: & est bonus tex. in c. significauit. de offi. or. ubi tex. ponit de illis, qui promiserunt stare in iudicio, ubi causa incipiat habere progressum. ¶ Fallit tertiò, ubi † satisfactio exigit actum nõ cõgruentem excõmunicato: gl. sing. in c. solet. in uers. emẽda. de sent. excom. in vj. & fuit originaliter dictũ Inn. in c. p illorũ. in uer. receperint. de prę. & ibi Ant, Io. An. & Ab. & Ab. in c. ex publico. de cõuer. coniu. in uerb. ex quib. capias regulã. Et ibi ponit exẽplũ in excõmunicato, qa noluit

4 recipere ordines. ¶ Fallit quartò, quando † offensa tangit solum Deum: putà, quando quis blasphemauit. De hoc est decisio Car. in c. qua fronte. de ap. & do. Ant. in c. j. quod met. cau. per illum tex. ubi fuerunt legati illi excommunicati, qui fecerant actum concernentem Deum solum. Et idem tenet Abb. in c. ex parte in Christo. de uer. sig. Et intellige, quando concernit Deum immediatè: secus, si mediatè & secundariò, putà in iniuria facta clerico. Tex. est in c. accusatio. ij. q. vij. fm ultimam
5 expositionem literæ. ¶ Fallit ultimò, ubi † materia non est apta recipere satisfactionem: quia tunc sufficit agere pœnitentiam, ut si iussus ducere sponsam de futuro sub pœna excõmunicationis, fuit contumax, & cum alia contraxit de præsenti: qa in absolutione satisfacere non potuit. Hoc ponit Ray. in Sũma sua in tit. de sponsa. §. in summa. ¶ Vbi uerò offensa est dubia, sufficit cautio de satisfaciendo post absolutionem, d. c. ex parte in Christo. de uer. sig. ¶ Fallit primò, ubi iniuria facta est ecclesiæ: quia præcedere debet satisfactio: gl. est sing. in c. accusatio. ij. q. vij. ubi speciale est in ecclesia, ut p ecclesia prius satisfaciat: & necessariò intelligitur de dubia: quia si intelligeretur de publica & manifesta, nõ esset speciale: & ratio, quia pro ecclesia præsumit asserente se iniuriatã: dato etiam, q̃ sit dubiũ, considera: qa fortè istud est contra d. c. ex parte. ubi Papa loquit de capitulo Carnotensi prætendente uiolationem priuilegiorum ecclesiæ: & sic credo, q̃ ista fal. non sustineret. ¶ Secundò declara, q̃ si excommunicatio est lata ad instantiã partis, tunc debet esse cautio fideiussoria, uel pignoratitia etiã hîc in offensa dubia: gl. in uer. cautione. in c. qua fronte. de app. & ibi Ab. in fi. ¶ Gl. in uer. utriusq; partis. Dicunt hîc Moder. q̃ Bar. in l. ij. §. fi. ff. si cer. pe. di-
6 cit, q̃ † tunc demum fit concordia, qñ testes sunt pares, allegando glo. hîc: & dicunt, q̃ est alia similis in c. in nostra. de testi. Et istã allegat Bal. in j. cõsti. C. §. quibus. Sed dicunt ipsi, q̃ ista gl. est falsa: quia hoc habet locum, etiamsi testes sint dispares numero, &c. quia c. cùm tu. loquitur indistinctè. Item ratio euitãdi periurij, de qua ibi in illo tex. ita urget, quãdo testes partiũ sunt in equales, sicut qñ sunt æquales, &c. Et ita residents Moder. hîc. Opi. tamen glo. hîc tenet Pau. de Cast. in d. l. ij. §. creditũ. Et istam gl. etiã sequitur Floria. de sancto Pe. in l. cùm de ætate. ff. de pba. & Bart. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. Tamẽ contra glo. communiter tenet. Et qd' dicunt Mod. uerum est: primò, qa glo. uoluit contrariũ in c. in nostra. de testi. in gl. j. & nõ est, ut dicũt Mod. similis isti, sed omnino contraria isti. Et illam gl. sequtur ibi Ab. Et est alia gl. contra istã in §. si testes. iiij. q. iij. Tertiò contra gl. istã tenet hîc Domi. Contra istã gl. tenet & Imo. in l. inter stipulantẽ. §. j. ff. de uer. ob. Dicit tamẽ, q̃ fortè teneret contrarium in practica, ppter authoritatẽ ejus, & Inno. hîc: & Abb. etiã reprobat istam glo. in d. c. cùm tu. de testi. ¶ Item no. q̃ c. cùm tu. non habet locum, qñ est discordia inter dicta partium, & dicta testiũ: qa tunc non fit concordia. Ita Inn. hîc: & hoc dictũ Inno. allegat Bal. in proœmio C. §. quibus. in j. col. Hoc dictũ etiã allegat Flor. in d. l. de ætate. ff. de pba. Et ipsum allegat Bar. Pau. de Cas. & Roma. in l. ij. §. creditum. ff. si cer. pet. Hoc dictũ allegãt Anto. Ab. & Imo. in c. cùm tu. de testi. & dicunt esse bonum tex. in c. in præsentia. de pba. ubi pars dixerat, quẽ maiorẽ xiiij. annis: & tamẽ non fuit hoc dictum concordatũ cum dicto testiũ, dicentiũ illũ simpliciter maiorẽ. ¶ Sed declara hoc esse uerum, ubi pars est cõfessa uno modo, &, pbationes sunt factæ alio modo: sed, pbatio tñ unius partis dubia, põt recipere lumẽ mediãte cõfessione alterius. De hoc est tex. in c. cùm Ioannes. de fi. instr. & ibi hoc Ab. dicit reassumpto speciali ster dicto Inn. hîc: nam ubi nec testes contradicerẽt instrumẽto, Papa præsumpsisset multiplicitatẽ actus, nisi ex confessione partis unicus actus apparuisset, i. q̃ fuit solum unus actus. ¶ Secundò declara: licet dicta par-
7 tiũ non concordent cum testibus, tñ ipsamet dicta partiũ apparenter repugnãtia concordari possunt. Ita Bal. in l. j. ff. ne qs eum. in aliquibus lect., put ibi refert: & sequtur Pau. de Cas. ubi dixit, quidam in positionibus petebat liberari à petitione alicuius: qa petita non promisi, & petitioni præscripsi: nõ saluat, i. dato q̃ promisissem, præscripsi. Cum hoc cõcordat Sal. in l. cùm pactũ. in fi. C. de lib. causa. & sentit Bal. in l. cùm falsa. ad fi. C. de iur. & fact. ign. ¶ Gl. in uer. nihilo minùs. No. ex dictis Ab. hîc, q̃ † quantũ ad rem nostrã, iudex tenet pronunciare sup probationibus incongruo tẽpore admissis: putà, sup sententia, cuius iniustitia, pbata est post rem iud. Ita tenet Ant. Ab. & Imo. in c. qm̃ contra. de proba. Idem Ab. in c. j. de confir. uti. & Imo. in c. in præsentia. de renũciat. ¶ Sed si diceret, non ualet sentẽtia contra sententiam, c. inter monasteriũ. de re iud. responde, q̃ illud est uerum, nisi appareat de notoria iniusticia, fm Innoc. in c. fraternitatis. de frigi. Et hîc ita est: qa probationes faciunt notoriũ, c. cùm olim. de uer. sig. ¶ Item, si diceret, sententia facit notoriũ, c. fi. de coha. cle. Sed nõ ualet sentia cõtra notoriũ, l. ciues. C. de ap. ergo nõ posset ferri sententia contra primum: responde, qa uerum est, q̃ sentẽtia facit notoriã præsumptionẽ: nos loqmur in notorio ueræ, pbationis, cui primũ succumbit, iuxta gl. fi. in simili in c. transmissæ. qui fil. sint legi. & text. in l. si qui
8 adulteri. C. de adul. ¶ Si † diceretur, partes nõ possunt renunciare sententiæ, quæ trãsiuit in rem iudicatam, in l. si diuersa. C. de transac. ergo acqescendo, &c. respõde, q̃ hoc est uerum trãsigendo: qa transactio de sui natura non fit, nisi de re dubia, l. j. ff. de transac. sed bene aliàs per pactũ renunciare possunt, l. iurisgentiũ. & ibi Bal. in §. si paciscar. ff. de pac. ¶ Noto ad hæc primò, q̃ sufficit partem uictricẽ, ptestari, q̃ probationes nõ admittant, & dicere de nullitate, etiãsi non appellet. Ita, pbat ex uerbis Bal. in l. certi condictio. §. qm̃. in fi. ff. si cer. pet. dum dixit, q̃ si contra instrumentũ guarentigiatũ non debet admitti, pbatio ex forma statuti, si parte præsente & ptestante de nullitate admittit, non ualet, etiãsi nõ
9 appellet. ¶ Secundò noto, q̃ † istæ probationes faciẽ corã iudice appellationis appellatione deserta, nõ ualent, tanq̃ factæ corã incompetenti. Ita dicunt do. Ant. & Ab. in c. qm̃ contra. de proba. per cle. si appellationẽ. de app. Saluo, nisi fuisset dubitatum, sup appellatione, & pronunciatiũ appellationẽ non desertã, & ab hoc nõ appellatũ: quia ualebunt probationes, fm Imo. in c. in præsentia. de probat. Et in quantũ dicit Abb. q̃ probatio † admissa cõtra præsumptionẽ iuris, & de iure, ualet: no. pro limi. ad cle. j. de, pba. & similia. adde Bart. idem tenentẽ in l. inter stipulantẽ. §. j. in j. col. ff. de uer. obl. qd' summè no. ibi Imo. Idem tenet Lud. in l. si duo. ff. de acqui. hære. Idẽ tenet & Ant. in c. qa plerisq. in ult. char. de immu. eccle. & in c. cùm dilecta. de reg. & Ant. & Imol. in
10 c. quãto. de præsump. Fortifico p dictũ Bal. in l. filiũ, quẽ habentẽ. uersic. & qa feci mentionẽ de inuentario. C. fa. ercis. dum dixit, hæredẽ, q̃ non cõfecit inuentariũ, nõ teneri ultra uires hæreditarias, prout aliàs teneretur, si legatarij confessi sint hæreditatẽ non esse soluendo: quia ratio finalis, q̃ præsumit hæres subripuisse bona testatoris, ut in §. j. in authen. de hære. & Fal. tollit per talẽ cõfessionem legatariotũ. Hoc sequitur
a Pau. de Cas. in † in ratione. §. qd' uulgo. ff. ad l. Fal. ¶ Sed contra hoc tenet Alex. in d. §. uulgo. quia in d. §. j. est
a dictio, Fortè[a]: quæ dictio non denotat causam finalem, ut uoluit gloss. in cle. j. in gloss. ij. de appel. ¶ Limita hęc de confessione & probatione admissa, nisi lex præsumens concernat animam, & probatio, uel confessio peccatum inducat: quia tunc nec confessio, nec; probatio aliquid operantur. Ita intelligitur c. is, qui fidem,

a *Dictio, Fortè]* *de hac dictiõe uide etiam, quæ habẽtur per authorem in c. j. j. ti. li. non conteſt. et qd' ibi int apoſtil. dixi.*

d e

de sponsa. quod per hæc nõ limitatur, fm Doc. ibi. Alias fal. ad dictam regulam posui in d. c. quanto. ¶ In ea-
11 glo. ibi, nisi iudex sub illa protestatione. De † clausula, Si & in quantum de iure possum, allegãt hîc Mod. Bart. in l. & si cõditionalis. ff. de author. tut. ubi quærit, utrùm 14 ualeat decretum iudicis dicentis, Si & in quantum? Dicit gl. ibi, Cogita. Tamen dicunt Mod. quòd Bal. in l. j. in
4 ult. col. C. qui admit. tenet, q̃ ualeat[a] decretum cum ista clausula. In additione enim hæreditatis, q̃ non aditur cũ conditione etiã de præsenti, est speciale. Ergo non debet extendi ad aliũ casum. Et q̃ non ualet decretũ cum conditione, est uerum de futuro: secus, si de præsenti, per text. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. ibi, si mobilia non sunt, capiantur immobilia. Et hæc conditio est de præsenti, & nõ suspendit. Ergo eodem modo in casu is-
12 to. ¶ Sed quid † in satisdatione utrùm ualeat admissio satisdationis cum hac clausula? Certè sic, l. prætor ait. ff. de dam. infect. ¶ Quid autem in libello admisso cum dicta clausula? Allegant Mode. hîc Bal. in repe. l. edita. C. de eden. in pen. col. Aliegat etiam Barto. in l. si quando. ff. de leg. j. Quid de sententia Absoluo te, si iurauerit? Allegant Mod. gl. in l. cùm iudex. C. de sent. & interlo. om. iud. Allegãt etiã Mod. Bar. ubi ponit aliã decisionẽ in proposito, in l. cùm propter. ff. de leg. præst. & Bart. in l. iudex postq̃. ff. de re iud. ubi dicit, q̃ si iudex dicit, si ex tali delicto tantã pœnam meretis, cõdemno te in ea: si ãũt plus, uel minus, prout statuta uolunt: q̃ talis sentẽtia ualet, qa habet conditionẽ de præsenti: & dicit, q̃ hoc nõ est fiendum sine causa: qa ex hoc demonstrat ignorantia assessoris. ¶ Limita, nisi priùs in sententia poneret uerbũ Condemnamus: 15 & deinde sequeret ista clausula: qa tunc non ualet talis sententia. Et cum hoc cõcordat Bal. in l. & si seuerior. C. de infa. & in l. qd ergo. §. pœna grauior. ff. eo. tit. & in l. si quis filio. §. fi. ff. de iniust. test. & in l. nõ dubiũ. C. de legi. Tamen contrariũ est uerius: qa potest illa reseruatio sequi cõdemnationẽ. Et ita tenet Ang. in d. l. iudex. & Bal. in l. certa. C. quãdo. prouo. non est necess. Et ratio est: qa ante q̃ sententia sit absoluta, iudex potest eam corrigere: glos. est in c. prædicator. xvj. q. j. quæ dixit, q̃ ualet illa sententia, Condemno, imo absoluo. Secundò, ppter gl. in l. item Labeo. §. sed si purè. in uerb. purè. ff. fa. erc. quæ 17 dicit, q̃ ualet sententia, in qua iudex ponit hoc, s. saluo eo, quod j. dicã: & postea in fi. addit, ergo eodem modo in casu nostro. Quã glos. facit sing. Car. in c. præsentata. de arbi. & Ang. consi. cclxxxix. & Sali. in l. ea quidem. C. de accus. & Bal. in l. terminato. C. de fru. & lit. expen. Nõ obstat, quod uideat incerta: qa sufficit, q̃ est certa p relationem ad certũ, l. in summa. ff. de re iudi. l. ait prætor. eo. tit. ¶ Vlteriùs est consiliũ Lu. ccccj. inci. Omnipotentis, &c. ut declarationem accipiat, ubi ponit ea, quæ
13 s̃. dixerunt Mode. hîc, & multò plura. Et ibi subdit, q̃ † si appellatio interponit ex causa rationabili, iudex admittendo eam, si & in quantum dicitur ei detulisse, & eam admisisse: mouetur, qa non dicitur ista conditio facere suspensionẽ aliquã, sed habet in se latentem ueritatem: qa cùm sit rationabilis, admittit eam, licet dicat, Si & in quãtum: quia rationabilem tenet admittere. Ergo si est rationabilis, uidet admissa sub illa clausula, Si & in quantum. Secus, si est irrationabilis, per superiùs dicta, & per dicta maximè p Phi. in c. sæpe. de appe. & Ange. in consi. ccxvij. & Roma. in repe. l. j. ff. de arbi. in j. col. Et allegat ibi Ludo. Bald. in l. edita. uer. item dubitatur. C. de eden. ubi dicit, quòd censetur iudicem detulisse, sicut erat de iure, licet dixerit, Si & in quantum. Et dicũt Mod. in c. sæpe. in ij. no. de appell. quòd hoc multi non intelligunt. Et de ista declaratione facta hoc modo, pa-

c. cùm cõtingat.

nit Car. in cle. quamuis. in fi. uer. tertiò quæro. de appe. ubi uidetur dicere, q̃ ista non procedũt in iudice utente uerbis negatiuis: putà, nõ admitto, nisi quatenus de iure tenetur: & hoc saltem, quo ad literas dimissorias: sed
de hoc dubito per prædicta. ¶ Nota, q̃ † nihil operatur ista clausula, quãdo quis offendit in facto, licet operetur, quo ad iuris mysterium. Ita Bald. per uer. singularia. in c. j. §. hoc quoq;. de suc. feu. Exemplum: putà, si uasallus irrequisito domino alienat castrum difficilè recuperabile, cum clausula, Saluo iure domini, & si & inquantum de iure possem. Nam poterit puniri in amissione castri: quia quo ad factum, ista clausula nihil operatur, & hoc dixi in c. quæ in ecclesiarum. in fi. de consti. ¶ Item nota, quòd confirmatio facta cum ista clausula, non mutat materiã confirmati. Imol. in l. si quando. ff. de leg. j. Quod no. ¶ Tamen præbet causam præscribendi. Ita do. Anto. in c. dudum. el ij. in ult. col. de elec. Facit, quod dicit Ang. in l. post mortem. ff. de adop. ubi dicit, quòd titulus iniustus dat causam præscribendi. Item uide Lud. in repe. l. j. in ult. col. de arbi. ubi commendat Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. maximè dum dicit, quòd statutum inualidum factum cum d. clausula erit ipso iure nullũ, quod sine clausula fuisset irritandum: & idem crederem in omni casu, qui aliàs esset irritandus. ¶ Item ista uerba, Admitto, si, & in quantum possum, intelliguntur, s. de
iure. Ita declarat Bal. in l. j. [b] in j. col. C. b quomodo & quando iu. ¶ De materia ista ponit etiam Bar. in l. si quando. ff. de leg. j. & in l. cùm propter. ff. de leg. præstan. ¶ Iuxta prædicta noto remissiuè octo cõclusiones. Prima. Accepto beneficium si placuerit regi, non ualet acceptatio: quia debet esse pura. Ita Domi. in c. j. de elect. in vj. per illum text. & ibi ponitur de materia. ¶ Secunda conclusio. Si † executor dicit, confero tibi, si tibi debetur, non ualet collatio, quia debet esse pura. Ita Domi. in c. dudum. in fi. de præben. in vj.
16 ¶ Tertia † conclusio. Renuncio beneficio, si duci meo placuerit, ualet renunciatio. Ita do. de Rota in tit. de renun. concluſ. vj. in antiquioribus. ¶ Quarta. Peto mihi deferri iuramentum, in quantum expediat: ualet petitio, & est utilis practica non publicatis testibus. Ita Bald. in c. ij. de probat. ¶ Quinta. Si dicitur, dispenso tecum, si beneficium tibi canonicè conferatur, ualet dispensatio. Ant. in c. dudũ. el ij. de elec. in ult. col. ¶ Sexta. Si † dicitur, cõfero tibi beneficium, si uacat, ualet collatio, si uacat. Decisio est Abb. antiqui in c. significasti. de elec. & uide Bald. in l. pen. in fin. C. de senten. quæ sine cert. quant. & gloss. in c. ij. de elec. in vj. & ibi Domi. Et facit, quod ponit Abb. moder. in d. c. significasti. post collecta. ¶ Septima. Consentio in uos, tanquam in iudicem, si non satisfecero, ualet ista prorogatio. Abb. anti. in c. significasti. de fo. compe. in iij. not. ¶ Octaua. Absoluo te à iuramento, si probaueris te læsum, ualet
18 absolutio. Bald. in c. j. de iureiur. ¶ An † autem iudex possit omittere cognitionem super exceptione, reseruando ad finem causæ? Conclude, quòd potest iudex dictam reseruationem facere, adeo quòd, etiam si reseruet impedientes processum, tenet, si non appellatur. Text. & ibi omnes, in c. ad dissoluendum. de desponſ. impub. ¶ Secunda conclusio. Potest pars appellare ab eo ob hoc, & habet iustam causam contradicendi, etiamsi reseruentur, secundum Host. & omnes hîc cum gloss. ¶ Fallit primò, ubi iudex notorie præsumpta malitia. Ita Host. hîc per c. nullus. de præsump. Nisi excipiens offerret se incontinenti probaturum, secundũ Imo. hîc, qui subdit, quòd tanta posset esse præsumptio malitiæ, quòd non purgaretur per probationem incontinenti. Ita intelligit gl. in c. suscitata. de resti. in inte. & Inno. in c. post electionem. in fi. de concess. præben. Quod no. diligenter p tex. in c. litteras.

[b] *In l. j.] Et ibi dem uide do. Pet. de Suza.*

ras. de resti. spo. ¶ Secundò fallit, quando est dubiũ, an exceptio sit admittenda, uel non, & cognitio exigit longam indaginem. Ita omnes hîc allegantes gloss. iij. in c. Cumana. de ele. & est tex. in l. iij. §. ibidem. ff. ad exhib. & tex. in l. ille, à quo. §. si de cestamento. ff. ad Velle. Idem Bart. in l. nam & postea. per illũ tex. ff. de iureiur. & in l. si pupilli. §. uideamus. de neg. gest. & in l. pen. C. depos. & in l. fin. C. de cõpensa. Et illa dicitur requirere altiorem indaginem, in qua occuparet tantum tempus, quãtum requireret negotium principale. Vel dicas cõmuniter, quòd hoc est arbitrarium. Ita Inn. in c. cùm in iure. ẽ. eo. Sed Bar. latè in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. & in l. si is, à quo. ff. ut in pos. leg. & in extrauag. ad reprimendum. in uer. summarijs. cum concord. & uide etiã Bald. in l. si ex falsis. C. de transac. & in l. fin. C. de or. cogni. ¶ Credo, quòd ista secunda fallentia debeat restringi, s. nisi sit exceptio, qua omissa iudicis ordo perueretur: quia ante omnia debet discuti, putà non estis iudex, uel tu nõ es procurator. Et ita intelligo Host. hîc, ut latè probat domi. Abb. consil. xiiij. incip. In causa, seu quæstione. ubi semper uide, in j. uol. ¶ Et eo casu, quo iudex non uult admittere dilatoriam, sed reseruare, poterit opponi post litem contest. contra regulas iuris. Tex. est in c. ex cõquestione. & ibi glos. in uer. post. in fi. de resti. spo. & gloss. in c. in primis. in uerbo, quærendum. ij. q. j. Et de ista materia ponit Lud. & Imo. in d. §. si de testamento. & Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non pos. & in l. exceptionem. in ult. col. C. de excep. & Anto. in c. exhibita. in ult. col. de iudi. ¶ Gloss. 19 fina. Vbi † dubium est probabile, ad-

a *Alternatiuus*] *Ad quod adde, quæ habẽtur per do. Alex. de Imo. in l. ubi autem. §. quando illud. de uerb. oblig.*

a mittitur libellus alternatiuus a. Ita colligitur ex dicto Inno. hîc: & est de hoc text. in c. cõstitutus. de restitu. in integ. & ibi pulchrè Abb. Et ibi dicit, cp præiudicat sibi, licet non utilem elegerit, ut est tex. in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. & ibi dicit gloss. à tale montone tale bochone. Et illa gloss. loquitur uulgariter. Et uide gloss. magnam in princip. in c. abbate. de re iud. in vj. & Abb. in c. ex parte. in j. col. de fo. compe. & in c. fina. in j. col. de frigi. & malefi. & Pet. de Ancho. consil. cccl xxxiij. incip. Primò & ante omnia considerandum. De libellis contrarijs ponit Innoc. hîc aliquid, & uide semper do. Phili. in c. dilecto. uersi. decimo octauò quæritur. de appella. ubi semper recurre.
¶ Vltimò tene menti dictum Innoc. hîc, quòd nullitas non includit iniusticiam, sed bene econuersò: quia dicens iniustum, & probans nullum, habet intentum, de quo p Imo. in l. si expressim. ff. de appell. & ibi per Ang. de Aret. & dixi aliqd in c. ex literis. s. eod. ubi uide. Quę no. diligenter.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Restituas, uerbum, intelligitur cum omni utilitate & integritate.*
2 *Spoliatus ante quàm inquiratur de crimine, debet restitui, & tandiu possidere, quandiu caruit possessione.*
3 *Processus super dilapidatione bonorum ecclesiæ, qualiter formetur: uide hîc remissiuè.*
4 *Prohibitus alienare, si alienat uendendo, quid iuris?*
5 *Prohibitio principis de alienando, habet uim legis prohibentis, in tantum quòd si prohibitus alienaret, non transferretur dominium.*

CAPITVLVM XXXVII.

Venerabili. ¶ Si subdelegatus delegati Papæ iurisdictione uti cœpit, remoueri non potest: & si faceret contra mandatum, siue excederet for-
1 mam, nõ tenet processus. ¶ Not. quòd † uerbum Restituas, intelligitur cum omni utilitate & integritate: ut hîc per Abb. & est glo. mag. in prin. in c. quamuis. de rescrip. in vj. & glos. in c. j. in uer. beneficium. de resti. in integ. in vj. & est cons. Ant. xix. incip. Quia hîc agitur. & est gloss. plenè apud Legistas in l. Attilicinus. in glos. fin. ff. de serui. rust. præd. ¶ Limita, nisi agatur de præiudicio tertij: quia nisi uerba aliquid clarificẽt, intelligitur, ut restituatur, quatenus non præiudicetur tertio. Text. est in d. c. quamuis. de rescrip. in vj. ¶ No. quòd illud dicitur positum ad maiorem expressionem, quod subintelligitur per alia iura: & de hoc est tex. in cle. j. in uerbo, ipsius uerò filij. de pœnis. ibi, per lineam masculinam. Et ibi Cardi. dicit, quòd non sequitur, si hoc non fuisset expressum, uenissent quælibet linea, scilicet fœminina: quia non esset uerum, & sic non uenirent fœminæ, per text. in c. ubicunque. de pœnis. in vj. ¶ Secundò est text. in c. nimis. ad fin. de excess. præla. in uer. uniuersis & singulis. Vbi Ioan. And. dicit sæpe bis idem imponitur ad euitandam malitiosam & sophisticam interpretationem: & sic ad maiorem expressionem.
¶ Tertiò allego Cardi. in clem. j. in prin. de priui. in ix. notab. dum dicit per illum text. ut eorum utamur uerbis, not. quòd quandoq; utimur locutionibus impropriis causa maioris expressionis. ¶ Quartò allego Pau. de Cast. consil. xcix. incip. Notandum est, quòd dictum statutum. ubi dicit, quòd in legibus & statutis sæpe replicatur idem per diuersa uerba, non differentiæ gratia, sed est inculcatio uerborum, per gloss. in l. lecta. & in l. certi condictio. ff. si cert. pet. ¶ Quintò de hoc ponit ibi domi. Abb. quem uidistis: & sic quandoque ponuntur uerba ad maiorem expresionem: quod no.
¶ No. secundò, secundum domi. Abb. quòd in quantum c. frequẽs. de resti. spo. dicit, quòd spoliatus in causa criminali una re tantùm, nõ restituitur: intellige hoc sanè, si non fuisset spoliatus ab accusatore: quia non habet tunc locum d. c. frequens. quia accusator, tanquam inimicus, repellitur. Ita Abb. in c. accedens. el ij. ut lit. non contest. in ij. no. ¶ No. quòd ubi agitur de dilatione, statim potest inquiri super ueritate. Ita Arc. in c. nobis. xij. quæst. ij. & sequitur Abb. hîc: & sic non agitur primò de suspicione, sed statim inquiritur de ueritate. ¶ Not. hîc, secundum Abb. quòd consensus partis nihil operatur, quando forma concernit utilitatem ecclesiæ. Innoc. in c. cùm dilecta. in ult. col. de rescrip. propriè in terminis nostris. ¶ Gloss. in uer. pleNariè. Spoliatus † antè quàm inquiratur de crimine, debet restitui, & tandiu possidere, quandiu caruit possessione. Ita Vin. hîc. ¶ Limita, nisi esset periculum aliquod in ista tarditate: putà, in casu istius text. uel si esset hæreticus, secundum Abb. Sed in exemplo de hæresi reprehendi potest: quia hæreticus spoliatus non restituitur. Gloss. est in c. in nomine Domini. xxiij. distin. cum concor. nisi salues in eo, qui est suspectus de hæresi: puta, quia negat se hæreticum. Item considera, quòd dictum Vin. non uidetur necessarium: quia Abb. in j. not. dicit, quòd debet restitui ad fructus. Ergo non erit iste inermis, si debet habere fructus. Et sic erit idem, ac si expectasset tantũ tempus, quòd posset habere fructus ex agro, ex quo etiã restituitur ad fructus. ¶ Glo. 3 in uer. dilapidatione. De † materia processus in dilapidatione dic, ut per omnes hîc, maximè per Imo. & Abb. in c. licet Heli. de simo. & omnes Doc. in c. fi. de accus. & est gl. in §. si qs. Inst. de suspe. tu. & ponit Bal. & Imo. in l. si fortè. §. j. ff. de susp. tuto. & latissimè Mod. hîc. ¶ Quid
4 si † prohibitus alienare, alienat uendendo, quid erit de hoc? Vide Pe. de Anch. consil. cclxj. incip. Ex his, quæ superiùs narrata sunt: ubi dicit, quòd imputatur emptori: & hoc habet locum in prælato, secus in alienatione alterius prohibiti. ¶ Sed quid si Papa interdicit alienationem alicui, & interim iste alienat, quid erit? Dicas, quòd alienatio facta per prohibitum alienare

hoc ignorantem, non ualet. Tex. est in c. j. uersi. adijciebatur. de concess. præb. & ibi Domi. & Ludo. in l. is, cui bonis. ff. de uerb. oblig. ubi dicit, quòd gesta per prodigum, cui interdicta erat alienatio, & non fuit notificata, non tenent: tamen soluẽtes ista, tanquam prælato, liberantur, ut plenè probatur in l. si urbana. ff. de condi. inde. & do. Abb. in c. qualiter. de elec. & Barto. in trac. De tyranno, in vij. q. & Ant. in c. in literis. in penul. char. de resti. spo. & Pet. de Anch. consil. clxxxviij. incip. Visis cõsilijs. cum multis alijs: & istis adde, quæ dicam
5 in gloss. pen. ¶ Gloss. in uer. alienationis. Omnis † alienatio est huic prohibita, in tantũ quòd non transfertur dominium, si alienaret. Ita Inn. amplians istã decretalem in c. fin. de accus. quia ista prohibitio principis habet uim probationis legis, ex quo est prohibitio principis. Non est sic in prohibitione priuati, in ea. l. C. de condi. ob cau. Et generaliter, quando prohibita alienatione trãsferatur dominium post alienationem, uide per omnes in c. Raynaldus. de testa. & in l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. j. ¶ Secundò amplia, etiamsi sit alienatio, ex qua non transfertur dominium. Ita Car. in d. c. fi. per tex. hîc in uer. omne genus. & ibi in uer. quomolibet. Et ita limitatur l. in quorum. & ibi Bar. ff. de pig. ubi prohibita alienatione, nõ est prohibita pigneratio. Facit dictum Bald. in l. uoluntas. C. de fideicom. ubi dicit, quòd si trado tibi rem cum pacto, quòd non exeat manus tuas, si tu pignoras, cõtrauenis. ¶ Limita primò, nisi uenderet aliquid de recuperatis expensis. Ita Card. in d. c. fi. per no. in c. j. & iij. de pig. facit c. cùm secũdum. de præben. ¶ Limita secundò, nisi alienaret bona, quæ seruando seruari non possunt. Ita do. Abb. hîc: quia ista poterit alienare, per text. in l. lex, quæ tutores. C. de admi. tu. Et est glos. fin. in c. j. de cle. ægro. in vj. quę
a *Litigiosa*] *In quibus casibus res litigiosa alienari possit, uide Ange. in authen. de liti. §. j. Collat. viij. & Spec. in tit. de cess. ad §. j. uers. sic autem. & per do. Alex. de Imo. in l. quanquam. §. Iulianus. de aqua plu. arc. & uide gloss. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. ut lite pend.*

dicit, quòd etiam prohibita omni alienatione, poterunt alienari talia bona. Et est gloss. in c. abbatibus. xij. q. ij. Ad idem dictum Bartol. in l. si oleum. ff. de dolo. ubi per illũ tex. dicit, quòd
a si rès litigiosa a, uel sequestrata, est talis, quæ seruando seruari non potest, quòd alienari potest: & hoc uoluit gl. iiij. in c. is, cui. de elec. in vj. Adde text. in l. propter. & ibi Bal. ff. depos. Et pro hoc facit tex. in l. pro hærede. §. seruos. ff. de acquir. hæred. ubi dicit, quòd si hæres uendit res perituras hæreditatis, non dicitur per hoc adire hæreditatem: & caue, quia in casu huius decretalis uendendo talia bona, nõ debet precium exponere, sed debet deponere.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Interlocutoria, per quam finitur iurisdictio, reuocari non potest.*
2 *Limita, nisi ab interlocutoria esset appellatum.*
3 *Iudex, qui est datus non principaliter in causa, sed accessoriè, putà executor, si pronunciat se non esse executorem, nõ finitur iurisdictio, quin possit reuocare.*
4 *Iudex secularis si sit negligens, an & quando sit recurrendum ad iudicem ecclesiasticum.*
5 *Pauperi, qui non potest prosequi appellationem ob paupertatẽ, debet dari biennium ad prosequendam appellationem.*
6 *Personæ miserabiles quæ dicantur.*
7 *Legatum factum personis miserabilibus, dicitur factum ad pias causas.*
8 *Vidua dicitur, cuius maritus mortuus est, nec alium habet.*
9 *Partes si dant iurisdictionem de facto cum pœnæ appositione, & una pars non seruat sententiam, an incidat in pœnam.*

CAPITVLVM XXXVIII.

Significantibus. ¶ Si delegatus pronunciauit se iurisdictionem non habere, ipsam etiam de consensu partium nõ reas-
1 sumit. ¶ Interlocutoria, per † quam finitur iurisdictio, reuocari nõ potest. Tex. est hîc regulariter: secus in c. cùm cessante. de appell. ubi Abb. facit istum text. sing. & Ang. in l. j. C. senten. rescin. non pos. & Bald. in l. post sententiam. circa prin. C. de senten. & in l. pen. ad fin. C. de pac. & in l. j. C. de confes. & ibi dicit, quòd arbitro pronunciante se non arbitrum, expirat compromissum. Et cum ista decret. concordat text. in l. dicere. ff. de arbi. & ibi Bartol. tenet idem. Hoc firmat ibi Bart. Imol. in l. qd iussit. ff. de re iudic. ¶ Limita primò, ut procedat in delegatis: secus in ordinario. Ista fuit limitatio Bald. in l. præses. in j. oppos. C. quomodo & quando iud. Idem sentit in d. l. pe. C. de pac. Hanc approbat Pau. de Cas. in d. l. quod iussit b. & in l. pater. in fi. ff. si quis ius di. nõ obtem. Ratio: qa si delegatus dicit se incompetentem, non habet postea fundamentum, si uelit reuocare: secus in ordinario: quia illi remanet firma iurisdictio ordinaria. ¶ Contrarium firmat Lud. in sing. cxxxj. in c. si iudex. & mouetur: quia in ordinario habetur eadem ratio, sicut in delegato: quia expirat officium ordinarij in illa causa. Ergo non poterit reuocari. Idem tenet Mari. in d. c. qualiter. el j. de accu. Tamen prima opi. uidetur uerior. ¶ Limita † secundò istum tex. nisi ab ista interlocutoria esset appellatum: quia posset tunc delegatus reuocare istam interlocutoriam: quia per appellationem est extincta sententia, c. uenientes. de iureiur. cum si. Et ideo de præsenti fingitur non lata: & sic potestas iudicis remanet integra. Ergo succedit regula c. cùm cessante. de appell. Ita do. de Ro. decis. lxxj. incì. Idem si auditor. in nouis, de appell. viij. & decis. lxxxvj. incip. Item si à pronunciatione. de appel. xj. ubi uolunt, quòd si iudex ad quem, pronunciauit appellationem desertam, & ab ista sententia appelletur, potest reponere appellãtem in primis terminis reuocando sententiam. Et ita limitant istum tex. Hoc dictum do. de Ro. sequitur Anto. & Abb. in c. peruenit. de app. el ij. & Ab. & Imo. in c. cùm cessante. de ap. & Ab. in c. cùm dilectus. ultimò, de præben. & ibi tex. de hoc ualde sing. secundum unum intellectum. ¶ Limita tertiò, ut procedat, quando dixit se incompetẽtem super negotio principali: secus, si super aliquo dependẽte à principali negotio. Ita Sal. in l. post sententiam. C. de sent. Et ita dicit se intelligere text. in d. c. dilectus. quem intellectum approbat Pau. de Cast. in d. l. quod iussit. Fortifico ex uno dicto Domi. in c. fina. de elect. in vj. ubi dicit, cp licet interlocutoria, quę habet uim diffinitiuæ, reuocari non possit, ut est ibi gl. in uer. inanes. tamen fallit, quãdo est lata non super principali, sed super incidenti, putà super exceptione peremptoria: quia reuocari potest. ¶ Limita quartò, ut procedat iste text. quãdo † iudex, qui sic pronunciauit, est datus principaliter in causa: secus, si accessoriè, ut est executor in causa beneficiali: qa si pronunciat se non esse executorem, non finitur iurisdictio, qn possit reuocare. Ita Pau. de Lea. in c. si super gratia. de offi. dele. in vj. & ibi Domi. in ulti. col. dicens ita limitari hoc capitulũ. Et ita est text. fm alium intellectũ in d. c. dilectus. Ratio: qa ex quo durat principalis gratia, cui iste datur accessoriè, non potuit eius pronunciatio auferre ius partis. Et quòd sit accessoria, probat d. c. si super gratia. & facit gl. magna in fi. c. si soli. de concess. præben. in vj. ubi iniqua pronũciatio executoris non nocet impetranti. ¶ Non obst. prædictis fal. si dicatur, quòd interlocutoria habens uim diffinitiuæ, reuocari non potest: ut est glo. in d. c. fi. in uer. inanes. qa potest dici, cp illud non procedat, ubi

c. significantibus.

3

ubi iudex reuocat parte tollerante, iuxta dictum Inno. in c. cùm dilecta. de rescrip. cum simi. Vel dicas, quòd gl. in uer. inanes. nõ procedit in interlocutoria, de qua loquimur, ut puto sensisse omnes prælegatos: in quo tamen cogita, quia adhuc mihi non satisfacit ista sol. Poteris per te cogitare, si aliam inuenetis. ¶ Glo. in uer. pauperem se dixisset. Dicunt hîc Mod. quòd non est uerum illud, quod dicit hîc Imo. uidelicet quòd † in defectum iusticiæ potest recurri ad iudicem ecclesiasticum: sed dicit, quòd est recurrendum ad Antianos ciuitatis, etiamsi non sit ibi iudex. Allegat tex. in authen. ut nulli iudicum. uersi. primates ciuitatis. & Bar. in l. ubi sunt. ff. de tut. & cu. da. ab his & Bald. in l. j. C. quando fil. uel prua. Item dicunt, quòd persona miserabilis habitu tantùm, nõ potest recurrere ad ecclesiasticum, nisi data negligentia cuiusque secularis superioris: & sic contra Innocen. Mouentur primò, quia contra tarditatem iudicis est remedium: nam ab ea potest deduci querela corã superiore. Tex. est & ibi Bar. in l. fi. §. illud. C. de temp. appell. ¶ Secundò per id, quod no. Inn. in c. uenerabilis. de reli. do. & glos. in cle. j. de rescri. ubi dicit, quòd propter contumaciam prælati inferioris, non fit missio in possessionẽ, nisi data negligentia superioris. ¶ Tertiò dicunt: hîc agitur de præiudicio, uel saltem onere superioris. ¶ Quartò: quia licet sit hoc dictum Innoc. tamen non probatur de iure, secundum eos: tamen potest responderi, quòd eo ipso, quòd pauperi fit iniusticia, quòd opprimitur. Item dicunt, quòd ex dictis Innoc. hîc debemus notare unum priuilegium paupertatis: hoc uidelicet, quòd potest agere coram ecclesiastico. ¶ Et tu notabis vj. priuilegia paupertatis, de quibus ponit unum Bald. in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. ubi dicit, quòd si † persona pauper non prosequitur appellationem propter paupertatem, est iusta causa dandi sibi biennium. Hoc est dictum Innoc. in c. ex ratione. de appel. ¶ Secundum ponit Bald. in l. acceptam. C. de usur. ubi dicit Bald. statutũ dicit, non soluenti onera non redditur ius. Fallit, dicit ipse, in miserabilibus personis. ¶ Tertium est, quia Bar. in l. omnes C. de anno. & tri. lib. x. dicit, quòd administrator reipubli. potest remittere collectam pauperi. Idem tenet Anto. & Abb. in c. scientes. de decimis. ¶ Quartum est, uti dicit Bald. in c. sedes. de regular. quòd per clausulam, Quosdam alios, non possunt conueniri pauperes. ¶ Allegant quintò Mod. Bald. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eo. ¶ Sextò uide Angel. in l. non facilè. ff. si cui plus quàm per l. Fal. ubi dixit, quòd ꝓpter paupertatem remittitur onus cautionis. ¶ Quæ † dicunt

a *Miserabiles] Vide etiam do. Alex. de Imol. plenè in l. ne quicquam. §. fi. de offic. proconsul. & le. & in suo consil. cxxj. j. parte, & Paul. de Cas. in consil. vij.*

b *Ecclesiastico] Et facit, quod habetur per Spec. in ti. de compe. iud. adi. §. j. uersi. xxxviij.*

c *Nec alium habet] Adde Bal. in l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. ac. & ibi per do. Alex. de Imola.*

a miserabiles [a]: Dicit Inno. quòd est in arbitrio iudicis. Mod. allegant Bart. in l. j. quãdo impe. inter pupil. & uidu. ubi etiã dixit, q̃ est arbitrarium: & idem tenet Lud. in l. si cõstãte. ff. sol. ma. in prin. & Bar. in l. cùm aliena. C. de lega. ¶ Vltra Mod. not. primò Innoc. hîc, quòd si mercatores grauantur in pedagijs soluendis iniustè, possunt conqueri coram iudice

b ecclesiastico [b], quando sunt in itinere: quia dicunt miserabiles, cùm sustineãt in itinere multos labores & pericula: & allego Io. de Ana. & Pe. de Anc. in c. fi. de Iudæ. ubi dicunt, q̃ negociatores existentes in nundinis, possunt agere corã ecclesiastico. ¶ Item. not. quòd si quis à Papa, uel ab alio impetrat rescriptum cõtra miserabilem personam, nisi dicatur, qua miseria sit ille affectus, non ualet rescriptum. Ita Inn. hîc. Et hoc didici à do. Car. consi. cxxxvj. ad fi. incip. Factum sic se habet: uacantibus canonicatu & præbenda. ¶ Item not. do. Abb. in c. licet ex suscepto. de fo. comp. quòd persona miserabilis habitu tantùm, nõ potest appellare à iudice seculari ad ecclesiasticũ. ¶ Item not. quòd † relictum, seu legatum factum personis miserabilibus, dicitur factum ad pias causas. Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc aliqua. uer. & scias, quòd relicta. Ex quo sequitur, quòd omnes fauores, qui præstantur pię causæ, præstabuntur istis miserabilibus personis. ¶ Item no. quòd in causa miserabilium personarũ, si leges uariantur canonibus, debent seruari canones pro ipsis etiam in foro seculari, secundũ Anto. & Imo. in c. at si clerici. de iudi. & est limitatio ad gloss. in regula, possessor. de reg. iur. in vj. & hoc fauore miserationis. ¶ Illa † uerò dicitur uidua, cuius maritus mor-

c tuus est, necalium habet [c], c. uidua. xxxiiij. dist. Item si est bannitus, potest dicere se uiduam, ut est gl. in l. fi. C. de plagi. Quod est utile ad statuta dispone tia, quòd in causis uiduarum procedatur de æquitate. Largè uerò põt dici uidua, quæ nupsit nunquã, l. malum. §. uidua. ff. de uer. sig. Tamen in materia stricta, ubi uerba capiuntur propriè, credo, quòd intelligatur solùm de illa, cuius maritus mortuus est. Ita sentit Ab. in c. ex tenore. in fi. de fo. compe. pro quo alleg. text. in authen. quomodo opor. epis. §. j. uer. ex uirginitate. ibi, nõ uiduam, nec ꝙ sciunctam uiro. ¶ Item no. quòd priuilegia data uiduis, intelliguntur de uiduis honestam uitam seruantibus. Tex. in l. his solis. C. de reuo. dona. & ibi Bar. & Salic. & est tex. in authen. iudex peius. C. de secun. nup. Item uide Ange. in l. cùm quædã puella. ff. de iur. om. iud. & Spe. in tit. de tuto. §. nunc dicendum. uer. item excipitur. & Bar. in l. quæ sub cõditione. ff. de testa. tute. & Bald. in §. hos autem. Instit. de Attili. tut. Et ibi omnes tenent, quòd uidua inhonestam uitam seruans, non gaudebit priuilegijs concessis uiduis: & facit pro hoc illud, quod dicit Ioan. And. in proœ. Gregoriano, ubi dicit, quòd scholaris non studens, uel non intrans, seu ludẽs, uel blasphemans, nõ gaudet priuilegijs scholarium. Item dicit tex. in c. cauete. xxij. q. v. q̃ ille mentitur se Christianũ, qui opera Christiana non facit. ¶ Item not. quòd Iudæa nouiter baptizata, dicitur miserabilis persona. Ita Inno. in c. Iudæi. de Iudæ. ¶ Glos. in uer. non debere. Nota singulariter, quòd ubi rescriptũ est elidibile, & iudex pronũciat se non esse iudicem, expirat iurisdictio sua in totum. Ita probat hîc singulariter ista glos. ¶ Glos. fina. Dicunt hîc Mod. quòd Bal. ponderat hîc istam glos. quòd si † partes dant iurisdictionem de facto cum pœnæ appositione, & una pars non seruat sententiam, quòd nõ incidit in pœnam. Secundò Bald. in l. non dubium. C. de legi. ubi statutũ dicens, quòd de quolibet contractu debet solui gabella, intelligit de contractu ualido. Tertiò alleg. tex. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra. ta. & ibi Bart. quòd uerba debent intelligi, dum modò actus ualeat. Sed tu allega gl. in l. si patronus hæres. §. fin. & gl. incip. hac scilicet ratione. ff. si qd in frau. pat. Item est consiliũ Bal. incip. In Dei nomine, amen: certũ est, q̃ filia, ubi Bal. consuluit, quidam donauit certa bona non facta insinuatione, quæ donatio transcendebat summã à iure statutam: & in instrumẽto posuit istam clausulam, q̃ si unq̃ peruenireat ad eum, restitueret illa: modò ille fecit, q̃ iudex annullauit instrumentũ, tanq̃ inualidũ, quia non insinuatũ: reuocato eo bona peruenieb ãt ad eũ. Bal. cõsuluit, q̃ ille nõ tenebaꝫ ad restituendũ, ex quo inualidus fuit actus. ¶ Item no. fm Bal. in authen. habita. C. ne. fi. pro pat. ubi quidã fecerũt statutũ, qđ non tenuit: qdã cõtrauenit: dicit, q̃ nõ debet puniri: qa ex quo nõ tenet statutũ, ergo nec pœna. Et hoc ponit etiam Bar. in extraua. q̃ sint reb. ¶ Itẽ allego Car. consi. lxxxv. inci. Dominus Nico. Marchio Astensis. ubi consuluit, q̃ ille Marchio, q̃ ꝓmiserat dare certas terras Bononiẽsibus, non

non incurrit pœnam appositã in promissione, ex quo promissio non tenebat. Et ista, dicit Car. habent locum in contractu, qui est contra legem: secus, si est præter legem: qa ualeret cũ adiectione pœnæ, per glo. in l. pacta. ff. de pac. Item uide Ang. consi. ccxxv. incip. punctus talis est: Marti. de Florentia. ubi dicit, q̃ promittens non reuocare procuratorẽ, potest eum reuocare absq̃ metu pœnæ, etiamsi pœna esset ibi apposita. Item uide Ab. in c. super eo. de condi. appo. ubi dicit, aliqs contraxit matrimonium cum pœna: & est in casu non permisso, putà, promitto contrahere tecũ, si Papa nobiscũ dispenset: nunc pœnituit eum: dicũt ibi Doct. q̃ si ille non petiuit dispensationem, non tenetur ad pœnã appositã: quia cõtractus fuit nullus: meritò nec tenuit pœna. Sed pro ista glos. ponderabitis glos. in c. P. & G. j. eo. & est casus singularis, iudicio meo.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Arbitri si discordant, quis teneatur eligere tertium.*
2 *Arbitri iuris si sint in maiori parte, an possint altero absente procedere.*
3 *Et quæ dicũtur de istis arbitris, habent locum in arbitris statutarijs.*

CAPITVLVM XXXIX.

Vspicionis. ¶ Arbitri electi ad causam recusationis, assignãt partibus terminũ ad ꝓbandã suspicionem, sed iudex recusatus compellit arbitros ad causam finiendam. ¶ Not. hîc, quòd, fm

1 do. Abb. quis †, teneatur eligere tertiũ, cùm arbitri discordant: cui adde, & super eo depinge, quæ inferiùs dicam. ¶ Et primò Bal. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. ubi dicit, q̃ si arbitratores discordãt, partes tertium eligant: sed partibus discordantibus iudex uenit in electione; ut compulsor, non elector. Contrarium tamen uoluit Bal. in l. ij. in penul. col. in lectura, C. de rescin. uen. ubi dicit, q̃ æstimatoribus à partib. electis discordantibus iudex eligit tertium, & tamen isti æstimatores uidentur arbitratores. Sed poteris dicere, q̃ loquitur in æstimationibus. Itẽ Car. consil. lxxxvj. inci. In causa, quæ uersa est. ubi tenet, q̃ l. item si unus. §. principali ter. ff. de arbi. non habet locũ in arbitratoribus: & uide Bal. in l. fina. in x. q. C. de contrahen. empt. ¶ Vtrùm uerò tertius solus debeat pronuncia-

a re, uel cum altero, ex istis [a] Ab. hîc ponit, pro quo allegate Bal. in l. j. in ij. oppo. C. de his, quæ pœ. no. ubi sensit, q̃ solus pronunciet. Aliter sentit Bald. in l. iubemus. C. de app. ubi dicit, statutum dicit, q̃ causa committat in duos, & eis discordantibus iudex sit tertius, dicit, q̃ in isto casu stabitur arbitrio soli [b] potestatis: secus, si est electus à partibus: qa tunc nõ habet, nisi unã uocẽ. Idem sentit Bald. in c. pastoralis. in prin. §. de rescrip. per tex. in c. legitima. de appel. in vj. ibi, cùm ambo, uel alter ipsorum. Quod no. ¶ Glos. in uer. ad quos omnia. Dicunt Mod. q̃ Bart. in l. si unus. §. si plures. ff. de arbi.

2 dicit, q̃ † maior pars istorũ arbitrorũ iuris, possunt pronunciare altero absente: non sic in uoluntarijs, c. ij. de arbi. in vj. Secũdò allegãt Bal. in c. cùm ugesimũ. j. eo. ubi dicit, q̃ l. cùm Iulianus. ff. de arbi. non habet locum in arbitris, de quibus hîc: & sic in arbitris iuris. ¶ Primò ego pro hoc allego Bal. l. j. C. de peri. & commo. rei uen. ubi dicit, q̃ sententia istorũ arbitrorũ uocatur propriè sententia. Sed Bal. alibi dicit, q̃ arbitrorũ sententia nõ dicitur propriè sententia, sed laudũ, scilicet in l. j. C. ne liter. prouoc. Et omnia, quæ dicunt de istis arbitris, habent locum in arbitris statutarijs. Pro quo uide Abb. c.

3 cùm dilectus. de arbi. ubi dicit, q̃ † ab arbitris statutarijs põt appellari, sicut ab istis, ut in c. ab arbitris. de offic. deleg. in vj. Idem Imo. in l. j. in pen. col. ff. sol. matri. & Domi. in d. c. ab arbitris. & Ang. in repe. l. si uacantia. C. de bo. ua. lib. x. ubi dicit, q̃ licet arbiter nõ possit punire testem falsum corã se dicentem, tñ arbiter iuris, uel electus à statuto, potest eũ punire: qa iurisdictionem habet. Vltimò uide Abb. c. fin. in ulti. col. de re iudi. ubi omnia ponit, quæ ipse ponit etiã hîc. ¶ Glos. in uerb. sunt cogendi. Extra glo. ponit hîc Abb. unum dictum, an sint uocandi arbitri, qui dicũt se discordes ante sententiã ab illo tertio, qui est electus postmodũ. Vide, quę dixi in c. prudentiã. §. eo. in prin. ¶ Et no. q̃ sicut pro recusatione habentis expedire actum extraiudicialem recurritur ad arbitros, ita pro recusatione habentis expedire actum extraiudicialem. Ita Anto. & Io. de Imo. & Abb. per glos. ibi in uersic. ostensum. in c. j. ẽ. de his. quæ fiunt à ma. pat. cap.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Interesse damni emergentis, & lucri cessantis, peti potest.*
2 *Laicus an possit se submittere alteri episcopo sine licentia sui episcopi, ratione excommunicationis.*
3 *Sententia ualet etiam data impotentia.*
4 *Pactum tale, si non fecero tale quid, amittam beneficium, an ualeat.*
5 *Delegati potestas prorogari non potest.*
Quod limitatur sex modis, ut hîc per ordinem nu. eod. & 6.
7 *Prorogatio non habet locum in causa appellationis: appellatio enim debet esse gradatim: non ergo potest uentilari apud incõpetentẽ.*
8 *Iudex, cuius iurisdictio prorogatur, non exequitur sententiã suam.*
9 *Prorogatio non habet locum in causa criminali mota per modum inquisitionis.*
10 *Minor xxv. annis non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis, declinato suo, sine authoritate tutoris etiã cum iuramento.*
11 *Procurator ex generali mandato nõ potest prorogare iurisdictionẽ.*
12 *Potestas officialium ex forma statuti limitata, sicut uiduarum & mercantiæ, non potest prorogari ad alias materias.*
13 *Exemptus ab ordinario si promittit coram eo stare l. ipso certo termino, & prorogat iurisdictionem, prorogatio nõ tenet, nec excommunicatio inde sequens, etiam hoc iudice ignorante.*
14 *Excipitur unus casus hîc.*
15 *Error facti non solum impedit prorogationem, sed etiã error iuris.*

CAPITVLVM XL.

P. & G. ¶ Delegati iurisdictio ad personas in rescripto non comprehensas, prorogari non potest. H. D. ¶ Po-

1 test † peti interesse damni emergentis & lucri cessantis: gl. est in c. cõquestus. de usu. & tenet ibi Io. de Ana. in iiij. col. & Ab. & idem tenet Ab. & plenius, in c. cùm uenerabilis. de excep. & Imo. in c. in sacro. in uerb. interesse. de sen. excom. & ponit Ab. in consi. xxxviij. inci. Illud de iure quærit. in ij. uol. ubi dicit, q̃ põt peti interesse, prout §. Et hoc est uerum de interesse resultante post morã: secus, si ante morã: qa interesse ante morã peti non põt. Addatis Ab. consilio lxiiij. col. iiij. uol. j. ubi dicit, q̃ etiã hodie de iure comico hoc interesse post moram peti põt; & Summã Pisanã in uerbo, restitutio. §. j. in add. noua inci. Ad prædictorũ intelligentiam. & bea. Tho. ij. ij. q. lxij. arti. iiij. in ij. arg. & eius sol. ubi dicit, esse duplex damnum. Primò, ablatio eius, qđ quis actu habet, ubi est opus restitutione. Secundò, damnũ in impedimento, ne quis adipiscaꝫ, putà si effodi semina agri, uel fui in mora restituendi mutuũ: & tunc non est opus recõpensatione æqualiter: qa minus est habere in uirtute,

quàm habere in actu: existês aũt in uia adipiscendi, habet illud tantùm uirtute, uel potestate: modò si reddentur, erit habere hoc in actu, qd' est ablatum, nõ sumptũ, sed multiplicatũ, quod non est de necessitate restitutionis: tenetur tamen aliquam recompensationẽ facere secundum qualitatem & conditionẽ personarũ & negotiorum, fm ipsum. ¶ Secundò allego Fran. de Platea in trac. restitutionũ, in uerſ. restitutio. §. vj. & ponit Bald. latè in l. unica, C. de sen. quæ pro eo, qd' interest. ¶ Gl. in uer. termino & loco. quæ est prima gloss. De ista glos. non curat hîc Ab. ut uidisti: sed eã optimè declarat do. Ant. & Imo. & quæ sequuntur. ¶ Gloss. in uer. sententias, promulgares. An † laicus sine licẽtia episcopi possit se submittere alteri episcopo, cũ suo, ratione excommunicationis? Ab. hîc declarat: & etiam, utrùm ualeat pactũ, q ego possim excõmunicari sine monitione lapso termino. Dicunt hîc Mod. q ualet hoc pactũ cõtra opi. Inn. & Abb. & aliorũ hîc. Primò dicunt ipsi, non est iure cautum, q monitio sit in fauorem publicum: ergo est iuris priuati, cui renunciari potest, c. ad Apostolicã. de regul. Secundò dicunt, q monitio est inducta, ut qs se corrigat. Ita omnes in c. sacro. de sentẽ. exc. Ergo huic fauori renunciari potest. Tertiò, ubi apparet de incorrigibilitate, non requiritur monitio, c. cùm nõ ab homine. de iudi. Sed ita est hîc. Ergo, &c. Allegant simile, q ubi constat de non iure absentis, non est opus eum citare, c. cùm olim, de re iud. Sed monitio est quædam citatio. Ergo, &c. Quartò dicũt, ubi dies est appositа, illa interpellat pro homine[a], c. potuit. de loca. l. magnã. C. de contrahen. & cõmit. ſſpu. Sed iste, pmisit intra mẽsem. Ergo finito mense est in mora: & ex quo dies monuit, non dicetur excõmunicatus sine monitione. Quintò, monitio statuti synodalis priuãs executorem nõ exequentem, habet effectum sine aliqua monitione. Ita Lud. plenè cõsi. ccxxviij. Inn. in c. humilis. de maio. & obe. Non obst. c. sacro. qa loqtur, ubi non præcessit monitio. Sed hîc præcessit saltem in confuso, licet non specialiter. Et sic dicunt, ualet hoc pactum, uolo excõmunicari sine monitione, si non soluã intra tale tempus.

¶ Sed q non ualeat tale pactum, primò facit: nam pactũ turpe & cõtra bonos mores nõ ualet, c. fi. de pac. etiam cum iuramento, regula, non est obligatoriũ. de reg. iu. in vj. Sed q innocens, qui non deliquit, separet à Christo, est cõtra bonos mores, c. inquisitioni. de sen. excom. & no. Inn. hîc. Sed pactum, de quo agimus, esset tale. Ergo nullum. Secundò: pactum contra naturã rei est nullum, l. cùm precario. ff. de preca. & gl. mag. in c. ij. de consue. in vj. Sed natura excõmunicationis, quæ non profertur à lege, est ita, ut nunquã feratur, nisi præcedente culpa. Ergo pactum in contrariũ non ualet. Tertiò: licet appositio diei sit apta imponere incorrigibilitatẽ & cõtumaciam, nõ tamen est apta apponere culpam. Sed ubi duo requiruntur copulatiuè, non sufficit unum sine altero. Ergo, &c. Et si tu diceres, imputetur pacisceti, respondeo, q licitè potest cõtrauenire pacto nullo. Casus est hîc. ¶ Item nõ obst. si dicas, cur ergo ualet sententia non data culpa, dummodò tempus eueniat: respõdeo, q est hoc speciale inductum in sententia, q etiã iniusta teneat: & ad eius nullitatẽ requiritur error expressus. Vel respondeo per ea, quæ j. dicã, q imo nõ ligat impotentem & inculpabilem, &c. ¶ Subdunt Mod. hîc, q † sententia ualet etiã data impotentia: & omnes hîc. ¶ Limita, fm eos, nisi iudici constet de impedimento: qa sententia non ualet: & mouentur p l. quæsitũ. ff. de re iudi. ubi ualet sententia cõtra infirmũ, si iudex ignorabat eum infirmum: secus, si sciebat: ergò in casu nostro idem erit. Et addunt, q ubi iudex ignorat impedimentum, eo detecto facillimè debet absoluí. Ita omnes hîc. Et pro hoc Mod. allegant l. j. §. hoc edicto. ff. si mul. uen. no. Adde, q imo, docto de impedimento, iudici priùs incognito, non est opus absolutione: sed si allegatur impedimentum, & adhuc nõ probatur, à principio debet absoluí, si petat. Ita decidit Ab. c. ij. de testi. cog. uer. ego in hac q. Et q non sit opus absolutione, tenet Spe. tit. de contumacia. §. pe. uer. quid si non ueniens. & Hosti. & Bal. d. c. ij. de testi. cog. & do. Anto. ibi: Ab. c. Odoardus. de sol. contra gl. ibi, in uer. non ualentẽ. Item dicunt hîc Mod. Pactum, per qd' corpus affligí potest, non ualet: & hoc per l. liber homo. ff. ad l. Aquil. tunc si anima preciosior est corpore, ergo anima per pactum ligari nõ põt, à fortiori respondebat, q hîc anima affligitur per iudicẽ. Præterea ista non est pœna, sed medicina. Item dicas, q pœna corporalis durat, & est irreparabilis: sed excõmunicatio reparari potest petendo absolutionẽ. ¶ Dicit hîc Inn. q sententia habens errorem uirtualiter, sed nõ expressim, est ipso iure nulla: posui in c. translato. de cõsti. in lec. ubi uideas. ¶ In glo. ibi, sub pœna beneficij sui ualet pactum de amittendo beneficio, si non fecero tale quid. Declara hoc primò, dum † modò ista obligatio fiat in manibus ordinarij, q possit recipere resignationem: aliter nõ ualebit: qa istud est unum renunciare tacitè: sed renunciatio facta nõ in manibus superioris, non est ualida. Ita dicit Rota decis. xxxvj. inci. Item si actor. in fi. de renun. & est iij. in nouis: & ita limitatur c. fi. de crimi. fal. ¶ Secunda declaratio. Ad cuitandam istam pœnã sufficit semiplenè probare, etiã per unũ testem: & hoc intellige, cùm quis se obligauit ad probandum aliquid. Hoc est dictum Io. de Ana. c. fi. de cri. fal. in j. col. Allegat Io. And. c. cùm dilecti. de elec. Allegat. no. c. ij. de calumnia. ubi ad probandũ uitium calumniæ sufficit probare semiplenè. ¶ Tertia declaratio: q inuisto superiore fieri non potest. Hoc ita Abb. in c. cùm dilecti. in fi. de elec. p no. in c. admonet. & c. quod in dubijs. de renun. Et ita intellige. Et uide Bal. in c. j. §. porro. quæ fuit prima causa benefi. amit. ubi dicit, q qui nõ potest soluere in termino, nõ est periurus. Allegat Inn. hîc, pro quo uidete omnes; in l. quod te. ff. si cer. pet. gloss. & omnes in c. breui. de iureiur. Bar. in l. cõtinuus. §. cùm ita. ff. de uer. obl. Lud. in l. fi. ff. qui satisd. cog. ¶ Gloss. in uerſ. nulla, &c. Dicta Abb. hîc sunt bene declarata: tamen superisto tex. facias unam conclusionem, s. quòd † potestas delegati prorogari non potest[b].

Text. est hic in fi. ¶ Limita primò, nisi fit rescriptum non ad lites, quod extẽdatur ad certum genus personarum in materia ad alios adaptabili: quia ad alios prorogari potest. Ita dixit Domi. §. in salutat. Greg. mouetur ex gl. ibi in uer. ex cõmorantibus. iuncta suppletione Ioan. And. ¶ Secundò limita, nisi causa quoquo modo tangat alias personas in rescripto nõ cõprehensas. Ita Ab. hîc post Bal. in l. si qui ex cõsensu. C. de epis. audiẽ. Adde Inn. Oc. & Ab. in c. ueniẽs. el ij. de testi. ubi dicit, q tertius pro suo interesse potest, pponere ius suum corã delegato. Istud dictũ allegat Rota in antiqs, dec. dcxvj. in esp. Item si causa cõmittitur. & dicit hoc esse pulchrũ dictum. ¶ Tertiò limita istũ tex. ut, pcedat, quo ad psonas principales: secus, quo ad accessorias, putà fideiussores. Vnde si laicus dedit clericũ fideiussorẽ corã delegato Papæ, talis clericus, licet sit psona extranea, nõ cõtenta in rescripto, uidet tñ subijci iurisdictioni iudicis delegati, & illius iurisdictionẽ prorogare: qa Papa, quẽ delegatus repræsentat, est ordinarius omniũ clericorũ in omni diœcesi totius mundi. Sing. est decisio Cy. post Pet.

a *Pro homine]* *Quòd dies interpellat pro homine, quando locum habeat, uide per do. Soci. cõsi. cvij. incip. Vt in quæstione. uer. sit ergo conclusum. in fi. in j. parte, chart. lxxij. Et adde do. Alex. in l. quoties. de uer. obli. & in l. uinum. ff. si cer. pet. et in l. si ita stipulatus. de uer. obli.*

b *Non potest]* *Adde Pet. de Sua. in l. j. alleg. hîc in tex. in vj. fal. de iudi. post gl. & ibidem uide Guil. de Cu. De dicta prorogatione uide do. Alex. de Imo. in cõsi. clxxx. ij. parte.*

Pet. in l. pen. ff. si qs in ius uoc. ¶ Dubito tñ de hoc: qa
6 sequeretur, q † quilibet posset, progare iurisdictionem delegati Papæ, cõtra istum text. Nec obst. q repræsentet Papã: quia repræsentat solùm in illa causa, non in alijs, ut hîc per Doc. Nec obst. q ueniant accessoriè quia modus cognoscẽdi, diuersificabitur. Cogita tñ: quia notabile est. ¶ Quartò limita, nisi partes comprehensæ in rescripto prorogent iurisdictionem, cõsentiendo in delegatum, cui delegãs nõ potuit cõmittere causam, & tamen iurisdictio delegantis potuisset, progari, licet non fuerit prorogata: quia partes litigando corã suo delegato, ita uidetur eius iurisdictionẽ prorogare, sicut potuissent prorogare iurisdictionem delegantis. Ita Abb. cõsi. lxj. inci. Saluatoris, eiusq, &c. in j. uol. quia cùm gerat per omnia uicem delegãtis, uidetur eius iurisdictio prorogari. ¶ Quintò fallit, nisi esset persona, quæ successisset personæ comprehensæ in rescripto, c. j. de alie. iud. Facit tex. c. quia G. de iudic. & qd' habetur in c. signi ficauit. de rescri. Tñ non est propriè prorogatio, ex quo successor fingitur eadẽ persona. ¶ Sextò fallit in delegato ad uniuersitatẽ causarum. Ita gl. l. j. ff. de iudic. de qua tñ gl. dubitat hîc do. Ab. in j. col. Potest aũt, progari iurisdictio iudicis, de cuius tñ iurisdictione dubitatur: secus, si non dubitatur: hoc est dictum Inn. in c. pastoralis. in prin. de rescr. Sequit Ang. l. j. ff. de iudic. & plenius in l. si per errorẽ. ff. de iur. om. iu. ¶ Si uerò Papa, uel Imperator reseruant sibi certã cognitionem, uel iurisdictionem, partes, uelint nolint, erunt sub eo, nec alterius iurisdictionem poterunt prorogare. De hoc est dictum Inn. in c. inter dilectos. de excess. præla. & in c. cùm M. de consti. & ponit Arch. in c. tibi, qui. de rescrip. in vj. Bal. in c. j. §. præterea. lo. ultimo, de prohi. feu. alie. per Fede. fa-
7 cit c. ut nostrum. cum materia, de app. ¶ Item no. q † in causa appellationis nõ habet locum prorogatio: qa appellatio debet esse gradatim. Ideo non põt uentilari apud incompetentem. Ita Bald. in tit. de pace Constan. in uer. fm mores illius ciuitatis. Allegat authen. ad hæc. C. de iudic. ¶ Si uerò partes litigant corã ordinario, tanq corã delegato, & nulla est delegatio, quia facta ab incompetenti, non ualet, pcessus ex ui, progationis. De hoc est decisio Bal. l. j. C. qui pro sua iur. & l. falsus. circa princ. uer. ad tertiam. C. de furt. & Lud. l. j. §. si quis ita. de uer. obl. & est gl. in c. prudentiam. in uer. canonicè. §. eo. ¶ Si autem partes compromittunt in delegatos, non uidentur in dubio renunciare rescripto: imo utranque potestatem amplecti: & põt sententia ex utraq parte sustentari. Ita dicit Bal. in c. si inter partes. in prin. in tit. de l. Cõradi. per text. in c. nisi essent. j. de præben. Et q quis
8 possit procedere ex duplici authoritate, tenet Bal. in l. j. ad fi. C. de fur. ¶ Iudex † uerò, cuius iurisdictio prorogatur, nõ exequitur suã sententiã. Tex. & gl. & Bal. in
14 l. episcopale. C. de episco. audi. & ponit Ludo. in l. j. §. & post operis. ff. de ope. no. nun. & latè Io. And. in tit. de cõpensat. in addit. §. j. subdẽs, q ordinarius hoc poterit ad mandatum istius. ¶ A' sententia uerò episcopi, cuius iurisdictionẽ laici, progant, nõ appellatur. Tex. est in d. l. episcopale. Quod uerum est in laicis, quibus imperator põt præiudicare: secus est in clericis, progantibus iurisdictionẽ unius episcopi. Ita Ab. in c. causam. de re iu-
9 di. in j. col. ¶ In † causa aũt criminali mota per uiam inquisitionis, non habet locũ progatio. Ita Bald. hîc, & in l. j. C. de sicar. quia in, progatione requirit cõsensus

a *In l. j.*] *Et ibidem ad hoc uide do. Alex. de Imo.*

a utriusq partis, in l. j[a]. ff. de iudic. & Io. de Ana. in c. ad petitionem. de accus. Sed in inquisitione utraq pars nõ cõsentit: qa iudex nõ est pars. Ergo, &c.

¶ Contrarium tenet Fran. de Are. c. j. in ult. char. de iudi. dicẽs, q ubi agit de præiudicio duorum, requirit eorũ cõsensus: sed qñ tractatur de præiudicio uni, sufficit eius cõsensus: l. Nesennius. ff. de neg. gest. Pro quo Sal. in l. j. C. ubi de cri. agi opor. ubi idẽ tenet: qa iudex obtinet uim reipub. Ergo partis. Idẽ sentit in l. j. in ix. q. C. de iur. om. iud. Et adde, q etiã in accusatione requritur aliud, s. consensus iudicis, ubi fuit cõmissum delictum, fm Pau. de Cas. in d. l. j. C. ubi de cri. agi opor. Qd' puto uerũ per id, qd' dicit Abb. hîc de interesse tiñ dictæ, uel cõfiscationis: quæ ubi nõ cõcurrerit, fortè
10 tenẽda esset hæc opi. do. Ab. ¶ Minor † xxv. annis sine authoritate curatoris, etiã cum iuramento, non põt prorogare iurisdictionẽ alterius iudicis, declinato suo: quia nõ habet legitimã personã standi in iudicio, l. clarũ. C. de autho. præstan. Ita Ang. in l. j. ff. si qs in ius uoc. dicẽs, q authen. sacramẽta. C. si aduer. uen. nõ habet locum in actibus, q fiunt in iudicio. Ita Spec. in tit. de act. §. j. ¶ Limita, nisi ista, progatio esset omnino utilis minori, fm Bal. in l. j. C. de iurisd. om. iud. qa teneret iudiciũ tunc p eum agitatũ, p tex. in l. nõ eo minus. C. de, pcu. Et ibi Bal. subdit, q illa lex habet etiã locũ in pupillo. Allegat gl. in l. neq tutores. C. de admi. tut. & dicit se ita consuluisse Ferrariæ in fauorẽ pupilli expulsi ex Bononia.
11 ¶ Procurator † ex generali mãdato nõ põt, progare iurisdictionẽ. Ita omnes Doc. c. cùm olim. el j. §. eo. ¶ Primò not. tñ circa hoc, q sufficeret mãdatũ generale cum libera. Secũdò not. q si, progat patiente domino, q ualet, progatio, ut in d. c. dictum fuit. ¶ Corã arbitro nõ põt fieri, progatio. Ita Bal. in repe. l. ex cõpromisso. ff. de arb. in vij. q. qa nõ habet iurisdictionẽ, sed notionẽ, l. ait prætor. ff. de re iud. Põt tñ ipsius notionis fieri prorogatio in eadẽ materia, & dũ modò fiat intra tẽpus cõpromissi: sed si fieret pòst, dicẽt nouũ cõpromissum. ¶ Po-
12 testas † officialiũ ex forma statuti limitata, sicut uiduarum, uel mercãtiæ, nõ põt ad alias materias prorogari, fm Abb. hîc: pro quo uide Maria. in c. significasti. de fo. comp. ubi refer, se ita cõsuluisse. Mouet p istũ text. & per ea, quæ dicunt de delegato. ¶ Secundò mouet: quia qualitas dans iurisdictionẽ iudici, debet allegari, ut per In. in c. cùm sit. de fo. cõp. Sed hîc nõ potest allegari, nisi sua, ppria. Ergo, &c. Tertia ratio: qa, progatio nõ põt fieri ad speciẽ omnino diuersam: gl. in c. hi, qui de præb. in vj. ¶ Si qs litigat corã iudice nõ suo, nõ intelligit in dubio, q uelit, progare iurisdictionẽ. Ita In. in c. cùm causam. sup uerbo, præsumptionẽ. de testi. ¶ Si † exẽptus
13 ab ordinario promittit stare corã eo, lapso certo termino, & progat iurisdictionẽ, progatio nõ tenet, nec excõmunicatio sequẽs, etiã iudice hoc ignorãte. Ista est conclusio Io. And. in regula, scienti. in Mercu. disputata per quendã suũ scholarẽ. Et intellige de exẽpto, qui exemptioni suæ renunciare nõ põt, ut sunt subiecti Papæ, per tex. in c. cùm tẽpore. de arb. secus in alio exẽpto. ¶ Error litigantiũ impedit, progationẽ: gl. est ordinaria hîc: quia impedit cõsensum, sine quo, progatio fieri nõ potest. Si q errorẽ. ff. de iurisd. om. iudi. ¶ Excipit † primò
14 casus, progationis, quæ fit p uniuersitatẽ, uel populũ, litigantes corã incõpetenti p errorẽ. Ita Bal. in l. ij. C. quæ sit lon. cõsue. Dicit em ibi, cõsuetudo dat iurisdictionẽ, c. cùm cõtingat. de fo. comp. Sed cõsuetudo induci põt nõ obstãte errore, l. qd' nõ ratione. ff. de ll. Ergo si p errorem populos litigauit errãdo, ualebit talis prorogatio.
¶ Secũdus casus est, qñ iudex[b], progatus per errorẽ, pnunciasset se cõpe-
b tentẽ: quia si ab ista sententia nõ fuit appellatũ, habebit & oportebit eí stari. De hoc est decisio Inn. in c. sup literis. de resc. & Bar. in l. ij. ff. si qs in ius uoc. ¶ Tertius casus est, ubi litigat corã iudice habẽte iurisdictionẽ, sed non plenũ exercitiũ iurisdictionis: qa tũc error litigantiũ nõ attendit. Ita Inn. in c. prudentiã. in uerbo, excõmunicationis. §. eo. loquẽs in uno ex pluribus. delegatis: & sic facilius prorogat usus, q iurisdictio. Hoc dictũ sequit Ange.

b *Quãdo iudex]* *Adde tu & limita dictũ Inn. & Bar. ut procedat in illo, q per comparitionẽ põt prorogare: secus est in clerico, qa nõ potest: imo si est cõtumax, processus est nullus, p tex. in c. si diligẽti. de fo. cõp. Bal. in l. ij. ff. si quis*

si qs in ius uo. non ie. Iuxta hoc quærit Bal. in d. l. ij. de utili q. pone, potestas fecit citari ali quē pro delicto, q erat clericus, tamē potestas ignorabat eū esse clericū, & quia erat cōtumax, bannivit eum ex forma statuti, nūquid occidēs clericum sic bannitū excusatur ab homicidio, stāte statuto, q. bānitus posit impunè occidi? Arguit ad partes, & finaliter determinat, quòd sic, scilicet q excusetur. Adde, q. istam q. latè disputauit Io. An. in regula, qd' qs. de reg. iu. in vj. ubi refert idē fuisse decisum. Idē tenet Alb. de Ros. in iij. parte statut. in q. xxvj. & seq. quæ incipit, quærit, an ipse Gādinus. Sequitur do. Alex. in consil. cccxxx. inci. Attēta dispositiōe statuti. Adde, q cōtrariū notabiliter tenet ipsemet Bal. sibi cōtrarius, in l. j. C. si à non cōpe. iu. ubi tenet, q nō excuse tur, q occidit clericū bannitū, quātis ignorauerit ese clericū. Seqtur do. Alex. sibi cōtrarius, in consil. suo cccxxij. inci. Visis dubitationibus. Adde tamē, q prima opin. plus placet: et est tenēda. In criminalibus quādo uariæ sunt opi. semp tenēda est illa pars, quæ tēdit ad absoluendū, linterpretatiōe. et l. sanctio legum. ff. de pœn. Secūdò, quia ad hoc, q. quis teneatur de homicidio, requiritur, q homicidiū sit dolo commissum. Ita dicit Bart. in l. qd

consi. clxij. inc. Petita fuit. & in l. j. ff. de iudic. in d. l. si p errorē. & in l. Pōponius. aliàs, si uni. ff. de re iud. & Bal. in l. si cōuenerit. ff. de iur. om. iud. ¶ Contrariū tenet Imol. in d. c. prudentiā. & sentit ibi Ab. p tex. ibi: & probat à fortiori, p c. cùm sup. §. eod. ubi ille, q erat cōpetens per se tātùm, & putauit per errorē nō posse, pcedere, nisi cū alio, q erat incōpetens, talis error utiiat, pcessum. Ergo fortiùs, ubi iste solus procedere non pōt. Et uide Ab. in c. dilecta. uer. hæc ratio. de rescrip. ubi dicit, q ideo in casu l. Barbarius. error litigantiū, progat iurisdictionē: qa in progatione illa agebat de, progatione publica, & plurimorū: sed hīc nec de utilitate publica, nec plurimorū agit: & facit, qd' dixi in casu, pximo. ¶ Secūdò no. q † nō solùm error facti, sed etiā error iuris impedit, progationē. Ita Inn. in c. ad petitionem. de accus. & Abb. ibi, uer. no. bene hoc ultimū. Secus, ubi iudex poterat aliqua exceptiōe repelli, utputà qa suspectus: qa tūc, si nō repellit p errorē iuris, nō pōt amplius repelli, l. si nō conuenerit. de iurisd. om. iu. Qd' nota. ¶ Est etiā quartus casus, in quo ultima cōclusio non procedit: quia debet intelligi in, progatione erronea illius, cui nullo mō partes subijciunt: secus, si realiter habet iurisdictionē in litigātes: excepto certo casu, qa, progatio facta in illo casu, nō uitiat. Ita Inn. in d. c. ad petitionē. de quo Lu. Ro. sing. dclxxvij. inci. Tu habes. l. si per errorē. ¶ De, progatione de tempore ad tēpus, uide in c. de causis. §. eo. De prorogatiōe clericorū dicet in c. fi. de fo. cōp. ubi sequēti anno dicemus ea, quæ sequunt. Qd' no.*

SVMMARIVM.

1 *Scientia ubi requiritur alicuius qualitatis, quando quis capitulat, si non exprimit illā qualitatem, capitula non tenent.*
2 *Commissio facta minori xviij. annis, an teneat de consensu partium.*
3 *Populus an posit statuere, quòd proximus pubertati posit testari.*
4 *Pupillus an posit succedere ad principatū ante pubertatem, dato ei tutore.*
5 *Princeps si sciat ætatem minorem, & scienter committat causam, an teneat commissio.*
6 *Papa si commendat alicui laico certum plebanum, an talia uerba enunciatiua probent eum esse plebanum.*
7 *Papa si mandat prouideri alicui impuberi, & non apponat clausulam, Dispensamus, sufficit, ut dicatur dispensasse.*
8 *Ætas episcopi, inquisitoris, ordinādorum, abbatissæ, et aliorum, qualis debeat esse? Vide nu. 9. 10. 11.*

CAPITVLVM XLI.

Vm uigesimum. ¶ Maior xx. annis pōt à quocunq; dari dele-

gatus. Idē in maiore xviij. dum modò cōsentiāt partes. Minor uerò xviij. da 1
tri non pōt nisi à principe. H.D. ¶ Vtrùm † minor xviij. annis possit esse iudex? Vide hīc do. Ab. quē hīc ap, pbant Moder. & id, qd' dicūt de sciētia istius, q cōmittit causam tali minori. Vnde inferūt, q oportet, q dicat scienter. Allegāt gl. in c. cōcertationi. de ap. in vj. in uerbo, scientia. quæ dicit, q ubi requirit' sciētia alicuius qualitatis, qñ qs capitulat, si non exprimit illam qualitatē, q capitula nō tenent. Secūdò allegāt Ange. in l. j. C. de Nili agge. nō rump. q stante statuto, q prestans opē nobili incurrat talē pœnā, q si qs præstitit, & nō fuit dictū, q scienter, q debet liberari. Itē allegāt Bar. in l. oēs. C. de agri. & censi. lib. xj. ubi dicit, q si statutum dicit, q quicunq; præstiterit opē bānito, puniat' tanta pœna, q accusatio, quæ nō dicit illū sciuisse bannitū fuisse, nō tenet. Allegāt etiā gl. in l. ex maleficio. §. longè minùs. in uerbo, ignorans. ff. de act. & obl. quę dicit, q ignorās nō punit: & propter hoc dicunt, q fecerāt solenne consiliū tempore, quo Cardinalis quatuor coronatorū gubernabat Bononiā in tali materia, ubi dicunt, euasisse quendā, q fuerat allocutus exercitū: qa dicebat, q ex forma statuti incurrerat quandā pœnā: cōsuluerūt notabiliter, q ex quo inquisitio nō dicebat illū fuisse sciēter alloquutum, nō tenebat: & sic eum euaserūt. Et ad hoc fecerūt aliud motiuū, s. q alloquēs bannitū cōtra formā statuti, nō dicit' incurrere pœnā banni, si est eū alloquutus de alia materia, quā nō tangit statutū reipub. Allegāt l. j. ff. ad l. Iul. maiest. Vos addatis Bald. in l. data opera. C. q accus. ubi dicit, q gl. in d. §. lōgè minùs. esset scribenda literis aureis. Illā gl. allegat Io. de Ana. in rub. de accus. in fi. & Ang. in authen. de eccle. tit. §. fi. in fi. Sed in hoc reperio Bal. in l. j. C. q accus. uer. super secundo puncto. ubi dicit, q istud de allegāda scientia, habet locū, qñ quis accusat, q non fecit tale qd, uel omisit facere: secus, si qs accusat, q aliquid fecit: qa, pbæt accusatio, licet nō fecerit mentionē de sciētia, uel supina ignorātia. Allegat gl. in d. §. longè minùs. ¶ Et uide Lud. Ro. ubi limitat ista dicta, in cōs. cv. incip. Viso themate. in prin. quòd nō intelligunt, ubi qs fecit, qd' est de genere malorū, sicut occidere, furari, &c. Secus, ubi fecit actū non prohibitū, nisi, pter aliquid accidēs, sicut alloq bannitū: tunc oportet capitulari de scientia. ¶ Secundò dicūt Moder. q Bal. hīc op 2
ponit cōtra istū tex. q † de cōsensu partiū nō teneat cōmissio facta minori xviij. annis. In cōtrarium dicit Bal. uidet' tex. l. quidā consulebat. ff. de re iudi. ubi dicit, q imo ualet. Soluit Bal. q de iure Canonico nō pōt cōmitti minori xviij. annis: de iure aūt ciuili pōt. Et cum istis trāseunt hīc Moder. Vos dicatis, q imo etiā de iure ciuili nō pōt fieri cōmissio minori xviij. annis de consensu partiū. Ita uoluit Io. de Imo. Nā ubi sunt opiniones interLegistas, in dubio debet stari iuri canonico, etiam in foro Cæsaris. Ita Doc. in c. ex literis. de rescrip. & scripsimus in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. ¶ Dominus Ab. hīc nō uult, q princeps, etiā scienter, possit causam cōmittere pupillo: qa impubes patit' defectū natalium, ut hīc p eum. Moder. hīc arguūt cōtra Ab. primò de dicto Bar. in d. l. quidā. ubi dicit, populus pōt eligere in principē, uel iudicē, etiā infantē, uel pupillū. Ergo si hoc pōt populus, fortiùs princeps, q est maior populo. Secūdò arguūt ex dicto Bar. in l. iij. ff. de testa. ubi dicit, q populus pōt statuere, q proximus pubertati possit testari. Si populus hoc pōt: fortiùs princeps. Demū arguūt, p do. Ab. & dicūt, q pro eo est casus in d. l. cùm prætor. §. cùm autem. *ergo. §. ergo pœna grauior. ff. de insti. Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Ang. et Paul. de Cast. in l. j. ff. de legi. Paul. de Cast. in l. & si seuerior. C. de insti. Sed quælibet causa excusat à dolo, ut in l. si qs. ff. de iurisd. om. Et quānis iste posit esse in aliqua culpa, tamē in criminalibus lata culpa nō æguparatur dolo: gl. in l. in actionib⁹. in uerbo, nō ob culpā. ff. de in lit. iur.*

aūt. ubi ponit impubes, p pupillo à natura, & nō à præsumptiōe iuris. Et ad proximū dictū Bar. sic respōdent, q non est uerū, q populus possit habilitare, pximū pubertati ad testandū, fm Ange. l. si quæramus. ff. de testa. Et mouent' p l. pe. uer. ullo modo. C. q test. fa. pos. Modò sic: ubi ponit' uerbū Vllo mō, inferior à principe dispensare nō pōt: gl. in cle. fi. in uer. ullo mō. de ætate & quali. 3
& in uer. nullatenus. Sed † populus est inferior à principe. Ergo dispēsare nō pōt. ¶ Tñ tenent omnino cōtra do. Ab. Mouent' p dictū Bal. in l. fi. C. de testa. mili. ubi dicit, q ciuitates Lōbardiæ sæpe eligūt in gubernatores, infantes, filios magnificorū dominorū. Considera: si ipse dicit infantē in gubernatorē, multò magis in iudicē. ¶ Itē subdit ibi Bal. q dignitas, pueniens ex radice, 6
ut in dominis Alemaniæ, trāsit ipso iure etiā in infantē, & administrabit p tutores. ¶ Ad l. cùm præter. respōdent, q loquit' in pupillo non pximo pubertati: ut putà, in viij. uel ix. anno, nō in xiij. q est, pximus pubertati: & ex hoc tenēt, q princeps tali pximo pubertati posit causam cōmittere. ¶ Vos pro Ab. addatis Pau. de Cas. in d. l. quidā. ubi expressē tenet, q pupillo nō pōt causa cōmitti, p rationes Ab. ¶ Tñ teneo opi. cōtrariā, & Moder. hīc: & allego gl. in terminis, q Papa pōt committere causam pupillo, in c. statutū. in uer. canonicis. de rescri. in vj. quę dicit, q si Papa ex certa scientia cōmittat causam pupillo, q ualet cōmissio. ¶ Ad l. prætor. respondeo, q licet princeps ex certa sciētia nō dispēset cū his, quę sunt iuris naturalis, esse uerū in totū, sed nō in una causa: qa in una potest: & huic defectui, puideri poterit per acceptationē assessoris, d. c. statutū. §. assessorē. de rescrip. in vj. ¶ Ad secundā limitationē, scilicet dū dicūt, 7
dum modò cōmittat minori sciens, hoc est uerū: p quo uide, quæ scripsimus in c. ad hæc. de rescri. ¶ Dixit hīc Ab. q pupillus succedit ad principatū ante pubertatē: sed dat' ei tutor, penes quē erit administratio. Et dicunt hīc Mod. q Bar. in d. l. cùm quidā. nō dicit hoc. Secūdò allegāt Old. cōsi. ij. inci. Ante finitā tutelā. ubi disputat, an finita tutela pupilli, q erat rex, detur ei curator, si nō uult eum. Tandē ibi cōsuluit, q sit dandus ei curator finita tutela, p c. j. de supple. negli. præla. in vj. & p alias rationes ibi per eū. ¶ Vos dicatis, q imo Bart. ponit ea, quæ do. Abb. allegat suprà, cōtra Mod. Secūdò dicatis, q cū Old. tenet Domi. in c. grauis. de supplē. negli. prælа. in vj. Tñ Imo. tenet cōtra Old. prout refert ibi Domi. Mouet: qa ex quo iure, pprio succedit in regno, omnia 4
potest sine curatore. Allegat l. si curatorē habēs. C. de in integ. restit. mino. Et ad l. cōtrariā allegatā in gl. respondet, q loquit' in illis, q nō succedūt iure, pprio, sed iure electionis. Tñ ego puto primā opinionē esse ueriorē: qa nō uideo rationē differentiæ, an ueniat iure, pprio, an iure electionis. ¶ In gl. j. & ij. aut nihil, aut parū scribunt Doc. qa faciles sunt: ideo pertrāseamus & nos. ¶ Illud, 4
q † dicit de arbitro, q debet attingere xx. annū[a] ad promissō attingeret. Ita Spec. in tit. de arb. §. ij. uer. itē minor. & est tex. in simili in c. si eo tēpore. de rescr. in vj. Idē putato in iudice, p d. c. ¶ Limita † istū tex. 5
& dicta Doct. in quantū dicūt, q sufficit, q princeps scienter cōmittat: & sic, q sufficit sola sciētia ætatis in committēte. ¶ Limita, ut nō habeat locū in beneficialibus. Ita Cal. plenè in tit. de rescrip. cōsi. viij. Primò per cle. j. de 10
præb. ubi bonus tex. qui dicit, q nō dicit' data gratia ad curā animarū, etiamsi Papa dicat, Prouiso, ne cura animarū negligat. Secūdò, qa literę cōtra stylū curiæ nō ualent, c. cū graui. de crimine fal. ¶ Contrariū puto uerius, per id, qd' scribit do. Car. in certis notis causarū, not. cxlvij. incip. objicit cōtra iura. ubi in eodē facto cōtrariū cōsuluit, uidelicet q sufficiat Papam mādare sciēter puideri inhabili, licet super inhabilitate alter nō dispēset. Allegat tex. cū gl. in c. eā te. de æta. & quali. ¶ Secū-

dò uide, p hoc, qd' no. Cōpos. in c. cùm adeò. & ibi omnes, de rescrip. quorū dicta, pbant, q sufficit, q cōstet Papam uoluisse tali, puideri. Et subdit ibi Compos. nō esse uerū, q oporteat, q Papa dispenset. ¶ Ad clemen. j. de præb. respōde, q loquit', qñ nō fit mētio in ipsa gratia, sed in clausula adiecta gratię fit mentio accessoriè de aliquo: secus ergo, ubi in ipsa gratia fit mentio, ut loquimur nos. ¶ Ad illud de stylo curiæ, respōdet Cardi. q iste stylus est ad abundantē cautelam: nō, q oporteat. ¶ Non obst. c. licet. & c. cū grauí. de crimi. fal. qa hoc est uerū, ubi aliqd exprimit' cōtra stylū: secus, ubi aliqd omittit' præter stylum: qa ponunt' aliquādo multa in bullis, quæ nō sunt de necessitate: putà, si dicit', Si, p alio nō scripserimus. Ita Card. ibi. Ad † idē facit, qd' scribit Lap. allegatione vij. inci. disputat, an literæ, &c. & ibi dicit, q si Papa cōmendat iudici laico quendā plebanū, q ista uerba probāt satis, illū esse plebanū, etiamsi sint uerba enūciatiua: putà, si dicit, defendas talē plebanū, &c. qa uidet' Papa fundari in illis uerbis. Allegat text. in cle. j. de proba. ubi est optimus tex. ¶ Adde Domi. in c. si eo tēpore. de rescrip. in vj. ubi dicit, q si Papa mandat, pueri alicui impuberi, & nō apponat clausulā, Dispensamus, satis est, ut dicat' dispensasse. Et Pe. de Anch. consil. lxv. inci. Pro clariori. ubi dicit, q si apparet ex literis Papę ipsum scīuisse de incōpatibilitate beneficiorū, sat s est, ut dicat' dispensasse. Allegat l. idē Vlpianus. ff. de excusa. tuto. ubi bonus textus. & Pet. de Ancha. cōsi. ccxxxviij. incip. Vltra alia solēnia. ubi dicit, q sufficit, q cōstet de certa scientia Papæ ex uerbis suis, licet non dicat expressē se dispensare, per gl. in c. statutū. in uerb. canonicis. de rescrip. in vj. ¶ Limita † ista, nisi rescriptū sit cōtra ius, habēs clausulā derogatoriā ad rescripta: qa tūc oportet derogare illi iuri per clausulā, Nō obstāte, uel, Non obstātibus. Ita Domi. in c. j. de consti. in vj. ubi plenè declarat gloss. in uersic. noscat'. Quæ ita intelligit fm prædicta. ¶ Quādo uerò annus debeat esse cōpletus, uel nō, uide gl. in c. ad nostrā. in gl. ij. de reg. & gloss. in c. subdiaconus. lxxvij. dist. & gl. in cle. generalē. de ætate & qualit. ¶ Si dicit' in xx. anno, &c. isto casu sufficit inchoasse. Quid, si dicat', tibi annorum xviij? Oportet, q sint cōpleti: gl. est in cle. fi. de æta. & quali. in uerbo, decē & octo. Quid, si dicatur, Tali, cùm peruenerit in xix. annum? Dic, q sufficit, q in cœperit. Sed qd si dicat', Cùm peruenerit ad annū xviij? Dic, q tunc debet impleuisse: qa dictio, Ad[b], denotat extinsecam qualitatē. Ita Bar. in l. nec putabā. ff. de condi. & demonst. & Ab. in d. ciemen. fi. De ista differentia ponit plenè Ludo. in l. q hoc anno. ff. de uer. obli. post Imo. ibi, & Imo. in l. si cui legetur. ff. de leg. j. cum cōcor. alijs. ¶ De ætate episcopi habes c. cùm in cūctis. de elec. ubi requiritur, q perfecerit annū xxx. b

Dictio Ad] De hac dictione, Ad, uide Archi. c. si gratiosæ. de rescript. in uerb. & lxxviij. distinc. presbyter.

¶ De † ætate inquisitoris habes, q debet esse in anno xl. cle. uolentes. de hære. ¶ De ætate ordinandorū, est tex. in cle. fi. de æta. & qualit. ¶ De ætate in alijs inferioribus, dignitatibus, dic, q debēt esse xxv. ann. c. cùm in cūctis. & uide tex. in c. j. de æta. & qua. in vj. ¶ De † ætate abbatissæ, dic, q est trigesimus annus, c. in dēnitatibus. de elec. in vj. ¶ De ætate canonici, dic, q debet cōpleuisse xiij. annū, c. sup inordinata. de præb. ¶ An † & qñ pueri sint capaces beneficiorū, uide Domi. in c. de his. xxviij. dis. Et ibi dicit inter cætera, q in beneficio nō curato sufficit, q expleuerit septimū. ¶ De ætate aduocati, q debet complere xvij. annum[c], per tex. in l. j. §. puerilia. ff. de postu. Et ibi Bar. dicit unū, qd' est ad limitationē huius decretalis, scilicet, q doctor ante uigesimū annū pōt esse iudex in causa schola c

xvij. ann.] Adde Bal. dicentē in l. j. C. q & aduer. quos. q minor potest esse aduocat⁹ in causa propria, & non restituitur aduersus omissas allegationes.

a *Hominũ] Quotuplex autẽ ſit ætas hominũ, uide Flor.in l.inuiti.ff. de teſti. & gl.in l. hereditatũ. ff. ad l.Fal.& Aul.Gel. lib.ix.c.xxviij.*

riũ, iuxta authen.habita.C.ne fi. ꝓ patre. ¶ De † ætate doctoris omnis ætas ſufficit data ſufficientia. Ita Car.in ꝓlogo Decretaliũ. Tñ alibi dicit, ꝙ debet exceſsiſſe ſaltẽ xvij.annũ, uidelicet in cle.ij.de magiſt. ¶ Vltimò de ætatibus hominum[a] eſt gl.in proœ.vj.in uerbo, perfectis.& ponit Io.An.in c. literas. ſuper uerbo, cõpleuiſſe. de deſponſa.impu.& Archi.in c.j.de cleri.ægro.in vj.& plenè Io.de Ana.in rub.de delic.puer. ubi uide.

SVMMARIVM.

1 ℣ *Delegatus & arbiter in quo conueniant, uel differant.*

CAPITVLVM XLII.

NO delegatorum.

¶ Tempus plurium arbitrorũ, uel delegatorum ſimpliciter datorũ, expirat ꝑ mortẽ uni-
1 nius. ¶ In † quibus æquiparatur arbiter & delegatus, hæc eſt una ſimilitudo. Eſt alia ſimilis: qa delegatus nõ cognoſcit, niſi de expreſsis in reſcripto, c.cùm olim.el j. ſ.eo. Ita nec arbiter, l.non diſtinguemus.§. de officio. ff. de arb. Item delegatus nõ poteſt facere præceptũ in cõfeſſum, de quo præcepto ponit in l.ſi debitori. ff. de iudic. per tex.in l. ſi reus paratus. ff. de procura. Vidimus in c.quærenti.ſ.eod. Ita nec arbiter facit præceptũ in cõfeſſum. Ita Bal.in l.eos. C. de execu. rei iudi. Allegat iſtũ text. ¶ Differunt tñ in pluribus. Primò: corã delegato habet locũ reconuentio, c.j.de mutu.peti. ſecus corã arbitro, c.cùm dilectus. de arbi. de quo per Ab.in d.c.j.in j.notabili. ¶ Item arbiter non põt ferre ſententiã, niſi partibus preſentibus, l.diẽ proferre.§.ſi qs ex litigatoribus. ff. de arbi. ſecus in delegato, c. conſultationibus. ſ. eo. ¶ Itẽ delegatus nõ cogit partes, ut perſonaliter ueniãt, c.j. de iudi. in vj. ſecus in arbitro, d.l. nõ diſtinguemus.§.ſi domini. ¶ Itẽ differũt in c.fi. de arbi. in vj. ¶ Item per ſententiã arbitri nõ inducit conſuetudo: ſecus in ſententia delegati. Ita Bal.in c.j. de feu. cog. ¶ Itẽ compromiſſum nõ finit triennio, Bal.in c.ſi aũt. de reſcri. ſecus eſt in delegato, l. properandũ. C. de iudi. Et hoc de iure ciuil. De iſta ultima differẽtia dic, ut per Car. in cle. quãdiu. in iij.q.de app.& per Ab.in c.cùm dilectus. in fi. de arbi.& Lud.in l.ſi qs arbitratu. ff. de uerb.obl. Dicas tñ, ꝙ regulariter æquiparant arbitri & delegati, ut per Ab.in c.trãslato. de conſti. ¶ Et no.ꝙ requirit, ꝙ allegans ſimilitudinẽ inter iſtos, alleget in caſu occurrenti, & eã oſtendat, ut per Ab.in ſimili, in d.c.trãslato. ¶ Iura canonica, quæ loquunt de arbitris, habẽt locũ & in arbitratoribus. Ita hîc Io.An. ſingulariter. ¶ Limita iſtum tex. primò, niſi reſcriptũ habeat clauſulã, Quod ſi non omnes: idẽ, Quòd ſi ambo, &c. Gl. eſt hîc: ad quod uide Archi. in c.ſi.lxv. diſt. ubi dicit, ꝙ qñ eſt iſta clauſula, Quod iſti, &c. ſi collega rogatur, ut ueniat, uel committat, uel ſe excuſet, & nõ facit, alij ꝓcedere poſſunt: & ita dicit, ſeruare curiã Romanã, remittens ad notata ad c.cùm cauſam. ſ.eo. ¶ Secũdò limita, niſi unus cõmitteret uices alteri, ꝙ cœpiſſet uti ante mortem cõmittentis: gl.eſt hîc, & tex.in c.cùm plures. eo.ti.in vj. ¶ Tertiò limita, niſi eſſet datus collega ſub nomine dignitatis, c. quoniam abbas. ſ. eo.

SVMMARIVM.

1 ℣ *Actus geminatus quid importet.*
2 *Verba denotantia propriam perſonam, non uerificantur in actu per alium expedito.*
3 *Perſonaliter, uel Per teipſum, uel Manibus propriis, an hæc uerba ſemper importent electam induſtriam perſonæ.*
4 *Item an ſola magnitudo cauſæ faciat uideri electam eſſe induſtriam perſonæ.*
5 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, an quis poſſit expedire actum per filium.*
6 *Miniſterium nudum expedire debens, an poſſit expedire per alium.*
7 *Procurator generalis ad negotia, poteſt ſubſtituere etiam in præiudicium domini.*
Quæ tamen regula patitur ſeptem limitationes, ut nu. 8. uſq; ad finem capit.
9 *Procurator ad negotium ſpeciale, non poteſt ſubſtituere, quia uidetur electa induſtria perſonæ.*

CAPITVLVM XLIII.

QVoniam. ¶ Delegatus Papæ ſubdelegare põt, licet datus ſit ex officio, uel cũ clauſula prælectionis, uidelicet, ꝙ ſi nõ omnes, tu cũ alio exequaris. H.D. uſq; ad §.is aũt. ¶ Quid im-
b portet actus geminatus[b], uide Ludo/uic.in l.ſi uerò.§.de uitro.ff.ſolu.matri. in xxxj.fal. de quo plura aliàs dicam. Sed nũc no. primò, ꝙ do.de Ro. deciſ. dcccclviij.de præb.xxxj. in antiqs, di-
1 cunt, ꝙ † reſeruatio Papæ geminata, operat multa, præſertim ꝙ reuocata prima reſeruatiõe, nõ eſt reuocata ſecunda. ¶ Secundò no. ꝙ Bal.in tracta.ſchiſma. quem ponit in rubri. C. ſi qs ali. teſta. prohi. dicit, ꝙ contra actũ geminatũ nunq̃ põt opponi de incõſideratione, uel inaduertẽtia: qa præſumit deliberatio. Tertiò facit gl.ſingu. in c.ex literis. in uerſi. admonita. in fi. de diuor. quæ dixit, ꝙ cõfeſsio deliberata eſt irreuocabilis. Tñ cõmuniter illa gl. reproba tur per rationẽ Io.An.in c.fi. de iureiur. in vj. qa ſequeretur, ꝙ confeſsio iudicialis nunq̃ reuocare poſſet: qa in iudicio dant dilationes ad deliberãdum. Itẽ uide Pau. de Caſ. conſi. lxxxvj. incip. Quòd præfata ſentẽtia. ad fi. ubi dixit, ꝙ confeſsio extraiudicialis
c geminata, nocet[c]. Itẽ uide Bal.in l. nec dãnoſa. C. de preci. imp. offe. & in extraua. de pace Cõſtan. in uer. priuilegia. ubi dicit, ꝙ uerbũ futuri tẽporis geminatũ, importat nullitatẽ ipſo iure: ſecus, ſi ſimplex: & uide glo. in uer. innodet. in c. quicunq;. de hære. in vj. & glo. in uer. omnia & ſingula. in c. ut circa. de elec. in vj. quæ dicit, ꝙ ubi ponunt talia uerba, nõ ſufficit ſimpliciter narrare factum, ſed etiã qualitates omnes ipſius facti. ¶ Et uirtutes prædictas intellige habere locũ in actis, quæ fiũt ꝑ interuallũ temporis: ſecus, ſi uno & eodẽ cõtextu, ut in iuribus allegatis ꝑ Moder. hîc. Pro quibus uide gl. in c.ab eo. in uer. inſtãter. de app. in vj. quæ dicit, ꝙ dicẽs Appello, dicit ſemel appellaſſe, & nõ ſæpiùs. Ad idẽ gl. in c. Lotharius. xxxj.q.ij. Facit cõſiliũ Bar. cvj. incip. in quæſtione uertẽte inter do. Nic. ubi dicit, ꝙ dicẽs multa uerba iniurioſa uno momẽto, unã tantùm iniuriã intulit. Facit tex. in l. q bis. ff. de uerb. oblig. ubi q bis, ꝓmittit, nõ tenet, niſi ſemel, & in l. planè. §. ſi eandẽ. ff. de leg. j. ubi idẽ legatũ ſæpiùs eodem teſtamẽto factũ, unũ legatũ eſt. Ex quibus nõ uidet illud dictũ Bal. de quo hîc Ab., ꝓcedere, & ipſum reꝓbat Car. & Imo. non per prædicta, ſed qa nunq̃ electa eſt induſtria perſonæ, niſi in caſibus à iure expreſsis: & dicũt ipſi duo, ꝙ hoc raro occurreret: ſimiliter dictũ Bal. de uerbo futuri tẽporis, non uidet procedere. ¶ Hanc limitationem intellige

b *Geminatus] Ad quod adde, quæ ꝑ Authorẽ habẽtur in c.ſi quãdo. ſ. de reſcri. in uerſ. geminatio reſcripti. & qd ibi in apoſt. dixi: & adde Bal. in trac. De ſchiſma. & tex. in l. talis ſcriptura. & ibi Angel. de leg. j.*

c *Nocet] Adde, quæ habẽtur per Authorem in c. olim. ſ. de reſcr. & quod ibi dixi in apoſt. Et adde, q̃ cõfeſsio geminata operatur, q. non poſſit opponi exceꝑ. nõ nu. pe. ut ꝑ do. Soci. cõſ. lxvij. inci. Circa primã q. uer. circa aliam q. circa fin. in f. parte, char. cxiij. quod no.*

intellige ſanè, niſi uno contextu ponerentur plures actus cum interuallo temporis: quia tunc dicentur plures, propter gloſ. in c. conſtitutionem. de ſent. excom. in vj. Circa quam uide ſemper do. Card. in cle. j. in prin. in viij.q.de uita & hone. cle.

§. Is autem.

¶ Is, cui committitur, ut negocium perſonaliter exequatur, alteri ſubdelegare non poteſt, niſi de partium conſenſu. Fallit in caſibus hîc expreſsis, uel in ſimilibus, ſecundũ
2 do. Abb. hîc uſq; ad §. cæterùm. ¶ Not. quòd † uerba denotantia propriam perſonam, non uerificantur in actu per alium expedito: quod facit ad gloſſ. in clem. j. de uita & ho. cleri. de qua hîc Abb. Quam gloſſ. ut dicunt hîc Moder. facit ſingularem do. Card. in clem. j. de iureiur. uer. uiceſimo primò noto. Et ſubdunt aliud, ꝙ ubi dicitur, Manibus propriis, quòd non poteſt fieri, per alium. Item allegant text. in c. cupientis. de elect. in vj. in uerbo, perſonaliter compareas. & in c. fin. in eod. uerbo, de accuſ. & text. in l. ſeruus ſi hæred. ff. de ſta. lib. in uer. perſonæ, cui demonſtretur, adhæret. & Bald. in l. j. §. ne autẽ. C. de cad. tol. ubi dicit, quòd ſi teſtator mandauit alicui, ut perſonaliter uiſiter monaſterium, quòd non poterit fieri per alium: & Bartol. in l. per hanc. C. de erog. mi. ann. lib. xij. in uerb. manu propria. ubi dicit, ꝙ ſtipendiarij debent capere ſalarium manu propria. Et idem dicit de doctoribus, per text. in §. in criminali. v. q. iij. ubi uerbum Faciat perſonaliter, importat, quòd nõ per alium. Allegãt etiam c. periculoſæ. de pœn. diſtinct. j. ubi uerbum Manibus, denotat actum perſonalem. & allegant text. in l. probatorias. C. de diuer. offic. lib. x. & in d. clem. j. de iureiur. in uer. per manus noſtras. Item allegant Bal. in c. j. §. ſi quis. de pace iura. firman. ubi uin dicta permiſſa à ſtatuto, non poteſt per alium expediri: & allegant Ioan. An. in c. ſicut dignum. de homicid. ubi ſtatutum puniens occidentem propriis manibus, non habet locum in eo, qui occidit per alium. Allegant etiam text. in l. nulli. C. de epiſc. & cleri. in uer. pro ſua cõ ſcientia. & allegant gloſſ. in l. ſi cui. ff. de arbi. gloſſ. in l. ſingulos. ff. de teſta. ubi qui tenetur ſigillare proprio ſigillo, non poteſt alieno. Allegant & Bald. in rubri. ff. de iureiur. ubi dicit, quòd teſtis non poteſt iurare per aliũ: Text. in c. licet ex quadam. de teſti. & ibi dicit Anton. de But. Item allegant text. in l. ſæpe. ff. de offic. proconſ. ubi dicunt, quòd uerſ. ipſe denotat actum perſonalem. Pro quo facit text. in c. coram. ſ. eo. in uer. tu ipſe. ¶ Vltimò allegant Domi. in c. ij. de teſta. in vj. ubi dicit, quòd executor teſtamenti, habens diſtribuere ſecundum ſuã conſcientiam, non poteſt alteri committere. Ad idem allegant Oldr. conſil. xcvj. & Bald. in l. nulli. C. de epiſc. & cler. in uerſic. quí pro ſua conſcientia. Vltra ipſos allegabitis Domi. plenè in c. ut circa. §. pen. de elect. in vj. Et hoc propter gloſſ. ibi in uerb. proprium iuramentum. Item gloſſ. ij. in c. fin. de dilatio. Per quæ infertibi Abb. ꝙ ubi requiritur præſentia alicuius, non poteſt actus fieri per procuratorem. Item text. in l. fin. ff. de excu. tut. & ibi Bald. per illum text. in uer. dum modò per ſe exerceat. Item text. in c. licet. de deci. ubi priuilegium datum facientibus actum propriis manibus, nõ habet locum in his, qui faciunt per alios. Et ibi do. Abb. in notabilibus facit illum text. ſingul. ¶ Item Bald. in c. quamuis. ſ. eo. ubi dicit, quòd ſi ex quatuor conſulibus debent intereſſe tres ad conſulendum & pronunciandum, illi tres non poſſunt alios ſubſtituere. ¶ Declara primò, quòd uerba denotantia actum perſonæ, reducunt ad aliam perſonam, quando materia, in qua proferuntur, eſt prohibita perſonæ, ad quã dirigũtur. Text. eſt cum gloſſ. in uer. carẽre. in c. cùm epiſcopus. de offic. ordi. in vj. & ibi Dominic. in penul. col. ¶ Secundò declara, quòd ubi dicitur Manibus, & non dicitur Propriis, nõ uidetur denotari propria perſona. Ita probatur in c. ſi quis ſuadente. xvij.q.iij. iuncto c. mulieres. de ſentent. excom. in vj. in quo non eſt uerbum noui iuris promulgatorij, &c. ¶ Tertiò declara in actu, qui eſt in poteſtate principis non præiudiciali: quia tunc uerbum Manibus propriis, non habet effectum: de quo ſuprà, ſecundum Card. in cle. j. de iureiur. per illum tex. in quantum dicit, Imperatorẽ coronari manibus proprijs: quæ declaratio pendet ab his, quæ dicam. ¶ Vtrùm partes poſsint renunciare formæ. Primò opponitur de tex. in l. ſeruus ſi hæredi. ff. de ſtatuliber. iuncto dicto Cal. in c. j. §. ſi quis. de pace iura. firman. ubi dicit, quòd ſtatutum permittens uindictam, non habet locum in expediente per alium: ecce, quòd uerba denotantia perſonam in fauorem partis, nõ poſſunt per alium expediri. Ergo, &c. ¶ Primò dicunt Mod. quòd iſtud dictum eſt dubium. Item reſpondent, ꝙ illud eſt pœnale, & contra ius commune. Vel dic, ut dixi in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. in primis chartis, in uer. nonus caſus, quòd illud dictũ Bald. non procedit ex eo, quòd l. foueat uindictam: ſed quia excuſat illum, qui facit uindictam: quia nõ poteſt temperare iuſtũ dolorẽ: quæ ratio ceſſat in expediente per alium. ¶ Secundò opponitur de dicto Bal. in l. ſ. C. qui admit. ubi dicit, quòd in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, non ſufficit ratificatio: quia à forma ſtatuti non poteſt mulier recedere: ecce, quòd iſta forma eſt data in fauorem partis, & tamen ab ea non poteſt recedere. Dicunt Mod. quòd illud dictum Bal. non eſt in fauorem partium, ſed in fauorem reipublicæ: quia intereſt, ne quis malè tractaretur. Vel reſponde, quòd non ualet renunciatio ſtatuti: quia qua facilitate ac facultate induceretur ad contrahendum malè, eadem ad renunciandum. ¶ Tertiò opponitur de dicto Bal. in authen. iubemus. C. de iudi. ubi dicit, quòd ubi eſt data forma conſenſus partium, nihil operatur. Reſpõdent, ꝙ debet intelligi, niſi forma ſit data in fauorẽ partis. ¶ Quartò opponitur de una gloſ. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nup. quæ dicit, ꝙ ubi actus eſt nullus ipſo iure, conſenſus partium nihil operatur: dic, ut ſtatim dicetur. ¶ Adde, ꝙ iſte tex. fallit in forma data in literis ad beneficia fauore impetrantis: quia illi renunciari non poteſt, per tex. in c. cui de nõ. de præb. in vj. ¶ Secundò limita, niſi eſſet clauſula decreti: qa tũc nõ poteſt recedi ab iſta forma, etiamſi ſit, in fauorẽ partis: glo. in c. dilecto. in uer. in clauſula. de præb. cum his, quæ dixi in c. cùm acceſsiſſent. in princ. in uerſ. tertia declaratio. Et ſic intelligit gl. in d.l. à diuo Pio. quæ loquitur, ubi clauſula eſt decreti: & ideo renunciari non põt. ¶ Vltimò no. ꝙ ubi Papa tacitè, uel expreſsè elegit indu-
ſtriam perſonæ, nõ poteſt alteri ſubdelegari. Hodie eſt text. in c. is, cui. de offic. deleg. lib. vj. & text. hîc notabilis. ¶ Vtrùm ꝑ iſta uerba, cõſcientiã tuam oneram[a], is, cui dirigunt, ſubdelegare
a poſſit[a]? Abb. ponit, & ad hoc Mod. allegãt Io.An. & oẽs in c.ij. de teſta. in vj. ubi dicit, ꝙ uerbũ Cõſcientiæ tuæ, impedit ſubſtitutionẽ. Secũdò Bal. j l. nulli. C. de epiſ. & cle. ubi tenet idẽ. Tñ dicũt, ꝙ ꝑ do. Abb. eſt deciſio Ang. in authẽ. ad hæc. C. de iudi. ubi refert Ang. fuiſſe expertũ ì facto id, qđ dicit do. Ab. Primò mouet Ang. quia expreſsio eorũ, quę tacitè inſunt, nihil operat, l. j. ff. de leg. j. Sed oĩo ĩtelligebat, ꝙ deberet facere fm cõſcĩẽtiã. Ergo, &c. Secũdò eſt caſus in cle. exiui. de uer. ſig. ubi Papa onerat cõſcientias. Multa tñ delegari poſsũt. Et cum hoc trãſeũt Moderni. ¶ Primò, ꝙ ꝑ uerba iſta Cõſcĩẽtiã tuã oneram[a], nõ ſit electa ĩduſtria ꝑſonæ, tenet ipſe Ab. ì c. cùm ĩ ueteri. de elec. ĩ prin. Et ibi ẽt dicit ita cõſuluiſſe, & ꝙ põt ſubdelegari. Secundò uide Pet. de Anc. in cle. j. in xv. notabili, de fo. compe. ubi tenet idem, quod Abb. hîc. ¶ Tertiò allego Ro. deciſ. ccccxlj. incip. Fuit dubita-

a *Poſſit] Adde Io. de Por. in l. qui liberis. §. hæc uerba. de uulga. & pup. & do. Alex. de Imol. in l. moare. de iuriſdi. om. iu. et Lud. in ſing. uer. executor. uerſic. quæro, utrùm.*

tum, utrũm executor. in nouis, ubi latissimè disputant istum passum, & dicunt fuisse pronunciatum, quòd sic: licet Collector dicat se & plurimos tenuisse cõtrarium.
¶ Contra do. Abb. q̃ imo denotet electam industriam personæ, facit decisio prælegata in fin. Secundò uide Bal. in c. si pro debilitate. s̃. eo. in secundo cõmento, ubi dicit, quòd non potest subdelegare: & Bal. in l. & in epistola. C. de fideic. prope fin. ubi dicit, quòd executor datus super conscientiam, nõ potest delegare. Item Domi. in c. ij. in §. sanè. in uersi. not. incidenter. de testa. in vj. & Bald. in d. l. nulli. Idem tenet Imol. hîc, dicens de clausula, De tua prudentia, uel circumspectione, plenius confidentes: & allegat Innoc. hîc, & dicit eius dictum esse diligenter notandũ, quia sæpissimè ista uerba apponuntur in literis. Et tu perpetuò not. quia poteris infringere mille subdelegationes. Pro hoc facit gloss. in l. sicuti. ff. de arbi. quæ dicit, quòd motus animi non potest alteri committi. Facit dictũ Bal. in l. cùm magistratus. C. quando prouoc. nõ est necess. ubi dicit, quòd arbitri, tutores, executores, non possunt animi sui motus alteri cõmittere. Vltimò contra Abb. facit dictum Arch. & Ioan. An. in c. unico, ne sede uac. Alb. in ij. parte statutorum, q. cj. ubi dicit, quòd is, cum cuius consilio habet aliquid expedire pro me, nõ potest ipsum subdelegare: quod not. & sic eodem modo cum conscientia. Dic tu circa hæc, q̃ aliquãdo in commissione alicuius dicitur, Super quo conscientiam tuam oneramus: adijciendo hoc in uim executionis, uel monitionis: & in isto casu, pcedat opi. do. Abb. & Domi. de Ro. Ratio: quia uidetur potiùs apposita ad tenorem delegationis, & sic in uim monitionis. Facit text. in clem. j. de præb. Aliquando uerò nõ apponitur dicta clausula, sed dicitur Decîdas secundum conscientiam: & tunc habent locum rationes & authoritates contrariæ: quia non potest dici, quòd hoc sit in uim tenoris, sed in uim executionis, nisi subdelegaret dando formam, dicendo, Decîdas sic & sic: & ita limitatur iste secundus casus, ut uidimus in c. si pro debilitate. s̃. eod. & pro hoc adduco dictum Bald. in rubri. C. de exerc. ubi dixit, quòd prohibitus substituere, potest per
3 nuncium explicare. ¶ Vtrùm † hoc uerbum Persona liter, uel Per ipsum, uel Manibus propriis, importet semper electam industriam personæ? Dicunt hîc Mod. q̃ in negocio paruo non uidetur electa industria personæ. Ita Innoc. hîc. Et pro hoc allegant gloss. in authent. minoris debitor. C. qui da. tut. pos. ubi statutũ loquens in debitore, non habet locum in debitore paruo. Item allegãt l. senatus. §. Marcellus. ff. de ieg. j. ubi l. prohibẽs emere domum, non habet locum in domuncula. Item allegant Bald. in l. j. C. de ædili. act. ubi dicit, quòd statutum loquens in uulnere, non habet locum in uulnuscu lo. Tamen istis non obstantibus tenent opin. Abb. uidelicet quòd in materia etiam parui præiudicij, uidetur electa industria personæ: quia aliàs hoc uerbum nihil importaret. ¶ Tu adde primò contra do. Abb. pro Innoc. text. in clem. j. de iureiuran. & ibi Card. in xxj. notabili. Tamen hoc non obstante, teneo cum Abb. & pro hoc allego Bald. & Imol. in l. j. ff. de lib. & posthu. ubi dicunt, quòd ubi aliquid est datum pro forma, etiamsi uideatur modicæ solennitatis, est omnino seruandum: & non habet locum regula dicens, quòd de modico non est curandum. ¶ Adde etiam do. Abb. consil. xcvj. in penul. col. ubi dicit, quòd leuis solennitas aliquando est omnino necessaria, ut satisfiat iuri. ¶ Item adde Anto. in c. Pisanis ac Lucanis. de restitu. spo. ubi dicit, q̃ processus formę in minima parte processus, uitiat processum. Adde etiam Ang. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere poss. ubi dicit, quòd si statutum in certo casu requirit cõsilium sapientis, dicit, quòd hoc debet requiri in casu claro. Ad clem. j. de iureiu. responde, quòd ibi non fuit commissum superioris, in quo lateret aliquid intrinsecum, prout considerat hîc Abbas: ideo ipsemet statuens potuit actum intrepidè committere.
4 ¶ Vtrùm † autẽ sola magnitudo causæ faciat uideri electam industriam personæ? & sic impediat subdelegationem? Mod. tenent hîc pro indubitato opinio. Inno. quòd sic. Mouentur propter arduitatem rei: recedit à regulis iuris communis: si recedit, ergo ab illa regula, quòd delegatus à principe subdelegat, recedit propter materiam arduam. Item hoc probant per text. in c. per uenerabilem. §. rationibus. qui fil. sint leg. ubi in rebus arduis Papa nihil facere potest sine consensu Cardinalium. Item allegant Innoc. in c. j. de procur. ubi dicit, quòd in arduis solus prælatus non potest constituere procuratorem sine consensu capituli. Item allegãt Hostien. in c. literas. de restit. spo. ubi dixit, quòd consuetudo in arduis non dat iurisdictionem, licet aliàs secus, per c. cùm contingat. de fo. compe. Item allegant Bald. in l. j. §. j. ff. de magistr. conuen. ubi dicit, quòd in arduis, quæ fiunt à capitulo, debent exprimi nomina singulorum. Idem tenet Spec. in tit. de syndi. §. j. uer. item quòd nullæ. Item allegant Innoc. in c. ed oceri. de regul. ubi dixit, quòd in rebus arduis episcopus nihil potest, nisi cum capitulo. Item allegant Innoc. in c. causam, quæ. de regul. ubi dixit, non potest conuentus in bonis mensæ suæ constituere procuratorem sine abbate & eius consensu. Allegant etiam Abb. in c. at si clerici. de iudic. §. de adulteriis. ubi dixit, quòd in rebus arduis non ualet dispensatio episcopi sine consensu capituli sui. Item allegant Inno. in c. ij. de nou. ope. nun. ubi in arduis uocantur canonici: & Bald. in l. iudices. C. de iudic. ubi notarius in arduis nõ potest scribere propriam commissionem: & in l. nulli. C. de iudic. & hîc, ubi dicit, quòd materia ardua non transit in successorem, etiam nominata dignitate. Item allegat tex. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahen. empt. ubi dicit, assumens in se casus fortuitos, non intelligitur de arduis insolitis. ¶ Contrarium tamen tenent per l. j. §. si autem. uer. si nõ talis. C. de cad. tol. ibi, uerborũ conceptio & facti natura. Pro opi. Abb. hîc adde eundem in c. quoniam abbas. s̃. eo. & text. in c. uenerabili. s̃. eo. iuncto c. j. de cleri. ægro. in vj. & c. maiores. de baptis. & c. nulli. xix. distinct. Tamen de iure ciuili sustineri posset opi. Innocen. per id,
4 quod scribit Bart. in l. j. [a] ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. & Cy. in l. j. in ij. q. C. qui, q̃ sua iurisd. & Bal. in l. nec quicquam. §. ultra decretum. ff. de off. proconsl. & Ioan. An. in Spec. in tit. de iud. deleg. §. fin. uer. idemq; est delegatus.

a *In l. j.] Et ibidem omnino uide do. Alex. de Imol. in l. iubere. de iurisdict. om. iud.*

ubi dicunt, quòd ideo causæ meri & mixti imperij de iure ciuili non possunt delegari, quia in eis propter magnitudinem causæ & rei uidetur electa industria personæ iudicis: & sic est impedita subdelegatio, per istum text. & per l. j. ff. de offic. præfect. præto. ibi, pondus rei. & ibi Bald. sequitur expressè Innocent. hîc. ¶ Sed quia de iure canonico dictæ causæ delegari, & subdelegari possunt, c. quod sedem. de offic. ordin. ideo ratio Legistarum non urget apud nos, prout sentit Ioan. An. in loco prælegato. ¶ Fallit in reseruatis principi in signum specialis priuilegij: quia etiam à delegato Papæ de iure canonico delegari non possunt, secundum Anton. & Imol. in d. c. quod sedem. & Bald. in l. gesta. C. de re iudic. & in rubric. s̃. eod. & in c. causam. el ij. s̃. eod. dicentes, quòd potestas legitimandi non est subdelegabilis. ¶ Verùm posset dici, quòd extra istum text. opinio Abb. esset uerior: pro qua non facit d. l. unica, uer. si uerò. C. de cadu. tollen. quia esset contra istũ text. in §. is autẽ. ubi sufficiunt sola uerba sine natura facti. ¶ Quomodo autem cognoscatur electa industria personæ: dic primò, quòd ibi committitur factum, quod nõ potest per alium adimpleri: text. est in l. fideicommissa. §. j. ff. de leg. ij. & ibi Bar. & tex. in l. inter artifices. ff. de sol. ¶ Limita hoc esse uerum in facto, in quo habet oriri certum corpus, quod non est in rerum natura: secus, si esset in rerum natura, putà si promisi tibi tradere librum. Ita declarat Imol. hîc. ¶ Secundò fallit, nisi ex persona promittẽtis aliud esset præsumendum: putà, si in hoc non est peritus: quia faciet per alium. Ita Imol. hîc, & allegat l. cõtinuus. §. si ab eo. ff. de uerb. obl. Vbi uerò mentio fit hæredis, nunquam uidetur electa industria personæ: quia industria non transit ad hæredem. Ita Cy. & Bald. in l. quisquis. la j. C. de episc. & clerì. de quo facit festum Pet. de Anch. in c. is, cui. de offic. del. in vj. Ad quod uide Bal. in l. fi. C. de hæred. instit. ¶ Secundus modus cognoscendi est, ubi dicitur, Talis expediat, & non alius. Videtur enim ex hoc electa industria personæ. Ita Benedic. de Plumbi. in l. imperator. ff. de fideicõ. lib. Allegat text. in l. j. §. de his. ff. de separa. in uer. nullius alterius. Idem tenet Ro. decis. cccixvij. incip. si episcopus. ad fi. de offi. deleg. hodie xiiij. in nouis. Item in mandato alienandi est electa industria personæ. Ita
5 Bald. in l. mandatum. ff. manda. ¶ Item † ubi est electa industria personæ, potest quis expedire per filium [a]: quia censetur eadem persona cum patre. Ita Lud. in l. j. ff. de in ius uoc. Allegat tex. in l. scien dum. §. legati. ff. de legatio. ubi text. dicit, legati alium non mittant, nisi proprium filiũ: coniuncto uno dicto Bal. hîc dicentis, quòd ubi quis habet facere ambasiatam, uidetur electa industria personæ: quod nõ credo uerum: quia l. ibi ultrà procesit dispẽsando, & loquitur in casu suo: quia non semper filius est similis patri: & quòd dicatur eadem persona, est per fictionẽ, ideo non extenditur. ¶ Item executor testamentarius non subdelegat: quia uideẽ electa industria personæ. Ita Bald. in l. nulli. C. de episc. & cle. per text. ibi in uer. secundum eorum conscientiam. Idem Ioan. An. in tit. de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. Idẽ Ang. in l. cùm debitorem. ff. rem rat. hab. & sentit Bart. in l. in uendit ione. §. fin. ff. de bo. autho. iud. pos. Hoc est uerum in executore dato ab homine: secus in executore legis, uel canonis, ut est episcopus. Ita Bal. in l. j. ff. de leg. ij. & Bald. in d. l. nulli. uer. sed nunquid. & facit: quia ordinarius habens iurisdictionem à l. potest subdelegare, l. à iudice. C. de iudic. ¶ Concessio autem facta à priuato, concernens facultatem facti, uidetur in dubio esse personalis, quando factum est indeterminatum, & in qualitate, & in tempore. Text. est in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. j. & ibi Bald. & Ang. Secus, si factum esset determinatum: quia transit ad hæredem. ¶ Obligatus uerò ad factũ, non potest per aliũ expedire, nec potest soluere interesse. Ita Fran. de Ramp. & ibi Imol. in l. stipulationes nõ diuiduntur. ff. de uerb. obl. Sed ibi Ludouí. impugnat: quia illa l. simpliciter loquitur. ¶ Omnis etiam actus, qui habet fieri in conspectu principis, dicitur concernere industriam personæ. Ita Bar. in l. si quis. C. quæ res. lib. xj. Intellige autem, quòd his casibus, ubi est electa industria personæ, q̃ qs nõ possit seruire per substitutum, nisi ille, qui esset obligatus, mutet statũ. Ita Bal. hîc, & in c. i. pręsentia. de, pba.

a *Per filium] Adde tex. in l. nullus, q. nexu. C. de decu. lib. x. Quòd si filius confeatur eadem persona cum patre, uide Soci. cons. xxxj. incip. Prosequẽdo ord. uers. circa tertiã q. circa med. cum uers. seq. in j. parte, char. lxij. ubi etiam dicit, quòd uox patris, dicitur uox filij: ad quod uide etiam, quæ habẽtur per Aut. orẽ. in c. super eo. j. de testi. & quod ibi dixi in apostil.*

6 §. Cæterùm. ¶ Is, cui † committitur nudum ministerium, nõ potest uices suas alteri committere. Fallit in legato Apostolicę sedis. ¶ Vtrùm habens expedire nudum ministeriũ, potest expedire per alium? Considera: quia gloss. in c. penul. de elect. in vj. uersi. de certa. non contrariat. Bart. in l. fin. de diuor. Ratio, quia gloss. intelligitur, quando

mandatum est de certa persona eligenda, & ubi: quod si non esset, gloss. non haberet locum. Ita Lap. Paul. & Domi. ibi. ¶ Quando uerò procurator ad negocia, possit substituere, facias primò conclusionem. Procu-
7 rator † generalis ad omnia negocia, potest substituere, etiam in præiudicium domini. Text. est in l. si procurator. §. j. ff. manda. & in c. j. in fin. de procur. in vj. ¶ Limita, dum † modò uelit substituere in uno particulari negotio: secus, si in omnibus, & in totũ.
8 Ita Sali. & Alex. in l. quod quis [b]. C. de procu. quia in generali commissione uidetur electa industria personæ propter magnitudinem rei, ut in gloss. iiij. ¶ Secundò not. Procurator ad negocium speciale non potest substituere: quia uideẽ electa industria personæ, per tex. in l. pen. uersi. item adijciendũ. ff. de diuer. & tempo. præscript. & ibi Bartol. & Bald. in l. j. ad. fin. ff. de offic. procur. Cæsa. ¶ Limita, nisi forma mandati sit adeò limitata, quòd per substitutum mutari nõ possit: putà, si in emendo sit limitatũ precium. Ita Bart. ubi §. & Bar. in l. si ego. ff. quod ui, aut clàm. & Bald. & Salic. in d. l. si quis. & text. in c. is, cui. de offi. deleg. in vj. & ita intelligo gloss. penul. in c. ex parte decani. de rescript. dicit, quòd procurator ad impetrandum potest substituere: quia intelligitur, dum modò habeat mandatum de certo iudice: & hoc restringe, ut non procedat in casu c. fi. §. j. de procur. in vj. Non obstat, quòd mandatum uideatur limitatum, ut ibi per gloss. in uerbo, speciale. quia ultra hoc poterant concurrere speciales tractatus inter mandantem & procuratorem, secundum Paul. & Domi. ibi. Ex quo singulariter inferri posset in similibus casibus.
¶ Vbi dictum est, procuratorem ad negocia non posse substituere: limita, nisi substitueret nuncium cum specifica substitutione. Ita Bald. in rubrica C. de exercito. ubi dicit, q̃ faciens per nuncium, propriè dicitur facere per seipsum. Allegat l. qui autem. §. fin. & ibi Bart. ff. de constitu. pecu. Non esset tutum affirmare, q̃ hoc habeat locum generaliter, nisi fortè materia esset apta committi cum tanta limitatione mandati, q̃ forma omnino esset intransgressibilis, sicut esset absoluere excommunicatum post causæ cognitionem adhibitam à committente: sed in prædicando esset secus. ¶ Limita primò istũ tex. nisi dispensatio, uel quid simile, esset commissa sub nomine dignitatis. Ita Host. Bal. Io. An. Ant. & Abb. hîc, Contrarium tenent hîc Innoc. Car. & Imo. dicentes, q̃ si est commissa dispensatio, nõ transit in successorem, per istum text. Sed prima opinio uerior est, nisi in commissione essent apposita uerba denotantia electam fore industriam personę: putà, dispensare sine causę cognitione. Firmat primam opinio. Car. in clem. j. de offi. deleg.
¶ Gl. in uersi. nulli. Vide circa hoc, quæ dixi in c. ex literis. s̃. eod. ubi posui, &c. ¶ Secundò limita istũ tex. nisi nudum ministerium competat alicui ex priuilegio, nõ ex cõmissione: quia talis potest delegare. De hoc est gl. in c. fi. in uerbo, casibus. de offic. ord. infrà: de qua facit ibi festum Abb. Neq; tunc dicitur priuilegium egredi personam: quia faciendo per alium, ipse uidetur facere, ut ibi per Abb. ¶ Tertiò limita illud, quod dicitur de absolutione, ut habeat locum, quãdo nuda absolutio cõmittitur: secus, si delegatus in causa tulit excommunicationem: quia tunc absoluere potest per alium, & cõmittere absolutionem alteri. De hoc est gl. prælegata in fi. & ibi Abb. ¶ Quartò limita, quod dictum est de dispẽsatione, ut intelligat in cõcernentib. factũ cõmissæ dispẽsationis: tñ, quæ sunt cognitionis, in actu dispẽsationis cõmitti possunt: putà, informatio de moribus legitimandi. Rota in antiquior. de offic. ord. conclusione iij. incipien. Episcopus constituit uicarium. Et no. illam decisionem, quòd uicarius episcopi, qui ex mandato potest

b *In l. quod quis] Et ibidem ad hoc uide omnino do. Fran. de Aret. & do. Iaso. May. qui ad hanc materiã ponit quamplures notabiles limitationes.*

c. quoniam.

poteſt diſpenſare in omnib. caſibus epiſcopalibus, nõ poteſt diſpenſare in caſibus ex pòſt commiſsis ipſi epiſcopo. ¶ Quintò limita, niſi committatur nudum miniſterium in materia omnino aliàs ſpectante ad ipſum commiſſarium: quia non uidetur noua commiſsio, licet ſit iuriſdictionis ſuæ excitatio. Ita Domini de Ro. in nouis, deciſ. cccl xviij. incip. Item ſi epiſcopus. in iſto tit. xiiij. putà, ſi mandatur Archidiacono, ut inſtallet beneficiatum. ¶ Limita ſextò, niſi † ſit nudum miniſterium parui momenti: quia in eo nõ uidetur electa induſtria perſonæ, ſecundum Rotam in loco prælegato, & omnes Doct. hîc. ¶ Septimò & ultimò in legato ſedis Apoſtolicæ, ut hîc. Ratio, propter multitudinem agendorũ. ¶ Amplia etiam in procuratore dato ad negocium ſine certa forma, & materia non eſt apta expediri per unum, ſicut per alium. Ita Bart. in d. l. pen. ff. de diuer. & tem. præſcript.

¶ Felinus de Sandeis canonicus Ferrarienſis, Anno Domini, M. cccclxxxiiij. & xvij. lectionum, quas ordinariè legit, partim Ferrariæ, partim Piſis: ætatis autem ſuæ xl. Piſis.

De officio iudicis ordinarij,

TITVLVS XXXI.

CONTINVANDO additiones, quæ aliàs collectæ fuerũt, dum legi in uoce duos præcedẽtes Titulos uſq; ad hanc Decretalem, ſufficiet in omni capitulo perſtringere aliqua principaliora puncta apoſtillãdo dicta do. Abb. non autem omnia, quæ Doctores tangunt, neque ea, quæ remiſsiuè tangit Abb. aut quæ ego alibi tetigi: & utar breuitate maxima, potiùs enumerando, quàm extendẽdo rerum nouarum ſummã, omiſſo ſtylo, quo uti conſueui in ſcriptis ordinarijs, ut fiat proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab uno epiſcopo, eſt ab alijs euitandus: & archiepiſcopus illum non abſoluat, per querelam aditus, ſi non primo remittat.*

2 *Citatio non præſumitur poſt decennium, niſi probetur.*

CAPITVLVM VIII.

AD reprimendã.

1 ¶ Ab † uno epiſcopo excommunicatus, ab alijs eſt euitandus: & illum archiepiſcopus per querelam aditus, non abſoluit, niſi primo remittat. Hoc dicit: de quo plenius in c. uenerabilibus. de ſentent. excom. in vj. ¶ Dum dicit Abb. non ſemper ſufficere cautionem iuratoriã in iſta abſolutione, uide Phil. de app. qua fronte. ubi ex dictis Doctorum colligit quatuor caſus, in quibus non ſufficit iuramentum: ſed tene menti caſum, quem ponit hîc Vincen. & alij, uidelicet in ſuſpecto de periurio, per text. opti. in c. clericos. de coha. cleri. & muli. Per quẽ dixit Spec. de iura. calum. §. nunc dicamus. in princ. quòd in iuramento calumniæ debet omitti de non petendis dilationibus fruſtratorijs: quia raro eſſet, quin litigantes eſſent periuri. Sequitur Abbas in c. j. de iura. cal. Per illum textum dixit etiam Abbas in c. cæterùm. eo. tit. contra Ioan. An. in locis ibi allegatis, non ualere conſuetudinem, quòd exigatur iuramẽtum calumniæ in calculo ſententiæ. Nam ſi quis reſpondit falſum, uel petijt falſas dilationes, iurabit in fine cõtrarium, ne puniatur. Idem dicas, quando ueriſimiliter quis ignorat materiam: quia non eſt arctandus, ut iuret, de ea loqui. Paul. conſil. lxxxvij. Vnde hominibus unius loci non debet deferri iuramentum, ut deponant de geſtis in concilio alterius loci, per notata in l. admonendi. ff. de iureiur. Facit ad hoc c. paruuli. xxij. q. v. ubi, qui ſemel fuit periurus, amittit in alia cauſa beneficium iurandi[a]. Quem text. ualde not. Lud. in d. l. admonẽdi. poſt princ. & Bald. Ang. & Alexan. in l. ij. §. quod dixim⁹. ff. ſi quis cautio. & multi alij. ¶ Sed caue: nam aliud eſt, q̃ non deferatur iuramentum ei, qui ſemel fuit periurus: & ſic inſpecto ſtatu præterito: & aliud eſt, non deferre iuramentum ei, qui ueriſimiliter deierabit inſpecto ſtatu præſenti. In primo caſu iſtud nõ fit, quia præſumebat ueriſimiliter deierare, ſed in odiũ ipſius. Vnde quando ageretur de iuramento ei oneroſo, nõ releuatur à iuramento, c. cùm in eccleſijs. de maio. & obe. quem text. not. ibi gloſſ. pen. & Abb. ibi, ad fin. & in c. intelleximus. in pen. q. de iudic. inferens, quòd periurus[b] nõ excuſatur à iuramento calumniæ. Et ex hoc uides, quòd licet in periuro ſit aliqua præſumptio periurij futuri, propter regulam, ſemel malus. lib. vj. & de teſti. teſtimonium. tamen non eſt ſuſpicio tanta, quòd ſit deſiſtendum à iuramento oneroſo. Sed in caſu d. c. clericos. licet iuramentum ſit oneroſum, præſumitur ſuſpicio deieratio-
c nis ex ſtatu præſenti illius perſonæ, quæ habet iurare[c]: & ex cõiecturis ſuſpicio eſt euidentior, quàm in eo, qui ſolùm ſemel fuit periur⁹: & ſic inæqualitas præſumptiõis inducit diuerſum effectum. Et cùm iſta notaſſem, reperi Abb. eadem ſentientem, de app. quæſtioni. in fin. Aliqua alia ad prædicta inuenies per Zochum, in c. ij. qui clerici uel uo. Et dicit Bald. l. quæ ſub conditione. in princ. ff. de condi. inſtit. quòd facilè, uel prompto ad iurandum, nõ defertur iuramentum in ſupplementum: & ſequitur Lud. in l. admonẽdi. de iureiur. in text. ¶ Not. text. ibi,

a *Iurandi] Adde idem tenẽtem do. Soc. conſil. clvj. incip. Præſtantiſſime doct. ũer. iiij. & ult. in ij. parte. char. vij.*

b *Periurus] Adde tu, quòd quando timetur periurium, iudex non debet deferre iuramentum. Text. eſt expreſſus in d. c. clericos. de cohab. cle. & muli. & ibi do. Abb. in j. no. Adde tex. cum gloſſ. xxij. q. v. c. ille. Ideo cogita, an Fel. bene dicat.*

c *Iurare] Adde, prout eſt in ruſtico, cùm ei de facili iuramentũ non deferatur, ex quo non dicitur legalis: imo facilis ſit ad deierandum, ſecũdum do. Soc. cõſ. clv. inci. Præſtantiſſime doct. uer. ſecũdò requiritur. Lud. Rom. ibi, ſed in caſu noſtro. in ij. parte, char. vij.*

Reducere non omittas.

¶ Circa iſtam reductionem dicit hîc Abb. quòd in ea requiritur noua ſententia, & non fit ipſo facto, niſi in caſu c. eos. de ſentent. excom. in vj. Ex quo infert dominus meus Franc. de Aret. in c. ueniens. §. quaſi in fin. de teſti. quòd excommunicatus abſolutus, ut poſsit teſtificari, non eſt excommunicatus poſt teſtificatum, niſi reducatur in excõmunicationem: ſicut uidemus econtrà, quòd excommunicatus ad tempus, incontinenti, lapſo tempore, non eſt abſolutus: quia excommunicatio requirit abſolutionem formalem. Innocen. de æta. & quali. cùm bonæ. facit gloſſ. in uer. donec. in clemen. j. de deci. Dubito de hoc: quia ſequeretur, quòd abſolutus per literas Apoſtolicas, in quibus fit abſolutio ſolùm, quo ad effectum, ut literæ ſortiantur effectum, remaneret ille abſolutus poſt illum effectum, quod nemo concederet, neque practicatur. Non

Non obſt. quòd poſt excõmunicationem ad tempus, requiratur abſolutio: quia illud eſt propter formam datam abſolutioni, quæ ſi non interuenit, non dicitur quis abſolutus. Et q̃ ſit ſpeciale in excommunicatione, ſentit expreſsè gl. in d. cle. j. Sed in reductione non eſt data forma. Patet in d. c. eos. in uer. ipſo iure. qui tex. loquitur de abſoluto ex impedimẽto, quo ceſſante, reincidit. ¶ Nec obſt. text. hîc: quia loquit̃ de abſoluto purè cum iniunctione ſatisfactionis, in qua ſi poſtea deficit, reincidit: ſed in caſu d. c. ueniens. intentio abſoluentis eſt limitata ad tempus: ideo eo finito reuiuiſcit excommunicatio, cùm de eſſentia reductionis nõ ſit, q̃ fiat cũ miniſterio hominis. Vnde dicit Io. An. in d. c. ueniẽs. q̃ illa eſt potiùs quædã ſuſpẽſio excõmunicationis, q̃s abſolutio. Imol. Hoſt. & omnes ibi, tenẽt, q̃ ille ſtatim reincidit, ſicut etiã dicit̃ in ſimili in c. cùm eccleſiaſticæ. de except. q̃ canonicus abſolutus, ut poſsit eligere, facta electione reincidit ſtatim in excõmunicationem. Bene facit dictum Bal. in l. ex ſcripturæ. ff. de cond. & demon. dum dicit, q̃ ſi abſolutus à iuramẽto, qui dicebat Semproniũ uſurarium, ſuccumbit in cauſa, teneẽ amodò uinculo ciuſdẽ iuramẽti: quia perempta eſt cauſa abſolutionis, unde in priſtinã conditionẽ reuertit̃: &, quia lis fruſtratoria agitata, nõ debet illi p̃deſſe: ut ibi per eum. Et iſtis adde, q̃ licet excõmunicatio, quæ nõ prætendit̃ nulla, ſit ſemper abſoluenda ab illo, qui eã p̃tulit, ut hîc, cum cõcor. Tamẽ fallit in abſolutione, quæ conferẽ per ordinariũ, p̃ferendo teſtimonio: qa de cõſuetudine eccleſiæ Ro. põt fieri à iudice cauſæ. Old. cõſ. cclxxviij. licet quantum. uer. ſuper tertio. ¶ Fallit etiã in alijs caſibus, quos dixi j. eo. paſtoralis. §. j. Et adde, q̃ in iſta reductione requirit̃ cauſæ cognitio, & monitio, ſicut q̃n ferẽ noua excõmunicatio: & hoc in ſententia hominis: ſecus in ſententia canonis, in qua reincidit ipſo iure, p̃ d. c. eos. Ita Rot. de ſen. exc. vij. in nouis. Ad idem uide Rotã ibidẽ, deciſ. xj. & eo. tit. xxj. in antiquis, ubi poſtea ſubdũt, q̃ in excõmunicatione hominis fit iſta reductio per eũdem iudicem, q̃n abſolutus cũ cautione, de qua hîc, nõ ſeruauit p̃miſſa: imò ſi ille abſoluẽs eſt delegatus, põt reducere etiã poſt annũ: qa uidet̃ abſoluiſſe ſub cõditione, & ſic nõ uidet̃ functus officio ſuo, niſi ceſſet cõditio, ſm Rot. Et ſequitur Domi. in d. c. eos. §. j. quod ſigna. Ad idem c. quærẽti. de offi. dele. ¶ Et adde tex. de iureiuran. ad noſtrã. el j. ubi, p̃bat̃ idẽ, qđ hîc, ſm Abb. ibi, in ultimo nota. Ad idẽ c. quæſtioni. de app. & ibi Abb. ij. not. ubi etiã ad finẽ tractat, q̃ difficiliùs cõcedit̃ iſti recidiuãti ſecunda abſolutio. Vnde nõ ſufficiet ſimplex cautio de ſatisfaciẽdo, ſed requirit̃, q̃ incipiat, p̃ poſſe parẽre mandato: quia præſumit̃ cõtra eum, tanq̃ relapſum. Et bene facit c. ſignificauit. §. eo. cum gl. fi. Vbi no. Abb. q̃ taliter ſuſpecto non præſtat̃ in primis abſolutio, ut agat, iuxta c. per tuas. de ſent. excõ. ſed expectat̃, ut incipiat obedire. ¶ Dixit etiã Domi. in c. j. in princ. qđ̃ met. cauſa. in vj. q̃ ubi abſolutio fuit iniuſta, nõ requirit̃ in reductione ſolennitas, c. ſacro. de ſen. excom. ſecus, ubi fuit, iuſta: quia ex quo ſemel eſt ſublata excõmunicatio per abſolutionem, iſta reinductio eſt noua excõmunicatio, quæ debet fieri cum illis ſolennitatibus: & dicit ſe pridie ſuper hoc fuiſſe cõſultũ. Cõſidera, q̃ idẽ uidet̃ in abſolutione iuſta: quia etiã per illã ſublatã fuit excõmunicatio, c. uenerabilib. §. ubi aũt. de ſent. excõ. in vj. Et uult expreſsè Rot. de ſen. exc. vj. in nouis, q̃ in reductione facta de malè abſoluto requirat̃ dicta ſolẽnitas. Bene credo, q̃ ubi, abſolutio nõ tenuit, uel quia facta ab incõpetenti iudice: uel in materia, in qua abſolutio facta, de facto non prodeſt, ut in abſolutione à ſuſpenſione, tunc, ſi fit reductio in eam pœnã, eſt potiùs declaratio nullitatis abſolutionis, q̃ p̃pria reductio. Vnde ita põt de facto fieri, ſicut de facto fuit facta abſolutio. Et adduco tex. cum gl. pe. de priui. tuarũ. Et no. q̃ ſi iudex ad quẽ, reuocat abſolutionẽ ab excõmunicatione, factã per iudicẽ à quo, nõ põt reintrudere, ſed debet de nouo excõmunicare. Rota de ap. lxij. in antiquis. ſi aliquis iudex. Tamẽ uidetur per præmiſſa, q̃ poſsit reintrudere ſeruatis ſolẽnitatibus: quia perinde eſt, ac ſi de nouo excõmunicaret. Et iſta not. ut noua. Signa dicta Doct. hîc, tanquã aurea, ex quibus habes notabiles effectus, quorũ reſpectu ſententia, q̃ aliàs nõ tranſijt in rẽ iudicatã, in ipſis tñ tranſit: nam ex ipſis limitat̃ materia c. lator. de re iud. & ibi ſcripſi opportunẽ. ¶ Ex dictis Ab. cõtra But. habes nouã limitationẽ ad notata in c. ueniẽtes. de iureiur. uidelicet q̃ in caſibus, in quibus ualent ſtatuta, p̃hibentia appellationẽ, debet intelligi, quo ad effectũ ſuſpenſiuũ: non, quo ad deuolutiuũ, q̃n prohibeẽ ſimpliciter, q̃ ſententia nõ ſuſpendatur per appellationẽ. Secus, q̃n ſimpliciter p̃hibeẽ appellatio: quia tunc data ualiditate ſtatuti, intelligit̃, quo ad utrunq; effectũ: ut hîc p Abb. reprehendẽ But. qui re uera in libro meo nõ ponit iſtos errores, nec puto eos fuiſſe ab eo ſcriptos: quia nec̃ Domi. nec̃ Imol. uerſ relatores But. hîc iſta attribuunt ſibi, ob quæ Abb. inſurgit in eum. De materia aũt uide Io. And. & Domi. in c. fi. de appell. in vj. ¶ Non placet id, quod dicit Abb. tanq̃ nouũ, q̃ pendẽte tempore ad appellandum, præſumatur pro iuſtitia excõmunicationis: quia præſumptio, quæ eſt pro ſententia, nõ cauſat̃ ex acquieſcentia partis, ſed ex authoritate iudiciaria. Patet in c. in præſentia. de renun. ubi tex. fundat ſe in authoritate iudiciaria: &, p̃pter officiũ & authoritatẽ iudicis præſumitur, q̃ iuſtè p̃ceſſerit, donec cõtrariũ probet̃. Et ita de omni ſententia firmat Abb. de prob. quoniã. uer. in ſecundo membro. ſecus, q̃n eſt appellatũ, quia ſuſpẽſa eſt uirtus ſententiæ, ut ibi per eum. Fateor, ut reſpectu p̃ceſſus nõ præſumat̃ pro ſententia excõmunicationis, etiã ante appellationẽ: quia ille eſt p̃bandus per ſcripturã, d. c. quoniã. Et ubi requirit̃ ſcriptura, ibi nõ præſumit̃. Inno. de accuſ. ſuper his. Et q̃ dependente tempore ad appellandum, præſumat̃ pro ſententia, tenet Imo. in d. c. in præſentia. Facit l. propter ueneni. §. fi. & ibi Bart. ff. ad Sylla. ¶ Vltimò, dum dicit Abb.
d non [a] præſumi † citationẽ poſt decen-
2 diũ, niſi p̃betur, uide eundẽ latè idem tenentem conſil. impreſſo xcij. Contra ſententiam. & in c. tenor. de re iud. Sed cõtrariũ efficaciter tenet Alex. in lege, de uno. ff. de re iud. principaliter. c. bonæ. lo j. uerſic. contra legati. de elect. Et ipſum ſecutus fuit, quibuſdã additis, in d. c. tenor. reſpondendo etiam motiuis Abb. de quo Alex. non facit mentionem.

a *Non] Adde tu, quòd in ſententia antiqua præſumitur citatio. Ita dicit Bald. in c. j. in uer. quæro, ſi aparet. de mil. uaſ. qui cõt. eſt. Aliàs regulariter ſecus eſt: quia nõ præſumitur, niſi probetur. Et idem tenet Bal. in authẽt. ſi quis in aliquo. C. de eden. in pen. col. uer. ſed hîc quæritur. & in tit. de pa. iur. fir. §. ad hoc.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ meri & mixti imperij non poſſunt delegari de iure ciuili. Et procedit hæc regula in his, quæ ſunt reſeruata principi, etiam de iure canonico. Nam in illis non fit delegatio, uel ſubdelegatio, propter grauitatem & excellentiam negocij, propter quam uidetur electa induſtria perſonæ. num. 2.*

3 *Cauſa fidei dicitur eſſe ardua: ideo non poteſt delegari.*

4 *Imperator ſi concedat eccleſiæ omnem iuriſdictionem, includit etiam merum imperium.*

CAPITVLVM X.

VÒD ſedem.

hîc, & in aliꝭ ſuribus dicat, ſecus, de excommunicatione lata per ſententiam: non uidentur iſta iura eſſe reſtringenda, ex quo iure non cauetur. Neq; obſtat d. c. ex frequentibus. quia re uera oēs Doct. ibi, excepto Imo. intelligūt, q archiepiſcopus tulerit ſententiā per uiam ſtatuti, quod ueriſimilius eſt, cùm fuerit generalis pro futuris culpis, quæ regulariter ferēda nō eſt per uiā ſententiæ, c. Romana. §. caueant. de ſen. excō. in vj. licet poſſet ferri per ſtatutū, c. ij. de cōſti. in vj. & utrobiq; per gl. & Doc. Eſt uerū, q in c. ex frequētib. præceſsit culpa & mora illorū intruſorū: quo caſu poteſt ferri ſentētia generalis, d. §. caueant. Sed ex quo fuit lata ſententia excō municationis etiā in eos, qui de cætero occupabūt, p̄cedit ueri ſimilitudo, quā dixi, q fuerit p uiā ſtatuti. Et poſito, q aliàs ferreť una generalis excōmunicatio per uiā ſententiæ, qñ præcedit culpa, mora, uel offenſa, adhuc crederē habere locū iſtum tex. per prædicta: quia, ut dixi, regula iſta nō eſt limitata per c. nuper. niſi in excōmunicatione lata per conſtitutionē. Ergo extra illū caſum ſtabit firma iſta regula, l. nā quod liquidæ. §. fi. ff. de penu. leg. cū ſimil. Et iſta nota, ut nouiſſima. ¶ Hanc primā fallentiam amplia in ſuſpēſione: quia ſi abſolutio à ſuſpenſione lata per conſtitutionē, non eſt reſeruata, cōpētit alteri. Inn. de ſolu. ſi quorūdam. quod dicit ibi But. circa fi. eſſe bene notandū pro extenſione d. c. nuper. Idem gl. ij. poſt prin. in c. ſi quis deinceps. xvj. q. vij. licet Brix. ibi contrà. Idem etiam Abb. in c. quàm ſit. in fi. de exceſ. præla. & Imol. in d. cle. j. de re ec. Allegat Inn. & multos alios, de elec. quiſquis. & Io. de Lig. in d. c. ex frequētibus. Idem Imo. latè poſt Car. in c. graue. Allegat Inno. in d. c. ſi quorundam. & Pau. in d. cle. j. Et qa excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum continētur ſub uno uocabulo, ſcilicet cenſuræ, de uer. ſig. quærenti. & facit de app. ad hoc, quoniam ſecundum eum, niſi ſuſpenſio eſſet lata à canone ad tempus certum: quia licet abſolutio non eſſet reſeruata, nō poſſet inferior abſoluere: gl. in c. cupientes. §. cæterùm. in uerbo, ſuſpēſos. de elec. in vj. & in cle. j. in uerbo, excōmunicationis. circa fi. de hære. & ibi Card. in §. uerùm. in iij. oppoſi. & Ab. in d. c. quàm ſit. in fi. & Domi. poſt Imo. de regula. non ſolùm. in vj. & in d. §. cæterùm. in ulti. col. poſt Pau. Ibi uide. Habet igitur locum iſta ampliatio, quando ſuſpēſio non eſt ad tempus, ſed pro cōtumacia, id eſt, donec aliquid factum fuerit, ut etiam declarat Abb. in d. c. ſi quorundam. & Card. in d. c. ſi quis. Si autem eſſet ſuſpēſio perpetua, & in pœnam, quæ habet uim priuationis, tunc oportet uidere, an ſit tale crimen, ſuper quo epiſcopus poſſit diſpenſare: & utrùm diſpoſitio d. c. nuper. habeat locū in diſpenſatione, ita q ubi canon non reſeruat eam ſibi, uideať concedere inferiori: quæ duo ponunt omnes in d. §. de adulteriꝭ. de iud. & ibi aliàs dixi. Et iſta etiam ſentit Ab. de teſti. tā literis. ultimo notabili. An autem ſuſpenſio intelligatur in dubio tēporalis, uel ꝓpetua[a], tangit Imo. in d. cle. j. Dixi poſt alios de cōſti. ex literis. ¶ Limita hanc primam fallentiā, niſi † incurrens excommunicationem, uel ſuſpenſionem l. eſſet exēptus ab ordinario: quia etiamſi excommunicatio nō ſit reſeruata in canone, & licet ſuſpenſio ſit pro contumacia, nihilo minùs ſolus Papa abſoluet. Fede. conſil. xiiij. Monachus Peruſinus. & ſequitur Domi. in d. c. non ſolùm. v. col. quia ſolus Papa cenſetur epiſcopus exēptorū. Allegat gl. d. c. authoritate. in uerbo, ſe. app. de priui. in vj. Nec poſſunt tales abſolui à prælatis regularibus: qa ubicunq; dicitť, q canō uideť relinquere abſolutionē inferioribus, intelligitť de ſolis epiſcopis, nō de inferioribus. Et ita dixit do. Berēgarius, qui fuit unus de cōpilatoribus Sexti, ſecundū Fed. pro quo facit ſolēne dictū Inn. in c. ij. de eo, q furti. or. ſuſce. dū dicit, q permiſſa diſpēſatione à canone, intelligitť p̄miſſa ſolis epiſcopis. Et idē In. in c. fi. in fi. de poſtul. præla. Spe. de lega. §. ſunt quoq; in fi. Archi. in c. eccleſia. xvj. q. j. Ab. in c. j. ij. col. de uoto. in c. j. de priui. in c. cū ad monaſterium. pe. col. de ſtamo. Domi. in c. cū ex eo. ij. col. de elec. in vj. in c. cū nullº. ult. col. de tēp. or. eo. lib. Ab. in c. nuper. de ſen. excō. Dixi in d. §. de adulteriꝭ. & uide Ab. in c. ij. de ſen. excom. ubi latè ſequitť d. cōſi. Fed. Cùm ergo epiſcopi non poſſint abſoluere exēptos, ut eſt dictum, ſequitur, quòd ſolus Papa eos abſoluet. Et de hoc eſt ampla diſputatio Ab. duo clericali. in j. dubio, de qua ipſe meminit de fo. cōpe. ſignificaſti. iij. col. Ex quibus dubito de conſil. Cal. de ſent. excom. in vj. dum dicit, quòd prælati religioſorum poſſunt eos abſoluere in caſu c. ut periculoſa. ne cle. uel mo. in vj. Sed in quantum poſtea loquitur de excommunicatione incurſa ex conſtitutionibus regulæ, credo dictum eius procedere: & erit notabilis declaratio ad dictū conſ. Fed. Quid autē de legato? pēdet ex notatis per Domi. de elec. ſi abbatem. in vj. & de exceſ. præla. c. j. eo. lib. iij. col. ibi, quæro, an legatus. Et ex ibi dictis uidetur, q non poſſit abſoluere. ¶ Fallit † ſecundò regula huius text. in delegato Papæ: quia data negligentia, uel iniuſta denegatiõe illius, qui excōmunicauit, poterit ipſe abſoluere, quantū ad effectū, ut poſſit agitari cauſa ibi cōmiſſa, c. prudentia. §. ſexta. & §. fi. de offi. deleg. Et rationē aſsignat ibi Abbas in §. fin. in fi. poſt alios: ubi uide. ¶ Fallit tertiò in eo, qui ſuccedit excōmunicato in ipſa cauſa. Et intelligunt Doc. idē, ſi nō ſuccederet in honore, ſed in onere. Pro quibus uide Domi. poſt Lap. de off. dele. cùm plures. in fin. in vj. ubi dicit, q ſi in caſu illius c. unus ex delegatis, qui cœperat procedere, excommunicauit partem, & poſtea eſt mortuus, uel impeditus, uel non uult procedere, poterit collega: quia uirtute illius c. reaſſumit cauſam illū abſoluere, per tex. hîc, & in regula, is qui. lib. vj. Et idē dicit in ſubdelegato delegati, qui excōmunicauit & ſubdelegauit in totū, q ipſe ſubdelegatus poſsit abſoluere. Si aūt ſubdelegans reſeruaſſet ſibi abſolutionē, non poſſet ſubdelegatus abſoluere. Sed ſi ſubdelegās eſſet impeditus, adeo q non poſſet procedere, tunc ſubdelegatus poſſet abſoluere, etiamſi ille inhibuiſſet: quia ſubdelegatus in caſu impedimēti aſſumit iuriſdictionem, non uirtute ſubdelegationis, ſed à lege. Et ideo cùm ſit par ipſi delegato impedito, nō poteſt ille inhibēre abſolutionem, ſecūdum prædictos. ¶ Fallit quartò † in articulo mortis, ut eſt text. hîc, & de rapto in literis. cū gl. & de ſponſ. non eſt. cum concor. Et no. q requiritur ſatisfactio in tali abſolutione, uel cautio de ſatisfaciendo. Ab. & Ana. poſt Gof. in d. c. in literis. in fi. Eſt uerum, quòd Imo. poſt Lap. in cle. j. ij. col. de hære. dicit eſſe ibi caſum mirabilem, in quo non ſufficit cautio in articulo mortis, quicquid dicat gl. ibi in uerbo, & tunc ſecundū eos. Sed uerior eſt opinio gl. ibi, quòd ſi tempus nō patitur, ſufficit cautio, ſecundum Car. ibi in §. uerùm. iiij. oppo. quia ad impoſsibile nemo tenetur, ſecundum eum, propter uerbum Puto, quòd ubi nec ſatisfacere, neq; cauere poſſet, adhuc abſolueretur: quia non omittitur abſolutio, licet deficiat totalis impotentia ſatisfaciendi, uel cauendi, ut in iuribus allegatis per gl. j. in regula, peccatum. lib. vj. Bene eſt hîc una ſpecialitas, quòd ubi aliàs pro manifeſta offenſa non ſufficit cautio, ſed requiritť ſatisfactio, c. ex parte. de uerb. ſig. lo ij. iſto caſu ſufficit cautio, ſecundū prædictos poſt Gof. in d. c. in literis. dixi de offi. dele. cùm contingat. Hoc modo intellige uerba cōſtitutionis Martini V. excōmunicamus. de qua per Archi. Florenti. de cenſur. c. lxxvj. ubi in excōmunicatione, quæ fertur annuatim in curia in cœna Dñi, reſeruatur abſolutio, niſi in articulo mortis: & tunc præſtita ſatisfactione, uel cautione ſufficiēti. Et idem de iure, ſecundum Ana. poſt Car. & Hoſt. in c. excommunicamus. §. credentes. de hære. ubi dicunt, ſententiam oris Papæ, non eſſe canonem & generalem: tamen hoc dictū uidetur deſtrui per id, quod no. Inno. in c. graue. in fi. iiij. col. ibi, & ex prædictis uidetur, q ſic. Et ſi diceres, q fortē ſuperuixit per tempus poſt periculū, hoc nihil eſſet: quia tūc certum eſſet illūfactum cōfeſsionis expiraſſe, per prædicta. ¶ Secūda declaratio. Iſte† caſus eſt de conſilio, non de præcepto, ut in ſumma Piſana, in uerbo, cōfeſsio. iij. §. utrùm licet confiteri laico. & ſequitur ibi Nic. Allegat Summā confeſſorū. Contrariū tenet Domi. poſt Vgu. c. unū orarium. §. criminis. iij. col. ibi, ad ſecundū. xxv. diſt. per c. qui uult. de pœni. diſt. j. & c. quē pœnitet. uer. confitearis laico. quod uidetur ut præceptiuū. ¶ Itē propter uerecūdiā, quæ fuit cauſa inducendi confeſsionē ſacramentalē: & ita militat erga laicū, ſicut erga clericū, ſm ipſum. Cōſidera bene, q licet iſta ſit opinio tutior, tamē prima uidetur benignior: quia per iſtam ſequeretur, q nō confitēs incurreret pœnā, c. omnis. de pœni. & remi. atrenta æquiparatione, quā faciunt iſti de ſacerdote & de laico in caſu neceſsitatis. Prærerea laicus audiēs cōfeſsionē, nō aſtringitur ad celationē, per pœnā d. c. omnis loquentis de ſacerdote, licet peccet mortaliter reuelādo hoc, qđ eſt ſibi dictū in ſigillo ſecreti, nō in ſigillo cōfeſsionis, ut per Richar. in iij. diſt. xxj. q. v. art. iiij. Sed q ibi cadat ſigillū cōfeſsionis, nō reperio ſcriptū. Vnde aſperū uidetur aſtringere quē inuitū ad reuelāda peccata ſua homini ad celationē nō obligato. Nā contingere poteſt, q productus in teſtē, cogeretur id teſtificari, per ea, quæ dixi §. eo. ſi ſacerdos. ubi ſolus ſacerdos dicitur ſcire ut Deus, & non ſufficit dicere; Dico tibi in præſentia, niſi ibi ſit poteſtas clauiū. Vnde nō eſt mirū, ſi gl. & omnes de materia loquentes, utūtur uerbo Poteſt, aut Licet. Nullus autē dicit Debet, uel Tenetur. Et uerba d. c. quē pœnitet. uidetur permiſsiua. Cogita: qa punctus eſt nouus. ¶ Signa gl. hîc, quis dicatur in articulo mortis: & adde Bart. in l. j. xij. col. ibi, quæro ergo circa hoc. C. de ſacroſanct. eccle. ubi ſequitur iſtam gl. licet dicat, q hoc uerbum in lata interpretatione poſsit uerificari in quolibet uiuente: quia omnes ſumus continuè in periculo mortis[a]: tamen pro priè loquendo procedit iſta gl. Quādo autē dicatur factum aliquid à laborātibus in extremis, uide Bal. in c. j. ad fin. de pac. ubi dicit, q omnis ille, q ex illa infirmitate procedit abſque ſanis interuallis, dicitur laborare in extremis, per tex. unicū in l. alumnæ. §. fi. ff. de an. leg. Et multa de conſtituto in extremis accumulat And. Sic. de teſta. Raynutius. j. char. Et an cōſtitutus in articulo mortis, poſsit examinari in teſtē[b], uide Bal. ut li. nō cōt. quoniā. v. col. But. de iureiu. c. fi. vj. col. Bal. de pace Cōſtā. in uerbo, uaſalli. circa fi. cum cōcor. de quib. q Alex. C. de teſta. hac cōſultiſsima. iiij. col. Et an poſsit face re pacē, & an ſterur dicto ſolius ſacerdotis, qui eū audiuit in cōfeſsione, ut de Are. de teſti. nuper. j. char. Et an pax euaneſcat, ſi nō moriť, uide in lib. Malef. fol. clxxxij. iij. col. Et de eo, q̄ inculpat, uel exonerat aliū in articulo mortis, dicēdo, q fuit, uel nō fuit ab eouul neratus, uide ibidem. Et de eo, qui deſponſat concubinam in articulo mortis, uide Bu. & oēs. qui filij ſint legit. tā ta. Et de renunciāte bñficio in articulo mortis[c], uide in c. ij. de renū. i vj. & An. de collu. c. ij. aliàs iij. Et de baptizato à laico i articulo mortis, uide tex. & Do. c. j. §. ſacramēta. de ſū. tri. & c. ſacrū. & c. mulieri. de cōſe. diſ. iiij. Tho. in iiij. diſt. vij. q. j. art. ij. gl. fi. i cl. j. de bap. cū cōc. Et ſcias, q nutrices Chriſtianę

a *Vel perpetua]* *Adde Spe. in ti. de accuſa. §. ſecundo loco. uer. itē quæritur. et Bal. in auth. habita. vij. col. C. ne fil. pro patre.*

c. paſtoralis.

a *Mortis]* *Adde, quòd maximè regum & dominorum cauſa eorum mors frequens ſit, ut per do. Soc. cōſil. clxv. incip. Viſis inueſtituris. uerſ. primò, quòd diſpoſitio. in fi. in ij. parte, charta xxvij.*

b *In teſtē]* *Adde Bar. in l. admonēdi. in xij. col. uerſi. qđ ſi dictū teſtis. ff. de iureiu. & Angel. in l. ſi uacātia. de bo. ua. lib. x.*

c *Mortis]* *Adde Bal. Ang. & Alex. ī l. ſed & eſt quæſitū. §. ſpadonem. de lib. & poſthu. & Io. de Imo. in l. ſi quis poſthumos. in fin. princip. & ibi per Alex. eo. ti.*

possent baptizare clanculò infantulos Iudæorum constitutos in articulo mortis: Fran.Pauí.in cõſ.quod fecit his annis in causa beati Simonis, impreſſo poſt conſilia Old. Allegat quendam Theologum ſuper Summa Raymundi, ut ibi per eum. Et in his, tanquam impertinentibus, ſufficit iſta dilatabilis breuitas.

SVMMARIVM.

1 ¶ Poteſtas ordinarij quando alteratur, efficitur delegatus.
2 Signa cognoſcendi quando uideatur dari iuriſdictio delegata, non autem excitatur ordinaria, enumerantur, & num. 3.
4 Summariè, uerbum poſitum in commiſſione facta iudici aliàs competenti, facit eum delegatum, quando cauſa de ſui natura non eſt ſummaria.
5 Verba reſcripti in ſui apparentia ſi nõ uideantur alterare, diminuere, uel augere iuriſdictionem ordinariam, tamen ſi re ipſa augẽt, præſumitur, quòd princeps in dubio uideatur dare delegatam, quando aliàs poſſet reddi proceſſus nullus.
6 Princeps licet in concernentibus iuriſdictionem uoluntariam imponat neceſſitatem alicui inferiori faciendi aliquid, non tamen uidetur aſtringere, ut delegatam, ſed ut ordinariam iuriſdictionem excitet.
7 Verba, Authoritate, uel Vice noſtra, quamuis importent delegatam iuriſdictionem, hoc tamen uerum eſt, quando illa uerba apponũtur in diſpoſitione principali.
8 Religioſi an ueniant appellatione clericorum.
9 Religioſi qui propriè dicantur? uide remiſſiuè.

CAPITVLVM XII.

1 ¶Datur una principalis regula, q† ubicũque alteratur in commiſſione poteſtas ordinarij, efficitur delegatus, ſecundũ omnes ita limitantes iſtum tex. Et dicit Dom. hoc eſſe bene notãdum propter cõmiſſiones, quæ quotidie fiunt officialib. per dominos. Et dicit Imo. iſtud eſſe magni effectus, ꝓpter appellationem interponendã. Itẽ propter ſportulas, quæ non dãtur ordinarijs, de uí. & ho. cùm ab omni. Sed bene delegatis etiã eccleſiaſticis: & hoc de cõſuetudine: ſecundum ipſum de cuius ualiditate traditur in d.c.cùm ab omni. Et dicit Pe. de Anc. de præb. hi, qui. in vj. q† ubi aliquid additur, uel detrahitur iuriſdictioni ordinarię, tunc datur delegata, propter gl. fi. ibi, per quã dicit ipſe, ut ſequitur ibi Domi. ad fi. q† ſi Papa concedit alicui ordinario, ꝓ procedat contra exemptos de hæreſi, erit delegatus. Item, quòd ſi epiſcopus cõmittat uicario ſuo, ꝓ poſſit cõferre beneficia, uel inquirere ſuper criminibus, erit delegatus: de quo latiùs per Dom. poſt Lap. de off. uic. c. iſ. v. col. in vj. ubi idem tenet, niſi à principio cõmitterentur iſta ſpecialia cũ clauſula generali, quo ad alia in eodem mandato, ut per Io. An. in addit. ad Spe. ſuper rub. de offi. uic. Hoc mòdo intellige Rotã de offi. ui. vij. in nouis, ubi dicit, q† à collatione facta per uicarium uirtute ſpecialis mãdati, appellatur ad epiſcopũ: quia uicarius cenſetur in hoc delegatus. Adde etiã Bal. ff. de iuſt. & iu. ius ciuile. ſ. col. ubi dicit, q† ſi princeps cõmittit cauſam ordinario in forma iuris communis, iſta non eſt noua commiſsio: ſed ſi committit extra formã iuris communis, tunc dicitur noua commiſsio. Allegat c. cùm aliquibus. de reſcri. in vj. quod eſt utile ſcire propter modum procedendi, ſecundum Angel. ibi ij. col. & Imo. de præſcr. cùm ex officij. Et dicit Ang. ff. de iu. om. iud. & quia. q† ſemper iunctum cenſetur ut ordinario, niſi ſint expreſſa aliqua uerba augentia, diminuentia, aut alterantia iuriſdictionem. Allegat Inno. hîc, & Doc. in d. l. ius ciuile. Tu dic, uel niſi commiſsio etiã ſimpliciter facta, redderetur eluſoria, intelligendo, q† non facit delegatum, ut dicetur ſ. in ſ. declaratione poſt exempla,

Et uide Ludo. in l. ſ. §. ſi quis ſimpliciter. iiij. col. ff. de uer. obl. ubi dicit, q† commiſsio facta ordinario in ſpectantibus ad eum, operatur regulariter excitationem: tex. & gl. in l. ſæpe. cum l. ſeq. ff. de offi. præſi. adeo q† commiſſa correctione criminum nihil poteſt in exemptos, ſ. eod. graue. ¶ Fallit primò, ſecundum eum, ubi dicitur, Authoritate noſtra, d.c. cùm aliquibus. ¶ Secundò, ubi additur, uel detrahitur ordinariæ poteſtati. Ita intelligit
2 gl. in l. ſi prætor. de offic. eius. cui mãd. eſt iur. ¶ Signa† cognoſcẽdi, quãdo uideatur dari delegata iuriſdictio, non autem excitatur ordinaria, enumerantur per Doc. hîc, & alibi: quibus addẽ, q† ſi dicitur, procedas authoritate noſtra & tua, ſi cauſa eſſet talis, in qua aliàs ordinarius nõ poterat procedere, cẽſeretur delegatus. Inn. & Hoſti. de corp. uitia. ſignificauit. & Domi. hîc. Sed certè, ſecundum Domi. ibi idem eſt, ſi aliàs poterat: quia illa uerba hoc innuunt. Nõ enim dixiſſet Tua, ſi non potuiſſet ibi authoritate propria diſpenſare. Verbum Cõcedimus, eſt ſignum iuriſdictionis delegatæ. Domi. hîc per c. hi, qui. cum gl. fi. præalleg. De quo dubito per d.c. cùm aliquibus. Non obſtat c. hi, qui. quia ibi ſolùm uerbum Concedimus, nõ uidetur mutare poteſtatem: ſed
a uerbum Authoritate Apoſtolica[a], ut
3 ibi per Domi. iij. no. ¶ Verbum † Præcipimus, importat delegationem: gl. ſ. in uerbo, facultatem. d.c. cùm aliquibus. & But. & Imo. & Domi. hîc, & Domi. ibi in iiij. col. notans accuratè illã gl. & dicens, eſſe utile propter appellationem. Contrarium ſentit Iac. But. in d.l. ſæpe. quia exprimitur, quod tacitè ineſt. Ergo nihil debet operari: qa iudex tenebatur iudicare, l. munerũ. ꝯ. iudicandi. ff. de mu. & ho. Reſpõdet Alex. in d. ſ. ſi quis ſimpliciter. ad fi. q† expreſsio fit aliter, q† inſit: quia ubi ſine expreſsione tenebatur cognoſcere per ſe, uel delegatũ, tunc propter uerbũ præceptiuũ tenebitur per ſe tantũ, iuxta glo. in d.l. ſæpe. de qua ſatis ſcripſi ſequẽdo cã. de reſcr. cã te. ¶ Cogitabã tunc ſuper iſta reſpõſione: qa licet præceptũ operetur, q† nõ ſubdeleget, tamẽ nõ ſequitur, q† cõmiſsio fiat aliter, q† ineſſet. Fateor, q† modus exercẽdi iuriſdictionem aliter inerat. Sed ipſa iuriſdictio ita aſtringebat iudicẽ: ſicut nũc. Tñ negari nõ poteſt, qn alteretur iuriſdictio ordinaria. Erat enim prius in aliũ trãſmiſsibilis iure delegationis, l. à iudice. C. de iud. nũc eſt cõſolidata in ipſo ordinario. Vnde adde apparentẽ alterationẽ habitu & exercitio. Hoc procedit tenẽdo gl. in d.l. ſæpe. Sed ſi eſſet falſa, put dicũt multi allegati in d.c. cã te. caderet iſta reſpõſio Alex. Præterea nõ ꝓbaretur dictũ Doc. in d.c. cũ aliquib. Cõſidero cm̃, q† Áb. hîc non dicit, prout alij, q† præceptũ inducat delegationẽ, ſed præceptũ circa id, ad qđ ordinarius tenebatur, non ita præciſè. Sic etiam uidetur propriè loqui Domi. vij. q. ſ. licet. iſ. col. dicens, q† ſi præcipitur ordinario, ut conferat nõ dicẽdo, cui dicetur collatio facta authoritate ordinaria: ſed ubi dicit, cui tũc eſt delegata. Nõ dicas ca uillãdo, q† Áb. hîc nõ utitur uerbo Præcipio, ſed uerbo Mãdo: inter quæ eſt differẽtia, ut per gl. in d.l. ſæpe. dixi in c. eã tẽ. quia nõ habuit hîc Áb. reſpectũ ad iſtã ſtrictã proprietatẽ. Imò ſentit ſimpliciter de præcepto, dũ fundat ſe ſuper gl. in d.c. cũ aliquib. quæ utitur uerbo Præcipio. Nec ꝓ dicas ibi eſſe gl. pro communi dicto: quia ibi ante præceptum non tenebatur ordinarius eo modo, quo nunc tenetur poſt præceptum: quia licet teneretur conferre, iuxta gloſ. fin. de præbend. relatum. non tamen tenebatur conferre ei, pro quo nunc præceptiuè ſcribitur. Vnde non mirum, ſi altera poteſtate ordinaria dicitur delegatus, uel executor Apoſtolicus, & non ordinarius. ¶ Sed, ut dixi, tenendo glo. in d.l. ſæpe. tranſire poteſt commune dictum, quamuis

a *Authoritate Apoſtolica*] Quid autem uerba Authoritate Apoſtolica, ſignificent, et cuius importãtiæ ſint, uide do. Soci. in conſ. cclx. inci. In cauſa Nanutenſis. uerſic. ſecunda principalis, cum uerſ. ſeq. in ij. parte, char. clx.

a *Verbũ, Summariè*] Adde tamen, in quantum in dictis iuribus habetur, q† quando ſuperior delegat cauſam ordinario, & mutat in aliquo formã iuriſdictionis ſuæ, q† cẽſetur eum facere delegatũ: & iſtud notabiliter limitat Ia. But. in l. qui procuratorẽ dat. in prin. ff. de procur. ut non procedat, quando alteratur iuriſdictio ordinaria in non procedendo: nam erit delegatus, quãtum ad procedendum: ſed ordinarius, quãtũ ad ſententiandũ: putà, ſi Papa delegat epiſcopo cauſam uertentem inter duos clericos: quæ omnia erant de ſua iuriſdictione, & mãdat, ut in ea ſummariè procedat, et fine debito decidat, certè ex quo ſolũ commiſsio deſcrepat à iure cõmuni in non procedendo, quantũ ad proceſſũ, erat delegatus: ſed in iudicando erit ordinarius. Ideo ſi appellatur ab aliquo actu circa, proceſſum, debet appellari ad Papam: quia q† quantum ad proceſſum cenſetur delegatus Papæ: ſed lata ſententia diffinitiua, in qua cẽſetur ordinarius, appellatur ad metropolitanũ. Et idẽ dicit in ſtatutis Bononiẽſib. ꝓmittẽtib. in cauſis homicidij plenũ arbitriũ in procedẽdo: nã nõ intelligitur cõcedere tale arbitriũ in ſententiãdo. Nõ obſt. ſecundũ eũ, qui cõcedit antecedẽtia, intelligitur enim cõcedere etiã conſequentia, l. indebitam. ff. de cõd. ind. l. iij. ff. de mi. i rub. Quod eſt uerum, quãdo illa cõſequẽtia eſſet neceſſaria: qđ nõ eſt in propoſito, quoniã poteſt delegari ſolus proceſſus abſq; ſententia. aut. ad hæc. C. de iud. Pau. de Ca. in l. & ſi prætor. ff. de offi. eius. refert, q† habuit iſtũ caſum de facto. & audiuit à Bal. reprobari illã opi. Ia. Bu. qa iudex debet eſſe talis in iudicãdo, qualis fuit in procedẽdo, & cognoſcẽdo: arg. d.l. qui procuratorẽ dat: in prin. Adde, q† potuit allegare Bal. in addi. Spe. in ti. de lega. in uerſi. legatus eſt ordinarius. ubi recitat opi. Ia. Bu. & cã reprobat dicta ratione: quia eandẽ rẽ nõ debet diuerſo iure cẽſere, l. eũ, qui ædes. ff. de uſuc. c. cũ tua. de cẽſi. Facit l. j. uerſ. nec ratio patiur. ff. de rer. perm. Sed facile eſt huic reſponderi: qa nõ eſt eadẽ res, proceſſus et ſententia, ut patet ẽ auth. ad hæc. C. de iudic. Vnde ipſemet Bal. in d.l. qui procuratorẽ dat. in ult. col. tenet illã opi. Ia. But. quã dicit ſe habuiſſe ex libro ſcripto manu ꝓpria Bart. ꝓ iſta opin. quæ in puncto iuris eſt uerior: quia limitata cauſa limitatũ, ꝓducit effectũ, l. in agris. ff. de acqui. re. do. l. age. C. de trãſ. Ad idem facit, qđ mirabiliter cõſuluit Bart. ã cõſ. inc. Cõſiliũ populi. in v. dubio, q† ſi per ſtatutũ ciuitatis fuit ordinatũ, q† iudex procedat, non obſtante præſcriptione, certè cũ iſtud ſtatutũ ſolũ diſponat ſuper modo procedẽdi, & nõ ſuper iuſtitia cauſæ, certè q† uis poſſit procedi nõ obſtãte præſcriptione, tãtũ in ſententiãdo obſtat exceptio præſcriptionis: qa iſtud ultimũ eſt omiſſum in ſtatuto. Ergo relinquur diſpoſitioni iuris cõmunis, l. ſi uiro. §. de uiro. ff. ſol. mat. Sed cauetqa tunc in effectu illud ſtatutũ eſſet impoſitũ uerbis, & nõ reb. cõtra l. ij. l. fin. C. cõmuni. de leg. Not. multa prædicta: nam ex his datur ſolẽnis limitatio ad iſtam theoricam Fel. & ad prædicta iura cõmunia.

b c. licet in corrigendis.

uis nõ probetur in d. c. cùm aliquib. ubi nõ dãtur delegati ratione ſolius præcepti, ſed propter alterationẽ poteſtatis cauſatã à præcepto. Sí autẽ dicitur, Mandamus; tunc fatentur omnes non induci delegatã, per iſtũ text. in uer. mãdatis. Propter quod dubito, dum dicũt de uerbo Cõmittimus, quod dat delegatã: quia profectò hoc nõ reperio iure probari: nec ꝓ uidetur differre à mandato. Vnde Mathelilanus nota. xc. not. q† ubicunq; , &c. faciẽ do doctrinã de iſto tex. ſimpliciter dicit, q† uerbum Mandamus, & uerbũ Committimus, ſunt excitatoria poteſtatis ordinariæ. Cogita ſuper iſtis, qa
4 nouiſſima ſunt. ¶ Verbũ † Summa-
a riè[a], poſitum in commiſsione facta iudici aliàs competenti, facit eum delegatum, quãdo cauſa de ſui natura nõ eſt ſummaria. Lanf. in repe. c. quoniã, ij. char. uer, & eſt notandũ. de prob. Allegat Inn. hîc, & dicit q† Legiſtæ tranſportauerunt hoc dictũ in l. & quia. ff. de iu. om. iud. Adde Bal. idem tenentẽ in addi. Spe. de lega. ult. col. & Angel. conſ. mihi cxxxvij. Viſis omnib. ſtatutis. ad fi. Dixit etiã Ang. conſ. ccxiiij. In cauſa accuſationis. ſ. col. q† ſi ſcribitur ordinario, ut cognoſcat, & ante executionẽ referat, iſta alteratio iuriſdictionis circa relationẽ, ad quam nõ tenebatur, facit eũ delegatũ. Allegat notata hîc. ¶ Vbi mandatur ſimpliciter iudici ordinario, q† cognoſcat de certis cauſis inter aliquas perſonas ſibi ſubditas, præſumitur tũc fieri delegatus: ſecus, quãdo ſcribitur ei, q† audiat generaliter cauſam aliquorũ ſubditorũ ſuorũ. Ita formaliter Inn. hîc, & ſequitur Domi. & alij tranſeũt. Sed certè nõ capio hãc differentiã. Sicut enim commiſsio generalis cauſarũ non facit eũ delegatũ inter ſubditos: quia ſolùm uidetur excitari iuriſdictio ordinaria, ut hîc, ita pari ratione nõ uidetur fieri delegatus, quando fit ſibi ſpecialis commiſsio de una cauſa aliquorũ: qa utroq; caſu exprimitur id, qđ ineſt: & præſupponit, q† cõmiſsio ſit ſimplex. Vnde ex quo non cõcurrit aliquod ſignũ alterationũ iuriſdictionis ordinariæ, nõ uidetur, q† iſto caſu ſit receden dũ à regula huius literæ, & c. pe. ſ. eod. Et adde, q† commiſsio perpetua facit quẽ ordinariũ, tẽporalis delegatum. Bal. latè in l. ſ. in ix. q. ff. de offi. cõſulis. Et ſi rex ſcribit magiſtratib. locorũ, faciẽdo eos delegatos, non tenentur ſeruare formas ſtatutorum loci, cui præſunt: ſecus, ſi excitat ordinariã poteſtatẽ. Bal. hîc, dicẽs ad hoc eſſe iſtud c. bene no. ¶ Vltra effectus, qui reſultãt, quãdo uidetur dari dele. ord. de quibus hîc per Doc. cõſidera aliũ effectũ

ultra eos: quia morte delegãtis re integra expirabit iſta commiſsio. Et ſi eſt ſub nomine proprio, expirabit morte delegati, ut ſcis: qa ſicut ipſi dicũt, cauſa exẽpli iſtũ haberi pro delegato, quo ad ſportulas, & quo ad ap. lta ſẽtiũt generaliter, quo ad alios effectus. ¶ Obſtãt no. ꝓ Bart. & oẽs, in l. fundi. ff. de acq. poſ. per illũ tex. & ꝓ Doct. de off. del. ſi ſuper gratia. per illũ tex. lib. vj. cũ cõcor. ubi mãdatũ factũ ſup eo, ad qđ qs tenebatur ex officio ordinario, nõ expirat morte mãdãtis, uel mãdatarij. Poteſt dici, q† Doc. ibi, loquuntur, qñ mãdatũ nõ alterat naturã poteſtatis mãdatarij, id eſt, q† nõ facit eũ delegatũ, uel executorẽ principaliter. Sed hîc loquimur, ubi ipſa cõmiſsio facit eũ delegatũ abſq; alia cõſideratione, uel mixtura poteſtatis ordinariæ. Et iſtud eſt de mẽte Bar. in l. & qa. ſ. col. ibi, declaro, &c. de iu. om. iud. dũ dicit, q† ubi mãdatũ ſit ei, q aliàs habet iuriſdictionẽ in his, quæ pertinẽt ad officiũ ſuũ, dicit propriè iuſſus, nõ aũt delegatus: qa antè ſibi cõpetebat. Ideo nõ expirat morte mãdãtis. Ergo ſentit. q† ſi taliter cõmitteretur ſibi, q† efficeretur delegatus, tũc expiraret. Et ſic intelligẽ ea, quę dixid. c. eã te. ¶ Prędicta omnia recipiunt tres notabiles
5 declarationes. Prima eſt, q† etiãſi uerba reſcripti in ſui apparẽtia nõ uideatur alterare, diminuere, uel augere iuriſdictionẽ ordinariã, tamẽ, ſi re ipſa augẽt, præſumitur, q† princeps in dubio uideaẽ dare delegatã, maximè qñ aliàs poſſet reddi proceſſus nullꝰ. Ita elegãter Car. hîc dicẽs, q† appellatum fuerat à delegato principis ad principẽ, qui cõmiſit cauſam poteſtati ordinario loci, dicẽdo, fiat ius per poteſtatẽ: nã licet aliquꝰ dicerẽt, q† erat excita tio ſui officij, tamẽ Car. reſpõdit cõtrariũ, Paduæ: quia de iſta cauſa ap. non poterit cognoſcere poteſtas, cũ eſſet inferior delegato, ſed ſolũ delegans. Ideo cõmiſsio principis nõ ualuiſſet, niſi importaſſet delegationẽ. Vnde in dubio debet fieri interpretatio, ut res potiùs ualeat, q† pereat, de uer. ſig. abbate. & ſequitur hîc Imo. & eſt etiã poſitũ formaliter in lec. Bu. impreſſa, nõ nominato Car. ſed puto, q† ſit additio, & eſt dictũ aureũ. ¶ Secũda declara-
6 tio. In† cõcernẽtib. iuriſdictionẽ uolũtariã, licet princeps imponat neceſſitatẽ alicui inferiori faciẽdi aliqd, nõ tamẽ uidetur aſtringere, ut delegatũ, ſed ut ordinariam iuriſdictionem excitet. Rap. & Aret. in l. j. §, ſi quis in appellatione. per illum tex. ff. de ap. quia ſi conſul fuiſſet ibi delegatus à principe, uidetur uictus ad minorẽ appellaſſe, cũ delegatus principis ſit maior

quocunq;

quocunq; ordinario, de offic. dele. sanè. Et tamen ibi dicitur appellasse ad parem. Ergo erat ordinarius, nõ delegatus. ¶ Considera tria. Primò, quomodo ageretur ibi de iurisdictione uoluntaria. Secundò, quomodo esset ibi alterata iurisdictio ordinaria: quia certè hoc nõ apparet. Tertiò, quomodo responderetur ad d.c. cum aliquibus. & d.c. hi, qui. ubi in actu uoluntariæ iurisdictionis, si scribitur alterando iurisdictionẽ, uidetur data potestas delegata, non excitata ordinaria. ¶ Tertia
7 declaratio. Quamuis † uerbum Authoritate, uel Vice nostra, importent delegatã iurisdictionem, secundum omnes hic, & Bart. in l. ambitiosa. ult. col. ff. de decr. ab or. fa. & l. ij. §. fin. ad fin. ibi, item debetis. ff. de opti. leg. & omnes in d. l. & quia. & in d. c. hi, qui. & Matthes. d. no. xc. tamen istud est uerum, dum modò illa uerba apponantur in dispositione principali: ut quia dicat, Authoritate nostra cognoscas. Secus, si apponuntur in cõfirmatione ipsius dispositionis, ut quia committitur iurisdictio in certo loco, & adijcitur postea clausula, q; cõmittens habebit ratum, quicquid eius authoritate factum fuerit: nam per hoc non minùs erit ordinarius: quia clausula accessoria non mutat naturam principalis, clem. j. de præbend. Ita Imol. post But. de offic. deleg. quoniam. ult. col. quod est notabile, secundum Alex. in d. l. & quia. ¶ Confirmo dictis notabilibus & nouis fundatis pro maiori parte super text. aureo. d. clem. j. Dixit enim Abb. de conc. præ. cùm nostris. ult. col. q; clausula, Amoto exinde quolibet illicito detẽtore, posita in executione gratiæ, uel in literis executorijs, non purgat surreptionem, de qua in illo tex. s. taciturnitatis coloratæ possessionis. Et ita dicit dixisse Lap. & Cal. per d. clem. j. quod Abbas extollit, & notat Cal. de præb. consil. xxv. Et gusta, dum parificant ista, uidelicet q; fiat mentio solùm in executione gratiæ, uel in literis executorijs. Ad quod considera, quæ dixi in c. nostra. de rescr. in xxxvj. corollario, uer. secundò no. Et dicit Imo. in d. cle. j. col. q; tales clausulæ executiuæ apponũtur in cancellaria præter intentionem Papæ, qui non exprimit, nisi dispositiua fundantia gratiam. Ergo solùm illa excludunt surreptionem, non alia, ut latiùs per eum, quem uide in uer. no. secundò. Facit dictum Bart. in l. j. in fin. ibi quæro, secundum Pet. ff. de offic. procu. Cæsa. aliquis fecit procuratorem cum mandato ad ista & ista, in fine instrumenti dicitur sic, promittẽs ratum & firmum habere, quidquid per eum fiet, an ista uerba importent liberam administrationem? Videtur, q; sic, ut aliquid operentur: nam in expressis nihil operarentur, cùm ea, quæ dominus mandauit, non sit necesse rata habere. Contrariũ decidit Bart. & ibi etiam Albe. de Rosa. quia non debet concedi per uerba generalia, sed specialia & expressa, l. quam Tuberonis. §. j. ff. de pecu. Et ista uerba ponuntur ad maiorem cautelam, non q; aliquid concedatur, secũdum Bart. cum quo cõmuniter concordant alij, ut per Alex. C. de proc. procurator. ij. col. Facit, qd' notat Rota de procur. xxiij. in antiquis, & eod. titul. j. in antiquioribus, dicens, q; ista clausula releuans dictum procuratorem, uel eius substitutum, non dat facultatem substituendi: quia uerba, quæ præsupponũt, nihil disponũt super eo, quod præsupponunt, nisi de illo appareat, q; d. cle. j. & sequitur Domi. in c. j. §. j. in j. col. de proc. in vj. Et sic non substituet ante litem contest. per d. c. j. ij. respõso. Sed adde, q; illa uerba operabuntur releuationem substituti, casu, quo procurator iure suo substituere poterit, putà, post litem contest. d. c. j. Ita Aegid. decis. Rotæ viij. Facit etiam, quod scribit Domi. in c. j. §. j. confirmatos. ad fin. de reli. do. in vj. ubi decidit disputationem glos. ibi in uerbo, cæterorum. quòd illud uerbum non includit bona mobilia, cùm de ipsis suprà non prohibuisset, & clausula decreti non debet referri, nisi ad id tantùm, quod erat prohibitum, per d. clem. j. Per quam infert, q; clausula posita ad ualidandum, uel infirmandum id, quod præcedit, non comprehendit, nisi tantũ præcedẽtia, & etiã si latiùs loquatur: & sic cùm d. c. j. prohibeat alienationem immobiliũ, illa generalitas uerbi Cæterorũ, nõ ampliat dispositionẽ ad mobilia. Quod no. ad multa. Facit disputatio Cal. inc. Dominus Papa dedit cõseruatorẽ. ult. col. in datione cõseruatoris erat clausula, q; de quibuslibet iniurijs cognoscat per se, uel per alium, siue requirãt iudicialẽ indaginẽ, siue non, nõ obstantibus iuribus in cõtrariũ facientibus: cõmisit uices suas non canonico, non ualet cõmissio: quia clausula, Non obstantib. non operatur, nisi quo ad expressa, s. ad requirentia indaginẽ. Et sequitur Dom. in c. fi. §. j. in fi. de offi. dele. in vj. Faciũt quę dixi de rescr. sedes. in vj. declaratione, probando multis decisionibus restrictionem uerbi, Quomodolibet, Quandocunq;, & similium, limitando in simili Ana. de accus. c. fin. ibi, quærit hîc do. Florentinus. Et super istis cõsidera, q; procedũt, quando ista uerba posita in executione præsupponũt aliquid fuisse dictum in dispositione, quod tamen non fuit dictum. Sed ubi hoc non præsupponunt, tunc uidentur disponere, putà, quando apponuntur clausulæ derogatoriæ, de quibus dixi de rescript., nonnulli. uel clausulæ pœnales. & similes. quæ apponuntur dispẽsatiuè. Idem uidetur posse generaliter dici de omni clausula, cuius uirtus uerisimiliter comprehenditur in his, quæ de stylo curiæ ponuntur in fine supplicationis ad partem: & per Papam signantur sub certa uirgula amplexante omnia: quia tunc de omnibus illis, qualiacunque sint, uidetur Papa habuisse notitiam. Et adde istis Imol. in l. qui Romę. §. duo fratres. viij. col. item pro hoc, & tertiò. ff. de uerbor. oblig. ubi allegat d. clem. j. q; clausula adiecta ad executionem principalis dispositionis, non ampliat illam. Et illum tex. ad idem inducit etiam Cal. de præb. cons. xvj. & Bald. in l. eam, quã. xiij. col. C. de fidei. quem retuli in c. nonnulli. in princ. ad fi. in xv. cõl. de rescr. Et illũ tex. allegat etiã Pau. cõs. cxxxij. notandũ in prin. & Bu. cons. xxix. uisis pũcto, &c. ¶ Prædicta omnia procedunt, quãdo iudici ordinario aliqd cõmittitur. Quãdo aũt cõmittitur aliquid nõ habenti aliàs iurisdictionem, quomodo cognoscitur, an detur ordinaria, uel delegata, uide Inn. & alios §. eo. c. cùm ab ecclesiarũ. cum concord. quas ibi dedi post Imol. Prædictis etiam adde Bald. in l. fi. ad fin. C. ubi sena. uel clarissimi ubi dicit, quòd legatus habens duos auditores, ordinauit, ad hoc ut non procederent indiscretè, uel q; nullus posset procedere sine speciali commissione, utrùm procedendo cum commissione, dicantur procedere, ut delegati, an ut ordinarij, per l. ij. C. cod. titu. Nec obstat quòd requiratur specialis commissio: quia non est delegatio, sed causarum distributio, & quædam partitio curæ, ut ibi per eum subtiliùs, C. de appel. præcipimus. in prin. Et ista omnia bene no. tãq; utilia, & hacte-
8 nus non reducta ab alio. ¶ Dũ tangitur hîc, quãdo † appellatione clericorũ secularium ueniũt religiosi, & econtrà, adde text. in c. ad Apostolicæ. de re iud. in vj. in cle. ij. ad fi. de ui. & hon. cle. in c. j. in fi. de præb. in vj. in c. quoniã. & ibi Ana. in ij. col. de simo. in c. ad abolẽdã. in prin. de her. in cle. cupiẽtes. §. sanè. de pœnis. c. inter quatuor. de relig. do. in c. ad audiẽtiã. lo ij. de eccles. ædifi. in c. tuanos. de test. j. c. j. de sepul. in vj. in c. accusatus. §. fi. & in ti. ut officiũ. §. ad cõscribẽdas. de hær. in vj. gl. fi. i c. ad hoc. de offi. uic. & gl. ij. in c. religiosus. de testa. in vj. gl. in uerbo, religiosi. in cle. j. de deci. & in cle. j. in uerbo, regularis. de suppl. negl. prælat. & in cle. j. in uerbo, religiosus. de reb. eccle. non alien. In quibus locis ponuntur, ut diuersa, religiosi & clerici seculares, ut hîc. Et hinc est, quòd dispositio c. licet. de regula. non procedit in clericis secularibus: gloss. ij. c. admonet. de renunc. quia sine licentia possunt profiteri, ut ibi etiam latiùs per Imol. in penultima & ultima colum. Tamen in fauorabilibus, & ubi ratio subiectæ materiæ aliud suadet, ueniunt

ueniunt clerici appellatione religiosorum. Vide glo. in c. præsens. in uerbo, religiosos. xx. q. iij. tex. cum gloss. in uerbo, religiosis. c. nullus itaq;. j. q. j. & gl. c. ex multa. in uerbo, religiosi. de uoto. glo. in cle. j. in uerbo, præsidentes. de rescr. gl. ij. & iij. & ibi Arch. in c. obeuntibus. lxiij. dist. & in c. in nomine Domini. in uerbo, religiosi. xxiij. dist. & tex. & ibi Dom. in c. fin. xlviij. dist. & in c. sacerdotes. & ibi Domi. xlix. dist. & in c. ex antiquis. & ibi Dom. liiij. dist. & in c. generalis. & in c. si quilibet. utrobiq; Domi. ea. distin. Et adde, q; appellatione secularium ueniũt laici & clerici seculares: Domi. in c. accusatus. §. fin. ij. col. de hære. in vj. Et si testator mandat celebrari missas à sacerdotibus, intelligitur de secularibus propter commun em usum loquendi. Car. cons. lix. Quædam domina
9 Agnes. ¶ Qui autem † dicantur propriè religiosi, uide Abb. c. dilecti. j. col. j. de ma. & obe. c. causam. lo j. de iud. in cle. j. de sup. negl. præl. Dom. d. c. in nomine. Imo. c. ecclesia. ij. col. de const. & ibi dixi in prin. Ioan. And. & Domi. in c. ut officium. §. uerùm. de hære. in vj. Abb. in rub. de ui. & ho. cle. Et an appellatione religiosorum ueniat religiosus præfectus ecclesiæ secularis: Glo. sentit, q; sic: in cle. j. in uerbo, regulares. de deci. & glo. c. quorundã. in prin. in uerbo, mendicantium. de elect. in vj. Contrarium dixit glo. j. in cle. religiosus. de procur. & sequitur ibi Card. in j. opp. & idem gl. ij. in princ. in c. religiosus. de testa. in vj. Sed dic, insipiendam esse subiectam materiam, an conueniat talibus, an non, ut per Domi. d. c. quorundam. §. j. in fin. Et dum tangitur de habente delegatam & ordinariam simul, secundum quam uideatur procedere, uide quæ dixi post alios de præscript. c. cùm ex officij.

SVMMARIVM.

1 ℣ *Negligentia est iusta causa priuandi aliquem exercitio suo.*
2 *Actus consistens in facto, competit singulis de capitulo: consistens uerò in iure, uniuersis ut capitulo.*
3 *Episcopus an in causis criminalibus teneatur requirere consensum capituli.*
4 *Aduocatus in aliqua causa, non potest esse iudex in eadem causa.*
5 *Iudex ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniariam, si ipsa magis timetur.*
6 *Episcopus an possit per statutum imponere pœnam pro quolibet delicto.*
7 *Prælatus inferior ab episcopo non potest commutare pœnam iuris in pecuniariam: soli enim episcopi dispensant in pœnis.*
8 *Iudex ecclesiasticus quando per statutum imponit pœnam, an possit illam sibi retinere. Concludit, quòd sic.*
Tamen honestius est, ut applicet eam usibus pijs, num. 9.
10 *Iudex ecclesiasticus si imponit pœnam dãmnificanti alium, non applicatur iudici, neque pauperibus, sed damnificato.*
11 *Episcopus non dicitur propriè habere fiscum.*
Bona clerici intestati ad quem deuoluantur? Post num. 11. uersic. sed nihilo minus.
12 *Sententia arbitri an infamet, & An dicatur propriè sententia. num. 13.*

CAPITVLVM XIII.

Irrefragabili. ¶ Istum tex. extollit Abb. de iu-
dic. cæterùm. nij. not. dicens illũ suppleri ab isto in hoc, q; si dominus feudi erit negligẽs, poterit ordinarius ad iustitiã actoris assignare ei termi-
nũ, intra quẽ iustitiã faciat, quo elapso ipse iudicabit. Facit, quod notatur in simili, de concess. præben. Ex parte Astensis, secundũ eũ. ¶ Istum text. notat etiam Abb. c. si quis contra clericũ. in repe. xxviij. col. de fo. compet. & Ludou. sing. cccclxxiij. inferior præscribit, &c. Exclamans de ista practica statuendi hũc terminum. Per istũ text. dicit Abb. de for. cõpet. licet ex suscepto. vj. col. ibi, hæc dicta mihi non placent. quòd si domini non recognoscentes de facto imperatorem, sunt negligentes, nõ supplet Papa, sed imperator, contra But. & alios ibi: qa si præscribentes iurisdictionẽ contra inferiorẽ, & sic utẽtes uia ordinaria & iuridica, non præscribunt, nisi quatenus sunt uigiles, ut hîc: quantò magis illi de facto nõ recognoscentes Et de hoc aliquid j. propè. Peristũ tex. dicit Abb. de for. compet. cùm contingat. vij. col. ibi, sed quæro. q; inferior ab episcopo, potest præscribere exercitiũ meri & mixti imperij. Sed impossibile est, q; ita præscribat, ut faciat caput per se in diœcesi excluso episcopo, etiam quoad habitũ. Operabitur autẽ iste habitus, q; data eius negligẽtia poterit ipsius iurisdictionẽ exercere, quã ille præscripserat, per istum tex. Et uacante, uel mortuo illo prælato, exercitiũ deuoluitur ad episcopũ. Per istũ tex. dicit Car. de præsc. si diligenti. in fi. dominũ suũ cõsuluisse, q; licet ciuitas Perusina sit subdita Papæ, & de patrimonio beati Petri, tñ potuit ipsa ciuitas præscribere merũ & mixtũ imperiũ in suos ciues, sicut hîc capitulũ habet iurisdictionem in singulos de capitulo, acquisitã ex præscriptione: & tamẽ capitulũ ipsum subest episcopo, si conueniretur, sicut ipsa ciuitas Perusina conueniretur coràm Papa. Istũ tex. allegat etiã Lud. cons. cclxxj. in fi. ¶ Declara prædicta, ut per Car. post Pau. in clem. j. uerbo. ne igitur. j. notab. de celebr. missa. ubi dicit, q; iste tex. & tex. ibi probantes, q; de iurisdictione minorũ prælatorũ non se intromittũt diœcesani, nisi in casu negligentiæ, procedũt solùm, quãdo ad inferiorẽ spectat iurisdictio de iure cõmuni, priuilegio, uel cõsuetudine. Secus, si est actus, qui ad plures simul pertinet: qa tũc est locus præuẽtioni, c. ut debitus. de ap. c. iij. de offi. archipresbyt. Et si dubitatur, quis præuenerit, defertur maiori, de præben. c. & si à sede. in vj. nisi minor iurisdictionem habeat à maiore: quia tunc prohiberi potest à maiore, l. iudicium soluitur. ff. de iudic. ¶ Et ista limita, nisi potestas sit ita acquisita inferiori, quòd simul acquisierit sibi alium superiorẽ: putà, si quis fuerit exemptus & subiectus Papæ: quia data negligẽtia ipsius, nõ succedet ordinarius, sed Papa, secundũ Ab. in c. graue. ad fin. per illũ tex. j. eo. Ex quo posset attẽtari, q; si princeps præscripsit libertatẽ contra imperatorẽ, non supplebit imperator suam negligentiã: quia subijcitur Papæ, ut deduxi in c. cùm nõ liceat. de præscr. quod est cõ-
1 tra Abb. in d. c. licet ex suscepto. ¶ Quòd † autẽ negligẽtia sit iusta causa priuãdi quẽ, saltẽ pro illa uice, exercitio suæ potestatis, facit totus tit. de suppl. neg. præl. & c. ij. cũ simi. de concess. præb. & specialiter tex. in c. j. de offi. custo. & ibi But. ubi custos negligẽs priuatur. Idẽ in cõmẽtarienſi, l. carceri. in fin. ff. de custo. reo. Idẽ in prælato negligẽte reparare ecclesiã: qa punitur ut dilapidator. Io. de Lig. in extrauag. execrabilis. Idẽ in uasallo negligente. Cal. de feud. consil. vj. Idem in emphyteuta negligente circa meliorationes. Spe. de locat. §. nunc aliqua. uer. lxxxix. Idem in iudice negligente in totali exercitio sui officij. Bal. in l. j. §. quoties. ff. de off. præf. urb. Secus, si est negligens pro parte: quia pro illa priuatur. Angel. in l. si uacantia. C. de bo. uac. lib. x. per text. & Bart. in l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. x. ¶ Dicit etiam ibi Angel. quòd assessori negligenti potest diminui salarium. Idem etiam dic de teste negligente, putà, in reddenda
a *Peccato negligentiæ] Adde, qd' dixi s. in c. si autem. de rescript. in apostillis.*
ratione dicti sui, quando necessaria est: quia tenetur parti læsæ. Butrig. de testi. cùm causam. Generaliter uerò
4 de peccato negligentiæ[a], uide Archiepiscopum Florentinum in ij. parte Summæ, sub rubric. de accidia. Et utrùm propter negligentiam posset prælatus deponi, dicetur post Abba. in c. j. de treug. & pace. ¶ Intelliguntur fortè ista omnia, quando negligẽs

negligentia est notabilis: secus, si parua, per id, quod dicit Abb. de statu mo. ea, quæ. Modos autem probandi negligentiam, ubi à iure, uel à superiore non est præfixum tempus, uide per Bart. latè cons. ccij. inc. Charissime domine: isti uestri. cum concor. de quibus tetigi de rescr. c. si autem, & habetur in Repertorijs in uerbo, negligentia. Quibus adde prædicta aliàs reassumenda latius. In quantū dicit Inn. q̄ capitulum est iudex in hac materia, & penes ipsum est iurisdictio, & non penes singulos canonicos: nam de nullo potest dici, hic est iudex, uel con iudex: sed uerba resoluentia actum, de eis dici possunt, sicut electio est penes capitulum, non singulos, & tamen singuli eligunt: adde Flor. de sancto Petro in repet. l. ciuitas. ibi, sed responde. ff. si cert. pet. ubi
2 extollit istum modum loquendi, q̄ † uerba resonantia in factum, concernunt personas uniuersitatis: sonantia uerò in ius, concernunt uniuersitatem, & sic electio est ius, actus eligendi est factum. Et adde Imol. de postul. prælat. bonæ. ij. super uerbo, temerè recedit. & ibi latè But. xv. col. ibi not. glo. ubi latè inuenies, q̄ actus consistens circa merum factum, ut est recipere in canonicum illum, quem Papa iam creauit canonicum, potest expediri per canonicos non collegialiter. Idem uoluit Com. post. de rescr. eam te. & alij, quos ibi allegaui: & ordinaui in uer. aliud singuli. declarando, quomodo intelligatur regula c. qui manumittitur. xij. q. ij. Quomodo autem intelligatur, q̄ actus consistens in re, debet expediri collegialiter, non separatim: uide not. de constit. cùm omnes. & ibi dixi, ponendo etiam de eo, quod tangit hîc Abb. dicens, non uideri factum à populo illud, qđ
3 fit non communicato priùs consilio. ¶ In † uentilatione causarum criminalium, quam facit episcopus, non tenetur requirere consensum, sed cōsilium capituli. Ita uidetur uelle gl. magna hîc, ad fin. Idem glo. in c. ex literis. in uer. segregari. de d. uot. & ibi Zocchus in vj. nota. bili. Facit c. non est. in uerbo, consilium. de consue. in vj. & c. nouit. in uerbo, destructis. & c. quanto. circa mediū. de his, quæ si. à præl. Sed dic, q̄ imo ultra consilium requiritur consensus, Old. cons. cij. Nos Reginus episcopus. ad fin. & sentit Domi. post Arch. c. j. in j. col. de hær. in vj. & not. glo. j. c. episcopus. xxiij. dist. & gl. j. in c. cùm uos. de his, quæ si. à præl. & tex. cum gl. fi. in c. si quid uerò. lxxxvj. dist. & gl. xv. q. vij. in summa: & sentit gl. magna circa medium in c. ex pœnitentibus. l. dist. & Imol. in d. c. quanto. j. not. & idem sentit Inn. de præbend. grauc. ultra medium. Facit c. episcopus nullius. ibi, præsentia clericorum firi etur. xvij. q. vij. Hoc modo uerbum Liberè, de quo in c. j §. eod. non excludit consensum capituli requisitum per alia iura, sed operatur excusionem consensus aliarum personarum, & aliorum iudicum: sicut etiam dicitur xj. q. j. si quis cū clerico. ibi, nullam communionem cum alijs iudicibus. Sic etiam intellige c. j. de cap. mo. in uerbo, solius episcopi. quia dicto Solius, excludit consensum religiosorum, non capituli, ut in simili dicit gl. no. in d. c. episcopus. ¶ Scias etiam, q̄ in beneficijs spectantibus ad collationem episcopi de iure deuoluto, non succedit capitulum eo negligente. Inn. de elect. cùm in cunctis, super uerbo, capitulum. putà, si propter negligentiam aliorum clericorum collatio deuoluta est ad episcopū: quia in his, quę iure proprio pertinent ad episcopum, maior est conisctio capituli, quàm in prouenientibus alùnde, ut pulchrè per Abb. ibi in §. fin. facit gl. in uerbo, capituli. in fi. cle. j. de hæreti. Et idem But rig. c. ij. de concess. præben. Et hinc est etiam, q̄ in spectatibus ad episcopum, iure deuoluto, non tenetur episcopus requirere capitulum, ut probat gl. in uerbo, consilio. in fin. ibi, de honestate. in c. ne pro defectu. de elect. & ibi pulchrè Abb. iij, col. qa in istis nihil habet commune cum capitulo. ¶ Hoc ultimum declara subtiliter duobus modis. Primò, dū modo sint talia, in quibus ante deuolutionem episcopus nullum ius habeat, nec̄ habuerat, prout in casu d. c. ne pro defectu. Secus in his, in quibus de iure communi habebat episcopus saltē habitū iurisdictionis, in qua perdidit exercitiū ex iure speciali competente inferiori: quia si illo negligente reuertitur exercitium ad episcopum, habet requirere capitulū, sicut habuisset quōdam iure illo non amisso: quoniam res reuersa ad antiquum statum reassumit ipsum per omnia: glo. aurea hîc in gl. magna, quasi in fin. Quam ita intelligunt Bu. Imo. & Ab. Et ex ipsa colligit hîc Domi. q̄ licet quis perdat potestatem assistendi actum, non tamen perdidit potestatem assistendi illi actui. Ad idem allegat cle. constitutionē. de elect. & c. ij. de proc. in vj. Similiter ex hoc infert hîc Imol. post But. q̄ si maritus perdidit potestatē accusandi p lapsum lx. dierū, iuxta l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. tamen potest assistere alteri accusanti uxorē adulterā, sicut etiam prohibitus appellare post x. dies, potest assistere tertio appellāti pro suo interesse: de quo in l. si quis separatim. ff. de ap. in c. una sententia. de app. ubi etiam per Imo. ¶ Declara secundò gl. in d. c. ne pro defectu. nisi ex delicto solius prælati actus deuolueretur ad aliū: quia ex quo capitulū non deliquit, debet ille surrogatus episcopo, requirere capitulū in illo actu, sicut tenebatur episcopus. Ita intelligas text. no. in simili in cle. ne in agro. iiij. col. ibi, abbate. de statu mo. Et sic habes casum, in quo succedens de iure deuoluto, requirit capitulū. Sed ratio specialis est clara, propter quam procedit solùm in casu suo, & simili habente eandē rationē. ¶ Qui † fuit [a] aduocatus, non po-
4 a test in eadem causa esse iudex, ff. de iu risd. om. iud. prætor. dū modò propala uerit animū suū, aliàs non. Inn. Ioan. An. Imo. & Abb. hîc. Nec̄ sufficit sola notitia secretorum causæ: gl. de testi. dilecto. per quam Imo. & Abb. hîc reprehendunt But. aliter tenentem hîc. Tamen But. in d. c. dilecto. uidetur approbasse illam glo. dum limitat eam, nisi aduocatus propalasset animum suum. Et cū istis concordat Philip. de ap. postremò. xj. col. ibi, septimò. licet ibi sit error, in quantum refert Inn. & Io. And hîc tenere idem, quod But. Et intellige, q̄ recusetur ab illo, quem dixerit fouere iniustitiā: secus, si ab alio: quia sua non interest, secūdum Imol. in d. c. dilecto. ante fin. & facit glo. uer. testem. in prin. de testi. c. fin. in vj. Vbi aliàs deuoluitur actus de capitulo ad episcopum propter negligentiam. Tamen si episcopus hoc procurauit, nō deuolueretur. Inn. hîc, & bonus text. de conces. præbē. postulasti. in fin. Ex quo infert Arch. de offi. deleg. si contra unum. in vj. & Ioan. And r. de app. legitima. eo. lib. Philip. in d. c. postremò, xxiij. causa, q̄ qui procurauit causam sibi committi, potest ex hoc recusari. Confirmari potest ex multis, de quibus per Ludouic. in §. de uiro, xxxvj. fal. solu. matr. dum probat, q̄ ratione affectatæ commoditatis, quis priuatur commodo ipsius commoditatis. Plura posui de testi. c. fin.

a Qui fuit] Adde tu pro limitatione, quòd licet aduocatus alterę partis potest à me recusari tantum, ego non possum, propter hoc recusare illū, qui fuit meus aduocatus, si essiciatur iudex, licet propalauerim ei omnia secreta: & est ratio, quia iudicat per probata. Ita glo. no. in c. dilecto. de testi. in uerbo, recusatus. Secundo limita, q̄ licet aduocatus, si essiciatur iudex, possit recusari, tamen si aduocatus aduersarij mei sit commensalis iudicis, uel familiaris, non potero eū recusare. Text in c. j. ubi gloss. de iud. Adde, quòd sicut aduocatus, suspectus est iudex, ita suspectus est, si produceretur in testē, l. fin. ff. de test. c. fin. de testi. in vj. Vide aliquas limitationes per Bald. in c. ex literis. de transact.

Cæterùm Materiam cessationis prosequere, ut hodie habetur eod. tit. si canonici. & c. quamuis. in vj. Est autem breuissimè insistē
5 dum, an † & quando possit iudex ecclesiasticus imponere

nere pœnam pecuniariam: de quo ordinariè ponit hîc per istum tex. Sed reductis in simul pluribus hactenus sparsis, ordinaui quatuor nouissimas conclusiones cum certis limitationibus adaptando uberem apostillam à me repetito calamo glomeratam. ¶ Prima conclusio. Potest iudex ecclesiasticus imponere pœnam pecuniariam, si illa magis timetur: glo. de pœnis. licet Hostien. & Ioan. Andr. de homic. c. j. lib. vj. Abb. j. eod. dilectus. j. not. maximè, ubi certa pœna non est à iure statuta, per c. de causis. de offic. deleg. Ita pro regula firmat Abb. hîc post Host. Ioan. And. & alios hîc. Idem Abb. d. c. de causis. ult. not. per illum tex. in penul. col. Idem Domi. latè xviij. dist. quoniam. ad fin. etiam si puniat laicū pro crimine ecclesiastico. Abb. d. c. licet. per c. statuimus. xvj. q. j. & c. quisquis. xvij. q. iiij. licet pro facilior expedi tione possit hoc committere seculari, c. ij. de maled. & c. postulasti. de Iudæ. Et sic intelligē illa iura allegata per Ioan. And. in d. c. j. de homic. in vj. cum quo transit ibi Domi. in §. j. Et dixit Abb. anti. c. j. de emptio. & uendit. q̄ episcopus potest punire laicum aromatariū immiscentem farinam fabarū in cera. Item sequuntur ibi alij Scribentes post Ioā. And. & Lud. sing. dxxxix. Fui aliàs interrogatus. Adde etiam istis Archid. in c. si uos. xxiij. q. v. ubi dicit, q̄ non repugnat prælato agere pro pœna pecuniaria imposita subditis per statutum, uel consuetudinem. Et sequitur gloss. fin. ibi dicentem, q̄ prælatus potest infligere pœnam pecuniariam, quando illa magis timetur. Latius hoc firmat Archid. in c. ea uindicta. xxiij. q. iiij. declarando gl. iiij. ibi, de quo meminit Dom. in d. c. de causis. v. col. dicēs, q̄ clerici possunt puniri pecuniariter, per c. quanquam. xxiij. dist. in. & c. quoniam. xviij. dist. & c. de Liguribus. xxiij. q. v. Non solùm in prijs bonis, sed in ecclesiasticis, dum modò ecclesia nō multùm lædatur, secundum Vgo. ibi, sed in hoc. Archi. contrà, per regulam, delictum. lib. vj. Cum istis concordat etiam Ana. post alios in d. c. ij. de maled. viij. col. ibi, circa prædicta. dicens, etiam si iudex laicus punit pecuniariter ad requisitionem ecclesiastici, ipse laicus habebit illam pœnam: secus, si ipse ecclesiasticus punit, ut etiam pulchrè per Host. de maledic. §. fi. ad fi. ibi, sed cui. Est uerum, q̄ Pet. de Anch. consil. xij. Spiritualis iudex. ad fin. dicit generaliter, q̄ etiam, ubi punitio criminis spectat ad ecclesiasticum, tamen ipsa pœna pecuniaria applicatur seculari, per c. cùm secundum. de hære. in vj. Sed hoc repugnat communi opi. Doct. in d. c. ij. & Host. in d. uer. sed cui. Et contrarium sentit Domi. in d. c. j. §. sacri. ij. col. de homi. in vj. & expressè Card. in cle. ij. §. j. q. ij. de hære. & in cle. ad nostrum. in fin. eo. tit. Nec obst. d. c. cùm secundum. quia licet isti non respondeant, potest dici, q̄ bona confiscata sunt ibi principis: quia ad eum spectat executio pœnæ declaratæ per episcopum. Et nō dicas: ergo nūquam in crimine hæresis pœna pecuniaria est ecclesiastici, cùm fiat confiscatio contra quemlibet hæreticum. Ad hoc enim respondit Card. latè in d. §. j. ibi, refert etiam Matthæus, q̄ aliquando hæreticus est culposus, & non purus hæreticus, ut quia per iram, uel blasphemiam errauit: & tunc punitur pecuniariter, & pœna non est iudicis secularis. Cum istis etiam concordat Host. Buttrig. Cardi. & Ana. de fimo. ad aures. dicentes, ualere statutum episcopi, q̄ excommunicatus soluat decem libras pro quolibet mense, quo stetit excommunicatus: & sequitur Lud. sing. ccclxiij. statutum episcopi. Cum istis etiam concordat latè Ioan. And. hîc super uerbo, pecuniæ. & Bu. latè j. eo. dilectus. ij. ADDITIO. ¶ Et quando fui Romæ tempore Sixti, uidi in libraria Papæ in libro De inquisitoribus hæresis, multas extrauagantes, in quibus derogatur dispositioni d. c. cùm secundum. taxando, q̄ bona condemnati de hæresi applicentur sedi Apostolicæ, & ordinario & inquisitori: & omnia reduxit Fran. Pauí. auditor Rotæ, in cōsilio suo incipien. Vt ueritas illucescat super hoc artic:

6 ubi reuelauit multa secreta more suo. ¶ Limita † hanc conclusionem. Primò, nisi episcopus per statutum uelit imponere pro quolibet delicto pœnam pecuniariā: quia non potest. Esset enim incitare ad deliquendum. Host. de consue. §. qualiter. uer. si & omnes. c. ij. de delic. puer. & Host. & Ioan. And. d. c. fi. de consue. & dixi ibi, & in rub. de homi. Posset tamen addere pœnam pecuniariam pœnæ à iure impositæ. Abb. in d. c. licet, quia pœnam iuris augere potest, ut dicetur ti. ij. quod super his. ¶ Limita secundò, nisi uellet prælatus extra iudicium exigere pœnam pro delicto: quia nō potest. Abb. in d. c. licet. Sunt enim statuti à iure certi modi procedendi contra delinquentes: & putat q̄ ita faciebāt illi, de quibus ibi: quia extra iudiciū sine causæ cognitione exigebāt pecuniā pro delicto cōmisso: & sic subsistinebant criminosos accepta pecunia: secus, si procederēt iudicialiter: quia tunc etiam, ubi est imposita certa pœna, possunt istam per sententiam temperare, ut ibi per eum: & dixi tit. præcedenti, nisi. Et ita etiam declarat Imo. j. eod. dilectus. ult. col. bonus tex. xvj. q. vj. cognouimus. ubi reprehenduntur illi, qui secundum Arch. ibi uidebantur inducere sententiam morum, & gerebant curam marsupij. contra l. ij. C. de secun. nup. ibi, ne fisci uidea-
7 mur habere rationem. ¶ Limita tertiò, nisi † sit prælatus inferior ab episcopo: quia non potest commutare pœnam iuris in pecuniariam: nam soli episcopi dispensant in pœnis: gl. ij. ad fin. in c. licet. de pœnis. quam extollit Domi. in d. c. quoniam. ad fin. xviij. dist. Bene facit dictū Bal. in rub. s. de constit. ij. col. ibi, quæro, an episcopus. ubi dicit, q̄ episcopus habet merum imperium. Ideo potest in suo statuto apponere pœnam pecuniariam. Sed inferior eo non potest. Crederē tamen, q̄ ubi pœna non esset à iure imposita, inferior habens potestatē statuendi, posset imponere pecuniariam, sicut de delegato dicitur de off. dele. de causis. ¶ Limita quartò, nisi Papa adiretur in defectum superioris alicuius principis non recognoscentis superiorem: quia licet de iure aditi possit, ut Innoc. in c. licet ex suscepto. de for. competent. non tamen potest aditi, ut exigat pœnas applicandas suo fisco, sed solùm, ut faciat iustitiam, & per sententiam censuræ cogat ad obseruantiam. Ita dixit do. Ab. in c. & si necesse. ad fi. de do. inter ui. & uxo. ponderans ad hoc singulariter gl. ibi. De hoc facit festum Bald. no. uellus in lib. de iu. do. fol. cxxxiiij. & idem no. Ab. in d. c.
8 licet. in v. col. uer. ego uerò. ¶ Secunda conclusio. Vbi † per statutum imponit ecclesiasticus pœnam pecuniariam, potest illam sibi retinere. Host. hoc ti. §. quid pertinet. uer. non tamen debet leuare pecuniam. Et sic dicit intelligi à quibusdam c. dilectus. j. eod. & c. referente. de deli. pue. Et licet Host. dubitet de ualiditate statuti, tamen hæc conclusio potest procedere eo casu, quo statutum ualeat, prout dixi in prima limitatione. Et istud sequitur Ab. in d. c. licet. ad fin. Idem sentit Archi. in d. c. si uos. per d. c. dilectus. in parte decisa, ubi dicebatur, q̄ illæ emendæ cedebant in usus conuentus. Dicit Bal. in l. ij. in ij. nota. C. de episc. & cler. q̄ si pœna applicatur episcopali cameræ, idem debet censeri de ipsa, quod de cæteris prouentibus cameræ: licet Petr. ibi simpliciter dicat, eam conuertendam in usus pauperum. ¶ Tertia cō-
9 clusio. Vbi † imponitur hæc pœna per sententiam, licet episcopus posit eam retinere, tamen honestius est, q̄ pro euitanda suspicione cupiditatis deputet in pium casum. Host. in d. §. quid pertinet. uer. generaliter. Abb. in d. c. de causis. & hîc, & in d. c. licet. post gl. ij. Ioan. And. in d. c. j. de homi. in vj. & Card. in cle. ij. uer. inquisitoribus. ij. q. de hære. & But. post Host. j. eo. dilectus. ij. col. & Bal. in rub. s. de constit. iij. col. ibi, quæro, si episcopus. & pulchrè Ioan. And. hîc, & Imo. in d. c. dilectus. ult. col. dicentes, q̄ prælati malè seruant hoc: quia omnia sibi imbursant. Imò dicit Ang. in §. quoniam. in fin. in auth. ut nul. iud. q̄ episcopus, qui punit aliquem clericum, non

c. irrefragabili.

potest in sententia dicere, quòd pœna applicetur sibi. Tamẽ intellige secundum prædicta. Non aperiunt isti, quare honestè possit sibi applicare pœnam statutariã, & non sic pœnam sententiæ. Nisi dicas, ꝙ ex quo statutum punit, & non ipse, uidetur cessare suspicio cupiditatis. Et si ista est uera ratio, tũc posses dubitare, quid si ipsemet conditor statuti uellet retinere pœnam: quia tunc uidetur, ꝙ honestè non possit, cùm ipse eam induxerit: Cogita. ¶ Limita dupliciter hanc conclusionem. Primò, nisi episcopus indigeret euidẽter. Host. Io. And. & omnes hîc, & Imó. post Butr. j. eod. dilectus. ult. col. & Dom. in d.c. quoniam. xvij. distin. ad fi. quia ordinata charitas, &c. de author. & usu pallij. c. nisi. Facit dictum Tho. in iij. distinct. xv. q. ij. art. vj. & ij. ij. q. clxxxv. art. vij. ad fin. Car. in cle. j. q. xxij. in fin. de testa. Pau. consi. ccxcj. prope princ. Abb. consi. xxxiiij. ad fi. Cal. de testa. consil. xxxj. Pet. de Perusio. in iiij. episcopali, c. ix. Imo. in c. j. de coha. cle. & in c. cùm tibi. de testa. & ibi And. Sic. xxij. col. & multorum aliorum, de quibus aliàs, qui dicunt, ꝙ óbligatus ad faciẽdam eleemosynam nomine alterius,

a *Euidenti] Adde pulchrum tex. in c. nõ satis. lxvj. dist. & text. cum gloss. in c. quiescamus. c. j. dist. in.*

potest eam facere sibi ipsi, si est in necessitate euidenti[a]. Vnde dicit Card. post Matthæum in d. cle. ad nostrum. in fi. ꝙ si inquisitores cõdemnant hæreticum in pecunia, debent eam erogare pauperibus, nisi retineant pro utilitate & necessitate officij. ¶ Limita secundò, nisi † pœna imponatur damnificanti aliũ: quia non applicatur nec̃ iudici, nec̃ pauperibus, sed damnificato. Ita sentit Host. in d. §. quid pertinet. uer. generaliter. Pro quo uidetur text. de pœn. presbyteri. quẽ ad hoc præcisè uidetur inducere Arch. in d. c. si uos. prope fin. xxiij. q. v. & ipsum extollit Ludouic. ad hoc sing. cccclxiij. Sed posito usu. & in l. stipulatio ista. §. alteri. in fin. de uerb. oblig. facit glo. in fin. de iurepa. quia clerici. & c. si canonici. §. si autem. de offic. ordin. in vj. ubi dicitur, ꝙ pœna apposita contemplatione certi applicatur sibi, & notat Lud. in sing. dcciij. regula est, ꝙ cùm quis. Est autem potius emendatio damni in casu prædicto, ꝙ pœna. Hinc est, ꝙ ubi pœna duplicatur respectu damni, nõ debetur ipso, nisi simplum: residuum uerò pauperibus: de immu. eccle. quia plerique. ¶ Quarta conclusio. Episcopus† non dicitur propriè haber fiscũ. Bald. in rub. C. de priuil. fisci. in fin. Et sic nihil p ɔtest confiscare suæ cameræ, secundum ipsum: & si quis contrahit cũ eo, uel episcopatu, non ideo bona sua sunt tacitè obligata: quia nulla lege cauetur, secundum ipsum. Et ideo Bal. in auth. bona damnatorum. C. de bo. dam. dicit, ꝙ episcopus condemnans ad pœnam pecuniariam, debet eam applicare fisco Romanæ ecclesiæ, nõ autem cameræ suæ: quia esset iudex in causa propria. Sed de facto fit contrarium, & malè, secundum eum. Similiter dicit Angel. latè. in auth. ut nulli iudi. §. ut autem. ꝙ licet episcopi imbursent istas pœnas, tamen hoc non possunt, nisi causa necessitatis subsit: sed debent erogare pauperibus. Allegat Ioan. And. hîc. & j. eo. dilectus. nisi sit episcopus habens dominium temporale, ut latiùs per eum. ¶ Contrarium uidẽtur præsupponere omnes ɔ allegati, pro quibus uidetur gloss. de concess. præben. quia in uerbo Præter. in fin. quæ est sing. secundum Butrig. ibi in fin. & sequitur Imo. in v. col. ibi, & nota bene. dicens, ꝙ ubi ex aliquo delicto ueniunt de iure confiscanda bona laici, tunc in clerico confiscatio transit ad cameram episcopi. Esset tamen considerandum, secundum Imol. an lex ciuilis generaliter puniens, extendatur ad clericos: de quo de constit. ecclesia. & de for. compet. quod clerici. Ad idem tex. cum gloss. in uer. ecclesiæ. in cle. ij. de hære. Et istas gl. intelligunt quidam de fisco Papæ. Sed Butr. Imol. & Abb. d. c. quia. intelligunt illam gloss. de fisco episcopi. Et illam gloss. approbant etiam Abb., Ana., & Matia., de hæret., excommunicamus. in prin. ubi Ana. sequitur ponderationem Butr. d. c. quia. quam etiam facit Card. in clem. nolentes. de hære. §. j. in vj. q. Cum istis concordat Card. post alios in d. §. j. in iij. q. latè deducens, quòd episcopus habeat fiscum. Sentit etiam Old. consil. cccij. Est uerum, ꝙ Abb. de pœ. tuę. ad fin. reprobat gloss. in d. c. quia. quo ad terminos, de quibus loquitur: quia non est cautum iure, ꝙ bona clerici damnati applicentur fisco ecclesiæ, nisi in casu d. c. excommunicamus. j. §. damnati. Sed nihilo minùs ista secunda opinio uidetur uerior, maximè propter dictũ Rotæ, de testa. iiij. in antiquis, Mortuo Titio. ubi firmãt, quòd episcopus habet fiscum, & ꝙ bona clerici decedentis ab intestato, deuoluuntur ad curiam ecclesiasticam, & non ad fiscum principis, propter glos. d. c. quia, Sequitur Nicol. de Vbal. in tractat. De succes. ab intest. in fin. primi tractatus successionis clericorum secularium. Vide quæ not. in auth. licentiam. C. de episcop. & cleric. Similiter Alb. de Ros. in suo Dictionario, in uerb. fiscus. dicit, ꝙ ecclesia habet fiscum. Allegat Innocẽt. de sentent. excommun. cùm pro causa. in fin. & gloss. in d. c. quia. Sed putat hoc non procedere de proprio significato uocabuli, licet conditores Decretalium hoc, ſicut & multa alia, sibi appropriant ad libitum cõtra iura sua, secundum eum. ¶ Concludendo utar uerbis Frã. Pauí. auditoris Rotæ in cõsilio edito, in causa beati Simonis, impresso post consilia Old. xxxiij. col. ibi, circa quartũ. ubi dicit, ꝙ ɋquid sit de iure, hodie decõsuetudine generali episcop⁹ habet fiscũ. Omnia prædicta diligenter repone, tã̄ penitus nouissima, & alibi nõ reducta, etiam per Modernissimos apostillatores. Dato, ꝙ † sententia arbitri habeat paratam executionem ex forma statuti, tamen condemnatus ab eo in materia criminali ciuiliter mota, non est infamis. Abb. hîc latè & singulariter subtili ratione. ¶ Sed adde Bar. in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his, qui no. infa. ubi punctualiter firmat oppositum, dicens, ꝙ si ex forma statuti sententia arbitri mereretur executionem, sicut sententia iudicis, infamaret: quia sententia est. Idẽ sentit Bald. in l. j. C. de peri. & commo. rei uen. dum dicit, ꝙ sententia arbitrorum iuris, uel statutorum, est sententia, quã̄do partes astringuntur ad compromittendũ. ¶ Ad idẽ quod not. Io. de Imo. in c. super quæstionum. de offi. dele. in prin. dicens, ꝙ si † statutum irritat sentẽtias non registratas, habet locum in sententia arbitri in casibus, in quibus sentẽtia arbitri meretur executionẽ: & sic uult, ꝙ tunc dicatur sententia. Ad idem, quod no. Alex. consi. mihi xiij. an promissio, uel confessio. ibi, neq; obstat, si diceretur. ubi dicit, ꝙ statutum disponens, ut sententia arbitri mandetur executioni, uidetur ei tribuere iurisdictionem. Tamen non inuenio respondentem rationibus Abb. hîc, de quo non solet in hoc fieri mentio. Posset dici, eius opinionem procedere, limitãdo ex uerbis Bald. in d. §. ex compromisso: dum dicit, ꝙ si arbitri processerunt extra ordinem, & de facto, uel tanquam arbitratores, ꝙ eorum sententia non infamat: quia ad infamiam requiritur, ꝙ sit processum seruato ordine iuris, d. l. quid. §. quantum. Item laudum arbitratoris non est propriè sententia, nec coram eo est propriè iudiciũ, secundum eum, qui ex his sentit, ꝙ si isti procedunt iuridicè, non habebit locum opinio Bart. ibi: & sic uidetur sentire idem, quod Abb. hîc cum dicta limitatione declarante, Quando fit cessatio, de qua hîc adde Ioan. And. & Dom. eo. tit. si canonici. in vj. ubi in cessatione spectali talis non incurrit irregularitatem: & procedit glo. iiij. ibi, & Innoc. j. de appel. dilectis. Secus, si cessatio est generalis in tota ciuitate, uel dioceſi: quia habet usum interdicti, cle. j. de sent. exc. & procedit opi. Inno. de sponsi. non est.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Habitantes in eadem ciuitate, habentes ibi domicilium, an dicuntur de populo.*

Forenses

Forenses populi nomine an ueniant? Post num. j. uersic. est uerum, quòd.

2 *Habitare quis dicitur, ubi habet familiam, licet ibi non sit præsens.*

3 *Ciuis potest dici etiam, qui non habitat, si soluit onera, quæ imponũtur pro rebus, quas habet in loco.*

4 *Iudæus habitans in aliquo loco, & mutuans ad usuram, non dicitur ciuis, sed incola.*

5 *Incola & accola qualiter differant.*

CAPITVLVM XIIII.

1 Voniam. ¶ Dum dicit Abb. ꝙ † habitantes in eadẽ ciuitate, habentes ibi domicilium, dicuntur de populo, &c. Adde omnino, quæ scripsi de constit. eccles. iij. q. ponendo, utrùm clerici dicantur de populo & ibi etiam allegaui Bald. in c. j. de forma fidel. ubi dixit, ꝙ omnes homines habentes incolatum in ciuitate, ueniunt appellatio. populi & popularium: & allegat text. in authent. de quæsto. in uerbo, ciuitas nostra populosa, & urbs diuersorum hominum. Quem tex. allegat etiam Bald. ad hoc in c. j. ɔ. eo. & l. de quibus. ff. de legi. Not. Bal. de pace. Constan. in uer. nos Romanorum. & in l. iij. §. hæc uerba. in fin. ff. de neg. gest. Et ibi dicit, ꝙ etiam forenses dicuntur de populo, per d. auth. de quæsto. post prin. Vnde sub uerbo Popularium, comprehenduntur ciues incolæ, secundum eum. ¶ Est uerum, ꝙ Bal. in rub. C. qui accu. ad fin. dicit, ꝙ nomine populi non ueniunt forenses. Respondet ad illã auth. de quæstore, ꝙ loquitur de noua Roma, quæ est communis patria, sicut Roma uetus. Sed posset dici, ꝙ prædicta procedunt in forensi habente domicilium: hoc autem dictum Bal. loquitur in non habente. Ita expresse sentit Abb. & clariùs Bal. in dictis locis, maximè in d. c. j. dum dicit, de populo esse aduenas habẽtes incolatum: nam incolam esse, & habere domicilium, idẽ est: glo. in l. relegatorum. §. interdicere. in uerbo, rescript. ff. de interdi. & releg. Bar. in l. eius, qui. §. Ii quis negotia. per illum text. ff. ad muni. Probatur in l. pupillus. §. incola. ff. de uerb. signif. & in l. eius. & ibi Bar. C. de incol. lib. x. ¶ Dicit† autem habitare in loco, ubi

2 a *Familiam] Adde de Bart. in l. cùm de lanionis. §. Sabinus. ff. de fun. instruc. & in l. si mulieri. ff. quib. mod. usufr. amit.*

tenet familiam[a], licet non sit ibi præsens. Glos. in l. j. §. j. in uerbo, maneat. & ibi pulchrè Bar. ff. de lib. agnos. No. Ang. consil. xxiiij. Constantius. & facit, quod ipse notat in l. j. ff. de flumin. cum concor. bonus tex. in c. is, qui. de sepul. vj. Vnde dixit Bart. ff. de damn. infe. l. iiij. §. prætor. ꝙ qui tribus mensibus ruratur, nihilo minùs dicitur habitare in ciuitate. Facit l. maiorẽ. ff. de uerb. sig. & glo. in uerb. cõmuniter. in cle. causam. de ele. & quod no. Bald. in l. j. ad fin. ff. de sta. ho. dicens, ꝙ si lego tibi domum, quam habito, non uenit domus ruralis, quam rarò habitabam. ¶ Et no. ꝙ qui est in hospitio, non dicitur ibi habitare. Bart. & Bald. in l. j. §. habitare. per illum text. ff. de his, qui deiec. Vnde dicit gloss. in l. & habet. §. j. ff. de precar. ꝙ hospites dicuntur potiùs haberi, seu detineri in domo, ꝙ ipsi habere, aut retinere domum. Ideo dicit Bal. C. quomodo & quando iud. ea, quæ. in fin. ꝙ domus habitationis, dicitur domus mansionis, non domus peregrinationis. ¶ Quid autem de assiduè conuersante? Vide Ang. consil. xxvij. In Dei, &c. Pro decisione quæstionis, dixi opportunè de rescri. dilectus. ij. Ad hoc uide omnino Maria. de for. compet. c. fin. Paul. & Alex. ff. de nouope. nunc. l. in prouinciali. §. fin. Alex. consil. mihi ccix.

3 An forensibus, &c. & allegatos per istos. ¶ Et adde, ꝙ †

b *Adde, quòd etiam] Adde tu, ꝙ propter ista uera*

etiam[b], qui non habitat, potest dici ciuis, si soluit onera, quæ imponuntur pro rebus, quas habet in loco. Bar. in consil. Quidam est effectus ciuis. &

Bald. in l. siue possidetis. circa medĩ. C. de probat. Et eo ipso, ꝙ quis est receptus ad ciuilitatem, intelligitur, ꝙ ibi habeat subire onera. Paul. in l. si duo. ff. de acquir. hered. Et quomodo ista stant, ꝙ aliquis habeat in uno loco domicilium, & alibi habitet, dixi in d. c. dilectus. Vide etiam multa per Firmanum in uerbo, forensis. Cui adde, ꝙ in dubio nullus præsumitur forensis. Vnde stante statuto, ꝙ puniatur acriùs occidens ciuem, quàm forẽsem, & occidatur homo incognitus, in dubio præsumitur ciuis. Ang. in l. si cũ exceptione. §. in hac. ff. quod metu. cau. per tex. in l. j. & ibi Bar. ff. ad mun. Ad quod uide Scribentes in rubr. ff. sol. matr. Et adde, ꝙ si pater meus est ciuis certi loci ratione originis patris sui, non ex propria origine, illam ciuilitatẽ ego nõ habeo. Domi. post Lap. in c. j. de tempo. or. in vj. & uide Mod. in lib. Malefic. ubi sunt multa, & maximè, quot modis quis dicatur ciuis? Et an quilibet in dubio præsumatur ciuis, uide Fran. Are. consil. lxxvij. Et ratio scribendi, ubi ponit, ꝙ incola dicitur, qui non subijt munera, & non

4 est ciuis. Vnde † Iudæus stans in loco, & dans ad usuram, non dicitur ciuis, sed incola. Et ibi, quis dicatur de comitatu, & de districtu: quod seruit ad ea, quæ extensè posui in c. Rodulphus. de rescript. Et etiam ponit, ꝙ tantum est dicere de ciuitate Florẽtiæ, quantum Florẽtinus: de quo per Mod. in rub. solut. matrim. Multa etiã ad hæc ponit Aret. consi. cxxxvj. Clarissime domine collateralis. dum defendit quendam tanquàm non habentẽ domicilium Venetijs. Vide ipsum. Et quis dicatur propriè ciuis in statutis, uide Pe. de Anc. consi. mihi ccccxxviij. Ista sententia. Et quãdo Florentinus habitans Pisis, dicatur Florentinus, uide Bart. in tractatu De represal. in ij. q. vij. partis. Et qui solùm possidet hîc bona, potest dici forensis: Bald. in l. j. C. de mulie. & in quo loco. Multa ponit Firmanus in uerbo, domicilium, & copiosè Alex. in l. assumptio. ff. ad muni. in apostillis. Et Bal. in d. l. de quibus. ff. de legi. Aliquid Abb. in c. fi. de paro. Et quomodo tribus modis potest quis dici habitare in loco, uide Bal. in quodã consi. Decretũ magnifici domini tale est. & in alio consil. Verba decreti domini nostri principis dicunt, ꝙ qui tenent domos, &c. Et de habitatione aliquid Ludouic. consil. cclxiiij. Vt is Nursinus, de quo quæritur. Vide eundem consil. clxj. Visis quæstionis propositæ. ubi ponit, an Aretinus transferens se Florentiam, possit scribi in æstimo communis Florentiæ, pro bonis sitis Aretij. Et de eo, qui est forensis tempore contractus, uel delicti tempore, quo conuenitur, non ponderat Bal. in l. j. in iij. oppos. C. an seruus ex suo facto. & Paul. consi. cccl. Videtur, ꝙ dictam sententiam. Dicit etiam Bald. in c. j. de forma fidelita. ꝙ aduenæ habentes incolatum, dicuntur de populo. ¶ Et † differentiam inter incolam & accolam ponit Valla in Elegantijs, cccxxxv. incip. incola, qui in alterius. Aliquid etiã Alber. & Brix. & Firman. in dictionarijs in uerbo, incola. Et ex prædicta cumulatione possent in loco pertinẽtiori multa extendi, cum quibus bene conueniunt dicta in c. Rodulphus. in uer. territorium. de rescript. ADDITIO. ¶ Cogi potest episcopus tenere uicarium. Ab

5 *Incolam & accolam qualiter differant. Felin. uidetur, quòd possessoribus forensibus posset imponi collecta, quod est cõtra mẽtem Bart. in l. libertus. §. sola. ff. ad municipal. ubi dicit; quòd collecta non potest imponi possessoribus forensibus. Et ratio: quia collecta est munus, quod imponitur personæ pro rebus. Ergo si persona non est subdita ratione domicilij, uel originis, non potest eis imponi. Ita Bar. ibi. Adde Bartol. in l. rescripto. §. fi. ff. de mune. et hon. & ibi domi. Alex. Adde, an per statutũ possit collecta imponi possessoribus forensib. & dic, quòd sic. Bald. not. in l. j. C. de sen. quæ pro eo. Et de modo & cautela prouidendi per statutum, ui de Bald. in l. fin. C. si fine censu, uel reli. Adde do. Alex. in d. l. rescripto. ff. de mu. & hon. Et hoc modo sustinebis opin. Fel. hîc.*

hîc, neq; alibi legi. Sed considera: q; iura, quæ allegat, loquuntur de œconomo, qui gerit uicem episcopi in colligendo reditus ecclesiæ, & distribuendo clericis & pauperibus. Neq; obstat c.in nona.xvj.q.vij. quia Arc. ibi, post alios, exponit uicarium, id est, œconomum. Et q; loquatur de œconomo, firmat etiam Archid.lxxxix. distinct. quoniam. Non respondet ad uerbum ludicare, positum in d.c.in nona. nisi dicas, q; non capitur pro actu iudiciali contentiosæ iurisdictionis, sed pro quadam authorizatione, quam habet œconomus in exigendis reditibus, in quibus potest præcipere etiam clericis. Et istud præcipere est quoddam iudicare, conueniens etiam exactioni rationum, dum cognoscit de introitu & exitu reddituum, quomodo distribuantur. Et re uera text. in d. c. in nona. loquitur solùm de œconomo. Patet ex rubric. & ex principio text. in uer. œconomos. & uer. œconomum. & ex fin. ibi, ecclesiasticam rē testimonio œconomi gubernandam. Nam si loqueretur de uicario, diceret iudicio, non Testimonio. Quādo autem Abb. ponderat, q; habemus titulum de offi. uic. profectò consequentia non tenet: ergo officium uicarij est necessarium. Patet: quia habemus titulum de procur. & tamen nemo cogitur procuratorem constituere: de proc. querelam. Et habemus de offic. deleg. & subdelegati: & tamen nemo cogitur delegare, uel subdelegare. Et idem in similibus. Potest etiam negari, q; non sit possibile, episcopum diligentissimum posse omnibus prouidere: quia non omnes episcopatus habent tantā curam, q; semper ista ratio militet. Et posito, q; haberet uicarium, quis prohibet episcopum causas non per se audire. Imò tex.in c.j.ſ.eod. committit causarum audiē tiam episcopis, nihil dicens de uicarijs. Sunt enim communiter episcopi dotati prudentia & scientia, de electi. cùm in cunctis. in princ. Possunt etiam causas delegare peritis, c.j.in fin. de consang. & affin. ¶ Præterea non potest Archiepiscopus supplere negligentiam episcopi, ni si in quantum canon permittit, ut firmauit Abb. ſ. eod. pastoralis. in princ. Et in proposito reperitur permissa episcopo compulsio solùm in constitutione œconomi, d.c. cùm simus. Ergo secus in uicario. Quæ duo officia ualde differunt, adeo q; dixerit Lap. allegat. lxxxj. non ualuit actus. & Butri. de iura. cal. imperatorum. q; uicarius episcopi non potest dare œconomum, nisi habeat speciale mandatum. Tamen cogitabis propter authoritatem do. Abb. dum dicitur hoc monstrosum esse ut in eodem regimine sint duo capita. Adde plures authoritates, quas posui de constit. quæ in ecclesiarum. ult. char. ibi, hanc declarationem.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Prædicator dicitur habere officium.*
2 *Prædicator & prælatus proficere debent, non tam uerbo, quàm exemplo.*
3 *Terra multis plena miraculis, ubi fidelium credulitas plus actibus, quàm lectionibus eruditur.*

CAPITVLVM XV.

1 INter cætera. ¶ Dū notat Ab. q; † prædicator dicitur habere officium, & infert ad statuta: uide eundem de sta. mo. quod Dei. per illū text. dixi super rub. de offic. delega. Et de hoc uerbo Officium, copiosissimè ponit Fran. Pauī. in tract. De sede ua. fol. ij. Dum dicitur hîc, quantum fructuosum & utile uerbum Dei, uide plenissimè & eleganter fratrem Rubertum in suo Quadragesimali sermone, viij. incip. Semen est uerbum Dei, & seq. ubi etiam inuenies, quomo
2 do quis teneatur audire uerbum Dei. ¶ Dum Ab. † insistit moraliter, quomodo prædicator & prælatus proficere debent, non tam uerbo, quàm exemplo, uide multa iura de exemplo allegata per Fran. Pauī. in lib. Visitationum, in iij. parte j. partis, in princ. adde Arch. xl. distin. Multi. ubi allegat illud Matth. vij. Qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum: & allegat Chrysostomum dicentem, istum esse, q; qui docet alterum, facere prior incipiat: & Seneca, Magna miseria est, inquit, nescire, & nolle discere: maior scire, & nolle docere: maxima docere, & nolle operari. ¶ Adde, quod
3 scribit Hieronymus super Marcum in fi. Terra† multis plena miraculis, ubi fidelium credulitas plus actibus, quàm lectionibus eruditur. & Hieronymus ad Fabiolam, Multò plus intelligitur, quod oculis uidetur, q; quod aure percipitur. & Hier. ad Oceanum, Caput artis est docere, quod facies. Et Hiero. ad Fabiolam, Prius doceamus, & sic doceamus, ne doctrinæ authoritas cassis operibus destruatur. Et Hiero. ad Nepotianum, Nō confundant opera sermonem tuum, ut dum in ecclesia loqueris, tacitus tibi quispiam dicat, Cur hæc, quæ dicis, ipse non facis: accusare auaritiam etiam latro potest: hoc cum mente concordet. & Seneca de Consolatione ad matrem, sic dicit de filia, Multùm sibi dabis, etiam si nihil dederis præter exemplum. & Valerius j. lib. c.ij. Adduci nō possum, ut credam uibi utilem, quē domi scelestum concerno. & in Euangelio Ioannis x. Exemplum do uobis, ut sicut ego feci, &c.ij.q.j. Deus omnipotens: & Petr. in prima canonica, Christus pro nobis passus est, nobis relinquens exemplum, ut sequamur uestigia eius. Et Terentius in Adelphis, Inspicere tanquam in speculo, uitas hominum iubeo, atq; ex aliis exemplum sibi sumere. & scribit Suetonius & Plutarchus de Cæsare, q; cùm quæstor ulteriorem Hispaniam sortitus, uenisset ad Gades, uisa in templo Herculis imagine Alexandri, uehementer doluit, q; nihil iam à se memorabile actum esset in ea ætate, qua Alexander prouincias subiugasset. Quo exemplo motus, occasione magnarum rerum affligebatur: proxima uerò nocte, somniauit stuprum inferri matri: quod à coniectoribus interpretatum est, ipsum orbis terrarum futurum dominum, ob quod animo magna concepit. Simile fuit exemplum Antonij magni, cuius uitam cùm audisset Augustinus stupendo feruore commotus clamauit, Surgunt indocti, & rapiunt regnum cœlorum, nos cum scientijs nostris mergimur in profundum.

CAPITVLVM XVI.

ONquerente. ¶ Ad tertium ius episcopale, ſ. reuerētiæ, adde, q; ad istud tenētur etiā exempti. Bald. in l.fi. per illum tex. C. de bo. lib. dicens, q; si ecclesia est exempta, nihilo minus tenetur episcopo reuerentiam exhibere. Idem Ang. per illū tex. in l. alia. ſ. eleganter. & ibi Lud. in ij. no. ff. ſol. mat. & Ang. in l. sed si hac. ſ. patronum. ff. de in ius uo. Vide qd̄ dixi de præscr. accedentes. uer. generalis exēptio. & Rotā de reg. vij. in antiquis. & gl. & Doct. de dona. pastoralis. in uer. cathedraticū. Præscripta institutione, non est præscripta destitutio. Hosti. & omnes, de hæret. cùm ex iniūcto. dixi latè de præscr. auditis. ¶ Dū dicit Ab. post Host. q; clerici omnes & prælati in dioecesi tenentur in confessionib. recurrere ad episcopū, intellige nisi subsint alicui inferiori spiritualiter, ut per Hostiē. in Summa, de pœni. & remiſ. ſ. cui presbyter parochialis. Et nō ualet consuetudo, per quam clerici eligunt sibi sacerdotes ad libitum, ut latius per Abb. j. super gloſſ. in uerbo, pœnitentias. Valeret tamen consuetudo, ut alij exēpto inf dignitate, putà abbati, archidiacono, uel alij prælato, fieret confessio, ut latius hîc per æum.

Dum

a · *Dum Ab.*] *Adde tu ultra allegata hic per Felin. q; etiam gloſſ. tangit q. istam in l fin. ff. de in ius uocā. ex qua habes in prima parte, q; ſolidus & aureus idē important in iure: quam gloſſ. ibi Bar. ſequitur. Adde, q; lxxij. aurei faciunt unā libram auri. Et in hoc ultra hic allegata p Felin. uide gl. in ſ. nos autem. Inſt. de Attilia. tut. & in ſ. fin. Inſt. de pœn. te. liti. & in c.ij. in glo. fin. ubi Doct. de maleſ. & in c. fi. ubi Doct. de deci. Hodie autē aurei, quibus utimur putā, Veneti, ſunt minoris pōderis, & ducatus nō est niſi octaua pars unciæ, ſecundum Barto. in d.l. quoties. C. de fiſce. & arca. lib. x. do. Abbic, & in ç. nulli. de iudi. Quæ ſit utilitas hoc ſcire, ponit Feli. hic, quem poteris uidere, & notare, quia aliquando iſta habebis de facto. Adde, libra argenti, uallet x. aureos, ſecūdum Abb. in d. l. fi. ff. de in ius uo. Ponit etiam Ioan. Fab. in d. ſ. nos autem. Inſtit. de Attilia. tut.*

b Faciunt libr̄ā] *Adde Salic. in l.j. C. ut intra cert. tē. & l. quicunq;. C. de ſer. fug. & in l. ſup chirographū. C. ſi cert. pet. in q̄bus dicit, quòd de iure lxxij. aurei faciunt unam libr̄ā. Ad quod adde do. Soc. in conſ. xlviij. incip. In prima cōſultatione. uer. circa ſecundam dubitationē, circa medium, in j. parte, char. xcvj. ubi idem tenet, q; xcvj. ducati Senenſes faciunt unam libr̄ā: & ſic, q; hodie libra auri cōstat ex xcv j ducatis Veneti. Bar. in d.l. quoties. allegata in text. & Alex. in l. cùm de indebito. de prob. Item adde, q; uncia auri, ſecundum uſum regni Siciliæ, intelligitur de vj. aureis. Item adde, q; quādoq; dicitur libra ex centum aureis: Bart. & Docto. in auth. ſed nouo. C. ſi cert. pet.*

c In l. ſtatuæ] *Vide de omnino ibidē gloſſ.*

d ¶ Dum Abb.ª tangit quid sit solidus, & quot solidi faciant unam libr̄ā, sequendo Bart. in l. quoties. C. de fusce. & arca. lib. x. adde gl. in l. ij. C. de spor. & glo. in rub. C. de uete. numiſma. imposit. lib. x. Cyn. in l. pen. C. de donat. glo. & ibi omnino Bal. in l. fin. C. communia de leg. Bald. in l. quicunq;. ult. col. C. de ſer. fug. & ibi etiam Salicet. & Bal. in l. illud. ult. col. C. de ſacroſanct. eccle. cum ibi allegatis per eum, Ioan. Andr. in Spec. de inſtru. edit. ſ. porro. in fin. glo. ij. & Doct. in c. ij. de maledi. & glo. & Doct. in c. fin. de deci. & in l. fi. ff. de in ius uoc. ubi Alex. allegat iſta. Vide eundem in conſil. iiij. Circa primum quæsitum. ubi dicit, q; solidi, de quibus in l. pen. C. de donat. intelligūtur de solidis, quorum xxij. faciunt unam libram auri: hodie uerò ad cōstituendum libram auri legalem, requruntur octuaginta sex ducati Veneti, uel florenī. Et uide Pau. de Caſtr. in d. l. fin. C. communia de leg. ubi dicit, q; cùm in iure fit mentio de solidis, intelligitur de illis de quibus lxx. faciunt
b libram[b]: & ideo cùm sit prohibita donatio usq; ad octingentos aureos currētes: quia facta cōsideratione pōderis, faciunt dictos quingētos solidos. Et ita etiā Ang. in l. ſācim[o]. in pri. C. de don. de qua materia uide etiam Ana. post Ab. in c. nulli. de Iudæ. ubi dicit, q; si in statuto, uel ab homine fit mētio de solido, intelligit de solido paruo, ſ. monetæ minutæ. Et idē Pau. in d. l. fin. de quo etiā per Ana. in c.j. de Iudæ. & per gl. ſ. nos aūt. in uer. solidos. Inſt. de Attil. tuto. & in ſ. fin. Inſtit. de pœna. teme. litig. Et in cōsideratione ualoris monetæ, utrùm attendatur tempus obligationis, uel tempus solutionis, uide plenè Bart. in l. Paul. ff. de solu. cū concor. de quibus ibi, & per Doct. de iureiur. quanto. & Mart. de Laude in tract. de moneta.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Oblationes, quæ fiunt imagini affixæ in pariete alicuius ecclesiæ, uel alicuius priuati, cuius esse debent?*
2 *Oblationes factæ celebranti intra parochiam alterius, cedunt presbytero parochiano, nō ipsi celebranti.*
3 *Legatum factum altari alicui posito in ecclesia, cui debeatur. & num. 4.*
5 *Ecclesia una potest præscribere contra reliquū clerum in una ecclesia in oneribus præscriptibilibus.*
6 *Religiosi an possint compelli ad hospitalitatem per excommunicationem.*
7 *Clerici totius diœcesis tenentur uenire in processione ad maiorem ecclesiam semel in anno.*
8 *Iurisdictio episcopalis qualiter potest tot reduci ad tres partes.*

CAPITVLVM XVIII.

DIlectus. ¶ In quātum concludit Abb. in isto c. dilectus. q; oblationes quæ fiunt imagini religiosæ extanti intra parochiam in quocunq; loco, spectāt ad presbyterum parochianum, non autem ad dominum domus, in cuius muro imago est depicta, & reprobat Ang. uide Ab. idem tenentem, de decis. quoniam. & de his, quæ fiūt à præla. pastoralis. & in rubr. de paro. licet ibi dicat se legisse Ioan. And. in addi. Spec. pro episcopo. Et ex hoc infertur contra opin. Ang. qui sæpe tenuit pro episcopo, quo ad distributionem sed proprietates oblationum & relictorū acquiruntur ipſi imagini, secundum Ang. in l. in rem. ſ. item quæcunq;. ff.
c de re. uen. & in l. ſtatuæ[c]. ff. de uſufruct. per eundem in auth. ſimiliter. C. ad l. Falc. & in auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſ. & plenè in diſpu. ſua incip. In refulgenti delitiarum palatio. ubi hoc dubium diſputauit: & ubique allegat gloſſ. in d. l. ſtatuæ. quæ sentit, q; donata uultui sancto Lucano, sunt ipſius uultus. Dicit tamen Ang. in d. diſp. q; bona sunt ad sustentationem pauperum per dioecesanum distribuenda. Et si statuæ Dei, uel alicuius sancti donaretur pes, aut brachium, quod illi statuæ deficiebat, tūc bene est donum domini illius statuæ: quia corpus principale trahit ad se illam partem, d. ſ. item quæcunq;. Idem, si statua, uel imago nihil diuinitatis repræsentat: quia donatum illi, est domini, iuxta gl. ind. l. ſtatuæ, dum exemplificat in donantibus nummum, ut uideant leones Florentiæ. Respondet Ang. ad ſ. œconomos. in auth. de ſan. epiſc. ubi donatio facta alicui Sancto, pertinet ad locum, ubi est Sanctus, q; illud procedit, quando locus est ipſius Sancti. Vnde loquitur de oratorio, quod non est in bonis nostris: & sic locus est Dei: nos loquimur, ubi locus est temporalis, & in dominio laici. Et pro opin. Abb. hîc. & in dictis locis contra Angel. uide Butr. rubr. j. de paro. post princ. Tamen opin. Ang. fortè procederet, tum per ea, quæ ipſe reducit in d. diſputatione, tum per ea, quæ latiſsimè melius omnibus scribit super hoc Pet. de Perusio in tract. quæ tæ epiſcopalis, c. iiij. in lvij. col. illius c. uerſ. xvij. principaliter. ubi post multa, licet neminem de prædictis alleget, concludit, q; dictæ oblationes non debentur ecclesiæ parochiali. Respondet ad c. cùm inter uos. de uerſig. & c. pastoralis. de his, quæ fiunt à præla. q; loquuntur, quando oblationes fiunt per respectum ad ecclesiam parochialem: quia tunc, siue fiant in ecclesia, siue extrà, bene debentur ecclesiæ parochiali: secus, quando fiunt per respectum ad ipſam imaginem: deinde concludit, q; erit in diſpoſitione episcopi, per c. præter hæc. xxxij. diſt. Vnde ualet consuetudo, secundum eum, q; ad custodiam eorū quæ offeruntur, ibi ponantur quādoq; laici, quandoque clerici: & oblata conuertant in
1 pios usus, ut latiùs per eum. ¶ Et † pro responſione data ad c. pastoralis. faciunt uerba Butr. & Imol. ibi, dum dicunt simpliciter, q; oblationes, quæ fiunt imaginib. positis in pariete alicuius ecclesiæ, debentur presbytero parochiano, non uidentur loqui, quando fiunt imagini affixæ muro alicuius priuati. Et pro opin. Ang. uide Imo. in cle. per literas. ibi, per hoc etiam credidit. de præb. Et ita intellige Ang. in d. ſ. œconomos. ubi dicit, q; ista applicantur illi loco priuato, non prout priuato, sed Deo & illi imagini cum repræsentanti, per illum tex. quem reputat singularem. Et istis adde Bal. in l. fin.

C.de fidei.c.lib.ubi dicit, q; si relinquitur hospitali non legitimè constructo, ualet relictum: quia non intelligitur legatum muris, uel domui, sed usui & hospitalitati, in genere, & in abstracto, & id accipiet episcopus, & ero gabit pauperibus. Et idem dicit, si relinquitur maiestati de Volta Perusina. Idem Bal. in auth. hoc ius. ibi, sed hîc quæro. C.de sac. sanct. eccles. ubi dicit, q; si sit legatū hospitali non ecclesiastico, non applicatur sibi, cùm sit domus prorsus secularis, & non priuilegiata: tamē qa legatum est factum intuitu pauperum, distribuetur inter eos iudicio episcopi: & sequitur Car. in cle. ij. §. illi. in fi. de religio. domib. ¶ Adde etiā istis Lap. alle. lxxxvij. ult. col. ubi dicit, q; si fit legatum ecclesiæ, quæ non reperitur in diœcesi, acquiritur ecclesiæ cathedrali. Allegat Ioan. And. in Spec. de instru. edit. §. nunc uerò aliqua. ¶ Et adde, q; si archiepiscopus celebrat in ecclesia exempta, oblationes sibi factæ, debentur, ad quem spectant iura parochialia. Car. in cle. ij. in prin. in viij. q. de priui. Idem puto, si in alia ecclesia nō exempta, per prædicta. ¶ Ex his infertur, q; oblationes factæ celebrāti intra parochiā alterius, cedunt parochiano, nō ipsi celebranti. Ita Ab. ind. c. pastoralis. Facit c. requisisti. de testa. ubi relictū episcopo ab extraneo, uidetur factū cōtēplatione
2 ecclesiæ. Et † istud nota pro oblationibus, quæ fiunt ecclesiæ, ut non sint uicarij, nec capellani positi ibi ad certum tēpus, sed rectoris: de quo si interrogaberis, nō dicas, q; offerentes habent respectū ad sacramenta, & illa etiam præstantur per capellanū, ergo debent ei cedere: quia imò multa offertūr ex deuotione & intuitu Dei pro salute offerentis, uel defunctorum, in quibus offerens non considerat, quis sit percepturus. Præterea ex quo rector exhibet sacramenta per alium, satis dicitur, quo ad hoc, exhibere per seipsum, per id, quod scribit Abb. de paro. c. fin. iij. not. apertè sentiens, q; decimæ & alia temporalia ita debentur seruienti ecclesiæ per aliū, sicut si seruiret per seipsum: quod credo procedere, quādo perceptio fructuum & redituum spectat ad rectorē, taxata certa portione uicario iure stipendij: secus, econtrà, putà si certa portio reseruatur rectori, & perceptio fructuum sit uicarij, per id, quod no. Car. in cle. j. q. ix. de offi. uic. ubi etiam loquitur de oblationibus quæ debētur ratione curæ. Facit etiam, quod ipse ponit in cle. j. q. ix. de deci. & etiam, quod ponit Pe. de Peru. in trac. quar
3 tę paro. c. iij. Et hoc no. ¶ Et scias q; † obuētiones, seu legata, & similia, quæ obueniunt alicui altari posito in ecclesia, non debentur altari, sed rectori ecclesiæ, nisi altare habeat bona distincta à bonis ecclesiæ, & alia relinquantur intuitu ipsius altaris: sed si non fierent intuitu ipsius altaris, sed ecclesiæ, tunc etiā deberentur rectori ecclesiæ, & non rectori altaris. Ab. in c. j. ad fi. de suc. ab intest. & reputat oblationes, quæ fiunt in altari, fieri cōtemplatione ecclesiæ: quod intelligo, nisi in ipso altari esset aliqua imago, uel titulus Sancti, cuius intuitu fierent oblationes. Et hoc apparet ex coniecturis: quia deberentur rectori altaris, ut dixi §. post Ang. in d. disput. dum respondit ad §. œconomos. Et circa dicta Abb. in d. c. j. uide Pet. de Peru. in quarta episcopali. c. vij. uersic. quid si testator. Quæ omnia nota, ut quotidiana. Et p dicto Abb. d. c. j. bene facit, quod ipse no. hîc, dum dicit, q; oblationes factæ intra parochiam in ecclesia non curata, cedunt ecclesiæ parochiali: quod etiam intelligerem, ut est dictum de altari. Scias etiam, q; oblationes, quæ fiunt occasione sacramentorum receptorum in aliena ecclesia, cedunt illi ecclesiæ, & non debetur quarta ecclesiæ parochiali. Abb. in c. relatum. circa medium, de sepult. Nota tamen firmiter: quia in hoc de quarta,
4 aliud uolunt ibi Doct. ¶ Circa † ea, quæ enumerat hîc Abb. de spectantibus ad episcopum de lege diœcesana, considera, q; multa de his tanguntur alibi: patet, dū ipse se plerunq; remittit: ideo dic, ut in illis locis, ut euitemus transportationes. ¶ Sed aduerte: quia sæpe Ab.

hîc, maximè in iij. membro, multùm inhæret uerbis c. quàm sit. xvij. q. ij. Vnde si ille text. debet ita strictè intelligi, remanent postea dubia quędam dicta Abb. hîc, & maximè ea, quæ ponit in iij. membro. Vnde uidetur ille text. intelligendus, nisi quando per alia iura expressè, uel tacitè, per identitatem rationis monasteria tenē
5 tur ad aliqua. ¶ Circa † nouum membrum, dum dicit Ab. q; in oneribus præscriptibilibus una ecclesia præscribere potest contra reliquum clerum: uide eundem consil. xciiij. Quædam ecclesia non curata. ubi late hoc prosequitur, maximè per text. cum gloss. in cle. j. de censib. Sunt autem quædam in præscriptibilia, ut charitatiuum subsidium, procuratio, & similia. Et illud consilium ipse reassumit, de præscr. accedentes. de quo etiam
6 per Car. in d. cle. j. q. xiij. ¶ Circa † decimum de hospitalitate, adde Car. in cle. ij. Innoc. de censib. ubi refert Laudinum dicentem, q; imo religiosi possunt compelli ad hospitalitatem per excōmunicationem. Allegat §. hinc etiam. xliiij. dist. Sed contrarium de compulsione tenet, secundum eum. Inno. & Hosti. de empt. & uen. c. j. Dicit autem Card. q; respectu clericorum habentium beneficia sufficientia hospitalitati, bene possunt compelli, p
7 prædicta: respectu uerò aliorum, secus. ¶ Circa † undecimum de processionibus, adde Archid. xxxviij. dist. quando. ubi tenet contra Lauren. q; omnes clerici epi-
d scopatus tenentur singulis annis[a] uenire ad litanias ad ecclesiam maiorē, per text. ibi æquiparantem litanias & consilium: & certum est, q; omnes tenentur uenire ad consilium: ergo ad litanias. Hoc procedit de iure. Sed, secundum Dom. ibi non seruatur de cō suetudine: sed clerici positi in territorio baptismatis ecclesiæ accedunt ad ipsas in litanijs. Et uide Abb. de excess. prel. nimis. ij. ubi tenet, q; religiosi nō tenētur uenire ad ,pcessionē, nisi fiat ex magna causa. Nec ob. q; ibi fiat mētio de Prædicatorib. & Minorib. quia fiat causa exēpli. Patet ibi, ut putà. Nō uidētur isti tāgere[l], qd de exceptis, de qb. dicit Bal. in l. fi. C. de bo. lib. q; per Old. fuit respōsum Archiepiscopo Rauēnatēsi, q; monasteriū exēptū p̄ episcopū à iure episcopali, tenetur ire ob
e uijā, pcessionaliter episcopo, si alij clerici tenentur ex cō suetudine ad hoc, per illū text. Tamē Bal. uidetur loq de exēptis per episcopū. Sed de exēptis per Papā fortè secus: qa illa exēptio est plenaria, ut p̄ Ab. de reiud. cū inter. v. col. Præterea uenire ad synodū, & ad litanias, parificātur, d. c. quādo. & ibi Arc. Sed exēpti nō tenētur uenire ad synodū, de priu. ex ore. Ergo nec ad litanias. Ad idē uide Cal. de priu. cō. viij. ubi firmat, q; exēpti nō tenētur uenire ad ,pcessiones, quæ fiunt singulo anno ex ordinatione ecclesiæ: tamē si fiāt ex causa graui & urgēti, pōt episcop[s] eos uocare, p̄ d. c. nimis. ij. uer. eis quoq;. Tñ si nolūt uenire, nō possūt p̄ episcopū excōmunicari, p̄ c. j. de priuileg. in vj. etiāsi pluries uocati accessisset: qa priuilegiū est facultatis: & possūt ire, si uolūt: & si nolūt, abstinere: & qa precario uidentur iuisse: & sic nullū ius est episcopo acquisitū, de præsc. si diligēti. Vltimò uide But. cō. xix. In nomine, &c. qa hîc agit. ubi † dicit istū modū lóquēdi de lege diœcesana, & iurisdictionis, nō esse bene doctrinalē: & q; episcopalis iurisdictio potest tota reduci ad tres partes: quædā sunt episcopo cōpetē
8 tia ratione ordinis, quædā ratione iurisdictionis, quædā sunt simplicis potestatis, seu dignitatis. Et de isto cō sil. facit mētionē Dom. hîc, & in d. cōs. tractat Bu. solēnissimè de multis, discurrēdo plures casus, quādo dicant de materia prędicta, cōcludēs principaliter, q; priuilegiū cōcessū abbati, q; possit omnia liberè, sicut uer[s] epi
scopus

[a] *Singulis annis] Adde, quòd ante festum Ascensionis singulis annis litaniæ fieri debent. Tex. est de consec. dist. iij. rogationis. clem. j. uer. in die. & ibi Cardin. de reliq. & uener. sanct. Sed numqd possint cantari p latos? Dic, q; nō, nisi intersint clerici cum cruce. Tex. est in auth. de san. epis. & d. §. si qs autem. lo viij. & ibi Ang. col. ix.*

scopus & ordinari[s], tā in his, quę sunt iurisdictionis, q; in alijs quibuscunq; ad forū ecclesiasticum spectantib. non operatur in his, quæ sunt ordinis episcopalis. Et ibi tractat de actu benedicendi, uniendi, dandi indulgentias, & similibus: ubi semper uide.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Literæ ad beneficia certæ diœcesis, an includāt beneficia exēpta.*
2 *Locus exemptus an & qualiter dicatur esse de diœcesi.*
3 *Delegatus Papæ super correctione criminum, an posit procedere contra exemptos.*
4 *Verba ista, Nullam iurisdictionem habeant, excludunt iurisdictionē mediatam & immediatam, principalem & accessoriam.*

CAPITVLVM XIX.

1 RAue. ¶ Si Papa † mādat episcopo, ut prouideat de beneficio in sua diœcesi, poterit prouidere in ecclesia exempta. Io. An. But. Imo. Ab. & Domi. hîc, & in c. abbatem. de resc. per istum tex. probantē beneficium exemptum esse in diœcesi. Non obstat decisio huius tex. quia resp̄sio est clara, ut per prædictos. Dixit tamē Ab. anti. d. c. abbatem. secus, si Papa mandaret, ut prouideret in aliqua ecclesiarum sibi subiectarum. Idē glo. in uer. primi anni. in cle. j. de excess. præla. Dicebant etiā aliqui, secus, si non diceretur in diœcesi, sed de diœcesi: quia licet ecclesia exempta sit in diœcesi, tamen non est de diœcesi. Istos reprobat Imo. in d. c. abbatē. & cle. ij. in j. col. de priui. quia imo talis locus est de diœcesi. Fatet bene, q; nō est de iurisdictione diœcesis. Et ita procedat gl. in d. cle. j. de excess. præla. licet Car. d. cle. ij. §. j. iij. q. & Ab. in c. Apostolicæ. j. col. de dona. uideātur transire cū dicta differentia inter In & De, quam etiam reprobat Domi. post Lap. de resc. si propter. ij. col. in vj. per d. cle. ij. de priui. ubi patet, q; locus exemptus dicitur de tua diœcesi. Vnde concludit, q; si dicitur Ecclesiarū tuarum, non includuntur exēptæ: sed si dicitur Tuæ diœce
2 sis, includuntur, propter gl. in d. uer. primi anni. Et q; locus exemptus dicatur de diœcesi, aperte uoluit gl. in cle. j. in uer. aut earum. de fo. compe. & eam notat ibi Abb. dicens bene facere tex. hîc: & no. Domi. in c. si propter. ij. col. de resc. in vj. & aliquid in c. si pro clericis. in prin. de præbē. in vj. Car. in cle. ne Romani. §. sanè. in v. q. de elec. Ad idē text. de offi. ordi. cùm episcopus. in vj. dum dicit, in qualibet parte suæ diœcesis, dum modò in loco non exēpto, ergo locus exemptus est de diœcesi. Et ita no. ibi Domi. in ij. no. inferens, q; dispositiones & mandata quæ fiunt in diœcesi, includūt loca exēpta, dum tamē fiant per habentē iurisdictionē in exēptos: & remittit ad notata hîc, & in d. c. abbatē. Bonus tex. de sen. excō. de monialibus. ubi dicit, q; moniales absoluuntur ab episcopo, in cuius diœcesi est monasteriū, & tñ gl. ibi etiā intelligit de exemptis. Dicebat etiā loā. de Lig. se audiuisse à Pau. de Lea. q; si dicatur; In aliqua ecclesiarū tuæ diœcesis, non ueniunt in illo mandato ecclesię exēptæ: secus, si dicatur, In aliqua ecclesiarum Bononiensis diœcesis: & sic ponderat illud Tuæ, fortè motus, secundū Car. in d. c. abbatē. quia uerbum Meum, & Tuum, uidentur notare dominiū, ut notat[r] de uerb. sig. ficut. lib. vj. Tamē hæc opinio nō est uera, secundū Car. & Imo. ibi per tex. hîc, ubi ista uerba Diœcesis tuæ, uerificant[r] in exēptis, si fuisset scriptū tanquā delegato. Et ita transit An. Sic. in d. c. abbatē. licet prædicta non adducat. Quibus adde Ab. in cle. j. in fi. de excess. præla. ubi pulchrè infert ex illa gl. in uerbo, primi anni, q; priuilegium concessum episcopo de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum uacantium in sua diœcesi, comprehendit beneficia spectantia ad exemptos, aliás non exempta. Et illam gl. sequitur etiam ibi Car. in uer. abbates. quasi in fin. & plenius ibi Imo. in ult. col. Ad hoc bonus tex. de preb. pro illorū. Per quē dicit ibi Ab. j. no. q; si dicitur, Prouideas in aliqua ecclesiarum tuarū, poterit prouidere in ecclesia suffraganei suí, quæ in ueritate nō est sua, dum modò in ea habeat iurisdictionē ille, cui scribit, qd latiùs discutit ibi Imo. ¶ Omnia ista uidentur procedere in materia larga: sed ubi essemus in materia stricta & odiosa, facta mentione beneficiorum diœcesis, non ueniunt exempta: & sic decisio Doc. hîc, & in d. c. abbatem. non procedet. Ista fuit opinio singularis Pe. de Anc. in repe. c. si propter. uer. & ista faciunt. de resc. in vj. ubi dicit se consuluisse Venetijs, quòd gratię expectatiuę ad beneficium uacaturum in diœcesi Castellana, non comprehendūt beneficia, quæ sunt in illa diœcesi, & exempta ab episcopo, & subiecta patriarchæ Grandensi: quia paria sunt, locum esse exēptum, & esse extra territorium, ut dicit Io. An. in c. ij. de constit. in vj. Vnde sicut statutū episcopi non ligat delinquentē extra territorium, ut ibi, ita nec delinquentē in loco exempto, secundum Io. An. ibi. Ad idem in simili allegat Inn. de iureiur. nimis, ubi dicit, secūdum eum, licet non in lib. meo. q; si sunt alia loca in prouincia habētia dominium separatim, nō dicunt esse de regno illo. Vnde in concessione illius regni, uel prouinciæ, nō uenirent illa loca. Voluit allegare Hosti. in d. c. nimis. quem ibi refert Io. An. & Bu. & latiùs Ab. ibi, hæc uera, secundum Host. De quo etiam memīnit Car. post Laud. in d. cle. ij. §. j. iiij. q. de priuile. dicēs, q; possessiones & castra, quæ sunt pro franco allodio, licet sint in regno, nō tamen sunt de regno. Mouetur etiam Pet. de Anc. quia appellatione diœcesis, de uera & naturali significatione, debet intelligi de illa, quæ subest episcopo: quia ita se habet cōmunis, proprius & uulgaris intellectus, qui sequendus est, de spon. ex literis. cum si. Et ita dicit tandem se consuluisse quendam alium egregiū doctorē. Tum subdit, q; domini curiales tenent contrariū, innitentes cortici uerborum gratiæ, in qua dicebatur In ecclesia Castellana in am prępositio In, secūdum eos, uidet includere oēs ecclesias existentes intra diœcesim, nec; est quærendū, ad quē spectet collatio: & uulgares & parum subtiles tenerent istam opi. sed ipse nō putat eam ueram in literis gratiosis odiosis. Et hanc opi. curialiū sequitur Brix. in uer. exemptio. licet nihil dicat de Pet. de Anc. & non legi, nec audiui hās opi. Pet. de Anc. fuisse adhuc ab aliquo impugnatā, quāuis more meo curiosissimè plura perquisierim, & solus An. Sic. in d. c. abbatem. extollit hanc opi. Pet. de Anc. nihil addens nec; diminuens. ¶ Considera bene, quòd rationes Pe. de Anc. fortè non urgent: nam prima, quòd paria sint, locum extra territorium esse, & esse exemptum, est falsa, ut per plures instantias probat subtiliter Fed. consi. ij. maximè, quia concesso hoc, sequeretur, q; si episcopus uellet exigere tribunal in loco exempto suæ diœcesis, requireretur licentia Papæ, uel eius legati, c. j. de priuil. ubi isti dicuntur superiores loci exempti: & tamen sufficit licentia abbatis, c. lumino so. xvij. q. ij. Item si episcopus Florentinus non uult euitare excommunicatū à Senensi, non potest Senensis eum punire, & tamē posset punire exemptum in sua diœcesi talia faciētem, ut per gl. & Doc. in cle. j. de sent. excom. & latiùs per Fede. in d. consi. quem uide: ubi firmat contra Io. An. in d. c. ij. q; imo episcopus possit punire subditum suum delinquentem in sua diœcesi in loco exempto. Hoc consi. Fed. est inducendum ad dandam instantiam ad arg. Pet. de Anc. non autem, ut uideamus, quæ sit uera opi. an Io. And. an Fed. Hoc enim esset hîc impertinens: in quo uide Domi. in. d. c. ij. ubi sequitur Ioan. An. contra Fed. considerans duo requisita ad hoc ut episcopus possit aliquem punire, uidelicet territorium proprium, & quòd persona sit subdita, per illum text. Sed Domi. nō aduertit, q; Fed. bene fatetur, q; ubi talis delinquens non est subditus, episcopus eū nō puniet: sed loquitur in subdito, quo casu posset dici, q; licet locus non sit de iurisdictiōe episcopi, tñ est de territorio & de

diœcesi,& sic delictum non est extra territorium,& persona est subiecta: ergo punibilis. Bene facit,quod not. Domi.post Lap.in c.j.§.porro.circa medium,ibi,sed pone de statu.regu.in vj.& plenè in dispu.Cal.inci.quæritur.& quod dixi de offi.leg.nouit.Et de hoc aliàs posset etiã dici,ut dicit hîc Ab. q in quæstione prædicta inspicitur Papæ scribentis potestas,cui totus mũdus est pro diœcesi,j.q.iij.cuncta.Sed parificatio, de qua per Pe.de Anch. respicit ordinarium, in quo uerum est dicere,æquiparari locum exemptum,& locum extra territoriũ: non autem inspicitur hîc,ut ordinarius, sed ut gerês uices Papę.Ad dictum Host.& aliorum in d.c.nimis.posset dici,q licet ipsa pars regni competens alteri,non sit de iurisdictione regni,tamen est in regno,sicut per iura probatum est suprà,q locus exemptus est in diœcesi,& de diœcesi.Et q sit in regno,patet: quia si esset extra regnum, nulli dubium esset, q nõ ueniret in donatione. Sed uoluit dicere Host. q cùm sit ista pars de iure alterius,nõ uenit in donatione.Præterea si ista inductio de dicto Host.esset bona, inferret absurdum & cõtrarium eius,quod uult Pe.de Anch. uidelicet q etiam in literis fauorabilibus,facta mentione beneficiorum diœcesis, non uenirent beneficia exempta: nam Host. loquitur in donatiõe principis,& sic in materia latissimè interpretãda,de dona.c.cùm dilectus.Intelligatur igitur dictum suum non per uiam restringendi uerba,sed interpretandi mentem concedentis, quæ non debet ita interpretari,ut in dubio tollatur ius alteri competens,de deci. ex multiplici. cum concor. Vbi autem mandatur ,uideri in diœcesi,mentio mãdantis est efficere quodcunq; beneficium in ea existens. Nec etiam uidetur uera illa ratio,q de proprio sensu uerborum ille locus solùm dicatur diœcesis,qui est subiectus episcopo: quia contrarium expressè probant iura s. allegata, & eo. tit. cum episcopus.in vj. & gl.in d. cle. j.in uer.aut earũ. de fo.cõp.Imò uidetur,q non sit dare locũ, qui nõ sit in aliqua diœcesi.Et si uulgares interrogarẽtur,in qua diœcesi est talis locus exemptus? non dicerent, q in nulla. Cùm ergo nõ sit de alia, oportet, q sit de illa,in qua est situatus. Et sic etiam de communi usu loquendi est in diœcesi, secundum prædicta.Intellige uerba Ang.com si. mihi ccxxx. Quædam domina Margarita. dũ dicit, q testamentũ confectum in monasterio exempto,non dicitur factũ in territorio Senensi:quia paria sunt,simpliciter locum esse extra territorium, uel esse intrà, sed exemptum. Dicit tamen,q hoc non posset sine magno dubio pertranſire, & uidetur falsum per prædicta. Sic etiam intellige uerba Pau. consi.cxxij. Notdum est,q imperialis dum allegat c.cùm episcopus.de off.ordi.in vj.& ault, quòd locus exemptus non censetur in diœcesi, ut episcopus ibi possit corrigere. Item ault Pau.q si Papa imponit decimas, uel alia onera in diœcesi, nõ includuntur exempti.Sic etiam intellige Cal. de fo.cõpe.consil.xiiij. dum parificat existentem in loco exempto,& existentem extra diœcesim: de quo meminit Domi.in c.j.ad fin.de priui.in vj. Ista enim, & similia, non debent poni ut regulæ,sed quo ad certos effectus:recipiunt enim instantiã multiplicẽ,ut s. dictum est.Et hæc nota:quia sunt nouissima,& disputabilia, & alibi non discussa,& multipliciter dilatari possent,ut in uoce dixi.

3 ¶ Delegatus † à Papa super correctione crimínum clerici,potest procedere contra exemptos.Abb.hîc cõtra omnes alios de mente glos.j.in fin. quia non derogatur exemptiõi,ex quo,qui est iudex exemptorũ, procedendo per aliũ,uidetur procedere per seipsum. Adde,quod no.Ioã.And.in c.j.de pœnis, in vj. Sequitur ibi Domi.in §.eos.in j.col.ubi dicit,quòd exemptio eximens ab omni ordinario,intelligitur de omnibus,excepto Papa, uel eius legato de latere, per c.j. in fin. de uerb.sig. in vj. quasi sentiens, quòd per legatum non impeditur exemptio,cùm faciat uice Papæ:& sic multo magis in delegato, qui specialiùs repræsentat Papam. Vnde dicimus, q legatus habet ordinariam,c.ij. de offi.deleg.in vj.Non sic delegatus.Et uide Io.An.in d. c.j. in j.col. de uerb.sig.in vj. ubi colligit, legatos posse cognoscere de causis exemptorum:qđ alibi ita bene non probatur, secundum eum post Ab. & sequitur ibi Domi.in prin.Tamẽ credo,q difficilè recederetur in practica ab op.Host.& aliorum hîc,licet solus Ab.resistat. Primò:quia,ut ipsi dicunt,tangere exẽptos,est de reseruatis Papæ,ut traditur s.ti.proxi.Quo ad.& ista reseruata indigẽt speciali mẽtione,ut ibi. Secundò: quia ex quo specialiter est statutũ,q legatus de latere habeat iurisdictionẽ in exẽptos, uidet,q in omni alio sit secus,arg.l. ius singulare.ff.de legi. Tertiò: quia mandatum super correctione criminum uidetur interpretandum strictè, sicut aliæ commissiones factæ delegatis,iuxta c.P.& G. de offi.dele.tunc arguitur sic, in materia stricta ap.simplicis non uenit simplex qualificatũ, c.statutũ. de elec. in vj.l.uim passam.§.præscriptionem.ff.de adul.omnes post Bart.in l. ij. in prin.ff.de uerb.oblig.dixi post Ana. in c.fi. de simo.Ergo facta mentione cleri, non ueniunt clerici exempti:quia ipsa qualitas exemptionis alterat & mutat naturam simplicis clericatus. Quartò: quia si committitur correctio criminum generaliter, & comprehendãtur etiam exempti, uidetur ista parificatio & generalitas utilificare statum exemptorum: cùm enim sint immediatè subditi Papæ,profectò si delegatus intelligitur pariformiter datus etiam cõtra eos, redditur ex hoc diminutio prærogatiuæ, quã aliàs habent exẽpti inter alios de clero: quod non præsumitur de mẽte Papæ.Quintò:non uidetur uera consequentia Ab. uidelicet nullus disponit de talibus personis,nisi Papa:& delegatus, qui repræsentat Papam. Ergo si delegatus disponit de talibus,dicitur disponere ipse Papa. Patet instantia:nam iudex datus contra clerum, non procedit contra constitutos in dignitate:quia nõ ueniunt in materia stricta, ut notat per Ab. in rub.de ui. & honest. cle.per Do.to.in c.per exemptionẽ.de priuile.in vj.& in d.c.fi.de simonia.Ergo processus,qui fit à delegato, nõ uidetur per omnia dici factus à Papa:non, quia iste nõ repræsentet Papam:sed quia mens Papę in commissione non extenditur ad maiora expressis,de rescri.sedes. necad ea,quæ habent specialẽ excellentiã ab alijs, d. c. quo ad.Patet etiã instantia ex c.inquisitores. de hær.in vj.Nã inquisitor habet delegatam,c.per hoc.eo.tit.& li. & tamen per cõmissionem generalem nõ repræsentat Papam in his, qui non ueniũt in generali commissione,ut sunt episcopi.Multæ aliæ instãtiæ dari possent, ostendendo, q mandatum delegati non debet latè interpretari,ita ut gesta per ipsum attribuantur Papæ: & per consequens,dicãtur fieri à Papa:facit d.c.P.& G.Est uerum,q in his,quæ potest facere de mente Papæ,dicitur facere Papa, c.sanè.& c.cùm olim.de offi. dele. Sed negatur, quòd in dubio mens Papæ sit retribuere ei talem potestatem, quòd in materia sibi commissa, quicquid potest fieri à sede Apostolica,fiat ab ipso: nam sequerẽtur incõuenientia plura. Tamen cogitabis: quia punctus non est tritus. ¶ Ista † uerba,Nullã iurisdictionem habeant, excludunt iurisdictionem mediatam & immediatam,& principalem & accessoriam, secũdum Io.An.hîc,de quo facit festũ Abb. ¶ Gusta hoc dictũ ad gl.cle.j.in uerbo,omnimodam.de fo.cõpeten.ut quantũ operatur & cõcedit illa dictio uniuersalis Omnimodam,tantum tollat ista negatiua Nullam. Et illam glo. allegat Abb.s.eo.quod sedem.inferens, quòd concessa iurisdictione uenit omnis species iurisdictionis. Per illam glos. dixit Lud.in l.si duo.ff.de acqui.hære.& in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infect. quòd stante statuto, q iuramentum faciat probationem omnimodã,talia uerba excludunt probationem in cõtrarium: qa perinde est,ac si dixisset Plenissimã,ut sentit ipsa gl. secundum eum. ¶ Idem,si statutum diceret dandam esse plenariam fidem iuramẽto,per id,quod no.gl.in cle. j.in uerbo,fecisse.de proba.secũdum eum.Et adde But. cõsi.xix. Quia hîc agitur.ubi dicit,q ista uerba,Omnia & singula,& alia quæcũq; æquipollenti Omnimodam.Et adde But. qui fil. sint legi. per uenerabilem. in ult.char.ubi sequitur dicta gl.q uerbum Plenam subiectionem,uel Plenam potestatẽ, intelligitur in spiritualibus & temporalibus.Allegat c. querelam. de elect. Et aliquando refertur ad sola temporalia,ut ibi.Et quando dicitur Omnimodam,tunc significat merũ & mixtum imperium.Allegat d.gl.Adde cle.j. in fi. ut lit. pen. Facit cle.j.ad fi.de iureiu.in uerbo,iurisdictionem qualemcunq;.Per quæ uerba Pet.de Anc.cons.mihi cccxvj. incip.Primum dubium nõ est nouum. decidit illud trium dubium, q imperator non potest legitimare in terra ecclesiæ: quia prohibetur ibi exercere iurisdictionẽ, etiam uoluntariam,per illam uniuersalem negatiuam Qualemcunq;.Allegat l.balista.ff.ad Trebel. & bene facit gl.in d.uersi.omnimodam.

4 *Episcopus] Adde tu, q idẽ tenet do.Ab.in c.significasti.de foro cõpet. in ult. col. in uer.ultima gl.quærit. Sed cõtra Ab: ibi, & cõtra Feli. hîc tenuit Ang. in l. cui iurisdictio. ff. de iu. om. iu. & dixit, pone, q episcopus delegauit causam petitionis hæreditatis uni laico:nam si cõtingat opponi, q ille non sit uerè filius: & sic, q matrimoniũ de iure nõ tenuit,non poterit laicus de matrimonio cognoscere,quãuis ultrà nõ posit in causa principali proce-*

SVMMARIVM.

1 *Monachus solus non potest recipere aliquem ad professionem: mandato uerò abbatis potest hoc facere.*

CAPITVLVM XX.

Iis quibus. ¶ Per istum tex. potest inferri ad notabile dictum Inno. in c. de cætero. ibi, alij autem dicunt de senten. excom. ubi dicitur, quòd licet sacerdotes non possint absoluere ab excommunicatione,cuius absolutio est specialiter concessa episcopis,tamen inferiores ab episcopo, possunt hoc ministerium exercere ad mandatum episcoporum: sed quando ipsi absoluunt in necessitate,iuxta c. pastoralis. §. s. eod. tunc sua authoritate absoluunt,non autem mãdatis. Et quòd absolutio ab excommunicatione possit alteri committi,uide Imol.post But. de rescri. ab excommunicato. Facit etiam iste text. ad dictum Archi. de pœ.dis.vj.placuit. dum dicit, quòd licet ad solum episcopum spectet imponere pœnitentiam publicam,ut per glos.in uerbo,pœnitentias. s. eod. conquerente. tamen sacerdos de mandato episcopi potest cõponere.Allegat c.pœnitentes.& c.in capite. I.distin. Et sentit,q si episcopus dat potestatẽ audiendi confessiones, non uidetur dare potestatem imponendi hãc pœnitẽtiam.Facit etiam iste text.ad dictum Domi. in c. cùm ex eo.in prin.ibi,per præmissa.de elec.in vj.dum dicit,q licet dispensatio à iure concessa, intelligatur concessa solis episcopis.Inn.in c.innotuit.de eo,qui fur. or.suscep. dixi in §. de adulteriis. de iudi.tamen ex commissione episcopi potest inferior dispensare. Allegat text.hîc,& s. eod.quod sedes. Respondet ad c.fin. de off. deleg. ubi ministeriũ non committitur, quod loquitur in delegato, cuius industria est electa: hîc autem in eo,qui habet commissionem à iure, ut latiùs firmat etiam Fed. consi.xxxvj.secundũ eũ: pro quo bene facit gl.hîc. ¶ Facit etiam iste tex.ad dictũ Ab.post Inn.de regula porrectũ.

1 ubi dicit, q † solus monachus non potest recipere aliquẽ ad ꝓfessionẽ: sed de mandato abbatis potest. Imò dicit Rota de regula.iiij. in antiqs, q istud procedit, etiamsi constitutiõ ordinis dicat, q non ualeat professio,nisi facta in monasterio præsente conuẽtu. Imò dixit Io.de Lig.de regula,ad Apostolicam. q etiam laicus de mandato Ab. potest recipere ad professionem. Facit etiam iste tex. ad dictum Archi. xcvj. dist. bene quidem.ad fi.ubi dicit, a q episcopus[a] potest committere laico causam merè ciuilem clericorum, clericis etiam cõsentientibus, & non inuitis:secus, ubi simpliciter cõsentirẽt, q laicus iudicaret.Assignat rationem diuersitatis pulchrã: quia quãdo episcopus committit expressè,tunc ille utitur iurisdictione episcopi, & sic ipse cognoscere uideꝛ.Sed non ita, quãdo simpliciter cõsentiret, ut laicus cognoscat & iudicet.Ex quibus uerbis gusta singularem theoricam & optimã declarationem ad prædicta, q in dictis casibus non potest inferior exercere ea, quæ sunt concessa solis superioribus,eis consentientibus tantùm, sed solùm possunt,eis delegantibus:& sic non uideantur facere authoritate propria licentiati per superiorem,sed authoritate superioris sibi commissa. Et sic in casu huius decre. fiet absolutio authoritate committentis, nõ autem solùm de eius licentia.Vnde habes,q licet ille,qui de iure est inhabilis ad actum, non possit habilitari per illum, qui non potest super ius dispensare, ut per Doct.de fil.presbyt. ueneris tamen potest exercere actum nomine illius superioris prohibiti eum habilitare.Ratio differentiæ:quia si habilitaretur, faceret iure proprio dispẽsato, qđ non potest concedere ille inferior à principe. Sed quãdo facit uice superioris, actus attribuitur deleganti. Et istum sensum puto habuisse oẽs prædictos.Nam si aliter intelligerent,decíderent casum à iure decisum in locis allegatis,s.eo.quod sedẽ.quòd omne cognoscibile est delegabile, secũdum nostros:sed uoluerũt denotare, q nõ omne delegabile potest inferiori competere de licentia eius, qui delegare potest.Hoc modo habes,quòd multa possunt fieri de mandato superioris, & uice ipsius, quæ non possunt fieri de licentia ipsius. Quod nota ad materiam c. cùm consuetudinis. de consue.& l.si quis mihi bona. §. iussum.ff. de acqui.hære. Et adde But. & Domi. in c.cùm satis.in princip.de offi.archi. ubi dicunt, quòd illa, quæ non sunt quæsibilia consuetudine, sunt quæsibilia ex delegatione,per illum text. Et ista perpetuò nota.

dere:eò, q a laicus nõ est capax iurisdictionis spiritualis, nec principaliter, nec incidẽter, c.tuam.de or.cog. & c. lator. qui fil.sint leg. Et reputat hoc Angel. esse singulare. Ad de tu, q ista limitatio non est uera in terminis Ang. quando episcopus delegauit laico: quia laicus cùm fungatur uice delegatis, l. j. §. fin. ff.de offi.eius, cui mãdata, est iurisdicitur habere iurisdictionem ecclesiasticam,non laicalem, ut expressè inquit do.Ab.in d.c.significasti. de fo. compe. in fin. sicut econtrà,si laicus committeret causam episcopo, diceretur episcopo in illa causa habere iurisdictionẽ secularẽ ex ꝑsona delegatis, nõ autẽ ecclesiasticã: & ideo non posset in illa causa excommunicare, ut not. Bald. in authẽ. q̃ litigãtiũ. C. de epi sco. audi. in ult. no.Ista ergo limitatio procederet, quãdo talis delegatio esset facta à laico: quia hîc de causa spirituali, quãuis impediret principalẽ cõmissionẽ, nõ posset cognoscere delegatus, sicut nec delegans. Sed in laico delegato episcopi est secus, ut præ dixi.

c. his qui bus.

De officio iudicis,

TITVLVS XXXIII.

SVMMARIVM

1 *Aduocatus an possit compelli ad patrocinandum.*
2 *Aduocatus an possit compelli ad patrocinandum gratuitò pro pauperibus.*
3 *An pauperi competat actio ad patrocinandum.*

CAPI.

CAPITVLVM PRIVS.

1 LIteris. ¶In †quātum concludit Ab. post alios, aduocatum posse cōpelli ad patrocinādum, adde gl. in l.ij. uersū. consensum. C. de præpos. sacro. scri. li. x. quæ dicit, doctorē posse compelli ad consulē dum. Etiam eam sequitur Butr. de offic. deleg. ij pro debilitate. ibi, an quis possit. Idem Bald. Insti. de emp. & uēdi. in fi. & Sal. in l. Sancimus. C. 2 de aduo. di. iu. Et dum subdit Abb. posse† compelli aduocatum ad patrocinium gratuitum pro pauperibus, adde Spe. de sala. §. fin. uersū. ex præmissis. & glo. in c. sta tutū. §. insuper. in uer. pauperes. in fin. de rescrip. in vj. Idem in medico circa ægrotū pauperem[a], glos. lxxxiij. a dis. in summa: quia plus debet ualere apud Deum uita illius, quàm propria pecunia. ¶Limita, dum modò causa pauperis importet eius extremam necessitatem, adeo quòd si causa rueret, moreretur fame: tunc enim ista denegatio patrocinij posset esse occasio mortis, quæ imputaretur bene huic aduocato, lxxxvj. dis. pasce. Secus, si non agitur de tanto periculo: quia tunc aduocatus non compellitur gratis aduocare pro paupere. Nemo enim compellitur ad bonum faciendum, xxiij. q. v. ad fi. Et idem in medico, si potest subuenire infirmo aliunde, non tenetur curare eum. Aliàs enim oporteret aduocatum & medicum omnia negocia prætermittere, & pro solis pauperibus intendere. Ita disputando concludit beatus Thomas ij. ij. q. lxxj. 3 arti. j. ¶An † autem pauperi competat actio contra aduocatum, ut cogatur patrocinari, pēdet ex eo, quod tangit glo. in c. sicut in uerb. esurientium. xlvij. dis. quæ dicit, quòd pauperes possunt petere eleemosynam non directo iudicio, sed denunciare ecclesiæ illum, qui non dat, & ecclesia eum coget. Idem glos. in c. domino sancto. in uerbo, necesse. l. dis. & in c. exigunt. in gl. j. in fin. j. q. vij. Et cum hac sentētia concordat Ab. & Ana. in c. si quis per necessitatem. de fur. Ana. in c. ad Apostolicam. in princip. de simo. But in c. j. de emp. & uen. Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. Ludo. in l. ij. in princip. uersū. quinquagesimus quintus. ff. sol. matri. Iacob. Zochus. in c. inter opera. de sponsa. Spec. de instru. edi. §. nunc aliqua. uersū. sed an pauperes habeant actiones. Abb. in c. j. dist. j. ubi de hoc latiùs scripsi. Et attentis dictis Thomæ, ubi suprà, credo istud procedere solùm in paupere constituto in extrema necessitate. Et adde Bald. in l. si ad excludendam. uersic. iij. C. de rebus credit. ubi dixit, quòd iuramentum aduocati de non aduocando sine salario, non intelligitur pro causis, uel personis pauperum. Et idem dixit de iuramento præstito à doctoribus de non doctorando aliquem gratis: quia non extenditur ad pauperes. Reliqua de aduocatis habentur j. tit. de postulando.

a Aegrotū pauperē] Adde Bart. in l. archiatri. C. de profes. et medi. libro x.

CAPITVLVM POSTERIVS.

VDicis officium. ¶Materia est aurea & subtilis, longo commēto repetita per Imo. hîc. ¶Primò in quantum Abb. concludit, quòd officium iudicis non est propriè idem, quod actio, post Bart. clarè loquentem in l. j. v. col. ibi, quæro tamen. ff. de iurisdi. omni iudic. adde text. in l. quòd si minor. §. fin. ff. de mino. ubi expressè dicitur, quòd pro restitutione danda non competit actio, sed iudicis officium. Et no. latè Angel. Areti. Insti. de act. in princip. bonus tex. in l. hæreditas. in fin. ff. de pet. hære. ubi dicitur, quòd licet stricto iure nulla actione teneantur hæredes ad monumentum faciendum, de quo testator dixerat, tamen officio superioris compelluntur ad præstandum obsequium supremæ uoluntatis. Ad idem l. quintus. in prin. ff. de an. leg. Per quem dicit ibi Bart. q̄ fratres Minores, qui non possunt petere iure actionis aliquid, quod est eis relictum, per cle. exiui. de uerb. signi. possunt implorare iudicis officium, ut hæredes cōpellat. Et notat Bald. in l. j. C. de fideicommiss. & Bart. in l. seruos. ff. de ali. & cib. le. & in l. nec quicquam. §. fin. ff. de offic. proconsu. & in l. seruo. de leg. j. ¶Ex his sequuntur effectus utiles: nam interpellatio facta parti, non cōstituit eam in mora, quando competit solùm officium iudicis, l. cùm postulassem. in princip. ff. de dam. infec. quia pars non erat ad hoc obligata. Ergo nulla interpellatio eidem facta, potuit eam in mora constituere: sed iudex potest cogere partem ad sic faciendum. Ergo est à iudice, & per consequens, in iudicio postulādum. Secus in eo, quod mihi competit iure actionis: quia interpellatio unica, etiam extraiudicialis, constituit quē b in mora. Text. in l. mora[b]. ff. de usur. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb. obligati. Ita Bar. in d. l. j. & Ang. Are. ubi Dominus. Et Imo. hîc similiter sequit̄, quòd quando competit officium iudicis, dicitur implorari misericorditer: glos. sing. secundum Flo. ibi in rubrica ff. de inter act. quia pars non est ad hoc obligata: neq; istud, quod actor uult, dicitur sibi deberi, sed iudex ex sua gratia & misericordia potest facere, ut actori illud præstet. Dixit tamē Bart. in l. j. & sequitur hîc Imo. quòd etiam, quando misericorditer implorat̄, tamen si aliquando denegatur per iudicem, dicitur grauare partem, per l. j. §. permittitur. & ibi etiam singulariter Bart. ff. de aqua quo. & æsti. nisi aliquid resideret in mero arbitrio iudicis: quia si uult, potest illud denegare. Inn. in fin. de fer. Et de hoc ultimo opportunè scripsi de excep. exceptionem. in princip. ubi habes, an & quando possit appellari, si non impertit iudex officiū petitum, uel non facit id, quod facere potest ex potestate sibi attributa à lege. ¶Sequitur etiam ex his, quòd si statutum denegat actionē, uel exceptionem, per hoc non impeditur pars implorare officium iudicis, si competat sibi: & probatur in l. planè. ff. de peti. hære. Per quam dicunt ibi Bart. Bald. & Angel. quòd stante statuto, quòd contra instrumentum guarentigiæ non possit opponi exceptio, per hoc non repellitur pars uolēs implorare officium iudicis, per quod repelliatur actor ab agendo: secus, si statutum diceret, quòd nulla exceptio, uel defensio admittatur: tunc enim non posset of- c ficium iudicis imploraric[c]. Bart. in l. j. §. & parū. uer. item aduerte, quia statutum. ff. quod uí, aut clàm. de quo exclamat Angel. Are. Insti. de act. ubi s. dando aliquas remissiones, quas etiam repetit Insti. de excep. in rub. & in l. ab executore. §. fin. ff. de appel. Sed uide bonam apostillam Alex. in d. l. planè. & quæ dixi de of. dele. ex parte. j. ¶Dicit tamen hîc Imo. quòd licet strictè officium iudicis non sit actio, tamen latè sumpto uocabulo, potest dici actio: & ita saluatur opin. Marti. & sequacium, Insti. de actio. in prin. & facit, quod no. Bar. in d. l. ff. de iurisdi. omni. iudi. bonus tex. in l. actiōis uerbo. in uer. instar. ff. de act. & oblig. ubi officium iudicis habet instar actionis. Ex quo infer sigulariter Alex. in l. j. pe. char. ff. de iurisdi. omni. iu. q̄ statutum etiā exorbitans à iure communi, loquens in actiōe, cōprehendit officiū iudicis: qa etiā in exorbitantib. fit extēsio ad casum, q̄ sublata significatione uocabuli poterat comprehendi, ut probatur in l. filium habeo. ff. ad Mace,

b In l. mora] Adde do. Alex. de Imol. in l. si ex legati causa. de uerbo. cb. & in l. interdum. §. fi. eo. tit.

c Implorari] Adde Pet. de Anc. in cle. j. §. j. & ibi Car. de prohi. sequeſt. & Pau. de Caſt. conſi. lxxj.

Mace, iuncta l. iusta. ff. de uerb. ob. cum concor. de quib. per eum post Imo. in l. si uerò. §. de uiro. Imo. in j. fallentia. ff. sol. matri. ¶In quantum dicunt etiam hîc Bu. Ab. & Imo. post Bart. in d. l. j. narrandum esse in libello tale quid, per quod concludatur iudicem debere, uel posse facere id, quod petitur, non autem, quòd pars teneatur, adde Spe. de lib. concep. §. fi. uersū. sis autem cautus. ubi etiam uidetur uelle, q̄ si libellus in hoc peccaret, & ille, qui debet implorare officium iudicis, diceret in libello, ago contra T. & in conclusione libelli imploraret officiū iudicis, certè talis libellus sustineretur: quia nomen actionis est generalissimum, d. l. actionis uerbo. Et pro hoc facit: quia licet officium iudicis non præsupponat propriè debitum, uel obligationē, l. qui per collusionē. ff. de ac. emp. tamen præsupponit quasi debitū ab aduersario, ut est gl. no. in l. si seruum. §. fi. in uer. petí possit. ff. de uerb. obli. quā ad hoc pro no. ponderat ibi Ange. & refert Imo. & idem notat Bart. in l. fin ff. de in- fitur. dicens, quòd officium iudicis largo modo præsup- a ponit obligationem[a], ut ibi probat. Et uerba libelli possunt impropriari, ut saluetur. Bar. in l. olei. C. loca: cū si. Crederem tamen, q̄ esset ineptus libellus, in quo proponeretur actio, & in eo nō imploraretur officium iudicis: quia ista sentit Spe. ubi §. licet Ioan. An. in addi. Spe. super rub. de off iudic. uideatur simpliciter uelle post Goff. q̄ ipsa ppositio actiōis importet implorationē officij iudicis. ¶In quātū Ab. ponit de multiplici officio iudicis post Bart. plenius loquētem in d. l. j. de iur. om. iu. uide Spec. latissimè in titu. de offi. iud. Et datur una regula, quòd ad utilitatem priuatam non tenetur iudex impertiri officium suum, nisi petatur, l. iij. §. hoc autem. ff. de dā. infec. ¶Fallit in multis casibus, de quibus per Scribentes ibi. Vide etiam Firmanū in suo reper. in uerbo, officium iudicis. ubi pulchrè accumulauit multos casus, in quibus competit parti officium iudicis[b]. Tamē b cùm dicimus, officium competit parti, est locutio impropria: cōtinet enim repugnantiā in seipsa, uidelicet q̄ officiū sit iudicis, & sit partis, uel in partem, ut per Bar. in d. l. j. ibi, sed aduertēdum. Ideo dicit, quòd officium iudicis, prout parti competit, aliter debet nominari de iure. Quādoq; enim nominatur proprio nomine, ut restitutio in integrum, & excusatio à tutela: est enim ius interpretādi officium iudicis super excusatione, & tamen appellatur excusatio: ubi autem non reperitur proprium nomen, appellatur prosecutio, l. pecunię. §. prosecutionis. ff. de uerb. sig. ¶In quantum dicitur, quòd officium iudicis non extenditur ad ea, quæ occurrunt ante litis cōtest. sed post, per l. ædiles. allegatam in glo. uide Inno. in rub. j. de re iud. But. in c. j. eo. tit. Bal. in l. ampliationem. in princip. in j. col. C. de appel. Ioan. And. in Spec. de dispu. & alle. §. satis. uer. quid de fructibus. Angel. in l. Paulus. ff. de re iud. Imo. & Abb. de fi. instr. c. inter. But. in c. grauis. de resti. spo. & in c. cùm M. de consti. & in c. ij. j. col. de procu. In quibus locis inuenies, quòd in libello debent peti fructus percepti. Neq; est necesse, quòd petantur percipiendi: quia illi ueniunt officio iudicis: & intellige, percipiendis post litem contest. non autem de his, qui non sunt percepti, sed percipi potuerunt: quia illa debēt peti in libello, sicut percepti. Et bonam practicam in petitione fructuum, ponit Angel. in l. ait prætor. §. per hanc. ff. de his, quæ in frau. credit. ¶De duplici officio, nobili scilicet & mercenario, subtiliter scribit Bal. in l. incerti. in ult. col. C. de inter. dicēs inter alia, q̄ nobile dicitur, quādo iudex aditur principaliter ob hoc ipsum: mercenariū verò, quando principaliter ob aliud, sed aditur in consequentiā. Allegat notata in l. j. ff. de præto. stipu. Et q̄ officium iudicis dicatur nobile, qñ non deseruit actioni principaliter intentatæ, declarat pulchrè Bar. in l. iubere. in ult. col. ff. de iurisdi. omni. iudi. Bal. in l. episcopale. C. de episc. audi. Facit, quod not. glo. in l. iij. C. depositi. Et dicit Bald. in authen. contrà, qui propriam. C. de non nu. pecu. q̄ officiū iudicis mercenarium deseruit quandoq; actori, quandoq; reo. Et idem Pau. in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur. ad fi. dicens, officium iudicis posse proponi agendo, & etiam excipiendo. Et nota, q̄ quando iudex est aditus, proposita actione, sua pronunciatio fit officio iudicis mercenario, adeo q̄ per talem pronunciationem functus est officio suo, etiam in interlocutoria, postquam non speratur diffinitiua, per c. significātibus. de off. dele. Ita no. Bar. in l. qd̄ iussit. ult. col. ff. de re. iud. ibi, quæro, quid in sententia dicens, secus, quando iudex aditē implorato officio iudicis nobili, ut q̄ det̄ tutor, uel interponatur decretū super alienatione rei minoris: tunc enim non finitur officium iudicis nobile, & adhuc super illo poterit adiri, & causa cognita poterit reuocare, l. quamuis. ff. de reb. eo. secūdum eum: cuius dicta reassumunt ibi Scribētes, & Imo. post Ang. in l. j. §. fi. in ult. col. ff. de præto. stipu. Et q̄ mercenariū finiatur lata sententia, uide etiam Bar. in l. à diuo. §. sentētia. ff. de re iud. Dicitur implorari incidenter officium iudicis, quando petitur, non principaliter propter se, sed propter causam. Idem ubi propter se petitur, sed ratiōe rei postmodum habendæ, uel litis proponendæ, ut cūm petitur missio in possessionē, l. j. C. ut in possessio. leg. Et idem, ubicunq; interponenda est cognitio summaria. Ita Inno. hîc, & sequitur Domi. post alios, & latè Rota in nouis dec. xix. quæ est de resti. in integ. iij. in additio. ¶Merum officium iudicis sit, quando non mouetur ad instantiam partis. Zenze. in extraua. execrabilis. super uerbo, inquisitionem. allegat c. j. ut ecclesiastica beneficia. & Inno. de simo. licet Heli. Et hoc, tam per iudices ecclesiasticos, quàm seculares: quod est nota. dignum, secundum Fran. Pau. in consi. beati Simonis, posito post consilia Old. in prin. Facit, secūdum eum, gl. j. in c. ij. de accus. in vj. Vel expone Merum, id est, liberum. Allegat Bar. in l. imperium. ff. de iur. om. iu. uel merū, j. motu p- prio, secundū Bal. de consue. cùm inter. Et Merū dicit, i. c purū[c] & syncerum. Allegat Arc. in c. sta tutum. §. insuper. de resci. in vj. & text. in c. j. de consec. dist. ij. & in c. cùm dilecti. de accu. & text. cum gl. Insti. de diuisione stipu. in uerbo, mero. & Ang. in l. v. in prin. ff. de uerbo. ob. Et quando procedit ex mero officio inquirendo, non est opus, q̄ præcedat diffamatio, neq; traditio copiæ per articulos. Ang. in l. si. uacātia. uer. quintò nota, & uer. item fallit, ubi iudex. C. de bo. uac. lib. x. & Bu. de accus. qualiter. ij. iij. col. Ita scribit Angelus de Areti. in lib. malefi. in uerbo, mero officio. Tamen Angel. ibi in addi. super uerbo, hæc est quædam inquisito, uidetur dubitare de hoc propter Gandinum & Hostien. de quibus per eum, quem uide. ¶In quantum concludit Abb. hîc in duobus locis, quòd ubi officium iudicis imploratur principaliter contra personam certam, & requiritur plena causæ cognitio, tunc debet dari libellus, & fieri contestatio litis: aliàs non adde Hostien. in Summa, in isto titul. §. utrum. ubi de hoc latè ponit: de quo etiam optimè per Bald. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. proconsu. ubi tandem concludit, quòd non fit in hac materia litis contestatio, nisi concurrentibus duobus. Primo, q̄ iudicium sit formatū ex tribus personis, scilicet iudice, actore,

b Officium iudicis] Cui officium competat, uide do. Soci. conſil. cclxvj. inci. In cauſa, quæ uertitur. uer. poſtremò alia uia. circa medium, in ij. parte, char. clxxv. Et quādo competat, uide per eum in conſil. cviij. inci. In hac conſultatione, circa ſi. vj. col. in j. parte.

c Id eſt, purum] Adde do. Alexan. de Imo. in l. ſtipulationum. in prin. de uerb. ob.

c. ex lite-
ris.

actore, & reo. Secũdò, quòd causæ ordo hoc desideret, ut ibi latiùs, ubi etiam de libello, & de citatiõe: & dicit Bald. in rub. ff. de inter. ac. quòd ubi officium iudicis misericorditer imploratur, propter aliud, non propter se, ibi non est necessarius libellus, aut officio iudicis petitur datio, uel factum principale, & tunc bene requiritur libellus, nisi ubi concluderetur, non contra certam personam, sed ad remotionem cuiusdam obstãculi. Allegat d. authen. si omnes. & ibi gl. Et dicit Ang. in §. illud quoq; ij. in ult. col. in authen. de trien. & semis. propter gl. ibi, quòd quando aliquid emergit in iudicio post litis contest. debet officio iudicis explicari super emergenti non cõtestata lite, sed sufficit cõtestatio in causa principali. Si uerò ante litem conteſta. emergeret, super illo debet fieri specialis litis contestatio. De isto articulo uide copiosiùs & elegantiùs, quàm alibi, per do Maria. in c. quoniam. in princip. ut lite non contest. ubi inter alia concludit, quòd ubi petitur aliquid dari, uel fieri per partem: & petitur à persona certa, exigitur litis contest. & libellus: quæ duo, quantùm ad istos terminos, regulantur eadem ratione, secundum eum per text. hîc. Vnde si imploratur officium iudicis pro habendo salario, debet lis contestari. Allegat Bart. in d. §. ubi decretum. & in l. j. ff. de eden. ¶ Limitat hoc, nisi imploretur officium iudicis super causa summaria, putà super alimentis, quæ petuntur præstari officio iudicis nobili à parentibus, uel econtrà: quia talis causa expeditur sine libello & litis contest. l. si quis à liberis. §. uel si parens. ff. de lib. agno. Et post multos casus concludere uidetur cum Imol. hîc, quòd ubi iudicis officium non succedit loco actionis, non est necessaria contestatio litis: aliàs secus[a]. Vide de hoc etiam Bald. in d. authen. contrà, qui propriam. in pe. col. in fin. Et eius dicta pulchrè coniungit, & sequitur Sali. ibi in viij. q. Dixit etiam Rota de restit. in integ. iij. in nouis, quòd si petitur restitutio in integrum propter lapsum fatalium, non est necessaria contestatio litis: quia nõ petitur principaliter, sed incidenter. Tandem refert ibi Collector, se audiuisse Richardum de Saliceto Bononiæ ita distinguentem, quòd aut imploratur officium iudicis duntaxat rescindens etiam principaliter, ut quia petatur sententiam contra minorem, uel contra maiorem habentem latam rescindi: & tunc non est necessaria litis contestatio: aut imploratur principaliter officium, nedum rescindens, sed rescissorium: ut quia nedum petitur sententiam rescindi, sed etiam aliquid adiudicari: & tunc necessaria est litis cõtestatio. Et sic intelligit istum text. & est maxima declaratio, quam etiam sequitur Rota de litis contest. v. ad fin. in nouis. Et de hoc officio rescindente, an possit intentari simul cum actione rescissoria, uide late Abb. de resti. in inte. cùm ex literis. ante pe. col. post Inno. ibi, super uerbo, præsentibus. De ista materia uide etiam Ang. Are. Inst. de act. in princip. in v. col. Bald. in l. j. in antepe. col. C. de inter. & in authen. sed si quis. iiij. col. C. de testi. & ibi Salic. q. iij. Bald. in l. ij. q. iij. C. de testa. & Bart. in l. Papinianus. §. fin. ff. de mino. ¶ In quantum Abb. in duobus locis post Bald. in d. authen. si omnes. concludit hîc, quòd ubi petitio non dirigitur contra certam personam, tamen citantur, quorum interest: & si comparent, fit litis contestatio, propter glos. auream in c. per uenerabilem. in uer. non seruatum, qui si. sint legi. adde Bald. in l. si quis. in princip. C. fini. reg. ubi dicit, quòd quando utraq; pars est præsens, non potest ferri diffinitiua lite non conteſt. per d. glos. Per illam gl. dicit etiam Bal. in authen. qua in prouincia. ij. col. C. ubi de cri. agi. opor. istam esse regulam, quòd licet interdũ possit procedi lite non contestata, tamen hoc uerum, quando reus est absens: sed quando est præsens in iudicio, debet lis cõtestari, & seruari ordo iudiciarius ad plenum. Per illam glos. dixit Bal. in authen. sed & si quis. iiij. col. C. de testi. q; in omni petitione, per quam desideratur diffinitiua sententia, si partes sunt præsentes, semper debet lis contestari. Sed si actus solùm ordinaretur ad interlocutoriã, putà ad pronunciandum testibus fidem perpetuam esse adhibendam, tunc secus, ut ibi latiùs per eum, & Sali. ibidẽ in iij. q. post. Iac. Bu. Per illam gl. dixit Bal. in l. j. C. ne lic. ter. prouo. q; in causis, quæ sunt priuilegiatæ, ut procedi possit lite non contest. intelligit, nisi partes sint præsentes. Videtur tamen uelle, q; si partes præsentes de cõcordia procedunt lit. non conte. ualet iudicium: cui dicto obstat gl. de of. deleg. de causis. cum concord. ubi dicitur q; litis cõtest. nõ potest omitti de partiũ cõsensu, nisi dicas, q; illa loquuntur, quando sumus in causa, in qua litis cõtestatio de iure est necessaria: sed Bal. loquitur, ubi non est necessaria, nisi quo casu partes sint præsentes: quia tunc de earum consensu posset omitti, sicut omitti posset absente parte. Illam gl. sequitur etiã Bal. in addi. tit. de teste. uer. ubicunq;. Et uide Spe. ibi in §. nunc tractemus. in fi. ubi dicit, q; in omnibus casibus, quibus procedi potest lite non contest. intelligendum est altera parte se contumaciter absentante: si enim aliter fit, non ualet processus, nisi, quo ad omnia, iuris ordo seruet: & allegat d. gl. quam etiam sequitur Bal. in l. j. C. de interdict. Et pro dicto Abb. hîc uide Bal. in auth. qui semel. ibi, consilium puto uerum. C. quomodo & quando iudex. ubi dicit, q; in officio iudicis non requiritur contest. lit. si non est, cum quo fiat: quia processus est extraordinarius, per d. authẽ. si omnes. Et dicit Lud. in rub. de arbi. uer. decimò pone. in fi. illi⁹ uer. q; in causa summaria debet lis cõtestari partibus præsentibus. Allegat gl. in d. c. per uenerabilẽ. in uer. seruatũ. & Bald. in authen. offeratur. C. de litis contest. qui in libro meo non ponit de hoc. ¶ Limita prædicta, nisi essemus in casu, in quo lex expressè disposaret, ut posset procedi lite non cõtest. Ita uolunt cõmuniter omnes in d. c. per uenerabilẽ, exẽplificãtes in causis summariis per cle. sæpe. in uer. litis cõtestationẽ nõ postulet. de uer. sig. Per quẽ tex. iuncta decis. dcij. de iudi. dicũt correctam esse d. gl. Tamen extra terminos, de quibus loquitur illa gl. uidetur, q; prædicta procedant, quæ sunt quotidiana ualde. ¶ Considerabã tñ, q; si dicta iura corrigunt illam gl. sequitur, q; erit correcta in causa summaria, per d. cle. sæpe. propter quod caderẽt multa ex dictis Bal præallegatis, nisi dicas, q; cle. sæpe. intelligitur, quando partes etiam præsentes concorditer nolunt litem contestari, ut sonat illud uerbum, Exigat: sed ubi sunt præsentes, & actor, uel reus uult, q; fiat litis contestatio, uideẽ tunc fienda, per d. gl. quæ hoc modo erit magnæ importantiæ. Tamen cogita: quia prædicta conglutinatio est noua, ardua & insolita ad gl. in d. c. q; uenerabilẽ. ¶ In quã tum Ab. tangit de illa theorica Legistarum, q; ubi non est prouisum de remedio missionis in possessionẽ, potest procedi ad diffinitiuam, uide ad saturitatẽ Alex. in l. si finita. §. Iulianus. uer. in eadẽ gl. ibi, in quibus actionibus. ff. de dam. infe. ubi tandem sequitur opi. Bart. & communem Legistarum contra Imo. ibi: & refert Lud. & Pau. ibi tenentes communem per plura, & respondet ad c. tuæ. ut lit. non cõte. quòd licet ibi permittatur excommunicatio, tamen non negatur, quin contra cõtumacẽ possit procedi ad diffinitiuam, secundũ Lud. Et dicit Alex. ibi, q; non uelit sumi argumentum à contrario, in d. c. tuæ. quia induceretur correctio aliorum iurium, de quibus ibi per Doc. uidelicet text. in l. qui se dixit. & ibi Bart. ff. de iudi. & in c. j. de eo, qui mit. in pos. in vj. & in d. authen. si omnes. cum similib. & uide, quæ dixi in d. c. tuæ. ¶ Vltimò, dum Abb. allegat gl. in l. si soror. C. de colla. adde decem cõcordantias, de quibus per Firmanũ in uerbo, offi. iudicis. ad fi. cui adde, quæ

[a] *Aliùs secus*] *Adde do. Alex. de Imo. in l. ab hostibus. ex quibus causis maio. & in l. ij. §. si publico, de adult.*

quæ dixi de exce. l. exceptionem. Reliqua ad istum titulum uide ad saturitatem per Spec. tit. de offic. iud. & ibi Ioan. And. & Bald. in addi. & Host. in summa huius tit. & Imol. hîc.

De maioritate & obedientia,

TITVLVS XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *¶ Maioritas quotuplex sit.*
2 *Doctor quis præcedere debet alios doctores.*
3 *Licentiatus, postea doctor effectus, præcedit eum, qui medio tempore fuit doctoratus.*
4 *Doctor præcedit militem.*
5 *Clericus secularis an præcedat regularem.*
6 *Religiosi qualiter debent ordinari in processionibus & alijs actibus.*
7 *Vita actiua an sit dignior uita contemplatiua, uel econtrà.*
8 *Præeminentiæ qualiter cognoscantur. Vide nu. 10.*
9 *Iudex debet honorare consistoriales principis.*
11 *Dauid an fuerit maior omnium prophetarum.*
12 *Ioannes Baptista an sit maior Ioanne Euangelista.*
13 *Maiores & anteccessores dicuntur ultra tritauum: & parentes dicuntur usq; ad tritauum.*
14 *Frater maior in diuisione ille dicitur, qui diutiùs administrauit, non qui primò natus est.*

1 ¶ Pro † notabili ornamento huius rubricæ, quæritur, quotuplex est maioritas: & de hoc uide Abb. in frã c. proxi. in prin. & j. eod. statuimus. ij. notabili. Brix. in uerbo, maior. §. vij. glo. in c. lex est. ij. dis. in c. si pluribus. in uerbo, maioris. de præben. in vj. Abb. in c. quæsiuit. in prin. de his, quæ fiunt à maio. par. ca. tex. & Doc. in c. super eo. ij. de testi. glos. in c. sedes. in uer. digniores. de rescr. Bar. Zab. archiepiscopum Spalatensem latissimè consil. xj. Martinum episcopum iiij. char. Abb. j. eo. solitæ. vij. notabili, ubi dicit per illum tex. quòd etiam in dignitate subditorum cognoscitur maioritas: pulchrè Arch. & Domi. ij. q. vij. quanquam. ubi etiam dicunt, q; ratione dignitatis, seu maioritatis officij aliquis dicitur maior altero. Hac ratione Archidiaconus maior est archipresbytero, sed in ordine minor est: sicut abbas in minoribus maior est presbytero in dignitate, uel officio, minor in ordine. Et in hoc dicit Domi. in c. episcopus. xvij. dist. quòd in diuinis archipresbyter præcedit archidiaconum, non in alijs. Vnde extra missam præcedit archidiaconus in loco, in uoce, iurisdictione, & similibus. Et quòd minor ordine, maiori tamen administratiõe præferatur, allegat c. placuit. xvij. dist. sic intellige gl. j. & tex. ibi, & in c. j. de offi. archipresb. & quod notat Ana. de Iudæ. ad liberandam. ubi dicit, se uidisse bis dubitari de hoc Bononiæ, & dubitatio fortè ipsum tetigit, cùm esset ibi Arch. De istis prælationibus inter ecclesiasticos, uide melius, quàm alibi, per Domi. in d. c. episcopus. Ponit etiam Domi. ibi, quomodo sedeant prælati in consistorio Papæ, & quòd post Papã Ostiensis est primus, deinde quatuor patriarchæ, & etiam alij patriarchæ, licet de istis sit dubium, postea cardinales, nisi aliud habeat consuetudo. De quo etiam optimè ponit Petrus de Monte, in sua monarchia: quæro, ponens ordinem sessionum concilij, & quid de archiepiscopo Mediolanensi & Rauennatensi: de quibus per glos. xcvj. dist. bene quidem. uer. Mediolanensi. dixi in c. cùm dilecta. de rescrip. in uer. ordo scripturæ. & utitur Pet. multa indagine circa suprascriptiones Decretaliũ, & ordine literæ arguendo ab illis, & decidit multa, de quibus fuit interrogatus in concilio Basilien si, ut dixi in uoce, de quo etiam per Albe. in l. iij. C. de sum. trini. ¶ Et in præcedendo attenditur quis sit de meliori sanguine, & ille præcedit, cæteris paribus. Bald. in l. nemini. per illũ tex. C. de aduo. diuer. iudi. Et † episcopus, qui est doctor præcedit episcopum non doctorem, etiã priùs promotum. Domi. in c. Isidorus. xvj. dis. propter glo. j. ibi dicentem, quòd non attenditur prioritas temporis, sed maioritas authoritatis: per quam glo. dixit Domi. in c. episcopus. j. col. xvij. dist. quòd si unus canonicus est maior altero nobilitate, uel scientia, præcedit alium etiam priùs receptum. Ad quod etiam allegat, quod not. gloss. in c. sexta synodus. xvj. dis. & Arch. in c. quoniam. ea. dis. ubi infert Arch. in fi. suæ gloss. maioris, quòd maior præponitur, quamuis tempore sit posterior: quia ibi una synodus posterior tempore præfertur propter maiorem authoritatem. Pro quo etiam dicit facere, quod habetur in l. j. iuxta fi. C. de consulib. lib. x. ubi uide, secundum eum. Habens plures gradus, quorum nullus per se sufficit ad præcedendum alium, non præcedet uirtute omniũ ipsorum. Lud. cons. cccxxxiij. Quo ad primum. uer. quo ad secundum. uolens, quòd licentiatus in Decretis & magister in Artibus non præ-
3 cedit Decretorum Doctorẽ. Vide ibi. ¶ Primò † licentiatus, postea doctoratus, præcedit illũ, qui medio tempore fuit doctoratus. Ang. Are. in §. quædam. Inst. itu. de ac. per text. sing. in l. j. C. de consulibus. lib. x. quem tenemenți: quia fuit in facto, secundũ eum, cuius uerba ponit Alex. in l. j. ff. de obsequijs. in apostillis. Iunior excellens uirtute & probitate, præfertur antiquiori: glo. in §. ordinatione. in uer. omnino. in authẽ. de mona. quam sequitur Ang. ibi, & Lud. in l. cùm quid. ff. si cer. pe. & ibi Alex. & notat Sali. in l. prouidendum. per illum tex. C. de postul. & Lud. in l. si uerò. §. de uiro. iiij. fallen. so. ma. addens tex. in c. episcoporum. lxxiiij. dist. & in l. unicuique. C. de præpos. sacro. scri. lib. xij. Et ibi dicit esse text. quòd talis maior excellentia probatur per xv. testes. ¶ Scholaris optimi intellectus & summæ peritiæ, præferendus est doctori in honoribus & commoditatib. Lud. in d. l. si uerò. §. de uiro. Allegat glos. j. in l. j. C. de anno. ciui. lib. xj. de qua exclamat: sed non credo uerum, quia nulla peritia confert alicui priuilegia doctoratus, secundum Card. in cle. ij. q. ij. uer. viij. de magist. Tamen illa glos. potest procedere eo modo, quo loquitur, dicens, facilius aduocari scholares optimos, quàm doctores insufficientes: quam etiã allegant Lud. & Alex. in d. l. cùm quid. addentes tex. in l. sed & reprobari. ff. de exc. tut. in uer. ualde tamen disciplinis instructos. & quod ibi Bal. dicens, propter scientiam multùm eminentem maiorem prærogatiuam deberi, & posse à statuto recedi: & hoc uerbũ quotidie allegatur ad multa, ut etiam per Lud. in l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arbi. per illũ tex. in uersi. quod puto uerũ. & eius sit authoritatis arbiter, etc. ubi cõceditur arbitro magnæ authoritatis, q; possit pronunciare in secessibus: expone, in uiridarijs, uel alijs locis delectabilibus, quæ sunt extra ciuitatem, secundum glos. in §. multæ. in uer. aditis. in authen. de testi. & Alb. in d. §. si arbiter. in fin. ¶ Præcedit etiam, qui diu legit, & maiora stipendia habuit. Abb. in c. clerici. de iu. pro quo facit l. j. C. de offi. magistri off. secundum Alex. in d. l. cùm quid. quem, & si aliàs non solitum in talibus instare, puto ibi se extendisse, dum Paduæ legeret propter acerrimam cõtentionem, quam de præcessione habuit cum Bartho. Cæpo. utpote fortè sibi imparem ex aliqua dictarum imparitatum, & subditi iuniorem præferri, quando habet dignitatem, & antiquior eam non habet: & allegat notata in c. statuimus. Et de his etiam per Ioan. de Platea. in l. j. C. de consulib. & ibi etiam per Anto. de Barulo, secundum

eum. ¶ Præcedit etiam Canonista Legistam, Legista Artistam, Doctor utriusque iuris merum Canonistam, Theologus omnes: hæc latè per Abb. An. Sic. & Franc. Are. in c. clerici. de iud. ubi etiam inuenies, quòd Legista, qui habet titulum in utroque iure, & ignorat canones, non præcedit bonum canonistam, post Petr. de Ancha. in c.j. de paro. dum loquitur de Legistis nescientibus Decretum: & hodie uidemus multos tales. Et quando Canonista præferatur theologo in promotionibus, uide omnes post Host. in c.j. de consan. & affi.

4 ¶ Doctor † præcedit militem. Bald. in procœ. ff. in fi. & in l. quod constitutum. ff. de testa. mili. post gloss. ibi. Fallit in doctorellis, secundum Bald. in d. proœmio, & sequitur Alexan. in l. centurio. ff. de uulg. & pupil. Pro quibus uide stupendum uerbum An. Sic. in proœmio Clementinarum, ubi dicit fuisse decisum in curia Ro. tempore Eugenij IIII. quòd prærogatiuæ datæ per regulas cancellariæ doctoribus, non competunt doctorellis imperitis & idiotis. Ex quo ipse infert fortiùs, quòd impetrans beneficium, nulliter impetrat, si narrat se doctorem, & est merus occupator illius tituli propter excellentem ignorantiam. Sed certè utrumq; dictum est falsum: quoniam doctor, quamuis ignarus, gaudet priuilegio doctoris, ut acutissimè probat Fran. de Are. præceptor meus, in d.c. cleri. de iudi. ubi uide. Adde etiam, quòd miles, qui militat ad latus principis, præcedit doctorem. Ange. in l. in testamento. ff. de testa. mili. Facit l.j. C. de præpo. lib. lib. xij. ibi, quos nostri lateris decus illustrat. Per quem dicit Bald. in rub. ff. de off. proconsl. quòd dignior est Cardinalis, qui assistit Papæ in curia, quàm qui extra curiam. Item in actibus militaribus præcedit indistinctè miles. Alex. in d. l. centurio. per text. qui bene facit, in l.j. in prin. C. de offi. ui. & ita per illum text. disputando terminauit Signorellius de Homodeis de Mediolano, secundũ Marti. de Lau. in tract. De dignitatibus, conclusione xvj. Et prædicta procedunt in actibus indifferentibus [a]. ¶ Miles imperialis præcedit ducalem: Fran. Tigri. in l. ij. per illum tex. ff. de albo inscri. secundum And. Sic. in c. quod clericis. de fo. cõpe. Facit, qd' no. Ab. ī c. postulastis. de concess. præbē. dicens, quòd inter milites ille est dignior, qui à digniore est factus. Vnde miles Papalis alios præcedit, secundum eum. Rector studij non præcedit episcopum, nisi sit scholaris in illo studio. Abb. in c. auditis. de elec. & in d.c. postulastis. Episcopus, qui est in capitulo, ut canonicus, non præcedit capitulum: tamen ratione dignitatis debet saltem habere secundum locum, in c. abbas. in d. c. postulastis. Et si canonicus est uicarius sui episcopi sedis in ca. & choro in loco aliàs suo, quando est ibi, ut canonicus. Do. in c. à collatione. ad fi. de app. in vj. Et ibi etiam de episcopo scholari, quem rector præcedit, secundum eũ. Archidiaconus præfertur præposito. Bald. in consi. in c. Arch. Quid posit in istis præcessionibus cõsuetudo, dicam post Abb. j. eo. statuimus. in prin. Ille dicitur dignior, qui est magis dignus ratione naturalis originis & antiquioris. Domi. in j. dist. colligens hoc ex glo. ibi, ex quo not. secundum eum, quando habès ordinare homines, uel prælatos, quem debeas præferre. Præfertur habens dignitatem in nobiliori loco, licet sit eiusdem nominis. Innoc. in c. fraternitatem. in fi. de do. dicens, quòd dignior est canonicus ecclesiæ cathedralis, quàm canonicus alterius ecclesiæ, licet in reditibus æqualiter superabundent. Facit c. statutum, §. j. de rescrip. in vj. & facit gloss. j. in c. à senatu. §. sanè. de hære. in vj. quæ dicit, quòd magis priuilegiatus præfertur. ¶ Clericus † secularis præcedit regularem. Patet in c. legi epistolam, & c. alia. xvj. quæst. j. Notat Ioan. And. in regula, delictum. lib. vj. in Mer. & gloss. fi. in cap. qualiter. lo ij. de accus. dicens, quòd dignior est cœtus clericorum, quàm monachorum. Notat Domi. in c. episcopus. xvij. dist. & dicit Chry. in suo dialogo, Si talem mihi aliquẽ adducas monachum, qualis, ut secundum exaggerationem dicam, fuit Helias, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulsus immobilis perseuerauit: & subdit, Si administranti sacerdotium monachales sudores conferas, tantum eos distare reperies, quantum inter priuatum distat & règẽ. Sed caue: quia ista uerba Chryso. loquunt de episcopis, sm Tho. in Quolibetis, quolibeto iij. artic. xvij. ubi latissimè disputat, utrùm presbyteri parochiales & archidiaconi sint maioris præfectionis, quàm religiosi: & per multa concludit, quòd non: maximè per talem rationem, lex priuata, quæ est lex spiritus sancti, ut est cap. licet. de reg. nunquam ducit hominem de statu magis perfecto ad statum minùs perfectum, sed facit hominem ascensiones in corde suo disponere, ut in Psal. Sed lex priuata ducit clericos seculares ad uitam regularem, c. duæ sunt. xix. q.j. Ergo status religiosorum est perfectior, quàm status plebanorum. Vide ibi solenniter, & cum dictis suis coniunge omnino Aug. de Anc. in tit. De potestate ecclesia. quæst. ciij. arti. ij. ubi tripliciter præfert religiosos presbyteris, etiam curatis, quo ad statũ perfectionis, facta mentione Chrys. ubi suprà, & dicit cap. duæ sunt. non muto per hoc, quod est dictum de præcessione clericorum. Hoc enim suadet antiquitas status, super quam procedunt. Non enim sequitur: talis status est perfectior, ergo honorabilior: sed inspicitur anterior origo. Gloss. in c. quorundam. in uer. prædictorum. de ele. in vj. & infrà dicam. ¶ Simplex sacerdos præfertur militi seculi. Io. And. in c. quo libentius. de seruis non or. per c. ante omnia. xl. dist. & c. Iulia. xj. quæst. iij. & sequitur But. & Domi. in d. c. ex quibus. Adde bo. text. in cap. quis dubitet. xcvj. dist. ubi sacerdotes dicuntur patres regum & principum. Quę iura & similia not. contra illos miseros sacerdotes, qui hodie faciunt se familiares capellanos & castaldos: &, quod deterius est, plerumq; lenones potentum laicorum existimantium esse sibi ad unum gradum gloriæ, imperare & conculcare in uilissimis obsequijs illos, quibus data est potestas ligandi & soluendi, quasi habentes clauigerum in famulum ac uile mancipium, liceat eis liberè peccare, quibus licet clauium ministro insolenter abuti: & hi sunt, qui de nobis dicunt, Vbi est Deus eorum? cui abusioni præbent magnam causam dispensationes, quæ per simoniam & subreptionem obtinentur à multis religiosis à Papa, & religionum uicarijs generalibus, per quas à iugo claustri absoluti uagantur per curias potentũ. dicentes, Laqueus contritus est, etc. ut per gloss. in cle. in plerisque. de elec. Istos, quoties loqueris, insere text. in cap. quantum libet. in fi. xlvij. dist. ¶ Fratres prædicatores præcedunt minores: gloss. in c. quorundam. in uer. prædicatorum. de elec. in vj. & glo. ij. in c. fi. de pac. eo. lib. Ioan. And. in c. Ioannes. de testa. ratione antiquioris institutionis [b]. Vnde ordo literæ hoc indicat in dictis iuribus, & in c. in his. de priui. & in c.j. §. sanè. de reli. do. in vj. & in c.j. de priui. eo. lib. & in c. nimis. ij. de excess. præb. Notat Bald. in d. l. obseruare. §. antè quàm. & Petr. de Mon. in d. tractatu De Papa & conci. xxiiij. col. uersic. quintò quæro. Facit etiam c.j. de deci. in vj. in suprascriptione. Notat Per. de Anch. ponens tempora institutionis dictorũ ordinum, consi-

a *Indifferẽtibus*] *Adde dom. Signo. de Medio. in suo consi. incip. in nomine Domini: amen. Vtrùm doctor in signum honoris, etc.*

b *Institutionis*] *Adde, quòd ordo Prædicatorũ sancti Dominici incœpit anno Dom. M. ccxvj. & ordo fratrum minorum incœpit anno Domini M. ccxvj. Ordo uerò seruorum sanctæ Mariæ incœpit anno Domini M. ccxxx iiij. Et adde, quòd sanctus Dominicus obijt anno Domini M. ccxxj.*

Rubrica.

mihi ccx. Franciscus antiquus parochianus sancti Romani. Quæ tempora ponit etiam Io. An. in d.c. quorundam. Et sequitur ibi Domi. in prin. dicens per illam glo.

6 haberi, qualiter † religiosi debeant ordinari in processionibus & alijs actibus, quibus intersunt religiosi. ¶ Monachi præcedunt canonicos regulares. Abb. anti. & modernus in c. auaritiæ. de præb. respondendo ad subscriptionem illius c. cui etiam respondetur per Car. & Imo. ibi idem tenentes. Facit c. Deus, qui. de ui. & honest. cle. & rub. de statu mo. & cano. re. ubi præponuntur monachi. Et de origine & antiquitate uitæ monachalis, latè scribit Polycratus in vij. li. c. xxj. quod incip. licet autem. Facit etiam cap. ij. de sup. negli. præla. ubi primò nominantur monachi. Ad idem c. pernitiosam. xviij. q. ij. ubi Papa enuncians quasdam regulas approbatas, incipit à regula sancti Benedicti & Basilij, & postea nominat Augustinum, à quo dicuntur regulam habuisse canonici regulares. Ergo arguendo ab ordine literæ, monachi præcedunt: de quo arg. dixi satis de rescrip. cùm dilecta. uer. ordo scripturæ. Et secundum prædicta uidi consultum per singularem & solennem uirum dom. Baptistam de Cacialupis, tunc consistorialem & principalem aduocatum, cui consilio multi se subscripserunt, & requisitus noluí impedire inter hos religiosos propter parem & magnam deuotionem in ipsis meam ac familiarissimam charitatem: & licet fortè uita canonicorum fuerit antiquior, non tamen sequitur, quòd fuerit primò approbata. Et de priori approbatione uitæ monachorum, patet ex dictis & allegatis suprà, ad hæc, cap. quod de sta. mo. ubi dicitur, quòd canonici habent regulam laxiorem, nec propter digniorem authoritatem inducitur maioritas in præcedendo. Patet inter minores & prædicatores, ubi non consideratur, quòd S. Franciscus fuerit accensioris deuotionis Dominico, nec inspicitur, an uita actiua, de qua participant canonici, excedat contemplatiuam monachorum: quia sequeretur, quòd Mendicantes deberent præcedere non mendicantes, contra præmissa:

7 nec expeditum est, an † actiua uita sit digniorémo est disputatio de hoc, ut per gloss. Arch. & Doct. in c. sancta quippe. ij. q. vij. & latè Archi. in c. in scripturis. viij. q. j. super uer. proximus. & per August. in Homelijs beati Ioan. Euangelistæ, & Archid. in c. qui episcopatum. in gloss. sua. incip. de uita actiua. viij. quæst. j. & eleganter August. de Ancho. De potestate eccle. q. xcviij. per totum, & S. Thom. ij. ij. q. clxxij. art. j. & glo. magnam, Lucæ x. c. in fi. super uerbo, Maria optimam partem elegit. Et super eodem Euangelio moraliter beatum Tho. in sua Cathena aurea, quæ dicitur Continuum: tex. gloss. & Doc. in c. nisi cùm pridem. §. uerum. de renun. ex quibus uidentur, solubiles rationes adductę in libello domini Eusebij de Mediolano canonici regularis, in quo

9 impugnat opi. Doct. in d.c. auaritiæ. Pro quibus ultra omnes præfatos consulentes adduco rotundam decisionem Dominici, quam miror eos omisisse in d.c. episcopus. xvij. dist. ubi dicit, quòd monachi debent præferri canonicis regularibus, quia Benedictus, qui composuit regulam monachorum, quæ est approbata, ut patet in c. super eo. de regul. fuit approbatus ante regulam Augustini, qui fecit regulam canonicorum regularium. Respondet ad suprascriptum c. auaritiæ. ut ibi per Host. & Ioan. And. quòd canonici ibi præmittuntur in uitio auaritiæ, non in merito religionis: & inducit Domi. dictum Arch. in c.j. de deci. in vj. ubi ex ordine literæ infert præferendos Prædicatores Minoribus. Non est ergo dicendum solùm dictos abbates fauisse monachis, cùm & Domi. & alij idem dicant, ut uides. Et pro illa responsione ad c. auaritiæ. adde text. in c. de regularibus. de simo. ubi in uitio simoniæ prænominantur canonici regulares. Non est tamen temerè inferendum, quòd ubicunque in actu uitij aliqui priùs nominantur, illi sint minùs digni. Hoc enim esset contra ordinem seruatum in c.j. de dec. in vj. ubi Fratribus, Prædicatoribus & Minoribus, qui Pisanos à solutione decimarum retrahebant, scribitur reprehensorię: & tamen præmittuntur Prædicatores, sicut etiam in actu

8 honorabili. Ad idem c. ij. de sup. neg. præl. ¶ Cæterùm † ad cognoscendum præeminentias unius religionis ad aliam, & quæ dicatur arctior, uide supra omnes theologos & canonistas elegantissimè Ioan. And. in c. sanè. de regula. cuius dicta abbreuiatè sequitur Archiepiscopus Flo. in ij. parte iij. partis suæ Summæ, tit. xvj. uersic. præeminentia unius religionis ad aliam. & cõueniunt remissiones, quas suprà dedi, de uita actiua & contemplatiua: & multa de similibus præfectionibus statuum religiosorum ponit Aug. de Ancho. in d. li. de potestate ecclesiæ, q. ciij. cum iij. sequentibus. ¶ Not. etiam, quòd qui sedet à manu dextra superioris, dicitur magis honorari sedente ad sinistram: glo. iij. in l. decernimus. C. de sac. san. eccl. & ibi Bal. in iij. not. dicens, quòd primogenitus regis sedet à dextris regis: & est gloss. ij. in cap. quàm periculosum. vij. q. j. Et qui sedet, dicitur honorari magis, quàm stans. Bald. in l. quoties. C. ubi sena. uel cla. per illum text. in uer. sedenti quoque in alia parte. ubi uir in dignitate constitutus, litigans coram iudice, non debet stare, sed sedere paulò inferiùs. Et arguit Bal. ad episcopum accusatum, qui non debet stare coram iudice, sed sedere, ut est dictum. Et ille, cui rex assurgit, dicitur ab eo præhonorari. Ange. in l. cùm salutatus. C. de sen. pal. per illum tex. in uer. processit. ubi imperator salutatus ab illustribus, aliquantulum assurgit: Carolus autem IIII. imperator cardinali eum uisitanti in totum assurgebat, secundum Ange. ibi. Et dicit text. in cap. præcipimus. xciij. dist. quòd si inferior intrudit se temerè in loco maioris, debet expelli & priuari loco proprio, ultimusq; post alios in opprobrio poni. Facit lex, neminem. C. de off. magistri offic. ibi, in locum, ex quo indecenter emerserat, reuertatur. ubi non ponitur in ultimo, sed in pristino loco: & ex hoc fortè d. capitu. præcipimus. seruabitur in casu suo. ¶ Et limita, ut dicit text. in dicto cap. præcipimus. nisi minor esset substitutus maiori: quia tunc in actu, in quo est, ut uicarius suus, sedebit in loco maioris. Quem text. in hoc extollit Ludoui. sing. cccxl. Bart. in l. si filius. inferens, quòd uicerector honoratur, ut rector. Ad quod etiam uide Abb. in cap. cùm olim. in j. not. de offi. deleg. Card. in cle. j. in vj. oppo. de offic. uic. An. Sic. omnino in cap. sanè. lo j. de offi. dele. & melius Alex. in rub. ff. de offi. eius, cui man. est. in antepo. col. uer. tamen circa hoc aduertendum puto. & Ang. Are. in rub. Insti. de excep. uersic. secundò ex dicto gloss. & loca ab istis Moder. allegata, quos non extra materiam nominasse

9 sufficiat. ¶ Et adde, quòd † iudex debet reuerenter salutare, & facere sedere consistoriales principis ad eum accedentes: aliàs punitur, l. fin. C. de offi. diuer. iudi. Fallit, ubi litigant & uadunt horis iuridicis ad iudicem: quia non sedebunt: secus, si horis non iuridicis, l. j. C. de offi. ciui. iudi. cum gloss. Filius doctoris debet cæteros præcedere in collegio & matricula doctorum, secundum Martinum de Laude, in tract. de dignitatibus, conclusione xvij. dicentem se ita aliàs dixisse propter dictum Bald. in l. Gallus. §. quidam rectè. ad fi. ff. de lib. & post. ubi dicit, quòd tales debent gratis doctorari: & cæteris paribus, præferri alijs, allegando gloss. in l. iubemus. in uer. sumptibus. C. de aduo. diuer. iudic. Cardinalis non episcopus, præcedit episcopum. Abb. post Card. in c. ecclesia. lo ij. ult. col. de elec. quia est maior in officio, licet episcopus sit maior ordine, cap. quanquam. cum glo. ij. q. vij. Idem Ab. in c. quod super his. in lectura Parmensi, de fide instru. & ibi latè Bellenci. allegando Bart. in l. j. §. si quis in app. circa prin. ff. de appe. ubi dicit, quòd cardinales non habent maiorem

dignitatem, quàm episcopi: sed habent maius officiū, sicut dicimus in consule, qui est maior præfecto, quo ad dignitatē: sed præfectus est maior cōsule, quo ad administrationem. Et ista distinctio maioritatis inter cardinalem & episcopum, ponitur etiam per Domi. post Host. in c. j. de offi. le. in vj. Et ita intellige, quod no. Abb. in cle. j. circa prin. de excess. præ. dum allegat d. c. quanquam. ij. q. vij. & dicit, quòd glo. in d. cle. j. in uer. superiores. sentit, q̄ Cardinales sint superiores episcopis, dum eos non nominat. Dicit Dom. in d. c. quanquam. in fin. q̄ quicquid sentiat ibi gloss. Archi. & Ioan. de Li. dignitas cardinalatus est maior post Papam quacūq; alia dignitate, cùm cardinales unà cum Papa iudicent omnes, & ipsi à nemine iudicentur, ix. q. iij. nemo. & c. aliorum. cum sequentib. Allegat Hostien. in c. dilectus. Io j. de præben. & tu uide etiam Ioan. And. ibi, qui hoc refert, dicens, quòd hodie non fieret, sicut ibi, ubi de cardinali factus est episcopus: nam esset descendere: & quòd curia Ro. tenet hodie, quod est dictum, non esse maiorem dignitatem cardinalatu. Et sequitur ibi Imol. Et stante isto stylo curiæ, non erit uerbum, quòd episcopatus dicatur culmen dignitatum, ut dixit gloss. ij. in cap. ij. de præben. in vj. & Cardi. in clem. j. in v. not. de renun. per illum text. singu. & Abb. in c. solitæ. infrà eodem. dicens idem de summo pontifice. ¶ Sequitur etiamq, uòd sicut facta mentione dignitatis non uenit episcopatus, ut dicunt isti nunc allegati, & Dominic. pulchrè limitans in cap. auaritiæ. uersi. quæro, an iste textus, de elec. in vj. & facit c. quia periculosum. de sent. excom. in vj. & cap. inquisitores. de hære. eo. lib. & gloss. in c. felicis. in uer. pontificalem. de pœnis. eod. lib.

a & not. Io. in c. dilectus a. ibi, & ex hoc dicimus. de concess. præben. & Card. in cle. ne in agro. §. si quis. in iiij. q. de stat. mo. & Inno. in c. sedes. de rescrip. & Per. de Anch. in rep. c. si propter. de rescript. in vj. & But. in c. cùm Vintoniensis. de elec. & Spec. de leg. §. postremò. uer. quid si dispensatum. ita etiam non ueniet archiepiscopatus, nec cardinalatus, facta mentione dignitatis in materia restringibili, nisi lex indefinitè loquatur, uel uerbis prægnantibus. Primum probatur in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. cū infinitis iuribus simpliciter loquentibus, & tamen ligant omnes. Secundum probatur ex his, quæ dixi in c. ad aures. in viij. conclu. de rescrip. ponendo, quòd uerba generalia ligant Cardinales. Et considera, quòd licet episcopatus dicatur culmen dignitatum, c. uenerabilis. de præben. tamen Papatus est etiam culmen, ut dicit Abb. in d. c. solitæ. Vnde sicut episcopatus non est supremum culmen, ita potest fortè dici culmen: & tamen cardinalatus dicatur aliud culmen, ut dignius. Et idem de archiepiscopo, patriarcha, & primatu. Cardinalatus etiam dicitur officiū. Cal. de transla. præ. consi. j. Bald. in c. bonæ. j. de postul. præ. in prin. dicens, quòd est officium, non ordo episcopalis. Et dicit Card. post Mathe. in cle. ne Romani. §. porro. in iij. not. de elec. quòd est summus gradus in ecclesia post Papam. Cætera de cardinalibus uide per Martinum de Laude, An. Sic. & Fran. Pa. in suis tractatibus de Cardinalibus. Paulus posuit suum post tractatū De sede ua. Alia etiam ponunt Dictionarij in uerb. cardinalis. & omnes tit. Cardinalium. Ponit Pet. de Monte in lib. de Papa, & concil. lxvj. & plenius Albe. de Rosa. in rub. ff. de statu ho. in j. cōmēto. Et ibi postea latissimè ponit nomina omniū sediū episcopi, archiepiscopi, & patriar charū, quæ sunt in mūdo: & fortè ab ordine literæ, quā puto eum habuisse ex Ro. curia, possunt inseri, quæ precedunt inter illos ibi enumeratos. ¶ Signa † maioritatis sunt hæc: sedere immediatè post episcopum, subscribere primo loco, imponere literas sigillari, seruare iura capituli: & ideo si contingeret, quòd uni competerent hæc, alteri uerò competeret plena administratio uacante sede episcopali, tamen primus diceret maior, etiamsi ille gerens uices episcopi imperaret illi alias maiori. Ioan. And. in c. fi. de offi. leg. in vj. & ibi Domi. in prin. Et ita dicit ibi Ioan. And. se consuluisse in ecclesia Taurinensi contra archidiaconum pro præposito, cui ex consuetudine competebant dicta signa, licet uacante sede archidiaconus gereret uices episcopi: quia ista potestas temporalis, & nō duratura, non facit eum haberi maiorem, ut ipse latissimè probat. Et eisdem rationibus dicit se cōsuluisse, quòd in casu extrauag. execrabilis. non comprehenditur prælatus ecclesiæ aliàs non curatæ, cui sede episcopali uacante defertur administratio spiritualium & temporalium per statutum ecclesiæ. Constat enim, quòd posset habens tale beneficium, quamdiu uiueret, illud exercitium non habere, ut quia tempore suo non uacat sedes. Ad quod etiam uide Ioan. And. super rub. de concess. præben. Et possibile est, duas esse dignitates eiusdem ecclesiæ, & nō appareat, quæ sit maior, putà si quælibet insolidum, uel ambæ coniunctim exercent omnem maioritatem, uel uicibus alternis. Ioan. And. in d. cap. fi. inferens, quòd nullam illarum poterit sibi reseruare legatus, per illum text. Dixit etiam Rot. in nouis, cccxlix. Item fuit dubitatum hodie. de elec. iiij. quòd ubi dignitas est electiua, & habet administrationem bonorum temporalium, & prærogatiuam in c. ista tria signa denotant maioritatem, nisi aliud habeat consuetudo: & loquuntur de præposito & decano. Quomodo autem cognoscatur dignitas, uide Ioan. And. & omnes de præben. de multa. Domi. de consue. c. j. in vj. Et in hoc multum inspicitur consuetudo. Dicta signa maioritatis reassumit etiam Card. consi. xxxiij. In hac dubia causa. tj. char. dicens, ex ipsis causari maioritatem, etiamsi nullam iurisdictionem, uel curam habeat. Possibile enim est, quòd ubi non est archipresbyter, neque archidiaconus, decanus gerat uices utriusque, & sit primus post episcopum, licet aliàs, ubi sunt illæ duæ dignitates, præcedant decanum, & ipse non sit primus post episcopum. Card. pulchrè consi. lxiij. In ecclesia Belunensi. in prin. Non ualet consuetudo, quòd archidiaconus præcedat uicarium episcopi. Abb. consi. xxj. quia caret ratione, & non potest induci, nisi ex quadam ambitione, uel stultitia, per c. legimus. xciij. dist. Et quòd de iure debeat præcedere uicarius episcopi, latè probat Abb. consi. ibi præce. incip. Casus, super quo consilium petitur, talis est, quod principium consilij deficit in consilijs impressis, in quibus deficit magna pars consilij xx. & j. col. consi. xxj. & in dictis duobus consilijs, quæ fecit contra archidiaconum Vulteranum, inuenies multa facientia ad huiusmodi materiam præcessionum. Item pro iucunda & larga recreatione circa prædicta, uide glo. Nico. de Lyra in præludijs ad librum Psalmorum, dum in ij. col. cum sequentibus solenniter disputat, u

11 trùm † Dauid fuerit maior omnium prophetarum: & facit comparationem de eo ad Moysen. Et in responsionibus, quas fecit ibi pulchrè Burgensis, & in correctorio ibi posito ad gloss. Bibliæ inuenies, an ea, quæ extrinsecus aduenium, faciant quem dici maiorem: putà, si homo habens magnam gratiam & uirtutem, dicatur excellentior, licet gratia & uirtus non sit de essentia hominis, sed accidens: & ibi similia ualde accommodabilia ad multa, & inter nostros nunquam nominata, ne dicam gustata. ¶ Conuenit † etiam pulchra

12 disputatio magistri Roberti de Letio in sermonibus de aduentu Christi, xxiij. incip. dilectus meus mihi, & ego illi: dum pulchrè examinat, quis fuit maior, an Ioannes Euangelista, an Ioannes Baptista. Et similis est discursus elegans Leonardi Vtinensis in suo Festiuali in sermone Ioānis Euangelistæ, inci. Si eum uolo-

dum

a *In c. dilectus] Vide ad hæc ibidem per Gemi. & adde Card. in cle. j. vij. nota. de seq. poss.*

dum ponit, quis fuerit maior, an Petrus, an Ioannes Euangelista? de quo etiam aliquid per Robertum, ubi suprà. & adde Imol. in l. qui soluendo. la ij. ff. de hær. instit. ubi dicit post Ange. q̄ ordo ambulationis notat præeminentiam honorum. Et claritas tituli designat claritatem & præeminentiā honorum. Allegant iura, de quibus per eos. Ille dicitur maior, qui sedet in altiori loco, & qui stat proximior prope Dominum. Glo. Institu. de bo. pos. §. aliam uerò. in uerbo, altiore. Sequitur Imo. in d. l. qui soluendo. la ij. ff. de hær. instit. Facit, quod est in Symbolo, Sedet ad dexterā Dei patris. Non dicitur pati præiudicium in reditibus ille, cui alius præfertur in sessionibus. Text. de consue. cùm olim. Et colligit ibi Bald. in princ. quòd antiquiores clerici & doctiores debent alios præcedere, postea reliqui per ordinē. In quo uerbo innuit, quòd doctor etiam tardiùs receptus, præcedere debeat. Abbas non præcedit capitulum ecclesiæ maioris. Domi. in c. quamuis. el j. de præben. in vj. per illum tex. Tamen præcedit singulos canonicos: Domi. in c. fi. de off. dele. in vj. de quo per And. Sic. de off. dele. pastoralis. in prin. in ult. char. Doctoratus ab imperatore præcedit alium, licet priùs doctoratus ab inferiore: dicetur in c. per tuas. uer. per istum text. dixit Lud. infrà eo. ¶ De excellentia obedientiæ dicetur aliquid infrà eo. illud. & in aliis locis huius ti. Si testator iuserit, ut post obitum quorundā hæredum hæreditas deueloueretur ad maiorem de certa domo, nō intelligitur de maiore scientia, dignitate, pecunia, aut diuitijs, sed ætate: quia uerba habentia intellectum naturalem, debent intelligi naturaliter, l. fi. C. de his, qui ue. æta. impetra. c. susceptum. de rescri. in vj. Ita consuluit Bal. quem sequitur Pet. de Anch. in repe. c. j. de consti. fo. xlvj. uer. ergo habui hoc etiā de facto. Pro quo facit text. in l. j. in prin. in uer. maiores ac posteros liberamus. C. de impo.

lu. del. lib. x. ubi ille dicit maior q̄ est

a *Maior natu] Qui autem dicatur maior natu, uide do. Soc. consclij. incip. Visis instrumētis. uersi. ex quibus uerbis. in ij. parte, char. cxlvj.*

a maior natu a. Et illū text. extollit ad hoc An. Sic. in rep. l. cū acutissimi. fo. xvij. C. de fidei. Adde tex. in c. is, q. in uer. maiorum sepultura. de sepul. in vj. & in c. lex est. in uer. maiores natu. ij. distin. cum concor. de quibus per Alb. in Dictionario in uerb. maior. ibi, maiores natu. & uide Alex. consi. mihi cccclxxxviij. Ponderatis uerbis statuti. ubi etiā latè probat, quòd in

1 ultimis uoluntatibus appel. maioris intelligitur de maiore natu, post Pet. de Anch. ubi suprà. Bene facit ultra ipsum, quod no. Pet. de Anch. in consi. xxiij. Non seruato ordine dubiorum. dicens, quòd si testator in loco aliorum deficientium substituit duos antiquiores, non solùm ueniunt antiquiores existentes tempore testamenti, uel mortis testatoris, sed etiam antiquiores omnes gradatim: quia cùm testator substituerit nomine appellatiuo, & non proprio, uidetur in dubio substituisse, nō respectu personæ eorum, sed agnationis. Ex quo consi. infert Lud. consi. ccccxxxviij. penul. col. q̄ si testator in substitutione uocauit filium maiorē ex filijs masculis Titiæ, non intelligitur solùm de filio maiore Titiæ, qui extat tempore testamenti, seu mortis testatoris: sed etiam, qui tempore substitutionis maior est, licet

13 defunctus sit alius maior. Et hæc not. ¶ Maiores † & b antecessores dicuntur b ultra tritauū: & parentes dicuntur usque ad tritauum, l. iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. l. iij. §. parentes. & ibi gloss. ff. de ius uoc. Per quæ iura dicit Alb. in j. parte stat. quæst. lxxviij. si statutum dicit. quòd si orsundus de aliqua communitate recedat, & probetur, quòd sui maiores & antecessores fuerunt inde oriundi, compelluntur redire ad standum cum dicta com-

munitate: modò probatum est, quòd aliquis, & pater eius, & auus fuerunt inde oriundi: ista probatio non sufficit per dicta iura. ¶ Limita hoc, nisi essemus in materia larga, in qua uerisimiliter censeretur cogitatum de patre & auo, ut per Oldr. eleganter consilio xxv. Thema tale est, quem sequitur Ioan. And. in addi. Spec. super rubri. de sepul. & Domi. in d. cap. is, qui. dum dixit, quòd mortuo aliquo, sepultura non electa, sepelietur in sepulchro patris & aui, non autem proaui, uel tritaui: quia uerisimile est, quòd elegisset sepulturam illorum, ratione maioris dilectionis: & quia etiam in patre & auo uerificatur hoc uerbum Maiores. Allegat l. si cohortalis. ibi, cui maiorum suorum. C. de cohort. lib. xij. ut latiùs per Old. & prædictos, pro quibus bene facit l. si in emptionem. in uer. quod maiorum eius fuisset. ff. de mino. Et secundum hanc limitationem potest procedere, quod scribit Cicero contra Salustinum, ibi, Ego meis maioribus uirtute mea præluxi: ubi Cicero non intelligit se præluxisse his tantum, qui supra tritauum fuere, sed proximioribus: & per illum text. Ciceronis multum inuehitur Valla contra iurisconsultum in dicto §. parentes. sua elegantia ccclxxv. incip. Patres, inquit Paulus. ibi uide. Et istis adde, quòd in diuisione patrimonij ille dicitur frater maior,

c qui diutius administrauit c, non qui primò natus est. Abb. post Host. c & alios in capitu. j. de paroc. per illum text. Facit, quod dicetur infrà cap. proximo, ad fin. Et ista omnia bene nota.

Administrauit] Adde Bart. in l. sodales. ff. de colleg. illicit.

SVMMARIVM.

1 *Prior collegij, uel caput capituli, si deficit, quis debeat congregare collegiatos, uel canonicos.*
2 *Antiquitas quas prærogatiuas confert.*
3 *Imperator quando congregat concilium.*

CAPITVLVM I.

1 Vm certū. ¶ In quātum concludit Abbas post Innoc. & omnes hîc, quòd † ubi deficit prior collegij, uel caput capituli, & cōgregatio nō spectat ad aliquem de iure speciali, tunc antiqor cōgregat, & cōstituit in contumacia non uenientes, sed non mulctat, nisi aliud habeat consuetudo. Adde Abb. de elect. in causis. ibi, sed aduerte. ubi dicit, quòd idem tenet Innoc. in c. ij. de ope. no. nunc. Sed re uera Inno. potiùs uult ibi contrarium in uer. quando autem clerici sunt dispersi. Nam primò dicit, quòd si clerici sunt dispersi, debent uocari per illum, qui est caput capituli, siue sit præpositus, siue alius, ad quem spectat uocatio capituli. Postea subdit, si autem nullus est, ad quem pertineat ex officio uocare, ad hoc, ut teneat, quod fit, oportet quomodocunque eis placet, quòd ad minus conueniant duæ partes illorum, ad quos pertinet facere illum contractum, & illi debent uocare alios, qui modò uocati possunt. In istis uerbis uult expressè Innocen. quòd antiquior non conuocet: quia dum loquitur de capite, intelligit de persona habente officium. Patet, dum dicit, si autem nullus est, ad quem ex officio, etc. & uult, quòd conuocatio spectet ad duas partes præsentium, ubi non est caput: & ista fuit etiam opinio Bar. l. omnes populi. ibi, quæro secundò principaliter. ff. de iustit. & iu. quam latè impugnat Abb. dicto cap. in causis. & cum Bart. uide Nic. Mylum in repertorio in uerbo uniuersitas. §. j. ¶ Quæ sit uerior opinio, scripsi de consti. cùm

omnes. ult. char. & ibi dictis adde Bald. in tractatu De syndico, quæst. xxxv. ubi dicit, quòd si sententia in syndicatibus debet ferri in præsentia antianorum, & antiani nolunt interesse, sufficit eos legitimè requirere, & eorum contumacia habebitur pro præsentia. Et dixit Iaco. de Are. in l. si legatario. §. si à duobus. & in leg. non tamen. ff. de fidei. liber. per illa iura, quòd ab electione faciunt se alienos, qui per contumaciam absunt, & electioni interesse nolunt, & quòd ad suos collectores transfertur ius eligendi. Allegat etiam cap. cùm nobis olim. de elect. Et sicisti innuunt, quòd non requirantur duæ partes. Si autem sunt congregati in sufficienti numero, tamen multi noluerunt dare uocem, illi habentur pro affirmantibus. Baptista in dicta l. omnes populi. fol. viij. dicens se ita respõdisse Senis. Pro ipso adduco doctrinam Innocen. de loca. uestra. quòd ubicunque aliquis uocatur, ut consentiat, uel contradicat, si est postea in actu præsens & tacens, habetur pro consentiente. Sequitur Fede. consil. xvij. Archi. de conse. dist. iij. pronunciandum. in fin. Abb. in c. fin. de ferijs. Bu. de consti. cùm omnes. & eodem tit. quæ in ecclesiarum. ult. col. Quamuis Ioan. And. & Bu. in. d. cap. uestra. dicant contrarium, quando materia esset onerosa tacentibus, propter doctrinam Innoc. de elec. in genesi. cum similibus. Sed gustando Innoc. ut facit Abb. in d. cap. uestra. in fi. procedit dictum Innoc. quia non simpliciter est iste præsens & tacens, sed illa uocatio, ut animum suum dicat, operatur, quòd tacendo affirmat: quod perpetuò no. Si tamen ageretur de alienatione rei eccle. non sufficeret taciturnitas: quia de iure requiritur consensus expressus capituli. Archi. in c. sacerdotes. xvj. q. iij. & in c. exceptiones. xij. quæst. ij. & Ioan. And. in regula, is qui tacet. nisi esset alienatio ad tempus: quia sufficit consensus tacitus: gloss. de his, quæ fi. à præla. continebatur. & de re eccle. non alie. cap. j. lib. vj. in uer. perpetuis. Ioan. And. in Spec. super rub. de reb. eccle. Reliqua ad dicta Inno. in dicto cap. uestra. prosequere, ut dixi in cap. cùm omnes. de consti. uer. iuxta hoc posuit Innoc. ubi ipsum limitaui etiam duobus modis ultra limitationem prædictam, adaptando dom. Abb. in dicto cap. in causis. j. col. Si actus congregationis capituli non fit iuridicè, tamen si capitulum congregatum expediat actum solenniter, ualet actus, nisi absentes uelint agere de contemptu, cap. egregiè. de iurepa. consi. xj. Pro quo uide Bart. C. de decu. lib. x. obseruare. ubi dicit, quòd si non apparet, quòd materia fuerit proposita in uniuersitate, prout statutum requirit, tamen si constat de uoluntate concilij, quòd aliquid statuit, ualet. Vnde dicit Paul. de Cast. in leg. uniuersis. C. de preci. imper. offe. & in leg. j. ff. de consti. prin. quòd si concilium debet congregari ad sonum campanæ, & uocem præconis, & materia certo modo proponi, deinde contingat fuisse congregatum, ac reformationem fuisse ordinatam, tenet[a], licet non appareat de obseruantia dictarum ceremoniarum. Vnde infert ualuisse deliberationem uniuersitatis scholarium factam olim Paduę super facto nouæ rectoris omissa requisitione ueteris rectoris requisita à statuto, si aliàs interuenit debitus consensus. Intellige sanè, dum modò illi congregati habeant potestatem condendæ legis, & derogandi illi statuto. Bal. in l. j. ff. de il. Cuius dicta impugnat Alex. in l. j. ff. ad l. Fal. Tamen conatus fui sustinere dictum Bal. de rescri. cùm dilecta. in prima limitatione data super obseruantia formæ. Et hæc no. ut nouissima, præterea, quæ dixi in d. c. cùm omnes. ¶ Demum circa aureum dictum Innoc. hîc adde Bal. de pace Cõstan. in uer. ego, ubi ex hoc infert, quòd ille, qui est nobilior & potentior in liga, intelligitur superior ad conuocandum illos. Et istud dictum Inn. sequitur etiam Bal. in rub. pro socio. in prin. Et dicit Bar. in tracta. de tyranno, quòd qui antiquior est in domo, habet quasi prærogatiuam cogendi etiam alios de domo. Appellatio seniorum ecclesiæ intelligitur de canonicis. Domi. in c. non est. ad fi. de consue. in vj. Facit glo. fi. ibi. Si fit mentio de maioribus canonicis, non intelligitur de maioribus, id est, potentioribus: sed de maioribus receptione, uel scientia. Abb. in c. quæsiuit. in prin. de his, quæ fi. à ma. par. cap. Quando aliquis habet citare capitulum, sufficit, si det literas maiori de capitulo. Arch. xliij. dist. comessationes. Cessante consuetudine non est maior in c. antiquiore. Abb. de elec. auditis. & de re iudic. cum olim. Nõ inspicitur in proposito antiquitas ratione ætatis, sed respectu seruitij diuturnioris: gloss. in c. fi. de consue. in vj. de qua facit ibi festum Domi. ad fi. princ. Sic intellige Bar. in l. ij. C. de decu. lib. x. dum dixit, quòd senior congregat capitulum. Allegat Inno. hîc. Et si constitutio ecclesiæ dicit, primus eligat, uel conferat, intelligitur de primo, qui est maior in dignitate: non autem de illo, qui est primus ratione temporis. Domi. in c. quamuis. in fi. xxj. dist. propter gl. ibi in uersi. prima. in fi. Ex qua notat, quòd ille potest dici primus, qui est primus ratione dignitatis, non autem, qui est primus ratione temporis. ¶ Multa † priuilegia, quæ competunt uiris antiquioribus, ponit Lud. Ro. inferens etiam istud in l. si uerò. §. de uiro. iij. fal. ff. fol. ma. Et x. ponit Arch. in c. domino sancto. ad fi. l. dist. Aliquid Bald. hîc, & in c. j. suprà, de renun. ubi dixit per illum tex. quòd plus ualet umbra senis, quàm eloquentia iuuenis. Et quòd senes præferantur in electione, responsione & subscriptione, uide gloss. j. in c. statuimus. lxj. dist. ¶ Et dicta Inn. hîc inducuntur ad materiã congregandi concilium, maximè quando Papa in hoc est negligens, aut duo contendunt de Papatu. Ad quod uide Car. in repe. c. licet. de elec. ubi allegat Inno. hîc ad probandum, ꝙ † negligente Papa & Cardinalibus, imperator, tanquam cæteris maior, possit concilium congregare. Ad quod etiam uide Domi. c. propter. lo j. in fi. xvij. dist. ubi probat, ꝙ in casu necessitatis possunt etiã prælati congregare conciliũ sine Papa. Notat Nic. Myl. in uer. Papa. §. liij. Dixi aliquid in c. super literis. de resc. in uer. an sua sit iurisdictio. ibi, octauò facit. & latè per Pet. de Monte in trac. de Papa & cõcilio. uer. postquam usum est. & uide eundem ibi, uer. sextò quæro. ubi dicit, quòd stante schismate in ecclesia, & duobus contendentibus de Papatu, minor pars congregata potest cõstituere maiorem in negligentia, ita ut illa non uenientе possit per minorem procedi præmissa pronunciatione, qua declaret se constituere generale concilium: & reputat hæc noua, & probat. ¶ Inferunt etiam aliqui ex dicto Inn. hîc, fm Bald. in c. j. §. præterea ducatus. ad fin. de prohib. feu. alie. per Fede. ꝙ mortuo domino, relictis pluribus filijs, uasallus faciet fidelitatem antiquiori. ¶ Intulit etiam Imol. in c. cùm omnes. antepe. col. ibi, & secundum prædicta. de consti. quòd ubi populus non haberet rectorem, poterit populus conuocari authoritate antiquorum de populo. Meminit etiam Abb. de Innoc. hîc. in cap. cùm causa. ad fi. de offi. deleg. dum dixit Innocen. antiquiorem canonicum, & si ius congregandi capituli habeat capite deficiente, non posse tamen non uenientem mulctare. ¶ Voluit etiam ex hoc dicto Bald. in c. j. uer. quæro, qui debeant. de iudic. quòd congregatio concilij eligetillos, qui dicentur præsidentes concilio. Card. etiam post Lap. in clem. j. §. abbate. in fi. de statu mo. dicit, quòd si uacante sede abbatiali, non est prior, uel alius prælatus maior, ad quem deuoluatur abbatis potestas, deuoluetur ad eum, qui erit maior ordine, uel antiquitate. Allegat notata hîc. Pulchrè etiam ex hoc dicto Innoc. decidit

a *Tenet] Ad huius articuli materiam uide plenè & no. dom. Soci. consil. lx. inci. Viso elegantißimo consi. uersi. circa septimam & ulti. cum uersi. seq. in j. parte, char. ciiij.*

cidit Bald. in cap. quoniam contra. uersi. quid si iudex. de proba. quòd qui antiquior est ex duobus notarijs ad cautelam accersitis, tenebit originalia actorum, cæteris paribus. Et idem dicendum, si quæratur, penes quem debeant stare codices rationum plurium mercatorum. Allegat etiam pro Innocen. Bald. hîc text. Ecclesiastici xxxij. c. loquere maior natu: decet enim te primum uerbum: suplet Bald. & potissimùm dicit ibi glo. Bibliæ, quòd intelligitur de prælato, qui debet esse maturus moribus, & sic senex uenerabili senectute: nam, ut habetur Sapientiæ iiij. ætas senectutis uita immaculata. Et dicit Bald. in capitu. j. per illum text. de renun. quòd umbra senis plus ualet, quàm arma iuuenis[a]. Et ista adde. ad tractatũ Franc. Paui. auditoris Apostolici, de sed. uac. fol. v. ubi aliqua interserit de congregatione capituli, allegando Innoc. hîc: & subdit, quòd si talis nollet cõgregare capitulum, potest compelli ab ordinario, uel delegato pro expeditione causæ sibi commissæ. Allegat Innoc. cap. præterea. de offi. deleg. & gloss. in cap. fi capitulo. de concess. præben. in vj. Tamen in præmissis repete de antiquitate respectu receptionis, non ætatis. Dixit Domi. in dicto cap. fin. de consue. in vj. ut suprà retuli. Vltimò utrùm uerbum concorditer[b], importet nemine discrepante, scripsi latissimè de re iud. non potest.

a *Arma iuuenis] Adde Bald. in leg. seniũ. paulò post princ. C. qui testa. fa. pos.*

b *Concorditer] De quo uerbo uide omnino per do. Alex. de Imol. in suo cõs. cxxiiij. ij. parte.*

SVMMARIVM.

1 ¶ *Priuilegia clericorum sunt de iure diuino.*
2 *Papa an possit tollere priuilegium clericorum, quo ad forum.*
3 *Papa an possit dare uni principi potestatem iudicandi clericos.*
4 *Iudex secularis quid facere debeat in causa criminali intentata contra clericum.*
5 *Papa potest imponere pœnam mortis statuendo, sed non exequendo.*
6 *Contractus mulieris, uel minoris, an ualeat cum iuramento omissa solennitate statuti.*
7 *Inobediens an semper dicatur contemnere.*

CAPITVLVM II.

1 PEr tuas. ¶ In † quãtum dicit Ab. quòd prælatus exẽptus non præcedit non exemptum ordinatum priùs: considera, utrùm intelligat de non exempto ordinato ab inferiore, uel à Papa: quia si intelligit de ordinato à Papa, concedo, quòd est deferendum ordinatori, per istum text. licet secundò ordinatus sit exemptus: sed si intelligit, quòd ille secundò ordinatus sit ordinatus ab inferiore, tũc nihil esset speciale in exempto: quia etiamsi nõ esset exemptus, præcederet secundò ordinatum, c. j. §. eo. Vnde puto Abb. habuisse primũ intellectum, dicendo, quòd est deferẽdum ordinatori. Tamen tex. quem allegat §. fi. xviij. distinct. dicit, deferendum esse priori ordinationi: nõ dicit de ordinatore. Dum Abb. concludit contra cõmunem opin. quòd ordinarius potest istum deponere ab officio, & beneficio, placet opinio sua, licet Bald. §. eod. illud. sequatur cõmunẽ. Pro qua facit: quia non sequitur, iste est subditus episcopo, ut hîc: ergò potest ab eo deponi. Patet instantia in episcopo, qui est subditus archiepiscopo, & tamen non potest ab eo deponi, ut scis: sed respondẽ, quòd illud est, quia sic est statutũ specialiter in episcopo, non sic in materia ista. In quantũ Ab. post Host. concludit, quòd si de licentia Papæ iste recipit ordinem ab inferiore, amittit priuilegium, de quo hîc: adde, quòd Imo. hîc tenet cõtrarium: quia ex quo per receptionem diaconatus, uel presbyteratus, non extinguitur ordo subdiaconatus, imò remanet in sua obseruantia, tãquam gradus per se subsistens, uidetur, quòd non simpliciter procedat dictum Host. Ideo distinguit Imo. an iste incedat tanquam subdiaconus, & tũc gaudet priuilegio, de quo hîc: aut incedit, tanquã diaconus, uel presbyter: & tũc non attendatur priuilegium subdiaconatus. Et sic procedit dictum Host. iuxta no. per Bart. l. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij. Placet ista opi. quia non est uerisimile, quòd iste recipiat maiores ordines animo renunciandí priuilegio annexo præcedenti ordini, sed potiùs ad euitandũ iter ad Papam, à quo fuit prima uice ordinatus, dum fortè esset in curia, & nunc de licentia Papæ est in partibus. ¶ Considera tamen distinctionem Imo. quia clerici in sacris non differunt inter se in habitu, nisi quando celebrant diuina. Vnde si ageretur de deponendo istũ ab ordine, & esset uera opi. cõmunis, nõ uideo, quomodo posit cognosci, in quo habitu incedat ad finẽ sciendi, an posit deponi. Sed tenẽdo Abb. ut §. non erit opus hac distinctione. Posset tamen distinctio Imo. operari in diuinis officijs, in quib. iste honorabitur inter subdiaconos in apparatu subdiaconali: sed in exercitio aliorum ordinũ attendetur ordo prioris ordinationis inter ipsum & alios ab episcopo ordinatos, quicquid dicat Hostiẽ. ¶ Circa intellectum c. præsul. ij. q. iij. adde But. & Abb. in c. licet. j. de testi. & Archi. & Domi. in d. c. præsul. ubi tenent illud fuisse olim priuilegium clericorum Ro. ecclesiæ propter insolentiam hæreticorum & malorum, qui Papam & Cardinales uolebant accusare, ut eis amotis substituerẽtur in locum eorum. Dixit etiam Lud. in authen. similiter. C. ad l. Fal. in xxxvij. priuilegio, uersi. tertiò principaliter. ꝙ c. præsul. loquitur, ubi testes sunt suspecti, uel non omni exceptione maiores. ¶ Sed beatus Tho. ij. ij. q. lxx. artic. iij. intelligit d. c.

pręsul. q̄ ponat speciale priuilegium clericorum Ro. ecclesiæ, & assignat tres rationes specialitatis. Tamē Grātianus §. fi. ij. q. iiij. expressè tenet illum intellectum, de quo §. scilicet, de compescenda insolentia malorum, & sequitur Ludo. in sing. ccij. Item ad idem quæro. Et propter authoritatem Grā. ita transeūdum est, licet uerba d. c. nullum existis intellectib. patiātur. ¶ Et uide Aug. de Anch. in trac. De potestate ecclesiastica, q. v. art. v. ubi dicit, q̄ d. c. pręsul. procedit etiam in Papa, quicquid dicat gl. in summa, ij. q. iiij. quæ, sm̄ eū, potest procedere, q̄n hæresis Papę esset sic aperta & manifesta, q̄ nō posset tergiuersatione aliqua celari, arg. c. euidentia de accus. Aliās procedat in eo, d. c. pręsul. Si enim talis multiplicatio testium ordinata est per canones de clericis Romanæ curiæ, uel propter illius sedis dignitatem, uel quia pluriб. efficiūtur odiosi propter causas eis cōmissas: multò fortiùs hoc est necessariū in Papa. Quæ uerba mihi placent, & fuerūt incognita dominis meis Canonistis, exclamātib. ubiq; de d. glos. ut patet ex dictis do. Ab. hîc, & in c. j. de, pcur. & in c. at si clerici. in j. not. de iud. & in c. super eo. de testib. in c. quoties. eod. tit. & do. Ant. in c. licet. pen. col. de elec. & Imo. in c. j. de constit. cū simil. ¶ Et pro dicta impugnatione, quā facit August. adduci potest c. si Papa. cum gl. xl. dist. ubi in causa mota criminaliter contra Papam, proceditur longè strictiùs & rarioribus casibus, quàm contra cæteros. Ergo qua tione difficillimè & ferè unico casu deponitur, scilicet hæresis, eadem ratione maiori cumulo probationum conuincendus uidetur. ¶ In† quantū Abb. hîc dixit, q̄ miles creatus à maiore, præcedit militem creatum à minore, quamuis priùs, adde Franc. Tigri. in l. ij. ff. de albo scrib. prout refert An. Sic. de so. compe. quod clericis. pen. col. ubi dixit per illum text. q̄ factus miles per Imperatorē, præcedit militem factum à comite, uel rege. Et sic canonicus factus à Papa, præfertur canonico facto ab inferiore, sm̄ cum. Facit etiā iste text. ad gl. fi. de elec. si eo tempore. in vj. q̄ episcopum à Papa promotū inferiores non consecrāt: & sequitur Ana. de accus. meminimus. j. notabili. Hodie tamen datur licētia in ipsis literis promotiōis, ut à quolibet catholico episcopo consecrentur. Brix. in uerbo, consecratio. Et not. q̄ uerbū Decens sit, de quo hîc, quantum ad subditos, importat necessitatē: gl. fi. in princ. in regula, decet. lib. vj. ¶ Per istū tex. dixit Ludo. in l. si uerò. §. de uiro. xlix. fal. ff. sol. ma. q̄† doctoratus ab imperatore, pręcedit doctoratum ab inferioribus: quamuis priùs. Ad idem allegat l. ij. ff. de albo scrib. & gl. c. j. s̄. eo. Facit optimè gl. §. fi. xvij. dist. & tex. c. si à sede. & c. hi, qui. de præb. in vj. Idē tenet Marti. Laudē. in tract. De dignitatibus. §. xv. alle. tex. cū gl. fi. in l. restituendæ. C. de aduo. diuer. iud. & est tex. cū gl. in uerbo, elegit. in c. dīs nostet. xciij. dist. ¶ Limita primò, dum modò ille doctoratus à principe, sit creatus cum rigore examinis: secus, si per simplex uerbum. Est doctor, ut cōmuniter fit. Maria. c. qualiter. ij. in iij. notabili, de accus. & And. Sic. in proœ. Cle. per l. nemo. C. de aduo. diuer. iud. Et de istis creatis sine examine, loquitur Bar. in l. professores. C. de profes. & me. lib. x. dicēs, q̄ præsumitur paruæ doctrinæ. ¶ Limita secundò, dum modò imperator creet istos in terris imperij: nam si creet in terris ecclesiæ, non uidetur ualere actus, per id, quod no. Pet. de Anch. consil. cccxvj. Primū dubium: non est nouū. quem retuli in c. pen. ad fi. de offi. ord. dum notat cle. j. de iureiur. per quam iurat imperator nullam iurisdictionem exercere in terris ecclesię, & sic neq; doctorare, quod est uoluntariæ iurisdictionis, ut bis firmat Butr. qui fil. sint leg. per uenerabilem. Tamen si teneretur opinio multorum, qui dicunt imperatorē posse legitimare in terris ecclesiæ, ista limitatio nō procederet. ¶ Limita tertiò, nisi imperator crearet doctorem in iure canonico, aut in sacra pagina: quia de istis non uidetur sibi data potestas: & uerba intelligūtur, sm̄ quod patitur qualitas illius, in quem proferūtur, l. plenum, §. equitij. ff. de usu & habi. Dixi latè de rescri. causam. Et cùm imperator subsit istis scientijs. per not. in c. ecclesia. de cōsti. non uidetur talis doctoratus posse emanare ab eò in tali materia. Ita audiui aliās attentari. Tamen quia scriptum non reperio, non affirmo. Quæcunq; autem dicta sunt de imperatore, procedunt in dubio in habente ab eo potestatē creandi doctores. ¶ In quantum concludit hîc Io. An. quòd beneficiatū à Papa, potest inferior deponere, per not. in c. j. & ij. de cōfir. uti. uel inuti. & de præben. nisi. obstat dictum Paul. in cle. j. de sup. neg. pręla. ubi dicit, q̄ si Papa contulit beneficiū regulare manuale supplendo negligentiam prælati inferioris, nō mutatur natura beneficij, per d. cle. j. Secus, si contulisset gratiosè prouidēdo: quia tunc talis, cui confert, uidetur factus obedientiarius Papæ, non alterius, ut sic beneficium principis sit perpetuū. Respondent hîc But. & Imo. q̄ dictum Paul. procedit, q̄n quæritur, utrùm ad nutum, hoc est, ad sim plicē uoluntatē inferioris prælati possit remoueri: sed nos loquimur, q̄n ex causa propter delictū postea cōmissum. Quo casu uidetur, q̄ bene possit remoueri ab inferiore prælato, per id, quod habetur in d. c. j. de confir. utili. uel inuti. ¶ Pro ista differentia, utrūm† Papa cōferat prioratum manualem, supplendo negligentiam, an uerò gratiosè prouidendo, uide solenniter Paul. de Leaza. post argumēta ad partes in dispu. quæ incipit, religioso Papa contulit beneficium. ubi melius, quàm alibi, deducit istos terminos. Sequitur Car. in d. cle. j. §. præmissa. in l. oppos. & ibi Imo. & Lap. alleg. ix. Et Abb. eleganter, de confir. uti. uel inuti. ad nostram. ult. col. limitans primū membrum de negligentia, nisi Papa apponat clausulam, Quo ad uixeris. Et dictam differentiam approbat etiam Domi. de offic. ordi. præsenti. in princ. in vj. ¶ Quòd autem Abbas non possit ad libitum remouere priorem manualem, cui Papa gratiosè prouidit, nisi cōmittat delictum priuatione dignū, uide Inn. But. & Domi. in c. cùm inter R. super gl. j. de elec. Inn. in d. c. nisi. Domi. in d. c. præsenti. Pau. in d. dispu. & in d. cle. j. & isti Doct. Lap. alleg. xxxiiij. an frater minor. & in d. alleg. ix. ubi dicit ita disputasse Cal. Idem Butr. ibi in addi. Fed. de rer. permu. q. vij. pulchrè Bal. s̄. eo. Iud. in fi. Ana. in c. excōmunicamus. §. quia uerò. de hære. But. in c. porrecta. de cōfir. uti. uel inut. Inn. de re iud. de cætero. Arch. xvj. q. j. si monachus. & Archi. Spalatē. consil. xj. Martinus episcopus. Fede. consil. lxxxvij. Reuerēde pater & domine. quasi in fin. ponens etiā, quod dixi de delicto: de quo uide Butr. copiosè de offi. deleg. super eod. ult. col. & in d. c. de cætero. in fin. & in c. cùm accessissent. de consti. & Bald. pulchrè in d. c. de cætero. ad fi. ubi dixit post Imol. quòd si Papa contulit suo familiari præbēdam per simoniā, potest puniri familiaris per diœcesanū. Et hoc firmat quinq; rationibus, reputans esse ualde notabile. Hoc modo intelligit c. cùm ad monasteriū. §. tales. de statu mona. Et scias, q̄ eo casu, quo abbas potest ad libitum tales reuocare, nō intelliguntur reuocari morte abbatis. Ab. in c. fi. j. col. de preca. per illum tex. ¶ Intellige prædicta sanè, q̄ collatio gratiosa, uel confirmatio, quā facit Papa, sit facta ex certa scientia ipsius intendentis perpetuare prioratū, ut declarat Abb. seriosè in d. c. ad nostram. & Imo. in d. c. nisi. & Lap. alleg. xxvij. in dispu. an præceptor. & non sufficeret motus proprius. Imo. c. constitutus. de rescri. ubi dixi. Et ideo dixit Rota de regula iij. in antiquis, q̄ beneficiū manuale obtentū per expectatiuam à Papa, non efficitur perpetuū: & eo casu, quo monachus est remouibilis à prioratu ad nutū abbatis; non potest implorare officiū superioris, ne remoueatur, propter naturam beneficij, & bonum obedientiæ, cui repugnaret omnis resistentia monachi. Car. in d. §. prætermissa. in fin. primæ opp. & Domi. de præbē. cùm singula. lib. vj. quicquid

quicquid dicat Innoc. qui cle. uel uouen. insinuante. & Arch. c. cùm singula. & Abb. d. cle. j. & Domi. in d. c. pręsenti. Meritò dixit Bal. in l. cùm affirmes. C. de lib. caus. q̄ monachus spoliatus priuatu manuali ab abbate, non potest conqueri de eo: secus de tertio, per text. ibi, quem etiā allegat Domi. post Imo. in d. c. cùm singula. Si tamen esset prioratus perpetuus, tūc habenti ipsum cōpetit interdictum, Vnde ui. contra prælatum. Rot. de rest. spo. vj. in nouis, subdēs, secus esse, si esset prioratus manualis. Et hæc nota, quia afferēt honorē & lucrum. Et q̄n tales prioratus habent curā, licet institutio collatoria pertineat ad abbatē, tamen cōmissio curæ debet fieri q̄ episcopū, & ideo sine episcopo non uidet taliter institutus posse reuocari, sm̄ Fran. de Aret. cōsil. xiij. incip. In præsenti consultatione. Allegat. Host. & But. in c. ij. de sta. mona. Vnde infert, q̄ in bonis illius prioratus distinctis à bonis abbatis, nō habet abbas administrationē, ut ibi per eum. Et adde Cal. de præb. consil. xxvj. ubi habes, an reseruationes includāt manualia beneficia. Et scias, q̄ Spalatensis d. consi. xj. ponit, q̄n collatio facta à Papa, de tali prioratu, dicatur ex certa scientia, & quando iste possit ab ordinario priuari, & quid operetur perpetuatio facta per Papam de tali prioratu. Et ista not. contra And. Sicu. in c. cùm dilecti. in fi. de dona. ubi simpliciter dicit, q̄ beneficium manuale collatū per Papam, intelligitur conferri perpetuò. Et ita dicit se consuluisse Romæ. Allegat simpliciter uerba Bal. in l. beneficiū. ff. de const. prin. Vbi dicit, q̄n princeps concedit alicui beneficium, uidetur cōcedere illud pleno iure. Sed re uera Bal. non loquitur de beneficio manuali. Et obstāt huic consilio Siculi, allegata superiùs, quæ ipse non uidit, nec sunt uulgò nota. Et nota, q̄ isti ordinati per Papā tenētur residere in curia Romana, c. filiū. j. q. j. Intellige de ordinato in subdiaconatu, & s̄. Sed si est ordinatus ad subdiaconatum, & j. non cogitur manere in curia, ut in c. latorē. quod pręcedit illud c. filiū. Ita illa iura adaptat Arch. ibi post Vgu. Et in hoc est onus esse ordinatū à Papa. Est etiam onus in casu c. cùm in distribuendis. de temp. ord. Sed in plurib. aliįs est honor, ut ibi per gl. in uer. in dultum. ¶ Demū scias, quòd† prærogatiuæ concessæ per regulas cancellariæ, uel per speciales gratias istis diaconis, acolytis, uel capellanis Papæ, nō habent locum, nisi exerceant se obsequiales in seruitio Papæ. Petr. de Anch. consil. mihi ccxxviij. Primò inquirendum est. per c. fi. de uerb. sig. in vj. Idem Card. consil. cxxvij. uacarunt. Allegat extrauag. Innocentij V. Ad futurā. Idē Maria. in rep. c. ex tuę. de cle. non resi. uersic. decima causa. & uersic. decimater tia causa. & Abb. de cleri. non resi. cùm dilectus. in fi. dicens esse bonum tex. d. c. fin. & exclamat contra habentes literas familiaritatis Cardinalium: quoniam si nō sunt uerè familiares, nō gaudēt priuilegio familiariū. Dixi c. in nostra. corol. xxj. de rescrip. demū adde, quòd receptus in canonicum authoritate Papæ, præcedit receptos authoritate inferioris. Imo. j. eo. statuimus. dixi ibi ad fin. Et dum dixi s̄. quid si iste ordinatus à Papa, recipit ordinē ab inferiore? adde unum uerbū, quod dixi c. cùm inferior. in fi. j. eod. allegando unum consilium Oldr.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Princeps quando possit procedere contra non citatum.*
2 *Apostasia iusta causa est priuandi aliquem sententialiter dominio rerum suarum.*
3 *Ecclesia non perdit iura sua propter hæresin prælati, quo ad proprietatem, licet bene, quo ad possessionem.*
4 *Restitutus ad bona an recuperet bona in alium translata. Hoc limitat duobus modis, ut nu. 5. & 6.*
7 *Remissio iniuriarum facta in foro conscientiæ, licet non operetur in foro cōtentioso, fallit tamen, si dixisset se facere oēm remissionē.*

CAPITVLVM VIII. c. inter quatuor.

INter quatuor. ¶† Quādo princeps possit procedere contra non citatū: adde, quæ dixi latissimè de re iudic. cùm olim. uersic. processus Papæ. Signa Abb. dum dicit, quòd si ciuitas efficitur rebellis principi, potest princeps eximere castra ab obedientia ciuitatis, quæ postea non recuperabit, licet reuertatur ad obedientiam. Et ad istū tex. quia ad suos terminos. adde, q̄ subditi recedere possunt ab obedientia prælati manifestè hæretici, quamuis nondum condemnati. Glos. maior de præscrip. cùm non liceat. & facit glos. ij. q. vij. sacerdotes. bo. tex. de hære. c. fi. ¶ Amplia, etiamsi prælatus incideret in errorem, qui saperet speciem hæresis, licet non esset uera hæresis, c. fin. de pœ. & adde Tho. ij. ij. q. xij. artic. ij. ubi pulchrè declarat, quomodo† apostasia infidelitatis, est iusta causa priuandi quem sententialiter dominio rerū suarum. Tamen fuerunt aliquando tēpora, in quibus ecclesia hoc non poterat propter hæreticorum potentiam. Ita intelligit Tho. c. Iulianus. xj. q. iij. Similiter subditi nō tenentur obedire superiori excōmunicato, c. nos sanctorū. & c. iuratos. xv. q. vj. gl. in d. c. Iulianus. Bal. de iud. intelleximus. Pet. de Anc. de excel. pręla. lib. vj. Tamē dño absoluto tenētur statim obedire: gl. in d. c. Iulianus. Et sic confirmatur, quod est dictum de hæretico, cùm omnis hæreticus sit excōmunicatus, de hære. excommunicamus. ¶ In quantum concludit Abb. quòd† propter hæresim prælati, ecclesia non perdit iura sua, quo ad proprietatem, sed bene, quo ad possessionem. Addit hîc Imo. quòd possessionē rerum uacantiū recuperat statim post reuersionē, per c. qa. de elec. & §. si deportatus. allegatum in gl. possessionem uerò rerum occupatarū non recuperat, nisi facta restitutione in integ. l. ait prætor. §. item ei. ff. ex qui. cau. ma. possessionem autem rerum in alium translatarum non recuperat, nisi aliud prouideatur, per no. in l. fin. C. de sen. pas. Ideo non mirum, si iste non recuperabit ipso iure ius obedientiæ cōtra archiepiscopum, & episcopos regni, quibus fuerat concessa exemptio. Illud autem certum est, q̄ possessori non debet auferri possessio eo non uocato, de præb. licet in vj. Et dū dicunt But. & Imo. quòd quando prælatus & capitulum simul incidunt in hæresim, uel schisma, tunc ecclesia perdit possessionem bonorū: secus, ubi solus prælatus: addit Imol. quòd imò perdit etiam dominium, quando prælatus & conuentus deliquit: sed bene iure postliminij recuperat dominiū post reuersionem ad fidem & unionem, per ea, quę habentur in d. c. quia. & in d. §. si deportatus. Et sic uult Imo. contrarium eius, quod Abb. qui dixit non habere hîc locum ius postliminij: tamen, quando mutat suam primam opi. uidetur recedere ab hoc, & fortè melius: neq; obstat, quòd ipse dixerat istum fieri hostem ecclesiæ, & materia postliminij datur capto ab hostibus: quia inspecta ecclesia, quæ non deliquit, potest nouus prælatus non hæreticus, uel prior emendatus, intentare nomine ecclesiæ ius postliminij. Et no. q̄ si ecclesia præscribens rem aliquam, efficiatur schismatica ante præscriptionem completam, tunc interrumpitur præscriptio, cùm desinat habere possessionē, sm̄ Imol. hîc, neq; fingitur præscriptio completa per fictionem postliminij, licet reuertatur ad fidem: quia illa fictio non operatur, quo ad præscriptionē, quæ requirit factum possessionis contínuæ, & non interruptæ, ut probatur in l. scien dum. & in l. idem q̄. ff. qui. cau. ma. ¶ Dicta istorum habent in se difficilem contrarietatem, ut in uoce ostendetur. Vndę cogitabam duos casus pro clara intelligētia. Primus, quando prælatus solus incidit in hæresim: & tūc uidetur, quòd ecclesia nihil perdat, neq; in proprietate, neq; in possessiōe, per reg. delictum. Et ad istū,

tex. respondit hîc Abb. quòd hîc non dicitur, quòd ecclesia perdiderit, sed alia pars debet audiri, per c. licet. de præben. in vj. Si tamẽ hæresis est manifesta, credo, q̃ ecclesia perdat ius obedientiæ, per ea, quæ s. dixi. Et in recuperatione talis iuris, in quo est amissa sola possessio, sufficit prælati emendatio, ut bona non alienata in aliũ reuertantur iure postliminij. Et ita sentit Ab. in d. c. quia. in fi. ¶ Secundus casus est, quando prælatus cum capitulo incidit in hæresim: & tunc placet opi. Imol. quòd non solùm ecclesia perdat quasi possessionem subiectionis, sed etiam dominium: quia cõmuniter dicimus, quòd delictum prælati & capituli nocet ecclesiæ, c. ij. cum glos. de ordi. cogni. plenè Abb. in c. j. ad fi. de dolo. facit l. iubemus nullam. C. de sacro sanctis ecclesijs. de qua per glos. in dicta regula, delictum. Sed ecclesia recuperabit sua iura per ius postliminij absque alia restitutione in integrum, ut dicit hîc Imo. Et ideo aduerte: quia erit una specialitas in hoc crimine hæresis, quòd bona recuperabuntur iure postliminij per ecclesiam: quia quãdo aliàs delictum prælati & capituli nocet ecclesiæ, illud est, quia uidetur cõmitti delictum nomine ecclesiæ, quã ipsi repræsentant. Et effectus delicti attribuitur ecclesię, cuius habent administrationem: & fingitur ab ipsa fieri, sicut quando præscribuntur bona ecclesiæ per negligentiam prælati, sicut etiam per personas istorum acquiritur ecclesiæ tanquam per istos repræsentatæ: deinde, si ecclesia læditur ex gestis istorum, opus est restit. in integ. petenda intra quadriennium, ut declarat glos. in c. j. de restit. in integr. in vj. pulchrè Abb. in c. j. ad fin. de præscript. ¶ Cæterùm ubi isti incidunt in hæresim, committunt delictum, in quo non est possibile, quòd repręsentent ecclesiam, neq; facient ut eius administratores uice & nomine eius: quia ipsa, quo ad fidem, errare non potest, xxiij. q. j. loquitur. & c. hęc est fides. Si diceres ergo: ecclesia nihil deberet perdere, negatur: quia cùm oporteat prouidere subditis existentibus in periculo hæreticæ infectionis, amittit ecclesia dominium superioritatis & obedientiæ: & sic delictum istorum punitur, damnum uerò ecclesiæ insontis non habetur in consideratione: quia est temporale, duraturum, donec habuerit pastorem non errantem in fide: quo habito recuperat iura sua iure postliminij: sed si essent in alium alienata per principẽ, opus est iudicio, per istum text. In his autem delictis prælati nocentibus ecclesiæ, opus est restit. in inte. ¶ Considera tamen unum: quia prædicta uidẽtur procedere solum, quo ad præiudicium obedientię, quã aliàs habebat ista ecclesia taliter non uiolata propter periculum capitis infecti, propter quod concedítur subditis libertas recedendi. Sed quo ad alia bona temporalia, uidetur cessare istud periculũ. Et ideo fortè in ipsis non habent locum prædicta, neq; de talibus bonis loquitur tex. hîc, neq; d. c. quia. Et hinc est, quòd propter hæresim prælati, non confiscantur bona ecclesiæ, & tali tempore nõ currit in eis præscriptio: quia habetur ecclesia pro uacante, c. j. cum glos. ij. de præscript. Tamen But. Imol. & Abb. hîc simpliciter loquuntur de bonis ecclesiæ, dicẽdo, quòd ecclesia amittit possessionem eorum. Et ideo cogita. ¶ Considera etiã, quòd licet subditi isto casu possint recedere à prælato, & etiã in certis alijs casibus, de quibus per Abb. post alios, de præscript. cùm non liceat. tamen non uidetur, quòd alius præscribat istam superioritatem in illos subditos durante hæresi, per d. c. j. Sed tex. hîc, & in d. c. quia. præsupponũt, quòd sit in eis quæsitum ius aliquod ex tit. cano. Et dum Abb. in mutatione opinionis non respõdet ad c. ita nos, respondeat, ut per glo. in regula, delictũ. Et hæc no. tãquam non discussa bene per alios. ¶ In† quantum autem Imo. & Abb. hîc reassumunt incidenter dictum Bar. in l. fi. C. de sen. pas. ibi, ista conclusio est multùm utilis, nõ multùm insistere oportet, nisi adducti quibusdam locis non uulgatis. Est autem materia satis trita, maximè per Alex. post alios, ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. & quid si tantum. Communiter dicitur, quòd etiam restitutus ad bona, nõ recuperat bona in alium alienata[a]. Bart. ubi s. cum concord. de quib. per Alex. in d. §. & quid. Ad idem uide Alb. & Raph. in authen. idẽ est, quod de Nestorianis. C. de hæreti. Pe. de Anc. c. j. de succes. ab intest. & c. quãuis. de rescri. in vj. per illum tex. de paroc. Ana. in c. uergentis. de hæret. Car. & Imo. in d. c. quia. Imo. in cle. j. in fi. de hæret. & in c. in nostra. de procur. & alij j. allegandi. Facit dictum Bar. in l. ij. ff. de decu. quòd restitutus ad collegium, non recuperat locum ab alio occupatum. Meritò dixit Bal. in c. constitutus. ibi, sed an restitutus. de rescri. & Abb. in c. ex tuæ. ad fi. ibi, sed dubiũ. de cle. non resi. quòd clericus depositus, restitutus ad pristinũ statum, non recuperat beneficium alteri collatum. Bona glos. & ibi Doc. in c. ex parte. in uers. minori. in fi. de rest. spo. & gl. fi. in fi. de pac. cùm pridem. Similiter dixit Bald. in l. j. q. ij. ff. de re. di. quòd dispensatio Papæ cum illo, qui per incestum perdiderat feudũ, non prodest in feudo. Facit dictum Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. xiij. col. de tud. ubi dixit post Io. de Lig. quòd dispensatio cum clerico criminoso, non nocet ei, cui est quæsitum ius in beneficio ex crimine clerici. Vide, quæ ibi dixi. Facit gl. ij. & ibi Bal. in l. uenia. C. de in ius uoc. Et dixit Bar. in tractatu minoricarum, uer. contingit interdum. quòd si professus ordinem minorum transit ad episcopatum, uel ad aliam regulam, quæ potest habere bona in cõmuni, non recuperat bona sua 5 iã alteri quæsita. ¶ Limita primò, dũ† modò ius quæsi tum tertio, non trahat causam & originem à condemnatione, sed à nouo pacto & contractu inito inter fiscũ & tertium: sed ubi ipsa acquisitio trahit causam immediatè ab ipsa condemnatione, tunc restitutus recuperat illa bona, ac si essent penes fiscũ. Bal. in d. §. & quid si tantum: & alij, de quibus ibi per Alex. Cui adde Pet. de Anc. in terminis, in d. c. quamuis. uersic. & concludo ex prædictis. & consi. mihi cccc. Probata tanta. ad fi. ubi ita consuluit in fauorem mulieris, cuius bona acquisierat maritus ex quadam condemnatione lata cõtra uxorem, quæ postea fuerat restituta, non obstante illa sententia: & uult, quòd recuperet illa bona. Ad idem uide Bal. in l. si pater. ff. de adop. ubi dixit, quòd restitutio porrigitur ad bona alienata ex eadẽ causa, sed non ad alienata ex alia, putà ex uenditione. Et de ista limitatione scripsit supra omnes longo & celeberrimo stylo Aegi. Bel. decis. Rotæ dccxliij. incip. conclusio patet. & seq. ubi contrà disputando concludit, quòd si Papa priuauit quendam nobilem dominio, & bonis, & omnia publicauit, deinde fuit reconciliatus ecclesię, & per Papam restitutus, recuperabit feuda, quæ fuerant reuersa ad dominos: quia liberatio rerum feudalium processit immediatè ab ipsa priuatione, nullo uidelicet alio actu intermedio præcedente. Et ideo taliter amissa reuertũtur ad pristinum statum, facta simplici restitutiõe. Inducit tex. in l. fi. C. de sen. pas. & multa alia pulchra & non uulgata. Et intelligе in restitutione, ut ipse loquitur: secus in dispensatione, per dictum Bal. in d. l. j. ff. de re. diui. Et hæc adde ad cõsilium Abb. mihi excij. in q. hæredum quondã domini Petri de Chiarauallis, ubi firmat, quòd restitutus per Papam ad bona confiscata, recuperat res emphyteoticas etiam per Papam iam

a *Alienata] Adde no. per do. Ias. May. in l. fi. cum sequi. C. si contra ius, uel util. publi. & Panor. in c. fi. de paroc. et Domi. Sed nunquid fructus bonorũ? Vide An. in authẽ. de hær. & Fal. in prin. in uersi. itẽ nec ratione fructuũ. Et probatur, quòd non, in authen. idẽ est. C. de hær. & adde Bal. expresse in l. j. in uer. hinc est, q. restitutio non trahitur ad fructus. de sen. pas. & domi. Alexã. in d. §. & quid si tantum. al leg. in text.*

6 iam alteri concessas. ¶ Limita secundò, nisi† restitutio concederetur expresse, quo ad bona alienata: quod fieri potest per principem ex causa. Bal. in l. quæcunq;. C. de fide instru. lib. x. & Alexan. in d. §. & quid. Cui adde Card. in d. c. quia. ubi dixit, quòd aliquando concedit restitutio in forma plenissima, putà si quis restituitur per principem in inte. non obstante aliqua condẽnatiõe, quã uoluit haberi pro nõ facta, nec de ea posse obijci. & tunc dixit se uidisse de facto, quòd nullus contractus factus in bonis confiscatis, ualuit, licet malè facit princeps sic faciendo: qa decet principem obseruare cõtractus, c. j. de proba. Posset tamen fortè tunc dici, secundum Io. ibi, quòd emptor potest habere recursum aduersus fiscum pro suo interesse, ex quo ab ipso emit, iuxta l. j. & ij. C. de quadrien. præscrip. Pro quo uide, quæ dixi de constit. quæ in ecclesiarum. ponendo, quòd quando princeps ex causa aufert alicui rem suam sine culpa ipsius, tenetur ad præcium. Et dixit Pe. de Anc. in d. cõsi. quòd ubi in simplici gratia ponitur uerbum Li-
d berè[d], putà, Cancelletur cõdemnatio liberè, tunc recuperantur bona confiscata etiam quæsita alteri non ex contractu, sed solùm ex ipsa condemnatione. Dixit etiam in hac materia An. Sic. in repe. c. testimonium. pen. char. uer. illustris do. Marchio Ferrarien. de testi. & in c. eam te. uer. ego consului. de rescrip. se obtinuisse Ferrarię, quòd licet ista uerba, Facimus tibi gratiam, importent simplicem indulgentiã & remissionem pœnæ, non autem restitutionem bonorum, ut tandem concludit Salic. contra Bart. in d. l. fi. ad fi. C. de sen. pas. tamẽ fallit, ubi princeps diceret, Facimus tibi plenam gratiã; quia tunc recuperabit bona non alienata per fiscum. Inducit uerba Bal. de pa. Constan. in uer. in plenitudine gratiæ nostræ recepimus. Adde Car. in d. c. quia. ubi idẽ sentit. Bene facit dictũ Bal. in l. j. §. iniuria. de pa. iu. fir. & Bald. in addi. in l. non solùm. §. j. ff. de iniur.
7 & Lud. in l. ij. ff. ad Syl. ubi dicunt, q. †
b licet remissio iniuriarum[b] facta in foro conscientiæ, non operetur in foro contentioso, ut per Bart. in d. l. non solùm. & in l. si tibi. §. j. ff. de pac. cum cõcor. Tamẽ fallit, si dixisset se facere plenam remissionem. Et sequitur Alex. in d. l. si tibi. §. ne. Facit, quod no. Spec. in ti. de lega. §. j. uers. quid si de gradatus. ubi dicit, quòd licet restitutio degradati, & priuati beneficio, non trahatur ad beneficium, tamen fallit, nisi sit plenè restitutus: & sequitur Io. An. in d. c. quamuis. & ibi Domi. in fi. Non aperiunt, quid si beneficium esset alteri collatum? & non auderem affirmare, quòd tunc debeat alteri auferri, per d. c. quamuis. & per id, quod s. dixi in regula, nisi aliud appareret de intẽtione Papę, qui in talibus multa potest, ut scis, & dixi s. de constit. quæ in ecclesiarum. Dum tangit Abb. post Inn. cõtra quem dirigatur petitio in materia subiectiõis, adde, quæ dixi de re iudic. cùm super. Quando autem sentẽtia cõtra subditos noceat domino, & econtrà, uide opportunè Alex. ff. de re iudi. sæpe. ¶ Vltimò, dum semper allegatur iste tex. quòd citatio est de substantia processus[c], uide plures fallentias, per Alexan. ff. de re iudic. de unoquoq;, in lectura & apostillis sed plenius ponit maximè in repet. rubricæ de dila. septimo principali arti. qui est fol. xvij. ubi ampliat regulam huius c. xlvij. modis: deinde limitat ponderando xxxiij. casus, in quibus omitti potest citatio. Ad suprà dicta adde Bald. in l. beneficium. ij. commento, ff. de consti. prin. ubi dicit, quòd si princeps simpliciter rebanniuit bannitũ, uidetur in integrum restituere.

a *Verbum Liberè] De hoc uerbo Liberè, cuius importantiæ sit, uide do. Ias. May. in. l. j. C. de sacr. sanc. eccle. circa mediũ. do. Alex. ĩ l. si mihi et Titio. in antepe. col. de uerb. oblig.*

b *Remissio iniuriarũ] Adde tu pro† ista opin. q. actio iniuriarum nõ sit sublata per solam remissionẽ ipsarum iniuriarum in foro conscientiæ. Quod ide. n tenuit gl. in c. qui præsulatus. j. q. ii. j. & glos. in c. & qui. xlv. dist. & glos. in c. j. de malef. Contra tenuit Ioan. And. in Addit. Specul. in tit. de iniuru. edi. §. nunc uerò. Ad de Ant. de But. et Imol. in c. bis. de ac cus. & do. Ab. in c. j. de iniur. Pro cõcordia uide Bald. in l. non solùm. q. j. ff. de iniur. & Lu. Ro. in l. ij. ff. ad Sylla. Adde Ioã. An. in addit. S. e. ĩ ti. de accus. & ibi Bal. in additione fu t.*

c *Processus] Adde idem tenentem do. Soci. cõsil. xij. incip. quoniã ĩ præsentiarum. uers. quo ad pri-*

c. quod super his.

SVMMARIVM.

1 Religiosi quando uenire teneantur ad synodum.
2 Episcopus non potest statuere contra ius canonicum.
3 Laici quare statuere possunt contra leges, & non clerici contra canones.
4 Episcopus non potest statuere cõtra canones, nisi ex causa urgenti. Et hæc est una fallentia à regula, quòd episcopus non potest statuere contra canones.
5 Vel, nisi quis statueret cõtra ius cõmune, solùm in suum præiudiciũ.
6 Episcopus potest statuere contra ius canonicum, quando per suum statutum rediretur ad ius commune antiquum.
Item, quando statutum disponens cõtra canonem, acceptatur à subditis uoluntario consensu. Post nu. 6. uersic. fallit quarto.
7 Item, quando statutũ episcopi est contra canonẽ editũ post statutũ.
8 Item, quando episcopus statuit contra ius consuetudinarium.
9 Item, quando episcopus adderet iuri cõmuni, sicut imponendo nouam pœnam.
10 Item, quando statutum disponit contra ius canonicum in materia, in qua induci potest consuetudo contra ius canone permittente. Episcopus licet non possit committere causam appellatione remota, potest tamen statuere, ut in sua diœcesi in certis causis procedatur summariè.
12 Episcopus an possit statuere, quòd in sua curia non opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ.

CAPITVLVM IX.

1 VOd super his. ¶ In quantum tangit Abb. post alios, quãdo† religiosi teneantur uenire ad synodum episcopi, adde Domi. plenius xvij. dist. episcopus. ubi dicit, quòd ad concilium prouinciale non tenentur uenire abbates, per c. fi. ea. dist. Tamen expedit eis, ut ueniant, propter statuta, quæ ibi fiunt quandoq; in eorũ præiudiciũ. Vnde si præsentes fuissent, potuissent impedire, ne fierẽt, xxxj. dist. Nicena. Fratres uerò Mendicantes nõ tenentur uenire ad synodũ, c. nimis. ij. de excess. præla. Prælati non mendicantes, si super hoc non sunt priuilegiati, aliàs tamen exempti, non tenentur ire: gl. hîc: quia tales nõ astringũtur synodalibus statutis. Doc. in c. j. de constit. in vj. Si autem exempti habent capellas, tenentur ire: tamen sufficit mittere capellanos, ut hîc per Abb. antiquũ & Moder. Si uerò non sunt exempti, tunc uocatio est de lege diœcesana, & ideo abbates per eam non attendantur, nisi habeant curam animarum, sed quæ in synodo statuuntur, sunt de lege iurisdictionis, & statutis subijciuntur. Simplices autem monachi non debẽt uenire: gl. in c. conuenientibus. j. q. vij. Intelligе in monachis claustralibus: secus in translatis ad ecclesiã parochialem: quia regulantur, ut alij curati, c. de monachis. & c. ne per cuiuslibet. xvj. q. j. Et ipsi presbyteri curati tenentur uenire, ut hîc. Ergo & ipsi. Ita Domi. ubi s. ¶ In quantum Abb. optimè ponderat uerba Innoc. quomodo citatio non arctat subditum, qñ fit ex causa notoriè iniusta: gusta melius Inno. hîc, q. nõ solùm si,

causa est notorie iniusta, sed etiam, si subditus est certificatus, q uocatio fit ex causa, quam uocatus non auderet impugnare, si esset præsens, non arctatur uenire, putà si agitur de dãno fauore principi excõmunicato. Et ista uerba sequitur But. & Bald. hîc. Ex quibus infert Bal. q si fit edictum ex parte rectoris, ut omnes uadant in uniuersitatem, & aliquis scholaris sciat tractãdum esse de re iniusta, non tenetur ire: & dicit facere tex. hîc. Et ista adde ad Inno. & omnes in c. ij. de dila. & Doct. in l. ij. ff. si quis in ius uoc. non ie. ubi plenè tractatur, quãdo citatio iniusta dicatur non actare.

2 Quotidie allegatur Iste tex. q † episcopus non potest facere statuta contra ius canonicum. Et hãc regulam firmat Lud. per istum tex. in l. j. ff. de iu. om. iudic. & Albe. de Rosa. in j. parte statu. q. vij. uer. sed quid si statutum. & allegat plures concord. Et ibi latè impugnat illos, qui dicunt, laicos non posse statuere contra ius ciuile, nisi sit populus nõ singularis, sed uniuersus mundi. Et sic respondebant ad l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Sed difficile est inuestigare rationem, quare laici differant à clericis in derogando iuri. Et dixit Abb. in c. fi. de consue. q laici possunt proprio fauori renunciare, & sic etiam tollere ius ciuile, quod est principaliter editum in eorum fauorem, dum modò nihil inho-
3 nestum, aut contra superiorem statuant. ¶ Sed † cùm lex canonica non sit data principaliter fauore clericorum, sed tendat dirigere hominem in Deum, ut per gl. de iureiu. cùm contingat. ideo indecens est, quòd etiã ex consuetudine possit fieri lex contra eã. Et si diceres, quomodo possunt clerici inducere consuetudinem rationabilem contra canones, ut in d. c. fi. respõdet ibi laboriosè do. Abb. uolens in effectu, quòd cõsuetudo assumit uires authoritate illius decretalis, non autem ex potestate clericorum: actus uerò statuendi etiam cum ratione sapit superioritatẽ & quandã ambitiosam authorizationem, quod non est in introductione cõsuetudinis, quæ nascitur ex tacito consensu, & multiplicatis actibus habentibus uim præscriptionis. Ex quo apparet, quare sit opus spatio tanti temporis: quia cùm clerici non possint directè tollere canones, opus est, q quasi præscribant. ¶ Sed solco dubitare de illa ratione differentiæ, quam dicit Abb. inter clericos & laicos: qa licet largo modo finis canonis sit dirigere in Deum, tamen plurimi sunt casus iuris canonici, præcipuè iudiciales concernentes merum fauorem clericorũ: & ideo cessante hac ratione Abb. uideretur, quòd clerici possent contra illos statuere: quod est falsum. Quapropter magis placent uerba Io. de Imo. in c. fi. de off. leg. quòd ideo populus potest statuere contra ius, quia potestas statuendi fuit sibi concessa & approbata per imperatorem, in d. l. omnes populi. Et ideo fortè non posset populus statuere contra legem, nisi hoc esset ei cõcessum: quia populus transtulit potestatem condendi legẽ in imperatorem, ut traditur in l. fin. C. de legib. fm eũ. Pro quo etiam facit, quia inferior non tollit, &c. cle. ne Romani. de elec. Dixit etiam Domi. in c. fi omnes. xix. dist. & in c. ij. §. eo. in ult. col. post But. ibi, & Imol. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & sentit Domi. in c. ij. de consti. in vj. quòd potestas legis condendæ in Papa processit à Deo, per d. c. fi omnes. Ex quo inferunt rationẽ, quare inferiores non possunt statuere contra legem Papæ. Et idem tenet Inno. latè in c. j. propter gl. ibi de transl. prælа. sed Imo. ibi reputat meliorem rationem precedentẽ, & eã latiùs ibi reassumit. Pro quo adduco: quia si ideo prohiberẽtur clerici statuere contra canones, quia potestas legis condendæ in Papa est à Deo, sequeretur, q nec etiam laici possent statuere contra canones in non concernentibus animã: quia in eis esset par ratio prohibitionis. Tamen hoc est falsum etiam in laicis subiectis temporaliter ecclesiæ, ut per Cald. de consue. cõsil. xviij. Abb. in c. quod clericis. in ult. col. de fo. comp. Domi. in c. ecclesia. de cõsti. & ibi latè posui in iij. not. Quare autẽ nõ licet clericis statuere contra canones in non concernentibus animam, sicut laicis, collige ex dictis Doct. in dictis locis. Pro quibus etiam facit: quia potestas Papæ in laicos sibi subditos, est ex donatione Cõstantini, non principaliter à Deo, quod non est in potestate, quam habet supra clericos. Et facit, quod no. Inn. de sen. exc. inquisitioni. cum cõcord. ¶ Considera etiã, quòd potestas legis condendæ tam in populo, quàm in imperatore, & in quacunq; iusta potestate, est à Deo, c. quid culpatur. in fi. xxiij. q. j. c. nec̃ mirum. xxvj. q. v.
4 quæsitũ. xxiij. q. iiij. & Prouerbio. viij.[a]

a *Octauo*] Ad c. Pro me regnant reges, & potẽtes scri- bũt iusticiam. Facit xj. q. iij. qui resistit. *de Sapien. ix. c.*

per qd̃ dicta ratio differentiæ, quæ cõmuniter tenetur, uidetur insufficiẽs: & melior est ratio Imol. in d. c. fi. de off. dele. Dicit etiã Lap. alleg. cẽtesima, an statutũ. in principio, quòd imperator dedit populo potestatẽ condendi legem: quia non potuit per suas leges prouidere singulis occurrentijs locorum. Ad qd̃ uide etiam Bart. & Bal. d. l. omnes populi. & Bald. in c. j. quæ sint regal. & in c. ij. §. de consti. Per dictam regulam infert Abb. de iudic. uenerabilis. non ualere statutum episcopi ponens instantiam causis, per illum tex. Et dicit Abb. de iudic. diligenti. quòd non ualet statutũ episcopi disponens, quòd ex pacto nudo non possit agi: quia repugnat c. j. de pac. Idem dicas in statuto episcopi, quòd sola nuda fama probet quem usurarium, secundum Bal. in l. ij. de iureiur. Sed si constat, quòd aliquis sit usurarius, bene potest episcopus adijcere maiorem pœnam, ut quòd probato delicto omnia instrumenta usurariꝝ præsumãtur esse de duplo. Circa quod uide Fede. consil. xvij. Butr. & Abb. de usu. quia in omnibus. & ibi plenè Ana. & Car. in cle. j. q. xix. de usu. Bal. & Salic. in l. consulta. C. de testa. Lauren. in tract. de usu. q. lxxxviij. xc. & cxxxiij. Cal. de usu. cõsil. vij. & xvj. & de consue. consil. v. & vj. Ang. in dispu. Astensis miles. vij. q. Bal. in l. eos. §. j. C. de usur. Sal. in consi. In nomine Saluatoris nostri. Bal. in consi. Veritas est, quòd de iure cõmuni. Reperio tamen ad istam regulam viij. solennes fallentias per aliquem non reductas, licet quædam ex ipsis uideantur difficilis persuasionis. ¶ Fallit primò,
4 nisi † episcopus statueret contra canones ex causa urgẽti & ueri simi liter non præuisa à canone. Abb. in d. c. fi. de consue. dicens hoc esse dictum Bal. quod ipse mirificè extollit: & licet non dicat, in quo loco, uide Bal. in d. l. omnes populi. ibi, sed hîc dubitatur. & in repet. d. l. ij. de iust. & iur. xxj. char. uersic. uenio ad secundum. item Ab. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. Et ibi allegat Rot. quæ hodie est de iur. pat. v. in nouis, & incipit, In religioso. quæ tamen loquitur in dispensatione. Et pro ista limitatione allego in simili text. famosum ff. mã. l. si hominem. quę multipliciter ornaui de consti. c. j. vij. fallen. Sed, ut dixi ibi in simili, ita puto dicendum hîc, uidelicet quòd hoc non procedat, nisi quando superior consuli non potest sine periculo morę, prout erat in casu dictæ l. si hominem. Aliàs autem saperet in episcopo ambitionem, si statueret contra ius. Et hoc puto esse de mente Abb. de appel. dilecti. Et hîc adde, quod dicam j. post fallentias, in uersic. dixit etiam mirabiliter Bald.
5 ¶ Fallit secundò, nisi † episcopus statueret contra ius commune solùm in præiudicium suum, ut probat tex. de consue. cùm dilectus. iuncta glos. in uer. constitutũ. de quo facit ibi festum Butr. pro solutione contrariorum. Et intellige, dum modò statuat, ante quàm sit factus actus, per quem ius commune confert ius episcopo: quia tunc bene ualet statutum, prout fuit in casu illo: aliàs autem non ualeret in præiudicium successorum, secundum Domĩnic. ibi. Pro quo facit, quod not. glos. in §. ex his. xvj. q. vj. Innocen. in c. fraternitatem. de do.

c. quod super his.

do. Fed. consil. ix. & Cardi. in c. tua. de his, quæ fiunt à præla. & Bald. in l. si pupillorum. C. de rep. hære. & glo. in regula, delictum. lib. vj. cum simi. in quibus dicitur, quòd prælatus potest præiudicare ecclesiæ in quærendis, licet non in quæsitis. ¶ Fallit tertiò, quando † epi-
6 scopus faceret statutum contra ius Canonicum, & per suum statutum rediretur ad ius commune antiquum, secundum Abb. de constit. cùm accessissent. quem ita allegat, & multùm sequitur Maria. in c. qualiter. ij. q. j. artic. vj. de accusa. Sed dato, & nõ concesso, quòd Abb. diceret hoc, & licet possit confirmari per c. ab exordio. cum fi. xxxv. distinct. tamen non uideo, q hoc sustineri possit: quia si lex noua debet obseruari, & antiqua sit correcta, negari non potest, quin istud statutum sit contra ius cõmune: aliàs sequeretur, quòd episcopus per suum statutum posset tollere dispositionem, c. non debet. de consang. & affi. reducendo consanguinitatem ad septimum gradum iuxta canones antiquos, quod nemo concederet, nisi fortè attentis notatis in d. c. cùm accessissent. Intelligamus hoc de statuto contrario canoni, per quod materia reuertitur ad pristinũ statum ecclesiæ olim inductum ex consuetudine contraria canoni: quia attento primordio rationabilis consuetudinis, uidetur potiùs quædã ipsius reuocatio, quàm statuti noui promulgatio. Tamen etiam istud est malè securum: quia si illa prisca cõsuetudo fuit abolita nouo canone, non uidetur per ipsam posse calefieri hoc statutum contrarium canoni. ¶ Fallit quartò, quando statutum episcopi disponens cõtra canonem, acceptatur à subditis ex uoluntario & spontaneo eorum consensu: quia per pactũ subditi dicitur subditus potiùs se ligare ex sua spontanea uoluntate, quàm constitutione episcopi. Archid. in c. certè. xij. q. j. de quo facit festum Domi. in c. placuit. xxxij. distinct. dicens esse menti perpetuò tenendum, tanquam magnam limitationem huius materiæ. Dixit enim Archid. post Hug. quòd episcopus cum consensu cleri potest facere statutũ, quòd de cætero nullus ordinetur in acolytum, nisi proprijs abrenunciet, & castitatem promittat: & ideo dicitur statuere contra ius: quia non est contra ius, quod uult cõtrarium, in d. c. placuit. cum ibi allegatis: quia non est episcopus, qui auferat clerico hanc licentiam, sed ipsemet clericus, qui sciẽs statutum, & assumens ordinem, uidetur sibi auferre dictam licentiã habendi propriũ, uel nubẽdi: & hoc dictum sequitur etiam Domi. xvij. distinct. in summa. ¶ Sed profectò ista esset magna limitatio, & de ipsa multùm dubito propter quinq; rationes. Primò: quia tale statutum esset irrationabile. Patet ex d. c. certè. ubi August. qui sic statuerat, mutat propositum, tanquam non bene fecerit. ¶ Secundò: quia etiam in alia materia non uidetur hoc dictũ procedere, quoniam cõsensus clericorum iam ordinatorum est ille, qui per uiam uoti obligat eos, & statutum

a nihil operatur, nisi ut pactum[a], arg. l. ij. C. communia utriusq; iudic. Consensus uerò clericorum ordinandorum uidetur esse inuitus & exactus: quia, ut dicunt Doc. de constit. cùm M. declarando materiam c. Iacobus. de simo. pariã sunt expressè petere, uel cũ editione statuti. No. Bart. in l. creditor. ff. de sol. Vnde dixit Bal. in l. omnem. C. ad Tertul. quòd metus statuti est metus terribilis. Licet ergo clerici uolẽtes ordinari post hoc statutũ, subijciant se in consequentiam statuto, tamen ex quo aliter ordinari non possent, & talia sunt onerosa, nõ uidetur, quòd ex tacito & nécessario actu induca-

a *Vt pactum*] *Facit, quod habetur per do. Soci. consil. cl. inci. & nos introducere. circa princip. in j. parte, charta ccxxvij. & in cõsil. ccxl. inci. Circa præsentem cõsultationẽ. uersi. secundò, quia. in ij. parte, chart. cxviij.*

tur approbatio spontanea: & saltem talis, quæ faciat ualere statutũ nullum in præiudicium omniũ recipiẽ-

dorum in posterum. ¶ Tertiò: quia si hoc esset uerum, posset episcopus indistinctè statuere contra canones cum cõsensu cleri in materia cõcernente clerum: quia ualeret ex eorum consensu, quod esset contra solennẽ determinationem Ioan. And. & sequacium, in c. fin. de appell. in vj. ubi post amplissimam disputationem cõcludit, episcopum consentientibus subditis non posse statuere, quòd ab interlocutoria, quæ sit cum difficultate reparabilis, appellari non possit, licet hæc consonet iuri ciuili. Et concordant multi, quos allegat Ludo. consil. ij. & sequitur Abb. de iureiuran. uenientes. ibi, præterea per hunc text. ¶ Quartò: quia sequeretur, quòd si multo tempore durasset tale statutum, illi, qui hodie uellent ordinari, & non cum illo grauamine, nõ possent opponere de nullitate statuti: quia iam sumpsisset robur ex acquiescentia primorum, & hoc esset inconueniens, & contra mentem iuris: de quo in §. sed hoc præsenti. in authen. de san. epis. ubi nulla dispositio impeditiua religionis tener. ¶ Quintò & ultimò: quia, secundum hoc, clerici possent per suum statutũ renunciare omnibus iuribus tendentibus in eorum fauorem: sicut ipsi laici, qui suis statutis tollunt ll. renũciando eis, cùm tendant ad eorum cõmune bonum, ut per Abb. in d. c. fin. de consue. Si autem hoc possent etiam clerici, non different à laicis. Fateor, quòd ex cõsuetudine possent talia induci inter clericos. Sed q ex statuto posit induci, non consonat: non enim solùm statutũ tollit ius, nec̃ consensus fundatus in statuto, potest ipsum statutum facere de inualido ualidum cõtra incõueniẽtia prædicta. Si diceres, imò nõ potest in his induci consuetudo, quia dictum est in primo motiuo, quòd tale statutũ esset irrationabile. Ergo consuetudo irrationabilis. ¶ OL. Cogere per statutum, uel legem, est irrationabile, d. c. certè. Secus, si per consuetudinem & per multiplicationem actuum inducitur spõtaneum uinculum assumens robur uirtute c. fi. de cõsue. Sed statutum, de quo §. assumit robur ab homine, cui hoc est interdictum. Dicunt tamen Inno. & Host. de loca. uestra. quòd quando episcopus statuit tollendo ius concessum inferiori subdito, si subditi cõtradicũt, non ualet statutum episcopi: arg. illius c. & c. pe. de his, quæ fi. à præla. Aut ipsi consentiunt expressè, uel tacitè: ut quia sunt præsentes, & non contradicunt: & tunc ualet, fm eos. Ad hoc c. fi. j. eo. Et ita firmat Domi. §. eo. c. ff. allegat Arch. in d. c. certè. & in c. j. super gl. fin. de consec. dist. iij. Sed certè si intelligimus, quòd isto casu episcopus statuat directò contra ius cõmune, non credo, q consensus subditorum sufficiat, per prædicta. Vbi autem præiudicaret clericis, non contraueniendo iuri canonico, procedat dictũ Inno. in d. c. uestra. de quo dixi c. j. §. eo. de consti. cùm oẽs. Idẽ dicas, q quando faceret statutũ ad præiudicium alicuius inferioris, contra id, quod concederet sibi ius cõmune, ante quàm inferior sit ius quæsitũ. Ita dicit Domi. de consue. cùm dilectus. uers. Ex isto no. colligens hoc ex dicto Inno. ibi, & dicit ex hoc haberi unam limitationem ad hanc materiam. & super prædictis cogitabis, quia alibi non discutiuntur. ¶ Fallit quintò, quando † statutũ episcopi est con-
7 tra canonem editũ post statutũ: quia nisi ex ipso inter nouo cognoscatur irrationabilitas statuti, ualet statutũ, & non dicitur reuocatũ: & sic est dare casum, in quo tenet statutũ contra canonẽ. Ita text. in c. j. de cõst. in vj. & pulchrè no. ibi Domi. post Imol. in pe. col. qa. nouæ non censetur tollere statuta præcedentia, nisi id exprí-
8 matur. ¶ Fallit sextò, q nõ † episcopus statuit contra ius cõsuetudinariũ: quia ualet statutũ. Domi. xj. dist. in his. Ab. de cleri. nõ resi. ad audiẽtiã. Facit c. cùm M. & c. oẽs. de cõsti. ubi ualuit statutũ contra antiquas cõsuetudines. Nec̃ obst. q par est potestas legis & cõsuetudinis. xj. dist. catholica. & per totũ. Latè Arc. in d. c. in his. Imò maior uidetur potestas cõsuetudinis: qa tollit canonẽ,

d.c. fi. Ergo non uidetur posse tolli consuetudo ab eo, qui nō potest canonē tollere, iuxta illud, si uinco uincē
tem te, &c. de concess. præben. authoritate. in vj. quia in
tollenda cōsuetudine cessat ratio d. cle. ne Romani. nec
est consuetudo semper potentior lege, sed habent se, ut
excedentia & excessa, secundū Io. An. in rub. de consue.
enumerantem plura iura reprobantia consuetudinē.
Ista tamen fallentia propriè non limitat regulam, quæ
9 loquitur in l. superiori. ¶ Fallit septimò, quando † sta-
tutum episcopi adderet iuri cōmuni: puta, imponen-
do nouam pœnā: quia hoc potest: gl. in clemen. ne Ro-
mani. in uer. tolli. de elec. & ibi Car. in prin. in j. q. & Car.
in cle. fi. §. quòd si. in princ. de pœnis. per illū tex. & gl. j.
in cle. ij. de æta. & quali. & Host. & Ioā. An. in c. ex parte.
postremò, de uerb. sig. Domi. in c. ij. de constit. in vj. Ab.
in c. qm̄. §. porro. ut lite non cōtest. & in c. cùm dilectus.
de consue. Feder. cons. clxxxij. Cald. de consti. cons. xiij.
But. in c. innotuit. de his, qui fur. ord. susce. notans ex il-
lo tex. q episcopus potest roborare pœnas canonum,
& statuere excōmunicationem contra non seruantem
ipsos. Vnde dicit Io. An. latè in c. fi. de offic. arch. in sua
gl. maiori, q istud non est constitutiones Papales sub-
uertere, sed eis deseruire: & illas supplet, quod licet, per
c. j. de ope. no. nun. & c. ij. de priui. Plus uoluit But. s. eo.
cū quo transit ibi Imol. q episcopus potest statuere, ne-
dum addendo, sed etiam detrahendo aliquid iuri ca-
nonico, sicut Papa & Imperator non statuunt contra
ius diuinū, & tamen sibi addunt, uel detrahunt, ut no.
in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & in c. fi. de cōsue. fm
eum. Pro quo uide Ana. in c. cùm in diœcesi. ibi, tamen
cōsidera ad prædicta. de usu. & Baptist. in repe. l. oēs po
puli. de iusti. & iur. uers. Ftan. Vercellen. ubi dicit, q etiā
contra ius canonicum potest inferior statuere non tol-
lendo legem superioris ex toto, sed particulariter. Alle
gat gl. in c. ij. de uerb. sig. in vj. & Inno. & Benedic. de Pe-
rus. in d. cle. ne Romani. ¶ Hoc ultimum de detractiōe,
impugnat efficaciter Domi. xviij. dist. in summa, & in
d. c. ij. s. eo. propter text. in c. institutionis. in uer. muta-
ri. xxv. q. j. in d. cle. ne Romani. in uerbo, mutari. iuncto
eo, quod no. Arch. v. dist. in prin. ubi dicit post beatum
Tho. quòd prohibitus mutare, non potest aliquid de-
trahere. Non obstat simile de Papa, qui aliquando po
test detrahere: quia ipse Papa habet potestatem latio-
rem erga legem, cuius est uicarius, ix. q. iij. cuncta. Non
sic prælati, qui non sunt uocati in plenitudinem pote-
statis pontificalis, c. ac honorem. de author. & usu pal.
secundum ipsum. Pro quo etiam uide Ioan. And. in c.
j. de sepul. in vj. ubi dicit, quòd inferior à Papa non po-
test aliquid detrahere ad ius, nec ipsum arctare: quia
hoc est solius Papæ, secundum eum, quem sequitur ibi
Domi. in §. fin. notans illud uerbum Arctare, per quod
patet, episcopum nō posse limitare canones. ¶ Sed ad-
uerte bene: quia si habetur respectus ad uerbum Muta
re, positum in dictis iuribus, uidetur, quòd nec etiam
potest episcopus addere canoni, propter solenne dic-
tum Bart. in l. fi. in fi. C. de præpos. sacr. scrin. lib. xij. ubi
dicit per illum tex. quòd si statutum prohibet, ne pro-
pter casum fortuitum possit à priore mutari, intelligi-
tur etiam prohibitum, ne numerus eorum augeatur:
quia si est prohibita mutatio, multò fortiùs additio,
secundum eum: quem ualde sequitur Maria. consi. liij.
Do. Ange. Maurocenus. Facit l. iuris gentium. §. adeo. ff.
de pac. ubi, quādo aliquid additur, uel detrahit actui,
dicitur actus nouus, uel mutatus. Facit l. ius ciuile. ff. de
iusti. & iur. Et uidetur text. in d. cle. ne Romani. in uerb.
detrahi, mutari, uel addi. Per quem ita firmat Old. cōs.
cclix. impugnatur electio. in pen. col. uersic. & est satis
expressum. ¶ Sed per hoc non recederem ab ista fallen
tia, qua quotidie utimur, & est casus d. c. ij. §. statuto. de
consti. in vj. Quæ ad hoc no. Bald. in d. l. omnes popu-
li. & text. in c. innotuit. & in d. cle. fi. de pœnis. Non obst.
d. cle. ne Romani. quia illa uerba respiciunt constitu-
tionem c. ubi periculum. de elec. in vj. non autem gene-
raliter ius commune: quod patet, quia prohibetur ibi
etiam dispensatio contra illam constitutionem. &
tamen contra ius commune non est semper prohibi-
ta dispensatio inferioribus, ut traditur in §. de adulte-
riis. de iudic. Quinimò d. cle. potest adduci per hanc
fallent. quia ponit, ut diuersa, mutare & addere. Er-
go addens non mutat. Non obst. d. cap. institutionis.
in uerb. mutari. quia respondetur ex dictis Archid.
v. distinct. in summa. in princ. dum dicit post beatum
Tho. quòd lex dicitur mutari dupliciter: quædā est mu
tatio additiua, & ista non prohibetur etiam respectu le
gis diuinæ, seu naturalis, quæ in hoc nō dicitur immu-
tabilis: alia est subtractiua, uel detractiua: & isto respe-
ctu lex diuina dicitur immutabilis. Et sequitur Domi.
ibi, & idem dicit ipse in terminis istis, in d. c. ij. s. eo. Nō
obst. dictum Bart. in d. l. fin. quia uel non procedit, uel
text. in quo ipse fundat se, non probat: quia expressè
prohibet augeri illum numerum: uel loquitur, ubi à le
ge est data forma: quo casu nulla additio est permissa,
ut latè dixi de rescrip. cum dilecta. probādo, quòd tūc
Præter, & Contra, æquiparantur: uel loquitur, ubi mu-
tatio nō coadiuuat primam naturam, sed alterat: nos
autem loquimur, ubi fit additio non mutans, sed ad-
iuuans & fortificans. Præterea quòd ille, qui addit ali-
cui materiæ, non dicatur propriè mutare, expressè sen-
tit Abb. in c. ij. de libel. obla. xiij. colum. uersic. nunc ue-
nio ad aliam particulam. ubi post Ioan. And. & alios
ibi, & post Legistas in l. edita. C. de edē. facit expressam
differētiam inter eum, qui mutat libellum, & eum, qui
addit libello, concludendo, quòd addens non dicitur
libellum mutare. Vnde posset dici, quòd quando ad-
ditio dicatur sapere mutationem, debet inspici ratio
subiectæ materiæ, ut dixi in d. c. ij. ult. chart. uersic. unū
ultra omnes, & facit, quod not. Ludo. consil. xlv. dicēs,
quòd addens, uel detrahens dicitur nouam rem face-
re, quando ex hoc antiqua dispositio augetur, uel di-
4 minuitur. Allegat Bald. in l. ius ciuile[a].
ff. de iustitia & iure. ¶ Omnia autem dicta in ista vij. fal. intellige, præcedere, quando dispositio statuti auget uires canonis, non tamen est expressè con-
tra canonem, putà si episcopus, ante cle. ij. de æta. & qualit. statuit, quòd ca-
nonicus, qui est in minoribus, nō pos
sit eligere: nam ius commune non di-
sponebat antea expressè contrarium,
sed simpliciter admittebat canonicū
ad electionem. Ita procedat glos. j. in
d. cle. ij. Idem, si est dubium de intelle-
ctu iuris, putà in casu c. ex tuæ. de cler. non resi. Nam ali
qua iura uidentur uelle, quòd fiat ipso iure priuatio
clerici non residentis, c. ex tuæ. in uer. spoliari. & c. qua-
liter. de cleric. non reside. Aliqua, quòd fiat per senten
tiam, c. inter quatuor. eod. ti. Nam super hoc dubio ua
let statutum episcopi, inducens priuationem ipso iu-
re, dum modò seruetur forma iuris in monitionibus.
Ita procedat dictū Car. in d. c. ex tuæ. contra Gas. Cald.
ibi. Sed quando constitutio episcopi disponeret in eo,
quòd disponit expressè ipsum ius cōmune, disponen-
do contrarium illius, tunc non ualet statutum. Ioan.
And. in addi. Spe. super rub. de elect. Nam ius commu
ne disponit electionem factam, contempto uno cano-
nico, nō esse nullam, sed annullandam, de elect. quod
sicut. Ideo si constitutio episcopi statuat eam esse ipso
iure nullam, non ualet, secundum eum: quia dispo-
nūt contra id, quod expressè est statutum à iure. Et ita
declarat Imol. in d. c. ex tuæ. adaptando multis uerbis
uarietates, quæ sunt inter Cald. & Car. ibi. Et dum dixi,
q ualet statutū episcopi firmans certā opi. super intel-
lectu

[a] *In l. ius ciuile*] *Adde, quæ habentur ibidē p Bart. & Paul. de Cast. & per Angel. in l. scire. de uerb. oblig. & per do. Alexan. de Imol. in l. j. §. si quis sim pliciter. de uerb. oblig.*

lectu iuris dubij, uide text. & ibi Ioan. An. in c. ex parte.
iij. de uerb. signifi. super uer. tertiam. licet illa interpre-
tatio esset conformis iuri, secundum Domi. in c. fin. ad
fi. de appell. in vj. ubi allegat c. requisisti. cum glos. j. de
testa. Et istud etiam tenet Ana. de hære. fraternitatis. pe.
col. ¶ Item de ualiditate statuti arctantis canonicos ad
residentiam, uide omnino Old. cōsil. clxxxj. De autho-
ritate condentium. Et secundum proximè dicta posset
fortè adaptari mirabile cōsilium Old. cclix. impugna-
tur electio. ubi uult, quòd non ualet statutum capituli
alterans formam c. quia propter. de elect. etiam adden
do, putà quòd uocentur illi, qui sunt extra prouinciā.
Et pro dicto Ioan. And. in d. rubr. de elect. uide Albe. de
Rosa. in l. de quibus. l. col. uer. ltē quæritur, an circa ele-
ctiones. ff. de legi. ubi idem firmat, uidelicet, non ualere
statutum irritans ipso iure electionem factam non uo-
catis absentibus. Et ita dicit fuisse determinatum in cu
ria Ro. super electione facta in ecclesia Rutensi, etiamsi
statutum esset iuratum: quia iuramentum nō obligat
ad statutā inualida. Valeret tamen statutum, quòd cō-
tractus & alia negotia ecclesiæ facta non uocatis absen
tibus non ualerent. Rationem differentiæ ponit Arch.
in apostillis ad Innocen. in c. j. de condi. appos. quia
collationes beneficiorum, ordinum, monachatus, &
similia, non pendent ex solo consensu conferentis & re
cipientis, sed ex potestate spirituali, quam habet confe
rens ratione ordinis & dignitatis. Contractus autem
ex solo consensu contrahentis consequuntur effectū,
ut latiùs per Albe. ubi s. post Old. in d. consi. Impugna-
10 tur. ¶ Fallit octauò & ultimò, quando † statutum di-
sponit contra ius canonicum in materia, in qua induci
potest consuetudo contraria iuri permittente canone:
quia cùm consuetudo & statutum idem sint in effe-
ctu, licet differant, ut tacitum & expressum, sicut potest
induci consuetudo, sta & statutum. Fed. cōsi. xvij. Quæ-
stio talis est: nunquid constitutio. uer. sic non obstat,
quod quinto loco. per c. ex parte. iij. de uerb. signi. iun-
cto c. certificari. de sepul. Et hoc dictum sequitur Alexā.
consil. mihi ccxlvij. perspectis his, quæ in themate su-
prascripto. ibi, nonò probatur. ¶ Sed profectò aut
istud non capio, aut est difficilis sustentationis: quia
uidemus, quòd lex canonica approbat consuetudinē
clericorum contra canones, c. fin. de consue. Ergo omne statutum eorum, dum modò rationabile, deberet ualere, per istud dictum. Hoc autem esset hæreticum in iure, per prædicta. Et hinc est, quòd Abb. in d. c. fin. ibi, & est unū mirabile. insistit in ista ratione differentiæ, quare clerici possint introducere consuetudinem, & non legem contra canones, ut s. retuli. Nec obstat d. c. ex parte. quia illud statutum fuit conforme canoni, ut dixi paulò antè post Dominic. Dicas tamen, quòd si statutum episcopi contra ius habet secum concursum consuetudinis, quæ interpretatur ius cōmune, eo mo-
do, quo loquitur statutum, tunc ex utribus consuetu-
dinis ualet statutum. Butr. de consuet. cùm dilectus.
uersic. ex quo infertur, quòd licet nō ualeat, per illum
text. secundum unum intellectum. Et no. hoc, quia nō
habes alibi, secundum eum. Et de hoc dicto posset fie-
ri noua fallentia. ¶ Dixit etiam mirabiliter Bartol. in c.
11 cùm omnes. pe. col. uer. sed nūquid. s. de consti. quòd †
licet episcopus non possit committere causam appel-
latione remota, glos. in c. fin. de hære. in vj. dixi in c. j. de
rescript. tamen potest facere statutum, ut in sua diœcesi
procedatur in certis causis summariè. Et ita dicitur ser
uari de facto, quia aliud est committere, aliud est sta-
tuere. Nam statutum est generale & fauorabile: sed de-
legationes sunt particulares, & quodammodo odio-
sæ. Considera: quòd si non potest committere ex eo,
quia non potest tollere ius, certè eadem ratione nō po
test statuere. Et multum obstant dicta ipsius Bald. in d.
l. omnes populi. Tamen fortè ex maxima causa hoc fa-
cere potest, per id, quod dixi in j. fallen. Sed etiam tunc
uidetur requirēdus superior, ut ibi dixi. Posset tamē fa
cere cōmissionem de processu. summario ex iusta cau-
sa, ut per Imol. c. fin. per illum text. de transac. quia tūc
causa imminens iustificaret commissionem, si nō pos-
set adiri superior: sed non iustificat statutum, attento
quòd in omni casu postea occurrente nō semper subes-
set fortè illa causa inductiua summarietatis. Et ubi illa
posset semper subesse, tunc putarem distinguendum,
quòd aut Papa potuit requiri in editione statuti: & si
non fuit requisitus, statutum non ualet. Aut non po-
tuit requiri, & ualet à principio: postea uerò, si nō fuit
requisitus pro confirmatione, quam citò commodè
potuit adiri, non crederem, quòd statutum ualeat, arg.
c. eos. de senten. excom. in vj. Et ista consideratio funda
tur ex dictis Abb. in d. c. dilecti. de appel. Et ista adapta
etiam ad primam fal. de qua s. circa quam uulgares ru
diter discurrunt. ¶ Ponit etiam Bal. in d. l. cùm omnes.
12 an † ualeat statutum episcopi, quòd in sua curia pos-
sit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, usque ad
4 quatuor annos[a]: & quid si statueret,
q clerici non possent opponere hanc
exceptionem. Scias etiam, quòd epi-
scopi & legati possunt facere statuta
contra leges ciuiles. Domi. in c. ij. ante
fi. s. eod. dicens, hoc sentire glos. pen.
in. fi. c. j. de loca. Et no. quòd etiā, quan
do prælati statuunt circa casus à iure
nō determinatos, possunt statuere su-
per negotijs maioribus. Glos. in c. ij. s.
eod. Et exemplificat ibi But. & Domi.
putà sup his, quæ sunt reseruata prin-
cipi, ut circa restitutionem famæ, de re
iudic. cùm te. uel circa legitimationē,
uel circa creationē notariorum, & si-
milia, de quibus per Inno. in c. cùm P.
de fi. instru. Et ita intelligunt glos. in §.
porro. iij. distinct. & xvij. dist. in sum-
ma. ¶ Et adde Ioan. And. in regula, ea
quæ. ubi disputat de ualiditate statuti
episcopi prohibentis fucationes & su
perfluas ornamēta mulierum. Et eum
refert Pet. de Anch. in c. j. uersic. super
hoc membro. de cōstit. subiūgens etiā
quædam alia ad materiam istam. Di-
xit etiam Archi. in c. Eleutherius. in fi.
xcj. distinct. quòd episcopi non pos-
sunt immutare id, quod ab Apostо-
lis, uel sanctis patribus statutū est. Sed
in his, quæ circa solennitatem tantùm
ecclesiæ consistunt, quæ consuetudi-
ne, non præcepto maiorum, sunt in-
troducta, mutare possunt & statuere.
Et de hoc uerbo meminit Bal. in rubr.
de consue. An autem in condendis sta
tutis teneatur episcopus requirere ca-
pitulum, uide Arch. & Dominic. xviij.
distinct. in summa: Butr. & Abb. in c.
quanto. de his, quæ fi. à præla. Domi.
in c. j. de constit. in vj. Abb. post alios
de consue. cùm consuetudinis. Quan
do autem possit episcopus disponere
contra canones per uiam dispositio-
nis, uide Innoc. c. dilectus. de temp. ordi. & plenè Speci
de leg. §. nunc de episcoporum. ubi ponit clxviij. casus,
in quib. episcopus potest dispēsare: & multos, in quib.
nō potest dispensare: plenè scribūt But. Imo. & Abb. in
c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. & ibi soleo ponere.
Et nota bene regulam, quòd ubi lex dat episcopos exe
cutores iurium expressè, nō possunt dispēsare cōtra talia
iura, fm Archi. & Ioā. An. in c. decet. de immu. eccles. in
vj.

c. quod super his.

[a] *Ad quatuor annos*] *Adde, quod ad hoc singulariter habetur per domi. Soci. consi. ccxlj. incip. Circa primam difficultatem. uer. cōfirmo hoc p ea, quæ. in ij. parte. char. cxxij. quòd ex quo lex ciuilis uolebat, q exceptio nō numeratæ pecuniæ intra quinquennium posset opponi, & hodie sit limitata intra biennium, possit opponi, tamē ex quo semel cōpetijt ecclesiæ & personæ ecclesiasticæ potestatis opponendi exceptionem nu. pec. intra quinquēnium ex dispositiōe l. antiquæ, hodie etiā poterit opponere intra quinquēnium, & non tenebitur probare, sed creditor: qa non potuit quinquennium ad biennium reduci i præiudicium ecclesiæ & personæ ecclesiasticæ.*

vj. quòd multùm notat ibi Domi. in §. ordinarij. post princ. Et de potestate episcopi circa statuta concilij prouincialis, uide Domi. xvij. distin. in summa, in fi. Et ista omnia perpetuò no. quæ aliàs posui in repe. c. fi. de consuet. sed non ita plenè: & alibi non inuenies materiam ita reductam, nisi paulò pòst alius commentator laruatus hęc eadem propria esse dicat, sperans loquacitate sua nostrum quietum silentium pessundare.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Crimen non potest probari per instrumentum.*
2 *Hæc regula patitur octo fallentias, ut hîc per ordinem, nu. hoc, & 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*

CAPITVLVM X.

1 VM in ecclesijs. ¶ Dat regula, ꝙ † crimen non probatur instrumento, ut per Ioan. Andr. in regula, semel. & per Abb. hîc, quia reus debet conuinci testibus. Item, quia in instrumento posset esse scriptus testis minor xx. annis, & tamen eius uoci non crederetur in criminali, de uerborum significa. forus. Item, quia in criminali testes exhibentur coram iudice, l. iudices. C. de fide instru. Ergo non stabitur instrumento, ubi testes non exhibentur. Item, quia testes non debent testificari per scripturam, sed uiua uoce, iij. q. ix. testis. Et officium notarij nō extenditur ad talia, ut latiùs per Io. An. ubi §. cuius disputationem reassumit Cy. in l. sciant. C. de proba. & de ipsa sæpe meminit Bart. remittēdo semper ad seipsum, a in l. in senatus[a]. ff. ad Turp. ubi etiā firmat hanc regulam, quam etiam ipse firmat post Iac. de Are. in l. diuus. ij. in fi. ff. de custo. reo. & in authē. si quis in aliquo. ij. col. ibi, item non potest notarius esse rogatus. C. de eden. per l. ij. §. diuus. ff. de testi. ubi in criminali opus est testibus, nō testimonijs. Idem Bal. in addi. Spec. tit. de accus. uer. crimen non probatur. & in l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aquil. & in l. ij. ad fin. ff. de fer. assignando pulchrè rationem regulæ, quā etiam ipse ponit in l. neq; fatales. iiij. col. uers. & si dicatur, imò debet. C. de probat. & in l. fi. §. cùm igitur. viij. col. uer. ulteriùs quæro. C. de iure delib. Et pulchrè Ludo. in d. l. ij. de fer. §. & per Io. An. in addi. Spec. super rub. de fi. instru. iiij. col. *Dixit* tamen Oldr. consil. cxcix. Pro fundamento. j. col. quòd maleficium non potest probari instrumēto, in quantum est rude factum: sed in quantum est ibi iuris dispositio, putà an homicidium sit cum defensione licita, an non, potest probari instrumento. Allegat ad primum dictum iura, de quibus per Ioan. And. in d. regula, semel. in argumētis ad partem affirmatiuam. Ad secunda dicta allegat Innoc. de offic. deleg. statuimus. quod hodie est c. j. eod. tit. in vj. ¶ Sed per prædicta uidetur, quòd primum dictum Oldr. non procedat. Tamen ex istis uerbis Oldr. puto factam fuisse pulchram addi. Ioan. And. in Spec. de accus. §. j. uer. quid si accusatus. ubi declarat, quòd multi actus, ex quibus maleficium esse potest, cadunt in intellectum testis, per quorum tamen depositionem maleficium non probatur: nam licet testis deponat, quòd ego occidi, potest esse, quòd id feci me defendendo, uel casu, ita quòd maleficium non est probatum. Sed iudex ex depositionib. illis percipere poterit, quòd maleficium commisit, sic aggrediendo, uel insultando & occidēdo: habet enim discernere licitum ab illicito: & tamen fateri oportet, quòd etiam testes uiderunt aggressionem, insultum & uoluntatē occidendi: & sic de prædictis deponere possunt. Et facit glos. ij. in c. j. de offic. deleg. in vj. secundum eum remittētem se ad unam aliam suam additionem

a *l. in senatus] Et ibidē uide do. Alexā. de Imol. in prin. et in l. prætor. de eden.*

2 Spec. ¶ Prædicta† regula uidetur recipere octo fallentias. ¶ Fallit primò, quando agitur de probatione criminis, quæ oritur indirectè ex ipso instrumento, uel coadiuuat probationē criminis: putà accuso te, quòd incendisti domum meam, testibus probo incendium, dominium domus instrumento. Ioan. And. in d. regula, semel. ponens plura alia responsa. Et ita intelligit c. plerisq. ij. q. vij. c. cùm ad sedem. de restit. spo. c. ij. de uer. signifi. in vj. c. j. de schisma. eo d. lib. c. quanto. cum glos. de his, quæ fi. à præla. Et idem firmant But. Imo. & Dominic. hîc, & Bald. in l. fin. penul. colum. C. de probat. & Domi. in d. c. plerisq. & Cy. Bald. & Salic. in d. l. sciant. C. de proba. & Salic. in l. singuli. C. de accusa. & Bartol. in d. l. in senatus. Facit dictum Bartol. in l. j. §. item illud. ff. ad Sylla. ubi dicit, quòd notarius potest esse rogatus de uulneribus corporis mortui, & ex illa scriptura poterit iudex procedere ad inuestigandum de ipso maleficio. ¶ Dixit tamen Bald. in rub. C. de fide instrumē. viij. colum. ibi, sed adhuc dubitatur. quòd illud instrumentum non probat uulnus, nisi esset tabellio, qui de hoc haberet causæ cognitionem commissam sibi, quā do potestas mittit notarium ad scribēda uulnera. Adde etiam hîc Bald. in d. l. contra negantem. ad fi. ubi dicit, quòd circunstantiæ delicti possint probari per instrumentum, ut potè in l. Aquilia, dominium, uel possessio, quæ requiruntur ex parte agentis. Et quòd instrumenta admineulentur ad maleficium, tenet Bald. in d. l. ij. ad fin. ff. de ferijs, propter glos. ibi. Sic intelligi debet quod scribit Ioan. And. de restit. spo. cùm ad sedem. super uerbo, instrumenta. ubi dicit esse argumentum expressum, secundum Hostien. ibi, quòd uiolentia potest probari per instrumētum[b].

b *Per instrumētum] Adde do. Alexan. de Imol. in d. l. senatus. ad Turpil. allegata in tex.*

Ad quod uide omnino Tho. Fastoli dubio Rorę. j. ¶ Fallit † secūdò, nisi, 3 producatur instrumentum ad probandū crimen, ad finem ut ille, qui consensit instrumento, puniatur pœna, cui potuit se obligare, non alia pœna corporali. Abb. hîc singulariter. Et hoc modo intelligi potest dictum Ioan. Mo. in c. constitutionē. de uerb. signi. in vj. ubi dicit, prout refert ibi Dominic. in §. cæterum. in fin. se disputando determinasse, quòd per instrumentum potest probari crimen, quando est confectum de uoluntate illius, contra quem producitur: aliàs non ita. Intelligit text. ibi in c. fin. lxxxviij. distinct. Sed hāc declarationem Abb. intelligo, ubi producitur instrumentum, ut principaliter probet delictū commissum extra ipsam scripturam. Sed si ipsum instrumentum, uel scriptura, contineret in se delictum, quòd esset commissum scribendo, tunc uidetur, quòd probet delictum, quo ad omnem pœnam illi conuenientem, per id, quod dicitur in proximis fallen. ¶ Fal- 4 lit tertiò, nisi † delictum fuerit commissum per scripturam, putà faciendo statutum contra libertatem ecclesiasticam: quia hoc probatur per ipsam scripturam, per c. nouerint. de sen. excom. Ita Bartol. in d. l. in senatus. & Imol. & Dominic. hîc, & Salic. in d. l. sciant. Bald. in d. l. contra negantem. Dominic. in d. c. plerisq. dans etiam exemplum, si quis scriberet se credere aliquid, quod esset hereticum. Allegat c. sanè. ij. aliàs incipit, si fortè isti libri. xxiiij. quæst. ij. Ad hoc c. j. xv. quæst. vj. Ita procedit text. in c. fi. de iureiuran. in vj. quem declara, quo ad propositum, ut eleganter per Fede. consil. lv. Domine Alexan. ¶ Et dicit Bald. hîc, quòd delictum probatur per instrumentum, quando est commissum per ipsum, uel in ipso: putà, quia est falsum. Cum istis concordat Floren. post Bartol. in l. iij. §. Item diuus. ff. de testi. facit cap. si quis presbyterorum. de re. ecclesiast. non ali. Et duæ sequentes fallentiæ uidentur ponere eundem casum cū ista, licet Domi. hîc ponat tan- 5 quam casus separatos. ¶ Fallit quartò, nisi † agatur de

de probando delictò, quod cōmittitur contrahendo. Vnde si aliqui faciunt coniurationes, subscribendo se promissioni, talis coniuratio probatur per illam scripturam. Dominic. hîc, & in d. c. plerisq. Allegat d. c. ij. cum glos. de uerb. signifi. in vj. Idem Bart. in d. l. in senatus. & Bald. & Salic. d. l. sciant. & glos. & Bartol. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fisci. & Salic. in l. singuli. C. de accus. ¶ Amplia, etiamsi talis scriptura esset scripta manu priuata, ut patet in scribēte se recepisse usuras. Ita probat glos. in d. c. sanè. in uer. eorum librorum. 6 & text. in clemen. j. de usur. ¶ Fallit quintò, nisi † instrumentum fuerit factum de mandato ipsius delinquentis, & probari possit. Ita procedit glos. in c. fin. lxxxvij. distinct. Vnde si nomino, seu mando scribi tutorem à lege prohibitum in testamento, tale testamētum probabit me deliquisse ex tali denominatione, ut uult illa glos. secundum Dominic. hîc, & in d. c. plerisq. ¶ Fallit 7 sextò, ubi † agitur de præiudicio leui, & scriptura authentica est confecta à persona in dignitate constituta. Ita est casus hîc. Nam de isto text. opponit hîc But. contra regulam, de qua §. ut refert Dominic. hîc, & in d. c. plerisq. licet in Bur. meo non habeam hoc. Et soluendo dicit, quòd aut instrumentum est confectum à persona non constituta in dignitate, & nō probat: aut à persona constituta in dignitate, & tūc si producitur in his, quæ sunt grauis præiudicij, est idē: aut in his, quæ sunt leuis præiudicij, & probat: quia nō erat magnū præiudicium, quòd iste esset excommunicatus, cùm ex præstatione cautionis ueniat absoluendus, c. ex parte. de uerb. signifi. Et istud uidetur uoluisse Inno. hîc, dicens, quòd hîc non probatur delictum, quantum ad depositionem, sed quātum ad absolutionem. Et fortè idem esset, si scriptura nō esset confecta à persona in dignitate constituta, licet hoc ita euenerit de facto: quia Inno. non habet respectum ad qualitatem scribentis. ¶ Pro ista fallentia facit, quod notat Florē. in l. j. uer. demum not. ff. de testi. ubi dicit, quòd instrumentum probat in paruis criminibus, ut si dicatur tabellioni, ut faciat instrumentum, quomodo denuncio Titio, quòd nō ingrediatur fundum meum me inuito: & si ingrediatur, facit mihi uiolentiam. Ita dicit tenere Iac. Butr. ibi, sub dubio fortè. Ad idem, quod not. Ludo. consil. cclix. Dum quæritur, an ad excommunicationem. ubi latè consuluit, quòd per instrumentum potest probari uiolenta iniectio manuum in clericum, ad finem ut probetur excommunicatio in uim dilatoriæ, non in uim peremptoriæ: quia non agitur de magno præiudicio, cùm statim actori competat remedium absolutionis contra hanc dilationem iudicij: & probat multiplicíter, quòd faciliùs proceditur in probanda excommunicatione in uim dilatorię, quàm in uim peremptorię. 8 ¶ Fallit septimò, nisi † agatur de crimine ciuiliter, per istum text. ubi agebatur ad iustificandam excommunicationem: nam tunc probatur per instrumentum: & ita etiam procedat text. in c. cùm ad sedem. de restit. spo. quia ibi non agebatur, ut spolians puniretur de spoliatiõe, sed ut restitueret rem, qua spoliauerat aliū. Et ita firmat Domi. hîc, dicens istud fuisse dictum Lap. de Castel. hîc, pro quo uide Bald. in d. l. contra negantem. quasi in fi. ubi dicit Iac. Butr. *dixisse*, quòd quando agitur ciuiliter, faciliùs probatur crimen per instru- 9 mentum. ¶ Fallit octauò & ultimò † in instrumento cō fessionis factæ in iudicio, uel sententiæ condemnatoriæ: quia per talia instrumenta legitimè confecta, probatur plenè maleficium. Bald. in d. l. sciant. pe. colum. ita intelligens illum text. in uer. apertissimis documentis. & facit, secundum eum, l. qm̃. cum sua glos. ff. de infa. & sequitur Floren. in l. iij. §. item diuus. ff. de testa. Facit, quod no. Abb. de iudi. at si clerici. in prin. in primo notabili, per illum text. Et dicit Bald. in l. j. ad fi. C. quo. appel. non reci. quòd contumacia potest probari per instrumentum, licet uergat ad crimen: quia debet scribi in actis, l. properandum. in fin. C. de iudic. Et ex his habes ordinatum istum passum meliùs, quàm alibi. Quando suspecto de periurio deferatur iuramentum, dixi satis de offic. ord. ad reprimendam.

c. his quæ.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Cardinales habent in suis titulis in ecclesijs sibi subiectis, iurisdictionem episcopalem.*
2 *Capitulum & ecclesiæ inferiores an succedant sede uacāte? & concludit, quòd sic.*

CAPITVLVM XI.

1 IIS, quæ. ¶ Cardinales † habēt in titulis suis, in ecclesijs sibi subiectis, iurisdictionem episcopalem. Text. hîc, quem omnes extollunt. Adde Inno. de cap. mo. dilectus. in glos. hoc ius. uersic. posset dici. ubi dicit per istum tex. quòd Cardinales in suis titulis pinguius habent ius, quàm plebani: quia in ipsis institutio & destitutio spectat ad cardinales: sed in alijs ecclesijs spectat ad episcopum, de offic. ordi. conquerente. Et ista uerba Innoc. sequitur Ioan. And. & etiam Butr. de offic. arch. dilecto. ibi, oppono glos. Idem Imol. in clemen. ne Romani. ibi, quartò quæro. de elec. dicens, quòd Cardinales in suis titulis habentur loco episcoporum, quo ad iurisdictionalia, & quo ad episcopalia, si sunt episcopi: aliàs, quo ad iurisdictionalia tantùm. Allegat text. hîc. Vnde habent sub se pleno iure capellas, quas de iure communi non habet aliqua ecclesia non episcopalis. Allegat Innoc. ubi §. & uide Cardi. in d. clemen. ne Romani. uersic. irritum. ubi concludit, ꝙ tituli cardinalium comparantur ecclesijs episcopalibus: quia habent iurisdictionem quasi episcopalem, in suis parochijs. Et ibi ponit, an comparentur ecclesijs matricibus. Et dicit Bald. hîc, quòd Cardinales nō episcopi, nō habent in istis titulis ea, quæ sunt ordinis episcopalis, sed solùm ea, quæ sunt iurisdictionis episcopalis. Istum text. allegat etiā pulchrè Domi. in §. j. xxj. dist. dicēs, ꝙ institutio & destitutio talium ecclesiarum spectat ad cardinales in eis intitulatos. Idē Domi. post alios in c. j. de maiori. & obed. in vj. ¶ Et dicit Cardi. de except. cùm uenerabilis. ad fin. quòd plebes non fundant intentionem suam in capellis de iure communi, nisi ecclesia matrix esset tituli Cardi. per istum text. Et ita dicit se sæpiùs consuluisse, maximè in ardua lite inter plebē de Cento & ecclesiam Centi: & est consilium suum lxvij. Thema tale est: plebs sanctæ Mariæ de Cento. de quo memini in d. c. cùm uenerabilis. xiij. col. uer. ad tertium notabile. ubi tradidi regulam cum fallentijs nouis super hoc, quòd regulariter plebs non fundat intentionem in capellis sibi subditis. ¶ Et istis ad- de Franc. Paui. in tract. uisitationum. fol. iiij. ubi dicit, quòd Cardinales in istis suis titulis habēt facultatem uisitandi, sicut episcopi in suis episcopatibus, per istū text. & uide eundem Franc. Paui. in tract. De sede uac. fol. xxxviij. dum enumerat aliqua priuilegia cardinalium, inter quę dicit fuisse eis concessum à Sixto IIII. ꝙ liberè possint cōferre omnia beneficia ecclesiarum, in quib. intitulati sunt, uel cōmendatarij, non obstantib. expectatiuis, neq; reseruationibus, nisi uacēt in curia. Et de illis Papa non prouidebit, nisi de expresso ipsius cardinalis ordinarij, uel commendatarij cōsensu. Quæ autē sint ecclesiæ, in quib. cardinales intitulantur, enumerat Pet. de Monte in tract. De Papa, xlvij. col. & Alb. 2 in rubr. ff. de statu homi. ¶ Nedum † in ecclesia cathedrali succedit capitulum uacante sede, sed etiam in ecclesia inferiori. Abb. hîc eleganter per istum text. Idem Abb. de appel. bonæ. iiij. colum. ibi, notabis bene duo. & in c. cùm dilectus. de consuet. iij. colum. ibi, nullus tamē Doc. licet referat Inn. sentire, de consti. cùm accessisti.

sent. Idem etiam Cardi. post Laudi. in cle. ne in agro. §. abbate. ij. quæst. de sta. mo. dicens, quòd mortuo abbate tota administratio spiritualis & temporalis transit ad conuentum. Et ita dicit seruari de facto. Et idem Imol. ibi xxv. col. uer quid de casu mortis. Idem etiam Abb. latè de sta. mo. ea, quæ. ij. col. Facit dictum Domi. post Lau. & quosdam alios in c. ij. de testa. in vj. ubi dicit, quòd sede uacante potest conuentus monachorū dare monacho licentiam acceptandi executionem testamenti: quia secundum eum, conuentus succedit in temporalibus & spiritualibus, ut probantur allegata per Lap. ibi: sed reuera non loquuntur de capitulo ecclesiæ inferioris. ¶ Limita primò, nisi essemus in casibus, in quibus iura prohibent, ne capitulum se intromittat, putà in alienationibus in litigando, in conferendis beneficijs, & similibus: de quibus j. ne sede uac. per totum, & aliquid j. eod. cùm olim. Ita Card. & Imo. in d. cle. ne in agro. ¶ Limita secundò, nisi inter illos de capitulo nascatur scandalum, adeò quòd suspecta sit eorum administratio. Abb. de rescrip. cùm dilecto. iij. notabili, ad hoc extollēs tex. ibi, & in c. fi. de statu reg. ¶ Limita tertiò, nisi abbas esset remouendus propter culpam suam, & conuentus esset suspectus de eadem culpa. Abb. in d. c. ea, quæ. per illum text. ¶ Sed aduerte, quòd pro opi. contraria, quòd capitulum ecclesiæ inferioris non succedat in iurisdictione uacante sede, induco nouissimè septem motiua. Primò est decisio Inn. in c. cùm accessissent. in gl. sed nunquid. in fi. de constit. ubi dicit, se non credere, ꝙ uniuersitates possunt exercere iurisdictionem deficientibus rectoribus. Et quòd ista uerba intelligātur de uniuersitate ecclesiastica, uide Car. consil. xxxiij. In hac dubia q. j. col. licet Butr. in d. c. cùm omnes. in ij. uer. in tantum uideatur intelligere de uniuersitate seculari, colligens ex hoc, non esse tāta cōmunicationem inter uniuersitates seculares, & eorum capita, quanta est inter prælatum & capitulum. Sed ex quo Inno. loquitur simpliciter, potest intelligi de utraq;, scilicet ecclesiastica & inferiori ab episcopo, & de seculari: de qua uide etiam Bal. in l. j. q. xix. ff. de offic. cōsu. & quod scripsi in rub. de appel. v. col. uersi. ad quintam. ¶ Secundò est decisio Inno. hîc, quem sequitur But. Imo. & Domi. hîc, dicentis, quòd ... est capitulū ecclesiæ tit. cardinalatus, tunc capitulum succedit, nisi reseruetur, prout hîc fuit factū. Et ideo sicut capitulum ecclesiæ cathedralis succedit, j. eod. cùm olim. ita succedit capitulum titulorum cardinalium. Si autem loquimur de alijs matricibus ecclesijs habentibus ecclesias, tunc capitulum de iure nihil uendicat sibi, uacante ecclesia, in talibus capellis: quia licet aliqua iura percipiant prælati in talibus capellis, ut no. Inno. de offi. or. dilectus. & de capel. mo. dilectus. istud est de consuetudine, non de iure: & ideo in hoc standum est consuetudini, secundum But. & Domi. ¶ Ecce quomodo ponūt differentiam manifestam inter ecclesiam cathedralem & inferiorem, quo ad succedendum uacante sede. Et ideo dicit Imol. hîc in fi. quòd frustra quæritur an mortuo prælato matricis ecclesiæ potestas transeat in aliū: quia si ille prælatus non est cardinalis, non habet potestatem, neq; iurisdictionem, in ecclesijs sibi subditis. Tamen dicas, quòd nos quærimus, posito quòd prælatus haberet iurisdictionem de iure speciali, utrùm illa specialis potestas transeat in capitulum uacante sede. ¶ Considera etiam uerba Bart. in l. ubi adsunt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. dum dixit, quòd capitulum succedit uacante sede episcopali, & collegium cardinalitū uacante Papatu. Allegat Inno. c. hîc, quasi expressè sentiens, quòd hoc non competat inferioribus capitulis, uel collegijs. ¶ Tertiò facit: quia iste text. ponit unam specialitatem in ecclesijs & capellis subditis ecclesiæ, quæ est tit. cardinalis. Et quòd sit in eis speciale, firmat hîc Imol. j. colum. uer. sed certè. uolens contra But. hîc, quòd capitula inferiorum ecclesiarum possunt cōgregari sine licentia superioris, & scrutinium & baptismū facere: quia si hoc specialiter est prohibitum in ecclesijs subditis ecclesiæ cardinalis, ergo secus in alijs, l. ius singulare. ff. de legi. secundum eum. Vnde uidetur etiam idem in facultate succedendi, quæ competit talibus ecclesijs, per istum text. dum fit in eis specialis reseruatio Papę, innuens manifestè, quòd aliàs capitulum succesisset. ¶ Quartò arguitur sic: omnis iurisdictio est aut à lege, aut ab homine. Innoc. de offic. ordi. cùm ab ecclesiarum. Sed ista iurisdictio competens specialiter alicui prælato inferiori, non reperitur de iure apertè transire in capitulum uacante sede, neq; ex dispositione legis, neque hominis. Ergo transibit ad superiorem. Minor probatur, quia omnia iura, quæ dicunt capitulum succedere uacante sede, loquuntur de capitulo ecclesiæ cathedralis: & iste text. loquitur de ecclesia, quæ est tit. cardinalis. Vnde Dominic. fuit motus incautè, in d. c. ij. de testa. in vj. dum dixit, quòd iura ibi allegata per Lap. probant, quòd conuentus succedit abbati in iurisdictione. Imò Archid. & Ioan. An. ibi firmant, quòd episcopus succedit abbati in danda illa licentia: quia secundum eos, episcopus habet curam status monasterij uacante sede, & ipse dat administrationem in temporalibus & spiritualibus. Et sic expressè decidunt pro ista parte. ¶ Quintò facit, & fortiter: nam prælati inferiores ab episcopo non possunt habere iurisdictionē, nisi ex iure speciali: quia solus episcopus habet de iure cōmuni iurisdictionem in omnibus ecclesijs suæ diœcesis, xvj. quæst. vij. omnes basilicæ. Tunc sic: Ea, quæ cōpetunt alicui prælato de iure speciali, non transeunt in capitulum uacante sede: glos. in uer. tempore. in c. scriptum. de elec. & ibi Abb. Innoc. de foro compe. uerum. & ibi satis dixi in princ. Ergo iurisdictio, competens prælato inferiori ab episcopo, cùm competat iure speciali, non est transitoria ad capitulum. ¶ Sextò sic iustificando prædicta: nam maior est communio inter episcopum & capitulum, quàm inter prælatos inferiores & conuentus. Patet: quia capitulum succedit episcopo negligenti, in collatione beneficiorum, c. ij. de cōcess. præben. Sic conuentus abbati, clemen. j. de sup. negli. præla. Vnde dicit Rota de sup. negli. præla. j. in antiquis, & antiquior. quòd propter negligentiā abbatis, uel alterius inferiotis ab episcopo, non transfertur collatio ad conuentum, sed ad episcopum: quia conuenientius est, quòd per superiorem suppleatur negligentia inferioris, quàm per parem & inferiorem. Facit dictum Innoc. in c. ij. de concess. præben. dum dicit, deuolutiones debere regulariter ascendere, non descendere. ¶ Septimò facit c. ea, quæ. §. quòd si abbas. de sta. mon. Et non induco, in quantum conuentus non succedit ibi abbati: quia responderet quispiam, illud esse propter suspicionem, quæ est contra conuentum, ut in simili dicit Abb. de rescript. cùm dilecta. iij. notabili: sed pondero illum tex. in uer. per illum detur. & in uer. prouideatur. ubi non sunt uerba, quæ in casu illo dent episcopo cōmissionem nouam, sed excitatur officium eius, iuxta glos. in l. si soror. C. de colla. & Abb. in c. ij. in fi. de offic. ordi. in vj. Facit, quod habetur in c. graue, de offic. ordi. ¶ Aduerte tamen in hoc ultimo, & circa prædicta: quia uidentur concedendi duo casus. Primus est, quando non quærimus de iurisdictione competente specialiter prælato inferiori, sed de administratione bonorum. Et hoc casu uidetur, quòd conuentus succedat prælato inferiori, per d. c. ea, quæ, & c. fi. de regula. & d. c. cùm dilecta. & d. cle. ne in agro. Et not. expressè Abb. in d. c. ea, quæ. nisi remoueatur propter suspicionem, per prædicta iura: quamuis Archid. & Ioan. And. in d. c. ij. de testa. in vj. aliud dicant. Quibus obstat etiā, quod not. Imol. in c. unico, penult. colum. ut ecclesiastica beneficia. ubi dicit post Ioan. An. ꝙ in ecclesia collegiata

giata inferiori, custodia ecclesiæ spectat ad collegium ipsius ecclesię, per c. non licet. & c. illud. xij. q. ij. nisi illi de collegio sint suspecti, per d. c. ea, quæ. uel sint insufficientes: quia tunc custodia spectat ad episcopum, nisi ad alium spectaret ex priuilegio, uel consuetudine, per id, quod habetur de insti. cùm uenissent. ¶ Secundus casus, quando materia spectat iure speciali ad prælatum inferiorem, & suum capitulum simul: quia tunc, uacāte sede ipsius prælati, bene succedit conuentus, per c. fi. de reg. in vj. & facit c. unicum, ne sede uacan. eo. lib. Vbi autem iurisdictio spectat de iure speciali ad solum prælatum inferiorem, tunc, ut uidistis, communiter tenetur, quòd capitulum succedat in illa. Et ista opinio sequenda est, tum ꝓpter authoritatē Abb. hîc, & eorū, quos allegat: tum propter consuetudinem, quæ est optima duriorum interpres: de consuc. cùm dilectus. Et de ipsa attestanē Doct. in d. cle. ne in agro. Tamen in puncto iuris possent sustineri prædicta, quæ intelligas dicta solùm, ut cognoscatur materiam esse dubitabilem, & per Doctor. non digestā. Et ista adde ad Franc. Paui. quem uidi, eis iam editis, in aureo libello De potestate capituli sede uac. fol. vij. uer. septima sedes est abbatialis. ubi insistit, quis succedat in iurisdictione mortuo abbate, uel priore. Et per prædicta plus ornantur, quæ ipse ponit, quàm ista ex suis. ¶ Vltimò, dum probat latè Abb. ꝙ habens iurisdictionem, in c. fin. de offic. ordi. & quod dicetur, potest per alium expedire, quę sunt ordinis, adde text. optimum de elect. is, cui. lib. vj. & gl. in c. pen. in uer. spiritualibus. de sup. neg. præla. eo. lib. & quod dicetur j. c. prox. de monialibus habētibus curam animarum. Et dum Abb. ponit pulchrè de pœnitentiario capituli uacante sede, gusta, ut dixi, de rescript. eam te. per Card.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Mulier succedens in dignitate, efficitur capax iurisdictionis.*
2 *Canonici seculares an dicantur personæ religiosæ: &, An gaudeant priuilegio canonis, si quis suadente.*
3 *Mulier non est capax eorum, quæ sunt ordinis:*
4 *Etiamsi esset consuetudo, quòd abbatissa posset excommunicare: quia talis consuetudo non ualet.*
5 *Mulier recipit ordinem, seu benedictionem sufficientem ad dicendum solenniter horas, seu officium, licet non sit de septem ordinibus ecclesiæ, nec recipiat characterem.*

CAPITVLVM XII.

a *Mulier] Adde tu, quòd quædam sunt dignitates, seu officia merè personalia: & illa mulier potest habere, l. fœminæ. ff. de senato. Adde bo. tex. in c. dilecti. de arbi. & in c. significauit. de rescript. Et de materia ultra hæc scribentes, uide in c. noua. de pœnit. & remiss. Adde, ꝙ etiam mulier potest habere dignitatem cum administratiõe in duobus casibus. Primo, quando princeps concessit, &*

1 Dilecta. ¶ Dum† tangit Ab. quòd mulier[a] succedens in dignitate, efficitur capax iurisdictionis, adde Ang. in repe. l. eam, quam. C. de fideicom. & in l. fœminæ. ff. de reg. iur. & in l. cùm prætor. ff. de iudic. ubi idem tenet, dicēs, quòd potest administrare iurisdictionalia etiā per seipsam. Et ita dixit fecisse reginā Ioannam, quam uidi sedentem in solio regali, & ferentem sententiam capitalem contra illos de Balso: & exemplificat etiam in comitissa Mathilda, de qua facit mentionem gloss. in l. ult. C. de arbi. Et cum istis concordat Abb. de rescript. significauit. & aliàs dicetur. Et per istum text. & dictum Hostien. hîc infert Rota de præb. xxj. in antiquioribus, quòd licet cura animarū non possit cadere in mulieribus, quo ad exercitium actuale, tamen ius curæ potest competere monasterio monialium, ut

exercitium committat uiro capaci illius potestatis. Et gusta, qđ habeē hîc de inuocatione brachij alterius iudicis, ut cōpetat non solùm habenti ordinariam de iure communi, sed etiam dicitur in delegato, & per Ioan. An. & omnes, de offic. dele. significasti. optimus tex. in c. dilecto. in fi. de sent. excō. in vj. iuncta glo. ij. ibi. ¶ Dum tangit
2 Abb. ultra alios, nunquid † istæ canonicæ seculares dicantur personæ religiosæ & uult, quòd non gaudeāt priuilegio canonis, si quis suadēte. adde Rotam de regu. j. in antiquis. ubi tandem idem tenet. Allegat Ioan. An. hîc. Dicit tamen aliquos distinguere, utrū uerberentur eo tempore, quo seruiūt in ecclesia, & habent habitum religionis, & tunc uerberans incurrit excommunicationem: aut tempore, quo nō seruiunt, & non habent habitum religionis, & non incurrat. Et hanc distinctionē sequitur Rota & Domi. hîc, dicens, quòd pro ea potest adduci text. de sent. excom. religioso. in vj. ubi nouiti⁹ gaudet priuilegio dicti canonis, licet possit cōtrahere matrimonium. Et ita etiam dicit Rota, quòd licet istæ possint cōtrahere, tamen quia de præsenti religiosē uiuunt, uidentur personæ ecclesiasticæ, sicut clerici in minoribus non ligantur alio uoto, & tamen gaudent priuilegio canonis. Vide etiā Rotā de iurepa. vij. in fin. in antiquioribus. quæ dicit, benignè sunt cōuenienda coram ecclesiastico, tanquam personæ miserabiles, & non uidentur merè psonæ seculares, maximè cùm portant habitum, & gaudēt priuilegio canonis. Et ita dicit intelligi Ioa. An. hîc. ¶ Item quòd solum uotum castitatis & paupertatis cum mutatione habitus, nō facit quem religiosum, nisi ingrediatur religionem: uide gl. ij. ad fi. in c. de uiduis. xxvij. q. j. bonus text. & Doct. in c. ex parte. de conuer. coniug. ¶ Nota bene dicta Abb. ꝙ † ea,
3 quæ sunt ordinis, non possunt competere mulieribus. Et gusta ad ea, quæ dixi de offic. ordin. si sacerdos. dum dixi, quòd ad ualiditatem excommunicationis nō requiritur sacerdotium in excommunicante, ut per Abb. de elect. c. transmissam. j. notabili, de rescript. ab excommunicato. & Host. in Summa, de sent. excom. §. quis possit. ad fi. uer. nedum autem ius. Tamen requiritur ordo. Et cogita, an sufficiāt ordines minores: nam isti sentiūt, quòd sic, quasi sufficiat clericatus aptus ad habendum beneficium, uel iurisdictionem spiritualem, de transac. c. ex literis. ¶ Amplia, etiamsi † consuetudo esset, quòd
4 abbatissa posset excommunicare: quia non ualet. Ita Innoc. hîc. ¶ Obstat dictum Innoc. de restit. spo. olim. iij. cum concor. quas dixi de offic. ordin. si sacerdos. ubi consuetudo potest dare facultatem excommunicandi simplici clerico. Ergo fortiùs abbatissæ, quæ dicitur habere dignitatem, ut c. indemnitatibus. de elect. in vj.

SOL. In muliere est incapacitas ordinis, ut per Docto. hîc, per c. sacratas. xxxij. distin. Et consuetudo nihil operatur circa personam incapacem, de præscript. causam. Ioan. An. de præben. c. ij. in vj. Omnes in c. quanto. per illum text. de consuet. ¶ Sed dices, mulier potest esse diaconissa, authen. diaconissa. C. de epis. & cler. & c. diaconissam. xxvij. q. j. Soluit gl. in d. c. diaconissam. quòd non ordinatur, sed consequitur quoddam spirituale,

in rescripto dicit, non obstante tali l. Secundo, ex consuetudine: aliàs secus, ut in l. fin. C. de arbi. Adde, an mulier possit esse executrix in testamento? Dic, quòd si ipsud officium est explicandum in iudicio, non potest, ut in l. alienā. C. de procu. Si autem est explicandum extra iudicium, tunc potest, l. iij. §. j. ff. de negot. gest. & Bart. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. Adde tamen, quòd aliqui tenuerūt indistinctè, quòd fauore defunctorum possit. De quo possis uide per Bart. in l. à filio. in princ. ff. de ali. & cibar. leg. & uide Bart. d. l. fœminæ. Et adde Spec. in tit. de syndico. uer. quid de mulieribus. Et adde ad materiam no. in l. cùm te. & ibi Cy. C. de nuptijs, & gloss. in authent. de consul. §. si autem etiam uxor ē. col. iiij.

officium: fortè legẽdi homilias, uel euangelium ad matutinum, uel aliud, quod nõ licebit alijs. Et si mulier ordinaretur, non reciperet characterem, ut latè per Arch. ibi, & in alio loco ibi per eum allegato. Et eius dicta reassumit Paul. in repe. c. si celebrat. de cle. excom. mi. vij. col. ibi, est tamen sciendum, quòd moniales licet nõ allegat Arch. & concludit, quòd † mulier recipit ordinẽ, seu benedictionem sufficientem ad dicendum solenniter officium, licet non sit de septem ordinibus ecclesiæ, nec conferatur character. Et illa dicta Arch. fuerũt Gof. in summa, de æta. & qua. §. quid de muliere. Ex quibus latè infert Maria. in repe. c. ad audientiam. art. v. ad fin. de homi. quòd mulier non potest incurrere irregularitatem: quia ex quo ordinari non potest, cessat in ea effectus irregularitatis, qui uidetur esse ad impediendum promotionem ad ordinem promotum, uel ad administrandum in susceptis. Nec̃ placet sibi, quòd possit incurrere irregularitatem, etiam quo ad benedictionem prædictam, ut latiùs per eum reputantem hoc nouum. Cogita: an idem uelint Doct. hîc, dicendo, abbatissam non posse suspendere suspensione apta, & irregularitatem inducere. Demum multa prohibita, & multa permissa mulieri, ponit Firmanus in uerbo, mulier. & scias gl. in c. nec̃ illud. in uerbo, costa. xxiiij. q. v. quæ ponit, quare mulier fuit creata ex costa.

SVMMARIVM.

1 ℣ *Canonici ueniunt appellatione capituli, non autem archipresbyter, archidiaconus, & similes.*
Iuramenta diuiduntur in multas & uarias formas. Vide post num. 1. uersi. dum Abbas.
Dominus alicuius loci, an possit, hominibus illius loci inuitis, alienare & subijcere illum locum alteri. Post num. 1. uersi. hominibus inuitis.
1 TAtuimus. ¶ In † quantum dicit Abb. non esse ualidam, neque honestam consuetudinem, quòd canonicus primò receptus præcedat secundò receptum habentem maiorem ordinem: adde Host. tenentem contrarium, infrà tit. proxi. c. j. & sequuntur alij: & etiam Abb. uer. & ad §. leges. Nec uidetur contra honestatem: quia ratione alicuius qualitatis potest hoc induci. Vnde uidemus, quòd habens dignitatem præcedit maiorem ordine, ut hîc in glos. fi. ad fi. Similiter receptus authoritate Papæ præcedit alium secundò receptum, etiam authoritate Papæ, quamuis maiorem in ordine, ut firmant omnes hîc post Inn. contra Host. Vnde uidetur, quòd si istud saperet inhonestatem, nullo istorum casuū hoc induceretur: tamen consuetudo, quæ hodie uidetur uniuersalis, potest hoc inducere: neque caret ratione, ut in simili habetur, c. fi. de consue. in vj. ubi prioritas receptionis operatur ius in optionibus, non habito respectu ad qualitatem ordinum. Et Imol. hîc sæpe uult consuetudinē contra istum text. ualere. Facit, quod not. Domi. in c. episcopus. in fi. xvij. dist. dicens ualere consuetudinem Romanæ curiæ, 2 quòd diaconus Cardinalis præferatur presbyteris. Allegat gloss. in c. legimus. in uers. nec altera. xciij. dist. quæ tamen dicit, quòd non ualeret consuetudo, quòd diaconus Cardinalis præcederet presbyterum Cardinalem, licet uerba illius gloss. habeantur uario modo, & cam quidem impressores intricauerint. Et de iuribus cōsuetudinis in hac materia, adde Bald. in c. cùm olim. de consue. ubi dicit per illum tex. quòd cōsuetudo designat loca sedendi, & non debet præposterari: & antiquiores clerici & doctores debent habere primum locum, deinde cæteri. Et dicit Bald. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offic. proconsl. per illum text. quòd attenditur consuetudo circa ista, & quòd in Tuscia fratres Minores uadunt ante Prædicatores: quia ibi est consuetudo, quòd digniores sequuntur, & altior locus secundū eum est, qui magis est propinquus domino. Allegat gl. j. in §. aliam. Insti. de bo. pos. in uersic. altiore loco. Et in Ecclesiastico scribitur, Loquere maior natu: te enim decet primum loqui, secundum eum. Et dicit Bald. in c. j. §. marchio. qui feud. dare pos. quòd Barones debēt sedere penes regem ordine consueto: & iste honor appellatur priuilegium, ut notatur de archiepiscopis Rauennæ & Mediolani, in l. decernimus. C. de sac. sanc. eccles. secundum eum subdentem in una additione, quòd attenditur consuetudo, in quo loco sedere debeat cantor in choro. Allegat gloss. à me non repertam: & dicit Ab. consil. xxij. Fuit à me postea quæsitum. non ualere consuetudinem, quòd Archidiaconus præcedat uicarium episcopi: & probat ex eius irrationabilitate: & rationes suæ seruient ad infringendas similes corruptelas, contra quas inducit inter alia, tex. expressum in c. legimus. xciij. distinct. ubi reprobatur insolentia quorundam diaconorum, qui se maioribus præferebant. Dum dicit Abb. haberi distinctionem personarum, nedum in uestibus, sed etiam in cibis, adde, quod dixi de consti. cùm omnes. Et de ista differentia in uestibus, uide etiam Arch. in c. j. xvj. quæst. vij. Nec obstat text. ibi, prohibens dari aliquibus taliter, quòd alij moueātur scrupuloso corde: quia debet exponi Moueantur, id est, debeāt rationabiliter moueri, secundum Inno. c. in d. c. cùm omnes. Tamen ista distinctio inter cibaria & uestes, non reperitur bene expressa iure: sed est inducta ex æquitate ad cōcordanda iura, de quibus hîc in gloss. secundum Imol. hîc, q. postea tractat optimè intellectum c. uobis. & c. Vulteranæ. & c. concessо. xij. q. ij. referendo consilium Cald. & Lau. de Pinu, quo diuidantur reditus ecclesiæ inter rectorem, & clericum, & fabricā, & pauperes: de quo facias mentionem ad dicta iura.

¶ Attende, dum dicit Abb. quòd in consuetudine [a] præter ius sufficiunt decē anni, iuxta gloss. iij. in c. fi. de consue. in vj. Adde gloss. in c. consuetudo. xij. dist. & in c. ut litigantes. in uer. statuimus. de offi. ord. in vj. & Domi. in c. mos est. j. dist. & in c. consuetudinis. xj. dist. & Rotam de consue. vj. in nouis: & Abb. in c. j. in fi. de sta. mo. & omnes in c. fi. de consue. Quicquid dixerit glos. in c. inter cætera. x. q. iij. Et habet locum ista conclusio etiam in consuetudine, quæ est contra ius, quod nunquam fuit receptum moribus utentium. Cald. & Car. & Imo. in c. j. ī. ti. proxi. Et ibi dicet. ¶ Limita primò singulariter, nisi † cōsuetudo præter ius ueniat ad detrahendum iuri alicuius ecclesiæ: qa sicut in præscriptione contra ecclesiam requiruntur quadraginta anni, de præscr. de quarta. ita in ista cōsuetudine. Inn. de consue. cùm dilectus. in glos. fi. quem ualde extollūt But.

a *In cōsuetudine] Adde tu, si quæritur, quantum temporis requiratur ad inducendam consuetudinem? dic, q. aut quæritur de iure ciuili, aut de iure canonico. Primo casu communiter tenetur, ut sufficiat tempus x. annorum, etiāsi consuetudo sit cōtra ius: quod probant Legistæ. Hoc modo iura requirūt longum tempus ad inducendā cōsuetudinem, ut C. quæ sit lon. cons. in rubro & nig. & in l. ij. C. de serui. Sed longum tempus dicitur x. annorum, ut C. de præscri. long. tēp. Ergo, etc. Et idem tenet Bart. in l. de quibus. ff. de legi. Cy. in d. l. ij. De iure uerò canonico dic, quòd aut consuetudo est præter ius, & sufficit tempus x. annorum, ut hîc p Scribentes.*

But. Abb. & Domi. in c. fi. de consue. Domi. pulchrè in d. c. mos est. & in d. c. consuetudinis. & Ludo. in fing. ciiij. consuetudo. & Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Rationem huius limitationis prosequitur Rota latissimè, ubi ī. & Domi. in c. fi. in prin. de consue. in vj. & But. & Domi. in c. fin. quia, quando consuetudo uult detrahere iuri alicuius, ista non est propriè consuetudo, sed præscriptio, ut patet ex dictis Doct. in d. c. fi. de consue. in differentijs inter præscriptionem & consuetudinem: sicut intelligitur c. cùm de beneficio. cum gloss. iij. de præben. in vj. & c. cùm ecclesia. de causa pos. & c. abbate. de uer. signi. quia licet latè sumpto uocabulo loquantur in consuetudine, tamen illa est propriè præscriptio. Et per multas rationes concludit Rota, quòd imo in inducenda consuetudine optandi, de qua in c. fi. de consue. in vj. requiruntur xl. anni, quicquid dicat ibi gloss. quia illa consuetudo non est præter, sed contra ius: quoniam per illam acquiritur nouus titulus præbendæ pinguioris absque collatione, quod est contra ius: de quo in c. j. de reg. iur. in vj. Item tenet renunciatio non facta in manibus superioris, cōtra c. admonet. de renun. & sequitur Domi. in d. c. fi. concludendo, quòd respectu expectantis est præscriptio. Per quæ dubito de eo, quod dixit Card. consil. lxiij. In ecclesia Bellunensi. dum uoluit, quòd decanus potuit acquirere ius conferendi, excluso capitulo, spacio decem annorum, propter gloss. in d. c. fi. quia inspecto iure capituli uidetur potiùs præscriptio. Et amplia hanc regulam, siue sit consuetudo contra ecclesiam particularem, siue uniuersalem, cùm sit eadem ratio, secundum Abb. in d. c. fin. de consue. uer. de iure uerò canonico.

3 ¶ Limita secundò, nisi † consuetudo, quæ est præter ius, sit contra rationem expressam in l. quia ita requiruntur xl. anni, ac si esset contra l. Ita probat gloss. in uer. statuimus. in d. c. ut litigantes. quam extollit ibi Domi. & idem Domi. xj. distinc. in summa, allegando Paul. in cle. j. de elec. Bene facit dictum Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. & Pe. de Anch. in repe. c. j. de constit. ubi dicunt, quòd licet lex antiqua non dicatur correcta, nisi quatenus exprimitur iure nouo, C. de appel. præcipimus. tamen si ratio expressa in l. noua facit ad correctionem legis antiquæ, habetur perinde, ac si expressè corrigeret antiquum. Ad idem, quod no. Inno. de appell. cùm speciali. dicens, quòd sicut sententia lata contra legem expressam, est nulla, c. j. de reiud. ita si est lata contra rationem legis: sequitur But. in d. c. j. & ibi dixi in prima ampliatione. ¶ Primò receptus authoritate Papæ, præcedit secundò receptum eadem authoritate, quamuis maiorem ordine. Innocen. But. Imol. Abb. & Domi. hîc: sed Host. hîc, & Archi. in c. ordinationes. ij. lxxv. dis. intelligunt hoc in præbenda assignata: secus, ubi simpliciter receptis istis duobus est adiudicanda præbenda uacans: quia tunc præfertur maior ordine. Tamen dic idem etiam in assignanda: quia primus præcedit, per c. tibi, qui. de rescrip. in vj. ubi primus impetrans præfertur in præbenda etiam assignanda secundò impetranti, nō distinguendo, an secundus sit maior ordine, uel non. Ad idem c. duobus. de rescrip. in vj. Ad istum text. respondit Abb. quòd habet locum in receptis authoritate capituli. Melius respondit Imo. quòd loquitur in sessionibus, aut in portione, non in præbenda, uel in canonicatu. Et istud dictum Innocen. sequitur Imol. in c. fi. de consti. inferens contra Bart. in l. omnes populi. de iusti. & iure. in pulchra q. ut latiùs recitaui in d. c. fin. ubi uide. Et istud dictum Innoc. quotidie allegatur in materia præcedenti, quòd licet secundò promotus sit dignior, aut ratione facultatis, aut respectu honoris: tamen per hoc non 4 allegaui suprà in rubrica. ¶ Quamuis † receptus authoritate capituli non habeat ius affectiuum ad præbendam pòst uacaturam, c. relatum. & quod ibi notatur, de præben. tamen si capitulum recepit alium ad præbendam uacantem, quando potest recipere primum, tenetur illi primo spreto prouidere de alimentis. Innocen. hîc, quem omnes sequuntur. Hoc dictum appellat Abb. peregrinum, de præben. inter cætera. ad fin. Et de ipso etiam exclamat eod. tit. c. dilectus. lo ij. ultimo notabili, tanquam ualde amplians illum text. ubi dicitur, quòd si capitulum habens potestatem conferendi, non conferat illi, quem receperat de mandato Papæ, tenetur illi prouidere de reditibus, donec præbendam habeat. Ampliatur enim hoc non solùm in præcepto hominis & legis uiuæ, id est, Papæ, sed etiam in præcepto legis mortuæ: nam ea non uult, quòd canonici prouideant recepto à sede, de præben. d. c. relatum. & sic est mandatum legis mortuæ; cuius transgressio ita obligat isto casu, sicut transgressio præcepti Papalis. Non obstat, quòd mitiùs debet agi cum lege, quàm cum homine, l. Celsus. ff. de arb. quia illud non procedit respectu pœnæ incurrendæ, in quo potentior est lex, quàm homo. Barto. ff. rem ra. ha. amplius. & Abb. in d. c. dilectus. dicens, istam extensionem pœnæ illius c. esse, quàm propter identitatem rationis, licet hoc dictum prima facie sit forte, secundum eum. Et dictum Innoc. hîc sequitur etiam Abb. in c. cùm super. de concess. præben. Et pro dicta æquiparatione legis uiuæ & mortuæ, facit dictum Innoc. in c. ij. de accus. de quo meminit Abb. in d. c. dilectus. & in c. ad dissoluendum. de despon. impu. Et pro intellectu responsionis datæ ad l. Celsus. esto memor eorum, quę scribit Card. in cle. constitutionem. §. insuper. de elec. ubi nouissimè mordet uulgata illa uerba Bart. in d. §. amplius.

c. cùm inferior.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Archiepiscopus delinquens in diœcesi sui suffraganei, non fortitur ibi forum: secus, si in diœcesi alterius suffraganei, nisi crimen exigat depositionem.*

2 *Maior, non tamen superior, an possit puniri à minore, si delinquat in suo territorio.*

3 *Domini duo eiusdem loci fungentes pari imperio, si unus delinquit, uel contrahit in eo loco, intelligitur eo ipso se submittere iurisdictioni sui condomini.*

4 *Condemnare qui potest, potest etiam absoluere.*

5 *Hæc regula patitur duas fallentias.*

6 *Delegatus potest post annum reinducere in excommunicationem à se excomunicatum, si non paruit mandatis eius.*

CAPITVLVM XVI.

1 VM inferior. ¶ Archiepiscopus † delinquēs in diœcesi sui suffraganei, non fortitur ibi forum: secus, si in diœcesi alterius suffraganei, nisi crimen exigat depositionem: uerba Inno. & omnium hîc. Adde gloss. j. in fi. in c. j. de rapto. & ibi plenè Cald. & alterius suffra. quos refert Ana. pen. & ult. col. ibi, concludeudo etiam, quòd archiepiscopus non ligatur statuto sui suffraganei, licet ibi delinquat: in quo recurre semper ad Ioan. And. in regula, cui licet. in Mercu. quia, secundum eum, ibi negari non potest, quin archiepiscopus in diœcesi sui suffraganei habeat ordinariam potestatem metropolitica. Et si dicas illā restringi ad certos casus, de offi. ordi. pastoralis. fatet, quo ad subditos episcopi: sed nō, quo ad ipsum episcopū: qa sic immediatè sibi subest, ut clericus

ricus episcopo: ratione igitur illius immediatæ iurisdi-
2 ctionis statuto episcopi ligari non poterit. Quòd † aũt ille, qui est maior, non tamen superior, possit puniri à minore, si delinquat in eius territorio, no. Pet. de Anch. in cle. j. no. j. de fo. compe. dicens, q etiamsi patriarcha delinquat in diœcesi Bononiæ, potest puniri ab illo episcopo. Sequitur Ana. ubi suprà, referẽs etiam dictũ Bal. in c. j. §. ad hæc. de pace iur. fir. & l. si qs seruo. ad fi. C. de fur. & alia, de quibus per eum. ¶ Et adde Arch. & Domi. in c. j. iij. q. vj. ubi, quicquid dicat ibi gl. concludũt, si Archiepiscopus delinquit in diœcesi sui suffraganei, dicitur delinquere intra terminos suæ iurisdictionis: & ideo conueniendus est corã patriarcha, uel Papa, per c. submittitur. xxj. dist. Sed si delinquẽs non est proprius archiepiscopus, sed extraneus, tũc ratione illius delicti poterit episcopus eum excommunicare. Et procedat ita addito Bar. posita p glo. in d. c. j. & glo. in c. si quis. in uer. dignitate. in fin. xcij. dist. Cũ istis concordat latè Pe. de Anc. in repe. c. postulasti. uer. sextò opp. de fo. compe. & Cal. in c. cùm excõmunicatio. xj. q. iij. in pen. q. & Domi. in c. ij. ibi, quæro, an archiepiscopus. de constit. in vj. & aliquid Ab. in c. sanè. de fo. compe. dicens, q episcopus in diœcesi alterius censetur persona priuata: & infert contra But. in q. de qua ibi. Et ex his infert Ab. de testi. dilecto, q maior testificans falsum corã minore, non potest ab eo puniri, quãdo ille maior habet iurisdictionem in minorẽ: secus, si iste testificans est maior, sed nõ superior: arg. l. iij. ff. de off. præsi. Et ita intellige Spec. de teste. §. j. uer. qd si is tulit. ubi aliter loquitur. ¶ Declara-
3 tur† ista duobus modis. Primo, nisi † essent duo domini[a] eiusdem loci, fin-
a *Duo domini]* *Adde tu, q, hoc uerum est, quando ciuitas, uel princeps, aut rex, qui non cognoscit superiorem, hoc facient non coacti: quasi sic ille, possint se subtrahere iurisdictioni minoris, uel æqualis. Ita bar. in l. est receptum. ff. de iur. om. iud. Fallit in Papa: q. nõ põt se submittere laico: de quo uide, quæ posui in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. Et hoc modo intelligas hic* Fel.

gentes pari imperio: qa si unus d. linquit, uel contrahit in eo loco, intelligitur eo ipso se tubmittere iurisdictioni & imperio condomini. Ang. in l. est receptũ. uer. unde si duo domini. ff. de iurisd. om. iud. sicut dicimus in clerico delinquente, uel contrahente in foro alterius episcopi: nam eo ipso tacitè se submittit, licet aliàs nõ possit exprimi sine licentia episcopi, de fo. compe. significastι. Non obst. l. qui duos. ff. de procu. ubi unus procurator non exercet mandatum cum procuratore: qa hoc non uidetur ei permissum. Sed in casu prædicto tacitè uidet ille se subijcere iurisdictioni, secundũ Ang. Contrarium tenet Paul. de Castr. in d. l. est receptum. quia par in parem, &c. Et sequitur ibi Alex. copiosè. Allegat etiã nostros Doctores, maximè Imol. in c. prudentiam. in princ. de offi. dele. ubi dixi. ¶ Non obstat, q ratione delicti quis sortitur forum, c. fin. de foro. cõp. quia fallit, quo ad pares, uel minores, ut clarè probatur in l. iij. in §. fin. cum l. seq. ff. de arbit. ubi iudex cogit arbitrum, qui acceptauit, nisi sit superior, uel par. Et pro ista resp̃sione uide optimè Imol. hîc in pe. col. qui reprehendit But. hîc titubantẽ super communi opinione, per d. c. fi. ¶ Declara secundò ampliãdo, etiamsi episcopus unius loci uellet punire suum archiepiscopũ delinquentẽ in alio episcopatu, quẽ episcopus tenet, ut hîc per Inn. quẽ sequunt hîc communiter alij, & Arch. & Domi. in c. j. iij. q. vj. & Pe de. Anc. in d. c. postulasti. uer. sextò oppo. Contrarium tenet hîc subtiliter Ab. p quo facit, quia uidemus in multis casibus, q illud, qd̃ non potest una persona cõsiderata uno modo, sæpe potest cõsiderata alio modo respectu alterius qualitatis, ut in §. tria. uer. itẽ si cõtra patrem. iij. q. viij. & in c. postulasti. de concess. præb. & in c. à collatione. de ap. in vj. Et ita fiũt multa iura allegata p Lud. in l. ij. in prin. de uer. ob. pro-
4 bantẽ multiplicitet, q in eadẽ persona potest cõcurrere mixtura diuersarũ qualitatum, fm quas diuersimodè de ipsa iudicatur. Et facit optimè in proposito tex. peregrinus in §. is ita. in uer. item cùm Dauid. ij. q. viij. ubi ponitur tex. de quo in j. lib. Regum, c. xj. xij. & xxij. dum dicitur, Nathan, ppheta, qui erat subditus regi Dauid, redarguit ipsum regẽ de adulterio & homicidio: & dicit, q propheta, in quantũ erat rege superior, executus est suum officium, non aũt usurpauit suum officiũ, in quo erat rege inferior: monuit eum, ut p pœnitentiã suã expiaret peccata: nõ tulit in eum sententiã, qua morti traderetur, tanq̃ adulter & homicida: ecce q etiã ille, qui est subditus, si tñ alio respectu iste est superior, põt exercere, qd̃ ad ipsum spectat iure superioritatis, nõ obstãte, q ex alio capite sit inferior. Ita hîc, licet iste sit subditus archiepiscopo, tñ si ex alio capite est superior, nõ repugnat prima qualitas secundæ, quo minùs possit exercere officium suũ. Si diceres, Nathan nõ puniuit regem, ergo archiepiscopus non punietˇ: Respondetur, q Nathan habebat officium reprehendendi uice Dei, nõ aũt puniendi: sed episcopus põt punire delinquentem in sua diœcesi: & iste, qui deliquit, superior est, sed nõ in eo loco. Cogitabis: qa punctus est disputabilis. ¶ Re-
5 gula est, q † qui põt condẽnare, põt absoluere, ut hîc in gl. Vnde dicunt hîc utiliter But. Imo. & Domi. q si mandatũ est alicui, ut causa p ipsum examinata cõpellat debitorẽ ad soluendũ, poterit etiã eum absoluere, si appareat eũ non esse debitorẽ. ¶ Similiter si in cõpromisso dicitur, q arbiter condẽnet Titiũ, si apparet eum debitorẽ, poterit etiã eum absoluere. Fortiùs dixit But. de re iud. causam. iiij. notabili, q si committit alicui, ut condemnet Titiũ, si est debitor Sẽpronij, poterit eum absoluere, etiãsi Sempronius uideat, pbasse eum esse debitorem: qa licet, pbet, & tñ ferat contra eũ sententia, non est ex hoc nulla: qa uerba mandati intelliguntˇ, si, pbauerit, ita q iudici uideant, pbationes fore sufficientes: qa non semp animus iudicis, &c. ut ibi in tex. ¶ Per istam regulã inferẽ etiã, q sicut concilium, puinciale non põt episcopũ condẽnare, ita nec absoluere: But. in c. j. x. col. uer. oppo. quintò, q causæ. de iudi. Ab. de re iudi. nõ potest. Dom. iij. q. vj. accusatus. & xij. dis. præceptis. in fine, & ibi etiã allegat gl. ij. in medio, in cle. cùm à repulsione. de app. Et sic reprobat Arch. ix. q. iij. saluo. & Hostien. in sum. de sen. excõ. §. qs possit. x. col. uersi. est & alia regula. ¶ Fallit primò dicta regula, quãdo ius dat utramq̃ potestatẽ uni, & ius nouũ correctoriũ aufert ei potestatem condẽnandi absq̃ certa solennitate: qa poterit absoluere absq̃ illa solennitate, prout priùs poterat: non eñ recedit à iure communi, nisi quatenus apparet esse correctũ: gl. in cle. j. in uersi. cõtra cos. de hære. Et eam sequit ibi Car. respondendo motiuis Pe. de Anc. ibi contrariũ tenentis. Sed difficultat̃ illa gl. uolendo inuestigare, utrùm regula iuris antiqui æquiparãs duo, si corrigat̃ in uno, dicat̃ correcta in alio. Vnde audio, q domeus de Aret. in rub. ff. de acqui. pos. reprehendit glo. & Car. ubi suprà. Sed adde ultra eum, q Ioan. And. in certis additionibus ad gl. Clementinarũ, repbat dicta gl. qa non minus periculũ est in absolutione. Tñ illã gl. sequit̃ ibi Imo. in iiij. col. Allegat notata in simili p gl. in l. hæres absens. ff. de iudi. & in c. j. ne cleri. uel mona. & in c. licet canon. in uer. parochialis. de elect. eo. lib. ¶ Posset dici, d. glos. non procedere, non ex eo, q ista fallentia sit falsa, sed quia in absolutione est per omnia eadẽ ratio, quæ in eadẽ ratione exprimit̃ in prœmio dictę cle. Et ideo sufficit, q ratio legis nouæ possit corrigere legẽ uetere m, iuxta theoricã Bald. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. de qua dixi s. eo. statuimus. Vbi aũt nõ esset eadẽ ratio, transibit ista fallẽtia, quã firmat Domi.
5 in c. inferior. xxj. dist. ¶ Fallit† secundò, quãdo † alicui cõpetit potestas absoluendi p priuilegium: qa ille talis nõ poterit ligare, licet possit absoluere. Ioan. And. in c. canonica.

canonica. de sent. excom. & sequitur Domi. in d. c. inferior. Vnde prior ordinis Hierosolymitani potest ex priuilegio absoluere generalẽ ab excõmunicatione propter iniectionem manuũ in clericum: & licet ille generalis sit superior illius, non tamen potest eum excõmunicare. Ad idẽ, quod dicimus de legato de latere, qui absoluit non subditos ab excõmunicatione, c. pe. de offi. lega. & tamen nõ posset illos ligare. Et rationẽ ponit Io. An. ubi s. & Imo. hîc: qa absolutio est iurisdictionis uoluntariæ, & fit quasi extra iudicium: ideo potest fieri extra legationem: sed excõmunicatio non debet fieri, nisi causa cognita, c. sacro. de sen. excom. c. j. eo. tit. in vj. Et ut deẽ esse actus iudicialis & iurisdictionalis: ideo non potest fieri extra legationẽ, arg. c. fi. de consti. in vj. ¶ Fallit tertiò, quãdo committitur excommunicatio alicui, tanquam executori: qa non habet potestatẽ absoluendi. Censetur eñ nudus executor, & nihil potest expedire extra actum nudi ministerij sibi commissi: gl. j. & omnes hîc, & gl. fi. vij. q. j. peruenit. & ibi Domi. in fi. & Arch. & Domi. in d. c. inferior. ¶ Intellige primò, nisi Papa expressè absolutionẽ cõmittat: gl. ij. in c. si homo. xxvij. dist. ¶ Intellige secũdò, nisi cõmittatur iurisdictio: qa excommunicãdo in causa sibi delegata, potest etiã absoluere. Butri. Imo. & Ab. hîc: Domi. in d. c. inferior. glo. in d. c. si homo. & sentit glo. hîc. ¶ Sed si delegatus esset datus ad tempus, & uellet absoluere post tẽpus, distingue: aut tempus est statutũ iurisdictioni, & post ipsum absoluere non potest: quia absoluere est iurisdictionis: glos. ff. de elec. transmissam. Et post tempus non habet iurisdictionem, etiã ad exequendum. Io. An. & alij, de offi. deleg. de causis. Ergo non absoluit. Et ita procedit gl. in d. c. si homo. de qua meminit Card. in d. cle. unica, §. secus. viij. q. de concess. præb. Aut nõ est statutus terminus iurisdictioni, sed diffinitioni: & tunc põt absoluere post terminum: qa durat potestas exequendi etiã post pronunciationẽ, de of. dele. querenti. Et absolutio concernit executionẽ ipsius sententiæ. Ita infertur ex dicto Io. An. in d. c. de causis. ad fi. secundũ Domi. in d. c. inferior. ¶ Hoc intellige, fm ipsum, qñ causa fuit determinata infra mensem, & iudex excommunicauerat non comparentẽ, propter contumaciam. Sed si excommunicasset contumacẽ, neq̃ causam principalẽ terminasset infra mensem, uel aliud tempus ei statutum, nõ posset postea illum absoluere: quia cùm diffinitiua non sit prolata, non potest dici, q duret iurisdictio, d. c. de causis. & c. super eo. ij. de offi. dele. Allegat Io. An. de re iudi. quod ad consultationẽ. qui hoc disputãdo firmat super uer. prorogari. Et eius dicta abbreuiatẽ sequunt̃ But. Imol. & Ab. ibi, in fi. Recurrat ergo tunc excommunicatus ad Papã, & condemnetur in expẽsis, & ad hoc interesse, fm Io. An. subdentem, q si tamẽ ueniẽs infra mensem uellet prorogare terminũ à delegato statutũ, & satisfacere de expensis interesse, posset absolui, per c. pastoralis. in fin. de offi. dele. & non aliter inuito actore: quia nec aliter esset uera pœnitẽtia, c. si res. xiij. q. v. de usu. cùm tu. Et pro prædicta differentia, an tempus adijciat̃ in delegatione iurisdictioni, an uerò diffinitioni, quo ad positum executionis, uide pulchrè Card. post Pau. in cle. j.
6 q. xxxij. de deci. ¶ Scias etiam, q † post annum à die sententiæ potest delegatus reinducere in excommunicationẽ absolutum à se, qui non paruit mandatis. Rot. de sent. excom. xj. in nouis: qa uidetur eũ absoluisse sub cõditione, si paruerit, & sic nõ uidet̃ functus officio, nisi cesset conditio. Et ad istas regulas, q qui potest ligare, potest absoluere: & qui potest soluere, potest condemnare, uide etiã plures fallentias in Summa Host. de sen. excom. §. quis possit. uer. si uerò sententia. ubi ad primam ponit vij. fallen. ad secundam duas. ¶ Demum uide Oldr. consil. cclxx. Quod domino episcopo. ubi latissimè, pbat, q priorat⁹ erectus in ecclesiã cathedralẽ, nõ pdit priuilegia, quæ habebat ut priorat⁹, dũ modò sint priuilegia apta conuenire dignitati episcopali. Et faciũt motiua sua ad quæstionem d. s. eod. per tuas. de ordinato p Papam, qui ordinatur ad alios ordines per inferiorem à Papa, an perdat priuilegium: & faciunt etiam ad quæstionẽ de pedona facta regina, de qua per Doct. in c. quoniam. de offi. deleg.

SVMMARIVM.

1 *Corpora plura quando coniungi possint, ut faciant unam cõgregationem.*
2 *Renunciari an possit reductioni ad arbitrium boni uiri.*
3 *Citandus est nemo, nisi ille, contra quem dirigetur petitio.*
4 *Citandus est ille, quem negotium tangit principaliter, nõ ille, quem tangit secundariò.*
Qualiter hoc intelligatur, uide nu. 5.
6 *Irregularitas prouenies ex homicidio uoluntario, an sit de iure diuino? uide hîc remissiuè.*
7 *Argui quando non debet de toto ad partem.*
8 *Papa an possit dispensare super horis dicendis.*
9 *Papa non posset statuere, quòd iuramentum non ligaret.*

CAPITVLVM XVII.

1 [A]Vmilis. ¶ Multa tacta hîc, maximè ab Innoc. & Ioan. de Imo. reduxi de consti. cùm omnes. Ideo † breuiter trãseundo primò not. dum Ab. ponit, quãdo plura corpora coniungunt̃ ad faciendum unã congregationẽ. Et ad idem uide ipsum de statu mo. in singulis. col. j. & in c. j. in fi. de paro. & consi. lvij. & Ang. in l. j. ff. de rei uend. & Bart. in l. fin. ff. de col leg. illici. & omnino Abb. in c. pastoralis. ad fi. prin. de rescri. & quod ibi addidi. ¶ Item dum tangitur per Inno. de uocatione per edicta, uide Domi. in c. fin. ad finem, de elect. in vj. & quod dixi de consti. c. ij. uersi. circa tertium. Et dum dicit Innoc. quòd sufficit conuocare prælatos & capitula, nõ autem totum clerum, facit glo. in rub. C. quę sit long. consue. dicens, illud dici factum à toto populo, quod fit per consilium populi: quam facit sing. Ana. de fimo. dilectus. ij. xij. col. & Imol. de constit. cùm omnes. xvij. col. De quo per Oldra. limitantem, nisi delinquat, consil. lxvj. An ex delicto. Facit etiam glos. j. in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. & per Alex. in l. omnibus. in princ. ff. ad Trebel. Et de hoc aliàs. ¶ Dum tangitur hîc, quando absentes uocentur, & qui dicantur absentes: adde, quæ dixi in d. c. cùm omnes. de consti. si partes committentes dederunt potestatem arbitratori arbitrandi altè & bassè, prout ipse uoluerit, non potest prætextu læsionis peti reductio ad arbitrium boni uiri[a]. Host. hîc singul. quem omnes hîc extollũt: & Bal. in c. j. §. inter pares. de lege Conra. & Lud. in rub. de arb. x. col. uer. pone xj, & Bal. in l. & in maioribus. C. de appel. Sed istud dictum pendet ab alio magno dubio, uidelicet† an possit renunciare per pactum dictæ petitioni reductionis ς & si [b] renunciatio ualet, usque ad quem gradum læsionis extendatur ς de quo plenissimè per omnes, de iureiur.

a *Boni uiri]* *Vide ad hoc Paul. de Castr. no. & plenè in consil. lxx. & in consil. lxxxij.*

b *Et si]* *Adde tu, q, ex dictis hic per Feli. colligitur, q, ubi renunciatũ est in cõpromisso de nõ reducendo laudum ad arbitrium boni uiri, uel ubi data est potestas arbitratoribus, q, possint altè et bassè arbitrari, q, si læsio erit nimia, tũc põt fieri reductio ad arbitrium boni uiri, nõ obst. q, potestas fuerit amplè concessa. Adde tu: pone, q, in terminis istis fuit iuratum, & iurans fuit enormiter læsus ab arbitratoribus, an poterit uenire cõtra iuramentum, licet non appareat de dolo ex proposito. Vide p do. Ab. c. cùm contingat. de iur. iur.*

Quin-

a Et q̃] *Adde, si renunciatiũ fuit in instrumento compmiſi, reductioni ad arbitriũ boni uiri, intelligitur, ſi arbitrator fuerit iuſtè arbitratus. ita Bar. in l. tu lianus. in uer. & prædicta ſaciũt. ff. de condi. inde. & in l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. locati in princ. Adde Paul. de Caſ. in cõſil. ſuo lxx. lxxj. lxxij. do. Ale. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. ob.*

Quintaualliſ. & ibi latè Ab. col. xix. Et 4 q̃ª ſimplex renunciatio nõ ualeat, ſi poſtea lædaẽ, pbaẽ in d. c. Quintaualliſ. & in l. ſi libertus ita. ff. de ope. lib. & in c. uenićs. cũ gl. j. de iureiur. Bal. optimè in l. pe. C. de arbi. Sali. poſt Bart. in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ. ff. p ſoc. Ang. ſolẽniter in diſputa. Duo adinuicẽ litigantes. ¶ Sed qñ partes promittũt adinuicẽ non petere reductionẽ ad arbitriũ boni uiri ratione læſionis qualiſcunq;, tunc eſt maius dubiũ: tñ adhuc reſtringunt iſta uerba ſm diuerſos gradus læſionis, ut per Doct. in dictis locis: elegãter per Ang. Areti. in l. j. §. ſi q̃s antè. ff. à quibus app. nõ licet. Et utrũm ſit uerum, q̃ laudum poſſit emologari, ante q̃ feratur, de quo hîc per Ab. uide text. & Doc. in d. l. penul. C. de arbi. Et de prædictis † poſſent allegari multa conſilia, præcipuè famoſum conſilium Butri. xxiiij. q. hæc dubia habet uulgaria, &c. Sed melius eſt reſeruare ad d. c. Quintaualliſ. ¶ Quædã uerba Inn. hîc quotidie allegãtur: & uide Bal. in l. ab eo. in fin. C. quomodo & quãdo iu. ubi dicit, q̃ pro ſubſtantia iudicij nemo eſt citandus, niſi ille, cõtra quem dirigitur petitio ᵇ. Alleg. Inno. hîc. Sed pro extenſione præiudicij debent citari omnes, quorũ intereſt, ſm Bald. Et iſtud dictũ Inn. ſequitẽ etiã Imo. poſt Ang. in l. decẽ. vj. col. ff. de uerb. ob. & Pau. de Caſ. in l. de unoquoque. ff. de re iudic. in l. cùm filius. in fin. prin. ff. de uer. ob. & Lud. in l. peregrè. §. quibus. in j. col. ff. de acqui. poſſeſ. ¶ Et tene menti iuxta hoc, q̃ † citandus eſt ille, quẽ negotium tangit principaliter, non aũt ille, quẽ tangit incidenter, uel ſecundariò. Tex. in l. j. §. denunciari. ff. de uen. inſpi. ibi, primo gradu hæredem inſtituto, nõ etiã ſubſtituto. Quẽ text. pro no. ad hoc allegat Bal. in rub. C. de ſucc. edi. ad fi. & in l. iubemus. ij. col. uer. citabunt ergo. C. ad Tre. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. proconſ. & §. eo. inter quatuor. & in l. ſi curatoris. C. de iure deli. & Bar. conſi. xcj. In quæſtione uertẽte. pe. col. & Bal. in l. ſi ſuſpecta. in fin. pr. in. ff. de inoff. teſt. & eſt gl. no. in l. de uno quoq;. ff. de re iudi. Facit, quod no. gl. ſi. in c. quãuis. de pac. in vj. dicens, q̃ licet iuramentũ nõ operetur in præiudiciũ tertij, tñ ſi eſt in præiudiciũ tertij, ſecũdariò, non aũt principaliter, ualet. Et per ipſam dicit ibi Domi. q̃ ſtante ſtatuto, q̃ citetur ille, cuius intereſt, citabitur prætendens intereſſe principaliter, nõ aũt ſecundariò. Quomodo autẽ dicatur actus tangere aliquẽ principaliter, uel ſecundariò, uide Bald. in l. principaliter. la ij. C. de li. cau. ubi dicit, q̃ dicit pertinere principaliter ad illum, cuius magis intereſt: ſecundariò aũt ad illum, ad quem pertinet per quandã conſequentiã: putà, manumiſſi ſeruũ: quidã tertius dicit eſſe ſeruũ ſum: ego dico, eſt libertus meus: quæſtio libertatis principaliter pertinet ad manumiſſum, ſed quia ex manumiſſione inſurgit ius patronatus, intereſt etiã mea per quandã conſequentiã. ¶ Intellige † prædicta, quo ad hoc, ut actus ualeat: quia non requiritur citatio illius, cuius intereſt ſecundariò: ſed quo ad hoc, ut ſibi præiudicetur, oportet eum citari ſaltẽ per generale proclama. Bal. in l. ſi eo tempore. per illũ tex. C. de remiſ. pig. & per Bar. in extraua. ad reprimendum. in uer. per edictũ. Facit glo. in l. cùm miles. in uer. faciendã. ff. ex quibus cau. maio. Et ita declarat Ludo. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acqui. poſſ. & Alex. in. d. l. de uno quoq;. ad fi. prin. Facit, quod no. Andr. de Iſer. in c. ſi uaſallũ. ſi de feud. fue. con-

b Petitio] *Facit, quod no. habetur per do. Soci. conſi. cclj inci. Quoniam in præſenti cõſultatione. uerſ. prima concluſio. cum uerſic ſeq. in ij. parte, chart. cxltiij.*

tro. inter do. & agna. ubi dicit, q̃ ſententia lata cõtra unum uaſallum habentẽ feudum antiquum, non nocet ſequentibus agnatis, ad quos illo deficiente feudũ ueniebat, ſi non fuerunt citati, uel nõ ſciuerint cauſam agi. Reſpondet ad l. j. ff. de uen. inſpi. q̃ ibi non erat præiudicium irreparabile. Erat enim ſaluum ius ſubſtituto probandi partũ fuiſſe ſuppoſitum, l. j. §. fi. ff. de Carbo. edi. Facit, quod no. Bar. in l. filius ſa. §. diui. ff. de leg. j. ubi dicit, q̃ ſententia lata contra prohibitũ alienare, non nocet ei, in quem ex fideicommiſſo res illa erat peruenturа, ſi non fuit citatus: tamen in hoc eſt concertatio inter Legiſtas, ut uidebis per Alex. ibi in v. col. Et ex his dictis pendet tota iſta intelligẽtia, & ultra reſponſionẽ data ad l. j. poteſt dici, q̃ etiam † ubi præiudiciũ eſt reparabile, non nocet actus iſti tertio non citato, per prædicta. ¶ Extra materiã, quam tetigi in c. ij. §. eo. uer. & dicit Bal. hîc, utrũm irregularitas ex homicidio uoluntario ſit de iure diuino & ꝑmiſſi dare hîc remiſsiones petitas ſcripta iam lectione illa, ideo uide Ana. poſt Card. in c. petito. ulti. col. de homi. Ana. in rub. de cle. excom. mi. v. col. poſt Imo. in c. niſi pridem. de renun. ubi etiam uide Inn. in uer. irregularitas. & eundem in c. ſi celebrat. circa medium. de cle. excom. mi. Bu. in c. ſuper eo. iij. col. de biga. gloſſ. in c. ſi. in uerb. homicidij. de temp. or. & in c. ponderet. in uer. Dauid. l. diſ. gl. & Archi. in §. j. xxj. diſt. & ibi Domi. in fi. Ab. in c. clerici. lo ij. de ui. & ho. cle. & in c. ſicut dignum. iij. col. de homi. poſt gloſſ. pen. ibi: Ana. poſt Abb. in c. ſi. ad audientiam. j. col. de homi. Spec. de lega. §. iuxta. quaſi in fi. gloſſ. in c. de his. j. diſ. Domi. in c. minor. circa mediũ, ibi: quæro, an Papa. l. diſ. in c. ſi quis poſt acceptum. iiij. no. ea. diſt. in c. clericum: prope fi. ea. diſt. Abb. in c. j. qui cle. uel uo. & in c. ego N. in fi. de iureiu. In quibus locis inuenies, q̃ licet irregularitas ex homicidio uoluntario habeat in ſe rationem & mentẽ iuris diuini, per tex. in §. j. de cõſec. diſt. j. tamẽ ſuper ea poteſt Papa ex cauſa diſpenſare, licet de hoc non ſit plena concordia inter Scribentes, ut etiã per Mari. in repet. d. c. ad audientiã. fol. penul. uer. ſed hîc inſurgit dubium. & Augu. de Anch. in li. De poteſ. eccleſ. q. lij. arti. ij. ¶ Et, ut plerunq; dixi & tetigi in d. c. ij. §. eo. uer. uidere: urq̃ ſit mentio de poteſtate Papæ, in his, quæ ſunt de iure diuino, Nõ debetis † arguere de toto ad partẽ, dicendo, Non tollit hoc ius in toto, c. quidã. xxv. q. j. ergo nec in parte. Multiplex enim inſtantia datur ad oſtendendum aliud eſſe loqui de particulari conſtitutione limitatiua iuris diuini, ſeu de diſpenſatione ex cauſa: & aliud eſt loqui de uniuerſali contraria ordinatione. Ecce exempla. Non poſſet Papa ſtatuere uniuerſaliter ſuper non ſolutione decimarũ, & tamẽ particulariter ſtatuit, & diſpenſat cum aliquibus: gloſſ. ij. in c. à nobis. de dec. Et ibi Doc. ¶ Non poſſet Papa ſtatuere, q̃ ſtaretur dicto unius teſtis in omni cauſa, iij. q. ix. indicas. Dixi in c. conſtitutus. de reſcri. Nec, q̃ duo teſtes non ſufficerẽt: quia eſſet cõtra illud, In ore duorũ, &c. c. in omni. de teſti. Et tamẽ certis caſibus ſtatuit ſtari dicto unius, ut per Spec. de teſte. §. reſtat de numero. Et aliquãdo auget numerum teſtium. c. præſul. ij. q. iij. dixi in c. per tuas. §. eo.

8 ¶ Non † poſſet Papa ſtatuere generaliter, q̃ clerici in ſacris nõ eſſent obligati ad horas canonicas: quia hoc eſſet contra ius diuinum: Septies in die, &c. c. j. de celeb. miſ. Et tamẽ cum uno poteſt diſpenſare, ſi nõ ſuper toto, ſaltem ſuper tanto. Card. poſt Laud. in cle. j. in vj. no. de cele. miſ. per Abb. in c. ſi. iij. col. eo. tit. ¶ Non poſſet ſtatuere, quòd die Dominico quilibet exerceret artem ſuam: quia eſſet contra ius diuinũ, Sabbata ſanctifices, c. j. de ferijs. Tamen diſpenſat ex cauſa cum aliquibus, ut poſſint piſcari die Dominico, c. licet. de fer. Nõ poſſet ſtatuere generaliter contra deciſionẽ Apoſtoli: quia, ut ipſe dixit ad Gal. j. Etiamſi angelus de cœlo aliud euangelizauerit, quàm quod Euangelizati ſumus, anathema ſit, xj. q. iij. ſi is, qui præeſt. Tamẽ ex cauſa diſpenſat

ſat Papa cum aliquo contra dicta Apoſtoli. Inn. & omnes, in c. ſuper eo. de biga. gl. & Domi. in c. lector. xxxiiij. diſt. Tho. quolibeto iij. artic. xiiij. Pet. de Anc. conſi. mihi cxvij. Circa bigamos. Imol. in c. propoſuit. xiiij. col. de conceſ. præb. Io. de Turrecremata, Car. ſancti Sixti in trac. de Papa. q. lxiij. Ro. de biga. j. in nouis. Domi. in c. poſt. iiij. col. de renun. Gof. in ſumma, de biga. in fi.

9 ¶ Non poſſet † ſtatuere, quòd iuramentum non ligaret propter reſiſtentiã iuris diuini, de quo in c. & ſi Chriſtus. cum ſi. de iureiur. Tamen ex cauſa diſpenſat cũ aliquo: dixi in c. conſtitutus. uer. generaliter aũt. de reſcri. Non poteſt ordinare, q̃ coniuncti matrimonia liter ſeparentur ex toto, per c. quos Deus. xxxiij. q. ij. c. j. de conſiu. lepro. Tamẽ ex cauſa diſſoluit ª ex toto matrimoniũ, c. gaudemus. de diuor. Item facit ex cauſa, q̃ duret ad tẽpus. Io. And. in regula, actus legitimi. lib. vj. in Mercu. ubi refert dicentes, q̃ d. c. ſunt quidam, non prohibet cõtra Euangeliũ diſpenſare, ſed Euangeliũ deſtruere. Non poſſet generaliter ſtatuere, q̃ uſurę eſſent permiſſę propter Euangeliũ, Mutuũ dantes, nihil inde ſperantes: & tñ ex cauſa ſtatuit, q̃ aliquãdo fructus non cõputentur in ſortẽ, c. ſalubriter. cum ſimi. de uſur. Demum faciunt, quæ dixi in c. ſi quãdo. de reſcrip. ponendo, q̃ etiã ſuper uoto continentiæ põt ex cauſa diſpenſare, faciendo de monacho non monachum. Per quæ, & alia undiq; occurrentia, reſpondebis ſæpe ad multa, & remanet etiam ſuſtentabile, quod dixi in d. c. ij. §. eod. Papam poſſe ex cauſa ſubijcere unum clerum iudici ſeculari. Videtur etiam in q. de homicida, q̃ etiam cum uoluntario poſsit ex cauſa diſpenſare, ſicut & Paulus, qui priùs fuit uir ſanguinis, & Chriſtianorum ſæuiſsimus macellator, meruit diſpenſatiuè inter Apoſtolos prahonorari.

a Diſſoluit] *Potentia Papæ quæ ſit tam ſuper matrimonio, quàm ſuper uerbis Euangelij, uide not. per do. Soci. conſ. xxxviij. inci. Circa primum quæſitum. uer. quarto principaliter. cii uerſi. ſeq. uſq; ad fi.*

De treuga & pace,

TITVLVS XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 Iudex an poſſit partes compellere ad concordiam.
2 Offenſus eſt ſuaſionibus inducendus, ut remittat iniuriam, non cogendus.
Fallit in cauſa criminali, ut nu. 3.
4 Princeps, qui nõ habet ſuperiorem, poteſt quandoq; compellere partes ad concordiam.
5 Iudex poteſt compellere partes ad concordiam, quando lis diu durauit.
Item quando imminet timor armorum, uel rixæ. uer. fallit quartò.
6 Item, quando eſt diſſenſio inter partes inſignes, per quam reſpublica turbatur.
7 Iudex poteſt compellere partes ad concordiã, quando diſcordia tendit ad incommodum alterius.
8 Conſanguinei ſi diſcordant de maritanda puella, appellabitur ad iudicem, qui ſe interponet.
9 Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere etiam laicos ad faciendas treugas.
10 Timẽs offendi ab aliquo, poteſt implorare officium iudicis, ut ipſum compellat ad præſtandam cautionem de non offendendo.
Hæc regula recipit nouem pulchras declarationes, quas hîc uide per ordinem.
11 Adhærentes qui dicantur.

1 REgulariter † non poſſunt partes litigantes compelli per iudicem ad concordiam: Bar. in l. congruit. de offi. præſi. Abb. hîc, & tex. in §. fi. in fi. in authen. ut liti. iurent. ubi iudices prohibentur cogere partes, ut faciant pacta, aut tranſactiones cum aduerſarijs. Et ibi dixit Angel. quòd compromiſſa, pacta & tranſactiones, quæ fiunt per coactionem poteſtatis, uel capitanei, nullius ſunt momẽti, per illum text. Similiter dixit Bart. in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de infami. quòd iudex non poteſt cogere partes ad tranſigendum, neque ad compromittendum in arbitratores, propter gloſſ. ibi, quam dicit eſſe no. Et ſequitur ibi Bald. Similiter dicit Bal. in l. ex ſtipulatione. C. de ſent. quòd concordia poteſt perſuaderi, non imperari: ideo non poſſunt partes cogi ad compromittendum in arbitratorem, etiamſi timeatur ſcandalum: neq; poteſt cogi offenſus ad pacem faciendam: imo debet poteſtas iudicare & punire. Similiter dicunt Bald. & Ange. in l. æquiſſimum. ff. de uſufru. quòd in ciuilibus iudex poteſt hortari, ſed non arctare ad concordiam amicabiliter faciendam, ſeu per uiam iuris, ſeu per uiam facti. Idem Butr. in c. j. de mutu. peti. Allegat glo. in l. j. §. & poſt operis. ff. de ope. noui nuncia. Idem Abb. pulchrè in c. cùm pridem. ultimo not. j. titu. proxi. & in c. cùm inter R. de electio. Similiter dicit Bald. in l. j. §. qui æs. ff. de off. præfec. ur. quòd † offenſus eſt ſuadendus, non cogendus, ut remittat iniuriam: quia æquitatis ratio non patitur, ut quis cogatur inuitus parcere iniurianti, niſi in foro pœnitentiali: ſed ante factum bene debet obuiare iudex, ne iniuria committatur, ut ibi per eum. Similiter dicit Bal. in c. j. §. fi. de pace tenen. quòd licet partes poſſunt hortari ad pacem ante factum, tamen poſt factum debent puniri: & non poſſunt partes cogi ad compromittendum in amicum, controuerſiam, quam habent. Et ſequitur lac. Alua. in d. c. j. §. ſi miniſtrales. Allegat etiam Bald. in l. j. §. qui æs. ff. de offic. præfec. urb. Et quòd extra caſum ſtatuti cogentis compro-

b mittere ᵇ non compellantur generaliter partes compromittere, not. etiam Alex. conſil. mihi lxxxij. In cauſa uertente inter Petrum & Ioannem. in prin. ¶ Fallit primò in cauſa criminali. Bart. in d. l. congruit. in fi. & Abb. hîc: quia per talem cauſam poſſet reſpublica lædi, l. ſi quis in genuam. §. finał. ff. de capt. Et dicit Butri. in d. c. j. de mutu. peti. quòd ubi materia eſt criminalis, & in qua non poſſet cadere tranſactio, ibi non ſit concordia, neq; prætor cogit: ſecus, ſi poteſt cadere tranſactio. Quæ autem ſint crimina tranſigibilia, uide gloſſ. in uer. gratiam. in c. j. de colluſio. & gloſ. magnam in c. præuaricator. ij. q. iij. & in l. tranſigere. in uer. prohibitũ. C. de tranſac. & aliquid per gloſſ. in c. ſi. in uer. ſacramentũ. de tranſac. Similiter dixit glo. j. in c. ſtudendũ. xc. diſt. quòd partes inducuntur ad pacem, quando ciuiliter agit de crimine, uel dũ agitur de crimine iniuriarũ: ſecus, ubi ageret merè criminaliter. Expedit eñ peccata nocentũ eſſe nota. Idem gl. in c. j. xc. diſt. dicens, q̃ ſicut partes regulariter non poſſunt tranſigere in criminibus, ne crimina remaneant impunita, ita nõ poſſunt cogi componere. Et dicit Archi. in d. c. ſtudendũ. q̃ in priuatis criminibus põt induci concordia, nõ in publicis. Et ubi iudex non põt diſpenſare, ſiue ſint ciuilia, ſiue criminalia, ibi non põt cõpellere. Nõ eñ poteſt diſpenſari, uel cõponi, ut uir ſua uxore dimiſſa habeat aliã, c. ſi. de tranſact. uel, ut monachus habeat propriũ. Iſtis modis debent intelligi uerba Bald. in d. l. ex ſtipulatione. ¶ Conſidera tamen, q̃ † non multũm differt cauſa criminalis à ciuili: nã etiã in criminali, in

b *Compromittere] Adde do. Soci. idem tenentem in ſuo cõſi. ccxxj. inci. Viſa diligenter facti. uer. concurrit etiam, quia in ij. par. chart. xcvij. Et an, & quando neceſſitatur, uide per eum in conſil. iiij. inci. Viſis actis, & dilitatis. circa princi. cum uerſic. ſeq. in j. parte.*

qua pōt transigi, nō fit cōpulsio, nisi dubiteť de turbatione reipublicę: & certè, qñ hoc est, pōt fieri cōpulsio etiã in ciuilibus, ut dicet in iiij. fallent. ¶ Quando aūt materia est criminalis, in qua non pōt transigi, ibi non fit cōpulsio ad hoc, ut delictū puniať. Et sic iste casus cōprehenditť sub regula, quãuis Bar. in d.l. cōgruit. & Ab. hîc, faciãt differentiã inter criminalia & ciuilia: nã in aliis locis Bar. est indistinctè loquutus. Et sic etiã Butr. in d.c.j. ¶ Dicas tū, q in criminalibus pōt partes cōpellere ad concordiã, ante cp̃ nascať delictū. Et hoc modo poterit ista esse uera fallen. quę probať in l. denunciamus. C. de his, q ad eccl. confu. & in l. illicitas. §. ne potentiores. & ibi Bar. ff. de offi. præsi. Et no. Bal. in d.l. ex stipulatione. dicens, q iudex ante factum debet obuiare iuxta posse. Itē Bal. in d.l. æquissimū. dicens, q ante factū debet iudex reducere partes ad cōcordiã: sed post delictū cōmissum debet studere ad uindictã, ne delictum sit impunitū. Dicit tū Bal. in l. transigere. ibi, ista sol. est no. C. de transact. q iudex non debet se intromittere ad cōcordiã partiū, delicto iam cōmisso, ante cp̃ puniat: sed postquã puniuit, pōt studere de concordia ipsarū. Et sequtur ibi Sali. viij. oppos. & Alex. ibi, & in d.§. & post operis., pter gl. in d.l. transigere. ¶ Fallit secundò d. regula, in principe: Inn. in c. cùm inter R. in primis uerbis, de elec. per illū text. in uer. inuitū coegit. Et eius uerba, & illum text. clarius notat ibi Ab. in j. not. dicẽs, nō reperi ita alibi expressum. Et illū text. notat etiã Pau. de Cas. in l. quidam æstimauerūt. ff. si cer. pet. dicens,

a *Princeps] Adde tu, q. an princeps posit indifferenter de iure cōpellere partes ad cōpromittēdum? Feli. hic non aperit: sed q. princeps non posit, facit totus tit. quod met. cau. Nam compulsus ad aliqd faciẽdum, pōt agere ad rescindendū actū, actione quod met. caus. ff. quod me. caus. per totum. Quare dic prosirma cōclusione, q. princeps pōt cōpellere partes ad compromittēdū, in his, quæ pẽdent à potestate sua, ut putà Papa pōt in beneficialibus, & aliis.*

4 q̃ † princeps [a], qui nō habet superiorem, cōpellit interdū partes ad cōpromittendum. Et idem Alex. ibi in d.§. & post operis. ¶ Tempera, ut p̃ But. in d. c. j. ad fi. de mut. pet. ut hoc, pcedat in his, in quibus princeps habet liberam administrationem: sed in priuatis iuribus aliorū non putat, q̃ possit compellere ad cōcordiam, nisi causa subsit. Itē pulchrè Abb. in tit. seq. cùm pridē. ulti. no. dicens, q̃ Papa non cogit ad componendū, nisi res, de qua litigatur, sit in libera dispositiõe Papæ. Et infert, q̃ sicut nullus prælatus compellitur inuitus permutare, ut in statuto cōcilij Basiliẽsis, de quo ipse mẽtionem sæpè facit, ita litigãs sup̃ prælatura, non cogiť ad cōpromittendū, uel componendū, ita ut habeat prælaturã dimittere. Tamen uideť, quòd ex causa urgẽti hoc posset Papa, sicut potest cogere episcopū insontẽ, ut ex causa urgenti renũciet dato sibi cambio, ut p̃ Inn. de renun. nisi cùm pridẽ. Et ita Ab. in d.c. cùm inter R. ibi, an autem possit Papa. ubi uide. Et procedit hoc in beneficialibus: in aliis aūt materijs procedit dictū Bu. in d.c.j. ¶ Et pro ratione diuersitatis inter beneficialia, & alia, uide, quæ dixi in c. quæ in ecclesiarū. de constit. Et considera bene, q̃ Legistæ in dictis locis nō habent respectum ad beneficialia. Et ideo dictū eorū uidetur parū importare apud principẽ seculare, nisi dicamus, q̃ possit cogere ad componendū, quãdo cōcurrit aliqua ex illis causis, de quibus in sequentibus fallen. ¶ Si diceres, princeps nō aufert alicui dominiū rei suæ, ut not. omnes in d.c. quæ in ecclesiarū. & tū cogendo aliquem cōpromittere, inducit ad periculū amissionis rei, p̃pter sententiam futurã arbitri, cui stare oportet, l. diem, p̃ferre. §. stari. ff. de arbi. Respondet solus Domi. in d.c. quæ in ecclesiarum, q̃ maior huius argu. procedit, quãdo princeps aufert alicui certitudinaliter dominium rei: sed quãdo nō certitudinaliter, sed occasionatiuè, tunc secus, ut qñ compellit ad cōpromittendum: qa licet possibile sit, q̃ arbiter auferat sibi de iure suo, tamen istud non est certum: quia poterit esse, q̃ arbiter non auferet. Et per hoc dicit posse saluari statuta cogentia aliqd̃ genus personarū ad cōpromissum. Quod ultimū firmat etiam per prædicta Pau. in d.l. quidã. dicens, q̃ talia statuta cōcernunt publicam utilitatem: & allegat Bald. in prœmio Feud. in prima constitutione. ¶ Considera bene, q̃ longè plus est, compellere ad componendū, cp̃ ad compromittendū: quia coactus cōpromittere potest appellare. Pet. de Ancha. in c. ab arbitris. de of. deleg. in vj. per illum text. Bar. in l. fi. C. de iudi. Dixi de re iudic. c. ult. Tamen illud est in coacto à statuto: fortè secus in coacto à principe, qui non dicit cogere, sed inducere inductione sibi à lege pmissa in certis casibus & modis, de quibus s̃. Tamen hoc non reperio tactū, licet uideatur per omnia eadẽ ratio, ex quo præsupponitur, q̃ necessitate præcepti principis deueniať ad cōpromissum. ¶ Fallit tertiò, quando † lis magno tempore durauit, & est adeo intricata, q̃ de facili extirpari non potest: nam tunc iudex potest cōpellere partes ad concordiã, licet causa sit ciuilis: tex. in c. placuit. xc. dist. De quo facit festū Butri. & Imo. in d.c.j. ad fin. de mut. petiti. & Ab. hîc, & in d. c. cùm inter R. & in c. fin. in iiij. nota. s̃. titul. ꝓximo, & in d.c. cùm pridem. & in c. nouit. de iudi. & Pau. & Alex. in d.l. quidã. & Ludo. in l.ij. in prin. ff. sol. mat. & Alex. in d. §. & post operis. & Lud. & Alex. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de dam. infec. ¶ Et pondera bene: qa iste est casus, in quo episcopus potest coercere laicos: nam dicitur in c. placuit, q̃ episcopus pōt tales excommunicare: & tu scis, q̃ delictum excōmunicatione dignū, est fori ecclesiæ. Abb. de fo. compe. cùm sit. Et ideo uidetur, q̃ episcopus peccet mortaliter, nō intromittens se per censurã ad pacificandos ciues cum scãdalo dissentientes: quia licet aliàs non obuiãs delicto, non pecet, ut delinquens, tamen fallit in prælato. Abb. de senten. excom. quantæ. Et negligentia in prælato est peccatū mortale, etiã in cõcernentibus pacem, ĩ. c. prox. & ibi Abb. ij. nota. Et q̃ negligentia in reuocando discordes ad concordiam, sit peccatum mortale in prælato, est gloss. sing. in §. criminis. aliàs incipit, ea demũ. in uer. neglexerit. xxv. dist. licet in alio sit ueniale. ut ibi. Et dicit Abb. in c.j. ad fi. de offi. ordi. q̃ episcopus debet excõmunicare & interdicere ciues expellẽtes alios iniustè ex ciuitate. Et dixit Bald. in l.j. §. quies quoq;. ff. de offi. præfec. urb. quòd officialis uidens rixantes, & non se interponens, cùm possit, potest ab officio per hoc remoueri. Et istæ inductiones meæ fuerunt trãsmissæ reuerendissimo Cardinali Senẽsi nepoti Papæ Pij, ab illis, qui de facto expulsi erant à ciuitate Senensi, tempore moderni pontificis Sixti iiij. Pro ista fallentia, dum dicitur de lite intricata, uide Bal. de elec. cùm ecclesia Vulterana. ad fi. ubi dicit, q̃ si probationes sunt hinc inde pares, & materia nõ est diuisibilis, ut est iurisdictio, tunc uterq;, in quantum reus debet absolui, & debet cōpelli cōpromittere in aliquos amicos cōmunes, ita quòd possint iudicare non astringendo ad formã alicuius libelli. ¶ Fallit quartò, quãdo imminet timor armorum & rixæ: quia tunc ad euadendum rixas terrore armorũ, potest iudex cogere ad transigendum. Ang. in d. authen. ut liti. iurent. in fin. per d.l. si cuius. §. æquissimũ. aliàs est l. ff. de usufr. Idem Pau. & Alex. in d.l. quidam. dicentes, partes posse hoc casu cogi etiam ad cōpromittendum: quicquid dixerit Bal. in d.l. ex stipulatione. Ad idem, quod not. Lu. post Ang. in l.ij. §. ex his. ibi, sed succedit dubitatio. ff. de uer. obli. ubi dixit, quòd licet partes non compellantur ad concordiam, quãdo discordia tendit solùm ad eorum incommodum, ut ibi per Bart. tamẽ ubi ex ea causa retur rixa, uel p̃babiliter dubitaretur, ne uenirent ad arma, tunc iudex eos compellet ad concordiam, per d. l. æquissimum. Et idem dicit Imo. in d.§. ex his. ¶ Fallit quintò,

6 quintò, quando † est dissensio inter personas insignes, ex qua respublica turbatur. Bal. in d.l. æquissimum. per tex. in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. hîc al leg. per Abb. quia iudex debet studere ad sedandam illam discordiam, ne trãseat in præiudicium publicum, sicut debet studere ad generalem pacem & quietẽ prouinciæ sibi commissæ, d.l. congruit. ff. de offi. præs. Idem Ang. in d.l. æquissimum. dicens, quòd etiam, si de facto potest ciuilis discordia tendere in exitium reipublicæ, possunt partes compelli ad concordiã, per illum tex. Et remittit ad Bar. in l. huiusmodi. §. fi. de leg. j. Idem Ange. in d.l. furti. dicens, quòd si respublica in quietatur propter litem priuatorum, possunt compelli ad cōpromittendum de lite, per text. in §. eos. in authẽ. de man. prin. Idem Bald. in l.j. §. quis. in prin. ff. de offi. præfec. urb. dicens, quòd plerunq; status publicus turbatur ex priuato: & ideo propter hunc timorem possunt subditi, nedum hortari, sed etiam cogi ad quietẽ uiuendum. Et in hoc recedit Bald. ab eo, quod dixit in d.l. ex stipulatione. Et hoc dictum sequitur Ana. in c.j. in xv. col. de male di. Similiter dixit Bald. C. de lib. cau. l. cùm affirmes. q̃ iudex potest suadere pacem, sed non componere partibus inuitis, nisi timeatur de præiudicio reipub. Et cum istis concordat Abb. hîc, & pulchrè Bar. in l. ambitiosa. ibi, declaremus istas regulas. ff. de decre. ab or. fa. dicẽs, quòd habẽtes arbitrium super pacifico statu ciuitatis, possunt homines habẽtes simul inimicitias cogere ad pacem, ne respub. lædať, ut latiùs per eum. Et dicit Bart. in d.§. in ciuilibus, q̃ tales priores possunt facere statuta, per quæ tollatur materia brigarum & dissensionum inter ciues: quia per hoc reip. consulitur. Cæterùm si ex dissensione priuatorum cõtingat secundario modo casualis turbatio reip. non tamen ipsi priuati ex hoc puniunť, ut seditiosi, uel reip. turbatores, cùm ad hoc principaliter non intenderent, ut dicit text. elegans d.§. in ciuilibus. Vnde refert Catald. de Viso in tra. syndicatus, §. cxxiiij. quòd si statutum punit leuantes rumorem, & unus alium inimicum suum percussit, ex quo incidenter secutus est rumor, nõ habet locum pœna statuti: qa ille principaliter non intendebat offendere remp. Et ita dicit consuluisse Bal. in ciuitate Assisij, per §. in ciuilibus. Et quia regulariter nõ inspicitur, qd̃ satiò fit, sed qd̃ principaliter, l. si qs nec causam. ff. si cer. pet. quæ ratio gustatur ad utilia proposita, ut uides: quædã pulchra dicta not. Alex. in d.l. si quis. in apost. & alia dicta data opportunitate materiæ. Sed dicit Alex. in d.§. in ciuilibus. in apostil. illū text. loqui, quando occurrit turbatio ciuitatis occasionaliter, & p̃ causam ualde remotam: secus, si immediatè, & ex actibus ꝓximis est deuentum ad concitationẽ, & rumorem populi. Allegat Bal. in consil. In Christi, &c. ex insultu percussit. Quædam alia allegat circa d.§. de quibus. Vide ibi. ¶ Fallit † sextò, ubi discordia [a] aliquorũ tendit ad incommodũ alterius: & non loquor de discordia rixosa, sed potiùs de dissensu: quia tũc potest implorari officiũ iudicis, ut cogat eos conuenire. Bart. post Old. in l.ij. §. ex his. de uer. ob. Et ibi habes exẽplũ, quando in soluẽdo certo corpore ex obligatione generis alicui debito, debitores discordãt in pari numero: qa propter commodũ creditoris cogunt concordare. Allegat Bart. in l. huiusmodi. §. fin. de leg. j. Et sequitur Lu. in d.l.ij. post alios, dicẽs, melius facere text. Inst. de satisf. tu. §. sin aũt. & ff. de admi. tu. l. iij. §. sanè. & ff. de bo. autho. iud. post l. in uenditione. ad fi. & C. de nup. l. j. Et illud dicam Bart. sequitur etiam Imo. in d.§. ex his. ibi, aduerte primò. Vbi uerò iudex non potest partes discordantes in aliquo actu reducere ad cōcordiã, si est actus, qui per iudicem expediri possit, ipse expediet, secundum Bart. pulchrè in d.l. in uenditione. §. si unus. per illum tex. dicentem inter alia, q̃ si partes discordãt in eligendo, sapientẽ iudex eliget, No. etiã Spe. de requi. consi. §. j. uers. scias igiť. Et si partes non concordãt in formando punctum quæstionis, iudex debet formare. Bart. in d.§. si unus. & Bart. & Ange. in l.j. C. de rela. & Phili. in c. intimasti. iij. nota. de appell. Et idem in electione assessoris dixit gloss. peregrina in c. super quæstionum. §. uerùm. in uer. assensu. prope fin. de offi. dele. Et dicit Bal. post Specu. in l. & suum. §. fi. ff. de pact. quòd habentes distribuere bona testatoris, si discordãt pari numero in electione pauperum, episcopus eliget. Debet tamen in dubio sequi arbitrium executorum magis coniunctorum testatori. Bald. in l. antep. per illum text. ff. de pac. Et dicit Bart. in l. de die. in prin. ff. qui satisd. cog. quòd si partes coactæ per statutũ certo casu facere pacem, nescíunt capitulare ipsam, iudex capitulabit. Vide ibi Alex. in §. no. & seq. Et dicit Bar. in l. duo iudices. in fi. ff. de re iudi. quòd si sapientes adhibiti in consilium iudicis, discordant, iudex adhærebit, cui uoluerit, nisi plures essent, p̃ una parte, & statutũ arctaret iudicẽ ad sequendum consilium. Bal. in l.j. vj. q. ff. de offi. consu. ut per Alex. in d.l. duo. in fi. Et si partes discordant in eligendo medicum, uel peritos in arte, iudex eliget. Ab. in c. proposuisti. de proba. post Io. An. in addi. Spec. de homi. §. j. uer. pone. Facit l. iij. ibi, iusione prætoris. C. fini. reg. Et dicit Abb. in c. cùm autem. ad fi. de iurepa. quòd si patroni præsentantes discordant pari numero, episcopus gratificabit, cui uolet ex præsentatis. Et idem Card. in cle. ij. §. fin. j. q. eo. tit. Et dicit Bart. in l. fin. ad finem, ff. de appe. re. q̃ † si consanguinei discordant in maritanda puella, appellabitur ad iudicem, qui se interponet. Et sequitur Bald. in l. in coniunctione. C. de nup. Et dicit Bart. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. ma. cum concor. de quibus ibi per Alex. & Ab. in c. tuæ. de cleri. non resi. Quòd si ꝓpinqui puellæ, uel minoris, discordãt in consentiendo contractui talium personarũ, iudex supplebit. Et dicit Rota de testi. xlv. Et sciẽdum, in antiquis, q̃ si partes corã auditore sacri palatij discordant in eligendo iudicem, remissoriè remittuntur ad auditorẽ contradictoriarum, ut ibi conueniant de iudicibus, si uolunt. Et dicit Ab. in c. fi. de re iudi. quòd ubi duo domini non possunt concordare in regimine terrarũ suarum cõmuniũ, & non diuisarũ, superior inducet eos ad concordiã, ut regant alternis uicibus. Allegat gl. fin. in fi. in c. licet. xvj. q. iij. Et si canonici discordãt pari numero in gratificando alteri ex duobus impetrãtibus per omnia paribus, superior eos compellet ad electionẽ in termino: quo elapso ipse eligetgl. in c. duobus. in uer. teneantur. de rescri. in vj. Ang. in l. si duobus. C. communia de leg. Ana. in c. fin. de sortileg. ¶ Et si plures discordant in eligendo legatum in damnum tertij, potest ille tertius implorare officium iudicis, ne sibi damnum in bonis inferatur, l. huiusmodi. §. fi. de leg. j. & etiã appellare, secũdum Ang. Are. in d.l. fi. ff. de appel. recip. ¶ Et si illi, quibus debentur alimenta, discordãt in modo percipiendi, iudex eos componet. Spec. qui fil. sint legi. ad fi. uer. quid si discordant. ¶ Et si aliquis, etiã superior, recusat sine causa consentire, pōt adiri alius superior, qui eum consentire compellat, c. nullus. de iure patro. & ibi copiosè Bellenci. in apostil. impressis, Hæc & similia intellige, quando sumus in materia requirente consensum omnium: sed quãdo sufficit consensus maioris partis, semper præualet maior pars, l. qd̃ maior. ff. ad muni. Quãdo autem requiratur consensus omnium, & quando sufficiat cõsensus maioris partis, dixi in c. cùm omnes. de consti. Et ex prædictis poteris apostillare apostillantes. Bartol. in d.l. in uenditione. ¶ Fallit † septimò &

a *Vbi discordia] Adde tu, quòd cõtra Bar. in d.l.ij. §. ex his. tenuit solus Bal. ibi, quem Scribentes nõ allegãt, & dicit ibi, quòd, salua reuerentia Bar. malè ponderauit tex. in l. huiusmodi. §. fi. ff. de leg. j. Et adde, q̃ Bart. fuit sibi contrarius in l. iiij. §. Cato. de uerb. ob. ibi eum uide: quẽ Scribentes ibi sequuntur.*

ultimò

ultimò in treuga, ad quã potest ecclesiasticus compellere etiam laicos ex causa, ut per Abb. ĵ. c. proxi. ĵ. not. Et tene menti dictum Abb. hîc, cùm uult singulariter, q̃ in omnibus casibus, quibus partes possunt cõpelli ad pacem, possunt etiã compelli ad treugã. ¶ Demum scias circa prædicta, q̃ quando pars scit, q̃ alia pars fouet iusticiam, peccat mortaliter inducendo eam ad concordiam, per quam aliquid relaxat de eo, quod sibi debet: secus, si non est dubium de iure partis. But. in d. c. ĵ. ad fi. de mut. peti. Et si sciret pars, q̃ fouet iusticiã, tamen eam probare non posset, non credit Butr. q̃ offendat Deum laborãdo ad concordiã, ut aliquid habeat de eo, quod sibi iustè debetur. Et ita intelligit dictum Spec. de ꝓba. §. nunc dicendum. uer. in summa nota. ¶ Et de parte, quæ fouet iusticiam, & licitè dat pecuniã aduersario, ut desistat à uexatione etiã in beneficialibus, uide Abb. ti. proxi. cùm prídem. propter gl. ibi: plenè habetur de ſmo. dilectus. & c. ad aures. & ibi Anan. ad fi. & Imol. in c. super hoc. de renun. & glo. in c. altare. & c. quæsitum. ĵ. q. iij. & Rayn. in Summa, de deci. §. quid si miles. & Tho. ij. ij. q. c. artic. ij. & Ana. in d. c. dilectus. Io ĵ. de ſmo. & Old. consi. cclxxx. Et dum dixit, q̃ peccat tentando concordiam is, qui non fouet iusticiam, fortè illud debet intelligi, nisi alia pars relaxet sibi de eo, q̃ sibi debet, scienter: quia tunc uidetur donare. Iudex etiã, qui scit, quòd iura partis sunt dubia, potest cum bona conscientia tẽtare compositionem inter partes: sed si sunt clara. Spec. reliquit cogitandum in ti. de præpa. iud. in §. j. uer. cæterùm. & uer. sed quid. Tamen Io. And. ibi decidit, & eius uerba sequitur Butri. in d. c. j. ad fi. & Abb. in c. fi. ibi, sed quæro, nunquid. ĵ. de transact. quibus adde omnino Tho. ij. ij. q. lxxj. arti. iij. & etiam ibi de quæstione præcedenti.

10 **Qui timet** Verisimiliter † offendi ab aliquo, potest iudicis officium implorare, ut ipsum compellat ad præ-

a *De non offendẽdo] Adde Ang. in d. l. qui bona. in §. qui datiui. allegato in text. & Paul. de Cas. in §. de illo. in ea. l. & latè per do. Alex. de Imo. in d. l. qui bona. in §. si quis iuxta. in ſ. col. cĩm seq. cum concor. ibidem per eum. sign. tis, & in l. eum. de accusat.*

standã cautionẽ de nõ offendendo [a], Abb. hîc post Bart. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præsi. Idem Bar. pulchrè in l. sanctum. ff. de re. diui. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccl. confug. in l. j. ad fin. C. in qui. cau. colo. censi. do. ac. pos. li. xj. in l. qui bona. §. qui dãni. & plenius in §. si pars. ff. de dam. infec. Bal. in authẽ. habita. ibi, ex quo diligenter not. C. ne fi. pro pa. in l. fi. ff. de off. præfec. urb. Floria. in l. æquissimum. in prin. ff. de usufruc. Inn. in c. j. ad fi. gl. mag. de offi. deleg. Et ut melius intelligas istud dictum quotidianum, ordinaui super eo nouem declarationes. ¶ Prima declaratio. Non debet iudex aliquem cogere ad dictã cautionem de nõ offendendo, nisi præmissa causæ cognitione. Et discusso, an subsit iusta causa timoris, siue moueatur ex officio, siue ad instantiam partis: quia grauare, quem ad sistendandum, est sæpe laboriosum, l. ij. §. si dubitetur. ff. de iudic. Ita scribit Imo. in l. ij. §. j. in fi. ff. sol. mat. reprobando Dyn. q̃ dixit, non esse opus causæ cognitione, quando iudex mouet ex officio. Et no. quòd solæ minæ non semper inducunt, nec̃ iustificant hanc petitionem cautionis, sed statur arbitrio iudicis. Bar. in l. hæc autem. in prin. ff. si cui, plus quàm per l. Fal. & ibi etiam Imo. Considerabitur ergo, utrùm sit persona consueta exequi minas, ut etiam per Abb. in c. j. in j. col. de offi. dele. & ĵ. qd̃ met. caus. Abb. concor. de quibus per Firma. in uerb. minæ. §. vij. & per Moder. in terminis, in lib. malefi. in uerb. uerba contumeliosa. uersic. quid si uerba minatoria. Et istis adde Bar. in l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœnis, ubi dixit, quòd dicta securitas non potest postulari, ni-

si appareat causa. Non enim præsumitur quis uelle alium offendere, nisi causa appareat, secundum eum. Facit dictum Bal. in addit. Specu. in tit. de testa. ubi dicit, q̃ protestans, ne fiat nouitas super tali possessione, debet exprimere ius exclusiuum iuris agendi. Et dicit Bald. in l. fi. viij. oppos. C. de edic. di. Adri. tol. quòd protestatio, quæ fit in iudicio inhibẽdo, ut nulla fiat nouitas super tali possessione, debet fieri cum expressione causæ: aliàs est inanis. Ad quod uide, quæ dixi de consti. cùm M. in iij. parte protestationis, uersi. secunda cõclusio. Et caue: quia opinio Dyn. reprobata per Imo. in d. §. j. dũ dicit, non esse opus causæ cognitione, ubi pars istam cautionem non petit, saluabitur in secunda declaratione. ¶ Secunda declaratio. Non sufficit cautio nuda, sed fideiussoria, c. ex transmissa. cum gl. in uer. sufficienti cautione. & c. literas. in fi. in uer. sufficiens securitas. cum gl. de resti. spol. Limita illa iura, nisi mulier nihil allegaret de suspicione uiri: quia tunc sufficit cautio iuratoria, glos. iij. in c. de Benedicto. xxxij. q. j. Et sic nota differentiam, an iudex procedat ad hanc cautionem ex officio, an ad instantiam partis, ut primo casu sufficiat cautio nuda, non in secũdo. Et hoc modo posset procedere dicta opinio Dyn. l. ij. fol. mat. quia si uerum est, quòd ubi ex officio iudicis petitur ista cautio, tũc sufficiat nuda, non erit opus causæ cognitione: quia cessat ratio Io. de Imol. quòd sit laboriosum cauere. Et gusta hoc, ut nouum. ¶ Tertia declaratio. Ista cautio non erit ad tempus perpetuum, sed debet moderari arbitrio iudicis. Guil. de Cu. & Bartol. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. Ang. & Imo. in l. iij. in prin. ff. de dam. infec. Imo. in l. qui bona. §. fi. eo. tit. & ibi Ro. in §. si quis iuxta. Ang. & Imol. in l. pen. ff. de præto. stip. Et ibi dicunt per illum text. in uer. longũ tempus. quòd iudex poterit arbitrari de tempore decem annorum. Item Angel. in l. ita stipulatus. de uerb. ob. ¶ Quarta declaratio. Si aliquis forensis inimicus meus uenit ad istam ciuitatem, non possum ab eo petere istam cautionem de non offendẽdo: quia adhuc non fecit aliquid, propter quod hîc possit conueniri. Bar. in l. sed & si susceperit. §. fi. ff. de iudi. nisi multùm hîc conuersaretur. Et hoc ultimum reassumit ibi Bald. loquens affirmatiuè, quòd si suspicor de aliquo forensi, qui hîc conuersaretur, ne me offendat, cogitur hîc satisdare de non offendendo: quia hîc imminet suspicio ex facto suo: & sic quodam modo ex delicto suo, secundum eum. ¶ Considera: quia ista ratio infert idem, si non cõuersatur. Tamẽ dictũ Bar. sequitur ibi Ang. dicens, q̃ si esset uagabũdus, põt cogi ibi cauere. Quòd aũt non conuersans, nec̃ uagabundus, non cogat̃ cauere, est rationabile: qa facilè potest euitari timor tamdiu latendo, quantum durat peregrinatio. ¶ Quinta declaratio. Possum petere, quòd caueat non solùm de non offendendo me, sed nec etiam meos. Item q̃ neque ipse, nec̃ sui familiares & complices offendent. Bart. in d. §. ne potentiores. Idem Bald. in l. j. ad fi. ibi, sextò operatur. C. de epis. & cler. dicens, quòd † omnis faciens pa- 11
cem, debet promittere de familiaribus, socialibus adhærentibus, si uult esse fidelis. Allegat c. ad Apostolicæ. in uer. adhærentes. de re iudic. in vj. & ibi Innoc. ¶ Et dicuntur adhærentes illi, qui assistunt consilijs, & filij, familiares, & domestici. Bart. Bald. & Sali. in l. j. C. si rector prouinciæ, & omnes illi, qui sponte sunt eiusdem uoluntatis, cuius est principalis, Ang. in authen. de hære. & Falc. in princ. Et illi, qui assistunt intentione, opibus, consilijs, & fauoribus, dicuntur sequaces, & ueri adhærentes. Pet. de Anch. in repet. c. j. de constit. uersi. uidi dubitari, qui dicantur. dicens, Angel. ita consuluisse per l. inter claras. C. de sum. trini. & l. j. §. si quis aũt. C. de rapto. uirg. & sunt uerba Angel. consil. mihi cclxiij. Inter capitula pacis. antepen. colum. uer. his non obstantibus. ¶ Complices dicuntur, qui sunt socij ad malũ, & nõ ad bonũ. Io. An. in c. cùm oporteat. de accus.

accus. Et ibi sequitur Ana. dicẽs, esse utile dictum ad intellectum statutorum. ¶ Differunt autem proximi & consortes. Proximus enim intelligitur per lineam sanguinis: Consors intelligitur per participationem domi nij. Bald. in l. dudum. in fin. C. de contrahen. emp. dicẽs, hoc facere ad statutum Florentinum, prohibens alienare extra consortariam. Et probant hoc duæ glos. sellæ primæ in d. l. dudum. Tamen in Tuscia cõmunis usus loquendi appellat etiam consortes illos, qui sunt de eadem casata, seu pa-

a *Parentelą] Ad de Sali. in d. l. dudum. alle. in text. & Bald. in c. j. qd sit inuestitura.*

rentela [a], non tamen sunt propinqui in quarto gradu. Et dicit Brix. in uer. adhæreo. quòd pax, facta pro aliquo, & suis adhærentibus, intelligitur de illis, qui sponte sunt eiusdem uoluntatis, cuius est principalis. Allegat d. c. Ad apostolicæ. ¶ Et de adhærentibus meminit text. in c. olim. de accus. & in c. ut circa. de elect. in vj. Et quòd qui adhæret alteri, dicatur unus spiritus cum illo, facit c. damnamus. j. col. de sum. tri. ibi, qui adhæret Deo, unus spiritus est cum illo. Facit illud Psalmistæ, Adhæsit anima mea post te, Psal. lxij. Deus, Deus meus: ubi gl. Nic. dicit, adhæsit ferenti dilectione. Facit etiam c. j. de postu. præla. ibi, qui regi tunc temporis adhærebat. & in c. conquesti. ibi, & eius sequaces. de sentent. excom. quem allegat Ang. in d. authen. de hære. & Fal. Et per uerbum Adhærentes, significantur illi, qui adhærent, & non sunt subditi. Ang. in §. œconomis. in authen. de alic. & emphyteu. Et quando in capitulis pacis, ꝓmittitur de non offendendo adhærentes, intelligitur de offensione ratione guerræ, nõ de alijs inimicitijs hominis ad hominem, nisi materia, super qua fit pax, aliud innuat. Bald. in l. fin. ad fin. C. de ædi. act. Et quòd dicantur adhærentes illi, qui habent eundem spiritum, uide Old. consil. ccxc. Contra articulos. post princ. dum loquitur de adhærentibus appellationi. Et allegat d. c. damnamus. & alia iura de identitate spiritus loquentia. ¶ Sexta declaratio. Si petis à me cautionem prædictam, non teneor eam præstare, nisi etiam tu caueas de me non offendendo, quando etiam ex parte mea est timor iustus: secus, si uanus. Bart. in l. qui bona. §. si quis circa. in fin. ff. de dam. infect. ¶ Septima declaratio. Ista cautio non potest peti per superiorem, ab illo, qui est ei subditus, uel debet ei reuerentiam: quia præsumitur peti causa onerandæ libertatis. Paul. de Cast. in d. l. qui bona. §. qui damni. per l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non da. Alex. contrà, in d. §. si quis iuxta. quia text. in d. §. quæ onerandæ. non loquitur, quando præcessit iusta causa timoris. ¶ Octaua declaratio. Ille, qui dedit causam timori, non potest petere hanc cautionem, nisi quãdo offensus repetit eum: putà, dominus seruum, qui ab eo aufugit: uel maritus uxorem, quæ diffamata de adulterio, recesit à marito. Angel. in d. §. qui damni. ita intelligens l. præsenti. C. de his, qui ad eccles. confug. & c. literas. de restit. spo. quamuis Bart. in d. §. si quis iuxta. dixerit simpliciter, dantem causam timori se indistinctè petere hanc cautionem. Et cum Ang. concordat Paul. in §. si quis. nisi iudex ex officio pro bono pacis iniungeret hanc cautionem, per d. l. æquissimũ. Idem Roma. in d. §. si quis iuxta. nisi inimicitia diu duraſſet, per d. c. placuit. xc. distinct. ¶ Sed dicas, quòd etiam ad instantiam illius, qui dedit causam timori, potest iudex cogere offensum ad cauendũ: uel si non potest cauere, prohibere sub pœna, ne accedat usq̃ ad certos fines, secundum Io. An. in addi. Spec. in tit. de pigno. §. sequitur. uer. quid si timeo. Et sic procedet opinio Bart. quam etiam reputat æquiorem Imol. in d. §. qui damni. & eam approbat Alex. in d. §. si quis iuxta. per d. l. denunciamus. loquentem indistinctè. ¶ Non obst. quòd ille, qui commisit in l. nõ iuuatur beneficio legis, de usu. quia frustra. quia uerum est, quòd qui commisit delictum, nõ iuuatur beneficio legis, quo minùs puniatur: non tamen puniri & offendi poterit à priuato, cui uindicta non est permissa, C. ut nemini lic. se sine iud. autho. uind. Non obst. l. si mulier. in princ. ff. quod met. cau. ubi quis non potest allegare metum, cui dedit causam: quia loquitur, ubi quis timet inferri sibi aliquid graue iustè: nos loquimur, quãdo quis timet uim sibi inferri contra ius, secundum Alexand. in d. §. si quis. Pro quo facit: quia etiam dans causam metui, potest metum allegare ad euitãdum grauamen iniustum, c. ueniens. ij. de sponsa. gloss. mag. in c. abbas. quod met. cau. & ibi Abb. col. ij. uersi. iiij. &c. ubi etiam ita intelligit d. l. si mulier. de qua plenius loquitur Dom. in c. ad eius uerò. v. distinct. ¶ Nona declaratio & ultima: Ille, 2
qui † grauatur, uel grauari timet ex facto alterius, potest officium iudicis implorare, ut iudex ante factum inhibeat, l. si pater. C. qui bo. ce. pos. quod alibi non reperitur ita expressum, secundum Bald. ibi. Post factum autem bene reperitur, quòd debet reuocari, l. ob mar-
torum. & ibi plenè not. C. ne uxo. pro ma. secundũ eum. Dicit Bald. in d. l. j. §. qui æs. quòd quilibet timens uim inferri in sua possessione, potest adire iudicem, & absq̃ libello petere, ut obuietur, ne iniuria committatur: & multa alle. subdens idem esse, si alicui fiat impedimentum in sua libertate. Ad idem, quod not. Bald. in l. si seruus. C. quod cum eo. dicens, quòd si pars timet probabiliter, se turbari in possessione, potest implorare officium iudicis, per quod petat se defendi. Et sequit Aret. de proba. in præsentia. ibi, & primò. Ad idem Bald. in l. fin. C. de edi. di. Adri. tollen. Et ibi etiam dicit, quòd ubi aliquis timet, ne alius suam possessionem inuadat, sufficit ad consequendum iudicis interdictum, facere fidẽ de possessione sine libello, & sine ordine iudiciario. Et dicit Bald. in l. si super possessione. C. de transact. quòd timens uim fieri ibi sibi in possessione, potest impetrare à iudice, ne uis fiat, per illum text. Allegat Innoc. in d. c. in præsentia. & sequitur Alex. in d. l. si de possessione. dicens, esse bo. text. in l. fin. in princ. & ibi Bart. ff. quod met. cau. & in d. §. ne potentiores. & ibi Bar. Et uide circa hoc, secundum eum, no. practicam, quam dedit Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. circa ult. col. ff. de ope. no. nun. Adde elegans consil. Pau. v. ubi latè probat, quòd quis potest agere non intentando petitorium, nec̃ possessorium: sed solùm, ut inhibeatur aduersario, ne turbet alium in possessione. Et super hoc potest fieri præceptum & interlocutoria, quæ non ualet, quantum ad effectum obtinendi diffinitiuam super proprietate, uel possessione, ut ibi latè per eum: quem semper uide. Fortiùs dixit Rot. de rescrip. xlv. j. & ij. col. in fin. in antiquis, quòd ratione imminentis periculi potest delegatus inhibere, ne quid innouetur, etiamsi causa nondũ sit adeo cœpta, quòd sit in statu inhibendi. Dixit etiam Spec. de delegato. §. sequitur. uer. porrò. quòd si quis actu non turbat iurisdictionem delegati, sed est præsumptio, uel dubitatio de turbatione, potest delegatus ipsum togere, ut caueat de non turbando. Et idem But. & Imol. c. j. de offic. deleg. ¶ Demum pro multiplici ornamento huius rubricæ poteris uidere Brix. in uer. pax. & plenius Firmanum, in eo. uer. Et scias, q̃ ad iudicem ecclesiasticum potest recurri contra uiolatorem pacis: Abb. in c. super quibusdam. in fin. per illum text. de uerb. sign.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Excommunicatus in uno loco, est excommunicatus, quocunque uadat.*

2 *Prælatus non deponitur propter simplicem negligentiam: si autem monitus se non emendat, imponitur excommunicatio duorum mensium.*

3 *Negligentia est digna excommunicatione. 4.*

5 *Vbi non apparet quis fregerit pacem, nullus tenetur ad pœnam fractæ pacis.*

6 *Treuga si frangatur ab uno, alter potest etiam illam frangere.*
Lex noua non acquirit uires, quando plures actus fiunt contra eam, sciente conditore legis. Post num. 6. uer. lex noua.

7 *Lex concilij tollitur indistincte per desuetudinem, & non seruantes eam, non incurrunt peccatum.*

8 *Lex positiua etiamsi sit consona iuri diuino, si tamen ei aliquid adijcitur, illo addito, iudicamus de ipsa idem, quod de iure positiuo.*

9 *Lex si per omnia idem disponit, quod ius diuinum, tunc non potest tolli per desuetudinem.*

10 *Obseruantia quando non repugnat directe legi contrariæ, quia homines non sunt usi lege, non tamen fecerunt actum contrarium, tunc talis non obseruantia non tollit ullo tempore legem: quia nõ habet uim actus contrarij.*

11 *Lex, si à principio ab aliquibus suscipitur in eodem loco, ab alijs uerò non, & Papa simpliciter sustinet, nec aliquid super illo disponit, illa tolerantia Papæ non excusat à peccato, nec inducit dispensationem.*
Et hæc declaratio recipit tres limitationes.

12 *Lex quando uiolatur, primi, qui incipiunt eam uiolare, incurrunt peccatum mortale: nam non obseruantia & inobedientia grauat peccatum.*

13 *Lex quando non obseruatur, si talis inobseruantia, uel desuetudo nõ habet secum notitiam superioris, qui legem condidit, requiritur præscriptio xl. annorum, & quòd sit fundata ratione.*

CAPITVLVM I.

1

Reugas. ¶ Dum dicit Abb. q̃ † excõmunicatus in uno loco, est excõmunicatus quocunque uadat: adde gl. fi. in c. si quis presbyter. vij. q. j. in c. quisquis. in uer. communicet. iiij. q. j. Arch. in c. si autẽ. xj. q. iij. & gl. mag. in c. pastoralis. §. uerùm. de appel. Facit, quod not. Bart. in l. cunctos. C. de sum. trí. & ibi Bald. in ult. col. ponit de muliere condemnata ad mortem, & erepta uiolẽter de manibus familiæ, quæ remanet serua pœnæ, quocunq; uadat. Vnde non potest contrahere, necq; similia facere. Aliquando tamen potest quis priuari communione quorundã hominum tantùm, c. si quis de alterius. lviij. dist. c. quorundam. in fi. cum gl. fi. xxxiiij. dist. c. placuit. & ibi gl. in uer. rationem. & c. si quis autem. xviij. dist. & Arch. in c. præsenti. in fi. v. q. ij. & But. de constit. ex literis. per illum tex. & pulchrè Abb. de foro compet. postulasti. ponens, quando probationes factæ alicubi, operentur in alijs territorijs. ¶ Dum tangit Abb. de pœna prælatorum negligentium, uide Domi. in c. j. de sup. neg. prel. in vj. &

2 uidetur regulariter dicendũ, quòd † propter negligentiam simplicem prælatus non deponitur: sed si monitus se non emendat, imponitur excommunicatio duorum mensium, c. quicquid. & ibi gl. in uer. excommunicationi. j. q. j. Et si cum negligentia cõcurrit timiditas & remissio in exercendo sibi iuncta, datur ei coadiutor, c. ea, quæ. §. quòd si abbas. de sta. mo. Fallit, ubi cum negligentia concurrunt alia delicta: quia tunc remouetur à dignitate sua. Ita propriè loquitur c. si quis abbas. xviij. q. ij. Idem, si negligentia trãsit in aliam speciem delicti: ut quia negligit res ecclesiæ & possessiones: quia ista non est mera negligentia. Vnde potest deponi. Ita intelligitur c. dictum. cum gl. ij. lxxxj. dist. & c. cùm ad monasterium. §. fi. de statu mona. Ita etiam gl. fin. in c. sæpe. xij. q. ij. Idem, si est negligentia magna, quæ potest appellari neglectus: ut quando monitus est, & non desistit, arg. c. placuit. xij. q. iij. Nam pro tali negligentia potest deponi, secundum Ioan. An. in d. c. j. pro quo est casus in c. j. de offic. cust. & gloss. in uersi. negligens. in c. cùm ad monasterium. de sta. regul. quæ dicit, quòd propter negligentiam prælatus deponitur, quãdo est magna & crassa. Idem gl. iij. in c. ea, quæ. de offic. archi. Et dicit ibi But. caudam illius gloss. esse bene notandam, dum dicit de negligentia crassa. Et per illam gloss. dixit Card. in cle. j. ij. notab. de cele. miss. quòd propter negligentiam nunquam uidetur prælatus remouendus, nisi sit ualde pernicíosa ecclesiæ, & monitus non se corrigat. Nam etiam palàm per inquisitionem non proceditur contra prælatum, nisi quando inualescit clamor, qui sine scandalo tolerari non potest, de accus. qualiter. ij. §. uerùm.

¶ Secundum prædicta intelliguntur uaria dicta gloss. & Doct. Sic intellige Abb. in d. c. ea, quæ. de sta. mona. ij. not. dum dixit, q̃ propter negligentiam paruam prælatus non deponitur. Et dicit Bal. in l. mancípia. uer. quæro, an officiales. C. de ser. fugiti. quòd ab officio perpetuò quis non deponitur propter negligentiam, nisi culpa inducat depositionem: ut quia delinquit in officio. Allegat l. si aliquid. C. de suscep. & arca. & gl. in l. ij. §. mulier. ff. de his, qui no. infa. Dicit etiam Domi. c. dispensatío. per illum text. xliij. distin. quòd prælatus negligens circa sibi iuncta, ratione suæ administrationis, peccat mortaliter. Est tex. cum glo. in uer. nescit. c. quamuis. de reg. iur. Dicit etiam text. in c. si custos. in fin. xxvij. q. ij. quòd neglectus geminat culpam. Dicit tex. cum gloss. j.

3 xj. q. iij. placuit. quòd † negligentia est digna excommunicatione. Dicit text. in c. excõmunicamus. §. fi. de hæret. quòd prelatus negligens in persequendis hæreticis, est deponendus. Facit c. qui crimen. v. q. j. ubi punitur pater carnalis, non corrigens filios hæreticos. Intellige, dũ modò constet de eius negligentia: gl. ibi, in uerbo. Christum. Sed dicit, q̃ in dubio præsumitur contra patrem, quasi per eum steterit, ex quo familia non est correcta. Domi. post Arch. in §. necessariæ: xlvij. dist. arg. c. peruenit. xviij. distinct. Dixit etiam gloss. in c. sancta. ij. q. vij. & gloss. j. in c. si Papa. xl. distin. §. criminis. in uer. plus tacet, xxv. dist. quòd nimia taciturnitas in prælato est peccatum mortale, in alijs ueniale. Est etiam ibi gl. in uer. neglexerit. q̃ prælatus negligens sedare discordias subditorum, peccat mortaliter. Dixi s. eo. in rub. ibi, fallentia tertia. Dixit etiã Domi. in d. c. j. de supplen. negli. prælatis. in vj. quòd minor negligentia inducit depositionem, tam prælati regularis, quàm secularis, arg. c. qualis. ij. in fi. de accus. Et ita potest intelligi gl. in d. c. si quis abbati.

4 ¶ In † dignitatibus autem secularibus dic, ut per gloss. in uer. regi. in d. c. j. quæ habet locum in ducibus & comitibus, secundũ Ioan. An. & Domi. ibi. Et de negligentia, quoad alios officiales, uel subditos, uide, quæ dixi copiosè de off. ord. itrefragabili. in prin. Et gusta gl. quam hîc allegat Abb. in c. clericis. in gl. pen. de immun. eccle. in vj. quòd etiam dissimulatio in prælato est peccatum mortale: id est, quando sua negligentia non est notoria: quia simulat ignorare excessus corrigendos. De insufficientia autem propter illiteraturã distingue, ut latè per Domi. in c. sedulò. xxxvíij. distinct. Demũ uide multa moralia contra negligentiam prælatorũ, per Archiepisc. Flor. in ij. parte suæ Summæ, ti. ix. c. v. rub. de negl. prela. ubi assumit, qđ habeẽ ij. Paralípom. xxix. c. Nolite negligere: uos enim elegit Dominus, ut stetis coram eo, p

5 salute populorum. ¶ Dum dicit Abb. quòd † ubi nõ apparet, quis primò fregerit pacẽ, nullus tenetur ad pœnã fractæ pacis, post Bar. in loco per eũ allegato, adde text. j. de pœn. cõstitutus. Et ibi But. intelligít ipsum, quando nõ appareat, quis

4 pòst offenderit. Idem Bartol. in l. j. [a] §. cùm arietes. ff. si quadrupes pau. fecisse. di. per illum text. cum gloss. Et ibi dixit, quòd si unus incœpit, ille tenetur,

a *In l. j.*] *Vide ibidẽ omnino do. Alex. de Imol. & in suo cons. xcvj. iiij. part. & Bald. & Paul. de Cast. in l. quæ fidem. ff. de transact.*

tenetur, & non secundus. Et de illo tex. meminit gl. j. seruiens in simili, in c. si bos. j. de iniur. Allegat etiã l. scientiam. §. cùm testamenta. ff. ad legem Aquil. Facit l. si hi, qui inuicem. ff. de do. cau. mor. ubi si illi, qui donauerãt sibi inuicem causa mortis, moriantur, & nesciatur quis prædecesserit, non debetur donatio hæredibus. Et cum istis concor. Ang. in disp. Renouata guerra. & Bar. in l. si seruũ. §. sequitur. ff. de uer. obl. & ibi copiosè Alex. in fin. dicens, hoc cõmuniter teneri. Facit, quod not. Bal. in l. j. xij. q. C. unde ui. & in l. ut uim. quasi in fi. ff. de iusti. & iur. & Ana. de homi. significasti. ij. dicẽtes, q̃ si inter duos fit insultus reciprocus, & nõ apparet de prioritate, nullus punitur, quantũ ad interesse partis: tamẽ respectu reip. non fit cõpensatio doli cum dolo. Cogita: quid si unus ex insultantibus esset robustior, uel audacior altero, an præsumatur illum incœpisse? Et uidetur prima facie, q̃ sic, per id, quod de animalibus brutis scribit Floria. in d. §. cùm arietes. ita limitando illum tex. Pro quo facit l. qui duos. §. si maritus. ff. de reb. dub. cum concor. quas dedi de rescript. capitulũ. ad fi. ponens, q̃ inter duos gemínos robustior præsumitur primò natus. Tamen hoc nõ affirmo. ¶ Dum dicit Abb. post Bart. q̃ primò insultans tenetur de pace fracta, licet alius postea eum offendat, necipse tenetur: adde Ioan. And. in addi. Spec. super rub. de treug. & pa. & Iac. de Aret. Bal. Imol. & Pau. de Cast. in l. semel mora. ff. sol. mat. & ibi plenius & elegantiùs omnibus, per Lud. de Ros. quorũ dicta plurib. additis opportunè adaptat ibi Alex. adeo q̃ superfluũ putarẽ insistere aliter. ¶ Considera tamen diligenter:

6 quia Abb. hîc uult expressè, q̃ si † unus frangit treugã, potest alius eandẽ frangere impunè, c. iij. de iureiur. & l. cùm proponas. C. de transact. Nam contrarium firmat Ioan. An. & But. in d. c. iij. & Ioan. An. in addi. Spec. super rub. de treu. & pace. in prin. dicens, fuisse originale dictũ Vinc. hîc. Idem Arch. in c. illi, qui. ante medium, xxiij. q. iij. Et dicit Ioan. An. ita seruari in Hispania. Et cum istis transeunt Ang. & Imol. in l. si ex legati. ff. de uerb. obli. & Ang. Raph. & Paul. de Cast. in l. qui seruũ. eo. tit. & Bal. s. eo. in rub. in ult. col. ¶ Est uerũ, q̃ Imo. in d. l. qui seruũ. uer. sed certè. dicit, istud potiùs procedere de consuetudine, quàm de iure, per regulã d. c. iij. & l. cùm proponas. ij. C. de pact. Respõdet ad c. inter uerba. xj. q. iij. quod loquitur in foro cõscientiæ: & ita transit Alex. & An. de Alex. in d. l. cùm proponas. uersi. secũdò fallit. & Alex. in d. l. semel. & in d. l. qui seruum. in fin. quã legit sub l. qui insulam. Quibus adde Imol. idem dicentem in d. c. iij. per illũ text. cum suis concor. loquentibus indistinctè. Et idem Abb. hîc. Nihilo mínùs pro opí. Arch. cõsuluit Maria. con filio mihi xvij. Ianuensium dux. assignans rationem differentiæ inter pa-

a cem & treugam [a]: quia pax est finis dí-

b scordiæ perpetuò duraturus [b]. Host. & alij in summa huius tit. sed treuga fit ad tempus: qua finita, potest aduersarius illatas sibi iniurias ulcíscí: ideo uidetur expectandus lapsus temporis, cùm posit fidẽ seruare intra tempus, & ulcíscí pòst tempus: non sic in pace: quia cùm sit perpetua, nunquã posset offensus ulcíscí iniuriam acceptam post pacem. Ideo inconueniens esset, quòd puniretur pœna fractæ pacis offendendo primum uiolatorem fidei. Dat símile exemplum in officiali perpetuo, & in temporali: nam primus potest conuenírí durãte officio, quia nõ est dare tempus, quòd sit expectandum attenta perpetuitate officíj. Secundus autem non conuenitur durãte officio, cùm sit saluum ius partí, ut eum postea conueniat, ut traditur in l. principalibus. ff. si cer. pet. & in l. pars literarum. ff. de iudí. Dixí tit. prox. legebatur. Et cum ista ratione transeo. Nunc uenio ad gloss. famosam hîc.

gas.

Lex noua Non acquírit uires, quando fiunt plures actus contra cã, sciente conditore, & uolente cõtradícere, & non cõtradicente: quia non dícitur moribus utentiũ recepta, & superior uidet acquiescere illi, cõtrauentioni, seu inobseruantiæ. Ira fir mat Abb. hîc per istam gl. & per tex. in §. leges. iiij. dist. Et ad hoc totus mundus quotídie allegat istam gl. pro singulari, & magístra. Eam approbant communiter. Doct. hîc, & Pet. de Anc. & Imo. prope fi. in c. j. & in c. ut quisq. de ui. & ho. cler. Imol. in c. cùm olim. ij. no. de cle. consu. Pet. de Anch. elegantíssimè consi. cclxxviij. Iure statutorum & cõsuetudine. quam recitat Ana. in c. j. j. col. de tor nea. Et idem Bal. in l. rem non nouam. in fin. C. de iudic. Bart. in l. j. §. sed cùm antiquitas. C. de cura. furi. & consil. clxíij. Iudex communis Alsisíj. But. Abb. & Moder. in c. quía circa. de consan. & affi. Ioan. An. in addí. ad Spec. in rub. de clan. despon. Old. consil. cclix. Impugnatur electio. Imol. in c. cùm iam dudum. de præb. Lud. copiosè consil. dxij. Quo ad primum, ad fi. Mari. recitans Abb. hîc in c. cùm cõsuetudinis. de consue. Alex. pulchrè consilio mihi cxxx. Visa facti narratione, & etiam consil. vj. Viso themate: & in dubijs. ij. col. & consil. ccccíij. Visis & consideratis. & multi alij, de quibus j. Ad idem bene facit text. in c. Syracusanæ. §. ecce. uer. illud autem Gregorij, xxviij. dist. & tex. cũ gl. in c. j. xx. dist. & in c. cùm olim. de cle. coniu. & in l. ij. in princ. C. de consti. pec. ibi, inusitato receísit uestigio. Et ibi Bal. & tex. in authẽt. de hæret. & Falc. §. j. ibi, leges iam neglectas uenimus reparare. & in authent. qui. mo. na. effic. sui. §. fi. prope fi. ibi, quoniã non utendo perempta est: & in prima constit. C. §. quib. ibi, in desuetudinem abierunt. Facit glo. in d. l. rem non nouam. dum dixit, desíjt esse in usu: & multi alij text. inducti per Ang. Aret. in proœ. Institi. §. igitur. & tex. in l. de quibus. ff. de legi. ibi, per desuetudinẽ abrogentur. & gl. fi. ibi, per abusum perdíderunt. in c. in synodo. lxiij. dist. & tex. in §. ij. xv. q. ij. ibi, receptum est moribus & approbatum. & gl. & Domi. in c. si quis uirorũ. xxx. dist. ¶ Per istam gl. dixit Pet. de Anch. in cle. j. de reb. eccl. non alie. q̃ ualet sententia lata contra statutum antíquum non usitatum. Et sequitur Alex. in l. cùm prolatis. ad fi. ff. de re iudic. & de hoc aliquid j. in iiij. declaratione. ¶ Per istam gl. dixit Matth. in proœmio Cle. ut recitat ibi Car. & sequitur Domi. hîc, q̃ si statutum episcopi prohibet sub pœna excommunicationis, ne mulieres ferant perlas, uel uestes sericias, si à príncípio tale statutum non fuit uniuersaliter obseruatum, non incurrítur talis pœna: tamen posset à príncípio superior compellere renítentem ad obseruantiam talis statuti, ut patet in c. de Lí guribus. xxiij. q. v. secundum Arch. in d. §. leges. & Dom. hîc. ¶ Per istam gl. dixit Car. consil. cxxxij. c. archípresbyteri, q̃ statutum episcopi Ferrarien sis astringens archípresbyteros plebium ad residẽtiam personalem, est abrogatum per desuetudinem: quam episcopus scít, & tolerat. Respondet ad dictum Hostien. hîc, quòd imò de tacita conscientia illius, qui potest legem tollere, potest induci consuetudo contra statutum præceptiuum. Allegat Innoc. in rub. de consue. in fin. ¶ Per istam gl. infertur ad dictum Bal. in authent. omnes peregrini. C. commu. de suc. ubí dícit, q̃ si fuit facta quædã reformatio contraría statuto, tamen statutũ antè & pòst fuit practicatum, prævalet statutũ, ex quo reformatio non fuit more utentiũ approbata: quia non dícitur interruptũ, quod semper uiguit. Allegat Arc. in c. fi. iiij. dist. ¶ Rationem istius gloss. assignat etiam Pet. de Anch. consil.

mihi

mihi ccxiiij. Iuxta ordinem. quia multæ leges moribus patriæ non conueniunt: ideo permittitur cuilibet prouinciæ abundare in sensu suo, c. certificari. de sepul. pleniùs loquitur Pet. de Anch. in repe. c. j. de constit. fol. xxij. uersi. sed quæro: reperitur constitutio. ubi inter alia tollit egregiè rationem Hostien. hîc, quia non est uerum, quòd cõstitutio adeò obliget à principio, quòd hodie, & omni tempore duret talis obligatio, quasi lex semper loquatur, l. Arriani. C. de hære. Nam si non fuit recepta moribus utentiũ, fingitur à principio me nõ obligasse: quod patet, quia abrogatur per non usum, d. §. leges. & c. deniq. iiij. dist. sicut etiam uitium contractus initi contra iura, purgatur tempore, c. cura pastoralis. cum gl. de iure pa. Videmus etiã fm cõmunẽ opin. posse præscribi merum & mixtũ imperiũ. Bal. plenè in disp. Apulus. & omnes de fo. cõpe. cùm cõtingat. Et tamẽ cõstat, q̃ præscriptio habuit uitiosum initiũ, & progressum, usurpando sibi tale officiũ, homines carcerãdo, torquẽdo, decapitando, & similia, quæ sunt de mero imperio. Non em̃ sequit̃, à principio cõstitutio obligat, ergo semper: quia imò usus & cõsuetudo cõtraria tollit effectus legis. Allegat, quod not. Ioan. An. de cle. cõiu. Ioãnes. vj. q. Et adde Bal. in c. fi. ibi, deinde quæro. de consue. ubi dicit, q̃ ista uerba, Moribus utentiũ, significãt pluralitatẽ, ut quando q̃ sufficiant duæ uices: quãdoq̃ plus, q̃ pluritatem. Nã si casus emergit centũ uicibus in anno, ꝓbare duas uices, est ꝓbare exempla, non mores, l. nemo. C. de sent. Oportet ergo, q̃ ꝓbentur actus q̃ plurimi, & pluries ge minati, ita q̃ transierint ad cõsensum totius populi, ut ibi per eum. ¶ Sed aduerte diligẽter: quia propter magnam uarietatem, imò cõtrarietatẽ, quæ est inter Abb. Imol. & Domi. hîc, quorũ unus nõ uidit dicta alterius, & ꝓpter quædã dicta aliorũ multùm aduersantia prædictis omniũ hîc & alibi, decreui texere septem declarationes enucleantes istũ arti. conatus etiã inserere dictis utilissimum passum, longè clariùs, q̃ hactenus scripserint alij: & si quid noui dicit̃, intelligat̃ semper dictũ, nõ animo ponendi sententiã inter tot certamina tantorũ uirorũ, sed solo desiderio & stimulo cõcordandi scripturas, quas referre, ut iacẽt, esset facile & tutius, sed turpissimũ, ac debito meo, & uestræ expectationi omnino cõtrariũ. ¶ Prima declaratio. Lex † cõsilij tollit̃ indistinctè per desuetudinẽ: & non seruantes nõ incurrunt peccatum, xiiij. q. j. quisquis. & c. quod præcipitur. Ita tenet Host. hîc, & Arch. & Domi. in d. §. leges & Domi. hîc, intelligens hoc in cõsilio perfectionis: secus in consilio reuerentiæ, de quo per gl. fin. in c. ad aures. de æta. & quali. & in c. Matthæus. in uer. consulis. de simo. Eius enim transgressio inducit ad peccatũ ueniale. Arch. v. ad eius uerò cõcubitũ. Et peccata etiam uenialia uitanda sunt: gl. & Arch. in c. si aliquid. xxij. q. iiij. Et quomodo cognoscat̃ lex cõsilij, & præcepti, dixi de cõstit. nã cõcupiscentiã. Et q̃ nõ peccet mortaliter, ueniẽs cõtra consiliũ reuerẽtiæ, no. Arch. & Domi. in c. testamentũ. vj. dist. & Domi. in c. sponsus. xxxiij. dist. & in c. generali. pen. col. de elect. in vj. & in §. criminis. xxv. dist. & Arch. in c. quisquis. xxiiij. q. j. Thom. j. ij. q. cviij. artic. iij. ¶ Secunda declaratio.

